


13
3 K
3

EXAMEN APVM
SIVE
CONCLVSIONVM LEGALIVM.

QVÆ INGENIOSE DELIBATÆ FVERVNT EX FLORIBVS Decisionum Rotalium totius Orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ, quæ aut typis impressæ, aut manuscriptæ leguntur.

IN QVIBVS RERVM DIFFINITIONES, OMNIAQ. NECESSARIA AD materiam Iudiciorum Ciuilium, & Criminalium; necnon ad Decisionem beneficialium, & spiritualium causarum varijs, verisq. rationibus enucleantur, ibiq. dogmata Theoricę, ac modernæ praxis, & rituum quorumcumq. Tribunalium Italiæ, & extra, facillimè congeruntur.

Præterea de Differentijs inter vtrumq. Forum ad partes disputatur, eædemq. præclaris dictis sacrarum ac humanarum litterarum studiosè illustrantur.

Opus alphabetico ordine dispositum, cunctisq. virtutum professoribus perutile ac necessarium.

AVCTORE LAVRENTIO VRSELLIO FOROLIVIENSI I.V.D.

Tomus Primus. Cum Priuilegio.









BRACCIANI, Ex Typographia Andreæ Phæi. M D CXXXII. Superiorum permissu.

S. D. N.

VRBANO VIII.

PONT. MAX.

Laurentius Vrsellius F. P.



Auus Apum clementiæ nota est (Beatissime Pater) quod nam ergo habeat cum legalium Conclusionum volumine, hoc est cum ipsa iustitiæ seueritate commune illud profectò solum quod præstat Sapientia, singularis illa mundi magistra supremo docens exemplo virtutes specie dispares, maximèq. distantes admirabili prudentiæ nodo posse coniungi: Tu enim ex omnibus & supra omnes vnus integritate iustitiæ maximè incorruptus, ità summam concilias tibi venerationem, ac decus, vt mira etiam morum suauitudine omnes rapias in amorem. Quem sanè virtutum tuarum felicissimum nodum non sine consilio numinis explicauit industria, vel fortuna, in Apibus Excelsissimæ Familiæ tuæ ipsis insignibus, quæ nimirum aquulei asperitatem cum mellis suauitate componentes Vaticanum solium, velut alueare mellificio gloriæ suauissimum reddiderunt. Ad quod ego dum meis hisce commentarijs supplex, & genibus prouolutus accedo, ex tui sacratissimi nominis maiestate succum gloriæ maximum traho. Etenim si vel ipso tui huius nectaris alimento donatum opus meum ex innata sua imbecillitate, ac vitio intermorietur breui, ex tuis saltem Apibus cereos veluti fulgentes

mutuatus, ſplendore, inquam, eiuſdem beatiſsimi tui nominis funus illuſtrabo meum. Quanquam ea vis iſtarum Apum, ideſt gratiarum tuarum efficacitas eſt, vt non priuata funera luculentè cures, ſed Rempublicam ab ipſo funere ſerues incolumen, quam ſine prouidentia tuę mentis incendijs bellorum ambuſtam, peſtilentia vaſtatam, nedum labores hoſce noſtros inanes, atque irritos vidiſſemus. Quoniam igitur ſub pacatiſsimo tuæ benignitatis veluti ſidere vitam hauſerunt hæ lucubrationes meæ, mirum videri non debet, ſi in te velut in auctorem ſummũ redeunt, dum ipſæ in fronte auguſtiſsimum nomen tuum expromunt, & ſub Apum fauo Barberinæ tuæ Familiæ regnatricis felicitatem profitentur in terris, & auguſtiorem in dies apprecantur e Cælo.



VRBANVS PAPA VIII.

Ad Perpetuam rei memoriam.



VM ſicut dilectus filius Laurentius Vrſellius clericus Foroliuieñ Nobis nuper exponi fecit ipſe quoddam opus examen Apum, ſiue Concluſionum legalium intitulatum in lucem edere intendat, vereatur aũt ne poſtquam in lucẽ prodiderit, alijq́ ex alieno labore lucrum quærunt opus prædictum imprimi facere curent, in ipſius Laurentij præiudicium. Nos eius indemnitati ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Eidem Laurentio, vt decennio proximo durante, à primæua dicti operis editione, dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij approbatum ſit impreſſione computañ, nemo tam in Vrbe, quàm in vniuerſo ſtatu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate Nobis ſubiecto, opus prædictum ſine ſpeciali dicti Laurentij, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentiũ licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venale habere, aut proponere poſſit & valeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus præſertim librorum impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & Typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſt. ac pro alia eidem Laurentio, ac pro reliqua tertijs partibus, accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicañ & eo ipſo abſque vlla declaratione incurreñ pœnis, ne dicto decennio durante, opus prædictum, aut aliquam eius partem tàm in Vrbe quàm in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſum vendere, ſeu venale habere, ſeu proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicę Sedis de latere Legatis, ſeu eorũ Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatorib. Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Laurentio, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habẽtibus huiuſmodi in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes quandocumque ab eodem Laurentio, & alijs prædictis fuerint requiſiti pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſsibiliter exequantur. Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVII Ianuarij MDCXXXII. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. A. Maraldus

In dedicationem libri Vrbano Pontifici Optimo Maximo factam.

Vidi ego melliferum examen sibi quærere sedem,
Et tandem Vrbani insiluisse comis.
Legibus inde meis etiam dixi, hæc domus esto,
Hæc Apibus statio sit bene fida meis.

S. D. S. Carpentr.

De Examine Apum, siue Conclusionum Legalium Clarissimi I. C. Laurentij Vrselli. Ad Lectorem.

Eiusdem.

Dum legis Vrselli sub Apum hoc examine leges,
Ne timeas legum spicula mella legis.

AVCTOR
Ad Lectorem.



Vilaquedos otij aliquo semper honesto negotio non fallit, ille se vitiorum multis retibus indutum it; imò dignitatem planè simul cum natura hominis exuit; quippe de S. Leonis Papæ oraculo, qui otiosâ quiete perfruitur, nisi spiritualiter, & laudabiliter vixerit, more pecudum viuit. Hanc ego solicite pestem, dum procul habeo, atque quidquid à forensi strepitu spatij relinquitur, Iurisprudentiç studijs impleo, erratum sensim est, atque exutit harum lucubrationum opus, & illæ quidem, quoniam ipse mihi vni eas priuato studio congesseram, latère suo meritò voluissent, fecissentque, modo procul ab amicorum conspectu fuissent habitæ, verùm dum quod clanculum præmebatur ex officio, vt fit, vrbanitatis doctissimis æquè, atque amicissimis viris communico, atque in primis Antonio Portio Consobrino meo, quod iàm latè nomen Illustri famę preconio Vrbi, atque orbi inclaruit, illos omnes in me auctores excitaui hortatores, ac penè impulsores, vt delitescendi consilium prorsus abijcerem, euincere non potui nè vincerer, Sed ingenuè fateor, neque omninò ægrè manus do. Ego ex his qualescumque eæ demum sint, lucubrationibus non mediocrè presidium longo annorum decursu ad Clientum patrocinia expertus fui, quid ni violentum blandè amicorum imperium, quo nunc parente lucem vident nonnullam, hinc etiam ad exedras, ad Forum, ad Vrbes, ad Rempublicam temperandam opportunitatem deriuet? Sanè quidquid duo de triginta totis annis, quibus hunc efformabam fœtum, paulo diligenius commendatione vspiam in toto Orbe a Rotis, ac presertim Romana definitum est, siue illud vulgatum typis, siue stylotenus exaratum, quidquid primæ notæ auctores antiquiores pariter, ac recentes editis de Iure monumentis excuderunt, totum id diligentissimè conquisitum, comparatumquè perstrinxi decem gemellis voluminibus, quorum iam tria prælo præmuntur, quartum hoc nunc primum subijcitur, sex alijs, quæ supersunt de suo plausu omen, & fortunam factura, ità magno laboris compendio immanem bibliothecæ censum exiguus mihi numerus voluminum repræsentabat. Nunc quando in altum ire iubentur, permitto ventis, atque ora soluentibus benè precor. Fortunam reliquam à te expectant (Lector) Aspira, faue, sin minus alia, saltem conatum proba. Veniam, vbi emendatissima non inuenetis, vni mihi tribuendum scito, qui nullius in tota operis molitione subsidium adhibui, laudis si quid adscribendum erit, eius magnam in partem Excellentissimum Virum Camillum Gypsium, nunc meritissimum Bononiæ Senatorem voca, quo ego institutore vsus, mirum quantum ei hoc nomine debeam. Postremò caue Lector nè Vrsum laceres, vel tutelare Apum patrocinium pertimesce, quæ vt Vrso etiam cum feriunt prodesse sciunt; ità dùm ipse prodesse vult, si feriatur, regio aculeo vlciscentur.

INDEX ARGVMENTORVM

Quæ in hoc primo Tomo continentur.



Acta

Index Argumentorum.

Affectus

Index Argumentorum.



ERRATA SIC CORRIGITO.

pag.	col.	lin.	Errores	Correctiones
68	1	37	resultat &	resultaret
71	1	4	tam	tam ad
79	1	34	oppositum	appositum
88	1	14	esset si in	esset in
107	1	22	Recessus	Regressus
140	1	27	extra	citra
151	2	18	prout prima	prout in prima
208	1	6	matrimonio	matrimonium
216	2	17	ad successio	successio
219	1	23	esset mora	esset in mora
222	1	27	qua	quia
222	2	29	fideiussoria	fideicommissaria
226	1	32	quod	quando
229	2	38	& tunc	*dele*
232	2	43	vers. sexto	vers. sexto, vt
234	2	39	videtur	videntur
235	1	10	metitur	metiatur
251	2	13	fratrem	patrem
252	1	23	partem	patiem
Ibi		37	magis	minus
259	2	23	necessitates	necessitatibus
290	2	20	etiam	etiam si
305	1	22	tractus	tractatus
315	2	22	mittere	remittere
316	1	17	Rota	vt Rota
327	1	8	posse	prout
344	1	29	tertio	trigesimotertiò
352	2	10	sed est bene verùm	Vndè habemus
353	1	4	incipere curreret	inciperet currere
360	2	14	nec	&
375	2	34	igitur	tamen
386	2	25	quod	prædicta
389	2	1	adepp.	adopt.
Ibid.		24	cognitione	cognitionem
393	1	23	&	*dele*
410	1	34	&	vbi
412	2	41	licet	quamuis
449	1	37	iniuriam	iniuriarum
454	1	8	tam	tamen
Ibid.		11	factæ	facta
459	2	20	cacacem	capacem
487	1	53	denique	denique quòd
592	1	30	est	erat
Ibid.		32	declarationes	delectationes
648	1	18	sub	super
664	2	42	153	154
686	2	41	1614	1614. coram Buratto.
712	1	8	feudum	fraudem
712	2	28	520	502

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. M. S. Palatij.

A. Episcopus Bellicastren. Vicesgerens.

EGO YVO Gattula Romanus I. V. D. & in Almo Vrbis Gymnasio Iuris Ciuilis in ordinarijs Interpres Primarius Matutinus, ex auctoritate Reuerendissimi Sacri Apostolici Palatij Magistri Tomum Primum operis inscripti EXAMEN APVM, SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM, Auctore Consultissimo Viro Domino LAVRENTIO VRSELLIO V.I.D. nobili de Foroliuio, legi, & obseruaui; & in ipso tantam decisarum consultationum ex Foris totius Italiæ, & extra collectarum vbertatem quæsitissima epithome contentam, tantamque ob felicitatem in compilando Iudicij, & dexteritatem in conciliando ingenij dulcedinem; & Fidei Orthodoxæ: & bonis moribus consentaneam deprehendi, vt Hymettum Atticum in Laconicam translatum esse crediderim. Quapropter eundemque omnibus numeris absolutum, & amplissimis nominibus dignum ob publicum emolumentum quàm primum typis euulgandum, & ab vnoquoque in suum librarium Vrbanum alueum liberaliter excipiendum sentio. Romæ VI. Kal. Iulij M DCXXX.

Ego idem Yuo Gattula.

Imprimatur

Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palat. Apost. Magister.




EXAMEN APVM SIVE CONCLVSIONVM LEGALIVM

Auctore

LAVRENTIO VRSELLIO I.C.

DE FOROLIVIO.



ARGVMENTVM.

ABBATVM quot species reperiantur, & quas prærogatiuas illi habebant, & in quibus æquiparentur, atque præferantur Ordinarijs.

CONCLVSIO PRIMA.



VM huiusmodi lucubrationes à me, Deo dante, fuerint pro faciliori studentium intelligentia, iuxta methodum alphabeticam ordinatę; Idcircò à materia ad Abbates spectanti exordium sumam.

2 Et in primis erit notandum, quòd ista vox (Abbas) Patrem significat, & ille dicitur, qui in sodalitate, ac Cœnobio Monachorum Principatum obtinet, & à Iustiniano *in sua nouell.* 115. Archimandrita: à nonnullis verò Cœnobiarca, vel Archimonacus appellatur, *vt per Alciatum in l. 1. de in ius voc.* Et quando est Regularis, & quasi Episcopalem Iurisdictionem habet, tunc dicitur sponsus Ecclesiæ, ita vt per eius obitum Ecclesia vacare, & sic vidua fieri dicatur, vt ait *Loter. de re benefic. lib. 1. quæst. 25. nu. 34. Franc. Marc. dec. 1369. num. 1. par. 1.*

3 Immò olim Abbates dicti sunt Proceres, siue ex vocabuli notione, siue quia Abbatiarum prouentu fruerentur; & propterea ille Hugo fuit dictus Abbas, de quo ortum est illud adagium, Hugo ille Capetus Galliæ Regnum arte fuit adeptus, *vt in Lexicon. Iuris in verbo Abbas, & Cardin. Zabar. in clement. Attendentes §. statuimus quæst. 5. num. 2. de stat. monac.* ait, quòd in Aragonia multi Rectores Prouinciarum dicuntur Abbates, & eorum vxores Abbatissæ vocantur, sed impropriè, & largo modo, ac corrupto vocabulo loquendo; Idem ait nouissimè

Tamburin. de Iure Abbatum quaest. 1. disput. 3. num. 2. & seqq.

4 Successiuè erit notandum, quòd Abbatum variæ sunt species; nàm alij sunt Abbates, qui Patres denominantur, caput Religionis facientes, vt mox diximus, & isti habent sigillum authenticum, sicut habent quoque Abbates exempti, qui immediatè Romanæ Ecclesiæ sunt subiecti, & eorum confirmatio immediatè ad Papam, siue legatum de latere spectat; Immo cum isti regulariter Pontificialibus vtantur, ideò non immeritò vocantur Patres Antistites, & Regularium Duces, *vt ait Franc. Marc. decis. 1080. num. 1. & seq. par. 1. Gratian. lib. 5. disceptat. forens. cap. 871. num. 8. & Ascan. Tamburin. de Iure Abbat. disput. 5. quaest. 1. num. 2.*

5 Alij vero sunt Abbates inferiores: & isti sigillum authenticum non habent, nisi ex priuilegio, seu consuetudine appareat; vel nisi in his, quæ ad eorum officium spectant, qui quidem Abbates inferiores quando habent priuilegium illud Pontificialibus vtendi, vt potè in Concilio Prouinciali, aut in synodo Episcopali, non vtuntur eo casu nisi Mitra simplici, Abbates verò exempti Mitris aurifrigiatis vtuntur, *vt pulchrè distinguit Franc. Marc. in dicta sua decis. 1080. eodem n. 1. & seq. parte prima, & est text in cap. Vt Apostolicæ de priuileg. in 6. & Azor. in 2. parte Instit. moral. fol. 178. lib. 3. capit. 19. tit. de Abbat. secular.*

6 Declara tamen id, quod fuit dictum de delatione Mitrarum aurifrigiatarum esse verum, quando essemus in Synodis, & Concilijs Prouincialibus, & Diœcesanis, at secus in Concilio Generali; quia in eo neque Episcopi illis vti possunt, sed solum illis planis, & albis, *vt ait Card. Iacobat. de Concil. lib. 1. rubr. de loco sedend. in Concil. versic. post præmissos sedebunt Abbates*; & nouissimè *Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum disput. 24. quaest. 6. num. 1. & seqq. tom. 1. & prius in disput. 3. quaest. 2. num. 5. & seqq.* ait quòd ex dictis Abbatibus alij sunt sæculares, alij regulares; secularium reperiuntur ij, qui exercent nedum in Clericos, verum etiam in laicos sibi subditos quasi Episcopalem Iurisdictionem, ac insignia Pontificalia gestant. Alij verò sunt ex prędictis inferiores, qui nec Iurisdictionem habent, nec Pontificalibus vtuntur, quamuis eorum Abbatiæ dignitatem contineatn. Alij denique reperiuntur, qui in Ecclesijs collegialibus pro illis accipiuntur, qui toto collegio præsunt, *vt ait Azor. in præcitato loco*.

7 Abbates verò regulares alij sunt, qui sub se regulares subditos habent, quorum gubernio sunt præpositi, & isti omnibus prærogatiuis Abbatum gaudent, & istorum, alij sunt inferiores, alij verò supremi; inferiores sunt illi, qui conuentuales, siue locales vocantur, & isti eorum Monasterijs præsunt, & immediatam pręlationem habent, & sub eis nullus alter Prælatus existit, & ideò verè Prælati vocantur, vt communiter tenent Summistæ in verbo *Prælatus*; & pręcipuè *Siluest. & Angel.* Supremi verò dicuntur Generales, qui nemini nisi soli Summo Pontifici subijciuntur, vt ait *Tamburin. in d. disput. 3. quaest. 2. sub num. 8.*

8 Vndè ex prædictis infertur, quòd quando Abbas vtitur Mitra, & Baculo tunc potest solemnem benedictionem conferre in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, veluti fuit decisum à *Rota in vna Salamantina Iurisdictionis 3. Iunij 1580. coram Cardin Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 467. num. 5.*

9 Et ratio est, quia Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum potest ea omnia in Ecclesijs sibi subiectis exercere, prout Episcopus in sua Diœcesi, & Territorio, veluti fuit decisum in *Burgen. iurisdictionis Mercurij 22. Iunij 1611. coram Pirouano, quæ est in prima par. recentior. decis. 346. num. 1. & decis. Francisci Marc 377. num. 3. par. 1. Cardin. Mantic. decis. 361. nu. 2. & Card. Seraph. decis. 1278. num. 4.* & nouissimè *Lotterius de re beneficiaria lib. 1. q. 17. num. 1.*

10 Quod enim vendicat sibi locum tàm in Abbate Generali, quam etiam in locali, qui pari modo iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos exercet, vt nouissimè ait *Ascanius Tamburinus de iure Abbatum, disputat. tertia, quaest. secunda per totam in primo tomo*. Licet tamen prædicti Abbates differant in amplitudine iurisdictionis, & etiam quod dependentiam, vt ait idem *Tamburinus ibi supra, quaestione 3.*

Et

11 Et ibi supra fuit dictum de benedictione in suis Ecclesijs danda, quia extra Ecclesiam, & suam Iurisdictionem non potest Abbas benedictiones dare, neque Ecclesias, & Cœmeteria reconciliare, nisi id de licentia ordinarii loci fieret, vt ait *Rota vbi supra*, & ita fuit declaratum à sacra Congregatione Concilij *sess. 6. de reformat. capite quarto, versic. potest Abbas*.

12 Quinimmò possunt etiam ex priuilegio speciali, licet non de Iure communi, solemniter Populo benedicere, nedum coram Episcopo, & alijs maioribus Prælatis, verum etiam (& quod magis est) ipsis Cardinalibus præsentibus de latere legatis, de quo valdè miratus sui, dum id narrare audierim ab Eminentissimo, & Reuerendiss. Domino Cardinali Serra bo. mem. qui erat tunc temporis nedum dictæ Ecclesiæ Pacis de Vrbe Titularis, necnon totius illius Congregationis dignissimus Protector; verum etiam illi functioni vnà cum alijs vndecim Cardinalibus in dicta Ecclesia Beatæ Mariæ de Pace in Vrbe interuenit de Anno 1614. dum fuit Pontificalis benedictio ab illius Abbate post Missam solemniter decantatam, populo impartita; quod enim priuilegium fuit dictæ Congregationi concessum à Sixto Quarto de anno 1483 de mense Octobris, & sui Pontificatus decimotertiò, veluti testatur etiam *Gabriel Pennot. in sua hist. lib. 3. cap. 33. sub num. 4.* & ita pari modo fuisse seruatum in eademmet Ecclesia sanctæ Mariæ de Pace, testatur *Ascan. Tamburin. in dicto suo tractatu de iure Abbatum disputat. 21. quæst. 8. & 9. num. 4. tom. 1.* vbi expressa verba istius Bullæ exponuntur.

13 Extende, quòd etiam dicti Abbates, ne dum possunt solemnem benedictionem Populo dare in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, verum etiam in illis, quæ sibi quamuis non pleno iure subsunt, & id ex indulto Bonifacij Papæ Noni, anno sui Pontificatus duodecimò: cuius enim verba ad extensum ponit *Tamburin. in disputat. 21. quæst. octaua, sub num. 2.*

14 Amplia primò, quòd dicti Abbates habentes vsum Mitræ, & Baculi, possunt etiam loco Episcoporum adhiberi, vtputa in causa actualis degradationis ab ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, vbi certus numerus Episcoporum requiritur, quia huiusmodi Abbates culmen dignitatis habere dicuntur, & veluti Episcopi suprema potestate funguntur, vt pulchrè ait *Franciscus Viuius in sua decisione 314. & prius decis. 230. num. 1. Verall. decis. 307. num. 1. Afflict. decis. 65. num. 16. & alij allegati à Camillo Borello in sua summa decisionum titulo 6. de sanctiss. Episc. num. 6. & ita fuit quoque decisum à Rota in Romana prælationis 8. Aprilis 1623 coram R. P. D. Buratto*, & nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæstione 17. num. 9.* vbi ait, quòd Abbates veniunt appellatione Prelatorum, si Abbatia Regularis sit Clerico seculari commendata, quia talis commendatarius modo sit perpetuus, Prelatus dicitur: & id ob iurisdictionem, siue administrationem in eum transfusam, vt ait *Barbat. allegat. à Loterio in præcitato loco, & Rota decis. 346. num. 2. par. 3. lib. 3. diuersor. & in dicta Romana Prælationis coram Buratto*, ibi concludendo commendatarium à vero Abbate non differre; sed id quod fuit dictum, quod appellatione Prelati veniat quoque Abbas, non procedit ad sui fauorem, quando scilicet essemus in materia odiosa, vt ait idem *Loterius ibi supra num. 12.*

15 Subamplia, quòd illi Abbates huiusmodi insignia ferentes ceteros illis carentes precedere debent, *vt ait Azor. in prima parte Institut. Moral. fol. 1564. sub littera D. et nouissimè Loterius de re beneficiaria, libro primo, quæstione 17. numero 29.*

16 Amplia secundò, huiusmodi Abbates adeò esse priuilegiatos, vt illi etiam ante benedictionem ornamentis Pontificalibus vtantur, & dicantur Abbates, quod non contingit in Episcopo, & Archiepiscopo, qui non solum ante munus consecrationis, & Pallij susceptionem vnus non dicitur Episcopus, nec alter Archiepiscopus; sed nec etiam dictis Pontificalibus ornamentis induuntur. Et ratio istius differentiæ ea est, quia talis benedictio Abbatis potius refertur ad quandam solemnitatem, & consuetudinem, quàm ad sub-

ſtanriandum actum; quod ſecus eſt in Epiſcopo, & Archiepiſcopo, quibus per conſecrationem, & Pallij ſuſceptionem ordo confertur, vt ait *Franciſ. Marc. in deciſ.* 1085. *num.* 2. *& deciſ.* 1086. *& deciſ.* 1394. *num.* 1.2. *et* 5. *par.* 1. *Gratian. lib.* 5. *diſceptationum forenſ. cap.* 871. *num.* 11.

17 Subamplia primò, prædicta procedere ſtante conſuetudine non benedicendi Abbatem in contrarium in Romana Curia ſeruata, quæ enim benedictio, licet neutro caſu petatur, poteſt nihilominus Abbas ante illam ea omnia exercere, quæ ad eius officium ſpectant: cum poſtquam electus eſt, dicatur Abbas; & quòd hoc ſit verum videmus, quòd ſtatim eius beneficia vacant, licet ea in Epiſcopo ante conſecrationem, & in Archiepiſcopo ante pallij ſuſceptionem non vacent; licet tamen ſecus ſit de ſtylo Curiæ Romanæ, quia Papa ſolet in promotione Conſiſtoriali beneficia ipſo iure à die promotionis decernere vacare, quod non ſequitur de iure communi, iuxta quod non ſufficit in tali caſu ſola promotio ad Epiſcopatum, ſed requiritur etiam poſſeſsionis apprehenſio, vt fuit dictum in *Caputaquen. Abbatia* 25. *Maij* 1620. *coram R.P.D. Dunozetto*. Sed eſt benè verum, quòd prędictus ſtylus non haberet locum ſi Papa in actu promotionis non decerneret beneficia vacare; quia tunc eſſet ſtandum diſpoſitioni iuris communis, & per conſequens eſſet in tali caſu neceſſaria poſſeſsionis adeptio, quod tamen opus non eſſet quando de illis retentio daretur, vt fuit deciſum à *Rota per Cardinalem Seraphinum in ſua dec.* 100. & in huiuſmodi materia, vide quàm egregiè more ſolito dicit Dominus meus *Ioannes Frãciſcus Ferrentillus in addit. ad dec. Burat.* 26. Vnde redeundo ad id quod dicebamus de benedictione Abbatis, nota, quòd ſi dicta benedictio etiam fuiſſet per Abbatem ex abundanti petita, & ab Epiſcopo recuſata, nihilominus Abbas poſſet ordines ſuis ſubditis conferre, & ſic igitur erit notandum, quòd quando petitur illa benedictio ab Abbate ſolum petitur regulariter ab eo, qui iuxta ſolitum benedicitur, & iſto caſu dictus Abbas ex deuotione humiliter ad hunc effectum benedictionem petit ab Epiſcopo, & in ea obtinenda, præter iuramentum, debet fidem, ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam ſummo Pontifici promittere, & id regulariter ad omnes Abbates ſpectat; ſed eſt benè verum, quòd Abbas exemptus promittit ſuo Abbati Generali, & Prælatis Ordinarijs religionis in petitione benedictionis, fidem, ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam; ille verò non exemptus debet prædicta ſuo Ordinario in benedictione promittere; at ſecus in eo qui ſecundum vſum Eccleſię nullam benedictionem tenetur imperrare; quia tunc talis poſt eius electionem ſtatim abſquè quòd benedicatur ſit (vt diximus) abſque dubio Abbas; vt ait idem *Gratian. in dicto capitulo* 871. *num.* 11. *&* 42. *Franciſ. Marc. deciſ.* 1086. *par.* 1. *et Aſcan. Tamburin. in ſuo tractatu de Iure Abbat. diſput.* 11. *quæſt.* 3. *cum pluribus alijs quæſtionibus ſequentibus*.

18 Subamplia ſecundò prædicta pręcipuè locum habere quando in Abbate adeſſet conſuetudo immemorabilis huiuſmodi benedictionem non petendi, quod enim de Iure fieri validè poteſt, *vt ait idem Gratian. in præcitato loco num.* 16. 19. 29. *&* 38.

19 Immò ſufficit in hoc, quòd conſuetudo ſit de quadraginta annis tantum ad hoc, vt Abbas benedictione non egeat, & tunc dicitur deſſuetudo; veluti quoque ſufficeret pro benedictione obtinenda, quando eiuſdem temporis conſuetudo eam petendi extaret; ſed ſi intra illud tempus forſan in huiuſmodi obſeruantia varietas adeſſet, ita vt alii Abbates fuerint benedicti, alii verò non, tunc eſt in Abbatis poteſtate eam ſuſcipere, vel non, *vt firmat Azor. in* 1. *par. Inſtitut. Moral. fol.* 1656. *lib.* 3.

20 Et ratio eſt, quia ex actibus turbidis, & vario modo obſeruatis conſuetudo non eſt attendenda, *vt ait Rota in deciſ.* 65. *num.* 13. *par.* 1. *in recent. & deciſ.* 112. *num.* 5. *& deciſ.* 477. *num.* 2. *par.* 2. *in recent. & per Gregor. in deciſ.* 161. & ibi addentes, *Card. Seraphin. deciſ.* 381. *num.* 3. & nouiſſimè *Gratian. lib.* 1. *diſcept. cap.* 113. *num.* 67.

Sed

21 Sed quando essemus in locis vbi consuetudo eam petendi, & concedendi verè extaret, tunc extende eam posse dari, nedum die Dominico, sed etiã alijs diebus, in quibus minores ordines conferri possunt; Et ratio est, quia benedictio Abbatis non est maior quàm Ecclesiæ, siue Altaris consecratio, in qua sacra Vnctio adhibetur, & tamen videmus, quòd illa functio alijs diebus quam Dominicis fieri de iure communi potest, *vt ait Azor. par. pr. instit. moral. lib. 12. cap. 20. fol. 1561. vers. Tertio quæritur, & est text. in cap. tua, de consecr. eccles. vel alt. Oldrad. & Io. Andr. quos sequitur Panormit. in cap. cum sit, de consecr. eccles. vel altaris.* Licet Hostiensis existimet esse tutius si Abbas die Dominico benedicatur veluti eodem die necessario fieri debet Episcopi consecratio hora tertia lucis, *ad text. in cap. nocte, de consecrat. dist. 1. & Doctores superius allegati.* Cui tamen benedictioni dandæ animaduertas, quòd prius præcedere debet Abbatis confirmatio, sed quando esset semel concessa amplius reiterari non potest, veluti dicitur de benedictione nuptiali, quę licet characterem non imprimat, nihilominus non repetitur, *Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum disput. 11. q. 1. num. 4.*

22 Quæ quidem confirmatio nota quòd si sumus in exemptis, tunc ea fit Romani Pontificis auctoritate generali, vel peculiari, siue legati à latere si aliquis forsan in prouincia existat; Quinimmò posset etiam id facere si legationem, siue Prouinciam exiuisset; quia ille in his, quæ sunt voluntariç iurisdictionis potest suam auctoritatem etiam extra prouinciam exercere, *vt ait Rota per Greg. dec. 353. num. 6.* Immò potest id quoquè facere erga personas non subditas suæ prouinciæ, vt dicunt ibi *Addent. ad decis. 287. nu. 11. penes Gregor.* omninò videndi in materia facultatis legati de latere erga non subditos.

23 Secus autem si nondum prouinciam sibi decretam fuerit ingressus; quia tunc officium legationis exercere non valet, *vt ait Franciscus Marcus decisione 317. num. 2.*

24 Si verò Abbates non sint exempti, tũc confirmatio auctoritate Episcopi sufficeret; quamuis hodie Ordines Monastici ex priuilegio Romanorum Pontificum obtinuerint, vt eorũ Abbates inferiores confirmentur auctoritate suorum Abbatum Superiorum, siue Præsidentium, vt videmus contingere de Prioribus, & ministris Prouincialibus Ordinum Mendicantium, qui nutu, & auctoritate Prioris, & Ministri Generalis confirmari solent.

25 Vndè vbi benedictio sola sine vlla confirmatione primum locum obtinet, vel quando confirmatio sola vicem benedictionis gerit, tunc per confirmationem, siue per benedictionem omnis potestas, & iurisdictio Abbati tribuitur, sed quando confirmatio præcedit, & postea illi benedictio subsequitur, tunc per confirmationem omnia Abbati conferuntur, quæ ad iurisdictionem spectant: Per benedictionem verò ea conferuntur, quæ ordinis sunt, vt est vasa, aut vestes sacrare, siue ordines minores conferre, aut Populo solemni ritu benè precari, vt pulchrè ait *Azor. dicta 1. par. Instit. Moral. lib. 12. fol. 1561. in littera D.* Et sic igitur Abbas talis dicitur postquàm erit electus, & confirmatus, licet sit benè verum, quòd ante ordinationem non debet electus vocari Abbas, qui per confirmationem Papę recipit iurisdictionem ordinariam cum mero imperio in monachos sibi subiectos, *vt ait Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 27. num. 18. 20. & 25.*

26 Item licet sit verum quòd Abbas, qui est benedictus, vel ex priuilegio Sedis Apostolicæ habeat facultatem exercendi Pontificalia, possit ac si esset benedictus omnia sacra benedicere: id tamen facere non poterit in illis, in quibus sacra Vnctio adhibetur, *vt fuit declaratum à sacra Congregatione Concilij super sess. 23. cap. 10. in 5. Abbates, cart. 363.* & ibi Doctores allegantur huiusmodi opinionem tenentes, & nouissimè *Ascan. Tamburin. in suo tract. de Iure Abbat. in disp. 11. q. 3. num. 3. cum seqq.*

27 Et ratio est, quia licet Abbas priuilegiatus eo modo quo supra dictum fuit, possit ea omnia, quæ ad Episcopum spectant per se exercere; fallit tamẽ in Chrismate, & ordinibus sacris, cum ea quæ sunt Ordinis sacri specialem prouisionẽ requi-

requirant, & sic ea inferioribus Prælatis concessa non censentur, nisi ex priuilegio Papæ fuerit huiusmodi facultas illis attributa; iuxta illam declarationem sacri Concilij *tit. de confirm. cap. 3. cart.* 756.

28 Quid si essemus in prædicto casu petendæ benedictionis, & Episcopus nollet benedicere? An possint causæ recusationis opponi, & appellari si non admittantur, vide in hoc *Innocent. in cap. 1. in fin. de supplen. neglig. Prælat.*

29 Amplia Tertiò cò magis procedere veluti quando Abbati esset concessa exemptio vna cum iurisdictione amplissima, quia tunc id ne dũ operaretur priuilegium prædictum conferendi benedictionem, verum etiam faceret, vt eius Ecclesia non dicatur de alicuius Diœcesi, *vt ait Gemin. in cap. cum Episcopus, num. 4. de off. ord. in 6.* vndè à pari procedunt hæc duo, nempè quòd Abbas habeat territorium sibi pleno iure subiectũ, vel quòd illud habeat proprium, vt est in *Clement. 1. vbi glos. in verbo Aut eorum, de reform. Calder. consil. 13. de iudic. Fran. Marc. decis.* 1081. *par.* 1. *& Card. Seraphin. in sua decis.* 1278. *num.* 4.

30 Sed est benè verùm, quòd licet loca exempta non sint de Diœcesi, tamen in Diœcesi esse dicuntur, veluti fuit decisum in *Calaguritana seu Nullius diœcesis lunæ* 5. *Maij* 1611. *coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est in recent. decis.* 156. *par.* 1. & in alia *Constantin. Iurisdictionis Mercurij* 18. *Maij* 1611. *coram eodem, quæ est in dicta par.* 1. *recent. dec.* 324.

31 Et ratio est, quia tale priuilegium solum eximit à subiectione, non autem à situatione, & denominatione, vt ait *Rota in d. dec.* 324. *num.* 4.

32 Vndè ex prædictis infertur primò, quòd delinquentes in loco exempto nõ possint puniri iuxta statutum illius diœcesis, veluti dicunt *Ioan. Andr. Gemin. & Franch. in cap. vt animarum, §. statuto, de constit. in 6. Abb. in cap. nimis, de iureiuran. Card. in Clem.* 2. *§.* 1. *quæst.* 4. *de priuileg.* & ita quoque fuit decisum *in vna Burgen. iurisdictionis* 28. *Aprilis* 1599. *coram R. P. D. Orano.*

33 Quod tamen intellige procedere iuxta distinctionem, quam inferius inuenies in *limitatione* 3.

34 Infertur secundò, quòd quando Abbates habent iurisdictionem sibi pleno iure commissam, possunt etiam multa facere, & præsertim in alienationibus rerum Ecclesiæ decretum interponere, vt *ait Franc. Marc. in sua dec.* 1083. *par.* 1.

35 Amplia quartò, quòd si Abbates, siuè Prælati inferiores habeant territorium separatum, tunc ne dum illud dicitur esse nullius diœcesis (vt paulò ante dixi) sed dicitur etiam propriæ diœcesis effectum, & de per se, & hac ratione ipsi quoquè dicuntur diœcesani, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 212. *num.* 2. *& seqq.* vbi dicit, quòd Abbates diœcesani, & loca subiecta habentes, & ibi visitando, & faciendo Synodum dicuntur verè diœcesani; & ratio est, quia Diœcesis nihil aliud est quàm Diuisio, & Gubernium, *vt ait Card. in clement. dudum, q.* 1. *de sepult. Rota in Salamantina iurisdictionis* 9. *Maij* 1588. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 459. *num.* 2. vt adnotatur in eius repertorio in verbo Abbas, sed melius in *Constantien. iurisdict.* 18. *Maij* 1611. *coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est in recentior. dec.* 324. *par.* 1. ad quam enim semper in hac materia recurrere debes, quia ista decisio est magistralis.

36 Vndè eo casu quando Abbas territorium separatum, & priuatam Iurisdictionem habet, tunc ille non visitat eo modo, quo facit alius inferior, vt est Archidiaconus, cuius enim formam in visitando seruare non tenetur, sed vti ordinarius ille procedere debet, *vt ait Gratian. d. lib.* 2. *discept. cap.* 212. *num.* 41.

37 Amplia quintò, quòd si Abbas habeat Iurisdictionem quasi Episcopalem, & sit nullius Diœcesis, tunc litteræ (verbi gratia) dispensationum, & similes eiusdem Prouinciæ eidem Abbati sunt remittendæ, *vt fuit dictum in Nullius diœcesis della Serena* 10. *Octobris* 1593. *coram Cardin. Seraphin. quæ est in eius impress. decis.* 1052. *num.* 1. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij Tridentini, vt ait *Garz. de benef. cap.* 2. *§.* 1. *quæst.* 9. *num.* 542. *& seqq.*

38 Et ratio est, quia tunc Abbas perindè habetur, ac si esset extra Diœcesim Episcopi in omnibus, & per omnia, vt fuit decisum in *Lucen. seu Nullius iurisdictionis*

nis 4. Maii 1598. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1278 num. 4.

39 Subamplia quòd nedum dictis Abbatibus, & inferioribus poterunt dictæ dispensationes committi, sed etiam eorum Vicarijs, licet nullius etiam diœcesis non sintsi tamen proprium territorium, & Iurisdictionem quasi Episcopalem habeant, *vt ait idem Garz. ibi supra num. 146.*

40 Sed nota tamen quòd prius erit docendum coram Datario de huiusmodi qualitatibus, siue esse in quasi possessione, vt eis huiusmodi dispensationes committantur; nec isti tali casu possunt quicquam pro labore, & receptione testiũ, vel alio quouis titulo recipere, sed gratis dictæ litteræ sunt concedendę, *vt ait idem Garz. ibi supra cap. 1. p. 8. n. 102. cum seqq.* & ibi ponuntur declarationes sacri Concilij, & Decretum.

41 Amplia sextò id in tantum esse verum, vt propterea Episcopus isto casu non posset illud territorium Abbatiæ visitare, etiãsi esset Sedis Apostolicæ Delegatus, vt ait *Rota in dicta Salamantina Iurisdictionis coram Cardin. Seraphino*, quod tamen procedit quoad potestatem ordinariam, at secus quoad delegatam à Concilio, vt mox dicetur.

42 Sed ad istius articuli intelligentiam hic notandum erit, quòd aliquando visitatio spectat ad Episcopum, non tanquàm Ordinarium, sed vti Sedis Apostolicæ Delegatum ex concessione Concilij in loco etiam non Religioso, vt latè ait *Barbos. de offic. & potest. Episcopi allegat.* 75. per totam in hac materia viden. *& veluti fuit dictum à Rota per Papam Gregorium in sua decis. 4. num. 16.* Immò ex illius concilij ordinatione Episcopi locorum possunt, ac debent singulis annis visitare Ecclesias quomodolibet exemptas, vti Sedis Apostolicæ delegati, *vt in sess. 7. de refor. cap. 8. & ita ait Rauden. decis.* 35. & id habet quoque locũ in inferioribus Episcoporum Iura Ordinariorum habẽtibus, *vt ait Sayr. decis. 9. de spons. & Rota in vna nullius Iurisdictionis 3. Octobris 1589 coram R. P. D. Gipsio*, & prius in alia *Salamantina Iurisdictionis 3. Octobris 1579. coram Card Seraphino.* Immò id quoque procedit in Capitulo Sede vacante, quod debet visitare Ecclesias auctoritate Apostolica exẽptas, ac Episcopatui subiectas, *vt ait Rota in Burgen. iuris visitandi 1. Iunii 1598. coram Orano.* Veluti eodem modo dicitur, quando datur quasi Sedis Episcopalis vacatio, vt puta, Episcopo ab hostibus capto, *vt ait Rota ibidem coram eodem 10. Martii 1597.* ad quod enim corroborandum facit decretum Clementis Octaui relatum per extensum à *Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat.* 80. vbi ad tollenda scandala, quæ inter Regulares, & Episcopos sæpè oriri solebant, mandat propterea, vt Episcopi possint etiam in locis exemptis Episcopalia exercere, & Baldacchinum ad vsum Episcopi in loco opportuno attollere, cũ derogatione quorumcumque priuilegiorum, ac constitutionũ Apostolicarum quibusuis regularibus tã mendicantibus, quàm non mendicantibus, & Monachis, etiam Cassinensibus, Clericis, Presbyteris, & cuiuis alteri Ordini, & Religioni, Militiæ, Societati, & Congregationi concessis, Immò nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib. 1. q. 25 num. 36. & Bellam. in suo cons. 20. nu. 20.* firmãt, quòd Abbates subijciuntur visitationi Episcopi, etiamsi habeant Iurisdictionem quasi Episcopalem, nisi tamen haberet Abbas solida Iura Episcopalia vsquè ad ea, quæ tangunt ordinem, vt est reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quæ non potest concedi, nisi cum graui offensa Iurisdictionis Episcopalis, nec de potestate ordinaria.

43 Et sic igitur Abbas, quando haberet proprium territorium, tunc prædicta omnia facere posset, casu quo nullus Episcopus valeret ibi Iura Episcopalia exercere, *vt ait Guilelm. de Mõte Laudano in clem. Pastoralis num. 2. cum seqq. de re iudic. & ita fuit dictum in Burgen. Sancti Ioannis 4. Decembris 1595. coram R. P. D. Orano.*

44 Subamplia prædicta multò magis procedere, quando non solum Abbatia esset exempta, sed etiam esset penitus Iurisdictio Ordinarij suppressa, quia tunc illius districtus per Episcopũ visitari nõ posset, *vt fuit dictum in Salamantina Iurisdictionis 14. Octobris 1579. allegata à Rota in decis. 324. p. 1. in recentior. Gratian. lib. 2. discept. cap. 212. num. 32. & Rota in alia Tirasonen. iurisdictionis 9. Iulii 1593. coram Cardin. Mellino.*

Secus

45 Secus autem, fi contingeret Abbatem Iurifdictionem habere cumulatiuam cum Epifcopo, quia tunc Epifcopus remaneret verus Diœcefanus etiamfi Abbas priuatiuè iurifdictionem Epifcopalem præfcripfiffet, *vt ait Abbas in cap. nimis, num. 1. de iureiuran. & in c. irrefragabili, & ibi Felin. num. 1. de offic. ordinar. & ita fuit dictum in Calagurrtana feu Nullius Iurifdictionis luna 5. Maii 1608. coram Reuerendifs. Atrebaten. qua eft in recentior. in 1. p. decif. 156. num. 7.*

46 Et in dubio quando inferiori Prelato conceditur facultas vifitandi in fundatione, ea conceffa cenfetur cumulatiuè cum Epifcopo, & non priuatiuè ex difpofitione eiufdem facri Concilij; At fecus quando contra eum expreffa prohibitio adeffet, *vt fuit dictũ in vna Abulen. Iuris vifitandi 10. Nouembris 1600. coram Papa Ludouifio*, Immò hic erit notãdum quòd licet Epifcopus debeat vifitare cum aliquibus Canonicis affiftentibus, & à Capitulo eligendis vigore Concilij Tridentini, *feff. 6. cap. 4. de reformation.* non per hoc tamen confilium, vel confenfum eorum adhibere tenetur, *vt ait Rota in vna Illerdien. vifitationis 13. Nouembris 1602. coram R. P. D. Iufto.*

In hac pag. 8. col. 1. lin. 29. ante nu. 47. adde hac verba.

Sed fi forfan lis fuper iurifdictione verteretur, tunc vifitatio veluti actus iurifdictionalis fieri non poterit. Immo neque tali cafu poterit Ordinarius lite pendente, procedere ad cenfuras contra vifitationem impedientes, vt fuit dictum à *Rota per Burat. dec. 504. & ibi per addent. Cardin. Seraph. dec. 475. num. 1. & decif. 619. num. 2. Card. Mantic. dec. 322. num. 14. Gregor dec. 4. num. 4. & decif. 304. num. 2. & decif. 346. num. 2. & 3. & decif. 394. num 4. par. prima recentior. & in Pampilonen. Iuris vifitandi 15 Decembr. 1625 coram Merlino.*

47 Sed ad hoc vt Abbatia dicatur penitus ab Ordinario exẽpta, & Papę fubiecta, non ta ꝙ requiruntur centum anni, *vt ait Rota in Reatina Iuris conferendi Luna 5. Aprilis 1593. coram Card. Seraph. qua eft in eius impreff. decif. 1021. num. 6.*

48 Immò neq. fufficeret etiam quòd Abbatia effet fufcepta fub protectione Sedis Apoftolicæ; quia non per hoc fequitur quòd effet à Iurifdictione Ordinarij exẽpta, fed fpacium prædicti temporis erit neceffarium, *vt ait d. Card. Seraph. ibi fupra num. 6. & Papa Ludouif. decif. 4. num. 3.*

49 Rurfus declara id quod fuit dictum de exemptione Abbatis ab ordinaria iurifdictione Epifcopi effe verum, & procedere quoties dictus Abbas obferuantiam priuilegij fuæ exemptionis probet, & quòd probatio fit releuans, proxima, & priuilegio cohęrens: quia non poteft id à remotis peti, *veluti fuit dictum in vna Alexandrina decanatus 12. Iulij 1598. coram R. P. D. Orano, & Rota decif. 37. num 34. & 35. par. 2. diuerf. & decif. 170 num. 4. par. 2. in recentior. & in Lanuen. iurifdictionis Mercurij 13. Iunij 1607. coram Gregorio XV. qua eft in eius impreff. decif. 325. & in Comen. decimarum 1. Februarij 1608. coram Cardin. Sacrato, & in alia Placentina Canonicatus 3. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirouano.*

50 Et ad id nota, quòd obferuantia in hoc non erit remota quando fit infra quadraginta annos, *vt fuit decifum in Tirafonen. Sacriftiæ 9. Iunij 1600. coram R. P. D. Iufto.*

51 Extende primò, quòd etiam remota obferuantia fuffragaretur, vt puta quando per prius nunquam euenit cafus faciẽdi aliquem actum, & fic illud priuilegium exercendi, *vt fuit decifum in Barchinonen Prioratus 11. Maij 1609. coram R. P. D. Coccino*, quæ eft in eius impreffis *decif. 469. fub num. 6.* & ad id facit quoque decifio *Cardin. Seraphini 1410. num. 27.*

52 Extende fecundò, quòd dicta obferuantia fuffragetur quando adminiculo iuuatur, quod præfumptionem continuationis antiqui ftatus argueret, *veluti fuit decifum in Mediolanen. Iurispatronatus luna 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano, qua eft in recentior. decif. 482. num. 7. & 10. par. 1.*

53 Extende præterea, quòd ad præfcribendam dictam exemptionem fufficiat etiam titulus putatiuus, & inualidus: dummodo fuerit iufto errore caufatus, *vt ait Rota decif. 324. num. 8. par. 1. in recent.*

54 Animaduertendo tamen, quòd quando agitur de validitate, feu inualiditate priuilegiorum Regularium, tunc ad fummum Pontificem erit recurrendum: quia eorum interpretationẽ fibi referuauit, *vt ait Tamburin. de iure Abbat. difput. 15. quaeft. 6. num. 2. fol. 165.*

55 Amplia feptimò, quòd nec etiam Ordinarius poterit vifitare Parrochias, nec perfonas curam animarum, & Sacramenta exercentes quando Abbates, feu alij fuperiores regulares haberent iurifdictionem temporaralem in Parrochianos, *veluti fuit dictum in Ciuitaten. iurifdictionis 11. Februarij 1594. coram Card. Seraphino, qua eft in eius impreff. dec. 1067. num. 2.* veluti neq; etiam poteft Ordinarius, fed Abbas approbare Cappellanos Abbatiæ ad audiendas confeffiones in eius Ecclefijs, quando tamen Abbatia fit nullius

Diœcefis

Diœcesis & Abbas iurisdictionem quasi Episcopalem habeat priuatiuè quoad Episcopum, & dummodo ipsi Confessarij ab Abbate offerantur Episcopo, *iuxta declarationem Sac. Concil. Trid. veluti fuit resolutum à Rota in dec. 332. num. 2. par. 1. in recent. & ibi alia decisiones allegantur*, Et propterea videmus etiam, quòd manutentio sit danda Abbati existenti in huiusmodi quasi possessione deputãdi Capellanos ad nutum amouibiles in aliqua Ecclesia illius Abbatiæ subiecta etiam probata solùm generali quasi possessione respectu aliarum Ecclesiarum eidem subiectarum, licet etiam particulare exercitium non probetur, vt ait *Rota in decis. 480. num. 2. par. 1. recent. et in Hispalen. primitiarum 13. Maii, et 14. Nouembris 1622. coram R. P. D. Nauarro, et per Burat. decis. 392. num. 1. et 2.* licet tamen secus sit in Abbatissa, quæ neque confessiones potest audire, nec minus suos cappellanos confessarios deputare, *vt ait Francisc. Marc. in decis. 955. num. 3. & decis. 1082. num. 6. par. 1.* Sed si forsan lis penderet inter Episcopũ, & Prælatum inferiorem super omnimoda alicuius loci iurisdictione, tunc approbatio confessariorum esset committenda Episcopo per modum prouisionis, ratione periculi salutis animarum, *vt ait Rota per D. Burat. in sua decis. 565.*

56 Declara tamen prædictam ampliationem esse veram, quando sumus in beneficijs regularibus: secus verò quando beneficia essent secularia exempta, quia tunc ab Ordinarijs visitari ne dum ea possunt: sed etiam personæ Ecclesijs etiam non inseruientes, veluti eodem modo dicitur de Parrochialibus, quibus per presbyteros seculares, & non regulares inseruitur; quia tunc licet illæ sint vnitæ, & dependentes à regularibus, nihilominus possunt ab Episcopo viciniori vnà cum Abbatibus regularibus cumulatiuè visitari, vt fuit ita declaratum à Sacra Congregatione de ordine S. D. N. Greg. xiij. cuius sanctitas in hoc casu propter abusus concessit Breue pro vna vice Episcopo Satsinatensi salutis iuribus vtriusq. partis contra Abbatem de Balneo Gamalduléſium, *vt habetur in declaratione super sess. 24. cap. 9. de reformat.* & ibi subiungit, quòd ad effectum sciendi quis Ordinarius sit magis vicinus, distantia erit mensuranda.

57 Extende eodem modo procedere in beneficijs nullius Diœcesis, quæ visitari debent ab Episcopo viciniori non solum in capite, sed etiam in membris, vti tamen Sedis Apostolicæ Delegato; immò ad eum spectat concedere litteras dimissorias illis, qui sunt nullius Diœcesis, & eos in visitatione poterit monere, & cogere si non resident, vel indiscretas licentias non residendi suis subditis concessas corrigere, *vt decreuit sacra Congregatio ibi supra cart. 492. in lib. declarationum* vbi ad id Doctores citatos inuenies.

58 Amplia octauò, quòd nec minus potest Episcopus excommunicare eum, qui sit de iurisdictione Abbatis, & ex sua propria exẽptus, *vt ait Rot. in Barchinonen. incursus censurarum, Veneris 21. Iunij 1593. coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. decis. 237. num. 1.*

59 Secus tamen quando essemus in exemptis, sed notoriè excommunicatis à Iure, vel ab homine, quia tunc benè posset eos denunciare, & mandare, vt euitentur, veluti etiam potest punire religiosum exemptum si extra Monasterium sine habitu incedat, at secus si intra; Item poterit exemptis ministrare iustitiam quoties ab eorum superiore ea denegetur, si tamen facilè ad Papam ire non valent, siue ad alios suos superiores recursum facilè habere nõ possint; licet regulariter Episcopus in locis exẽptis non possit erigere tribunalia, & pro tribunali sedere, & ibi iura reddere, neq. põt ibi Põtificalia exercere absquè Abbatum licentia, sed benè potest ibi Pontificalibus propria auctoritate vti, absquè tamen eorum exercitio. Veluti nequè in illis locis exemptis potest Episcopus processiones solemnes, & generales ordinare, nec minus in illis prædicare, *vt dicunt Doctores allegati à Tamburin. in disp. 15. quæst. 7. cum pluribus seqq. fol. 67. vsque ad 97.*

60 Amplia nonò, quòd quando sumus in terminis prædictis tunc Abbas non debet in euentum controuersiæ priuari sua quasi possessione habendi territorium separatum à Diœcesi, sed in ea manuteneri præterquam in causis matrimonialibus, criminalibus, & alijs, *de quibus inferius dicetur in limitatione 2. & veluti ait Rota in Baren. iurisdictionis 18. Maij 1608. coram*

In hac pag. 10. col. 1. lin. 13. ante n. 62. hac adde

& Buras. dec. 346. n. 4. Subamplia d. ampliat. pluribus modis et in beneficio procedere à quo pōt Abbas regulare amouere sine causa, odio, & malitia, tamen cessante, et si iuramētū interuenerit, siue si cōtraria cōsuetudo vigeret, vt ait *Rota d. dec. 346 num. 5.*

Subamplia 2. procedere, et si collatio spectaret ad Abbatē, & Conuētū insimul, et si confirmatio epi esset necessaria: quia pōt nihilominus solus Abbas eū remouere: quia nō per hoc natura beneficij mutatur, vt ait addēs ad eā *dec. 346 ubi sup. A*

Subamplia 3. et si pactū in cōtrariū vrgeret de nō reuocando, vt dicūt DD. *allegat. ab addente ibi supra.*

Subamplia 4 procedere, nō obstante statuto per Abbatē cōdito, hāc remotionē prohibente, dato et q. statutū esset iuratum, licet tamē remouēs incidat in periuriū, quando id iurata ea fieret, vt ait *Sa b. in decalōo 7 c. 19. n. 128.*

Subamplia 5 et q. Papa in forma cōi, & ad partis instatiā deputationē factā ab Abbate cōfirmasset: licet tamē secus esset, si Papa ex certa sciētia cōfirmasset, vt dicūt *DD. alleg. ab addēte in d. dec. 346.*

Limita tamē eam cōclusionē, 1. nō procedere in beneficijs electiuis, quia cū ea sint perpetua, ideò ab illis quis remoueri non potest absque legitima causa.

Limita 2 quādo beneficiū pleno iure licèt regulare esset ordinario subiectum. Tertiò, quādo beneficiū regulare esset parochiale, & beneficiarius fuisset auctoritate episcopi cōstitutus. At secus, si illud pleno iure Monasterio subesset. Quartò limitatur, quādo quis vti secularis preficeretur benefic. vt eit, quādo datur Eccl. seculari curatę, siue simplici beneficio ex legitima dispensatione.

Quintò limitatur, si benef. ēēt de sui nāra ppetuū, qa tūc nō pōt ad nutū Prælati. quis ab ab eo remoueri, vt dicūt DD *alleg. ab add. ad d. dec.* Buratti *346.* Extēde præd. ampliat. adeò esse veras, vt, ppterea, neq. Monachus benef. priuatus à Superiore possit cōtra eū spo... intentare, vt ait *Ro Bur. d. dec. 346. n. 7*

ram R. P. D. Coccino, allegata in alia Calaguritana Iurisdictionis de Nagera Luna 6. Iunij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est in recentior. dec. 332. par. 1. num. 3. & 4. & prius fuit latè dictum in Burgen. Iurisdictionis 7. Februarij 1596 coram R. P. D. *Orano*.

61 Amplia decimò, quòd Abbas possit etiam Priorem manualem remouere sine causa, quod tamen restringe procedere, nisi subsit malitia, seu alicuius odij præsumptio, *vt ait Rota in decis. 778. num. 1. & seqq. par. 1. diuers.*

62 Amplia vndecimo, quòd Abbas possit benedicere campanas, etiamsi illę in Ecclesijs non suæ Religionis inseruire deberent, *veluti ita fuisse resolutū refert Mercat. dec. Papia 112. casu 3. quem allegat Riccius in sua collect. 955. in 4. parte.*

63 Amplia duodecimò, quòd Abbas potest quoque benedicere vestes, & Calices, *vt ait Balb. in sua dec. 22. allegat. à Riccio in præcitato loco,* & nouissimè *Loter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 27. num. 18.*

64 Subamplia, quòd immò poterit etiam vltra prædicta benedicere quoque Pallas Altaris, & quælibet alia Ecclesiastica ornamenta, ac Corporalia, Piscides, seu alia vasa ad reponendam Sacram Eucharistiā, necnon alias quasuis Imagines vndecumque ad illum deferantur, *vt ait Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbat. disput. 23. quæst. 13. num. 1.*

65 Contrarium tñ tenent *Gemin. Franc. Anchar. & gloss. in cap. Abbate, allegati ab Azor. in 2. par. instit. Moral. lib. 9. cap. 7. fol. 620.* vbi dicunt Abbates non posse, siue de iure, siue de consuetudine calices consecrare. Et ratio est, quia consecratio est Ordinis Episcopalis, non autem iurisdictionis, & propterea alijs, quàm Episcopis dicta consecratio conuenire non potest, etiam præscriptione, vel consuetudine interueniente.

66 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat vbi consuetudo esset iure communi approbata, siue tacito Romani Pontificis consensu permissa. Secunda verò procedit quando neutrum eorū concurrit. Et ratio rationis est, quia ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, tàm ex iure Canonico, quàm ex Diuino, non possunt aliis quàm Episcopis competere, nisi (vt supra dixi) illam consuetudinem ius commune approbet, siue Pontifex Romanus eam permittat, *vt refert idem Azor. in pracit. loco. Et ita fuit declaratum à Concilio veluti dixi in 2. Ampliatione, versic. Et ratio est, num. 27.*

67 Amplia decimotertiò, quòd etiam Abbas possit remittere denunciationes in matrimoniis faciendas, *vt ait Sayr. in dec. 9. de sponsalibus,* quod est notandum pro amplianda dispositione Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 1. de reformat.* quæ tamen facultas nota, quòd Episcoporum vicariis non competit, *vt refert ita fuisse decisum, Caualcan. Rota Florz. in sua dec. 29. par. 2. et Riccius ibi supra in dicta collect. 955.*

68 Amplia decimoquartò, quòd Abbas possit pari modo absoluere eius Monachos ab excommunicatione incursa, *vt ait Rota dec. 1522. par. 3. diuers. et est text. in c. Monachi de sentent. excommunicat. et Riccius in dicta collect. 955.* ait esse animaduertendum quòd Abbas potestatem habet etiam in crimine hæresis, *vt ait Sayr. in dec. 7. de haretic.* Quod tamen intellige verum quando inquisitores non adessent, *vt ait Azor. in loco per me mox allegando,* de Episcopo loquendo, cui præscribit formam procedēdi in hoc crimine tàm seorsim, quàm coniunctim cum Inquisitore, *idem Azor. in prima par. Instit. moral. lib. 8. fol. 986. et 987. in littera D.* & ibi latè docetur quod genus personarum, & cuius ætatis, & qualitatis illæ esse debeant: & quibus tormentis hæreticus afficiendus sit, & multa alia, quæ per te ad saturitatem videre poteris.

69 Declara tamen id, quod fuit dictum de potestate Abbatis in crimine hæresis, non procedere quando illud esset notoriū, quia tunc neque Episcopus potest absoluere hæreticum ab hęresi quando ea esset ad forum contentiosum deducta, *et ita fuit declaratum à Sacra Congregatione Concilij super sess. 24. cap. 6. in 9. idem et in hæresis crimine cart. mihi 484.* & ibi allegantur Doctores hanc opinionem tenentes, & ibidem etiam docetur quando occultum, aut manifestum dicatur illud delictum, secus autem quando in hæresi occulta complex adesset, quia tunc Concilium non dat facultatem absoluendi ab obligatione denunciandi eum complicem Immò eum non denunciās efficitur excommunicatus per edictum sancti officij *vt ait*

vt ait Nicol. Gargias de benef. par. 11. cap. 7. num. 142. Alias si daretur absolutio ab huiusmodi occulta hęresi, esset velle dare destructionem sancti officij, & ob id dicta Congregatio non dat facultatem absoluendi ab obligatione denunciandi complices, quos quis habet, *vt fuit declaratum in practi. sess. 24. cap. 6. in vers. An irregularitate er.a.*

70 Extende, quòd Abbates Iurisdictionem quasi Episcopalem habentes dispensant ab irregularitatibus suos subditos prouenientibus ex occulto delicto; At secus si irregularitates essent ad forum contentiosum deductę, vel si homicidium esset voluntarium; quia tunc non absoluunt, *vt fuit declaratum bis à Sacra Congregatione Concilii in sess. 14. cap. 9. de reformat.* & ibi citantur Doctores huiusmodi opinionem tenentes *cart. mihi 104. vers. an etiam, & in sess. 24. cap. 6. de reform. car.* 481. & ibi infiniti Doctores allegantur, *vbi recurrere poteris.*

71 Et dicitur de voluntario homicidio, quia Concilium semper excludit, ea quę fiunt per industriam, per insidias, & ex proposito, *vt ibidem videre est.*

72 Rursus extende, quòd etiam Abbas Ecclesię nulli Episcopo subiectę potest dare licentiam allij Sacerdoti, vt matrimonio assistat, *veluti fuit ita declaratum ob illa sacra Congregatione, vt dicunt L.D. citati in sess. 24. de reformat. matr. cap. 1. car. 423. in declarationibus dicti Concilij Guttier. de matrim. cap. 66. num. 6. Henriq. lib. 11. cap. 3. num. 4. Petr. de ledesm. de matrim. quaest. 45. artic. 5. punct. 3. conclus. 3.*

73 Amplia decimoquintò, quòd Abbas potest consentire electioni de se factę absq. sui superioris licentia, *vt ait Franch. Marc. in sua dec. 1115. par. 1.*

74 Extende idem procedere in Abbate in Episcopum, siue Archiepiscopum electo; quia tunc dictę electioni de se factę quoque consentire potest, licèt secus sit quoad transitum de sua Ecclesia ad aliam, quia tunc obstaret regula, quòd Abbas non debet suum monasterium deserere, & ad aliam Ecclesiam sine superiorum permissu transire; quod tamen intellige verum quando essemus in Abbate exempto, secus autem in non exempto, quia eo casu quãdo eligitur in Episcopum proprium illius Diœcesis, vbi per prius erat subiectus, tunc licentia non est necessaria, quia hoc modo non alienatur Abbas, sed fit de filio Pater, Quod secus tamen esset de exempto, nam tunc quia alienaretur, idcircò licentia Papæ, siue legati de latere requiritur ad hoc, vt ad Episcopatum, siue ad Archiepiscopatum transire possit, veluti etiam dicitur de Abbate non exempto, vel de clerico inferiori, qui id absque licentia Episcopi facere minimè possunt, vt pulchrè distinguendo *ait Franc. Marc. in d. cta decis. 1115. num. 1. & seqq.* & ibi animaduertit, quòd licentia eundi ad Episcopatum non suffragatur pro Archiepiscopatu ob earum dignitatum diuersitatem.

75 Vndè quando essemus in electionibus Episcoporum, vel Archiepiscoporum, tunc nota quòd Abbates, seu alij Prælati, vel Religiosi hodiè non sunt vocandi, quia electio Ecclesiæ ad Cononicos spectat, nisi aliud consuetudine caueat, *vt ait dictus Fran. Marc. in decis. 1332. num. 1.* licèt Præpositus *in cap. obeuntibus 63. distinct.* dicat quod quando sunt Abbates Præpositi, vel alij Prælati eiusdem Ciuitatis, sunt vocandi, non autem Monachi, aut alij regulares, nisi forsan esset aliquis Cappellanus eiusdem Ecclesiæ, qui esset magnæ scientiæ, honestatis, & deuotionis, quia tunc iste vocari deberet iuxta opinionem Prępositi, & Archidiaconi, quos allegat *F anc. Marc. in dicta decis. 1332. parte 1.* Quinimmò quòd hodie absentes de consuetudine cuiuscumque Ecclesię ad electionem sint vocandi, nisi proponatur absentia vltra duas dietas, *ait nouissimè Loterius de re beneficiaria lib. 2. quaest. 19. num. 16. & seq.* & vocatio debet esse legitimè facta ad hoc vt contemptus non resultet, & cui incumbat onus probandi vocationem fuisse legitimam, siue non, tradit remissiuè idem *Loterius ibi supra num. 20. & sub num. 21.* animaduertit quòd illi, qui non debuerunt vocari ad electionem; si fortè fuerint vocati debent expectari, cũ ea tñ distinctione, an quis sit vocandus de Iure, siuè potius de consuetudine: In primo casu erit irrita electio si non expectatur; In secundo verò expectatur, si de consuetudine probetur, licèt ibi subiungat, quòd talis consuetudo non possit produci ad effe-

Tamburin. de Iure Abbatum quæst. 1. disput. 3. num. 2. & seqq.

4 Successiuè erit notandum, quòd Abbatum variæ sunt species; nàm alij sunt Abbates, qui Patres denominantur, caput Religionis facientes, vt mox diximus, & isti habent sigillum authenticum, sicut habent quoque Abbates exempti, qui immediatè Romanæ Ecclesiæ sunt subiecti, & eorum confirmatio immediatè ad Papam, siue legatum de latere spectat; Immo cum isti regulariter Pontificialibus vtantur, ideò non immeritò vocantur Patres Antistites, & Regularium Duces, *vt ait Franc. Marc. decis. 1080. num. 1. & seq. par. 1. Gratiau. lib. 5. disceptat. forens. cap. 871. num. 8. & Ascan. Tamburin. de Iure Abbat. disput. 5. quæst. 1. num. 2.*

5 Alij vero sunt Abbates inferiores: & isti sigillum authenticum non habent, nisi ex priuilegio, seu consuetudine appareat; vel nisi in his, quæ ad eorum officium spectant, qui quidem Abbates inferiores quando habent priuilegium illud Pontificialibus vtendi, vt potè in Concilio Prouinciali, aut in synodo Episcopali, non vtuntur eo casu nisi Mitra simplici, Abbates verò exempti Mitris aurifrigiatis vtuntur, *vt pulchrè distinguit Franc. Marc. in dicta sua decis. 1080. eodem n. 1. & seq. parte prima, & est text in cap. Vt Apostolicæ de priuileg. in 6. & Azor. in 2. parte Instit. moral. fol. 178. lib. 3. capit. 19. tit. de Abbat. secular.*

6 Declara tamen id, quod fuit dictum de delatione Mitrarum aurifrigiatarum esse verum, quando essemus in Synodis, & Concilijs Prouincialibus, & Diœcesanis, at secus in Concilio Generali; quia in eo neque Episcopi illis vti possunt, sed solum illis planis, & albis, *vt ait Card. Iacobat. de Concil. lib. 1. rubr. de loco seden. in Concil. versic. post præmissa sedebunt Abbates; & nouissimè Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum disput. 24. quæst. 6. num. 1. & seqq. tom. 1. & prius in disput. 3. quæst. 2. num. 5. & seq.* ait quòd ex dictis Abbatibus alij sunt sæculares, alij regulares; secularium reperiuntur ij, qui exercent nedum in Clericos, verum etiam in laicos sibi subditos quasi Episcopalem Iurisdictionem, ac insignia Pontificalia gestant. Alij verò sunt ex prædictis inferiores, qui nec Iurisdictionem habent, nec Pontificalibus vtuntur, quamuis eorum Abbatiæ dignitatem contineatn. Alij denique reperiuntur, qui in Ecclesijs collegialibus pro illis accipiuntur, qui toto collegio præsunt, *vt ait Azor. in præcitato loco.*

7 Abbates verò regulares alij sunt, qui sub se regulares subditos habent, quorum gubernio sunt præpositi, & isti omnibus prærogatiuis Abbatum gaudent, & istorum, alij sunt inferiores, alij verò supremi; inferiores sunt illi, qui conuentuales, siue locales vocantur, & isti eorum Monasterijs præsunt, & immediatam præ latio nem habent, & sub eis nullus alter Prælatus existit, & ideò verè Prælati vocantur, vt communiter tenent Summistæ in verbo *Prælatus*; & præcipuè *Siluest.* & *Angel.* Supremi verò dicuntur Generales, qui nemini nisi soli Summo Pontifici subijciuntur, vt ait *Tamburin. in. d. disput. 3. quæst. 2. sub num. 8.*

8 Vndè ex prædictis infertur, quòd quando Abbas vtitur Mitra, & Baculo tunc potest solemnem benedictionem conferre in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, veluti fuit decisum à *Rota in vna Salamantina Iurisdictionis 3. Iunij 1580. coram Cardin Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 467. num. 5.*

9 Et ratio est, quia Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum potest ea omnia in Ecclesijs sibi subiectis exercere, prout Episcopus in sua Diœcesi, & Territorio, veluti fuit decisum in *Burgen. iurisdictionis Mercurij 22. Iunij 1611. coram Pirouano, quæ est in prima par. recentior. decis. 346. num. 1. & decis. Francisci Marc. 377. num. 3. par. 1. Cardin. Mantic. decis. 361. nu. 2. & Card. Seraph. decis. 1278. num. 4. &* nouissimè *Laterius de re beneficiaria lib. 1. q. 17. num. 1.*

10 Quod enim vendicat sibi locum tàm in Abbate Generali, quam etiam in locali, qui pari modo iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos exercet, vt nouissimè ait *Ascanius Tamburinus de iure Abbatum, disputat. tertia, quæst. secunda per totam in primo tomo.* Licet tamen prædicti Abbates differant in amplitudine iurisdictionis, & etiam quod dependentiam, vt ait idem *Tamburinus ibi supra, quæstione 3.*

Et

11 Et ibi supra fuit dictum de benedictione in suis Ecclesijs danda, quia extra Ecclesiam, & suam Iurisdictionem non potest Abbas benedictiones dare, neque Ecclesias, & Cœmeteria reconciliare, nisi id de licentia ordinarii loci fieret, vt ait *Rota vbi supra*, & ita fuit declaratum à sacra Congregatione Concilij *sess. 6. de reformat. capite quarto, versic. potest Abbas*.

12 Quinimmò possunt etiam ex priuilegio speciali, licet non de Iure communi, solemniter Populo benedicere, nedum coram Episcopo, & alijs maioribus Prælatis, verum etiam (& quod magis est) ipsis Cardinalibus præsentibus de latere legatis, de quo valdè miratus fui, dum id narrare audierim ab Eminentissimo, & Reuerendiss. Domino Cardinali Serra bo. mem. qui erat tunc temporis nedum dictæ Ecclesiæ Pacis de Vrbe Titularis, necnon totius illius Congregationis dignissimus Protector; verum etiam illi functioni vnà cum alijs vndecim Cardinalibus in dicta Ecclesia Beatæ Mariæ de Pace in Vrbe interuenit de Anno 1614. dum fuit Pontificalis benedictio ab illius Abbate post Missam solemniter decantatam, pópulo impartita; quod enim priuilegium fuit dictæ Congregationi concessum à Sixto Quarto de anno 1483 de mense Octobris, & sui Pontificatus decimotertiò, veluti testatur etiam *Gabriel Pennot. in sua hist. lib. 3. cap. 33. sub num. 4.* & ita pari modo fuisse seruatum in eademmet Ecclesia sanctę Mariæ de Pace, testatur *Ascan. Tamburin. in dicto suo tractatu de iure Abbatum disputat. 21. quæst. 8. & 9. num. 4. tom. 1.* vbi expressa verba istius Bullæ exponuntur.

13 Extende, quòd etiam dicti Abbates, ne dum possunt solemnem benedictionem Populo dare in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, verum etiam in illis, quæ sibi quamuis non pleno iure subsunt, & id ex indulto Bonifacij Papæ Noni, anno sui Pontificatus duodecimò: cuius enim verba ad extensum ponit *Tamburin. in disputat. 21. quæst. octaua, sub num. 2.*

14 Amplia primò, quòd dicti Abbates habentes vsum Mitræ, & Baculi, possunt etiam loco Episcoporum adhiberi, vtputa in causa actualis degradationis ab ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, vbi certus numerus Episcoporum requiritur, quia huiusmodi Abbates culmen dignitatis habere dicuntur, & veluti Episcopi suprema potestate funguntur, vt pulchrè ait *Franciscus Viuius in sua decisione 314. & prius decis. 230. num. 1. Verall. decis. 307. num. 1. Afflict. decis. 65. num. 16. & alij allegati à Camillo Borello in sua summa decisionum titulo 6. de sanctiss. Episc. num. 6. & ita fuit quoque decisum à Rota in Romana prælationis 8. Aprilis 1623 coram* R. P. D. *Buratto*, & nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæstione 17. num. 9.* vbi ait, quòd Abbates veniunt appellatione Prelatorum, si Abbatia Regularis sit Clerico seculari commendata, quia talis commendatarius modo sit perpetuus, Prelatus dicitur: & id ob iurisdictionem, siue administrationem in eum transfusam, vt ait *Barbat. allegat. à Loterio in præcitato loco, & Rota decis. 346. num. 2. par. 3. lib. 3. diuersor. & in dicta Romana Prælationis coram Buratto*, ibi concludendo commendatarium à vero Abbate non differre; sed id quod fuit dictum, quod appellatione Prelati veniat quoque Abbas, non procedit ad sui fauorem, quando scilicet essemus in materia odiosa, vt ait idem *Loterius ibi supra num. 12.*

15 Subamplia, quòd illi Abbates huiusmodi insignia ferentes ceteros illis carentes precedere debent, *vt ait Azor. in prima parte Institut. Moral. fol. 1564. sub littera D. et nouissimè* Loterius *de re beneficiaria, libro primo, quæstione 17. numero 29.*

16 Amplia secundò, huiusmodi Abbates adeò esse priuilegiatos, vt illi etiam ante benedictionem ornamentis Pontificalibus vtantur, & dicantur Abbates, quod non contingit in Episcopo, & Archiepiscopo, qui non solum ante munus consecrationis, & Pallij susceptionem vnus non dicitur Episcopus, nec alter Archiepiscopus; sed nec etiam dictis Pontificalibus ornamentis induuntur. Et ratio istius differentię ea est, quia talis benedictio Abbatis potius refertur ad quandam solemnitatem, & consuetudinem, quàm ad sub-

ſtantiandum actum; quod ſecus eſt in Epiſcopo, & Archiepiſcopo, quibus per conſecrationem, & Pallij ſuſceptionem ordo confertur, vt ait *Franciſ. Marc. in decis.* 1085. *num.* 2. *& decis.* 1086. *& decis.*1394. *num.*1.2.*et* 5. *par.* 1. *Gratian. lib.* 5. *disceptationum forenſ.cap.* 871. *num.* 11.

17 Subamplia primò,prædicta procedere ſtante conſuetudine non benedicendi Abbatem in contrarium in Romana Curia ſeruata, quæ enim benedictio, licet neutro caſu petatur, poteſt nihilominus Abbas ante illam ea omnia exercere, quæ ad eius officium ſpectant: cum poſtquam electus eſt, dicatur Abbas; & quòd hoc ſit verum videmus, quòd ſtatim eius beneficia vacant, licet ea in Epiſcopo ante conſecrationem, & in Archiepiſcopo ante pallij ſuſceptionem non vacent; licet tamen ſecus ſit de ſtylo Curiæ Romanæ, quia Papa ſolet in promotione Conciſtoriali beneficia ipſo iure à die promotionis decernere vacare, quod non ſequitur de iure communi, iuxta quod non ſufficit in tali caſu ſola promotio ad Epiſcopatum, ſed requiritur etiam poſſeſſionis apprehenſio, vt fuit dictum in *Caputaquen. Abbatiæ* 25. *Maij* 1620. *coram R.P.D. Dunozetto*. Sed eſt benè verum, quòd prędictus ſtylus non haberet locum ſi Papa in actu promotionis non decerneret beneficia vacare, quia tunc eſſet ſtandum diſpoſitioni iuris communis, & per conſequens eſſet in tali caſu neceſſaria poſſeſſionis adeptio, quod tamen opus non eſſet quando de illis retentio daretur, vt fuit deciſum à *Rota per Cardinalem Seraphinum in ſua dec.* 100. & in huiuſmodi materia, vide quàm egregiè more ſolito dicit Dominus meus *Ioannes Frāciſcus Ferrentillius in addit. ad dec. Burat.* 264. Vnde redeundo ad id quod dicebamus de benedictione Abbatis, nota, quòd ſi dicta benedictio etiam fuiſſet per Abbatem ex abundanti petita, & ab Epiſcopo recuſata, nihilominus Abbas poſſet ordines ſuis ſubditis conferre, & ſic igitur erit notandum, quòd quando petitur illa benedictio ab Abbate ſolum petitur regulariter ab eo, qui iuxta ſolitum benedicitur, & iſto caſu dictus Abbas ex deuotione humiliter ad hunc effectum benedictionem petit ab Epiſcopo, & in ea obtinenda, preter iuramentum, debet fidem, ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam ſummo Pontifici promittere, & id regulariter ad omnes Abbates ſpectat; ſed eſt benè verum, quòd Abbas exemptus promittit ſuo Abbati Generali, & Prælatis Ordinarijs religionis in petitione benedictionis, fidem, ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam; ille verò non exemptus debet prædicta ſuo Ordinario in benedictione promittere; at ſecus in eo qui ſecundum vſum Eccleſię nullam benedictionem tenetur impetrare; quia tunc talis poſt eius electionem ſtatim abſquè quòd benedicatur ſit (vt diximus) abſque dubio Abbas; vt ait idem *Gratian. in dicto capitulo* 871. *num.* 11. *&* 42. *Franciſ. Marc. decis.*1086.*par.*1. *et Aſcan. Tamburin. in ſuo tractatu de Iure Abbat. disput.* 11. *queſt.* 3. *cum pluribus alijs quæſtionibus ſequentibus.*

18 Subamplia ſecundò prædicta pręcipuè locum habere quando in Abbate adeſſet conſuetudo immemorabilis huiuſmodi benedictionem non petendi, quod enim de Iure fieri validè poteſt, *vt ait idem Gratian. in præcitato loco num.* 16. 19. 29. *&* 38.

19 Immò ſufficit in hoc, quòd conſuetudo ſit de quadraginta annis tantum ad hoc, vt Abbas benedictione non egeat, & tunc dicitur deſſuetudo; veluti quoque ſufficeret pro benedictione obtinenda, quando eiuſdem temporis conſuetudo eam petendi extaret; ſed ſi intra illud tempus forſan in huiuſmodi obſeruantia varietas adeſſet, ita vt alii Abbates fuerint benedicti, alii verò non, tunc eſt in Abbatis poteſtate eam ſuſcipere, vel non, *vt firmat Azor. in* 1. *par. Inſtitut. Moral. fol.*1656. *lib.* 3.

20 Et ratio eſt, quia ex actibus turbidis, & vario modo obſeruatis conſuetudo non eſt attendenda, *vt ait Rota in decis.* 65. *num.* 13. *par.* 1. *in recent. & decis.* 112. *num.* 5. *& decis.* 477. *num.* 2. *par.* 2. *in recent. & per Gregor. in decis.* 161. & ibi addentes, *Card. Seraphin. decis.* 381. *num.* 3. & nouiſſimè *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 113. *num.* 67.

Sed

21 Sed quando essemus in locis vbi consuetudo etiam petendi, & concedendi verè extaret, tunc extende eam posse dari, ne dum die Dominico, sed etiã alijs diebus, in quibus minores ordines conferri possunt; Et ratio est, quia benedictio Abbatis non est maior quàm Ecclesiæ, siue Altaris consecratio, in qua sacra Vnctio adhibetur, & tamen videmus, quòd illa functio alijs diebus quam Dominicis fieri de iure communi potest, *vt ait Azor. par. pr. instit. moral. lib. 12. cap. 20. fol. 1561. vers. Tertio quæritur, & est text. in cap. tua, de consecr. eccles. vel alt. Oldrad. & Io. Andr. quos sequitur Panormit. in cap. cum sit, de consecr. eccles. vel altaris.* Licet Hostiensis existimet esse tutius si Abbas die Dominico benedicatur veluti eodem die necessario fieri debet Episcopi consecratio hora tertia lucis, *ad text. in cap. nocte, de consecrat. dist. 1. & Doctores superius allegat.* Cui tamen benedictioni dandæ animaduertas, quòd prius præcedere debet Abbatis confirmatio, sed quando esset semel concessa amplius reiterari non potest, veluti dicitur de benedictione nuptiali, quę licet characterem non imprimat, nihilominus non repetitur, *Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum disput. 11. q. 1. num. 4.*

22 Quæ quidem confirmatio nota quòd si sumus in exemptis, tunc ea fit Romani Pontificis auctoritate generali, vel peculiari, siue legari à latere si aliquis forsan in prouincia existat; Quinimmò posset etiam id facere si legationem, siue Prouinciam exiuisset; quia ille in his, quæ sunt voluntarię iurisdictionis potest suam auctoritatem etiam extra prouinciam exercere, *vt ait Rota per Greg. dec 353. num. 6.* Immò potest id quoquè facere erga personas non subditas suæ prouinciæ, vt dicunt ibi *Addent. ad decis. 287. nu. 11. penes Gregor.* omninò videndi in materia facultatis legati de latere erga non subditos.

23 Secus autem si nondum prouinciam sibi decretam fuerit ingressus; quia tunc officium legationis exercere non valet, *vt ait Franciscus Marcus decisione 317. num. 2.*

24 Si verò Abbates non sint exempti, tũc confirmatio auctoritate Episcopi sufficeret; quamuis hodie Ordines Monastici ex priuilegio Romanorum Pontificum obtinuerint, vt eorũ Abbates inferiores confirmentur auctoritate suorum Abbatum Superiorum, siue Præsidentium, vt videmus contingere de Prioribus, & ministris Prouincialibus Ordinum Mendicantium, qui nutu, & auctoritate Prioris, & Ministri Generalis confirmari solent.

25 Vndè vbi benedictio sola sine vlla confirmatione primum locum obtinet, vel quando confirmatio sola vicem benedictionis gerit, tunc per confirmationem, siue per benedictionem omnis potestas, & iurisdictio Abbati tribuitur, sed quando confirmatio præcedit, & postea illi benedictio subsequitur, tunc per confirmationem omnia Abbati conferuntur, quæ ad iurisdictionem spectant: Per benedictionem verò ea conferuntur, quæ ordinis sunt, vt est vasa, aut vestes sacrare, siue ordines minores conferre, aut Populo solemni ritu benè precari, vt pulchrè ait *Azor. dicta 1. par. Instit. Moral. lib. 12. fol. 1561. in littera D.* Et sic igitur Abbas talis dicitur postquàm erit electus, & confirmatus, licet sit benè verum, quòd ante ordinationem non debet electus vocari Abbas, qui per confirmationem Papę recipit iurisdictionem ordinariam cum mero imperio in monachos sibi subiectos, *vt ait Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæst. 27. num. 18 20. & 25.*

26 Item licet sit verum quòd Abbas, qui est benedictus, vel ex priuilegio Sedis Apostolicæ habeat facultatem exercendi Pontificalia, possit ac si esset benedictus omnia sacra benedicere: id tamen facere non poterit in illis, in quibus sacra Vnctio adhibetur, *vt fuit declaratum à sacra Congregatione Concilii super sess. 23. cap. 10. in 9. Abbates, cart. 363.* & ibi Doctores allegantur huiusmodi opinionem tenentes, & nouissimè *Ascan. Tamburin. in suo tract. de iure Abbat. in disp. 11. q. 3. num. 3. cum seqq.*

27 Et ratio est, quia licet Abbas priuilegiatus eo modo quo supra dictum fuit, possit ea omnia, quæ ad Episcopum spectant per se exercere; fallit tamẽ in Chrismate, & ordinibus sacris, cum ea quæ sunt Ordinis sacri specialem prouisionẽ

requirant, & sic ea inferioribus Prælatis concessa non censentur, nisi ex priuilegio Papæ fuerit huiusmodi facultas illis attributa; iuxta illam declarationem sacri Concilij *tit. de confirm. cap. 3. cart. 756.*

28 Quid si essemus in prædicto casu petendæ benedictionis, & Episcopus nollet benedicere? An possint causæ recusationis opponi, & appellari si non admittantur, vide in hoc *Innocent. in cap. 1. in fin. de supplen. neglig. Prælat.*

29 Amplia Tertiò eò magis procedere veluti quando Abbati esset concessa exemptio vna cum iurisdictione amplissima, quia tunc id ne dũ operaretur priuilegium prædictum conferendi benedictionem, verum etiam faceret, vt eius Ecclesia non dicatur de alicuius Diœcesi, *vt ait Gemin. in cap. cum Episcopus, num. 4. de off. ord. in 6.* vndè à pari procedunt hæc duo, nempè quòd Abbas habeat territorium sibi pleno iure subiectũ, vel quòd illud habeat proprium, vt est in *Clement. 1. vbi glos. in verbo Aut eorum, de reform. Calder. consil. 13. de iudic. Fran. Marc. decis. 1081. par. 1. & Card. Seraphin. in sua decis. 1278. num. 4.*

30 Sed est benè verùm, quòd licet loca exempta non sint de Diœcesi, tamen in Diœcesi esse dicuntur, veluti fuit decisum in *Calaguritana seu Nullius diœcesis lunæ 5. Maij 1611. coram Reuerendiss. Atrebaten. quæ est in recent. decis. 156. par. 1.* & in alia *Constantin. Iurisdictionis Mercurij 18. Maij 1611. coram eodem, quæ est in dicta par. 1. recent. dec. 324.*

31 Et ratio est, quia tale priuilegium solum eximit à subiectione, non autem à situatione, & denominatione, vt ait *Rota in d. dec. 324. num. 4.*

32 Vndè ex prædictis infertur primò, quòd delinquentes in loco exempto nõ possint puniri iuxta statutum illius diœcesis, veluti dicunt *Ioan. Andr. Gemin. & Franch. in cap. vt animarum, §. statuto, de constit. in 6. Abb. in cap. nimis, de iureiuran. Card. in Clem. 2. §. 1. quæst. 4. de priuileg.* & ita quoque fuit decisum *in vna Burgen. iurisdictionis 28. Aprilis 1599. coram R. P. D. Orano.*

33 Quod tamen intellige procedere iuxta distinctionem, quam inferius inuenies in *limitatione 3.*

34 Infertur secundò, quòd quando Abbates habent iurisdictionem sibi pleno iure commissam, possunt etiam multa facere, & præsertim in alienationibus rerum Ecclesiæ decretum interponere, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 1083. par. 1.*

35 Amplia quartò, quòd si Abbates, siuè Prælati inferiores habeant territorium separatum, tunc ne dum illud dicitur esse nullius diœcesis (vt paulò ante dixi) sed dicitur etiam propriæ diœcesis effectum, & de per se, & hac ratione ipsi quoquè dicuntur diœcesani, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 212. num. 2. & seqq.* vbi dicit, quòd Abbates diœcesim, & loca subiecta habentes, & ibi visitando, & faciendo Synodum dicuntur verè diœcesani; & ratio est, quia Diœcesis nihil aliud est quàm Diuisio, & Gubernium, *vt ait Card. in clement. dudum, q. 1. de sepult. Rota in Salamantina iurisdictionis 9. Maij 1588. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 459. num. 2.* vt adnotatur in eius repertorio in verbo Abbas, sed melius in *Constantien. iurisdict. 18. Maij 1611. coram Reuerendiss. Atrebaten. quæ est in recentior. dec. 324. par. 1.* ad quam enim semper in hac materia recurrere debes, quia ista decisio est magistralis.

36 Vndè eo casu quando Abbas territorium separatum, & priuatam Iurisdictionem habet, tunc ille non visitat eo modo, quo facit alius inferior, vt est Archidiaconus, cuius enim formam in visitando seruare non tenetur, sed vti ordinarius ille procedere debet, *vt ait Gratian. d. lib. 2. discept. cap. 212. num. 41.*

37 Amplia quintò, quòd si Abbas habeat Iurisdictionem quasi Episcopalem, & sit nullius Diœcesis, tunc literæ (verbi gratia) dispensationum, & similes eiusdem Prouinciæ eidem Abbati sunt remittendæ, *vt fuit dictum in Nullius diœcesis della Serena 10. Octobris 1593. coram Cardin. Seraphin. quæ est in eius impress. decis. 1052. num. 1.* & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij Tridentini, vt ait *Garz. de benef. cap. 2. §. 1. quæst. 9. num. 542. & seqq.*

38 Et ratio est, quia tunc Abbas perindè habetur, ac si esset extra Diœcesim Episcopi in omnibus, & per omnia, vt fuit decisum in *Lucen. seu Nullius iurisdictionis*

nis 4. Maii 1598. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1278 *num.*4.

39 Subamplia quòd nedum dictis Abbatibus, & inferioribus poterunt dictæ dispensationes committi, sed etiam eorum Vicarijs, licet nullius etiam diœcesis non sint; si tamen proprium territorium, & Iurisdictionem quasi Episcopalem habeant, *vt ait idem Garz. ibi supra num.* 146.

40 Sed nota tamen, quòd prius erit docendum coram Datario de huiusmodi qualitatibus, siue esse in quasi possessione, vt eis huiusmodi dispensationes committantur; nec isti tali casu possunt quicquam pro labore, & receptione testiū, vel alio quouis titulo recipere, sed gratis dictæ litteræ sunt concedendæ, *vt ait idem Garz. ibi supra cap.* 1. *p.* 8. *n.* 102. *cum seqq.* & ibi ponuntur declarationes sacri Concilij, & Decretum.

41 Amplia sextò id in tantum esse verum, vt propterea Episcopus isto casu non posset illud territorium Abbatiæ visitare, etiāsi esset Sedis Apostolicæ Delegatus, vt ait *Rota in dicta Salamantina Iurisdictionis coram Cardin. Seraphino*, quod tamen procedit quoad potestatem ordinariam, at secus quoad delegatam à Concilio, vt mox dicetur.

42 Sed ad istius articuli intelligentiam hic notandum erit, quòd aliquando visitatio spectat ad Episcopum, non tanquàm Ordinarium, sed vt Sedis Apostolicæ Delegatum ex concessione Concilij in loco etiam non Religioso, vt latè ait *Barbos. de offic. & potest. Episcopi allegat.* 75. per totam in hac materia viden. *& veluti fuit dictum à Rota per Papam Gregorium in sua decis.* 4. *num.* 16. Immò ex illius concilij ordinatione Episcopi locorum possunt, ac debent singulis annis visitare Ecclesias quomodolibet exemptas, vt Sedis Apostolicæ delegati, *vt in sess.* 7. *de refor. cap.* 8. *& ita ait Rauden. decis.* 35. & id habet quoque locū in inferioribus Episcoporum Iura Ordinariorum habētibus, *vt ait Sayr. decis.* 9. *de spons. & Rota in vna nullius Iurisdictionis* 3. *Octobris* 1589 *coram R. P. D. Gipsio*, & prius in alia *Salamantina iurisdictionis* 3. *Octobris* 1579. *coram Card. Seraphino.* Immò id quoque procedit in Capitulo Sede vacante, quod debet visitare Ecclesias auctoritate Apostolica exēptas, ac Episcopatui subiectas, *vt ait Rota in Burgen. iuris visitandi* 1. *Iunii* 1598. *coram Orano.* Veluti eodem modo dicitur, quando datur quasi Sedis Episcopalis vacatio, vt puta, Episcopo ab hostibus capto, *vt ait Rota ibidem coram eodem* 10. *Martii* 1597. ad quod enim corroborandum facit decretum Clementis Octaui relatum per extensum à *Barbos. de offic. & potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 80. vbi ad tollenda scandala, quæ inter Regulares, & Episcopos sæpè oriri solebant, mandat propterea, vt Episcopi possint etiam in locis exemptis Episcopalia exercere, & Baldacchinum ad vsum Episcopi in loco opportuno attollere, cū derogatione quorumcumque priuilegiorum, ac constitutionū Apostolicarum quibusuis regularibus tā mendicantibus, quàm non mendicantibus, & Monachis, etiam Cassinensibus, Clericis, Presbyteris, & cuiuis alteri Ordini, & Religioni, Militiæ, Societati, & Congregationi concessis, Immò nouissimè *Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 25 *num.* 36. *& Bellam. in suo cons.* 20. *nu.* 20. firmāt, quòd Abbates subijciuntur visitationi Episcopi, etiamsi habeant Iurisdictionem quasi Episcopalem, nisi tamen haberet Abbas solida Iura Episcopalia vsquè ad ea, quæ tangunt ordinem, vt est reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quæ non potest concedi, nisi cum graui offensa Iurisdictionis Episcopalis, nec de potestate ordinaria.

43 Et sic igitur Abbas, quando haberet proprium territorium, tunc prædicta omnia facere posset, casu quo nullus Episcopus valeret ibi Iura Episcopalia exercere, *vt ait Guilelm. de Mōte Laudano in clem. Pastoralis num.* 2. *cum seqq. de re iudic. & ita fuit dictum in Burgen. Sancti Ioannis* 4. *Decembris* 1595. *coram* R. P. D. *Orano.*

44 Subamplia prædicta multò magis procedere, quando non solum Abbatia esset exempta, sed etiam esset penitus Iurisdictio Ordinarij suppressa, quia tūnc illius districtus per Episcopū visitari nō posset, *vt fuit dictum in Salamantina Iurisdictionis* 14. *Octobris* 1579. *allegata à Rota in decis.* 324. *p.* 1. *in recentior. Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 212. *num.* 32. *& Rota in alia Tirasonen. iurisdictionis* 9. *Iulii* 1593. *coram Cardin. Mellino.*

Secus

45 Secus autem, si contingeret Abbatem Iurisdictionem habere cumulatiuam cum Episcopo, quia tunc Episcopus remaneret verus Dioecesanus etiamsi Abbas priuatiuè iurisdictionem Episcopalem præscripsisset, *vt ait Abbas in cap. nimis, num. 1. de Iureiuran. & in c. irrefragabili, & ibi Felin. num. 1. de offic. ordinar. & ita fuit dictum in Calaguritana seu Nullius Iurisdictionis luna 5. Maij 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est in recentior. in 1. p. decis. 156. num. 7.*

46 Et in dubio quando inferiori Prelato conceditur facultas visitandi in fundatione, ea concessa censetur cumulatiuè cum Episcopo, & non priuatiuè ex dispositione eiusdem sacri Concilij; At secus quando contra eum expressa prohibitio adesset, *vt fuit dictũ in vna Abulen. Iuris visitandi 10. Nouembris 1600. coram Papa Ludouisio*, Immò hic erit notãdum quòd licet Episcopus debeat visitare cum aliquibus Canonicis assistentibus, & à Capitulo eligendis vigore Concilij Tridentini, *sess. 6. cap. 4. de reformation.* non per hoc tamen consilium, vel consensum eorum adhibere tenetur, *vt ait Rota in vna Illerdien. visitationis 13. Nouembris 1602. coram R. P. D. Iusto.*

In hac pag. 8. col. 1. lin. 29. ante nu. 47. adde hæc verba.

Sed si forsan lis super iurisdictione verteretur, tunc visitatio vti actus iurisdictionalis fieri non poterit. Immo neque tali casu poterit Ordinarius lite pendente, procedere ad censuras contra visitationem impedientes, vt fuit dictum à *Rota per Burat. dec. 504. & ibi per addent. Cardin. Seraph. dec. 475. num. 1. & decis. 619 num. 2. Card Mantic. dec. 322. num. 14. Gregor dec. 4. num. 4. & decis. 304. num. 2. & decis. 346. num. 2. & 3. & decis. 394. num 4. par. prima recentior. & in Pampilonen. Iuris visitandi 15 Decembr. 1628 coram Merlino.*

47 Sed ad hoc vt Abbatia dicatur penitus ab Ordinario exẽpta, & Papæ subiecta, nota q requiruntur centum anni, *vt ait Rota in Reatina Iuris conferendi Luna 5. Aprilis 1593. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1021. num. 6.*

48 Immò neq; sufficeret etiam quòd Abbatia esset suscepta sub protectione Sedis Apostolicæ; quia non per hoc sequitur quòd esset à Iurisdictione Ordinarij exẽpta, sed spacium prædicti temporis erit necessarium, *vt ait d. Card. Seraph. ibi supra num. 6. & Papa Ludouis. decis. 4. num. 3.*

49 Rursus declara id quod fuit dictum de exemptione Abbatis ab ordinaria iurisdictione Episcopi esse verum, & procedere quoties dictus Abbas obseruantiam priuilegij suæ exemptionis probet, & quòd probatio sit releuans, proxima, & priuilegio cohęrens: quia non potest id à remotis peti, veluti *fuit dictum in vna Alexandrina decanatus 12. Iulij 1598. coram R. P. D. Orano, & Rota decis. 37. num 34. & 35. par. 2. diuers. & decis. 170 num. 4. par. 2. in recentior. & in Ianuen. iurisdictionis Mercurij 13. Iunij 1607. coram* Gregorio XV. *quæ est in eius impress. decis. 325. & in Comen. decimarum 1. Februarij 1608. coram Cardin. Sacrato, & in alia Placentina Canonicatus 3. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirouano.*

50 Et ad id nota, quòd obseruantia in hoc non erit remota quando sit infra quadraginta annos, *vt fuit decisum in Tirasonen. Sacristiæ 9. Iunij 1600. coram R. P. D. Iusto.*

51 Extende primò, quòd etiam remota obseruantia suffragaretur, vt puta quando per prius nunquam euenit casus faciẽdi aliquem actum, & sic illud priuilegium exercendi, *vt fuit decisum in Barchinonen Prioratus 11. Maij 1609. coram R. P. D. Coccino*, quæ est in eius impressis *decis. 469. sub num. 6.* & ad id facit quoque decisio *Cardin. Seraphini 1410. num. 27.*

52 Extende secundò, quòd dicta obseruantia suffragetur quando adminiculo iuuatur, quod præsumptionem continuationis antiqui status argueret, *veluti fuit decisum in Mediolanen. Iurispatronatus luna 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano, quæ est in recentior. decis. 482. num. 7. & 10. par. 1.*

53 Extende præterea, quòd ad pręscribendam dictam exemptionem sufficiat etiam titulus putatiuus, & inualidus: dummodo fuerit iusto errore causatus, *vt ait Rota decis. 324. num. 8. par. 1. in recent.*

54 Animaduertendo tamen, quòd quando agitur de validitate, seu inualiditate priuilegiorum Regularium, tunc ad summum Pontificem erit recurrendum: quia eorum interpretationẽ sibi reseruauit, *vt ait Tamburin. de iure Abbat. disput. 15. quæst. 6. num. 2. fol. 165.*

55 Amplia septimò, quòd nec etiam Ordinarius poterit visitare Parrochias, nec personas curam animarum, & Sacramenta exercentes quando Abbates, seu alij superiores regulares haberent iurisdictionem temporaralem in Parrochianos, *veluti fuit dictum in Ciuitaten. iurisdictionis 11. Februarij 1594. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 1067. num. 2.* veluti neq; etiam potest Ordinarius, sed Abbas approbare Cappellanos Abbatiæ ad audiendas confessiones in eius Ecclesijs, quando tamen Abbatia sit nullius Dioecesis

Diœcesis & Abbas iurisdictionem quasi Episcopalem habeat priuatiuè quoad Episcopum, & dummodo ipsi Confessarij ab Abbate offerantur Episcopo, *iuxta declarationem Sac. Concil. Trid. veluti fuit resolutum à Rota in dec. 332. num. 2. par. 1. in recent. & ibi aliæ decisiones allegantur*, Et propterea videmus etiam, quòd manutentio sit danda Abbati existenti in huiusmodi quasi possessione deputãdi Capellanos ad nutum amouibiles in aliqua Ecclesia illius Abbatiæ subiecta etiam probata solùm generali quasi possessione respectu aliarum Ecclesiarum eidem subiectarum, licet etiam particulare exercitium non probetur, vt ait *Rota in decis. 480. num. 2. par. 1. recent. et in Hispalen. primitiarum* 13. *Maij, et* 14. *Nouembris* 1622. *coram R.P.D. Nauarro, et per Burat. decis. 392. num. 1. et 2.* licet tamen secus sit in Abbatissa, quæ neque confessiones potest audire, nec minus suos cappellanos confessarios deputare, *vt ait Francisc. Marc. in decis. 955. num. 3. & decis. 1082. num. 6. par. 1.* Sed si forsan lis penderet inter Episcopũ, & Prælatum inferiorem super omnimoda alicuius loci iurisdictione, tunc approbatio confessariorum esset committenda Episcopo per modum prouisionis, ratione periculi salutis animarum, *vt ait Rota per D. Burat. in sua decis. 565.*

56 Declara tamen prædictam ampliationem esse veram, quando sumus in beneficijs regularibus: secus verò quando beneficia essent secularia exempta, quia tunc ab Ordinarijs visitari ne dum ea possunt: sed etiam personæ Ecclesijs etiam non inseruientes, veluti eodem modo dicitur de Parrochialibus, quibus per presbyteros seculares, & non regulares inseruitur; quia tunc licet illæ sint vnitæ, & dependentes à regularibus, nihilominus possunt ab Episcopo viciniori vnà cum Abbatibus regularibus cumulatiuè visitari, vt fuit ita declaratum à Sacra Congregatione de ordine S.D.N. Greg. xiij. cuius sanctitas in hoc casu propter abusus concessit Breue pro vna vice Episcopo Sarsinatensi saluis iuribus vtriusq. partis contra Abbatem de Balneo Camaldulẽsium, *vt habetur in declaratione super sess. 24. cap. 9. de reformat.* & ibi subiungit, quòd ad effectum sciendi quis Ordinarius sit magis vicinus, distantia erit mensuranda.

57 Extende eodem modo procedere in beneficijs nullius Diœcesis, quæ visitari debent ab Episcopo viciniori non solum in capite, sed etiam in membris, vti tamen Sedis Apostolicæ Delegato; immò ad eum spectat concedere litteras dimissorias illis, qui sunt nullius Diœcesis, & eos in visitatione poterit monere, & cogere si non resident, vel indiscretas licentias non residendi suis subditis concessas corrigere, *vt decreuit sacra Congregatio ibi supra cart. 492. in lib. declarationum* vbi ad id Doctores citatos inuenies.

58 Amplia octauò, quòd nec minus potest Episcopus excommunicare eum, qui sit de iurisdictione Abbatis, & ex sua propria exẽptus, *vt ait Rot. in Barchinonen. incursus censurarum, Veneris 21. Iunij 1593. coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. decis. 237. num. 1.*

59 Secus tamen quando essemus in exemptis, sed notoriè excommunicatis à Iure, vel ab homine, quia tunc benè posset eos denunciare, & mandare, vt euitentur, veluti etiam potest punire religiosum exemptum si extra Monasterium sine habitu incedat, at secus si intra; Item poterit exemptis ministrare iustitiam quoties ab eorum superiore ea denegetur, si tamen facilè ad Papam ire non valent, siue ad alios suos superiores recursum facilè habere nõ possint; licet regulariter Episcopus in locis exẽptis non possit erigere tribunalia, & pro tribunali sedere, & ibi iura reddere, neq. põt ibi Põtificalia exercere absquè Abbatum licentia, sed benè potest ibi Pontificalibus propria auctoritate vti, absquè tamen eorum exercitio. Veluti nequè in illis locis exemptis potest Episcopus processiones solemnes, & generales ordinare, nec minus in illis prædicare, *vt dicunt Doctores allegati à Tamburin. in disp. 15. quæst. 7. cum pluribus seqq. fol. 67. vsque ad 97.*

60 Amplia nonò, quòd quando sumus in terminis prædictis tunc Abbas non debet in euentum controuersiæ priuari sua quasi possessione habendi territorium separatum à Diœcesi, sed in ea manuteneri præterquam in causis matrimonialibus, criminalibus, & alijs, *de quibus inferius dicetur in limitatione 2. & veluti ait Rota in Baren. iurisdictionis 18. Maij 1608. co-*

ram

In hac pag. 10. col. 1. lin. 13. ante n. 62. hac adde & Burat. dec. 346. n. 4. Subamplia d. ampliat. plurib. modis et in beneficio procedere a quo pôt Abbas regulare amouere sine causa, odio, & malitia. tamen cessante, et si iuramētū intercesserit, siue si cōtraria cōsuetudo vigeret, vt ait *Rota d. dec. 346 num. 5.*

Subamplia 2. procedere, et si collatio spectaret ad Abbatē, & Conuētū insimul, et si confirmatio epi esset necessaria: quia pôt nihilominus solus Abbas eū remouere: quia nō per hoc natura beneficij mutatur, vt ait addēs ad eā *dec. 346 ab at. A*

Subamplia 3. et si pactū in cōtrariū vrgeret de nō reuocando, vt dicūt DD. *allegat. ab addente ibi supra.*

Subamplia 4 procedere, nō obstente statuto per Abbatē cōdito, hāc remotionē prohibente, dato et q. statutū esset iuratum. licet tamē remouēs incidat in periur iū, quando id sutta eā fieret, vt ait *Sā b. in decal. lib 7 c. 29. n. 128.*

Subamplia 5 et q. Papa in forma cōi, & ad partis instatiā deputationē facta ab Abbate cōfirmasset: licet tamē secus esset, si Papa ex certa sciētia cōfirmasset, vt dicūt *DD alleg. ab addēte in d. dec 346.*

Limita tamē eam cōclusionē, 1. nō procedere in beneficijs electiuis, quia cū ea sint perpetua, ideò ab illis quis remoueri non potest absque legitima causa.

Limita 2 quādo beneficiū pleno iure licèt regulare esset ordinario subiectum. Tertiò, quādo beneficiū regulare esset parochiale, & beneficiarius fuisset auctoritate episcopi cōstitutus. At secus, si illud pleno iure Monasterio subesset. Quartò limitatur, quādo quis vti secularis proficere tur benefic. vt est, quādo datur Eccl. seculari curatę, siue simplici beneficio ex legitima dispensatione.

Quintò limitatur, si beset et de sui nāra pro petuū, q a tūc nō pôt ad nutū Prælati quis ab ab eo remoueri, vt dicūt DD *alleg. ab add. ad d. dec. Buratti 346.* Extēde præd. ampliat. adeò esse veras, vt propterea, neq. Monachus benef. priuatus à Superiore possit cōtra eū spoliū intentare, vt ait *Rota p Bur. d. dec. 346. n. 7*

ram R. P. D. Coccino, allegata in alia Calagurritana Iurisdictionis de Nagera Luna 6. Iunij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est in recentior. dec. 332. par. 1. num. 3. & 4. & prius fuit latè dictum in Burgen. Iurisdictionis 7. Februarij 1596 coram R. P. D. Orano.

61 Amplia decimò, quòd Abbas possit etiam Priorem manualem remouere sine causa, quod tamen restringe procedere, nisi subsit malitia, seu alicuius odij præsumptio, *vt ait Rota in decis. 778. num. 1. & seqq. par. 1. diuers.*

62 Amplia vndecimo, quòd Abbas possit benedicere campanas, etiamsi illę in Ecclesijs non suæ Religionis inseruire deberent, *veluti ita fuisse resolutū refert Mascrat. dec.* Papia 112. *casu 3. quem allegat Riccius in sua collect.* 955. *in 4. parte.*

63 Amplia duodecimò, quòd Abbas potest quoque benedicere vestes, & Calices, *vt ait Balb. in sua dec. 22. allegat. à Riccio in præcitato loco,* & nouissimè *Loter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 27. num. 18.*

64 Subamplia, quòd immò poterit etiam vltra prædicta benedicere quoque Pallas Altaris, & quælibet alia Ecclesiastica ornamenta, ac Corporalia, Piscides, seu alia vasa ad reponendam Sacram Eucharistiā, necnon alias quasuis Imagines vndecumque ad illum deferantur, *vt ait Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbat. disput. 23. quæst. 13. num. 1.*

65 Contrarium tn̄ tenent *Gemin. Franc. Anchar. & gloss. in cap. Abbate, allegati ab Azor. in 2. par. instit. Moral. lib. 9. cap. 7. fol. 620.* vbi dicunt Abbates non posse, siue de iure, siue de consuetudine calices consecrare. Et ratio est, quia consecratio est Ordinis Episcopalis, non autem iurisdictionis, & propterea alijs, quàm Episcopis dicta consecratio conuenire non potest, etiam præscriptione, vel consuetudine interueniente.

66 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat vbi consuetudo esset iure communi approbata, siue tacito Romani Pontificis consensu permissa. Secunda verò procedit quando neutrum eorū concurrit. Et ratio rationis est, quia ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, tàm ex iure Canonico, quàm ex Diuino, non possunt aliis quàm Episcopis competere, nisi (vt supra dixi) illam consuetudinem ius commune approbet, siue Pontifex Romanus eam permittat, *vt refert idem Azor. in præcit. loco. Et ita fuit declaratum à Concilio veluti dixi in 2. Ampliatione, versic. Et ratio est, num. 27.*

67 Amplia decimotertiò, quòd etiam Abbas possit remittere denunciationes in matrimoniis faciendas, *vt ait Sayr. in dec. 9. de sponsalibus,* quod est notandum pro amplianda dispositione Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 1. de reformat.* quæ tamen facultas nota, quòd Episcoporum vicariis non competit, *vt refert ita fuisse decisum Caualcan. Rota Fruiz. in sua dec. 29. par. 2. et Riccius ibi supra in dicta collect. 955.*

68 Amplia decimoquartò, quòd Abbas possit pari modo absoluere eius Monachos ab excommunicatione incursa, *vt ait Rota dec. 1522. par. 3. diuers. et est text. in c. Monachi de sentent. excommunicat. et Riccius in dicta collect. 955.* ait esse animaduertendum quòd Abbas potest atem habet etiam in crimine hæresis, *vt ait Sayr. in dec. 7. de hæretic.* Quod tamen intellige verum quando inquisitores non adessent, *vt ait Azor. in loco per me mox allegando,* de Episcopo loquendo, cui præscribit formam procedēdi in hoc crimine tàm seorsim, quàm coniunctim cum Inquisitore, *idem Azor. in prima par. Instit. moral. lib. 8. fol. 986. et 987. in littera D.* & ibi latè docetur quod genus personarum, & cuius ætatis, & qualitatis illæ esse debeant, & quibus tormentis hæretici afficiendi sit, & multa alia, quæ per te ad saturitatem videre poteris.

69 Declara tamen id, quod fuit dictum de potestate Abbatis in crimine hæresis, non procedere quando illud esset notoriū, quia tunc neque Episcopus potest absoluere hæreticum ab hęresi quando ea esset ad forum contentiosum deducta, *et ita fuit declaratum à Sacra Congregatione Concilij super sess. 24. cap. 6. in 9. idem et in hæresis crimine cart. mihi* 484. & ibi allegantur Doctores hanc opinionem tenentes, & ibidem etiam docetur quando occultum, aut manifestum dicatur illud delictum, secus autem quando in hæresi occulta complex adesset, quia tunc Concilium non dat facultatem absoluendi ab obligatione denunciandi eum complicem Immò eum non denunciās efficitur excommunicatus per edictum sancti officij

vt ait

vt ait Nicol. Gargias de benef. par. 11. cap. 7. num. 142. Alias si daretur absolutio ab huiusmodi occulta hęresi, esset velle dare destructionem sancti officij, & ob id dicta Congregatio non dat facultatem absoluendi ab obligatione denunciandi complices, quos quis habet, *vt fuit declaratum in pract. sess. 24. cap. 6. in vers. An irregularitate orta.*

70 Extende, quòd Abbates Iurisdictionem quasi Episcopalem habentes dispensant ab irregularitatibus suos subditos prouenientibus ex occulto delicto; At secus si irregularitates essent ad forum contentiosum deductę, vel si homicidium esset voluntarium; quia tunc non absoluunt, *vt fuit declaratum bis à Sacra Congregatione Concilij in sess. 14. cap. 9. de reformat.* & ibi citantur Doctores huiusmodi opinionem tenentes *cart. mihi 204. vers. an etiam*, & *in sess. 24. cap. 6. de reform. car. 481.* & ibi infiniti Doctores allegantur, *vbi res inspicere poteris.*

71 Et dicitur de voluntario homicidio, quia Concilium semper excludit, ea quę fiunt per industriam, per insidias, & ex proposito, *vt ibidem videre est.*

72 Rursus extende, quòd etiam Abbas Ecclesię nulli Episcopo subiectę potest dare licentiam allij Sacerdoti, vt matrimonio assistat, *veluti fuit ita declaratum ob illa sacra Congregatione, vt dicunt D.D. citati in sess. 24. de reformat. matr. cap. 1. car. 423. in declarationibus dicti Concilij Gutier. de matrim. cap. 66. num. 6. Henriq. lib. 11. cap. 3. num. 4. Petr. de Ledesm. de matrim. quaest. 45. artic. 5. punct. 3. conclus. 3.*

73 Amplia decimoquintò, quòd Abbas potest consentire electioni de se factę absq. sui superioris licentia, *vt ait Franch. Marc. in sua dec. 1115. par. 1.*

74 Extende idem procedere in Abbate in Episcopum, siue Archiepiscopum electo; quia tunc dictę electioni de se factę quoque consentire potest, licèt secus sit quoad transitum de sua Ecclesia ad aliam, quia tunc obstaret regula, quòd Abbas non debet suum monasterium deserere, & ad aliam Ecclesiam sine superiorum permissu transire; quod tamen intellige verum quando essemus in Abbate exempto, secus autem in non exempto, quia eo casu quādo eligitur in Episcopum proprium illius Diœcesis, vbi per prius erat subiectus, tunc licentia non est necessaria, quia hoc modo non alienatur Abbas, sed fit de filio Pater, Quod secus tamen esset de exempto, nam tunc quia alienaretur, idcircò licentia Papæ, siue legati de latere requiritur ad hoc, vt ad Episcopatum, siue ad Archiepiscopatum transire possit, veluti etiam dicitur de Abbate non exempto, vel de clerico inferiori, qui id absque licentia Episcopi facere minimè possunt, vt pulchrè distinguendo *ait Franc. Marc. in alla decis. 1115. num. 1. & seqq.* & ibi animaduertit, quòd licentia eundi ad Episcopatum non suffragatur pro Archiepiscopatu ob earum dignitatum diuersitatem.

75 Vndè quando essemus in electionibus Episcoporum, vel Archiepiscoporum, tunc nota quòd Abbates, seu alij Prælati, vel Religiosi hodiè non sunt vocandi, quia electio Ecclesiæ ad Cononicos spectat, nisi aliud consuetudine caueat, *vt ait dictus Fran. Marc. in decis. 1332. num. 1.* licèt Præpositus *in cap. obeuntibus 63. distinct.* dicat quod quando sunt Abbates Præpositi, vel alij Prælati eiusdem Ciuitatis, sunt vocandi, non autem Monachi, aut alij regulares, nisi forsan esset aliquis Cappellanus eiusdem Ecclesiæ, qui esset magnæ scientiæ, honestatis, & deuotionis, quia tunc ille vocari deberet iuxta opinionem Prępositi, & Archidiaconi, quos allegat *Franc. Marc. in dicta decis. 1332. parte 1.* Quinimmò quòd hodie absentes de consuetudine cuiuscumque Ecclesię ad electionem sint vocandi, nisi proponatur absentia vltra duas dietas, *ait nouissimè Loterius de re beneficiaria lib. 2. quaest. 19. num. 16. & seq.* & vocatio debet esse legitimè facta ad hoc vt contemptus non resultet, & cui incumbat onus probandi vocationem fuisse legitimam, siue non, tradit remissiuè idem *Loterius ibi supra num. 20. & sub num. 21.* animaduertit quòd illi, qui non debuerunt vocari ad electionem; si fortè fuerint vocati debent expectari, cū ea tñ distinctione, an quis sit vocandus de Iure siuè potius de consuetudine: In primo casu erit irrita electio si non expectatur; In secundo verò expectatur, si de consuetudine probetur, licèt ibi subiungat, quòd talis consuetudo non possit produci ad effe-

effectum annullandi electionem: quia ob non expectationem aliquid non fit, quod sit contra constitutionem, electionem irritantem; sed solùm ad expensas factas in itinere tenerentur vocantes, & ratio est, quia si fecerunt gratiam in vocando, noluerunt facere eam in expectãdo, idem *Loterius supra*.

76 Amplia 16. quòd licèt Abbas non teneatur recipere excommunicatum religionem ingredi volentem; nihilominus si eum recipiat, ingressus valet, vt ait idem *Franc. Marc. in dec. 874. in 2. par.*

77 Amplia 17. quòd Abbas possit eijcere Monachos, quorum correctio desperatur, adhoc, vt pudore suffusi facilius resipiscant, & id procedit nedum de iure Canonico; verùm etiam peculiari, ac religionis instituto, quibus ob vitia eos Abbas expellere potest, vt ait *Azor. in prima par. Inst. Moral. lib. 12. cap. 20. fol. 1563. in littera D.*

78 Sed hodie de hoc forma præscripta est à Sanctissimo Domino Nostro Vrbano Octauo, quæ est adeò iuri communi conformis, vt propterea etiam ante illam contrarium prædictæ ampliationi tenuerint *Paul. & Cardin. in Clemen. 2. de regular.* idem quoque tenet *Panormitan. in cap. vltimo eodem titulo*, vbi propterea cauetur, vt Abbates Monachos fugitiuos, & eiectos perquirant, & illos ad Monasterium reducant.

79 Et licèt Nauarr. dicat primam opinionem esse tenendam in *Comment. 2. de regular. num 68.* dicens ius esse penes Abbatem expellendi Monachum, subdens id instituta sancti Benedicti, & Sancti Augustini præscripsisse, motus ex ea ratione Diui Thomæ, ne modicum fermentum totam massam corrumpat; item ne vna ouis morbida totum gregem contaminet. Item quamuis *Azor. Inst. tut. Moral. cap. 16. tit de fug. & eiect. regular. fol. 1536. sub littera* B. dicat in hoc esse cum hac distinctione procedendum, nempè quando eiectus de peccato dolens reuerti petat, tunc erit recipiendus, etiamsi semel, & iterum aufugerit; at secus si quis emendatoriam subire vindictam recusaret; quia tunc de illa societate erit eijciendus, neque isto casu illi alimenta prçstanda erunt ad hoc vt facilius, & promptius ad meliorem vitç frugem sese reducat, & resipiscat.

Ego tamen opinionem dictam secunda in iuri communi consentaneam, vidi seruari in Congregationibus Eminentissimorum Card inalium Concilij, & Regularium.

Neq. obstat illud dictum D. Thomç vbi ait, quod *Morbida facta pecus totum ouile corrumpit*, quia huic dicto optimè succurri potest, mancipando carceribus discolos cum solo pane, & aqua, donec de eorum vera correctione, & emẽdatione appareat; quod quidem longè melius esset, quàm vt ipsi cum scandalo ab hominibus vagari videantur, pro quibus facit *decis. 20. num. 1. par. 1. in recent.* vbi expressè colligitur, quòd Abbas, siue Prior, iuxta regulam sancti Augustini, possunt Monachos pœna salutari punire; sed non in figura iudicij; vndè si essemus in visitatione, tunc Monachi possunt solum quoad morum correctionem, sed non iudicialiter puniri: & ratio est; quia facultas data Abbati, siue Priori puniendi Monachos, solum restringitur ad delicta regularia, & leuia; non autem ad grauia, cum eorum cognitio sit solum reseruata Episcopo, vt pulchrè distinguendo, ait *nota in dicta decis. 20. num. 1. & 3.*

Sed si fortè aliquis Monachus esset expulsus sine causa, tunc esset ad honores restituendus, & omnia sua bona sibi ablata vel retenta recuperaret, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 455. num. 6.* Veluti è conuerso dicitur de Monacho translato, qui si postea ad primum Monasterium reuertatur, tunc primum locum non recuperat; quia vti homo nouus reputatur, vt ait idẽ *Gratian. lib. 1. discept. ca . 4. numero 14.* Sed hic obiter nota, quod Monachi translatio ad aliud Monasterium duobus modis fieri põt, & primò, vt Monachus, siue monialis, quæ traducitur fiat filia secundi monasterij, & liberetur à consortio, & filiatione primi; secundo modo, vt remaneat monialis primi, sed in secundo moretur causa pœnitentiæ, vel simili; Vndè in primo casu acquisita per eam post translationem secundo monasterio acquiruntur; in secundo autem casu acquiruntur primo; Item dicas quòd monachus translatus de vno monasterio ad aliud, si deferat iura sua ad secundum, illi ea acquirit, si illud esset diuersi ordinis, at secus si esset eiusdem, cum habeamus regulam,

gulam, quòd bona monachi ingressi monasterium ad illud spectant, etiamsi non sint post illius obitum duratura, vt ait *Rota per Card. Seraphin. in sua decis. 1361 num. 1. & 2.* Præterea neque monialis translata à primo monasterio, monialis secundi fieri potest, nisi in eo professioné emiserit, & vt professa in vno monasterio possit profiteri in alio, tunc requiritur licentia superioris primi monasterij; sed si fortè sit translata causa pœnitentiæ, tunc ali debet per monasterium, à quo transfertur; Item neq; diceretur ab vno monasterio eiectæ si fuerit ad aliud traducta cũ habitu religionis, & illi à priori monasterio fuerint præstita alimenta, *vt pulchrè de his omnibus ait Rota in decis. 109. num. 2. & seqq. par. 2. in recent.* ✱

80 Amplia 18. quòd Abbas potest nedum dissoluere vota monachorum, quę eius potestatem, & administrationem perturbant, veluti quando illi pollicerentur aliquid in ijs rebus, quæ sunt Abbatis potestati subiecta, sed etiam potest in genere, & in vniuersum dicta vota dissoluere, ex ea ratione, quia omnis illius voluntas in Abbatem fuit transfusa, quia Abbas perinde est in Monachum, vt est Pater in filium, cuius vota sine Patris licentia, veluti sunt inualida ante decimumquartum annum in masculo, & ante duodecimum in fœmina, cum eo tempore filij, ac filiæ imperfecta sit voluntas; Ita quoque Abbas eandem potestatem habet in Monachum religionis fauore; qua ipse omni voluntate se abdicauit, vt dicunt DD. allegati ab *Azor. ibi supra fol.* 1403. *lib. 11. par. 1.*

81 Amplia decimonono, quòd Abbas ius quoque habeat dissoluendi vota à Monachis facta in ijs, quæ ad regulam pertinent Monastici instituti; quod enim quoque procedit in casu, vbi Abbas vinculo constitutionis, siue regulę soluere non potest; & ratio est, quia licet materia voti ei non esset subiecta, tamen voluntas Monachi ei plenè subijcitur, ita vt se nouis votorum vinculis adstringere nõ valeat, vt ait idem *Azor. ibi supra in vers.* 17.

82 Amplia vigesimò, quòd possit Abbas dissoluere vota à Monacho facta ad tempus, quando erat sub alterius Abbatis potestate, & nunc in sua propria existente, ob eam rationem: quia Monachi voluntas in totum dicitur Abbati subiecta, idem *Azor. in præcitato loco, versic. Decimonono, fol.* 1403.

83 Amplia vigesimoprimò, quòd etiam Abbas possit dissoluere ea vota facta ante susceptum monasticæ vitæ habitũ; quod tamen declara verum, si vnà cum instituto religionis ea seruari non possunt, vt sunt vota ieiuniorum, & peregrinationes: quia omnia vota personalia solemni professione cessant, & in perpetuum votum susceptæ Religionis commutantur; secus verò quando vota essent realia, vt sunt eleemosynę in vsus pauperũ elargiendę, quia tunc ea in votum suæ religionis non commutantur, nec propterea ab Abbate dissoluuntur, vt ait idem *Azor. ibi supra fol. 1404. in fine.*

84 Fallit tamen in eo voto, quod Monachus fecit transeundi ad arctius institutũ, nam illud Abbas dissoluere non potest: quia à Canonibus id fuit Abbatibus vetitum, vt ait idem *Azor. ibi versic. Decimooctauo.*

85 Amplia vigesimosecundò, quòd Abbas habet ius eximendi monachum ab obseruantia alicuius Regulæ: necnon etiam ius commune relaxandi, vtpotè dare potest facultatem nouitio suscipiendi sacros ordines, & potest concedere, vt apostata ad alios ordines ascendat, vel vt in iam susceptis ministret, dummodo tamen Apostata tempore Apostasiæ nullum sacrum Ordinem susceperit, quia tunc solus Pontifex huiusmodi irregularitatem delere potest, *vt ait Azor. in dicta prima parte Institutionum moral. fol. 1564. sub littera D.* & multa dicam in verbo Apostata.

86 Amplia vigesimotertiò, quòd Abbas possit concedere licentiam monachis trãseundi ad laxiorem religionem, ex iusta tamen causa, sed prius nota, & approbata, ne transiens ad eam forsan reuocetur, aut aliqua ratione vexetur; Animaduertendo tamen, quòd causa debet in scriptis tradi, quando licentia fuit ab inferiori concessa, at secus si à Papa; veluti nec ille ad laxiorem vitam reuersus poterit in ea laxiori religione tutò permanere sine licentia Papæ; etiamsi ob infirmitatem podagræ, aut graue ætatis impedimentum recusaretur admitti ad religionem, à qua discessit, *vt ait Innocentius, Ioan. Andr. Hostiens. Abbas, et Nauarr. allegati ab Azorio in dicta prima parte institutionum moralium*

In hac pag. 13. col. 1. lin. 8. ante nu. 80. adde hac verba.

✱ Sed illud, quod fuit dictũ de Monialibus de vno Monasterio ad aliud translatis, quæ secundi fieri non possint, nisi in eo professionem emiserint, & sic, quod iuxta regulã primi viuere teneãtur, & nõ secũdi; declara nõ procedere, quãdo Papa indulgeret illas, iuxta regulã secũdi Monasterij viuere posse, & præsertim quãdo non ex causa pœnitẽtiæ, sed ex eo, quia illud secũdũ Monasteriũ illis indigeret, vt melius ad clausurã reduci posset; quia tali casu si illis possessio Monasterij, & Ecclesiæ postea tradita fuisset, faciẽdo eas, siuè earũ procuratores deosculari altare, & pãnos, illosq. cõtrectari faciẽdo, & easdem, siuè eosdem ad ostium maius Ecclesiæ conducẽdo, illudq; claudi, ac operiri faciẽdo, inuẽtariũq. supellectiliũ, necnon Chrismæ, atq. libri pro baptismi illis cõsignãdo, tũc & eo casu ipsæ vti regulares possẽt Curatum Ecclesię suæ Regularis deputare, quæ talis præsumitur, quoties intra septa Monasterij reperiatur, vltra quod ea dicitur pars integralis, & necessaria ad constituendum Monasterium, *Rota dec. 54 n. 11. p. 2 diuer. & cæteri DD alleg. à Rot. in Ianuen. Parocchialis Vener. 21. Febr. 1631. coram Coccino.*

ralium lib. 12. *cap.* 15. *fol.* 1534. vbi respondet Concilio Tridentino *in sessione* 25. *cap.* 19. *de regularibus*, dum omnibus facultatem tollit impartiendi licentiam, vt quis ad laxiorem vitam transferatur, dicens quòd illud non aufert facultates, quæ cum iure communi conueniunt, vt sunt illæ, quæ iustis de causis conceduntur, & ibidem docetur etiam, vt Pius Quintus prohibuerit, ne quis ad primam religionem admittatur, sed ad eam ingredi volens repellatur.

87 Amplia vigesimoquartò, quòd Abbas potest concedere licentiam monacho, vt in cella separata ab alijs viuat iusta causa, veluti post emeritos illius labores, aut ob infirmitatis necessitatem, dummodo tamen intra eadem septa monasterij, & & sub potestate Abbatis dicta cella existat, *idem Azor. ibi sup. fol.* 1563. *vers.* 11.

88 Amplia vigesimoquintò, quòd Monachus ad nutum Abbatis peculium retinere potest, quod tamen declara verum de iure antiquo; at secus ex dispositione Concilij Tridentini *in sessione* 25. *cap.* 2. *de regularibus*. Loquendo tamen Concilium, quando sunt bona stabilia, at secus in bonis mobilibus ad vsum vitæ necessarijs, vt sunt suppellectilia, libri, & similia; dummodo tamen eis non vtatur Monachus ad turpes, vanos, atque inutiles vsus, *vt ait Azorius ibi supra folio* 1502. *&* 1503. *versic. Tertio quæritur.* Sed quòd Abbas valeat dispensare, vt Monachus possit retinere pensionem, siue alicuius peculij administrationem, sed non ipsum peculium vti proprium, *fuit decisum in Nullius, seu Caputaquen. pensionis Lunæ* 18. *Aprilis* 1616. *coram* R. P. D. *Andrea.*

89 Amplia vigesimo sextò, quòd spolia Monachorum ad Abbatem, & eius Monasterium, sed non ad fructuum arrendatorem spectant; *vt ait Gratian. lib.* 2. *disceptationum forensium cap.* 319. *num.* 15. Et ad quam religionem spectent bona conuolantis de vno ad aliud monasterium, *docet Azor. ibi supra fol.* 1534.

90 Amplia vigesimoseptimò, quòd isti Abbates possint habere studia, & lectiones Sacræ Scripturæ, necnon etiam Seminaria. Nam decisiones factæ de habendis seminarijs etiam in huiusinodi Abbatibus verificantur, *vt testatur ita declarasse Congregationem Concilii, Flores. quæstione* 24. *num.* 3. *quem allegat Grattan. dicto cap.* 212. *num.* 46. *&* 47.

91 Amplia vigesimo octauò, quòd Abbas possit in eius iurisdictione beneficia simplicia, & curata conferre, & in permutationibus, & resignationibus eius auctoritatem interponere, *vt ait Gratian. ibi supra, num.* 44. *& Rota decis.* 15. *parte prima in recent.* & nouissimè *Ascanius Tamburin. de iure Abbatum disputat.* 13. *quæst.* 8. *num.* 3. *fol.* 132. *tom.* 1. Loquendo tamen de exempto; at secus de non exempto, *vt ait Gratian. & Rota ibi supra*, licet *Rota in decisione* 5. *&* 13. *de renunciat. in antiq. & Bisignet. decis.* 2. *eod. tit. & Gabriel consil.* 187. *sub num.* 5. *& seqq.* dicant, quòd non valet argumentum à potestate conferendi ad potestatem resignationes recipiendi, & è contra. Vndè inferior Episcopo, licet habeat potestatem conferendi: non poterit tamen resignationes beneficiorum recipere, nisi id specialiter fuerit ei concessum, *vt ait Rota ibi supra, & Tamburin. in dicta disput.* 13. *q.* 1. *nu.* 4.

92 Amplia Vigesimononò, quòd Abbas auctoritatem habet se obligandi pro expensis, quas fecit Monachus pro reuertendo à loco studij ad suum monasteriũ, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. c.* 436. *n.* 10.

93 Amplia Trigesimò, quòd Abbas Monachorum Syluestrinorum habet omnia priuilegia concessa Monachis Camaldulensibus, & alijs Monasterijs totius Orbis, & inter cætera illud minores ordines cõferendi adest, *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 791. *num.* 8.

94 Amplia Trigesimoprimò, quòd Abbas non ligatur suo statuto, quod vna cum Concilio sui Conuentus edidit, veluti nec illud suum successorem tenet, *vt ait Azor. in præcitat. loco fol.* 1563. *&* 1564. Licet tamen Abbas successor ligetur concordia sui Antecessoris, si tamen per Episcopum fuerit confirmata, *vt fuit dictum in Elneñ. distributionum* 25. *Iunii* 1629. *coram* R. P. D. *Durano.*

95 Amplia trigesimosecũdò, quòd Abbates, seu alij Prælati pro membris inferioribus non possunt conueniri vltra vnam dietam, habita ratione loci contentiosi, vt ait *Franc. Marc. in decis.* 1090. *num* 5. *par. prima.*

Amplia

96 Amplia 33. quòd Abbates, & Monachi dicuntur Ciues, & municipes illorum locorum, in quibus morantur, *vt ait idem Franc. Marc. decis. 1092. num. 1. parte prima*.

97 Amplia 34. quòd id, quod fuit dictum de potestate Abbatis in Monachos, extenditur etiam ad eam Prioris, qui in eius locum succedit, quando Abbatem abesse contigerit, & tunc ea omnia exercere potest, veluti Abbas facere potuisset, *vt fuit dictum in Romana Casalis* 7. Maii 1594. *coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis.* 1080. *num.* 1.

98 Sed si Abbas moriatur, tunc spirtualis, & temporalis administratio ad eius conuentum deuoluitur, vt ait *Franc. Marc. decis.* 1235. *nu.* 3. *par.* 1. & eo mortuo Abbatia dicitur effecta vidua, *vt ait idem Franc. Marc. in decis.* 1369. *num.* 1. *dicta parte prima.*

99 Secus verò dicitur de Abbate conuentuali, & Priore à collatione beneficiorum suspensis; quia tunc ius conferendi non ad Conuentum, sed ad Priorem Claustralem deuoluitur, cum consensu tamen eiusdem Conuentus, seu maioris partis illius.

100 Sed id quod dicitur de Monasterio Abbate carente, & sic quòd tunc Prior Claustralis succedat, intelligo de morte naturali, non autem de Ciuili, *Clement. ne in agro, §. Abbate, & ibi glos. super verbo permittatur, de stat. monach.* & illud est speciale quando morte ciuili per suspensionem Abbatis à collatione beneficiorũ fiat deuolutio ad Priorem Claustralem, *iuxta tradita per Franc. Marc. in dicta decis.* 1235. *num.* 1. *& Card. Floren. in clement. quia regulares, in secunda quæstione, de supplen. neglig. Prælat.* Secus autem quando essemus in aliquo monasterio, vbi Abbas regulariter non præesset Monachis, nec ad eorum curam esset deputatus; sed Prior, vel Præpositus ad eorum regimen, & curam esset destinatus, & sic ibi nullus adesset qui illi præesset: quia tunc cũ de per se Prior, & Præpositus dicatur dignitas, *vt est text. in c.* 1. *& ibi gl. in verbo Præpositus de ætat. & qualit. & cap. quamuis, & ibi glos. in verbo Prioratus, de verbor. significat.* igitur ex natura eorum officij quilibet eorum tamquam caput ratione sibi commissi regiminis, & Gubernij illius Monasterij, & Canonicorum sibi subditorum ea omnia gerere posset, veluti Abbas; cum ibi nullum alium superiorem haberet, *vt dicunt DD. in cap. nullus, vers. in fine glosa, de elect. in* 6. *pulchrè Abbas in cap. cum illorum num.* 13. *colum.* 3. *de sentent. excommunic. Silu. de benef. q.* 2. *n.* 38. *Dec. cons.* 161. *col.* 6. *vers.* 4. *Cassan. de glor. mund. par.* 4. *consid.* 36. & erit satis, quòd præponatur ad curam super alios gerendam, *vt ait Gemin. cons.* 132. *num.* 1. *vers. nam licet, & cap. quamuis, de verbor. signif.* & eò magis id procedit ex Bulla Alexandri VI. sub 4. Idus Iunij anno sui Pontificatus quinto in *lib. priuilegior. Canonicor. Regular. Lateranensium fol.* 391. cuius enim vigore Præpositus aliis Canonicis præficitur, necnon conuentui, *vt ait Ares. cons.* 33. *num.* 7. *Rosa decis.* 9. *de prabend. in nou.*

101 Amplia trigesimoquintò, quòd Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem de necessitate sunt vocandi ad œcumenicam Synodum, & ibi primum locum post Episcopum iuniorem, siue illius Procuratorem habere debent; Immò etiã præcedunt Generales ordinum, si non sint Abbates; quia sunt in priori gradu dignitatis post Episcopum, *vt ait Panormit. Capeg. et alii allegati ab Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum disput.* 24. *quæst.* 2. *num.* 1. *et quæst.* 3. *num.* 1. *et sequen. fol.* 367 *et seq.*

102 Extende primò, idem procedere in Abbatibus Parrochialium Rectoribus, quia illi tenentur ire ad Synodum, etiam si essent nullius Diœcesis, nisi tamen haberent priuilegium non veniendi, vel nisi essent in possessione non eundi, *idem Ascan. Tamburin. ibi supra in quæst.* 4. *num.* 5. *et seq.*

103 Extende secundò, procedere in Abbatibus, & Prelatis secularibus, etiam si essent exempti, quia nihilominus ad Synodum ire, ac illi parere tenentur, & si contemnant compelli possunt, *idem Tamburin. ibi supra in q.* 4. *nu.* 8.

104 Fallit tamen in Abbatibus, & Prælatis, qui sint Regulares, quia tunc illi ad eam ire non tenentur, *vt dicunt Panormitan. Archidiacon. et Federic. allegati ab Ascanio Tamburino ibi supra num.* 1. quod tamen secus esset quando adesset consuetudo in contrarium, siue si habe-

rent Cappellas, & Ecclesias Parrocchiales cum cura animarum, & eorum Monasterio annexas, quia tunc siue sint exempti, siue non, ire, aut mittere Cappellanos tenentur, ad hoc, vt de illius statutis, & ordinationibus sint informati, quibus de iure ligantur, *cap. quod super h:s, de maior. et obed.* Io. *Franc. Leo. Piasec. et Barbos. allegati à Tamburino in dicta disputat.* 24. *quaest.* 4. *num.* 1. *& seqq.*

105 Extende tertiò quòd Abbates, & Prælati inferiores in Prouinciali Synodo habent votum decisiuum, secus verò in Procuratoribus Abbatum, & aliorum Prælatorum inferiorum, quia illi in Synodo Prouinciali votum consultiuũ habent tantũ; & qñ sunt exempti ibi vtuntur Mitris aurifrigiatis, laminas tamen aureas, vel argenteas, non habentibus, non exempti aũt illis simplicibus albis, & planis vtuntur: Quod tamen intellige verum in Concilijs Prouincialibus, & Dioecesanis, quia in Generali, neque Episcopi illis aurifrigiatis, sed solum illis planis, & simplicibus vtuntur, vt testatur *Cardinalis Iacobat. Ioan. Andr. Franc. b. Speculat. & Nicol. Boer. allegat. ab Ascanio Tamburino ibi supra dicta disputat.* 24. *quaest.* 6. *num.* 1. *cum seqq.*

106 Declara tamen, quòd ad hoc vt Abbates, & alii Prælati sciant quando Concilijs interuenire debent, sunt citandi, & forma citationis debet esse, quòd summus Pontifex, siue alius Legatus iubeat, vt omnes Prælati veniant ad Concilium Generale, eis tempus, & locum assignando, aut debet fieri per litteras Apostolicas, vt tradit *cap. dilecti, de dolo, et contum.* si verò fieret per Legatum Papæ, tunc ea fieri debet per litteras tenorem litterarum Apostolicarum continentes, vt ait *text. in c. cum in iure, de offic. deleg. et Tamburin. ibi supra in quaest.* 2. *in fine disput.* 24.

107 Amplia 36. quòd Abbates, & cæteri Prælati inferiores possunt abesse ab eorum Ecclesijs per spacium duorum, vel trium mensium: siue illud tempus sit continuũ, vel interpollatum, illudq. eis recreationis gratia conceditur; dũmodo tamen id ex iusta causa fiat, & quãdo talis dicatur, eorum conscientiæ relinquitur, si tamen illud quoque sine graui detrimento gregis sibi commissi fieret, alias secus, vt ait *Azor. Institut. moralium parte secunda, lib. septimo, cap.* 4. *quaestione* 9.

108 Declara tamen, quòd vltra istum casum sibi à Concilio permissum in *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* dicti Abbates Territorium cum iurisdictione Episcopali habentes, si non resideant easdem pœnas incurrunt, quas incurrunt Episcopi non residentes, veluti eodem modo procederet in Abbatibus, & Prælatis regularibus in non residendo, quia illi quoque prædictas pœnas incurrerent, si tamen curam animarum secularium per ipsosmet administrandarum habeant, vt respondit Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium, teste *Lessio de iustitia lib.* 2. *cap.* 34. *dubio* 29. *num.* 161. *idemque ait Ascan. Tamb. in disput.* 14. *quaest.* 7. *num.* 1. *et seqq.*

109 Immò vltra illud tempus statutum à Concilio, possunt etiam abesse Abbates, & Parrochi, ex iusta tñ rationabili, & necessaria causa, eorum fructus percipiendo, & quæ sint istæ causæ, quæ excusent a residentia enumerat *dictus Ascanius Tamburinus de Iure Abbatum disputat.* 14. *quaestione* 4. *et sequenti per totam, fol.* 139. *et sequenti.*

110 Amplia trigesimo septimò, quòd Abbas transiens per loca extra suam iurisdictionem, rogatus à deuotis personis, potest illas licitè benedicere absque solemnitate, & sine animo exercendi iurisdictionem, vt post *Ancharan. et Suarez ait Marc. Anton. Genuen. in Manuale Pastorum cap.* 63. *num.* 4. *et Barbos. de offic. et potestate Episcopi parte* 2. *allegatione* 27. *num.* 65.

111 Extende primò, quòd eò magis possit benedictione Pontificali in aliena Ecclesia vti, si licentiam celebrandi in ea haberet, alias illud faciendo delinqueret, *vt ait Azor. Instit. moral. par. prima, lib.* 12. *cap.* 20. *quaestione* 7. *Barbos. in praeallegato loco parte secunda, allegat.* 27. *in fine, Siluest. in verbo Abbas quaestione* 2. *et Rota in vna Salamantina Iurisdictionis* 3. *Iulii* 1580. *coram Cardinali Seraphino*, & nouissimè *Ascanius Tamburinus de iure Abbatum disputat.* 21. *quaest.* 8. *num.* 1. *et sequentibus.*

112 Subextẽde prædicta eò magis procedere quãdo Abbates essent inuitati, quia tũc liberè possent in aliorũ Ecclesijs Pontificalia exercere, necnon minores ordines con-

conferre, *Graff. in 2. par. aur. decif. lib. 1. cap. 10. n. 2. & dictus Tambur. in disp. 21. quaest. 4. nu. 1. & 3. tom. 1. et in 2. in disp. de sacr. ordin.*

113 Amplia 38. quòd Abbas potest per declinatoriam fori ab ordinariorum molestijs sua iura tueri, sed in hoc casu quomodo se gerere debeat, *tradit idem Ascan. Tamburin. in disput. 15. quaest. 6. nu. 1. tom. 1. fol. 165.* Et ratio est, quia Abbates de iure communi a lege Episcopali Dioecesana sunt exempti, licet secus tamen sit à lege iurisdictionis; sed est benè verum, quòd per priuilegia possunt ab vtraque eximi, *c. 1. 10. quaest. 1. & c. inter caetera 10. quaest. 3. & c. quàm sit 12. quaest. 2. & c. placuit 17. quaest. 1. Abb. Felin. Zabarel. & alij in c. dilectus de offic. ordin. Idem Abb. in c. 1. de stat. monac. Bertach. de Episc. lib. 4. par. 2. quaest. 35. & alii alleg. à Tambur. in dicta disp. 15. quaest. 7. num. 3. & Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 32. quaest. 2.*

114 Contrarium, quòd scilicet Abbates de Iure communi non sint à Iurisdictione Episcopi exempti; sed solum per approbationem summorum Pontificum ob eam rationem, quia tota potestas ordinaria in propria Dioecesi est penes Episcopum, *dicunt Doctores allegati à Tamburino in praalleg. disput. 15. quaest. 2. num. 2. & seq. tom. 1.*

115 Concorda tu, vt prima opinio procedat in his casibus, qui respiciunt fractionem voti, inobedientiam, & sic de similibus leuibus rebus; siue quando isti Abbates Iurisdictionem quasi Episcopalem haberent, *vt inferius dixi, versiculo limita 3.* Secunda verò quando essemus in criminibus grauibus, per quae deponendi venirent Monachi, & praecipuè qn Iurisdictionem quasi Episcopalē nō haberent, licet hodie Abbates regulares eam habere videamus, *iux. gl. in clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Nauar. comment. 2. de regular. num. 63. vers. addo 2. Sayr. de cens. lib. 4. cap. 2. num. 12. Mandos. de signat. grat. in verbo exemptio. Ant. Cor. in tract. de absol. à Iuramento par. 2. quaest. 4. num. 38. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 105. num. 4. & alii allegati a dicto Tamburin. in dicta disput. 15. quaest. 2. fol. 146. num. 4. tom. 1. & est pulchra decis. 15. par. 1. in recent. per totam. Gratian. lib. 2. discept. cap. 270. num. 24. & seqq. Cappel. Tholos. decis. 309. et Rota dec. 78. par. 1. diuers. & per Coccin. decis. 157. num. 1. & decis. 316. num. 1.*

116 Amplia 39. quòd neque Abbates Regulares inferiores, qui aut ad vitam, vel ad certum tempus creantur, possunt intra illud absque iusta causa à suis superioribus deponi, *tex. est in c. nullum 18. quaest. 2. c. monachi in fine, & ibi glos. in verbo non mutentur, & ibi Panorm. num. 8. de stat. monac. Suarez. de religio. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 2. nu. 25. & Ascan. Tamburin. de Iure Abbatum disput. 13. quaest. 2. nu. 1. & seqq.* vbi ait, quòd causa sufficiens pro eo deponendo erit incontinentia; Itē si esset bonorum dilapidator, sed non tamen fructuum, *vt dicam in conclus. seq.* Et si esset in administratione negligens; Item si fuerit inuentus praeuaricator suae regulae; & talis dicetur si regulam praedicaret, sed eam non obseruet; siue si exterius videretur religiosus in habitu, sed intrinsecus esset lupus rapax, *argum. l. athletas §. pen. ff. de his qui not. infam. l. 1. ff. de praeuaricat.* Item praeuaricator dicitur ille, qui subditis falsas poenas imponit, *vt ait Ioan. Andr. in dicto §. fin. & Graff. in suis aureis decis. par. 2. lib. 3. c. 23. num. 17.* Denique iusta causa remouendi Abbatem esset vrgens ratio maioris boni communis, *vt ait Ascan. Tamburin. ibi supra numero 7.*

117 Subamplia primò, quòd neque etiam potest Abbas deponi in notorijs criminibus, si prius ei legitima defensio non concedatur, *vt statuit Leo Papa Decimus in constit. 7. sacrosancto approbante Concilio Lateranen. §. 7. qua habetur in 1. tomo Bullar. Laer. Cherub. & vt ait Tamburini ibi supra num. 9. & ibi* sunt verba ipsa Bullae ab eodem relata.

118 Declara tamen primò, quòd Abbas potest cogi ad renunciandum officium pluribus causis, & praecipuè conscientia criminis; & vt illud sit ad id sufficiens, quomodo esse debeat, exemplificat *Panorm. allegat. à Tamburino ibi supra in dicta disput. 13. quaest. 1. num. 10.* Item causa esset legitima senectus Abbatis, per quam non posset suo muneri satisfacere. Tertia causa esset corporis infirmitas, dummodo sit adeò frequens, vt munus suum adimplere nequeat, quod enim ar-

bitrio Iudicis erit remittēdū. Quarta causa erit defectus sciētiæ, licet sit benè verū, quod in Prælato sufficit, quòd scientia sit competens, quia hodie illa ingens non reperitur. Quinta, erit graue scādalū, quod aliter tolli non possit; quia Prælatus, & quilibet alter plus salutem æternam amare d. bet, quàm terrenam substantiam, & temporale commodum; vltra quòd scandalum semper venit euitandum, dummodo sine dispendio salutis animæ id fieri posset, alias potius scandalum est eligendum, quàm quòd sit bonum æternę salutis omittendū. Sexta causa erit sufficiens si Prælatus esset corpore impeditus, dummodo impedimentum sit tale, per quod illius munus adimpleri non posset. Septima causa est illa irregularitatis, *vt dicūt Butr. Menoc. Paris. & Barbos. de off. & potest. Episc. alleg. à Tambur. in pracit. disp. 13. quæst. 1. nu. 10. cum seqq. tom. 1.*

Sed quòd Abbas non sit inuitus à sua Iurisdictione, siue Administratione amouendus nisi constito de causis, *fuit dictum in Tullen. seu nullius Senomensis monasterii Veneris 5. Iulii 1608. coram Card. Sacrato*, & tunc Abbati litiganti cum monasterio pro recuperanda Administratione suæ Abbatiæ, alimenta, & sumptus litis debentur, etiamsi Abbas iam fuerit remotus, *vt fuit dictum in dicta Tullen. 5. Martii eiusdem anni*, & *coram eodem Sacrato.*

119 Declara 2. quòd renunciatio debet fieri in manibus Generalis, vel alterius superioris, loquendo de Abbatijs, & Prælaturis electiuis, at secus de illis, quæ à Papa conferuntur; quia tunc illæ in illius manibus sunt resignandæ, alias si fierent in manibus nō habentis potestatem instituendi, & destituēdi, tunc neq. quoad possessionem renuntianti nocerent, *vt fuit decisum à Rota in Nolana Abbatiæ .. Iunii 1578. coram Card. Blanchetto*, & *in decis. 529. num. 7. par. 4. diuers. & Rebuff. de pacific. possess. num. 311. & Tamburin. ibi supra num. 8. & 9. Bisign. decis. 5. in fin. de renunc. Gabr. cons. 187. num. 4. & seq. Gem. in cons. 127. in fin. Bellam. dec. 732. Paris. de resign. benef. par. 1. lib. 7. quæst. 15. in fin. Rota decis. 6. propè med. de rerum permutat. & decis. 6. de renunciat in nou.*

120 Declara 3. quòd Abbas, si sit ab Abbatia depositus vti culpabilis (veluti talis præsumitur quando ab officio depositus) tūc remanet monachus illius monasterij, in quo fuit depositus; secus autem in eo, qui sponte suo muneri cessit, & ab eo sine culpa depositus fuit, quia tunc illi primus locus competit post Abbatem in Choro, & in Conuentu, *vt ait Ioann. de lignan. in clement. ne in agro, de stat. monach. & ibi Ioan. de Imola vers. in vltima quæst. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum col. 38 num. 81. de rescript. & dictus Tamburin. in dicta disputatione 13. quæst. 4. num. 3. & 6. tom. 1. fol. 129.*

121 Declara 4. quòd Abbas Generalis non cogitur residere in particulari loco suæ religionis; sed ibi debet residere vbi magis illius præsentia erit vtilis, & proficua, & id quod dicitur de Abbate generali respectu totius ordinis, & congregationis, procedit etiam in Prouincialibus, seu Nationalibus Prælatis respectu suarū Prouinciarum, & nationum, licet in omnibus ferè Religionibus isti soleant habere locum eorum residentiæ; Præterea notandū est quoque, quòd neq. isti ad instantiam Regum, & Principum possunt egredi limites suæ Religionis, & ad remotas partes se conferre, absque licentia summi Pontificis; si tamen eorum absentia vltra tres menses durare deberet, *iuxta præceptum traditum à Concil. Trident. in sess. 6. de reform. cap. 1. & in sess. 23. cap. 1. & veluti quoque animaduertit Tamburin. in disput. 14. quæst. 1. num. 8. & 9.*

122 Modo reassumendo principalem conclusionem super eo, quòd Abbas possit Pontificalibus vti, & benedictionem Populo conferre; limita primò, eam procedere in locis eidem pleno iure subiectis; secus verò aliundè nisi ex particulari priuilegio esset sibi concessum, quod fieri de Iure potest, *vt ait idem Franc. Marc. in decis. 1080. & decis. 1081. par. 1.*

123 Restringe tamen, quòd ad hoc, vt dicta benedictio sit valida, debet fieri in diebus festiuis super Populum, dum in Vesperis, Missis, & Matutinis solemnia celebrantur, *idem Franc. Marc. in decis. 1081. & 1082. num. 5. par. 1.* non autem alibi, nempè publicè per vias, aut Ciuitates, Castella, siue Villas, *vt dicunt Doctores allegati ab Azor. in 1. par. Instit. moral. fol. 1561 sub litera B. lib. 12.*

Limita

124 Limita 2. quòd licet Abbas vtatur Mitra, & Baculo, & alia ad spiritualitatẽ spectantia faciat, non ob id tamen potest impedire Episcopum, quin temporalem, & contentiosam Iurisdictionem exerceat, quæ ei ex dispositione sacri Concilij Tridentini competit, vt est in causis matrimonialibus, & alijs, *in quibus Eminentiss. Cardinales Sacra Congregationis Concilij Tridentini declararunt* Episcopum esse in earum cognitione manutenendum donec per tres sententias conformes ab inferioribus immemorabilis probetur, *quã enim declarationem sequuta fuit Rota in Baren. Iurisdictionis de Nagera Luna 6. Iunij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est decis. 332. num. 3. & 4. par. 1. in recent.* & *prius fuerat latè dictum in Burgen. Iurisdictionis 7. Februarii 1596. coram* R. P. *D. Orano, & est decisio Card. Seraphini 311. num. 1.*

125 Et ratio est, quia priuilegium mitræ, & baculi non extenditur ad exemptionem Ordinarij: vltrà quòd sola exemptio non sufficit nisi etiam Iurisdictio distimet ordinarij esset prorsus, suppressa, *vt superius diximus*, & *veluti ait Ioan. Andr. in c. vt Apostolica de priuileg. in 6. & ita fuit quoque dictum in vna Tirasonen. Iurisdictionis 9. Iulii 1593. coram Cardin. Mellino.*

126 Et ratio rationis est, quia Abbas regulariter Episcopo subest, & per eum eius negligentia suppletur, & ob crimen (etiã inuito Conuentu) ab Episcopo deponitur, *vt ait Viuius in sua decis. 314. & Riccius in sua collect. 955. in 4. par.* Alias esset velle dare duo capita in vno corpore, & sic duo Domini in vna terra, quod enim esset monstruosum, & prodigiosum, quod natura abhorret & in simul ius respuit, *vt benè fuit deductum à Rota in illa decis. 324. num. 11. par. 1. recent.*

127 Et propterea videmus etiam, quòd semper Episcopus habet intentionem fundatam de Iure super Iurisdictione in omnibus Castris suæ Diœcesis, cum qua si concurrunt aliqui actus possessorij, eò magis erit ei concedenda manutentio, *vt fuit decisum in Eugubina seu Nonantulana Iurisdictionis 18. Maii 1609. coram Card. Marcomontio, & Cardin. Seraph. decis. 1278. num. 1. & prius decis. 948. & Rota in Burgen. Sancti Ioannis 7. Februarii 1596. coram Orano, et in alia Constantinen. iurisdictionis 16. Februar. 1607. coram Ortembergo.*

128 Quinimmò id quoque extende procedere etiam non probata possessione quoad Iurisdictionem in omnibus locis suæ Diœcesis, quia non ob id Abbas, seu inferior, sed ordinarius venit manutenendus, donec de priuilegio in contrarium non constet, vel alio modo de possessione inferioris probetur, *vt superius diximus & veluti fuit decisum in dicta Burgen. iurisdictionis Mercurii 7. Februarii 1596. coram R. P. D. Orano*, & *in Lucen. seu nullius iurisdictionis luna 4. Maii 1598. coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1278. num. 1.* & *prius decis. 1104.* Licet tamen secus esset quando illius assistentia turbida redderetur, quia tunc dicta assistentia pro manutentione non suffragaretur, *vt ait Rota per Gregor. decisione 312. vbi in additionibus docetur* quando assistentia pro manutentione suffragetur, & in hoc vide in verbo Assistẽtia.

129 Limita 3. quòd licet Abbates in dictis locis sibi subiectis ius habeant etiam instituendi, nihilominus monachi ibi delinquẽtes Iudicio Synodali mulctantur, nã Sacerdotum piacula Episcopi mucrone resecantur, & sic solum Abbates possunt procedere contra Monachos ad correctionem secundum instituta Regulæ, non autem in forma iuris; vndè quamuis sit verum, quòd Monachi potius teneantur obedire Abbati, quàm Episcopo ea ratione, quia Abbas est caput sui Capituli, & Collegiatæ, vt est Episcopus sui Cleri, id tamen procedit in his, quæ, verbi gratia, concernunt tractionem voti, vel abstinentiæ, siue in silentio retinendo, & obseruatione suæ regulæ; secus autem vbi ageretur de causis, iuxta ordinem iuris pertractandis; quia tunc potius Episcopo, quàm eorum Abbati obedire tenentur, vt fuit decisum in *Cæsaraugustana exemptionis Veneris 13. Nouembris 1587. corã* R. P. D. *Orano, quæ est decis. 15. par. 1. in recent. per totam*, sed *sub nu. 2. 5. et 12.* firmat propterea Episcopũ dubio procul tàm cõtra Regulares, quàm seculares super omnimoda iurisdictione suę Diœcesis intentionẽ fundatam habere, ibique in specie concluditur munus Episcopi super eo potissimũ versari, vt Monachos ad sanctam conuersatio-

sationem promoueat, Abbates, cęteraq. officia instituat, necnon etiam extra regulam acta corrigat, & illis, qui contrariũ tenent *Rota in dicta decis.15.num.* 12. optimè respondet.

130 Rursus super eo nempè quando Abbas, siue Episcopus debeat delicta Monachorum corrigere, hoc modo erit distinguendum, nempè: aut ea considerantur, vti eorum propria, veluti quia contra regulam sunt: aut considerantur, vt communia, veluti quia communem conuersationem offendunt, vt sunt furta, homicidia, & similia. In primo casu Abbas est ille, qui contra Monachos procedit. In secundo verò procedit Episcopus, & propterea videmus, quòd Abbas potest excommunicare Monachos, sed respectu tãtum fori pœnitentialis, non autem contentiosi, vt fuit dictum à *Rota in dicta Cæsaraugustana coram Orano, et Gratian.lib.2 discept.cap.*270. *nu.* 24. *et seqq.* vbi propterea ait, quòd nomen Abbatis est potius sollicitudinis quàm honoris, idem ait *Cappell.Tholos.in decis.*309. *et Rota in Cæsaraugustana iurisdictionis, quæ est decis.*78 *par.* 1. *diuers.* & ibi restatur de magis communi, & *Rota in eadem Cæsaraugustana exemptionis* 28. *Martii* 1588. & 12. *Febr.* 1590. *coram eodem Orano*, & *in alia Mõtis Regalis iurisdictionis* 8. *Martii* 1604. *coram R.P.D. Coccino, quæ est in eius impress. decis.*157.*num.*1.& *decis.*316.*num.*1 *et seq. et est decis.*15.*par.*1.*in recent. et decis.* 17. *ibidem.*

131 Sed id quod fuit dictum de potestate Abbatis in corrigendo Monachos, extende adeò esse verum, vt propterea ad eum illa correctio, sine consilio conuentus spectet, vt ait *Azor.in* 1. *par. Instit. moral. lib.*12.*fol.*1563.*vers.*12. & ibi contrarijs respondendo hanc opinionem tuetur, & firmat, & *Loterius de re beneficiaria, lib.*1. *quæst.*17.*num.*13 *ait*, quòd Abbas potest Monachos corrigere si eius præcepto non obediant, quamuis preceptum esset durũ. idem ait *Gratian dicto cap.*270. *num.*10. *cum seqq.* & *ita quoque fuit decisum in Cæsaraugustana exẽptionis* 13. *Nouemb.*1587 & 28. *Martii* 1588. & 12. *Febr.* 1590. *coram* R.P.D. *Orano*, & *in alia Montis Regalis* 8. *Martii* 1604. *et* 25. *Iunii* 1607. *coram Reuerendiss. Coccino Decano, quæ sunt in eius impressis decis.*157. *et* 316. *et Cappel Tholos.in sua decis.*309. Sed est benè verum, quòd quando essemus in Monachis Regularibus, vtputa iuxta Regulam sancti Augustini, tunc illi non in figura iudicii, sed solum salutari pœnitentia puniuntur, vt ait *Rota in decis.* 20.*nu.*1. *par. prima in recent.*

132 Limita quartò, quòd priuilegia eximentia Monasteria, ac eorum membra, non ob id tamen dicuntur eximere loca, & Castra, siue Populum, nec minus Territorium separatum concludunt, & sic solum dicti exempti habere dicuntur iurisdictionem in personis, non autem in locis. Item licet loca exempta aliquando constituant Territorium separatum per se imo ta tamen quòd id intelligendum venit im propriè, & quoad certos effectus, & per modum æquiparationis, & non alias, vt ait *Rota in Constantina iurisdictionis Mercurii* 18. *Maii* 1611. *coram Card. Sacrato, quæ est decis.*324.*par.prima in recent.nu.*6 & prius *in Aretina, seu Montis Pulciani iuris visitandi* 9. *Maii* 1586. *coram R.P. D. de Rubeis et in Tirasonen. iurisdictionis de Tudela* 5. *Iunii* 1593. *coram Card. Mellino*, & in hac materia videndus est *Roland.cons.*33.*num.*44.*et seqq.lib.*3. *et Rota in Salamantina iurisdictionis* 17. *Decemb.* 1582. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress.decis.*595. *num.* 1.

133 Ad quod enim corroborandum facit decisio quarta Gregorij XV. *num.* 13. vbi habetur, quòd si Episcopus aliquam Ecclesiam à se irreuocabiliter eximat nõ potest tamen à se visitationem, & correptionem abdicare.

134 Extende id eò magis procedere quando ageretur de Ecclesia Cathedrali regulari, in qua Episcopus est caput, & loco Abbatis Monachorum, & ipsi Monachi sunt loco Canonicorum, & Conuentus, siue illud Capitulum vnum corpus constituit cum Episcopo, & propterea sequitur, quòd talis Episcopus, etiamsi esset, secularis, diceitur præesse Monachis, vt fuit sæpius resolutum à *Rota, & signanter in Perusina iurisdictionis* 27. *Februar.* 1558 *coram R.P.D. Cotta, & per Coccinum in sua decis.* 157.

135 Vndè hinc fit, quòd præfatis Monachis vti Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, possunt causæ à Sede Apostolica committi, vti in dignitate constitutis, vt ait *Rota decis.*

decis. 8. de rescript. in antiq. Verall. decis. 190 par. prima. Mohedan. decis. 1. de rescript.

136 Extende, quòd pari modo Episcopus Ecclesiæ Cathedralis regularis habet priuatiuè iurisdictionem in Monachos illius Ecclesiæ, vt ait *Guidopap. decis. 559. & Rota in vna Cæsaraugustana iurisdictionis 13 Nouembris 1581. coram R. P. D. Oradino*, & aliàs sæpè vt ibidem colligitur.

137 Limita quintò, quòd Abbas, licet quantumuis exemptus, non potest tamen litteras dimissoriales Clericis concedere, vt ordinentur; sed benè potest id facere cum regularibus sibi subiectis, vt fuit dictum in vno dubio sacræ Congregationis Concilij Tridentini in *Rota proposito sub die 27. Aprilis 1592. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 985. nu. 2. idem ait Rota in decis. 731 num. 8. par. 1. diuers. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 212. nu. 25.* ait quòd Abbati quoad subditos non obstat Concilium *in sess. 23. cap 10. de refor mat.* & id quoque comprobat *Azor. in 2. par. Instit. moral. lib. 3. fol. 232 sub littera B. vers. cæterum, et ita fuit quoque declaratum à Sacra Congregatione 3. Martii 1594.* non obstante quacumque consuetudine contraria, vt habetur in declaratione super *sess. 23. de reform. cap. 10. & ibidem cap. 11. cart. 363* & ibi multi Doctores allegantur à Declaratione Concilij.

138 Sublimita tamen id non habere locũ in Nouitijs, quia non sunt subditi Abbatis; & ideò ab eo ordinari non possunt, nisi post emissam professionem, *vt ait Gratian. in dicto cap. 791. num. 6. par. 1. & in lib. 5. cap. 871. num. 49.*

139 Extende, quòd neque Abbas potest eis conferre tonsuram absque peccato; & si eam contulisset, tunc illius priuilegium perdit, quando Nouitius à Monasterio recedit, *idem Gratianus dicto capit. 871. num. 51.*

140 Limita sextò, idem procedere in Abbate facultatem habente conferendi tonsuram, & ordines minores subditis sibi regularibus: quia tunc in vim illius facultatis non potest ordines conferre personis secularibus, etiamsi haberent litteras dimissoriales à suis ordinarijs, cum ordinatio Clericorum secularium ad Episcopos tantum spectet; licet tamen secus esset antè Concilium, *vt ait Rota in dicto voto num. 1. 5. & 8. & Franc. Marc. decis. 1082. parte 1.* & *Gratian. in præcitato loco num. 2.*

141 Et ratio prædictorum ea est, quia Religiosi vacare nõ debent alijs negotijs, quàm ijs, quæ ad eorum religionem spectant; & propterea ordinatio Clericorum subditorum solùm spectat ad dignitatem Episcopalẽ, *vt ait id. Grat. in d. c. 791. & c. 871. num. 4.* quod tamen intellige verũ de Iure communi, at secus ex dispositione Concilij, *vt inferius dicetur in versic. Ex-*

142 *tende quod immò, & versic. seq.*

Declara procedere id, quod fuit dictum de Abbate Iurisdictionem quasi Episcopalem habente, & sic illi ea omnia competere, quæ competere possunt Episcopo in eius territorio, exceptis tamen ijs, quæ superius dicta fuere, & his quæ sunt ordinis sacri, sed non tamen minoris, *vt pulchrè distinguit Butr. in cons. 19. nu. 9. quem allegat, & sequitur Gratian. in lib. 2. discept. cap. 212. num. 25. & in cap. 871. num. 23. lib. 5. & Rota in Vrbinaten. iurisdictionis 11. Maii 1601. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1386. num. 3. & in alia Burgen. iurisdictionis Mercurii 22. Iunii 1611. coram R. P. D. Pirouano, quæ est in recentior. decis. 346. par. 1. & prius in Lucen iurisdictionis de Samos Lunæ 12. Febr. 1596. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 361. & ibi præcipuè docet* per quos actus Abbatis iurisdictio probetur, & inter cætera concludit, quòd eius iurisdictio temporalis ex eo probatur, quia Rectores deputauerit, & ibi delinquentes coercere curauerit.

143 Sed animaduertas tamen, quòd ad hoc vt Abbas ordinare possit, tria sunt necessaria, & primò, quòd sit Presbyter. secundò quòd benedictionem receperit, vel saltem quòd in ea petenda non negligens fuerit. tertiò quòd proprio Monacho ordines conferat, *vt superius dixi, & veluti quoque ait Franc. Marc. in dec. 1082 num. 2. par. 1.*

144 Extende, quòd neque Papa potest dare licentiam ei, qui non est ordinatus conferendi sacros ordines alijs, quia nemo dat quod non habet, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. in decis. 985. num. 6.*

145 Quos enim ordines minores debet conferre Abbas in diebus tantum Dominicis, siue de tempore Quatuor temporũ quod

In hac pag. 21. col. 2. lin. 51. ante n. 153. adde hac verba.

Contrariũ tamẽ erit dicẽdũ, quãdo versaremur in illis beneficijs in quibus examẽ omnino nõ esset necessariũ, veluti est in Parochiali: quia tũc sufficeret, ꝙ præsentatus esset Ordinario not⁹, vt fuit dictũ à *Rota p Burat. dec. 481. nu 7. & ibi per adden. n. 19 & in Regien. prio rat. 26. Iun. 1587. coram Card. Pamphil. & in Lucana Plebis 7. & 14. Maij 1590. corã Gypso, & in Papien. Iurispatron. 13. Ian. 1594. cor. Card. Mellino, & Vbeg. XV. dec. 34 n. 1. & ibi per adden. n. 4. & in Gerunden. benef. 28. Ian. 1600. coram Corduba, & in alia Amerinn Iurispatr. 17. Nou. 1614. coram Pirouano.*

Declara tamen prædicta procedere, dummodò absens intra terminum datum ad præsentandũ per se, aut per procuratorem speciale mandatũ habentẽ illius prẹsentationẽ acceptet, aliàs secus, vt fuit dictũ à *Rota in d. Regien. prioratus, & in Aurien. Parochialis 21. Ian. 1613. coram Vbaldo, cũ alijs alleg. ab addent. ad d. dec. Buratt. 481.*

Et nota, ꝙ quis notus Ordinario esse cẽsetur, quãdo sit eius diœcesanus, vt fuit dictum à *Rota p Bnrns. dec. 22. n. 30. & ibi multa per addent.* & eò magis, quãdo præsentatus ab eodẽ Ordinario ordines susceperit, vt fuit dict. in *d. Regien. coram Card. Pamphilio.*

Quemadmodum ignorantia è conuerso prẹsumitur de absente, quando illius diœcesanus non extat, vt fuit dictum in illa *Regien. prioratus* Item notus Ordinario absens censetur, si Ordinarius prẹsentationẽ acceptauit, & admisit; licèt in hoc sufficeret, ꝙ illũ nõ reiecerit, vt fuit dictũ in illa *Aurien. parochialis corã Vbaldo, & alij alleg. ab addente ad dec. Burat. 481. in hac materia viden.*

quod secus est in Guardianis, aut Prioribus Regularium, qui non possunt ordines conferre per manus impositionem, sed primam tonsuram tantum, quæ sine manus impositione confertur, *vt ait Franc. Marc. in dicta decis.* 1082. *num.* 2. & 3.

146 Declarando tamen quòd Abbates huiusmodi ordines minores conferunt non ratione ordinis, sed ex demandata sibi à Iure potestate, *vt ait Azor. in 1. p. Inst. Moral. fol.* 1562. *in littera B.*

147 Sed est benè verum, quòd fuit ordinatum à Concilio *in sess.* 23. *cap.* 10. *de reformat.* vt solum hæc facultas ordinandi restringeretur ad subditos; nam antè illud Abbates habebant facultatem conferendi ordines minores non solum monachis, & conuersis suis, sed etiam puris laicis, nec conuersis, nec cõuertendis, *vt superius dictũ est*; dummodo tamen in eis iurisdictionem Episcopalem obtinerent, *vt ait Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 985. *num.* 1. *& alij allegati à Gratiano in dicto cap.* 791. *num.* 1.

148 Vndè ex dispositione dicti Concilij erit igitur Abbas manutenendus in possessione conferendi ordines minores suis subditis, Immò nec isto casu ordinati ab Abbate possunt postea amplius ab Episcopo examinari, *vt ait Gratian. in dicto cap.* 791. *lib.* 4. & *cap.* 871. *numero* 1. *lib* 5.

149 Extende quòd immo etiam huiusmodi Abbates possunt secularibus hominibus, & Laicis ordines minores conferre Episcopi Iurisdictioni subiectis; si tamen ipsius Episcopi specialis consensus concurrat, & ab eodem litteras dimissoriales acceperint, veluti possunt etiam illos conferre alijs regularibus, qui speciales dimissoriales litteras suorum superiorum habeant, nec non specialem consensum Episcopi illius loci, in quo ordines sunt suscipiendi, quæ omnia etiam tuta conscientia ab Abbatibus hoc modo fieri possunt in vim dispositionis Cõcilij *in dicta sess.* 23 *vt testatur Azor. in pracitato loco fol.* 1562. *in littera C. & D. & ita declarauit dicta sacra Congr. vt habetur in declarat. super d. sess.* 23. *cap.* 10. *de reformat. cart.* 363. *in §. Abbates.*

150 Contrarium licet sit de Iure communi, cuius enim dispositione, cum ordinatio Clericorum secularium ad Episcopos tantum spectet; Idcircò illi etiam cũm litteris dimissorialibus à suis ordinarijs obtentis ab Abbatibus ordinari non possunt, *vt superius dixi*, & *veluti fuit decisum à Rota per Cardin. Seraph. in dicta decisionẽ* 985. *num.* 1, *& seqq.*

151 Secus tamen venit dicendum de Episcopo, qui potest Clericos, siue Laicos sibi notos absque litteris commendatitijs ordinare; quinimò notus potest ab eo sine examinatione promoueri. Amplius notandum erit quòd Episcopus prohibitus ordinare Clericum alienum, non prohibetur ordines laico extero conferre, & illum absque litteris dimissorijs ad primã tonsuram assumere; licet sit benè verum, quòd laicus non debet tonsurari à non suo Prælato, veluti nec Episcopus potest ordinare laicum exterum, ad hoc vt in sua Diœcesi consequatur beneficium; sed tali casu non subditus ad hoc, vt possit ordinari à non suo Episcopo, debet prius beneficium habere, ob quod poterit postea ad alios ordines, quos non habebat, promoueri, cum quis Ciuis illius loci efficiatur, in quo beneficium habet, licet secus sit in monachatu, *vt ait Giudopap. decis.* 449. *Boer. decis.* 260. *& Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 430. *per totum, & ibi sub num.* 3. *ait*, quòd in materia ordinum & dimissorialium facultas ordinandi datur, vel Episcopo loci in quo est oriundus, vel in cuius Diœcesi beneficium obtinet vel vbi domicilium habet; & ad id habitatio per decennium sufficit, *vt dicunt DD. allegati à Gratian. in pracit. loco num.* 1. *cum seqq.*

152 Sed animaduertas tamen, quòd id, quod fuit dictum de eo, qui potest promoueri absque examine quando ille sit notus ordinario, non procedit in promouendo ad beneficiũ; quia ille licet sit benè notus Ordinario, nihilominus iuxta formam traditam à Concilio *in sess.* 7. *cap.* 18. examinandus venit, & propterea hinc fit, quòd absens præsentari non possit, cum præsentia corporalis sit necessaria, *vt ait Garg. de benef. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 24. *Quam opinionem sequuta fuit Rota in Calaguritana beneficii de legarda* 22. *Iunii* 1587. *coram* R. P. D. Orano.

153 Limita septimò, quòd Abbas licet sit quantumuis exemptus, non per hoc tamen poterit dictæ exemptioni à iurisdictio-

dictione Episcopi renunciare sine licentia sui Conuentus; *vt ait Rota in decis. 22. num. 8. par. 2. diuers. & Card. Seraphin. decis.* 1278. *num.* 3.

154 Limita octauò, quòd licet Iurisdictio possit regulariter per consensum prorogari, tamen Abbates exempti non possunt eam prorogare sine consensu Romani Pontificis, cui sunt immediatè subiecti, *vt fuit dictum in Barchinonen. incursus censurarum Veneris* 25. *Iunii* 1593. *coram Card. Mantic. quæ est in eius impress. decis.* 237. *num.* 4. *& Franc. Marc. in sua decis.* 108. *par.* 1.

155 Secus autem si non essent Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, sed alijs inferioribus quia tunc possent Iurisdictionem ordinarij prorogare, & eidem se submittere, dummodo tamen illud non redundaret in alicuius, nisi prorogantis præiudicium, alias secus, *veluti fuit dictum in Salamantina Iurisdictionis Veneris* 17. *Decembris* 1582. *coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. decis:* 595. *num.* 7.

156 Limita nonò, quòd neque Abbates etiam exempti possint vnire Ecclesias sibi pleno Iure subiectas alijs eorum Monasterijs, licet tamen quando essent factæ dictæ vniones iustam causã præscriptioni præberent, *vt habetur in Repertorio decisionum Rotæ in 1. parte diuersum in verbo Abbates etiam exempti, idemq; ait Card. Tuschus in verbo Abbas, ad quem per te recurrere poteris.*

157 Sublimita tamen id non esse verum si consuetudine, siue priuilegio, aut præscriptione contrarium caueatur: quod enim de Iure fieri permittitur, & ratio est, quia potestas vniendi, sicut & illa conferendi, est Iurisdictionis, & non ordinis; vndè veluti ea, quæ sunt Iurisdictionis pos sunt inferiores præscribere, ita Abbates vnire hoc modo possunt, *vt ait Azor. in 2. parte Institution. moral. folio* 473. *in littera E.*

158 Sed est benè verũ, quòd ad præscribendam Iurisdictionem alicuius, illius scientia, & patientia est necessaria, alias secus, *vt ait Puc. decis.* 28. *num.* 2. *lib.* 2. *& ita quoque fuit decisum in Bononien. exemptionis* 4. *Decembris* 1617. *coram* R. P. D. *Buratto, & alias sæpè.*

159 Scientia autem debet esse certa, & indubitata omnium qualitatum, & circũstantiarum illius, contra quem præscribi prætenditur, *vt ait Rota per Gregor. decis.* 336. *num.* 12. neque actus facti ad præscribendum sufficerẽt, si vario modo fuissent seruati, aut non effectuati, quia consuetudo ex actibus turbidis, & vario modo seruatis non est attendenda. *Bart. in l. 2. num. 22. ff. solut. matrim Rota per Gregor. decisio.* 162. *& ibi addens. Seraph decis.* 381. *num.* 3. & *Rota dec.* 112. *num.* 5. *& decis.* 497. *num.* 2. *par.* 2. *recentior. & in* 1. *parte decis.* 65. *num.* 13. *& prius in Parmen statui* 14. *Martii* 1580 *coram* R. P. *D. Robusterio, & in Lunen. Sarzanen. Capellæ Veneris* 1. *Martii* 1602. *coram Card. Sacrato, & decis.* 683. *num.* 1. *par.* 1. *recent. & nouissimè Gratian. lib.* 1. *disceptationum. cap.* 113. *num.* 67.

160 Sublimita secundò non procedere in illis Abbatibus, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent, quia illi possunt tẽporalia dedicare pro beneficio Ecclesiastico, *vt ait nouissimè Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 52. *& ibi assignatur ratio.*

161 Limita decimò, quòd neque litteræ testimoniales Abbatis probant, si in eis dicatur, quòd professio fuerit facta à Monacho; & id procedit etiamsi Abbas priuilegium haberet à Papa, vt suis litteris crederetur, quia illud potest benè ei prodesse si in eis attestaretur de professione de præsenti; at secus quando de præterito, *vt ait Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 640. *num.* 10. *&* 13. veluti eodem modo dicitur de Notario, cuius fides de gestis tempore præterito non probat, *vt fuit dictum à Rota in Aretina Vicariæ.* 1. *Iunii* 1607. *coram* R. P. *D. Iusto.*

162 Limita vndecimò, quòd non possit Abbas facere Monachum, siue professum absque vocatione aliorum fratrum, quia licet verum sit, quòd ille in rebus, & negotijs Monasterij suam possit authoritatem interponere, id tamen procedit seruatis de iure seruandis, *vt ait idem Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 440. *num.* 20. *& Azor. in prima par. Instit. moral. fol.* 1566. *in littera A.*

163 Limita duodecimò, quòd neque etiã Abbas, siue Prælatus inferior legitimam habens Iurisdictionem possit agere sine consensu sui Conuentus, seu Capituli in rebus arduis; licet secus sit in mini[illegible]

quibus

quibus quando Abbas poteſt de per ſe, poterit etiam per Procuratorem agere, *vt ait Capell. Tholoſ. in deciſ. 19. num. 1. & Cardin. Seraphin. in deciſ. 1080. nu. 3.*

164 Contrarium tamen eſſet, vbi Abbas fuiſſet (verbi gratia) interpoſitus ad emendum, ſeu alium contractum faciendum, quia tunc poteſt remittere Iura ſibi quæſita, vel ea in alium ſine decreto ſuperiorum transferre; dummodo tamen id ſine damno ſuæ Eccleſiæ fieret, *vt ait idem Gratian. lib. 2. cap. 332. num. 16.*

165 Extende eodem modo procedere & è conuerſo, quòd ſcilicet neque Monaſterium poſſit donare, neque contrahere abſque interuentu Abbatis, & alijs ſolemnitatibus, *de quibus dixi in verbo Alienatio, & veluti ait Rota in Bracharen. Iuris Patronatus 7. Maii 1599. coram Cardin. Seraphino, quæ eſt in eius impreſſis deciſ. 1312.*

166 Limita decimotertiò, quòd Abbas nō poſſit retinere ea beneficia, quæ antequā fieret Abbas habebat; ſed adepta poſſeſſione, & ante illius benedictionem ea vacare dicuntur, *vt ait Fran. Marc. in ſua deciſ. 1086. num. 4. par. 1. & veluti quoq; dixi in principio concluſionis.*

167 Limita decimoquartò, quòd Abbas non poteſt dare licentiam Monacho exiſtenti in Prioratu Clauſtrali diſponendi de bonis per eum acquiſitis, *vt ait idem Franc. Marc. deciſ. 566. num. 5. par. 2.*

168 Limita decimoquintò, quòd neque Abbas poſſit expellere Monachum egrotum à Monaſterio, & ei alimenta denegare; alias Monachus ſpoliatus diceretur, & verſa vice Abbas efficeretur indignus bonis ſpolij religionis, *vt dicunt Doctores allegati à Franc. Marc. in ſua deciſ. 182. per totam par. 1.*

169 Quod tamen procedit quoad præiudicium dicti Abbatis ipſo viuente, non autem quoad præiudicium Eccleſiæ, *vt ait Franciſcus Marcus ibi ſupra propè medium.*

170 Extende dictam limitationem procedere, etiam quòd ille expulſus à Monaſterio, & ei alimenta denegando ob infirmitatem Neapolitanam fuiſſet expulſus, *idē Franc. Marc. in præcitato loco in fine.* Contrarium tamen *dixi in ampliat. 17.* licet tamē in dubio Monachus alitus præſumatur à ſuo Monaſterio, *vt ait Rota per D. Burat. in ſua deciſ. 7. num. 11.*

171 Limita decimoſextò, quòd ille non præferatur cuipiam ſeculari in propria Eccleſia exiſtenti, ſecus verò extra eam, quia Abbas eſt præferendus cuilibet ſeculari dignitatem inferiorem ab Epiſcopo obtinenti; quinimmò nedum præfertur Archidiacono Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam præcedere debet Vicarium Epiſcopi; & in ſumma omnes alios Prælatos, & dignitates etiam Regulares Epiſcopo inferiores, & multò magis Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, etiamſi eſſet ſimplex Abbas foraneus; licet ſecus quando Canonici eſſent Collegialitèr vniti, quia Abbas numquam præfertur Capitulo Eccleſiæ Cathedralis; licet Collegiatæ benè præferatur; & ratio eſt, quia Eccleſia Cathedralis cenſetur eſſe in Epiſcopo, & è conuerſo Epiſcopus in ipſa Eccleſia, & propterea ille non ſolum dicitur par, ſed maior Abbate in Religione, *vt nouiſſimè explicat Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 17. num. 15. cum pluribus ſeqq.*

172 Limita decimoſeptimò, quòd Abbates tenentur ire ad Synodum ſi habent Populum, quia vtrique legi Epiſcopali ſubijciuntur, niſi præter generalem exemptionem canonis, aliud ſpeciale priuilegium habeant, *vt ait Loterius de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 24. num. 50. & 51. & veluti dixi ſupra in Ampliat. 35.*

ARGVMENTVM.

ABBATIS electio quomodo, & à quibus, ac de quibus perſonis ſit facienda.

CONCLVSIO SECVNDA.

1 Abbatis electio duplex eſt. Alia eſt Generalis actiua, & paſſiua, Alia verò eſt particularis. Illa Generalis actiua, & paſſiua, eſt ea, quæ liberè ſpectat ad totam Congregationem Monachorum, vt eſt de electione Abbatis ſancti Benedicti; Electio verò particularis Abbatis cuiuſcumque Monaſterij, tàm actiua, quàm paſſiua competit Monachis, ſeu illius Monaſterij Congregationi, de cuius Abbatis, ſeu Prelati electione agitur, *vt ait Aſcan. Tamburin. de Iure*

Iure Abbatum disputat. 5. quæst. 8. num. 1. tomo primo, & veluti fuit decisum à Rota in Vallis Oletana prehemenentiarum lunæ 24. Nouembris 1603. coram bon. me. Cardinali Pamphilio, quæ est in recentior. decisio 65. numero primo, & quinto, parte prima.

2 Quod enim procedit inspecto illo quoque tempore quo Monasteria erant Episcopis subiecta; quia tunc etiam Abbas, non ab Episcopo, sed à Monasterio erat eligendus, *Cap. Abbatem, 18. quæstione secunda, & Azor. in prima parte institut. moral. lib. 12. cap. 20. fol. 1560 sub littera C.*

3 Sed nota, quòd illius confirmatio spectat ad Papam, siue eius de latere legatum; quando sumus in Abbate exempto; si verò essemus in non exempto, tunc eius confirmatio ad Episcopum attinet. Sed quid in Prioratu Conuentuali? Nam in hoc erit animaduertendum, quòd vbi extaret superior immediatus veluti Abbas tunc ista confirmatio ad ipsum spectaret, licet *Panormitanus in cap. 2. versiculo Prioratus, de statu Monachorum*, referat aliquos tenere, quòd huiusmodi cōfirmatio Prioris Conuentualis ad Episcopum loci immediatè spectet, cum ipse loco sit Abbatis, & habeat iurisdictionem in Monachos, quæ enim opinio magis honesta mihi videtur, *iuxta glosam in pragmat. sanctione, §. facta, tit. de electione, & Franciscus Marcus in sua dec. 1279. per totam, lib. 1.*

4 Sed in hoc plura notanda veniunt, Et primò, quòd Abbas ante confirmationem, nec directè, neque indirectè se in administratione ingerere debet; licet tamen sit quoque verum, quòd habens potestatem eligendi, & confirmandi simul, tunc eò ipso quòd eligit confirmare videatur; *vt ait Ascan. Tamburin. de iure Abbatum disputat. 6. quæst. 1. nu. 3. & quæst. 2. n. 4. fol. 84.* licet prius *in dicta disputat. 6. q. 1. nu. 1. & seqq.* dicat, quòd confirmatio est necessaria, tàm ex parte confirmatoris, quàm ex illa electi; vndè electio est voluntatis à principio; confirmatio verò fit indè necessitatis, quia confirmatio ius plenum tribuit confirmato circa dignitatem, ad quam fuit electus.

5 Sed ad perfectiorem intelligentiā istius materiæ opus erit plura præsupponere, & primò, quòd electio debeat esse libera, & ab omni coactione, & restrictione aliena, itaut si dicta electio restringatur ad personam certam, vel quòd certum genus personarum non eligatur, tunc illa non erit perfecta, *vt est textus in l. nec solum, & l. demùm, ff. de opt. legat. & veluti quoque fuit decisum à Rota ibi supra, num. 6. coram Cardinali Pamphilio dec. 65. par. 1. recent.*

6 Limita tamen, & declara, quòd maior libertas requiratur in electione passiua, quàm in actiua, *vt ait Rota ibidem num. 7.*

7 Secundo nota, quòd electores ad electionem celebrandam, debent conuenire in aliquo honesto loco Monasterij, licet ille non sit de substantia; quia electiones per occulta conuenticula factæ irritæ fiunt, veluti dicitur de illis clandestinè factis, & tales dicuntur illæ, quas electores secretas inter se retinent, *vt dicunt Innocentius, Hostiensis, & Panormitanus allegati ab Ascanio Tamburino in disputatione quinta, quæst. 6. num. 1. & 27. & quæst. 22. num. 1. & 2. dicta disputatione quinta, & ibi alios Doctores allegat.*

8 Declara præterea, quòd electionis forma ad hoc, vt dicatur legitimè facta, triplici modo fieri potest, nempè per modum Scrutinij, Compromissi, & communis inspirationis, & alio modo facta erit ipso iure nulla, *vt ait Romanus in consil. 322. num. 12. & ita fuit dictum à Rota in vna Treueren. Abbatiæ sancti Maximini 24. Nouembris 1624. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & idem tenent multi allegati ab Ascanio Tamburino de iure Abbatum disputatione quinta, quæst. 5. num. 4.* Et in materia formæ in huiusmodi electionibus adhibendæ, & quid requiratur ad hoc, vt ea verè legitimè facta dicatur, *vide d. Ascanium Tamburinum ibi supra in disputatione quinta quæstione sexta per totam, fol. 54. & sequenti.*

9 Et licet multi sint qui tenent, quòd sit de substantia electionis præcedens auditio Missæ de Spiritu Sancto; nihilominus contraria opinio est verior; sed illa est solum ad benè esse, & sic de solemnitate, qua omissa electio non vitiatur, *vt*

C dicunt

dicunt Panorm. Tabien. Sigism. à Bononia alligati ab Ascanio Tamburino in dictâ disputatione 5.q.5.num.27. & *28.* & *quæstione 6. num. 8.*

10 Tertio loco erit notandum, quòd tres scrutatores, siue duo (quando numerus non esset copiosus) sunt eligendi, qui sint de Capitulo; & ab eis sunt exquirenda secretè vota singulorum electorum, & viua voce, vel in scriptis per schedulas sunt tradenda; & si quis ex electoribus præsentibus non scrutaretur, electio ipso iure esset nulla, *vt ait Botrius in sua decisione prima, numero 3. & cæteri DD. allegati ab Ascanio Tamburino in dicta disput. 5. quæst. 6. num. primo cum seqq.*

11 Quartò erit notandum, quòd electores ante mortem Prælati, vel depositionem, aut cessationem non possunt ad successoris electionem deuenire, licet benè ea valeret si fieret antequàm corpus Prælati fuisset sepulturæ datum; dummodo tamen electio intra tres menses incipiendos à die certæ vacationis fieret, alias deuolueretur ad alios superiores, vel ad Papam; & dicta electione sequuta tenetur electus intra mensem à die habitæ notitiæ incipientem electioni de se factę acconsentire, *vt dicunt Doctores allegati ab Ascanio Tamburino in dicta disputatione 5. quæstione 7. numero primo, & sequentibus, fol. 57. & 58.* Licet prius *in quæstione 6. in dicta disputatione 5. num. 21. dicat*, quòd hodie in omnibus electionibus Regularium Prelatorum est facienda de eo, in quem maior pars Capituli consensit; & maior pars non est censenda ea tantum, quę maior dicitur respectu minoris, sed respectu, & in ordine ad totum Capitulum, in quo numero solum sunt computandi illi, qui in eadem electione votum habuerunt, *vt ait Panormitanus & Felin. allegati à Tamburino ibi supra num. 22.*

12 Quinto nota, quòd veluti Abbates, & Prelati a Christo Domino fuerunt instituti, vti speculatores, Doctores, & Pręcursores sui Gregis, *vt ait Ascanius Tamburinus in sua disputatione 26. glos. prima, numero 5. fol. 434. cum ibi allegatis*, ita quoque debent esse vigilantes, & pręcipue circa Dei cultum, & virtutibus, ac omnibus animi dotibus pręditi, & fomentatores bonorum operum; Eorum mensa esse debet cum hospitibus, & Peregrinis, proportionata necessitati, & naturæ, & gulæ desiderio. Immò honestè facerent comedendo cum Monachis in refettorio, & cum eisdem dormiendo in dormitorio; Et debent animos subditorum æquè timentium, & amantium sibi conciliare, & quatenus opus sit mortem subire, vt Dei honorem, & subditorum salutem conseruent, *vt ait idem Ascanius Tamburinus in disputatione vigesimasexta, glossa septima, octaua, & decimatertia, fol. 436. 441. 445. et seq.*

13 Sextò erit notandum, quòd quilibet de iure potest in Abbatem institui; dummodo tamen sit idoneus; licet sit quoque verum, quòd in concursu semper ille debet eligi, qui cæteris sit melior, ac morum, necnon vitæ sanctitate præstantior; sed si fortè contingerit minus dignum eligi digniore omisso, ob id tamen electio non diceretur mala, sed valida, *veluti tradit Couarruuias in regula peccatum, par. secunda, & septima, numero tertio, versiculo Nec enim, de regulis iuris in sexto, allegat. à Rota ibi supra dicta decisione 65. num. 8. par. 1. recentior.*

14 Quod tamen restringe procedere postquàm est facta electio, quæ enim ex illa omisione dignioris non esset retractanda, vt litium occasio tollatur: Item, quia suffragandum est digno digniori omisso ad hoc ne indignus eligatur, etiamsi iuramento de digniori eligendo quis se obligasset; quia illud semper venit intelligendum de possibili, *Idem Ascanius Tamburinus disputatione quinta, quæstione decimatertia, numero septimo.*

15 Declara tamen, quòd si electores scienter indignum eligerent, tunc ea potestate eligendi sunt priuandi, *Idem Ascanius Tamburinus ibi supra in dicta disputatione quinta, quæstione octaua, numero decimooctauo, et sub numero decimonono* docet, quis dicatur indignus.

16 Sed si essemus ante electionem ad quam boni, & meliores concurrerent, tunc omnia iura exclamant, vt aptiores,

aptiores, & Sanctiores eligantur: cum ex Scriptura Sacra habeamus, quòd licet fructus Diuinæ Clementiæ sit omnibus communis, tamen ordo meritorum est quoq. distinctus in Cælo, & ideò multò magis id sequi debet inter homines in terra; cum omnis actio Christi debeat esse nostra instructio, pro quibus enim faciunt ea, quæ adducuntur *à Rota in Toletana Canonicatus 18. Maii 1584. coram Aldobrandino postea Clemente Octauo.*

17 Vndè ad id erit Notandum, quòd Electores publicè Iuramenta præstare debent de eligendo magis idoneo secundum Deum, ac eorum conscientias, iuxta præceptum vocati Concilij Basiliensis *sess. 23. & sess. 38. decret. de electione.* cui tribuit vigorem Clemens Octauus die 25. Iulij 1599. & postea confirmatum à Paulo Quinto, & postremò ab Vrbano Octauo, *vt refert Ascanius Tamburinus dicta disputatione quinta, quæstione quinta, numero vigesimo nono.*

18 Quinimmò, quòd neque in foro conscientiæ electores possint omisso idoniore aliquem dignum eligere, præterquàm si essemus in electione Patronorum ea ratione, quia illi ad gratificandum amicos, & consanguineos possunt in electione idoniorem omittere, *ait Gratianus libro secundo disceptationum forensium capitulo 211. numero duodecimo & sequentibus.*

19 Quod enim quoq. extende obiter procedere in distributione eleemosynarum de ordine testatoris fienda pauperibus, quæ valet illis facta, etiam quòd pauperiores inueniantur; quia satis est, quòd dispensatio fuerit facta ab executore iuxta formam Iuris, quæ disponit de paupere, *veluti dixi in conclusione 47. numero 37.* & quemadmodum *fuit decisum in Bononien. bonorum de Muletis 8. Iunii 1601. coram R. P. D. Pamphilio.*

20 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat in foro exteriori, vbi valet electio digni omissa illa digniotis, & id ob dirimendas lites, & ad euitanda scandala; vltra quòd est valdè difficile cognoscere in foro exteriori, quis sit bonus, & quis malus. Secunda verò procedit in foro animæ, vbi quis peccat mortaliter eligendo dignum omisso digniori, *vt dicunt Doctores allegati ab Ascanio Tamburino de Iure Abbatum disputatione 5. quæstione 13. num. 4. & sequentibus, & Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 942. numero 4. & in illa Toletana coram Clemente Octauo, & in alia Vallis Oletana praeminentiarum 24. Nouembris 1603. coram Cardinali Pamphilio.*

21 Et quis in concursu dicatur dignior, *ait Ascanius Tamburinus ibi supra* & declarauit *Rota in decisione 65. numero 8. & decisione 537. numero 14. parte prima recentior. & prius in Beneuentana Parrocchialis 13. Iulii 1590. coram Orano, & in Beneuentana Parrocchialis Sancti Venantii 13. Ianuarii 1623. coram R. P. D. Remboldo.*

22 Sed si forsan tractu temporis insufficiens detegeretur electus, tunc poterit remoueri etiamsi sit confirmatus, *vt ait Innocentius in cap. licet Heli num. 2. de Simonia & Rota ibi supra coram Clemente Octauo.*

23 Amplia, quòd neque excommunicatus maiori, vel minori excommunicatione, potest de Iure in Abbatem eligi; Neque falsificans litteras Apostolicas; Item constitutus in peccato mortali publico; Item vitiatus magna corporis deformitate, ita vt scandalum induceret; Item neque potest fieri electio de Simoniaco, neque de Apostata, nec de periuro declarato, neque de prodigo, nec minus de homicida, tàm de Iure Diuino, quàm humano; Item nec de infami infamia Iuris, & facti; licet secus si sequatur emendatio in infami infamia meri facti; Veluti nec de inquisito, accusato, & denunciato, si tamen præcessit infamia, alias secus, *vt latè ait dictus Ascanius Tamburinus de Iure Abbatum disputatione 5. quæstione 20. & 21. folio 71. 72. & 73.*

24 Rursus nota, quòd habilitas eligendi considerarur de tempore, quo fit electio, & non de tempore vacationis Prælaturæ, *idem Ascanius Tamburinus disput. 5. quæst. 8. num. 9.*

25 Septimò considerandum erit quoque quòd electio Abbatis debet esse de professo, alias esset nulla, & ex dispositione

tione Sacri Concilij Tridentini debet per annum in probatione stetisse antequàm ad professionem admittatur, *vt fuit decisum in Vrgellen. Abbatiæ Mercurii 11. Nouembris 1583. coram Card. Seraphino, quæ est decisio 647. numero 1. in eius impressis.*

26 Et ratio est, quia quis non debet in Abbatem admitti, qui monasticam regulam prius non didicit, veluti dicitur de Medico, qui nisi fuerit infirmatus ægrotos curare nescit, *vt ait Petr. Chrysol. in serm. 150. & iuxta textum in c. officii, & c. cum in magistratum de electione, Put. in decis. 261. lib. 2.*

27 Vndè ex hoc infertur, quòd Abbatia regularis, quæ est beneficium, in titulum de Iure dari non potest, nisi Monacho religionem professo; sed est benè verum, quòd potest dari ei, qui non sit quoque professus in commendam, aut in administrationem perpetuam, veluti videmus, quòd solet commendari Cardinalibus, & etiam alijs primarijs Ecclesiæ Clericis, *vt ait Azorius in dicta parte prima, capitulo 20. fol. 1560. in primis verbis.*

28 Sed quando Abbas fit commendatarius, tunc non gaudet priuilegijs religionis, cuius Abbatia fuit sibi commendata, *iuxta doctrinam Bart. quem sequitur Rodericus quæstion. regular. tomo 3. quæstione 51. artic. 9 allegat. à Tamburino de Iure Abbatum disputatione 16. quæst. 4. num. 3. fol. 140.*

29 Item, quando Abbatia est commendata, tunc requirit residentiam, *idem Tamburin. disput. 14 quæst. 6. numero 1. fol. 141.* Neque absque speciali priuilegio Abbas commendatarius poterit Pontificalia exercere, vel saltem immemorabili præscriptione; Et licet perpetuus Commendatarius Prælatus dicatur, nihilominus in aliquibus differt à vero Prælato, *vt ait Gomes. super regul. Cancellar. in regula de triennali, quæstione 5. articulo primo, numero 22. & Tamburinus in disputatione 20. quæstione prima, numero 26. cum sequentibus folio 324.*

30 Octauò nota, quòd electio debet fieri de eo, qui sit in Sacris Ordinibus constitutus, alias electio non teneret, veluti nec etiam illa facta de Laico, cum quis eodem tempore non debeat habitum suscipere, professionem emittere, & in Abbatem eligi; quia qui discipulus esse non nouit, in magistrum eligi non conuenit, *vt ait Rota per Puteum in decisione 254. lib. 2. & Butr. in c. tuam, de ætat. & qualit. num. 4. & ibidem Abbas in 5. notabili, et Seraphin. in dicta decis. 647. num. 3.* & *nouissimè Lotertus de re beneficiaria lib. primo, quæstione 27. num. 20.* licet sit benè verum, quòd antiquitus non ordinabatur, & propterea eo tempore omnibus Clericis etiam inferioribus, & minoribus subijciebatur Abbas, *idem Lotertus dicto libro primo, quæstione 17. numero 2.*

31 Nonò nota quòd ad hoc, vt quis possit esse Abbas, non debet esse minor annis vigintiquinque, Abbatissa verò annis triginta, *vt ait Franciscus Marcus in sua decisione 1086. num. 5. parte prima, & veluti dicam in sequenti conclusione.*

32 Et ratio est, quia Abbas, si non actu, saltem in potentia debet esse Sacerdos, *vt ait Gratianus lib. 5. discept. cap. 871. numero 47. & Azorius ibi supra dicto cap. 20. in principio.*

33 Declara tamen, quòd si consuetudo exstaret aliter eligendi, quàm ius commune disponat, tunc ea est attendenda, vti Iuri communi derogatoria, *vt dicunt Doctores allegati in dicta Vallis Oletanæ præeminentiarum, quæ est decis. 65. in recentior. par. 1. num. 11.*

34 Dummodo tamen dicta consuetudo esset clara, quia si ea probaretur per actus turbidos, & controuersos, tunc ea non esset attendenda, cum consuetudo nunquàm inducatur ex actibus vario modo obseruatis, *veluti distinguit Rota in dicta decisione 65. numero 13. & seq. & veluti dicam in verbo Consuetudo.*

35 Decimò notandum est, quòd electus debet esse de eodem Monasterio, ad cuius Præfecturam assumitur, dummodo tamen idoneus ad istud munus reperiatur, alias Abbas ex aliorum Monachorum cœtu eligi debet, *c. quàm sit 18. quæst. 2. & Azor. ibi supra d. cap. 20. fol. 1560. sub littera E.*

36 Sed ad id notandum erit, quòd licet Abbas deberet esse litteratus *vt ait Lotertus*

is de re beneficiaria, lib. 2. quæst. 50. nu. 1. Nihilominus non poterit deponi si ignorat Grammaticam, dummodo tamen sit peritus regulæ, *vt ait idem Lotterius ibi supra num. 29. & Ascanius Tamburinus disputat. 25. quæst. 1. num. 187. & 395.*

Extende idem quoque procedere in electoribus, qui debent esse professi eiusdem Religionis, cuius Prælatus erit eligendus, sed tūc satis erit si professio fuit tacita, veluti quoq. debent esse Clerici, & in sacris ordinibus constituti ipsi electores; licet secus sit si ex priuilegio, vel consuetudine competeret alicui extraneo ius interueniendi electioni, veluti sæpè ad huiusmodi electiones vocantur alieni, & interdum laici, & præsertim Principes pro pace seruanda admittuntur, vt electores ab oppressoribus tueantur, *vt ait Stiuest. in verbo Electio num. 3. & Ascanius Tamburinus de iure Abbatum, disputatione 5. quæstione 8. numero 6. cum sequentibus.*

Vndecimò nota, quòd vnus Abbas vni monasterio solum eligitur, nisi tamen vnum monasterium esset alteri annexum *cap. vltimo, de religiosis domibus*, & propterea quilibet Monachus debet suo Abbati, & non alteri parere, *vt ait Panormit. in cap. cum Monasterium de election. & Tamburinus de iure Abbatum, disputat. 5. quæstione 23. & 24. fol. 75. & sequenti.*

Licet sit quoq. verum, quòd hodie sit beneficio Pontificum, vt aliqui monastici ordines, (vt sunt Cistercienses, & Carthusienses, & illi, qui Monte Oliueto nomen habent) qui vni Abbati Generali, siue Priori, siue Præsidenti, siue Visitatori tamquam eorum capiti obediunt, sub quo sunt inferiores Abbates aliorum Monasteriorum, *vt ait idem Azorius ibi supra sub littera D. folio 1560. capitulo vigesimo.*

Quibus præterea accedat, quòd Abbas postquam est electus, tenetur residere in collegiata, in qua est intitulatus, & cuius est caput, & fructus percipit, tàm ex dispositione Iuris communis, quàm vigore Concilij Tridentini. Et licet habeat aliam sedem in Cathedrali, non excusatur tamen non residendo in Collegiata, si fructus in illa lucretur, & distributiones percipiat, quemadmodum *fuit decisum in Vallisoletana residentia 8. Nouembris 1602. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisio 1452. num. 1.*

41 Fallit tamen in Abbatibus Generalibus, Prouincialibus, & similibus; quia isti non coguntur residere, nisi in eo loco, vbi eorum præsentia erit magis vtilis, & proficua, *veluti dixi in præcedenti conclusione, ampliatione 39. in versic. Declara quarto num. 121.*

42 Ratio igitur differentię, quare Abbas non arctetur ad residentiam in Cathedrali, licet ibi sedem honorariam habeat sine aliqua fructuum participatione, ea est, quia talis residentia censetur esse voluntaria, non autem necessaria, vt est illa, quę fieri debet in Collegiata, in qua quis compellitur residere per fructuum subtractionem, & alia remedia à iure communi, & à Sacro Concilio tradita; quod enim non procedit in sede honoraria Abbatis in Cathedrali, *text. est in cap. penultimo, & fin. de cleric. non resident. & Concil. in sessione 22. cap. 3. & Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decisione 1452. num. 2. et 3. & prius in Burgen. Residentia 3. Decembris 1593. coram Penia.*

43 Vel iterum dicas, quòd ratio necessitatis residendi ex eo semper determinetur, An dignitas sit intitulata in vna Ecclesia, vel non; alias residentia diceretur merè facultatiua, *vt ait Card. Seraph. in d. dec. 1452. nu. 4.*

44 Fallit tamen quando Abbatia Conuentu, & cura animarum careret, quia tunc ea Abbatem ad residendum non obligat, *vt fuit declaratum à Concil. in sess. 6. cap. 2. §. In titulum, siue commendam, cart. 69. & sess. 23. cap. 1. de reformat. §. Et aliis.*

45 Abbas autem dicitur intitulatus in Abbatia regulari, ad quam eligitur, & postea confirmatur, *vt ait Rota in decis. 772. num. 8. par. 1. diuersor.*

46 Quando verò desinit esse Abbas; tunc habitans in beneficio Abbatis, ibi habitare præsumitur iure familiaritatis, & non vti Abbas, *vt fuit decisum in Aurien. Sancti Pelagii 10. Martii 1603. coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 1456. n. 1.* Sed est quoque verū,

quòd Abbas depofita Abbatia fine fua culpa, tunc plus cæteris Monachis debet honorari, *vt ait Lotertus de re beneficiaria libro primo, quæstione 17. num. 30.* vbi ait id fieri in memoriam pristinę dignitatis.

47 Deinde nota, quòd veluti Abbas non poteſt eſſe perpetuus, *vt ait Caputaquen. decis. 239. par. 3. num. 2.* Idcircò quando caſus eueniret eius officium fine culpa deponendi, tunc primum locum post Abbatem obtinet in choro, & conuentu, *vt dixi in præcedenti conclusione ampliatione 39. declaratione 3. idem ait Franch. in feud. vſus prælud. num. 171. carta mihi 130.* & id in honorem pristinæ dignitatis fieri dicitur, *vt mox diximus, idemque ait Aſcan. Tamburin. de iure Abbatum, diſputat. 13 quæst. 4. num. 3. & 6. fol. 129. tom. 1. & prius in diſputatione duodecima, quæstione prima, num. 1. & ſequentibus, fol. 122.*

48 Hanc tamen opinionem damnat *Nauarrus in commentario tertio, de regularib. num. 3. vbi ait*, quòd maiora mala ex temporali Præfectura, quàm ex perpetua oriri poſſunt, & præcipuè ait, quòd ambitionis vitium naſcitur, quo bona pars Monachorum ad has præfecturas aſpirat, & nimirum ſi promiſſiones, pacta, conuentionesque plurimæ labe ſimoniæ infectæ oriuntur, quibus alij alijs ſuum ſuffragium in electionibus pollicentur, pecunia, vel alio temporali accepto commodo; & hinc etiam fit, quòd diſciplina religioſa eneruatur, ac debilitatur, dum electus ſuis electoribus, fautoribus, ac ſuffragatoribus ſtudet, & ſuum gratum animum declarare intendit, plura eis cōcedendo, atque quàm ſit par promittendo: Inde ſubornationes, factiones, diffidia, ſimulationes exiſtunt, quæ fraternam pacem valdè perturbant, & illorum concordiam vehementer vexant, necnon plurimę detractiones, ac ſuſurrationes, dum alij aliorum vitia, tum naturæ, tum morum producunt, & detegunt, & interdum etiam exagerant, & interdum falſa confingunt, aliorumque virtutes, & merita minuunt; langueſit etiam authoritas electorum in corrigendis erroribus, & præſertim eorum, qui ſuum ſuffragium in electione dederunt; contra verò eorum, qui denegarunt ſeuerius, & durius in eos animaduertere ſolent, & ob id paulatim diſciplina regularis euaneſcit, quin etiam negligentiores ſæpè reddunt Abbates in acquirendis, conſeruandis, & augendis illius Monaſterij bonis, quando eorum præfectura ſpacio vnius trienij, quaſi breui temporis momento finitur, & ceſſat. Immò ad hoc illud de Tiberio Cæſare adduci poteſt, qui aut nunquam, aut parum Præſides Prouinciarum mutare conſueuit, quaſi quòd Plebi pareret, cum Prǽſides ad modicum tempus adminiſtraturi vſque ad ſanguinem emungebant; & alij his noui ſuccedẽtes reſiduũ ſanguinis hauriebãt; & ad id etiam allegari poteſt exẽplũ illud de homine ſaucio, qui muſcas plagis ſuis inſidentes abigere nolebat. Immò cuidam ex benignitate eas abigenti dixit, Amice nocuiſti mihi, nam abegiſti ſaturas, quæ me parum infeſtabant, illis modo famelicæ ſuccedent, quę me acrius vexabunt, ac pungent. Si verò aliquis forſan obijciet, dicendo quòd experientia docemur perpetuos miniſtros plus debito nimios exactores, euadere auſteriores, & ſeueriores, eòque minus tollerabiles effici. Reſponde cum Nauarro in præcitato loco, vbi ait, quòd de duobus malis minus eſt eligendum, & præſertim quia huic remedio perpetuæ adminiſtrationis optimè conſuli poteſt, ſi obſeruetur id, quod fuit prouiſum à Concilio Tridentino *in ſeſſione 25. cap. 8. de regularibus*, vbi diſponitur, quòd Capitula Generalia fiant, in quibus ſtatuantur, quæ ſunt ad conſeruationem, & reformationem ordinum neceſſaria, & ſic deputentur viſitatores, qui monaſteria viſitent in capite, & in membris, ac alia ſeruari faciant iuxta ſtatuta, & adnotata *in cap. in ſingulis, & in cap. ea quæ, de ſtatu Monachorum*, quia huiuſmodi remediis optimè ſuccurretur difficultatibus eorum, qui contrarium huic opinioni Nauarræ tenent.

49 Sed eſt benè verũ, quòd quando Abbas creatur ad tempus, tunc tempore Capituli Pontificalia exercere non poteſt, *vt ait Aſcan. Tamburin. de Iure Abbatum diſput. 21. quæſt. 6. numero 2. fol. 340. tom. 1.*

50 Verum quia aliquando contingere poteſt Abbatem à Monaſterio abeſſe debere, tunc nota, quòd eo caſu Prior in eius locũ electus

ectus, vel succedēs ea oīa exercere potest, quæ ipse Abbas potest, *iuxta tradita per Abb. in c. causam quæ, numero 9. de iurisdict. & ita fuit dictum in vna Romana Casalis 27. Maij 1594. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1080. Extende illud, quod fuit actū à Priore ob Abbatis absentiam in tantū valere, vt propterea idem Prior non possit postea ab Abbate forsan ratione malę administrationis absque sufficienti causa ab officio remoueri, *vt ait Rota in decis.* 772. *n.* 3. & *decis.* 778. *par.* 1. *diuers.*

Quinimmò, nec Abbas poterit aliquid de nouo erigere non vocato Priore, *vt ait Rota in decis.* 1. *in nouis tit. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

Secus autem si occasione absentiæ Abbatis fiat per Monachos aliqua alienatio cum authoritate Episcopi, quia tenet; & multò magis si cum authoritate Papæ, & sic in huiusmodi alienatione per Monasterium facta pręsumuntur omnes Monachi ad id conuocati, nisi de contrario doceretur, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. in dicta decis.* 1080. *& in dicta decisione in nou.*

Sed si postea contingeret vt in casu dementię administrationis Abbatię contra Abbatem, seu alium administratorem, dilapidatio pręēdaretur, eo casu est animaduertēdum, quod contra eum presumptio dilapidationis non sufficit, sed illa debet manifestè probari, & actus dilapidationis in specie ostendi, veluti fuit dictum *à Rota in vna Tullen. Monasterij S. Mansueti Veneris 18. Aprilis 1597. coram R. P. D. Penia, quæ est apud Farinac. inter criminal. decis.* 115. *num.* 5.

Sed ad hoc vt Abbas ab administratione remoueri possit, nota quòd vna ex his tribus causis concurrere debet; & primò dilapidatio bonorum Ecclesię. secundò per illius incontinentiam. tertiò ob necessitatem translationis ad maius officium, *vt ait gloss. & Panormit. in cap. si Archiepiscopus de tempor. ordin. & Franc. Marc. decis.* 1332. *num.* 2. *par.* 1. & in omnem euentum Abbas non potest hodie deponi nisi à Papa, siue ex illius indultu, *vt ait Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 12. *num.* 2. & tunc an administratio pertineat ad Episcopum, *ait idem Loterius dicto libro* 1. *quæst.* 18. *num.* 25. *& Rota in Tullen. seu Nullius Senonensis Monasterij Veneris* 5. *Iulij* 1608. *coram Card. Sacrato, & prius in eadem coram eodem* 5. *Martij eiusdem anni.*

56 Declara tu tamen, quòd dilapidatio illa intelligitur respectu bonorum Ecclesię tantum, non autem fructuum, *vt ait Rota in dicta Tullen. Monasterij coram Penia.*

57 Et Ratio est, quia regulares possunt disponere de fructibus beneficiorum regularium, sicut Clerici seculares de illis beneficiorum secularium, *vt ait Rota in decis.* 772. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.*

58 Subdeclara tamen, quòd quando sumus in casu suspitionis super dilapidatione, tunc poterit Abbas, vti suspectus ab administratione remoueri; nec eo casu sufficeret cautio de conseruanda indemnitate Ecclesię, *vt ait Abb. in c. licet Heli de simon.* & ibi subiungit quòd Abbas non ante, sed post probatā suspicionē erit remouendus, licet interim alienatio inhibeatur. Veluti neq. etiam appellatio admittitur ad fauorem condemnati pro aliqua publica administratione, siue alterius officialis pro delicto commisso in eorum officio, vtputa in Nuntio, Notario, executore, & similibus; licet tamen secus esset si officialis condemnaretur pro aliquo delicto, siue pro causa ciuili officium non tangente, quia tali casu appellatio deneganda non venit, *veluti dixi in verbo Appellatio concl.* 128. *in limitat. vltima ferè in fine*; Veluti etiam sequeretur quādo Abbas, siue alter officialis de facto, & ante causę discussionem spoliaretur, quia tunc talis spoliatio pręsumitur iniusta, nec per consequens illi tali casu essent deneganda alimenta, alias esset velle legitimam defensionem tollere, & spoliatori occasionem malignandi præbere, & præsertim quando quæstio non super bonis, sed super statu tantum mota fuisset, *vt ait Bellam. decis.* 88 *sub num.* 3.

59 Immò si in casu illius amotionis ab officio Abbas successor in ingressu suę administrationis recusaret soluere debita à suo antecessore facta, tunc non posset ad eorum solutionem cogi, nisi tamen illa fuissent pro vtilitate, & necessitate Monasterij contracta, quia eo casu intraret illa regula, quòd scilicet successor teneatur stare facto sui antecessoris, *veluti fuit dictum à Rota in Leodien. Salarij Veneris* 19. *De-*

19. *Decembris* 1610. *coram R. P. D. Pirouano, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 302. *num.* 1.

60 Extende hic obiter id quoq; procedere in locatione per Rectorē Ecclesiæ ad tempus à Iure permissum facta, cui successor stare non tenetur, *vt ait Rota in decis.* 332. *in nouis.* cum qua cocordat *Anchar. consi.* 16. *Castrens. consi.* 2. *lib.* 1. *Card. consi.* 95. *Angel. consi.* 245. *Alex. consi.* 169. *lib.* 6. *Didac. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. *Redoan. de reb. Ecclesi. non alienan. §. sed an contractus cart. mihi* 335. *Curt. consi.* 414. *num.* 5. & *seq. lib.* 3. *Anguse consi.* 259. *num.* 3. & 4. *Purpurat. consi.* 474. *num.* 8. *lib.* 2. *Socin. consi.* 34. *lib.* 3. *vbi* de communi testatur *Franc. Marc. decis.* 196. *par.* 2. qui de magis communi dicit *in decis.* 169. *Borgn. decis.* 44. & *Put. decis.* 175. *num.* 2. *lib.* 1.

61 Amplia primò, huiusmodi extensionē in tantum valere, vt propterea successor talis possit propria authoritate conductorem expellere; Quinimmò nota, quòd idem è conuerso pari modo procedit in casu, quo ipse conductor recedere vellet; quia nihilominus in locatione stare tenetur. Et ratio est, quia claudicatio contractus tolleratur ad fauorem Ecclesiæ, & minoris ad hoc vt possint eligere si velint stare contractui, & iudicio, vel non; licet tamen illi contractum diuidere non possint, & propterea videmus, quòd illum aut in totum approbare, vel reprobare debeat, *Rota decis.* 283. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.* idem dicunt Doctores superius allegati, & est quoque doctrina *Rimin. senior. consi.* 257. *num.* 40. *lib.* 3. & copiosè in hoc ait *Borgnin. in repertorio suarum decisionum in verbo locatio in* 1. *parte*, & *de hac materia latius dicam in verbo locatio*, *Rota dec.* 232. & *decis.* 233. *in nouis. Franc. Marc. decis.* 102. *num.* 2. *par.* 1. & *in dec.* 196. *nu.* 18. *par.* 2. *Aegid. Bellām. decis.* 747. *Put. decis.* 421. & *prius decis.* 181. *lib.* 1. *Gui dopap. dec.* 480. *n.* 3. *Mastril. dec. Siciliæ* 5. *n.* 9. *Mandel. consi.* 108. *nu.* 1. & *latè Io. Vincent. in sua allegat.* 92.

62 Subamplia, quòd neque Episcopus successor teneatur stare locationi primi anni, quo locator obijt: ēt si cōductor anticipatē soluerit: & rō ea est, quia nō habet ius in fructibus, nisi eius vita durante, *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 606. *nu.* 10. *Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.* 83. *Franc. decis.* 334. *Marta decis. Rotæ Pisanæ* 139. qui loquūtur in colono partiario, quicquid dicat *Cacher. in sua decis.* 82. quæ non procedit ex ea ratione adducta *per Riccium in sua collectan.* 631. *in princip. par.* 3.

63 Contrarium, quòd immò successor teneatur stare colono saltem ratione illius anni, quo ipse expensas sustinuit, *ait Bal. in l. in emptorem num.* 2. *C. locati. Pedem. decis.* 82. *Borgn. decis.* 44. *Flor. in l. Arboribus §. Quicquid ff. de vsufruct.* & *Rota in Romana Coloniæ* 14. *Maii* 1593. *coram* R. P. D. *Orano.*

64 Extende hanc opinionem procedere nedum in emptore fundi, verumetiam in illo fructuum, *vt ait Faber. decis.* 19. *Borgnin. decis.* 44. & ibi latè *Surd.* & *alii mox allegan.*

65 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat in translatione bonorum voluntaria. Secunda verò in necessaria, idest in eo, qui haberet ius ex sententia, siue quādo fructus pro colono fuissent excepti, *vt ait Surd. decis.* 40. *nu.* 1. & 2. & *dec.* 294. *Franch. decis.* 488. *Magon. decis. Floren.* 140. & *Rota Lucen.* 97. *Benint. decis.* 54. *decis. Ped. Cacher.* 82. *Ioseph. decis. Perus.* 83. *Thesaur. decis.* 56. *idem Franch. decis.* 334. *Rot. decis. Pisana* 139. & *Riccius vnicā in sua collect.* 159. *par.* 1. & *Grat. decis.* 176. qui in huiusmodi materia plura notanda docent.

66 Vndè videmus, quòd creditor immissus in possessionem ex sententia in vim Saluiani, tenetur stare locationi, *vt dicūt Addentes ad Gregor. decis.* 68. *num.* 6. & *hac opinio canonizatur in Romana fideiussionis* 13. *Martii* 1617. *coram R. P. D. Andrea.*

67 Amplia secundò, prædictam extensionem quoque procedere in Prælato moderno, qui potest agere contra hæredes prædecessoris pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, *vt ait Rota in dec.* 14. *n.* 6. *par.* 1. *diu.* & *Rota in Romana Casalis* 17. *Aprilis* 1592. *coram Cardinali Blanchetto.*

68 Declara tamen primò prædicta esse vera quando Prædecessor non habuisset plenū ius administrationis; at secus quando illud dominium habuisset, quia tunc successor teneretur stare contractui, *iux. tradita per Surd. in decis.* 326. *num.* 78. *facit Rota per Gregor. decis.* 68. & *dec.* 90. & Gui-

In hac pag. 32. *col.* 1. *lin.* 3. *ante nu.* 60. *adde hac verba.*

* Secus vero, si essemus in materia solutionis pensionis, quia tunc successor tenetur integram pensionem soluere, etiam q; fructus non perceperit, si tamen diligentiæ fuerint factæ contra illum, qui fructus percepit, vt ait *Rota dec.* 221. *n.* 3. *penes Statii de solu.* & rō est, quia successor ad ea omnia tenetur, quæ eius auctor facere tenebatur, vt ait *Rota in dec.* 271. *n.* 1. *penes eundem Statium.* & *Greg. dec* 507. *n.* 2. & *Gre cit. dec.* 3. *de solut. Achil. dec.* 3. *de pēs. Card. Seraph. dec.* 1351 *n.* 1. & *alij alleg ab addente ad dec. Buratti* 448. *n.* 1. & 10. & ibi pulchrè docetur quo modo sint faciendæ diligentiæ, & contra quem.

Veluti eodem modo procederet in expensis per Prædecessorem, etiam in vtilitatē Ecclesiæ factis, quas successor hæredibus antecessoris restituere tenetur, vt videmus in simili contingere in pœnis cōdemnationū, quæ ex forma statuti debentur potestati, qui cōdemnauit, quæ si exiganiur, à successore tamen retrotrahuntur ad beneficium prædecessoris, sicut fit finis ad principiū, vt ait *Rota dec.* 777. *per tot. p.* 1 *diu.* Licet secus esset in illis cōdemnationibus, quæ fierent à Iudice officium titulo honorario occupante, & cuius fructus in paucis consisterent, quia tūc illæ successori in officio, quando nondum essent exactæ; non autem antecessori deberentur, etiam quòd delicta suo tempore patrata fuissent, veluti de stylo quorumcumque officialium ita seruatur, iuxta tradita per *Crauettā in suo cons.* 212. *per tot. lib.* 2.

& *Guidopapa decis.* 480. qui loquuntur de emptore, qui plenum ius rei non acquisierit, quia tûc locationi stare tenetur. Et ratio prædictorũ ea est, quia Abbas successor ligatur sui antecessoris cõcordia, si tñ prædicto modo fuerit facta, siue per Episcopum fuerit approbata, *vt fuit dictum in Elnen. distributionum* 25. *Iunii* 1629. *coram* R.P.D. *Durano*.

69 Declara secundò, prædicta habere locum quando successor per electionem, & non Iure hæreditario, vel nomine dignitatis succederet, quia isto secundo casu teneretur stare contractui, at secus in primo, nempè quando per electionem succederet; *iuxta ea, quæ tradit Surd. in dicta decis.* 316. *num.* 81. *cum ibi allegatis, & Osasch decis.* 139. *num.* 7. *vbi alios* ad id confirmandum allegat.

70 Declara tertiò, procedere in successore singulari, at secus in vniuersali, qui locationi stare tenetur, *vt ait Guidopapa dec.* 480. *num.* 3. licet *Borell. in sua summa decisionum tit.* 6. *de locatione bonorum n.* 9. *fol.* 37. dicat huiusmodi declarationem tali rei Ecclesiæ non conuenire, sed benè rebus profanis applicari.

71 Subdeclara tamen id primò, non procedere in resignatario beneficij successore, qui benè tenetur stare locationi fructuum beneficij à prædecessore factæ, *vt ait Gerard. Maynard. in decis. Tholos.* 63. *lib.* 1.

2 Subdeclara secundò, quando locatio per Prælatum fieret accedente consensu Capituli suæ Ecclesiæ, siue cum consensu superioris, casu quo locatio esset facta per inferiorem, ex causa tamen legitima, item quando Ecclesiæ esset vtile eam valere, *vt ait Rota decis.* 232. *in nouis*, *Franc. Marc. decis.* 102. *num.* 2. *par.* 1.

; Subdeclara tertiò, si locatio rei Ecclesiæ non Prælati nomine, sed Ecclesiæ esset facta, & ad ipsius Ecclesiæ vtilitatem tenderet; quia tunc illi Prælatus stare tenetur, quando in ea re locata succederet, *ita Franc. Marc. decis.* 196. *num.* 8. *par.* 2. & pulchras rationes reddit *Ioann. Baptist. de fact. scientia, & ignor. centur.* 1. *distinct.* 91. *num.* 1. *&* 2. *& Mandos. cons.* 108. *num.* 5.

Subdeclara quartò, idem procedere in Oeconomo Ecclesiæ vacantis, qui locationi stare tenetur, *vt fuit latè deductum in Arresto Parlamenti die* 19. *Septembris* 1579. *vt refert Renat. Choppin. in consuetud. Andeg. lib.* 2. *par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *art.* 11. *in margine*.

75 Extende prædicta eò magis procedere, quando successor rei Ecclesiasticæ locationem ratificasset; & nota quòd tunc ille eam ratificare censetur si continuat in recipienda annua pensione, *vt ait Rota decis.* 233. *incipien. ex præmissis in nou. Put. decis.* 181. *lib.* 1. & *Rota dec.* 181. *p.* 1. *lib.* 1. *nouissimar. coram Lancellotto*, & *Io. Bapt. Costa de retrotractation. c.* 9. *casu* 11. *num.* 5. & *Surd. decis.* 264. *num.* 13. *& decis.* 265. *num.* 16.

76 Extende secundò, prædicta eò magis procedere, quando tamen essemus in profanis, concurrente hypotheca vna cũ iuramento, quia tunc conductor à re conducta à successore expelli non posset, *vt ait Thesaur. decis.* 13. *Surdus decis.* 40. & 52. *per tot. Mantica dec.* 63. *Beninten. dec.* 54 *decis. Pedemont.* 82. & *Rota per Gregoriũ decis.* 68. & *decis.* 90. *Caroc. de locat. tit. de singul. success. numero* 28. *& sequentibus*.

77 Contrarium licet tenuerit *Gamma decis.* 243. *& Carpan. decis. Mediolan.* 399. *tit de re locata*, ex ea ratione moti, quia Iuramentum solum Iurantis personam respicit, & non ementis, cum quo nihil agere debet conductor; licet tamen *Ricc. in sua collectan.* 631. *par.* 3. dicat opinione istorum duorum esse falsam, alias posset aperiri via fraudibus, quod non est admittendum; Immò *Valasc.* ait illos æquiuocasse *in decis.* 80. *& Ripa respondet ad eam decisionem Mediolan. Carpani in sua obseruat.* 124. & *Rota Auenion. decis.* 108. licet ea opinio videatur dura Laurentio compilatori; sed ego prædictæ rationi alteram meliorem addo, & est quòd Iuramentum quoad vinculum periurij ad quemquam non transit, cum nemo animam alterius illaqueare possit; at secus quoad illius efficaciam, quia tunc ad omnes transit, nec isto casu personale dicitur, *vt fuit latè deductum à Rota in vna Romana Tutelæ de Masso Ven.* 29. *Martij* 1583. *& in Foroliuien. dotis* 9. *Iulii* 1625. *coram* R. P. *D. Durano*.

78 Concordari tamen possunt illæ opiniones tali modo, nempè vt prima procedat quando emptor, & sic singularis successor

successor sciuit tem esse locatam, & nihilominus illam emit; quia tunc solum ius venditoris emisse censetur, & sic eo casu tenetur stare locationi, etiamsi hypothecam in Instrumento locationis appositam ignoret; secunda verò quando ignorauit eam alteri esse locatam, quia in secundo casu emptor non videtur esse in mala fide, vt in primo, *Surd. decisione 264. & prius decis. 172. & decis. 225. & Rota per Gregorium decis. 68. & decis. 90. & ibi in addition.* Et hanc secundam opinionē amplia eò magis procedere, quando fiscus, & Ecclesia esset, quæ locasset, & postea vendidisset, quia tunc emptor locationi stare non tenetur, *vt ait Magon. decis. Lucen. 11. num. 2.*

79 Sed in casu, quo esset expellendus conductor, id intellige procedere soluto illius interesse, *vt ait Surd. dicta decis. 265. num. 28. et Magon. decis. 97.*

80 Vltimò erit notandum, quòd Abbatis confessio non præiudicat Ecclesiæ, neque successori, *Card. Seraph. decis. 1278. num. 3. & Rota decis. 293. num. 2. par. 1. diuers.* & *per Gregor. decis. 375. num. 6. & Rot. dec. 489. n. 4.* & *prius decis. 334. num. 2. par. 1. recent.* & *in Hispalen.* Primitiarum 17. Iunii 1616. *coram Cardin.* Pamphilio.

81 Fallit tamen primo, quando illa confessio esset adminiculata, quia tunc præiudicaret Ecclesiæ, & successori, *vt ait Rota d. decis. 334. nu. 2.* & *Seraph. dec. 292. num. 3.* & *decis. 436. num. 7.* & *decis. 442. num. 20.* & *decis. 177. num. 5. par. 2. diuers.* & *in dicta Hispalen.* Primitiarum *coram Cardin.* Pamphilio, & *in alia* Oscen. Portionis 20. Iunii 1618. *coram* R. P. D. *Pirouano.* Et quòd tunc sufficiat habere pro se assistentiam, siue Iuris cōmunis præsumptionem, *ait* Rota *decis. 141. nu. 6. par. 2. diuers.*

82 Fallit secundò, quando confessio non esset vnica, sed sæpius repetita, quia tunc magis vera, & deliberata videtur, *vt fuit dictum in* Conchen. *decimarum de* Belmonte 1. Iulii 1619. *coram* R. P. D. Dunozetto Seniori.

83 Fallit tertiò, quando confessio concerneret factum ab ipsomet confitente gestum, *vt ait Rota per Gregor. decis 375.* & *ibi per addent. sub littera A.*

84 Fallit quartò, quando confessio fuisset emanata per modū contentiosæ Iurisdictionis, quia tunc præiudicat Ecclesiæ, & successori, *vt ait Rota in decis. 141. num. 4. par. 2. diuers.* & *in alia Regien. pensionis coram* R. P. D. *Orano, quæ est penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 616.*

85 Extende idem procedere in Syndico, cuius enim confessio præiudicat Capitulo, quando sit facta prædicto modo, *vt fuit dictum in Treueren. decimarum 17. Maij 1628. coram* R. P. D. *Dunozetto.*

86 Extende præterea, quòd dicta confessio pura præbet magnum veritatis indicium, *vt ait Rota decis. 293. num. 2. p. 1. diuers.* & *in dicta Hispalen. primitiar. 17. Iunii 1616. coram Card. Pamph.*

ARGVMENTVM.

ABBATISSAE electio ad hoc vt sustineatur, quæ sint necessaria, & quas prerogatiuas ipsa habeat.

CONCLVSIO TERTIA.

1 Abbatissæ electio nota, quòd nedum fieri debet de Virgine, alias electio esset nulla, *vt ait Felin. in c. meminimus num. 4. de accusat. Cardin. Zabarell. in clem. attendentes §. statuimus quæst. 10.* & *11. de stat. monach.* & *Franciscus Marcus decis. 1354. num. 3. par. prima.*

2 Verum etiam ea debet eligi de gremio Monasterij, quæ sit in eo monialis digniot dummodo non esset Patrona ea, quæ eligere debet, quia tunc posset ab ea idonea (omissa digniore) absque peccato in cōscientia eligi; licet id procedat etiam in alijs electuribus, qui possunt in conscientia idoneum eligere, & digniorem omittere, loquendo tamen in foro exteriori, at secus in conscientia & ratio prædictæ diuersitatis est, quia illud priuilegium Patronis conceditur ad hoc, vt consanguineis, & amicis gratificari valeant, quicquid dixerint *alii Doctores allegati à Gratiano lib. 2. disceptation. capit. 211. num. 12. et seq.*

3 Item alia ratio, quare præsentatio tunc de digno valeat digniori prætermisso ea est ne Ecclesia, & respublica varijs litibus vexetur, *Diuus Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. Sed.*

2. *Sil. de lus.* & *Iur. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Dinius* qui in communi *in cap. constitutus il secondo, col. 2. de appellat. Couar. in dicta regula peccatum, Cucc. in instit. canon lib. 4. tit. 1. num. 133. et facit decisio Rota 537. par. 1. recentior.*

4 Sed hic opus erit scire, quæ sint necessaria, vt electio legitimè fiat, & propterea notandum est, quòd suffragia debêt esse secreta quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum officialiũ Generalium, & Abbatissarum, ex ordinatione sac. Conc. Tridentini *in sess. 25. c. 6. de regularibus*. Item, quòd nomina eligentiũ nunquam publicentur, nec voces, aut absentium suffragia possunt per substitutos suppleri, alias electio irrita fieret; est tamen verum, quòd absens potest suũ suffragium, ac vocem in scriptis mittere, vel ad id procuratorem constituere, iuxta Constitutiones Religionis, vt Congregatio Cardinalium in hoc declarauit. Item potest benè Episcopus vna cum suo Vicario, vel Secretario, seu alio quem ipse voluerit in electione Abbatissarum suffragia, siue vota cuiusque Monialis oretenus expressa audire, *vt ait Azor. in 1. par. Instiut. moral. fol. 1656 sub littera* B. & de forma vera istius electionis docet *Ascanius Tamburinus de iure Abbatum disputatione 5 quæst. 6. fol. 54. & seq.* omninò videndus.

Declara tamen primò, conclusionem adeò esse veram, vt si Abbatissa postquam est electa diabolico spiritu ducta corrumpi permiserit, tunc ipso iure erit priuata; nam eo ipso, quòd meritum virginitatis amittit, eo ipso à merito illius pudicitiæ, & castitatis cadit, & sic eo honore Abbatissæ fit indigna, *iuxta ea, quæ ait Viuius in sua decis. 314. cum ibi allegatis.*

Limita tamen, & subdeclara illud esse verum inspecto iure communi, at secus dispensatiuè, quia ex licentia superiorum potest etiam corrupta in Abbatissam eligi, *vt ait Ioan. Corser. in Cappel. Tholos. dec. 296.*

Et licet aliqui teneant, quòd in hoc Episcopus dispensare valeat, nihilominus *Franc. de Zab. et Ioan. de Imol.* dicunt, esse tutius tenere, quòd solus Papa dispenset. Et ratio est, quia contra ius est, quod Abbatissa possit fieri vna, quæ sit corrupta, & ideò in hoc opus erit authoritate supremi Principis, *vt ait dicta Cappell. Tholos. in addit. ad dictam dec. 296. Card. Zabar. ibi supra in quæst. 11. et Franc. Marc. dec. 1354. nu. 3. par. 1.*

8 Quod amplia, multò magis procedere, quando corruptio esset notoria, quia tunc Episcopus in huiusmodi dispensatione nullo modo se ingerere posset, *vt ait Calder. cons. 70. in fin. vers. Item non tenuit, de offic. Vicar. et Felin. ibi supra n. 5. in vi. quæst.* & sic ego concordarẽ, quòd Episcopus posset dispensare quando corruptio esset secreta, & Papa quando esset notoria.

9 Declara secundò, idem procedere in muliere illegitima, quę non potest esse Abbatissa, *vt ait Felin. in cap. meminimus, num. 4. de accusat.*

10 Et ratio est, quia Abbatissa, aut Priorissa sonant in nomen dignitatis, ad quã personæ infames non admittuntur, vt sunt illegitimę, licet tamen sit verum, quòd illi Religionem profiteri possunt de iure communi, *vt ait Franc. Marc. dec. 1354. nu. 2. par. 1. et Rota in vna Ciuitaten. præstimonii 24. Februar. 1580. coram Clemente Octauo*, vbi fuit dictum, quòd filius naturalis est incapax Prothonotariatus, quia est dignitas, & ideò opus est, tunc exprimere Pontifici eum esse talem, *vt fuit dictum in dicta Ciuitaten 21. Nouembris 1580. coram eodem. Vide quæ dixi in verbo* Acolytatus.

11 Extende id etiam procedere in illa Moniali, quæ habuit matrem inhonestã, quæ in Abbatissam eligi non potest, quia filia sæpè iter matris sequi solet, vndè dicitur illud vulgare dictum

Di Vacca nascer Cerua non vedesti,
Nè d'Aquila Colomba, &c.

& in hoc est doctrina eiusdem *Francisc. Marc. in d. dec. 1354. nu. 8.*

12 Ampla primò, quòd Abbatissa, dummodo sit legitimè electa, possit esse ætatis triginta annorum, siue eligatur, siue prouideatur, siue etiam coram Episcopo postuletur, *vt ait d. Card. Zabarel. in d. Clem. Attendentes §. statuimus, nu. 2. vers. Quæro cuius ætatis, de statu Monachorum, Franc. Marc. dec. 1086. par. 1. et dec. 1354 par. 1.*

13 Animaduertendo tamen, quòd tempus illud triginta annorum debet esse com-

completum, *vt ait Card. Zabar. in clem. fin. n. 7. vers. Fallit in Abbatissa, tit. de ætat. et qualit. Oldrad. cons. 14. nu. 11. vers. & idem in Monasterio.*

14 Et ratio est, quia vbi certa ætas requiritur, annus nouissimus debet esse perfectus, *vt ait idem Franc. Marc. dec. 878. nu. 4. par. 1.*

15 Contrarium tamen fuit decisum per Concil. Trid. *in sess. 25. cap. 7. de regular.* vbi ait, quòd non minor quadraginta annis esse debet Abbatissa, & illud tempus debet esse completum, veluti etiam totidem requiruntur in electione Priorissæ, *vt ait Garz. de benef. in par. 7. c. 4. n. 71.*

16 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam adeò esse veram, vt propterea neque Episcopus, neque Nuntius dispensare valeant; Et ratio est, quia inferior non potest in lege Superioris, & maximè Concilij, manus apponere, & dispensare, *Mohed. in. dec. 12. alias 320. de sent. & reiudic. Seraph. dec. 580. nu. 1. et dec. 1027.* vbi ait præcipuè procedere, quando Papa, & Superior vlterius procedendo sibi dispositionem reseruat, & eam alio modo factam annullat; & propterea in simili videmus etiam, quòd si causa semel ad Curiam fuerit deuoluta, illa non nisi ex certa scientia Papæ extrahi poterit, *vt ait Put. decis. 234. n. 2. lib. 2. & in terminis prædictis ait idem Garz. in prac. loco nu. 71.* licet reuera Concilium loquatur ibi alternatiuè, aut de quadrigenaria, aut de trigenaria, sed cum distinctione vt inf.

17 Subextende, quòd immò post expressam professionem debet illa Monialis in Abbatissam eligenda per octo annos laudabiliter vixisse; alias si prædictis qualitatibus non fuerit insignita, aut vna talis in illo Monasterio non reperiatur, tunc altera ex alio Monasterio eiusdem Ordinis eligi poterit; sed si id Superiori videatur incommodum eo casu poterit vna, quæ trigesimum annum completum habeat, in Abbatissam eligi, dummodo tamen per quinque annos post illius professionem laudabiliter in Monasterio vixerit, *vt ait Azor. in 1. p. fol. 1656.* & ita declaratum fuit *à Conc. in d. sess. 25. c. 7.* & sic hoc modo prædictæ opiniones concordari possunt.

18 Amplia secundò, quòd Abbatissa ita legitimè electa dignitatem habere dicatur, veluti Abbas, cui in administratione æquiparatur Abbatissa, *vt ait Felin. in d. c. Memmimus, n. 31 vers. Vlterius quæro, de accusat.*

19 Limita tamen id non procedere in Abbatissis, quæ non habent Conuentum, seu Collegium prout sunt in Aragonia, vbi multi Rectores laici dicuntur Abbates, & eorum vxores Abbatissæ vocantur, sed impropriè, & largo modo loquendo, ac corrupto vocabulo, *vt testatur d. Card. Zabar. in d. clem. attendentes. §. statuimus in q. 5. n. 2. de statu Monach.*

20 Amplia tertiò, quòd Abbatissa legitimè electa habet administrationem, & per consequens potest ex se sola procuratorem ad lites constituere, cum id non dicatur esse arduum, in quo sola se ingerere non possit, veluti diceretur quando essemus in contrahendo, quo casu agere non potest in præiudicium Monasterij, ac succedentis sine sui superioris licentia, *vt ait Afflict. in decis. 168. num. 1. & Rota per Put. dec. 284. lib. 3.*

21 Amplia quartò, quòd Abbatissa tali modo electa habet quoque administrationem bonorum, & aliquantulum iurisdictionis; Nam potest suspendere Moniales ab eorum officio, & prohibere (ex causa tamen) ne Clerici sibi subiecti in eius Ecclesia celebrent; Item potest eos à beneficio suspendere, nec non præbendas subtrahere, *vt ait Viuius in sua decis. 314. & Franc. Marc. decis. 955. num. 9. parte prima.*

22 Vndè ex prædictis infertur, quòd nedum habet Abbatissa liberam, & plenam administrationem Monasterij, ac illius bonorum temporalium, verum etiam aliquatenus habet illam spiritualium, *vt ait idem Franc. Marc. in dicta decisione 955. num. 6. & 8.*

23 Contrarium, quòd scilicet Abbatissa licet possit Clericos sibi subiectos à beneficio suspendere, non tamen possit eos à beneficio remouere, & pari modo quòd ea non sit capax ordinis, nec potestatis spiritualis, & quòd per consequens illius suspensio, vti impropria, irregularitatem ob inobedientiam non causet, nec minus interdictum, *ait Azor. in dicta par. 1. Instit. Moral. fol. 1657. vers. 5. & 6. & fol. 1568. vers. 7.* Sed est benè verum, quòd illa est capax ciuilis, & domesticæ iurisdictionis tantum; Sed melius me declarando

tando dico, quòd Abbatissa non obligat subditorum conscientias, nisi ratione rei, & materiæ imperatæ, quæ si grauis fuerit, grauem obligationem continet. sin minus, leuem; & propterea videmus, quòd Abbatissa præcipere, & iubere potest Monialibus virtute sanctæ obedientiæ, & ratione voti facti, ne externis literas scribant, ne ve illorum literas recipiant, neque cum viris alloquantur, nec ad hortos exeant; licet hæc, & alia similia præcepta pro grauitate, aut leuitate materiæ conscientias Monialium obstringant, non operantur tamen, vt (si Abbatissa velit, in euentum contrauentionis) illæ ad peccatum mortale obligentur, vt facere possunt Abbates, & alij Præfecti spirituales; Immò illam coarctionem, quam habent Abbatissæ in Moniales, tradiderunt illis Superiores Ordinis sui regularis, sub quo militant, *vt ait Sotus allegat. ab Azor. institutionum moral. ibi supra fol. 1658. in littera A, et B.*

24 Amplia quintò, quòd Abbatissa legitimè electa præstat iuramentum fidelitatis ratione feudi; quod tamen dicas esse verum, quando sumus in franco, & pro quo seruitium personale non præstatur, ad quod feminę admittuntur, vt dicam in verbo *Fæminæ*, & in verbo *Feudum, et est etiam decisio Rotæ 41. numero quinto, parte prima diuersorum.*

Secus verò in feudo recto, cuius natura est, vt illud ad fœminas non transeat, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum in decisione* 1105. *numero primo, & tertio*, vbi docet, quando feudum dicatur francum, siue rectum, aut nobile; & francum illud denique dicitur, quod est liberum absolutè, *et de hoc loquitur Rota dicta decisione 41. numero octauo, parte prima diuers.* quod scilicet illud sit ad mulieres transitorium, & præsertim si à principio fuisset concessum cum facultate concedendi hæredibus, & successoribus in perpetuum, *vt ait idem Cardinalis Seraphinus dicta decisione* 1105. *numero decimo.* Feudum autem rectum est illius naturæ, vt ad feminas, sicut francum, non transeat. Nobile verò illud est, quod ad certum seruitium non limitatur; Vnde nota, quòd veluti rescriptum faciens mentionem de feudo nobili, semper intelligitur de perpetuo, & irreuocabili, non autem de feudo vero, & propriam naturam feudi habente, Ita quoque est dicendum quando in feudo, mentio seruitij personalis non fieret, quia tunc illud remissum censeretur, & sic ad fœminas transmittitur, *vt ait Seraphinus ibi supra.*

Licet tamen Abbatissa non possit remittere caducitatem sine consensu sui Capituli, *vt fuit dictum in Romana deuolutionis vineæ, Veneris* 11. *Februar.* 1613. *coram Card. Sacrato.*

25 Amplia sextò, quòd Abbatissa Monialium potest non admittere nouitiam sibi à Patrono Monasterij præsentatam in fine anni suæ professionis emittendæ, si non sit idonea, *vt ait Fed. de Sen. in cons. 95. num. 2. vers. In hoc.*

26 Amplia septimò, quòd veluti Abbas, & conuentus potest repudiare sine solemnitate hæreditatem, *vt ait Felin. in cap. Præsentia, colum. penultima, num. 57 de probat.* & ibi de communi testatur; Ita quoque Abbatissa vna cum suo Conuentu hæreditatem, siue legatum repudiare valebit, & sic in acquirendo Monasterio præiudicare, *vt ait Roman. consil.* 184. & ibi de communi testatur.

27 Amplia octauò, quòd Abbatissa possit ministros monasterijs, tàm masculos, quàm fœminas deputare, & assumere, etiam sine Patrona monasterij, quę in his se ingerere non debet, cum ea ad Abbatissam spectent, *vt ait idem Feder. de Sen. consil. 95. num. 3. in fine. versiculo Item super eo, quod quæritur, de familiaritatibus.*

28 Amplia nonò, quòd ea quoque possit Cappellanum per Patronum monasterij præsentatum impedire, ne instituatur, veluti si esset iuuenis, vel alio modo non idoneus, & tunc oppositiones eius sunt admittendæ, *vt ait idem Feder. de Sen. in præcitato loco.*

29 Fallit tamen in Cappellano iam instituto, quem Abbatissa etiam cum Conuentu amouere non potest; licet tamen debeat amoueri, quando amotione erit dignus. Immò ex facilioribus causis, quàm amoueantur alij instituti, etiam Patrono inuito, *Text.*

D *est*

est in cap.ea qua,& c.penult.de statu regul. idem Feder.ibi sup. vers. Institutum verò.

30 Et eo casu quo Abbatissa, & Conuentus renuerent Cappellanum sibi datum, & institutum admittere, tunc possunt à superioribus compelli per censuras Ecclesiasticas, *vt ait idem Federic.ibi sup. versic. Item super eo.* Sed interim erit manutentio danda Abbatissæ, sicuti & Abbati existenti in quasi possessione deputandi Cappellanos ad nutum amouibiles in aliqua Ecclesia suæ Abbatiæ subiecta, probata solum generali quasi possessione respectu aliarum Ecclesiarum eidem subiectarum, licet particulare exercitium non probetur, *vt ait Rota per Burat. decisione 392. num.1. & 2.& decisione 480 num. 2. par. 1. recent. & in Hispalen. primitiarum 13. Maii, & 14. Nouembris 1622. coram R. P. D. Nauarro:* Et ratio est, quia magis attenditur causa actus,quàm actus ipse,*vt ait Bald.in l.1.n. 24 vers. Tu dic, C.de emancip. lib.& Aymon.cons.75.num.15.*

31 Amplia decimò quòd si Abbatissa esset exempta,& non haberet proximum superiorem super se ipsa, dare poterit licentiã suis Monialibus suscipiendi sacramenta absque alia licentia,etiam Patrono, vel alio superiore inuitis, si tamen suæ Constitutiones non obstarent, *idem Federic. d.cons.95. num.4.col.3.in princ.vers.Item ad id quod dictum est.*

32 Amplia vndecimò, quòd licet Abbatissa curam animarum exercere non possit; poterit tamen eam alteri committere,etiam amouendo illum ad beneplacitum, *vt ait Felin. in cap. delicta,in princip. de maiorit. & obedient. et Rota in decis. 21. de prabend. quæ est Bisigneti.*

33 Quod tñ intellige verũ,si Abbatissa haberet circa istud onus deputationis ministrorum aliquod particulare priuilegium *vt ait Federic. ibi supra num.4. versic.item in eo*, Alias Abbatissa non posset ad nutum illum deputatum à cura amouere, *vt ait Rota in dicta decisione 21. num. 1. Bisigneti de prabend.*

34 Extende primò,procedere qñ Prælatus, ad quem spectat Abbatissæ confirmatio, daret licentiam,quòd sacramenta Moniales assumerent ab aliis deputatis, seu deputandis, *Federicus ibidem nu. 4. versic. Si verò.*

35 Extende secũdò,si Cappellanus Monialium ad hoc deputatus licentiam daret, quòd ab alio, vel aliis possent sacramenta recipere; quia vti Ordinarius curatus earum hoc facere potest, *vt ait idem Federic. ibi supra num.4. versic. Item videtur quòd ille.*

36 Declara tamen prædictas extensiones esse veras, & procedere, dummodo Moniales de licentia suæ Abbatissæ sacramenta ab alio, quàm à suo Deputato susceperint; alias secus; quamuis de licentia Episcopi, vel Cappellani ea suscepissent;quia id non sufficit,nisi quoque licentia Abbatissæ concurrat, *vt firmat idem Fed.r. in præcu.l. eo.* Immò hac etiam sola ratione dignitatis habet assistentiam iuris communis dandi, & denegandi licentiam Monialibus exeundi extra Monasterium absque alia probatione. Quod tamen intellige verum in his, quæ ex priuilegio, siue immemorabili consuetudine possint ex eo exire, vt est in Vrbe, in eo Monasterio, quod appellatur *Torre di Specchio*, & *ita fuit dictum in vna Tullen. iurisdictionis, luna tertia Iulii 1628. coram Cardinali Virili.*

37 Amplia duodecimò, quòd Abbatissa possit etiam beneficia conferre, & Clericos instituere, *vt ait Azorius in dicta prima parte, fol.1657. ex sententia Diui Thomæ, et Franc. Marc.dec. 955. nu. 7. par. 1.*

38 Amplia decimotertiò, quòd Abbatissa potest professionem Monialis recipere, *vt ait Hostiens. in sua summa, titulo Qui Clerici, §. quis vouens, alleg. à d. Francisco Marco in sua dec. 959. num.2. dicta par.1.*

39 Declara tamen, quòd ea sola sine Monialibus non possit aliquam ad professionem admittere,*vt ait Gratian. lib.5.disc. cap.640. nu.38.*

40 Extende idem pari modo in Abbate procedere, qui de iure communi Monachum sine Conuentu admittere non valet, *vt ait Azor. in dicta par.1.instit. moral.fol. 1566.sub littera A, et veluti ex mente Rotæ Romanæ dixi in prima Conclusione.*

41 Declara secundò, quòd Abbatissæ, neque benedicere, neque confessiones audire, nec ligare, neque absoluere possunt

dicta decis. 955. *num.* 3. *et decis.* 1082. *nu.* 6. *par.* 1.

Secus tamen venit dicendum in Abbate, qui potest suos Cappellanos etiam Confessarios approbare ad audiendas confessiones, dummodo tamen, iuxta dispositionem sacri Concilij, Abbas habeat iurisdictionem quasi Episcopalem priuatiuè quoad Episcopum, & dicti Confessarij ab Abbate Episcopo offerantur, *vt ait Rota in dec.* 332. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* & ibi aliæ decisiones allegantur.

42 Declara tertiò, quòd Moniales non possint ad nutum Abbatissæ, vel aliorum Superiorum retinere, & possidere redditus, siue census certos ad vitam sibi à parentibus, vel propinquis, siue ab amicis ad dictæ suæ vitæ vsus necessarios assignatos, ex Concilio Trident. *in sess.* 25. *c.* 2 *de regular.* vbi statuitur, vt non liceat Superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsumfructum: vel solam administrationem: aut commendam; sub quibus enim verbis vtique redditus, & census annui comprehenduntur; cum illi inter bona stabilia numerentur, vt latè dicam in verbo *Census*, & veluti colligitur *ex clem. exiui, §. cumque annui redditus, de verborum significat.* Quod quidem meritò fuit à Concilio statutum, quia vsus, & administratio bonorum si Monachis priuatis concedatur, sæpè esset causa multorum malorum, vt experientia docet, & propterea dicta administratio bonorum debet publico cænobio committi; licet sit benè verum, quòd administratio bonorum mobilium ad vitæ vsus necessarios, & vtiles, non est prohibita; dummodo in ea nil superflui insit, & ad vanos, inutiles, aliosve vsus turpes non tendat, & veluti ita de Abbate fuit decisum *in Nul. lius, seu Caputaquen. pensionis luna* 18. *Aprilis* 1616. *coram R. P. D. Andrea.*

43 Contrarium licet sit de iure communi, cuius enim vigore ante Concilium licebat Monialibus fœminis nutu, & concessu Superiorum retinere, & possidere redditus, siue census certos ad vitam sibi à parentibus, vel alijs ad vsus suæ vitæ necessarios assignatos; quia id non pugnat cum votiua paupertate, quando non proprietatem, vel dominium censuum, sed tantum vsumfructum nutu Superiorum reuocabilem habeant Moniales, *vt dicunt Innocentius, Hostien. in capitulo cum ad Monasterium de statu Monachorum, Sil. relig.* 6. *quæstione septima, & relig. octaua, quæstione quinta. Nauarr. comment.* 2. *de regul. num.* 14. vbi testatur id esse in more positum, nec cum Concilio Tridentino pugnare; Ego benè scio, quòd cuidam meæ sorori fuit permissum, vt vsumfructum perciperet cuiusdam census ab Auunculo communi ei relicti, quem adhuc percipit, Vndè si illud de Iure non subsistebat, igitur id mea infelicitate fuit permissum; licet tamen opinioni prædictorum ego inhærerem semper, & eò magis si quantitas non esset excessiua, ex qua posset Monialis, & sibi ipsi prouidere, & alijs largitionibus, ac donis parum laudabiliter incumbere.

44 Modo redeundo ad illud, quod fuit dictum de legitima electione Abbatissæ, nota, quòd ad hoc, vt ea sit valida, illa debet indè confirmari, & benedici; quia benedictio loco consecrationis inseruit, *vt dicunt Felynus, Abbas, & alii Doctores in c. Meminimus, in prin. de accus.*

45 Et id, quod fuit dictum de benedictione, adeò est essentiale, vt si eam non recipias infra annum, priuari debeat, Immò (& quod magis est) dicitur ipso iure priuata, *vt ait Cardinalis Zabarella in clement. Attendentes, §. statuimus, in princip. & in fine, quæstione duodecima*, licet *in quæstione vndecima* dixerit id non habere locum in Abbate, vt ex pluribus id supra in præcedenti conclusione comprobaui.

46 Declara tamen huiusmodi ampliationem non procedere si consuetudo extaret in contrarium: vel tempus quadraginta annorum effluxerit, intra quod non fuerit facta benedictio; quia tunc illud tempus benedictionem supplet, *vt ait Cardinalis Zabarella in dicta clementina Attendentes, §. Statuimus, numero secundo, versiculo Secundo quæro, et latius in quinta quæstione, versiculo Quinto quæro, et Abbas in cap. Meminimus, num.* 5. *et seq. de accusat.*

47 Sed ad hoc, vt melius in hoc scire valeas, tali modo distinguere debes, nempè: Aut constat de consuetudine

circa benedictionem faciendam continuata spacio quadraginta annorum; & tunc Abbatissa de more benedici cessetur; Aut verò de desuetudine per idem tempus probata appareret; & eo casu Abbatissa benedictione non eget; si verò intra illud tempus in hoc sit varietas: ita vt aliæ fuerint benedictæ, aliæ non, tunc erit in illius potestate benedictionem suscipere, vel non suscipere, quia tunc excusatur, cum ex actibus turbidis, & vario modo obseruatis consuetudo non inducatur, *vt ait Rota in decis. 65. num. 3. par. 1. in recent. & Azor. mox alleg. in.*

48 Et sic eo casu benedicendus erit excusandus, quemadmodum etiam fit excusabilis omissio petendi benedictionem, vbi de more dari solet, si id ob morbum fiat, siue ob recusationem benedicere debentis, vel quia legitimè benedicere non possit, siue potius, quia Abbatissa nondum pacificam, & quietam possessionem fuerit adepta, quæ enim benedictio quando sumus in Abbatissa exempta, & Romano Pontifici subiecta, tunc ab eo, vel ab alio illius auctoritate venit suscipienda, vt dicitur de confirmatione; secus verò si Præfecto Monachorum; siue Religiosorum sit subiecta, quia tunc ab eo confirmationem, & benedictionem accipit; sed si forsan illa in iurisdictione, & potestate Episcopi existat: tunc ab eo confirmatur, & benedicitur, licet non ab eodem eligatur, *vt ait Alexander consil. 142. num. 10. versiculo Constat autem, libro sexto, incipien. Viso processu, & Azorius in prima parte instit. moral. lib. 13. fol. 1656. & seq.*

49 Et nota, quòd dicta benedictio fit manu Episcopi super hominem imposita certa precationis forma adhibita, *cap. manus, prima, quæstione prima*, & ea reiterari potest in Abbatissa, licet secus sit in Abbate, vt dixi in præcedenti Conclusione, & quemadmodum ait *Azor. ibi supra fol. 1560. et fol. 1657.*

50 Extende id, quod fuit dictũ de potestate Episcopi in Moniales eã in pluribus se extendere. Et primò, potest visitare, & curare, vt clausura seruetur. Secundò, vt exploret animum, & voluntatem puellarum minorum quando habitum suscipere volunt, & dum professionem emittere intendunt, *iuxta Concil. Tridentin. in sessione 25. capitulo quinto de reformat.*

51 Vltimò notandum est, quòd si in casu nullitatis electionis Abbatissæ eam eijci contingerit; tunc licet illi eiectæ alimenta debeantur, non tamen eidem sumptus litis debentur, si eam super validitate electionis fieri contingerit, *vt ait Rota per Puteum in decisione 264. libro primo, & Bellamer. decis. 88. et Marta in compilat. suarum decisionum, tomo primo, in verbo Alimenta cap. 43.*

52 Contrarium tamen reperitur decisum apud eundem *Puteum in decisione 202. lib. 1. vbi ait*, alimenta eiecto à Religione, dum de eius causa disputabitur, non esse præstanda, *idem ait Franc. Marcus decis. 182. par. 1.*

53 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando Monachus est in possessione sui Monachatus, Secunda verò opinio procedit quando secus, veluti ex illamet *decisione Putei 202. benè colligitur.*

ARGVMENTVM.

ABBATIA QVID SIT, & in quibus Episcopatui æquiparetur.

CONCLVSIO QVARTA.

1 ABBATIA hodie, tàm Monachorum, quàm Monialium dicitur dignitas, & in multis Episcopatui equiparatur; quod tamen intellige verum in casibus à iure expressis, *vt ait Oldradus consil. 14. versiculo Non obstat, circa fin. num. 10. et nouissimè Loterius de re beneficiaria libro primo, quæstione decimaseptima, num. 7. et sequenti.*

2 Amplia primò, id in tantum esse vetum, vt propterea multi hoc nomine Abbatis intumescant, licet Abbatiam nõ habeant, veluti contigit in quodam amico meo, dum Bononiæ studebam, qui licet Abbatiam non haberet, nihilominus valdè gloriabatur ipsum Abbatem vocari. Vndè ex hoc ortum fuit adagium inter scho-

ſcholares tu es magis leuis, quam Abbas, N. qui ob huiuſmodi iactantiam valdè inanis, & vacuus à dictis ſcholaribus repu tabatur; Ideò ne cures voces, ſed ſtude habere nuces, quas facile virtute duce, ac Dei timore comedes.

3 Sed quòd reuera Abbatia ſit dignitas, fuit deciſum à *Rota in vna Acheruntina fructuum, Veneris* 28. *Aprilis* 1581. *coram Cardinali Seraphino, quæ eſt in e-ius impreſsis dec.* 514. *in fine.*

4 Contrarium tamen tenent *Ioann. Monach. & Archidiacon. in cap. licet, de prebend.* qui dicunt Abbatiam non eſſe dignitatem; licet ibi *Ioan. Andreas* teſtetur id de vſu Curiæ non ſeruari: quod enim extende eò magis procedere in odioſis, quia tunc Abbatia ſub nomine dignitatis non venit, *vt ait Aſcanius Tamburinus de iure Abbatum diſputatione prima, quæſtione ſecunda, numero ſeptimo fol.* 3.

5 Amplia ſecundò, dictam opinionem primam adeò eſſe veram, quòd immò Abbatia dicitur dignitas in primo gradu, *vt ait Felinus in capitulo Decernimus, in principio, de iudic.* & quòd ſit dignitas, *refert Collegium Paduanum conſil.* 2. *poſt conſilium Zabarel. num.* 24. *& ſequenti*, & (vt ſuperius dixi) Epiſcopatui æquiparatur, & cæteræ dignitates inferiores vocantur, *vt ait Lapus allegatione* 85. *numero vndecimo, verſiculo Item Abbatia, & textus eſt in capitulo ſi quis deinceps,* 16. *quæſtione decimaſeptima.*

6 Amplia tertiò, quòd Abbatia debet expediri in Sacro Conciſtorio, veluti Epiſcopatus, *vt ait Lapus dicta allegatione* 85. *numero vndecimo, verſic. Item de illis*; & in prouiſione Abbatiæ, nota, quòd non fit mentio de cura, licet Abbatiæ immineat, ſicut fit in prouiſione aliorum beneficiorum, *vt ait idem Lap. ibi ſupra; num.* 11. *in fine.*

Amplia quartò, quòd Abbatia non cadit ſub expectatiua; quia appellatione beneficiorum ea non continetur. *idem Lap. dicta allegat.* 85. *num.* 11. *in principio*, Sed nota ſpeciali eſt digna, quia dicitur in primo gradu dignitatis, vt paulò ſuperius dixi.

Amplia quintò, in tantum Abbatiam eſſe dignitatem; vt propterea ſi Abbatia Monialium ſit dignitas, ita quoque Abbatiſſa, ſicut Epiſcopus dignitatem habere dicatur, *vt ait Felin. in cap. meminimus numero* 5. *verſic. Vlterius quæro, titulo de accuſat. & Loterius dicta quæſtione* 17. *num.* 6. *lib.* 1. *& Aſcanius Tamburinus in diſputatione* 5. *quæſtione* 26. *num.* 4. *& diſput.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 18. *fol.* 127. & ibi firmat, quòd Abbatia, & Epiſcopatus inuicem æquiparantur, *in fine*.

9 Declara tamen ſecundam opinionem, quandoque poſſe eſſe veram, & ſic, quòd Abbatia non ſit dignitas, nec curam animarum, neque aliam prærogatiuam habeat; ſed id poteſt conſuetudine introduci, quòd ſcilicet beneficium ſuam naturam amittat, *vt ait Federicus de Senis conſil.* 132. *incipit Caſus talis eſt, numero ſecundo, verſic. Et quia declaratio.*

10 Declara ſecundò, eam procedere inſpecto iure antiquo, quia antiquitus Abbatia non erat dignitas, ſed onus, & propterea *Gratian. lib.* 2. *diſceptat. cap.* 270. *num.* 24. *ait*, quòd nomen Abbatis potius eſt ſollicitudinis, quàm honoris. Immò eo tempore poterat vnus eſſe Abbas non capax iuriſdictionis, ſecus autem hodiernis temporibus, quia non aſſumitur niſi Clericus, & niſi ille, qui poſſit eſſe Sacerdos, & propterea hodie iuriſdictionem habet, Immò poteſt excommunicare Abbas, vt dixi ſupra in verbo *Abbas*, nec non merum, & mixtum imperium in conſequentiam, vt Epiſcopus habet, *vt dicit Aegidius conſil.* 5. *num.* 21. *&* 22. *verſiculo Dominus Gulielmus, & idem Loterius in dicta quæſtione decimaſeptima, numero octauo, & Cardinalis Seraphinus deciſione* 514. *numero ſeptimo.*

11 Amplia ſextò, quòd Abbatia connumeretur inter beneficia maiora, licet apud aliquos fuerit de hoc dubitatum, & ex ſententia *Ioannis Andreæ* fuit dictum eam tenere medium locum inter maiora, & minora; licet veritas ſit, vt ea inter maiora enumeretur, *Loterius de re beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 17 *cum ſeqq.*

12 Præterea erit notandum, quòd Abbatiæ poſſunt commendari, licet à ſolo Papa, & cœperunt commendari à Leo-

ne Quarto, & duobus modis commendari possunt, nempè ad tempus, & in perpetuum. Ad tempus veluti, quando mortuo Abbate committitur Monasteriũ curæ, vel fidei alicuius depositarij, siue tutoris ad tempus, & tunc ille talis habetur vti custos, siue tutor, vel curator, & non vti beneficiatus, aut titularis; cum sibi illud Monasterium non possideat, *vt ait Rota dec.244.in antiq.* vbi habetur, quòd commendare nil aliud est, quàm deponere, *l.commendare.ff.de verb.signif. Gonzal. ad reg.8.de mensib.glo.5.§.8. n.38.*

13 Secundo modo commendatur Abbatia in perpetuum, veluti quando ea alicui committitur illius vita durante, vt eam regat, & gubernet cum facultate disponendi de fructibus illius, vti verus beneficiatus, & iste modus canonicum titulum inducit, vt dicunt Garz. Gonz. *Parif. et Barbof.alleg.ab Asc.Tamburin. de iure Abbatum disp.4.q.5.n.1.cum seqq.fol.39 et Put. dec.158.nu.4.lib.1.idem Tambur. ibi supra in dicta disput.4. quæst.3.num.1. fol.* 38.

14 Extende primò, huiusmodi Abbatiam semel à Summo Pontifice ad tempus commendatam adeò fuisse Sedi Apostolicæ affectam, vt propterea non possit ab Episcopo rursus ad tempus in commendam tradi, sed semper Papæ auctoritas in illius collatione erit necessària, *vt ait Cassad. dec. 32. sup. reg.m.5.et dec.5.de priuil. nu.7.Put. d.dec.158. lib.1.* & alij Doctores allegati à *Tambur.in d.disp.4. quæst.6. fol.* 39.

15 Extende secundò, quòd huiusmodi Abbatię semper idoneis sunt conferendę, *vt ait idem Tambur. in d.disp.4.q.4.per tot.* & ibi docet qualis idoneitas sit necessària.

16 Subextende, quòd ob id neque ab illegitimè natis Abbatia obtineri potest absque dispensatione, etiam si defectus esset occultus; licet secus quando cogeretur acceptare, quia tunc dispensatione non indigeret, & quando possit per Generales, & Prouinciales illegitimus dispensari, tradit idem *Tamburin. disputat. 5. quæst. 14. per tot.*

17 Hactenus fuit dictum de prærogatiuis Abbatiæ, modo restat videndum, vbi vna Abbatia antiqua sita dicatur.

18 Sed in primis nota, quòd quando agitur de probandis limitibus, tunc leuiores probationes; immò inditia, & coniecturę sufficiunt, *vt est text. in cap.cum causam il 3.vbi Felin.nu. 14. de probat. & ibidem Dec.nu.3 .et in cons.42.nu. 10. Guido pap. dec. 193.* & in istis terminis fuit decisum à *Rota in vna Fanen. iurisdict. 18. Maii 1609. coram* R.P.D. *Iusto*, & alias sæpius.

19 Quod tamen secus esset, veluti si ageretur de probanda Abbatis possessione, quia tunc testes, & probationes debent esse vrgentiores; cum in his terminis strictius sit procedendum, quàm fiat in probandis limitibus, quorum probatio, cum plerumque circa materiam antiquã versetur, idcircò leuioribus probationibus est contenta, veluti fuit decisum *in Nullius iurisdictionis, seu prætensæ Vicariæ 19. Ian. 1610.coram Ludouisio, postea Gregor. XV. quæ est in rec.dec.214.par.1.* & ibi docetur quomodo testes deponere debeãt super probanda Abbatis possessione.

20 Quando autem Abbatia dicatur potius sita in territorio vnius, quàm alterius, tradit *Rota in Theatina iurisdictionis luna 17 Iun.1613. coram Reuerendiss. Coccino Decano, quæ est in recent. dec. 509.par. 1.* ad quam per te recurrere poteris.

21 Declara tamen, quòd quando est probatum, quòd Abbatia sic sita intra fines alicuius Diœcesis, tunc dicitur de ipsa Diœcesi, & sic intra limites illius; etiam si esset exempta, veluti dixi in verbo Abbas, & veluti quoque fuit decisum *in d. Theatina iurisdict. Ven. 14. Maii 1612. coram eodem Reuerendiss. Coccino.*

22 Declara secundò, quòd quando Abbatia dicitur esse in Diœcesi Episcopi, tunc illa, ac eius districtus, per Episcopum visitari potest, licet esset exempta; secus autem quando esset penitus suppressa Ordinarij iurisdictio, quia tunc ea, & districtus per Episcopum visitari non posset, veluti fuit decisũ in *Salamãtina iurisdict. 24.Decem.1579. coram Card.Seraph. quæ est in eius impres.dec.433.n.1. Rota in Tirasonen.iurisdict.5.Iun.1593. coram Card. Mellino, & in dec.324.p.1. in recent.* & nouiss. *Grat.lib.2.discept.c.212.nu.32 et 33.*

23 Et ad hoc, vt Abbatia dicatur ab Ordinario exempta, & Papæ subiecta, nota, quòd requiruntur centum anni, & propterea non valet consequentia si dicatur: ex quo Abbatia est suscepta sub protectio-

ctione Sedis Apostolicę, ergo à Iurisdictione Ordinarij est exempta, quia, vt dixi, requiritur in hoc lapsus centum annorum, veluti fuit decisum in *Reatina iuris conferendi 5. Apr. 1593. coram Seraph. quæ est in eius impressis decis. 1021. num. 6.*

ARGVMENTVM.

DE VIRTVTE, AC IMPORTANTIA Ablatiui Absoluti.

CONCLVSIO QVINTA.

1 ABLATIVI absoluti, notandum, quòd regulariter conditionem important, veluti fuit decisum à *Rota in Romana domorum, Merc. 19. Iun. 1611. coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impressi. dec. 491. nu. 7.* & prius in *Terracinen. domus 28. Nouemb. 1605. coram* R.P.D. *Manzanedo, & Caputaq. dec. 111. nu. 3. par. 1. & dec. 150. nu. 2. ead. par. 1. & in alia Romana pecuniaria lunæ 4. Maii 1587 coram* R.P.D. *Orano, quæ est apud Pacif. dec. 293. & in alia Romana executionis laudi luna 2. Decem. 1613. coram* R.P.D. *Vbaldo, quæ est penes Marches. in 1. par. §. 1. num. 17. car. mihi 1133.*

2 Infertur primò, quòd Clausula (Parito iudicato) conditionem importat, itaut præcisam satisfactionem requirat, vt fuit dictum in *Maioricen. Canonicatus, & officii Pœnitentiariæ luna 23. Octob. 1587. coram Card. Seraph. Gregor. viden. dec. 566. & ibi in additionibus.*

3 Extende primò, hanc illationem, intantum procedere, vt nec per depositum, aut oblationem satisfactio admittatur, ob vim illius ablatiui absoluti, vt fuit dictum in *Hispalen. beneficii 24. Febr. 1584 coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec. 655.*

4 Extende secundò, quòd neque etiam per compensationem satisfactio sequatur *vt ait Rota per Greg. in dec. 342.* & ibi per addentes, *nu. 6. & Rota dec 389. nu. 2. p. t diuer. & in Romana de Rusticucijs 7. Iun. 1619. coram* R.P.D. *Rembaldo.*

5 Extende tertiò, quòd vnus ex vi illius clausulæ tenetur possessionem, fructus, necnon etiam expensas restituere, vt fuit dictum in vna *Fauentina de Pasiis Mercur. 27. Apr. 1605. coram Reuerendiss. Coccino Decano, quæ est in eius impres. dec. 233 num. 4. & Card. Seraph. dec. 655. nu. 1. et in num. 4.* ait quòd practica Rotæ est, vt petens ad vlteriora procedi in vim Breuis habētis clausulam (Parito breui) liquidet fructus, vel impetret commissionē, quòd Iudici præfigatur terminus ad liquidandum, *& Rota per Greg dec. 50. nu. 1. et 5. in addit.*

6 Limita tamen primò, non procedere, vbi agitur de purgatione spolij, siue attentatorum, quia tunc oblatio sufficeret, *vt ait Sarn. dec. 15. lib. 1. Mohed. dec. 311.* & ratio istius differentiæ est: quia iurisdictio ibi non est conditionalis, quemadmodum in casu illius Hispaleñ. veluti colligitur ex illamet *dec. coram Cardin. Seraphino.* Item ea clausula modificatur cū clausula (Arbitrio Rotæ) *Seraphinus decis. 1305.*

7 Limita secundò, non procedere, quando clausula (Parito, &c.) fuisset adimpleta per æquipollens, ex decreto Rotę, vel alterius iudicis, & præcipue si fuisset cœpta disputatio in causa super aliqua Nullitate, vt fuit dictum in vna *Aquilana Canonicatus 25. Dec. 1589. coram Card. Seraph. et in eadem coram eodem Ven. 16. Aprilis 1591. quæ sunt in eius impres. dec. 901. et 945.*

8 Sed hic obiter erit notandum, quòd de stylo Signaturæ non datur clausula (Parito iudicato) quando sumus in re iudicata ex vnica sententia proueniente; sed solum quando adsunt tres sententiæ conformes, veluti testatur *Marches. de commiss. to. 2. fol. 144. num. 2. et Rota in vna Anconitana bonorum Mercur. 29. Martii 1608. coram Gregorio,* & prius *in Mediolanen. Cappellaniæ 13. et 24. Maii 1591. coram Seraph. et in Toletana Cappellaniæ 14. Aprilis, et 12. Maii 1595. coram Cardinali Mellino.*

9 Infertur secundò, idem pari modo procedere in clausula (Soluto iudicato) quæ nec per compensationem; sed per realem solutionem adimplenda venit, vt fuit dictum *in vna Marsicana pensionis Veneris 28. Nouemb. 1607. coram Gregorio Decimoquinto.*

10 Infertur tertiò, quòd etiam clausula illa (Refectis expensis) realem, & actualē

refe-

refectionem requirit, vt fuit dictum *in vna Pamplonen. beneficii luna 28. Ian. 1577. coram Cardin. Blanchetto, & in alia Fauentina de Pasiis Mercurii 27. Aprilis 1605. coram R.P.D. Coccino, qua est in eius impressis decis. 233*

11 Et ratio prædictorum ea est: quia Iudex non dicitur habere iurisdictionẽ, nisi adimpleta, & purificata illa conditione per ablatiuum absolutum inducta, *Put. dec. 429. lib. 1. & dec. 283. lib. 2. Caputaq. dec. 150. n. 5. p. 1. Pereg. dec. 229. lib. 2. & Maceraten. variar. resolut. resolut. 50. n. 52. lib. 1. & Seraph. dec. 945.*

12 Infertur quartò, quòd clausula frequens in Cancellaria (Constito, &c.) conditionem pari modo inducit, *vt ait Guidopap. in decis. 70. Cassador. decis. 90. Crescens. decis. 12. de priuileg. Verall. decis. 343. par. 3. & Viuius in suæ dec. 119.*

13 Infertur quintò, quòd etiam clausula (Parito breui) præcisam satisfactionem requirit, ita vt pars aduersa, nec Iudex possit audiri, & procedere, nisi prius facta actuali paritione, *Rota per Gregor. decis. 36. num. 1. Rota decis. 68. par. 1. recent. et decis. 93. par. 4. recent.* Multa ait Marta de clausulis *claus. 91. par. 1. Gonzal. super regul. 8. in annotat. contra nullit. et attent. num. 249. et 251.*

14 Extende, quòd illa clausula obstat cuicumque tertio ad causam venienti; etiam si ad ipsum non spectet paritio, veluti dicitur de clausula (Sine retardatione) quę impedit tertium agere posse, si non sit facta solutio; licet tamen illa clausula (Parito breui) expensas non includat, vt facit illa (Parito iudicato) *vt ait Coccinus decis. 233. num. 4. et Gregorius dicta. dec. 36.*

15 Amplia primò, in tantum principalem conclusionem esse veram, vt propterea illa conditio, quæ ex ablatiuo absoluto inducitur, habet maiorem vim, quàm habent aliæ conditiones, veluti firmat *Intrigliol. in sua quæst. 26. num. 131 centuria tertia, et Rota ibi supra coram Vbaldo, quæ est penes Marchesanum fol. 1133.*

16 Amplia secundò, quòd ablatiui absoluti debent impleri in forma specifica, veluti fuit decisum *in dicta Romana domorum coram Ludouisio.*

17 Limita tamen primò, quòd ablatiui absoluti non semper conditionem important, sed aliquando stant per modũ suppositi, *ad tradita per Boccac. super constitutione Aegidiana num. 35. vbi allegat Baldum, & alios in l. prima C. quan. non petent. par. &c.*

18 Limita secundò, quòd ablatiui absoluti prolati ab habente potestatem disponendi, non conditionem, sed dispositionem important, *vt est text. in l. fideicom. §. cum esset, ff. de legat. 3. l. in ratione §. tamen & fi. ff. ad l. falcidiam, Roman. cons. 32. numero 4. & ibi Modern. addent. Baldus, Anan. Alex. Ruinus, & alios adducit Surd. in cons. 371. num. 28. lib. 3. Socin. Iun. cons. 4. num. 8. lib. 1. Aldobran. cons. 89. num. 5. & cons. 107. num. 14. Cassan. cons. 41. num. 17. & idem Surd. in decis. 331. num. 14.*

19 Limita tertiò, quòd ablatiui absoluti dispositionem importãt, veluti quando referuntur ad eos, quos (verbi gratia) testator grauare potest, *vt ait Bartolus in dicta l. fideicommissa §. cum esset ff. de legat. 3. Socin. Iun. dicto cons. 4. num. 8. Gabr. de fideicom. concl. 4. num. 4. Bolognettus cons. 62. col. 5. vers. 2. dicamus. Decius cons. 578. num. 12. & Menoch. cons. 152. num. 9. & 10.*

20 Vltimò nota, quòd ablatiuus casus significat tempus imperfectum, *vt ait idem Surd. in sua decis. 178. num. 3.* & multa ait *Tuschus in hoc verbo ablatiui absoluti*, quem per te videre poteris.

ARGVMENTVM.

ABOLITIO QVID SIT, ET quotuplex sit, & per quos actus inducatur.

CONCLVSIO SEXTA.

1 ABOLITIO nota, quòd dicitur processus cancellario; & quædã est publica, & quædã priuata; Item alia est legalis, alia verò generalis. Abolitio publica, & generalis ea est, quæ per solum Principem multis de causis fieri solet, & præsertim ob natalia sui filij, & præcipuè primogeniti; aut ob rem ab eo prosperè gestam, veluti si contra hostes victoriam reportasset. Cuius enim abolitionis effectus præcipuus est, ne in

ne in Turpilianum accusator incidat; Pœna autem Turpiliani est quinque librarũ auri in publicis delictis, & in priuatis accusator desistens extraordinariè punitur, vt ait Franciscus Marcus dec. 114. par. 2 vbi subiungit, quòd lite contestata quis ab accusatione desistere non potest.

2 Priuata autem dicitur, quando impetratur à Principe, vel à Iudice cum causæ cognitione, veluti de eo, qui per errorem alium accusauit, & in hac abolitione priuata, tria sunt necessaria, & Primò, accusator proponere debet causam erroris, vel quia ad accusationem processit calore iracundiæ, vel per errorem, seu temeritatem, tanquàm de negotio non benè informatus. Secũdò requiritur, quòd ipse iuret, quòd non corruptus precio, prece, vel humana gratia ad id petendum processerit. Tertiò requiritur, quòd accusatio simplex fuerit producta absque eo, quod accusatus fuerit carceratus, vel detentus, nec aliquid damni in eius persona passus, alias non admitteretur, nisi volente iniuriam passo: Immò quando reus non fuit passus intra triginta dies abolitio datur à Iudice, etiam reo inuito, Franc. Marc. decis. 114. in 2. parte num. 10. & seq. vbi ait, quòd præcipuè ista abolitio esset concedenda, quando quis suam, vel suorum iniuriam prosequeretur; siue quãdo inter cognatos, vel consanguineos ageretur; quia tunc facilius ea admittenda veniret; licet secus, vbi accusator etiã inter consanguineos præmium acciperet, quia tunc ab accusatione desistere non liceret, textus est in l. propter insidias, C. qui accus. non poss. & l. 2. C. de abolit. & l. si famina, C. ad Turpilian. & Francis. Marc. dicta decis. 114. num. vndecimo, & sequentibus.

3 Legalis autem abolitio ab ipsa lege concedi solet, vt quando accusator, vel reus mortuus est, & alius subrogatur ad litem consequendam. Generalis autem abolitio, nota quòd in dubio crimen falsi non comprehendit; quia regula est, quòd in generali remissione, nunquàm crimen falsi comprehendatur; quia illud maximè leges abhorrent, veluti dixi in verbo Falsi crimen, & est decis. 664. Francisci Marc. par. 1. Parlamenti Delphinat. & in 2. par. decis. 436. num. 2. & seqq. sed de eo specialis mentio fieri debet, idem Franciscus Marcus dicta decisione 436.

4 Extende primò, quòd neque ea extẽditur ad crimen læsæ Maiestatis, vt firmat idem Franciscus Marcus ibi supra num. 4.

5 Extende secundò, quòd nec minus ad delictum falsæ monetæ extendi debet; at secus si certa scientia Principis concurreret, vt ait idem Franc. Marc. decis. 153. num. 6. par. 2.

6 Declarandum tamen est, quòd solus Princeps commeatum post bannum concedere potest, atque bannitos absoluere, vt ait idem Franciscus Marcus in decis. 358. par. 1. & veluti dixi ex mente Rotæ in verbo Absolutus, & in verbo Auditor Cameræ, & ibi recurras.

7 Et propterea videmus, quòd pœna post sententiam latam, neque augeri, neque minui potest, etiamsi postea de innocentia constaret, nisi Principis auctoritate id fieret, idem Franc. Marc. dicta decis. 358. num. 3. Sed in decis. 114. par. 2. num. 4. ait, quòd licitum est in criminibus publicis transigere, vel pacisci, veluti quoque in crimine falsi, etiamsi pœna sanguinis inferatur; quod tamen intellige verum ex parte rei, cum cuilibet liceat proprium sanguinem redimere; quamuis tamen id in præiudiciũ fisci fieri nequeat vt dicunt Doctores allegati à Francisco Marco dicta decisione 114. num. 4. cum sequentibus.

8 Extende, quòd Regina quoque quæ priuilegijs mariti gaudet, solet carceratos liberare in eius felici, atque iucũdo aduentu, veluti ita in Delphinali consuetum esse testatur idem Francis. Marc. in sua decis. 18. par. 1. & in decisione 153. par. 2.

9 Declara præterea id, quod fuit dictum de legali abolitione, quoque procedere in accusatore mortuo; quando tamen lis non fuit contestata, neque hæredes, vel alii reum de nouo repetere velint, aut accusent; siue quando Iudex ex officio vellet in accusatione procedere, quod enim facere potest, vt dicam inferius in verbo Accusator; at secus si lis fuerit contestata, & hæredes in tempore ad causæ prosequutionem se offerant, personas legitimando, atque illucusque factum ratificando

cando, *veluti ita fuisse conclusum testatur Gaspar. Guilielm. in sua decis.* 28. *par.* 3. *Rotæ Spirensis.*

10 Subdeclara tamen, quòd Generalis abolitio præsentes processus, non autem futuros amplectitur, *vt est text. in l.* 1. *C. de gener. abolit. & Ricc. in sua collectanea* 475. *par.* 3. *Marta decis.* 143. *& decis.* 155. *Rotæ Pisanæ.*

11 Extende primò id, quod fuit dictum de abolitione quosdam excessus non comprehendente, procedere etiam in generali indulto, quod non comprehendit receptantem inquisitum de crimine læsæ maiestatis, *vt ait D. de Ponte in sua decis.* 22. & *Fran. Marc. dec.* 436. *n.* 4. *p.* 2. *& ibid. in dec.* 634. *n.* 1. Et nota, quòd crimen læsæ maiestatis in indulto exceptum intelligitur de commisso in principali maiestate, *Franch. in decis.* 713. *num.* 17.

12 Extende secundò (*vt superius dixi*) in falsario, qui ob enormitatem illius delicti in quo Deus, Iudex, & pars simul offenduntur, numquã ab illo liberatus censetur, nisi de eo specialis mentio fiat, *vt ex decisione Loffred.* 229. & *Franc. Marc. dec.* 390. *num.* 3. & *decis.* 436. *num.* 2. *& decis.* 664. *num.* 4. *par.* 2.

13 Extende tertiò, quòd abolitio non extendatur ad delicta liquida, *vt ait idem Franc. Marc. d. dec.* 664 *num.* 4.

14 Extende quartò, quòd neque abolitio extendatur ad discolos, & vagabundos: quia illi debent à Patria expelli, & operi publico applicari; & eò magis quando isti tales sunt inutiles, & eorum mora esset Ciuitati periculosa, *idem Franciscus Marc. in dec.* 436. *num.* 5. *par.* 2.

15 Extende quintò, quòd abolitio non extendatur ad crimen raptus Virginum, *vt ait idem Franc. Marc. dec.* 624. *num.* 1. *par.* 2.

16 Extende sextò, quòd neque extendatur abolitio ad crimen falsæ monetæ; quia illud delictum dicitur pari modo offensio facta in Principem, *idem Franciscus Marc. ibi supra num.* 1. *& prius decis.* 436. *par.* 2.

17 Extende septimò, quòd nec minus abolitio ad crimen Parricidij extendatur, quia iste casus est horribilis, & grauissimus; & quem facile Princeps exceptuasset si de eo cogitasset; immò in hoc delicto quis de simplici scientia tenetur, & in eo minima subreptio gratiam viciat, *vt pulchrè ait dictus Franc. Marc. in d. decis.* 624. *num.* 1. & 2.

18 Extende octauò, quòd abolitio ad res feudales non extenditur, si id expressè non dicatur, *idem Franc. Marc. dec.* 153. *num.* 9. *par.* 2.

19 Extende nonò, prædicta quoque procedere in indulto concesso delinquentibus extirpantibus latrones, quod comprehendit delinquentes, sed ante; non autẽ post concessum indultum, *vt ait Marta decis. Pisan.* 143. *& decis.* 155. & ibi docet ad quem spectet talis facultas indultandi.

20 Extende decimò, quòd licet indulgentia, siue abolitio concedatur, tamen ea non delet infamiam ex dicto delicto prouenientem; quod secus tamen esset quando ea quoque expressè remissa fuisset, quia tunc ea cum delicto extingueretur, *vt ait idem Francisc. Marc. in dicta dec.* 664. *num.* 5.

21 Fallit tamen primò illa Conclusio, vbi loquitur de abolitione multos graues excessus non comprehendente, veluti si essemus in interficiente Clericum bannitum, qui benè gaudet indulto à Iudice seculari concesso occidentibus contumaces, *vt ait Franch. in sua dec.* 463. *nu.* 5. & sic in hoc casu tolleratur extensio de seculari in Clericum, quando tamen Clericus esset publicæ quietis perturbator, & bannitorum caput, viarum grassator, & qui denique esset diffidatus à lege, quia tunc potest impunè occidi; & facit occidentem illũ omnibus priuilegijs occisoribus in bannimentis Iudicis secularis concessis frui, atque potiri; & tunc Clericus priuilegium fori Ecclesiastici amittere dicitur; quando citatus ad informandum Curiam personaliter cum bullis non comparet clericatum allegando; nec tunc est necessaria monitio trina ad faciendum illud priuilegium clericale amittere, quando ille in enormibus criminibus diuturnè delinquit; cum talis diuturna perseuerantia in delictis enormibus vim trinæ monitionis habeat, *vt pulchrè ait Franch. dicta decisione* 463. *per totam.*

22 Et ratio prædictorũ ea est; quia etiam in odiosis fit extensio quando odium est rationabile, vt hic, cum Reipublicæ interfit,

terfit, vt homines facinorosi in ciuitatibus extirpentur, atque funditus euertantur, *vt ait Rota decis.* 454. *num.* 10. *par.* 1. *diuers. & Franc. Marc. decis.* 436. *nu.* 5. *par.* 2.

23 Fallit secūdò, quando essemus in indulto crimen sacrilegij intus Ecclesiam commissū excepruante, quia tūc illud non cōprehenderet interficientem Clericum extra illam; nam licet dicatur, quòd persona sacra sit illa, quæ sanctificat locū, & non locus personam, nihilominus, cum bannum excipiat sacrilegium respectu loci, ob id non procedit exceptio illa respectu personæ, & sic igitur occidens talem Sacerdotem bannitum, indulto à Iudice seculari concesso gaudere debet, faciendo extensionem de vno tribunali ad aliud, *idem Franch. in decis.* 499. *num.* 1. & *sequentibus, Mastril. in sua dec.* 39. *Rota Sicil.*

24 Extende prædicta procedere etiam in occidente bannitum proditoriè, idest si vltra homicidiū ei etiam vestes auferat, *vt ait idem Mastril. in dec.* 104.

25 Sed hic obiter nota, quòd delictum tunc proditoriè censetur commissum, quando fit contra amicum sub colore amicitiæ, siue alteri bona, ac vestes auferendo, *vt ait Franch. in sua decis.* 713. *sub num.* 14.

26 Animaduertendo præterea, quòd prędictæ abolitiones possunt per procuratorem peti, sed eorum verificatio non, nisi parte præsente fieri poterit, *vt ait dictus Franc. Marc. decis.* 830. *num.* 6. *par.* 2.

27 Quinimmò fiunt etiam quodammodo huiusmodi abolitiones in Vrbe Romæ per Capuriones ob mortem summi Pontificis, ad fauorem tamen eorum, qui ære alieno sunt grauati, & de delictis, non tamen capitalibus, inquisiti; & ita vsus obseruat, veluti ego ita pluries obseruari Sede vacāte vidi, sed est benè verū, quòd creato nouo Pontifice de nouo capiūtur, nisi tollant grabatum suum, & ambulent.

28 Vltimò erit notandum, quòd abolitionem obtinens non ob id censetur fateri delictum, *vt ait idem Franc. Marc. in dec.* 702. *num.* 5. *par.* 1.

ARGVMENTVM.

ABORTVM PROCVRANS qua pœna puniatur, & quibus modis, & ad quos effectus illud perpetrari soleat.

CONCLVSIO SEPTIMA.

1 ABORTVM nota, quòd illud dicitur quando mulier ante tempus partum edit vi ventri illata, *iuxta Vlpian. in l.* 1. *§. sed & si incertum, & ibi DD. ff. de ventr. in possess. mitten.* illudque *Diuus Augustinus* appellat crudele facinus *teste Gratian. in c. aliquando* 32. *quæst.* 2. & illud diuersis respectibus à personis improbis, & iniquis callidè procurari solet, & primò vt eorum libidinem expleant; & vt eorum scelus patratū occultādo non detegatur; multoties etiā quia fœtus odio habetur; & plerumque id fit, vt mulieres, etiam fœtæ, medicamentis adhibitis steriles efficiantur, ne genitores nimiæ prolis procreatione pauperiores fiant, & quandoque, vt bona mulieris ad dotantes reuertantur ob defectum prolis, & propterea ad id scelus effugiendum *Sixtus Quintus* constitutionem edidit incipien. Effrenatā &c. vbi nouas pœnas imponit iis, qui quouis modo istud delictum perpetrare audeant, Clericos præsertim omni priuilegio clericali, ac beneficijs priuādo, illosque ad futura inhabilitando; licet sit verum, quòd postea *Greg.* XIIII. illam Constitutionem reformauit cum sua incipien. Sedes Apostolica &c. & ibi disponit, quòd contra procurantes abortum de fœtu, qui sit animatus, eisdem pœnis procedatur, quæ per sacros Canones, & per prophanas leges sunt eis inflictæ, veluti etiam eodem modo venit procedendum contra dantes consilium, & auxilium ad illud causandum, referendo se in hoc ad dictos sacros Canones, & ad dispositionem sacri Concilij Tridentini, *vt refert Azor. in* 2. *par. Instit. moral. lib.* 2. *fol.* 126. & 127. & *Sayr. decis.* 43. *de homicid. & Thes. dec.* 13.

2 Vndè animaduertendum erit, quòd secundum prophanas leges procurans abortum incidit in pœnam *l. si quis aliquid in* 2. *§. Qui*

2. §. *Qui abortionis*, *ff. de pœnis*, *& idem ait Franc. Marc. decis.* 953. *nu.* 10. *par.* 1. & pœna istius legis est in humilioribus, vt in metallum damnentur, in honestioribus verò est, vt illi in insulam amissa parte bonorum relegentur: sed si mulier siue homo ex eo periret, tunc vltimo supplicio essent afficiendi.

3 Sed declara tu tamen, & limita id nõ habere locum quando fœtus erat inanimatus, *vt ait Sayr. in decisione* 22. *de homicid.* & nota, quòd tunc fœtus animatus dicitur in die 40. si sumus in masculo à die conceptionis; si autem in fœmina in die 60. ab ipso conceptu, *vt ait Viuius in decis.* 82. *qui allegat Bart. communiter receptum in l. Diuus, ff. de extraord. crimin.*

4 Sed est benè verum, quòd si oriatur quæstio super ipso abortu, tunc puer abortiuus, seu alter fœtus semper in debitum tempus natus præsumitur, *vt ait dictus Franc. Marc. in dicta decisione* 953. *num.* 11.

5 Extende dictam declarationem procedere etiam in occidente infantem iam natum, vt exemplificando *ait Thesaur. dec.* 13. vbi recenset quandam mulierem fuisse per Principem gratiatam, quæ suum partum abiecerat; quod tamen intellige verum, veluti si hæc infradicenda concurrant: & primò, si mulier peperisset intra quatuor menses, vel sex: quia tunc licet fœtus esset animatus, non tamen erat vitalis, nec successibilis, & ob id videmus, quòd talis testamentum non rumpit: quia pro non nato habetur, *iuxta tradita per Franc. Marc. ibi supra, nu.* 12. Secundò, si mater in hoc fine dolo reperiretur. Tertiò, si minor ætas in muliere, & illius matris suasio concurreret. Quartò, si mulier interrogata respondere se peperisse mortuum, & eum sepeliuisse, vel eum statim post natiuitatẽ obijsse: quia istis casibus mater non pœna parricidij, sed alia mitiori punienda veniret, *vt ait Thesaur. in dicta decisione* 13. *num.* 1. *& Osasch. in sua decisione* 60. *in fine.*

6 Secus autem si dolosè quis causam abortui animato dedisset, vel ipsa mulier prægnans obijcisset, quia tunc de homicidio tenetur, *idem Thesaur. in præcitato loco, num.* 1. *& sequentibus, & præcipuè sub num.* 2. hortatur Iudices, vt casum diligenter examinent, & in primis, An fœtus sit animatus, & formatus, vel inanimatus, & immaturus, à qua persona fuerit patratum delictum, & quo animo illud commiserit; an scilicet casu, siue iniuria, ex quibus postea qualitas delicti distingui solet, & sic iuxta casuum contingentiam potest pœna minui, vel augeri, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Thesaur. in dec.* 12. *sub num.* 2. *& Menoch. latè de arbitrar. Iudic. centuria quarta, casu* 357. *num.* 16. *&* 17. *post Signorol. in cons.* 1. *colum.* 2. & *Sebast. Medic. in tractatu de fortuit. cas. parte prima, quæst.* 1. *num.* 24. & id benè considerat *Albericus quæst.* 59.

7 Limita tamen primò, in eo, qui cum muliere iam prægnanti saltauit abortu iã secuto; quia tunc ille non solum excusatur ab irregularitate, verum etiam à pœna abortus; quod tamen declara, si saltatio fuerit licita, & non dolosa; cum habeamus regulam, quòd animus, & intentio distinguunt maleficia, *pro quibus facit decisio Sayr.* 23. *de homicid.* & in dubio omnis interpretatio est capienda per quam delicti exclusio fiat, siue quòd minus delictum præsumatur, *Gabr. concl.* 2. *de crimin. & Rota in vna Hispalen. Matrimonij de Alcalà* 28. *Ian.* 1608. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.* 351. *num.* 19. & in omnem euentum, qui contrarium prætendit per eum euidentissimis rationibus probari debet, *vt ait idem Gregor. dec.* 169. *num.* 1. *et seq.* & *Rota inter crimin. Farinac. decis.* 9. *per totam,* & *Francisc. Marc. decisione* 697. *num.* 2. *parte prima.*

8 Limita secundò, in casu Thesauri in *dicta sua decisione* 12. *in fine,* vbi non fuit punita pœna mortis quędam mulier, quæ proprijs visceribus adeo vim intulerat, vt abortum indè fecerit.

9 Limita tertiò, in casu *dictæ decisionis* 60. *Osasch.* de vna muliere, quæ doloribus ventris impulsa, ad latrinam accessit, & ibi partum in ea effudit, asserens se nescijsse esse prægnantem, *idem Thesaur. d. decis.* 13. *num.* 3.

10 Limita quartò, in eo, qui non fuit in dolo, & sic mulierem esse prægnantem ignorante, ob eam rationem: quia (vt mox diximus) animus, & intentio distinguunt maleficia,

maleficia, *vt ait Maynard. dec. 29. lib. 3.*

11 Limita quintò, in eo, qui à contrario fen su dederit poculum mulieri ad eam ingra uidandam, sed illa sumpto poculo obierit, *vt pulchrè ait Ant. Fab. dec. 13. C. ad l. Cornel. de sicar.* & ratio est eadē, quia animus, & intentio malefici a distinguunt.

12 Limita sextò in Medico, qui ad euitandam infamiam, & aliorum offensionem visus fuit remedio, ne ederetur partus, quod tamen intellige procedere, si proba biliter magnā fore orituram infamiā crederetur: vtputa ne Monialis post nefariū, & sacrilegum concubitum partum emittat, siue ne, illustris puella, vel honesto genere nata, in domo parentum grauida reperiatur; si tū nondum foetus erat animatus, alias secus, quia tūc illud absq. peccato & pœna fieri nequit; licèt tū ad dedecus euitādū sterilitatis remedium non erit licitū, veluti quoq. dictus Medicus poterit medicamentum abortus adhibere mu lieri prægnanti, dum de eius salute dubitetur, quando sumus in inanimato, *vt ait Azor. 2. p. inst. mor. fol. 126. et 127. in lit. E Viu. viden. in sua dec. 82. per tot.*

13 Extende id, quod fuit dictum de pœnis infligendis ijs, qui tale delictum procurant, procedere etiam in ijs, qui consilium, & remedia ad abortum prægnanti præbuere, *vt ait Sayr. in dec. 43. de homic. & Thesaur. in pracit. dec. 13.*

14 Contrarium tū tenent DD. *allegati à Thes. in d. dec. 12. n. 11.* qui volunt, quòd impunè possit poculum mulieri dari, dūmodo in hoc Medicorum consensus interueniat, quando tamen mater, & filius in discrimine vitæ essent constituti: quia tunc facit regula, quòd de duobus malis minus malum sit eligendum; & sic quòd vitā matris potius præseruare debeamus, quàm eam filij, quia semper mater in periculo versatur, donec ad generandi facul tatem perueniat: Immò morbo læthali semper laborare dicitur, *vt ait Rota in Romana societatis officii coram Card. Caualerio, quæ est dec. 436. par. 2. in recent.*

15 Vnde isto casu solum pœna salutaris esset delinquenti iniungenda, quia id est peccatum mortale, veluti etiam pœna extraordinaria puniretur ille, qui sine cōsulto Medici poculum dedisset mulieri, *vt ait Thesaur. in praelt. loco.*

16 Et prædicta, quæ fuerant dicta de pœnis infligendis ijs, qui causam abortioni dant, extende quoque procedere in muliere, quæ sumit poculum, vt abortum faciat, quæ enim pœna est vltimi supplicij quādo sumus in foetu animato, *et ita fuit decisum à Senatu Pedemont. vt refert Cacher. dec. 60. & Viuius dec. 82.*

17 Secus verò, quando essemus in corpore nondum animato, quia tunc pœna mitiori delinquentes sunt puniendi, *vt fuit decisum in eodem Senatu, vt testatur Thesaur. in d. dec. 12. & seq. & pulchrè ait Ant. Faber in sua dec. 3. C. de pœn.*

18 Sacrum verò Concilium Neapolitanū decidit, quòd mulier tali casu fustigetur, & indè in Monasterium detrudatur, *vt testatur Franch. in dec. 591. & Sayr. in sua dec. 3. de homicid.* & ibi pœnam Clericis abortum procurantibus punit; licet tamen secus esse deberet secundum me, quando mulier esset nobilis, quia tunc illi pœna fustigationis non esset infligenda, sed alia magis honorifica ad hoc, ne illius familia tanta irrogetur infamia, & Iudex libenter huic meæ opinioni inhærere debet, quia quælibet mulier potest in hunc morbū incidere; & sic cuilibet hoc genus dedecoris facilè euenire, quod Deus auertat.

19 Vndè caueant mulieres, hominesq. & abstineant se à tam crudeli, ac nephando scelere: quia Diuina ira ob clamorē innocentium, quem quotidie corā suo Tribunali emittūt, nūquā patitur hmōi delinquentes impunitos euadere. Immò sæpè medicamenta, quæ pro abortu faciendo adhibentur, plerūq. fiūt miraculosè elusoria, nec illi creaturæ nocēt, & vt audiui à quodā Chirurgo amico meo, quædā mulier, vt abortū faceret curauit sibi venā pedis secari, & indè medicinā reobarbari assumpsit, sed nihil ei profuit, quia puerum suo debito tempore procreauit, licet ea quasi miraculosè in illo pariendo obiret, ideò quilibet ab ira Diuina caueat, ne pro tāto scelere corporis, & aīę iacturā patiat.

20 Vltimò restat dicēdū super dubio, quod oriri potest de morte parturiētis in abortu; an scilicet ea dicatur mortua occasione abortus, an potius febri, & morbillis q. bus āte dictū abortū erat correpta mulier.

21 Vndè nulli dubiū est, quòd in istis terminis potius dicitur mortua per abortū, & prægnātiā, quā ob febrim, & morbillos.

E Et

Et ratio est: quia (vt diximus) omnis mulier prægnans semper morbo lethali laborare dicitur, & id est bonum scire ob vacantias, quæ per mortem naturalem hominum oriri solent, *& ita fuit decisum in Romana societatis, Veneris 16. Nouem. 1612. coram Card. Cauolerio, quæ est inter decis. crim. Farinac. dec. 365. & in 2. par. recen. est dec. 436. per tot.*

ARGVMENTVM.

ABSENS QVIS DICATVR, ET quot species absentiarum inueniantur, ac de earum effectibus, tàm in fauorem, quàm in illius odium tendentibus.

CONCLVSIO OCTAVA.

1 ABSENS, nota, quòd dicitur pluribus modis in iure, *veluti dicunt DD. & præsertim Misinger. in §. rursus inst. de action. n. 4. Gomez ibidem num. 7.*

2 Sed primò animaduertendum est, quòd Doctores intelligunt eum esse absentem, qui non est in Ciuitate, neque intra confinia, *vt est text. in l. absentem, vbi scribentes, ff. de verb. signif. Alciat. verò in l. mulieres, §. abest, eod. tit.* ait, quòd absens dicitur secundum subiectam materiam, & in materia stipulationis ille dicitur absens, qui nō intelligit, *tex. est in l. 1. ff. de ver. oblig.* In materia aūt iudicij ille, qui nō est in loco iudicij, *l. non solum, §. abesse, ff. de lib. caus.* Sed in materia præscriptionis, qui non est in prouincia, *l. vlt. C. de præscr. x. vel xx. annorum.*

3 Amplia, quòd absens etiam dicatur arbitrio iudicis, *l. ab hostibus, §. sed quòd simpliciter, l. abesse, ff. ex quib. caus. maior. Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 5. art. 6.*

4 Et quis dicatur absens, vel præsens, & quotuplex sit absentia, *tradit Card. Tusch. in hoc verbo Absentia, concl. 33. 34. et 35.*

5 Alij verò dicunt, quòd quinque sunt species absentiarū, *ad notat. in gl. in l. vlt. ff. de rest. in integ. & ibi Bar. n. 3.* & prima necessaria, & probabilis militum. Secunda necessaria improbabilis relegatorū. Tertia voluntaria, sed laudabilis scholarium. Quarta voluntaria sine contumacia mercatorum. Quinta voluntaria cum dolo, & affectatione contumacium.

6 Licet rectius à Baldo diuidatur absentia *in l. vlt. C. de præscr. x. vel xx. annor.* & est, vel ordinaria, quæ datur in illis, qui alibi domicilium habent, & ordinariè ab hac Ciuitate absunt, vel extraordinaria, quæ contingit in habentibus domicilium hic, qui incipiunt abesse, & tunc diuiditur: quia aut est necessaria, aut voluntaria, & iterum vtraque species subdiuiditur; quia, vel est laudabilis, vel vituperabilis, seu neutra, ita vt sint sex casus pertinentes, *ad tex. in d. §. rursus instit. de action.*

7 Absentia igitur necessaria laudabilis ea est, quæ datur in milite, vel in legato, vel in eo, qui mittitur ad extirpandos facinorosos homines; & hæc est iusta causa restitutionis in integrum, veluti si durante huiusmodi absentia, vsucapio fuerit completa, *l. miles, l. si qua militi, l. sed si, §. vlt. & l. qui mittuntur, ff. ex quib. caus. maior. & ibi Doctores.*

8 Absentia necessaria vituperabilis, qualis datur in relegato, & ea nō est iusta causa restitutionis in integrum, *l. item ei, ff. eo. tit.* quia non est conueniens, quòd quis ex sua improbitate ius consequatur, *veluti fuit decisum à Rota in Romana computorum Ven. 13. Maii 1594. coram Arigonio.* Quid verò sit dicendum de bannito, excoicato, & similibus, *vide Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 7. art. 14.* & propterea nota, quòd absentia post delictum emanata absentem releuare non potest, quia in fraudem facta censetur, *vt ait Franc. Marc. decis. 626. num. 2. par. 2.*

9 Absentia necessaria neutralis, idest nec laudabilis, nec vituperabilis, qualis est in eo, qui detinetur à latronibus, vel abest causa litis, Nota, quòd est iusta causa, vt succurratur absenti contra vsucapionem in sui absentia cōpletā, *l. vsucapionē, l. eadē causa, & l. si per Prætorem, §. vlt. ff. eod. tit.*

10 Absentia voluntaria laudabilis, qualis est in scholare absente causa studij, est iusta causa, vt ei succurratur, *l. necnon, ff. eod. tit.* & ista absentia præsentia Dei repletur, *vt ait Franc. Marc. dec. 144. p. 2.*

11 Quod procedit etiam si in Patria sua adesset Gymnasium sufficiens, *Odd. vbi supra in dicta quæstione septima, artic. 14.* Et propterea videmus, quòd ad fauorem Scholaris ille absens non dicitur, quando causa studiorum alibi commoratur, *vt fuit*

fuit decisum à Rota in Vrbeuetano educationis luna 20. Martii 1628. coram R. P. D. *Vbaldo.*

12 Absentia voluntaria vituperabilis, qualis contingit in eo, qui abest causa otij, vel voluptatis, non est iusta causa, vt succurratur, *l. non verè, & l. non vi ff. eodem titulo.*

13 Absentia voluntaria neutra: idest nec laudabilis, nec vituperabilis, qualis est ea quæ contingit in Mercatore, quæ non videtur esse iusta causa restitutionis in integrũ, *iuxta text. in d. l. sed et si per Prætorem ff. eod. tit.*

14 Sed animaduertas tamen, quòd in Mercatore est communis opinio, vt illi sit succurrendum, *Abb. in d. l. sed et si*, & ratio est, quia mercatura est vtilis Reipublicæ, vt ex ea facilius sustineatur inter homines cõmerciũ; Nã videmus, quòd vna Ciuitas præstat illud, quod alteri deest, iuxta dictũ illud (India mittit ebur, molles sua thura Sabei) & quæ sequuntur.

15 Et quòd præsertìm absentes causa studiorũ, seu militię pro pręsẽtibus habeãtur & gaudeãt cõmodo, & priuilegiis pręsentiũ, *ait Menoch. in cons. 182. nu. 8. & 9.* Et ideò si est imposita pœna nõ cõmorãti in certo loco, tũc nõ comprehẽditur absens causa studij, vel militię, *vt ait d. Menoch. ibid. Affl. d. dec. 284. nu. 37.* vbi loquitur etiã de absentia voti adimplẽdi causa, & *Rota in d. Vrbeuet. educat. Luna 20. Martii 1628. coram R. P. D. Vbaldo.*

16 Extende prędicta procedere etiã in eo qui abesset causa pestis, & ob aeris intẽperiẽ; nec nõ ob capitales inimicitias, & infirmitatem, *vt ait Franc. Marc. dec. 883. n. 3, & 4. p. 2.* Declara tñ, quòd ad hoc vt absentia iuuet, est necesse illius causas probare; alias nõ sufficiet absentiã per se solã allegare, *vt ait d. Franc. Marc. dec. 626. nu. 3. p. 2. & in dec. 144.* ait, quòd absentia iusta partis Dei pręsentia repletur, *idem ait Gail. in dec. 109. p. 1. Cam. Imper. & Marta in sua cõpilat. dec. tom. 1. in verbo Citatio cap. 128. propè princip.*

17 Amplia id, quod fuit dictũ de scholare & milite idẽ quoque procedere in Clerico absente à seruitio suę Ecclesię ex iusta, & laudabili causa, veluti pro defensione Iuriũ Ecclesię; quia tũc ei fructus, & distributiones debẽtur, *vt fuit decisũ à Rota in vna Asten. fructuũ 15. Martii 1613. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est inter recent. dec. 467. par. 1.*

18 Declara tñ, quòd ad hoc vt legitimè percipiat fructus, & distributiones, non est sufficiens iusta causa, nisi quoque cõcurrat licentia Episcopi, *vt fuit dictũ in Cartaginen. fructuum Lunæ 2. Aprilis 1612. coram* R. P. D. *Pirouano, quæ est inter recent. dec. 401. par. 1.*

19 Immò nec isto casu sufficeret licentia Capituli, & ratio est, quia Capitulũ huiusmodi licentiã cõcedere nõ potest; & propterea videmus ẽt, quòd Episcopus distributiones nõ lucratur si cũ licẽtia Capituli nõ resideret, *vt ait Rota dec. 61. nu. 2. p. 1. in recent. & fuit decisũ in Calaguritana fructuũ, & distributionum Luna 26. Maii 1614. corã Vbaldo, quæ est inter recent. dec. 608. nu. 4. d. p. 1.* veluti etiam nec sufficeret si Clericus abesset à seruitio Ecclesię, etiam petita licentia: sed ea non obtenta, *veluti ait Rota in dicta dec. 608. num. 6. in recent.*

20 Contrarium tamen *dicam inferius in vers. sed non esset &c.* vbi habetur, quòd Episcopi licentia non sufficit pro percipiendis distributionibus & ibi concordantias inuenies.

21 Limita tñ dictã ampliationẽ nõ procedere in Clerico absente à seruitio suę Ecclesię propter litẽ, quę per procuratorem tractari posset, *Boer. dec. 43. & Rota in vna Foroliuien. fideicommiss. 21. Aprilis 1587. coram R. P. D. Lauretano*, veluti dicitur etiã quãdo abesset pro particulari interesse sui beneficij: quia tunc ei fructus & distributiones non debentur, *Rota ibi supra coram Manzanedo, nu. 2. & est dec. Card. Seraph. 426. 662. et 1131.*

22 Vndè erit notandum, quòd lis nunquàm dicitur causa legitima absentiæ ad prædictum effectum lucrandi fructus ea durante, nisi in tribus casibus; & primo, si lis verteretur super iuribus ipsius beneficiati, *vt ait Sayr. decisione 17. de Clericis non resid.* Secundò, si causa sit criminalis, & talem criminalitatem contineat, ob quam Clericus residere prohibeatur, *vt ait Rota in collect. Farinac. decisione 163. & Riccius in sua collectanea 1233. parte quarta.* Et propterea hinc infertur, quòd legitimam causam non residendi præbet monitorium ab Auditore Cameræ emanatum ad personaliter

comparendum in Curia, nisi tamen illud emanasset ob culpam Clerici, *vt fuit decisum in vna Calagurritana fructuum 1. Iun. 1587. coram Card. Platto*. Tertiò, nisi lis haberetur cum Capitulo, veluti quia denegaret dare fructus Canonico, alias secus, *vt fuit dictum in Cartaginen. fructuum, Lunæ 29. Maii 1595. coram Seraph. quæ est in eius impresi. dec. 1131. n. 7*

23 Extende huiusmodi limitationem procedere etiam si Clericus abesset non tantum pro tractandis proprijs negotijs: sed etiā principaliter pro illis Ecclesiæ; quia ex quo potius præsumeretur tractare proprium negotium, idcirco fructus, & distributiones non perciperet, *vt fuit decisum in Valentin emolumentorum 27. Nou. 1579. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresi. dec 426. n. 2.* veluti nec etiam lucraretur fructus illos, qui loco præbendæ debentur, *vt ait Rota in Vallis Oletana residentiæ 24. Nou. 1603. coram Cardin. Lancellotto*, quod enim procedit non obstante aliqua excusatione, quia nulla in huiusmodi materia admittitur excusatio, *vt fuit dictum in Burgen. residentiæ 4. Iun. 1586. coram Platto.*

24 Declara tamen, quòd distributiones Clerici absentis accrescunt alijs de Capitulo, & beneficiatis interessentibus, *veluti fuit decisum à Rota in Gerunden. distributionum Lunæ 16. Februar. 1604. coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in recent. dec. 107. num. 1. par. 1. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 283. num. 19.* vbi ait, quòd priuilegium absenti concessum causa studij distributiones quotidianas non comprehendit; quod enim procedit, etiā si illud priuilegium fuisset obtentum à Papa, *cap. licet, de præbend. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 15. num. 2.* & ita sæpius resoluit *Congregatio Concil. vt testatur idem Gratian. ibi supra in sess. 21. cap. 3. §. cæteros, de reformat.* & de hoc mox clarius distinguam ex declarationibus dicti sacri Concilij.

25 Sed quatenus dicta licentia concederetur super absentia causa studij cum perceptione fructuum, & distributionum, aut à Signatura, siue à Pœnitentiaria, aut etiā per Sedem Apostolicam, nihilominus ea non valeret, nisi consensus Ordinarij loci, in quo huiusmodi beneficia existunt, expressè concurrat, & id ad tollendam omnem circumuentionem, quæ in huiusmodi dispensationibus oriri posset; & propterea hinc fit, quòd licentia Ordinarij, vti de qualitatibus Clericorum informati, sit omninò necessaria, *vt habetur in Cōstitutione Pij Quarti in Bullario num. 113. fol. 832. par. 1* quæ sequitur dispositionem sacri Concilij Tridentini *sess. 23. de reformat. nu. 1. & Gratian. dicto cap. 283. num. 12. & Rota decis. 401. par. prima in recent.*

26 Et huiusmodi occasione erit notanda differentia inter licentiam datam à Papa, & illam datā ab Episcopo Clerico ad studium per septennium se conferenti, Nàm in primo casu Clericus se absentans ab Ecclesijs etiam Curatis, non tenetur intra illud tempus septennij ad sacerdotium promoueri; secus verò in secundo casu, quia tunc si scholasticus ad Canonicatum, siue ad aliam dignitatem, siue curā erit promotus, tunc intra annum saltem ad subdiaconatum promoueri debet, cui tamen habilitati facilè indulgendū erit, quia studium in Clerico est labor spiritualis, & fit vt melius Ecclesiæ inseruire possit, *Rolan. cons. 47. nu. 80. lib. 1. et Rebuff. in prax. tit. de dispensat. de non promouendo*,

27 Supradictam tamen declarationem limita non esse veram si Capitulum esset in culpa, & præstaret impedimentum, & causam non residentiæ, quia tunc dictæ distributiones non accrescerent Capitulo, *veluti fuit decisum in dicta Cartaginen. fructuum num. 3.* & quando Capitulum sit in huiusmodi culpa, docet *Rota ibidem num. 4. quæ est in recent. dec. 401. par. 1. vide Gratian. lib. 3. discept. cap. 591. num. 42.*

28 Extende primò id quoq. procedere si Clericus à seruitio Ecclesiæ abesset ob litem, quam cum Capitulo habet sibi à dicto Capitulo indebitè motam; quia tunc lucratur fructus, & distributiones, *vt ait Rota dicta decis. 608. num. 2. par. 1. in recent. & facit quoque decisio Card. Seraph. 1131. num. 7.* vbi ait, quòd propter absentiam coactam ad litem prosequendam quis fructibus beneficij non priuatur.

29 Extende 2. loco prædicta eò facilius procedere, quando absentia esset pro seruitio Papæ: quia tunc ea diceretur iusta, & iu-

& rationabilis causa absentiæ, *vt ait Afflict. dec.289.nu.35.*

30 Nec propterea talis absens erit vnquã in expensis condemnandus, *vt ait Rota dec.28.de appell. in antiq.*

31 Contrarium licet dicat *Franc.Marc.in sua dec.144.par.2.* subdens id procedere siue foueat absens & obtineat ius in principali, siue succumbat, *et idem dec. 143. num.18. d.par.2.*

32 Sed ego concordarem, quòd prima opinio procedat in materia distributionũ, quando absentia Clerici esset rationabilis. Secunda verò, quando essemus in absente malitiosè,& sic quãdo illius absentia esset voluntaria, & non excusabilis, vt quia ille de iure esset obligatus residere *ex superius deductis*. Et ratio primæ opinionis ea est; quia absentia partis tunc Dei præsentia repletur, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis. 144. par. 2. num. 1.*

33 Extende tertiò, idem procedere in Clerico à seruitio suæ Ecclesiæ absente, & in Vrbe ex permissione Vicegerentis tollerato, quia tunc licentia dicti Vicegerentis nedum suffragaretur, ne ipse Clericus in pœnas in suis edictis promulgatas contra non residentes incideret; sed forsan dicta licentia sufficeret etiam pro lucrandis fructibus, quos absentes aliquando præcipere solent, *vt fuit dictum in Lucerina fructuum 7.Februarii 1590.coram Card. Seraph. quæ est dec. in eius impress. 910. num. 4.& est decis.608. num. 5. par. 1. in recent.*

34 Licet tamen non esset dicta licẽtia sufficiens pro percipiendis distributionibus; quę non nisi verè interessentibus cõcedi solẽt, *iuxta Conc.Trid.sess.24.cap.12.§.distributiones de reform.et ita ait Rota in d. dec. 608. num. 5. in recent.*

35 Et propterea valdè differt iste terminus, quòd scilicet Clericus habeatur pro præsente, & interessente: etiam quòd absit, quia quando habetur pro pręsente, tũc fructus lucratur; sed nõ distributiones, nisi interssit cum effectu; quia illę verè interessentibus concedi solẽt, *veluti fuit decisum in dicta Gerunden. distributionum, quæ est in recent.107.par.2.num.2.*

36 Cõcorda tu igitur, quòd prima opinio procedat quoad distributiones quotidianas certas, quę debẽtur absẽti de licẽtia Papę, vel causa studiorũ. Secũda verò opinio procedit in illis distributionibus incertis: quia illę tãtũ inter eos diuidi solẽt qui quotidie statis horis intersunt & inseruiunt, *veluti fuit ita declaratum à Sacra Congregat. Concilii in sess. 24. cap. 12. de reformat.car. 511. in §. illi qui, & ibi adest resolutio DD. & prius in sess.21. cap. 3. car. 357.*

37 Rursus concorda, vt prima opinio procedat in absente à Diuinis officijs ob aliquam necessitatem, vel euidentem vtilitatem Ecclesiæ, veluti in senio confectis, vel causa studiorum (vt superius dixi) cum licentia obtenta, quæ duret tantum ad quinque annos: Item in eo, qui inseruiret curæ animarum alteri Ecclesiæ imminenti, dummodo tamen sit in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ ad ipsam curam pertinẽt. Secunda verò opinio procedit in eo, qui à loco beneficij tempore pestis abesset; quia iste tũc fructus præcipuos,& principales percipit; non tamen quotidianas distributiones habet, nisi consuetudine obtentũ esset eas absenti ex iusta causa, vel ob vtilitatem Ecclesiæ dari; quæ enim secunda opinio multò magis procedit in absentibus per annum, qui nedum distributionibus dicuntur priuati, sed etiã medietate fructuum deberent priuari, & si forsan perseuerent abesse, beneficijs erunt priuandi, *vt fuit declaratum à sacr.Congreg. Concil. in sess.24.c.12.car.511.512.523. & 524.* & ibi adsunt resolutiones DD. hanc opinionem renentium.

38 Declarando insuper, quòd Clerico impedito, tunc demum fructus debentur, quotiescumque dicto impedimento cessante cõsueuerit residere; secus autẽ si residere non consueuerit, quia tunc etiam dicto impedimento durante fructus non lucratur, *vt ait Medices in sua dec.28. & Rota in d.Calaguritana fructuum coram Card. Platto,* quod procedit etiam si abesset pro seruitio Episcopi: retenta tamen ea declaratione, quando scilicet Clericus residere non erat solitus, *vt ait Rota per Cardinalem Seraph.in dec.426.& ibi corã Platto.* Vndè in his terminis quando quis ob eius absentiam non possit illius innocentiam probare, tunc optima erit cautela pro absente si faciet protestari, quòd si ipse nõ fuisset impeditus cõparuisset, &

In hac pag. 54. col. 1. linea 1. post verbo fecisset, hac verba sunt addenda.

Et in hac omnia vide *Burat. in sua decis.* 694. vbi multa ait in hac materia, & in additionib. duo ponuntur casus, in quibus prædicta protestatio non est necessaria, & Primò, quando agitur contra Capitulum, qui iniustè denegauit possessionem tradere. Secundò, vbi agitur contra illum, qui per violentiam impedivit prouisum ne caperet possessionem, veluti quoque fuit decisum à *Rota in decisionib. sub num. seq. alleg.*

sic suas defensiones fecisset; sed est benè verum, quòd vbi essemus in contumace, tunc pro eo excusator, qui suum impedimentum alleget, non erit audiendus, nisi promittat de eum repræsentando in certo termino, secus autẽ in absente absque propria culpa, quia tunc excusator pro eo admittendus veniret, *iuxta tradita per Afflict. in sua decis. 29. nu. 1. et seq.* alias regulariter contumax ob delictum, per quod pœna corporis afflictiua infligatur, extra carceres non est audiendus, nisi ex commissione Principis, siue Papæ aliter fuerit ordinatum, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 972. num. 22.* & propterea videmus, quòd ille dicitur verè contumax, qui non comparuit, & docuit de aliquo legitimo impedimento, si tamen prius præcesserint citationes, & monitorium, in quo cominatio fuisset apposita de comparendo, alias secus, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 290. num. 8.* Item secus esset in eo, qui non arctaretur ad comparendũ, & qui pro contumace nunquam haberi potest, *idem Seraphin. dec. 957.* & forma monitorij talis esse debet, nempè quòd quis personaliter citetur quatenus commodè haberi possit, sin minus debet fieri diligentia à cursoribus per ciuitatem, in qua habitare soleat de illum inueniendo, necnon per loca publica, & eo non reperto, debet citari ad valuas eius habitationis, siue Ecclesiæ parochialis, alias si prędicta forma in eo citando non erit precisè in omnibus, sed solum in parte seruata, veluti si Nuncius diceret solum eum domi citasse dimissa copia, tunc omnia corruerent, & sic reus absoluendus veniret, *vt optimè fuit resolutum à Rota in vna Veneta donationis lunæ 11. Maii 1615. coram R.P.D. Buratto.* Licet sit verum, quòd contumacia per comparitionem infra annum, iuxta formam motus proprij Pij Quinti, omnes illius effectus euanescere facit, *vt ait Card. Seraph. dec. 354. num. 8. et 13. et dec. 965. num. 7.* & propterea videmus etiam, quòd nunquam deuenitur ad executionem sententię priuationis bonorum in contumaciam, nisi elapso anno, quia contumacia non probat verè delictum, etiam si adesset statutum; quòd scilicet contumax habeatur pro cõfesso, & ob id de iure communi, quis nõ potest ob contumaciam suis bonis priuari, & si forsan de stylo, vel consuetudine, siue statutorum dispositione contrarium seruaretur; tunc talis probatio ex contumacia resultans diceretur priuilegiata; & propterea sententia illius vigore lata, nunquam transit in rem iudicatam, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 254. num. 10. & dec. 354. num. 14.* & in hoc vide etiam nouissimè *Bonacinam in sua summa tomo 2. disput. 2. quæst. 5. puncto 2. num. 8.*

39 Sed redeundo ad id, quod dicebamus in materia perceptionis fructuum per canonicos absentes, extende quòd nedum fructus prædicti, verum etiam quotidianæ distributiones ab eis percipiuntur, qui aut aliqua vi detinentur, aut accedere ad Ecclesiam prohiberentur, siue si à ciuitate exulent, vel ob partialitates in Ecclesia morari non audeant, vt sunt exitij, vel similes, qui ob metum impediuntur accedere ad Chorum, quem antea frequentare solebant; Quod tamen intellige verum, quando impedimenta absque culpa beneficiati contingunt, vt est de suspenso, vel excommunicato iniustè, & de expulso sine sua culpa. Item de carcerato ob homicidium, & torturam passo, sed postea absoluto, & de similibus. Et ratio est; quia impeditus facto iudicis, non dicitur morosus: & propterea *Afflict. in dec. 302. num. 1. ait*, quòd possessio habetur pro capta ad fauorem iniustè impediti. Eodemque modo dicitur de intruso dante impedimentum executioni literarum Apostolicarum de capienda possessione ad fauorem prouisi Apostolici, qui tenetur ad distributiones quotidianas, quamuis nulla super impedimento adsit protestatio, cum sufficiat de eo legitime constare, *vt ait Caputaquen. in decis. 73. par. 2. & Rota in Placentina fructuum 5. Maii 1584. coram R.P.D. Orano, & in Compostellana liquidationis fructuum 28. Iunii 1591. coram Card. Blanchetto, Put. decis. 385. num. 5. lib. 1. & Rota in Phanen. distributionum 16. Ianuar. 1577. coram eod. Card. Blanchetto, & in alia Firmana distributionum 26. Ian. 1598. coram Card. Mellino, & prius in Maceraten. Canonicatus 2. Maii 1594. coram eodem, & Coccin. decis. 21. num. 3 & seq.*

& seq. in quibus præcipuè concluditur, quòd expulsus à Capitulo, & carceratus debet habere distributiones quotidianas à die expulsionis, & carcerationis, etiam quòd non inseruierit, dummodo tamen fuerit probatum illum esse solitum inseruire; quia tunc Capitulum indebitè Clericum residere impediens, non debet illius distributiones lucrari, *vt fuit dictum in Salamantina censurarum* 1. *Iun.* 1594. *coram R.P.D. Corduba. Put. dec.* 383. *nu.* 7. *lib.* 1. Et in hac materia videndus est nouissimè *Bonacin. in sua summa tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 2. *nu.* 8. & ibi multos allegat, & præsertim *Azor. par.* 2. *instit. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 10. *& ibi multa dicit Cardinalis Seraphinus in sua decis.* 1098. *num.* 6. & quando impedimentum sit iustum, vel iniustum, arbitrio Iudicis erit remittendum, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 591. *num.* 48. vbi concludit, quòd omnis absentia, dummodo non sit voluntaria, sed causata ab infirmitate, siue ab alio facto simili, non residentem excusat. Et sic igitur impedimentum allegãs duo ostendere tenetur, scilicet illud impedimentum allegatum, & se tantum fecisse, quòd si illud impedimentum non fuisset, vtique eius officium adimpleuisset, *vt pulchrè ait Afflict. in dicta sua decis.* 29. *num.* 1.

40 Sed in omnem euentum quando tractaretur de condemnando absentem; tūc nota, quòd saltem per edictum citari debet, siue per audientiam cõtradictarum; licet secus esset si ageretur de aliquo excommunicando; quia tunc citatio tali modo facta non sufficeret; sed benè posset illius procurator excommunicari si compareret, *Rota decis.* 28. *de appellat. in antiq. & ita fuit decisum in Tullen. parrochialis Mercur.* 28. *Maii* 1614. *coram* R.P.D. *Coccino, quæ est inter recent. decis.* 609. *num.* 2. *par.* 1.

41 Sed quòd tunc trina citatio sit necessaria, & quòd vna tantum peremptoria non sufficiat *multi dicunt, quos allegat Afflict. in decis.* 289. *num.* 6. quando tamen Canonicus nescitur vbi sit; secus autem si sciatur vbi Canonicus inueniatur, licet postea, *sub num.* 7. dicat, quòd vnica citatio peremptoria pro omnibus sufficiat.

42 Sed hic nota, quòd diuturna perseueratio in enormibus delictis à Clerico patratis, idem operatur, quod trina monitio à Canonibus requisita, *vt ait Francbus dec.* 463. *num.* 8.

43 Extende id, quod fuit dictum de modo procedendi per Episcopum contra clericos, siue Canonicos absentes, procedere etiam in Papa contra Cardinales, qui ob longam eorum absentiam sacro Concistorio non assistunt, *vt ait idem Affl. ibi supra num.* 1. *& seq.* vbi quoque dat modum non solum Pontifici procedendi contra eos; sed etiam ipsis Cardinalibus, vt ob eorum absentiam illi excusandi veniant, *vt ait ibi Vrsill. omninò videndus.*

44 Declara tu tamen, quòd Clericus ob non residentiam beneficio priuari non potest, nisi per sex menses fuerit expectatus, *vt ait* Rota *ibidem coram Coccino.*

Immò nota, quòd si decursum sit tẽpus propter distantiam loci ad adeundã residentiam, illud non computatur pro absentia, *vt ait Card. Seraphin. in decis.* 1015. *num.* 3. & quòd immò interdum quinque anni requirantur, *ait Francisc. Marc. decis.* 883. *num.* 2. *par.* 2. & præsertim si concurreret iusta causa absentiæ, veluti pestis, infirmitatis, aut capitalis inimicitiæ, ob quas illuc redire non auderet; quia tunc sufficeret inseruire per Vicarium expensis beneficij, vt concludit *idem Franc. Marc. dicta dec.* 883 *num.* 3. *& seqq.* Sed quòd in casu priuationis beneficij debeat priuandus personaliter citari, *ait Rota decis* 35. *alias* 420 *num.* 8. *de procurat. in nou. & Francisc. Marc. dec.* 782. *nu.* 4. *par.* 2. Quod tamen ego puto verum quando facile illius copia haberi posset, alias secus, & præsertim quando essemus in absente, & propria culpa condemnato, quia stante illa opinione, quòd priuandus deberet personaliter citari, sequeretur quòd cum condemnatus abesset, & sic personaliter non posset citari, nunquam priuari posset, & sic fieret, quòd illius culpa, & dolus sibi patrocinaretur, quod esse non potest; quia delictum nemini immunitatẽ præstat; & sic ego teneo, quòd quando ageretur de priuando condẽnato propria culpa sufficiat citatio per edictum, aut

✝ In hac pag. 54. col. 1. linea 1. post verbo fecisset, hæc verba sunt addenda.

Et in hac omnia vide *Burat. in sua decis.* 694. vbi multa ait in hac materia, & in additionib. duo ponuntur casus, in quibus prædicta protestatio non est necessaria, & Primò, quando agitur contra Capitulum, qui iniustè denegauit possessionem tradere. Secundò, vbi agitur contra illum, qui per violentiam impediuit prouisum ne caperet possessionem, veluti quoque fuit decisum à *Rota in decisionib. sub num. seq. alleg.*

sic suas defensiones fecisset; sed est benè verum, quòd vbi essemus in contumace, tunc pro eo excusator, qui suum impedimentum alleget, non erit audiendus, nisi promittat de eum repręsentando in certo termino, secus autē in absente absque propria culpa, quia tunc excusator pro eo admittendus veniret, *iuxta tradita per Afflict. in sua decis. 29. nu. 1. et seq.* alias regulariter contumax ob delictum, per quod pœna corporis afflictiua infligatur, extra carceres non est audiendus, nisi ex commissione Principis, siue Papæ alitèr fuerit ordinatum, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 972. num. 22.* & propterea videmus, quòd ille dicitur verè contumax, qui non comparuit, & docuit de aliquo legitimo impedimento, si tamen prius præcesserint citationes, & monitorium, in quo cominatio fuisset apposita de comparendo, alias secus, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 290. num. 8.* Item secus esset in eo, qui non arctaretur ad comparendū, & qui pro contumace nunquam haberi potest, *idem Seraphin. dec.* 957. & forma monitorij talis esse debet, nempè quòd quis personaliter citētur quatenus commodè haberi possit, sin minus debet fieri diligentia à cursoribus per ciuitatem, in qua habitare soleat de illum inueniendo, necnon per loca publica, & eo non reperto, debet citari ad valuas eius habitationis, siue Ecclesiæ parrochialis, alias si prędicta forma in eo citando non erit precisè in omnibus, sed solum in parte seruata, veluti si Nuncius diceret solum eum domi citasse dimissa copia, tunc omnia corruerent, & sic reus absoluendus veniret, *vt optimè fuit resolutum à Rota in vna Veneta donationis luna 11. Maii 1615. coram R.P.D. Buratto.* Licet sit verum, quòd contumacia per comparitionem infra annum, iuxta formam motus proprij Pij Quinti, omnes illius effectus euanescere facit, *vt ait Card. Seraph. dec. 354. num. 8. et 13. et dec. 965. num. 7.* & propterea videmus etiam, quòd nunquam deuenitur ad executionem sententię priuationis bonorum in contumaciam, nisi elapso anno, quia contumacia non probat verè delictum, etiam si adesset statutum; quòd scilicet contumax habeatur pro confesso, & ob id de iure communi, quis nō potest ob contumaciam suis bonis priuari, & si forsan de stylo, vel consuetudine, siue statutorum dispositione contrarium seruaretur, tunc talis probatio ex contumacia resultans diceretur priuilegiata; & propterea sententia illius vigore lata, nunquam transit in rem iudicatam, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 254. num. 10. & dec. 354. num. 14.* & in hoc vide etiam nouissimè *Bonacinam in sua summa tomo 2. disput. 2. quæst. 5. puncto 2. num. 8.*

39 Sed redeundo ad id, quod dicebamus in materia perceptionis fructuum per canonicos absentes, extende quòd nedum fructus prædicti, verum etiam quotidianæ distributiones ab eis percipiuntur, qui aut aliqua vi detinentur, aut accedere ad Ecclesiam prohiberentur, siue si à ciuitate exulent, vel ob partialitates in Ecclesia morari non audeant, vt sunt exitij, vel similes, qui ob metum impediuntur accedere ad Chorum, quem antea frequentare solebant; Quod tamen intellige verum, quando impedimenta absque culpa beneficiati contingunt, vt est de suspenso, vel excommunicato iniustè, & de expulso sine sua culpa. Item de carcerato ob homicidium, & torturam passo, sed postea absoluto, & de similibus. Et ratio est; quia impeditus facto iudicis, non dicitur morosus: & propterea *Afflict. in dec. 302. num. 1. ait*, quòd possessio habetur pro capta ad fauorem iniustè impediti. Eodemque modo dicitur de intruso dante impedimentum executioni literarum Apostolicarum de capienda possessione ad fauorem prouisi Apostolici, qui tenetur ad distributiones quotidianas, quamuis nulla super impedimento adsit protestatio, cum sufficiat de eo legitime constare, *vt ait Caputaquen. in decis. 73. par. 2. & Rota in Placentina fructuum 5. Maii 1584. coram R.P.D. Orano, & in Compostellana liquidationis fructuum 28. Iunii 1591. coram Card. Blanchetto, Put. decis. 385. num. 5. lib. 1. & Rota in Phanen. distributionum 16. Ianuar. 1577. coram eod. Card. Blanchetto, & in alia Firmana distributionum 26. Ian. 1598. coram Card. Mellino, & prius in Maceraten. Canonicatus 2. Maii 1594. coram eodem, & Coccin. decis. 21. num. 3 & seq.*

& seq. in quibus præcipuè concluditur, quòd expulsus à Capitulo, & carceratus debet habere distributiones quotidianas à die expulsionis, & carcerationis, etiam quòd non inseruierit, dummodo tamen fuerit probatum illum esse solitum inseruire; quia tunc Capitulum indebitè Clericum residere impediens, non debet illius distributiones lucrari, *vt fuit dictum in Salamantina censurarum 1. Iun. 1594. coram R.P.D. Corduba. Put. dec. 383. nu. 7. lib. 1.* Et in hac materia videndus est nouissimè *Bonacin. in sua summa tom. 2. disput. 2. quæst. 5. punct. 2. nu. 8.* & ibi multos allegat, & præsertim *Azor. par. 2. instit. moral. lib. 7. cap. 7. quæst. 10. & ibi multa dicit Cardinalis Seraphinus in sua decis. 1098. num. 6.* & quando impedimentum sit iustum, vel iniustum, arbitrio Iudicis erit remittendum, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. lib. 3. discept. cap. 591. num. 48.* vbi concludit, quòd omnis absentia, dummodo non sit voluntaria, sed causata ab infirmitate, siue ab alio facto simili, non residentem excusat. Et sic igitur impedimentum allegãs duo ostendere tenetur, scilicet illud impedimentum allegatum, & se tantum fecisse, quòd si illud impedimentum non fuisset, vtique eius officium adimpleuisset, *vt pulchrè ait Afflict. in dicta sua decis. 29. num. 1.*

Vide ...erat. ...decis. 14.

40 Sed in omnem euentum quando tractaretur de condemnando absentem; tūc nota, quòd saltem per edictum citari debet, siue per audientiam cõtradictarum; licet secus esset si ageretur de aliquo excommunicando; quia tunc citatio tali modo facta non sufficeret; sed benè posset illius procurator excommunicari si compareret, *Rota decis. 28. de appellat. in antiq. & ita fuit decisum in Tullen. parrochialis Mercur. 28. Maii 1614. coram* R.P.D. *Coccino, quæ est inter recent. decis. 609. num. 2. par. 1.*

41 Sed quòd tunc trina citatio sit necessaria, & quòd vna tantum peremptoria non sufficiat *multi dicunt, quos allegat Afflict. in decis. 289. num. 6.* quando tamen Canonicus nescitur vbi sit; secus autem si sciatur vbi Canonicus inueniatur, licet postea, *sub num. 7.* dicat, quòd vnica citatio peremptoria pro omnibus sufficiat.

42 Sed hic nota, quòd diuturna perseueratio in enormibus delictis à Clerico patratis, idem operatur, quod trina monitio à Canonibus requisita, *vt ait Franchus dec. 463. num. 8.*

43 Extende id, quod fuit dictum de modo procedendi per Episcopum contra clericos, siue Canonicos absentes, procedere etiam in Papa contra Cardinales, qui ob longam eorum absentiam sacro Consistorio non assistunt, *vt ait idem Affl. ibi supra num. 1. & seq.* vbi quoque dat modum non solum Pontifici procedendi contra eos; sed etiam ipsis Cardinalibus, vt ob eorum absentiam illi excusandi veniant, *vt ait ibi Vrsill. omninò videndus.*

44 Declara tu tamen, quòd Clericus ob non residentiam beneficio priuari non potest, nisi per sex menses fuerit expectatus, *vt ait Rota ibidem coram Coccino.*

Immò nota, quòd si decursum sit tẽpus propter distantiam loci ad adeundã residentiam, illud non computatur pro absentia, *vt ait Card. Seraphin. in decis. 1015. num. 3.* & quòd immò interdum quinque anni requirantur, *ait Francisc. Marc. decis. 883. num. 2. par. 2.* & præsertim si concurreret iusta causa absentiæ, veluti pestis, infirmitatis, aut capitalis inimicitiæ, ob quas illuc redire non auderet; quia tunc sufficeret inseruire per Vicarium expensis beneficij, vt concludit *idem Franc. Marc. dicta dec. 883 num. 3. & seqq.* Sed quòd in casu priuationis beneficij debeat priuandus personaliter citari, *ait Rota decis. 35. alias 420 num. 8. de procurat. in nou. & Francisc. Marc. dec. 782. nu. 4. par. 2.* Quod tamen ego puto verum quando facilè illius copia haberi posset, alias secus, & præsertim quando essemus in absente, & propria culpa condemnato, quia stante illa opinione, quòd priuandus deberet personaliter citari, sequeretur quòd cum condemnatus abesset, & sic personaliter non posset citari, nunquam priuari posset, & sic fieret, quòd illius culpa, & dolus sibi patrocinaretur, quod esse non potest; quia delictum nemini immunitatẽ præstat; & sic ego teneo, quòd quando ageretur de priuando condẽnato propria culpa sufficiat citatio per edictum, aut

aut per audientiam contradictarum, & in domo solitæ habitationis, *vt ait Rota per Burat. in sua decis. 109. num. 5. & Rota dec. 609. n. 2. p. 1. recent.* Immò quòd quis possit haberi pro vero contumace ad effectum citandi personaliter si ob non tutum accessum fuerit tantummodo citatus domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiæ, *ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1296. num. 4.* Sed si forsan ageretur de priuando absente voluntariè, & alia iusta causa, & esset lapsum tempus, intra quod esset expectandus, itaut eius non residentia esset (verbi gratia) notoria per spaciũ decennij, *iuxta text. in c. ex parte il primo de Cleric. non resident.* tunc nulla alia expectatio esset necessaria, quando tamen mandatum de priuando processisset à Papa, quia illi licet tali casu præsumere absentem habuisse beneficium, siue dignitatem pro derelicta; quod tamen præsumere inferioribus non liceret; & propterea illi tenentur seruare formam, *capit. ex tua de Cleric. non resident. vt pulchre distinguẽdo ait Rota in dicta decis. 609. num. 4. par. 1. in recentior.*

45 Preterea quòd absentes legitimè nõnisi in tribus casibus sint vocandi, & primò, in electionibus. Secundò, in receptione Canonicorum. Tertiò, in cessatione à Diuinis propter arduitatem negotij, *ait Fran. Marc. dec. 1032. n. 4. p. 1.* vbi praeterea ait istos, aut per nuntium, aut per epistolam esse vocandos; sed si non valdè distarent per sonum campanę vocari debent, *idem in dicta decis. 1032. & 1335.* licet *Panormitanus* extendat illos tres casus ad alios arduos, qui per absentes explicari nõ possunt, vt casus friuoli. Immò licet etiam quòd simus in casibus arduis, tñ possũt, vel nõ possũt absentes valdè ę remoti vocari, vel non, iuxta consuetudinem loci, relinquendo arbitrio Iudicis, quando dicantur remoti, siue non; & in omnem euentum dies faciendæ electionis est assignanda, *vt ait idem Francisc. Marc. dicta decis 1032. num. 1. cum seqq.* & ibi docet, quomodo electio fieri legitimè possit, & quando secus.

46 Vltimò nota, quòd quando agitur de præsumenda absentia, tunc onus probandi eam alleganti incumbit, *veluti fuit decisum in vna Romana domus 1. Februar. 1591. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 932. num. 11.* veluti quoque dicendum erit, si tractaretur de præsentia probanda, quæ pari passu ambulat cum absentia; Nam quælibet earũ quando est fundamentũ intentionis alicuius, ab eo est probanda, *Put. dec. 385. lib. 3. & Rota in vna Imolen. Saluiani interdicti luna 27. Iun. 1594. coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 291. num. 4.*

47 Fallit tamen si essemus inter eos, qui sunt eiusdem Ciuitatis, & loci; quia tunc præsentia præsumitur, *veluti colligitur ex l. vlt. C. de præscript. long. tempor. & ita apertè sensit Bart. in l. is potest, num. 17. de acquir. heredit. & Bald. in l. emptor num. 2. & 3. & ibi sequitur Angel. num. 2. vers. sed pone, de præscript. long. temp.* veluti id falleret etiam in eo, qui tenetur esse præsens; & præsens ille non dicitur, qui non est in loco vbi petitur, *vt ait Lotertus de re beneficiaria lib. 2. quæst. 40. num. 75. & 95.*

48 Et in omnem euentum nota, quòd si quis abest laudabili, ac necessaria occasione, tunc eum à quocumque defendi publicæ vtilitatis est, & quilibet pro illo verba faciens audiri debet, *vt ait Rota decis. 24. num. 3. & decis. 35. num. 2. de procurat. in nou.* Immò *in decis. 13. de dolo, & contum. ait,* quòd præsentia Diuina Dei vnius absentiam replet, Idem quoque *ait Franc. Marc. in decis. 144. par. 2. num. 1.* vbi ait absentia partis Dei præsentia repletur, & pręcipuè talis absentia excusat à caducitare, & mora, *vt fuit decisum in Romana Deuolutionis Domus Veneris 25. Iunii 1621. coram R. P. D. Manzanedo, & prius in Maceraten. Caducitatis Luna 3. Iunii 1619. coram R. P. D. Vbaldo.*

ARGVMENTVM.

ABSENTI PER QVAS PERSONAS acquiratur, & quando.

CONCLVSIO NONA.

1 ABSENTI nota, quòd potest fieri donatio notario eius nomine stipulante, *veluti dixi in verbo Notarii stipulatio,* & *veluti fuit decisum à Rota in Vrbeuetana Heredi-*

Hereditatis 15. Iunii 1580, coram Eminentiss. Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 472. & in alia Rauennaten, Donationis 29. Aprilis 1596. num. 10. coram eodem, quæ est in eius impress. decis. 1184. & multa dixi in verbo Actio concl. 34. per totam.

2 Amplia id in tantum esse verum, quòd nedum absenti, verum etiam omnibus alijs, quorum interest ius acquiratur stipulatione Notarij interueniente, *veluti fuit decisum in Romana fructuum dotis, Luna 10. Mart. 1603. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. dec. 97. num. 3.*

3 Et ratio est; quia cum hodie in instrumentis apponatur clausula Cameralis, quæ habet in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest, Ideò nimirum si ex stipulatione Notarij ius omnibus acquiratur, *vt habetur in addit. ad d. dec. 97. num. 6.*

4 Subamplia multò magis procedere iuramento accedente, quod enim iuramentum de sui natura operatur, vt actio sine cessione competat, Roman. *Iason. & alij allegati in dicta decisione 97. num. 4. & 5.*

5 Extende idem procedere, quando instrumentum esset guarantigiatum, vel obligationem Cameralem contineret, *vt ait Rota ibidem num. 9.* &vt de magis cõmuni *testatur Gabr. de verbor. oblig. concl. 1. nu. 98. vers. Contrarium, et Hondced. consil. 25. lib. 2. & Grattian. lib. 3. discept. c. 455. num. 18.*

6 Limita tamen prędicta esse vera, dummodo subsequatur acceptatio, & ratificatio absentis, *veluti dicunt infiniti Doctores allegati hinc inde in Romana fideiussionis Nauaræ coram* R. P. D. *Robusterio, quæ est inter impress. apud Zacchiam de oblig. camer. decis. 123.* licet Rota *ibidem apud eundem Zacchiam in dec. 124 num. 10.* dicat quòd acceptatio re non integra fieri nequeat.

7 Sed reuera hanc distinctionem sequitur Rota, nempè aut agitur ad effectum, vt sit acquisitum ius, seu Dominium absenti, & tunc est necessaria acceptatio absentis.

8 Aut verò agitur ad effectum, vt non possit ante ratificationem absentis ille, qui se obligauit amplius pœnitere, & tunc acceptatio non requiritur, *veluti fuit ita decisum cum hac distinctione à Rota in decis. 683. num. 4. par. 1. diuers. & in decis. 369. num. 3. par. 2. in recent. et ibid. in decis. 488. sub num. 6.* & benè etiam declarat *Surd. consil. 60. sub num. 16. Rota decis. 247. inter crim. Farinac. nu. 6.*

9 Et licet in huiusmodi distinctione pro concordia allegentur duę decisiones, quę inuicem videntur se contrariare, *et prima est decisio 262. num. 5. par. 1. in recent.* vbi deciditur esse magis communem opinionem, vt per stipulationem Notarij acquiratur ius absenti etiam sine ratificatione. Contrarium verò tenet *decis. 12. sub num. 3. in eadem 1. par. in recent.* sed melius alijs tradit distinguendo quinque modis in huiusmodi articulo *Azor. in 3. par. instit. moral. cap. 15. lib. 11. fol. 928. in lit.* C. *omninò videu.*

10 Nihilominus videtur satis sufficiens ea ratificatio, & acceptatio, quæ deducitur ex sola scientia absentis absque alio actu positiuo, *vt ait Gabr. conclus. prima, de verbor. signif. num. 102. Gonzal. super reg. 8. glos. 26. nu. 25. Rota dicta dec. 663. nu. 2. par. 1. diuers. et in recent. dec. 262. nu. 6 par. 1. et fuit decisum in Nepesina vsusfructus 3. Dec. 1607. coram Card. Caualerio, et latè in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram* R. P. D. *Vbaldo, et apud Zacch. dec. 124. num. 1.*

11 Quæ enim scientia absentis semper præsumitur quando sumus in his, quæ afferunt commodum, *vt ait Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. num. 84.* & in ijsdem terminis ait *Rota in dicta dec. 262. nu. 6.* Vel saltem solis præsumptionibus, & cõiecturis huiusmodi scientia probatur, *veluti in istis terminis latè fuit deductum à Rota in dicta Romana donis 21. Aprilis 1614. coram* R. P. D. *Vbaldo.*

12 Contrarium, nempè quòd ex absentia præsumatur ignorantia, *fuit decisum à Rota in Valentina prætensæ illegitimitatis Ven. 26. Mart. 1612. coram* R. P. D. *Pamphilio, quæ est inter crim. Farinac. dec. 354. num. 5.*

13 Quod amplia nedum procedere in absente, sed etiam in infirmo, qui non præsumitur scire ea, quæ publicè fiunt in Ciuitate, vt ait *Surdus in decisione 246. num. 17.*

Con-

In hac pag. 58. col. 1. lin. 48. ante nu. 19. adde hac verba.

* Quod. n. tempus est quadrimestre intra quod, si mandatum, etiam procuræ, non exhibeatur, dicta præsentatio non suffragatur, vt ait *Lapus alleg. 22. Rota dec. 443. n 3 p. 2. rec.* Licèt tamen sufficeret, aut quòd productio verbalis de eo fuisset facta cũ clausula animo exhibendi: quia illius vigore productio realis, postea fieri posset, etiã extra terminũ, vt ait *Vestr. in sua prax. lib. 4 tit de dolo, & contumac nu 16. versic. Quod si verbo tantum. Decian. respon. 41. nu. 14. cum seq lib. 3.* Et ita fuit decisum in vna *Lunen. Sarzanen. beneficij vlt. Maij 1627. coram Durano.*

Aut sufficeret, si mandatum fuisset rogatum per notarium coram quo fuisset facta præsentatio; quia tunc non esset necessaria alia productio, vt ait *Fulgos. consil. 195 versic. cum itaq. & Rota ibi coram Durano.*

Siue potius illud sufficeret, si patronus intra quadrimestre ratificaret accedendo ad Vrbem, ibique literas Apostol. vulgò pro Præsentando nuncupatas impetrando, vt ait *Lambert lib. 2 & alij alleg. à Rota ibi coram Durano.*

14 Concordare possumus illas opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat, quando agitur de commodo, & vtilitate alicuius absentis, in quibus facilè scientia illius aures peruenisse præsumitur, *vt superius diximus sub num. 11.* Secunda verò procedit, quando ageretur in casu amittendi Iuris, quia tunc scientia rei ratificandæ debet esse plena, certa, & indubitata, cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs, & non per subauditum intellectum, *vt expresè ait Rota apud Zacchiam dicta dec. 124. num. 5. & 7. & veluti dixi in verbo Acceptatio, & in conclus. 17. num. 19. & 46.*

15 Præterea dato, quòd esset verum etiã, vt ignorantia præsumatur ex absentia, tamen ea tunc non præsumitur, quando inter coniuges (verbi gratia) matrimoniũ fuit clandestinè factum, quia tunc ex illo clandestino actu ignorantia impedimenti in coniugibus non præsumitur, & sic isto casu illa opinio procedit, quòd scilicet scientia etiam ex præsumptionibus arguatur, *veluti fuit dictum in illa Valentina coram Card. Pamphilio.*

16 Amplia principalem conclusionem adeò esse veram, vt propterea absenti beneficium conferri possit, & sufficiet pro eius validitate, quòd postea eius ratificatio subsequatur, *vt fuit dictum per Rotã in dec. 586. num. 2. par. 3. diuers. & in dec. 3. de iure patronat. & est text. in cap. accedens, de præbend. & Riccius in sua collect. 1116. par. 4. in princ.*

17 Contrarium licet tenuerit *Cæsar de Grass. in dec. 135. eod. tit. vt refert Ricc. ibi supra in vers. Licet.*

18 Declara tu tamen, quòd nonnulla cõcurrere debent ad hoc, vt huiusmodi præsentatio de absente facta valeat. & primò quòd sit acceptata, *vt tenuit Rota, veluti testatur Riccius ibi supra.* Secundò requiritur, quòd acceptetur per procuratorem speciale mandatum habentem, *vt ait Mastril. decis. 2. par. 1.* Tertiò, quòd acceptetur intra tempus datum ad præsentandum, *vt pulchrè decidit Rota alleg. à Ricc. ibi supra in fine.*

19 Extende prædictam ampliationem adeò valere, vt propterea absens præsentatus examinari non debeat, & præsertim quando esset notus habenti illum instituere, *Rota in Valentina beneficij 16. Maii 1583. coram Alexandrino, & Riccius ibidem.*

20 Amplia secundò, quòd etiam absenti possit acquiri omninò per amicum: dummodo postea acquisitionis ratificatio sequatur, *vt ait Rota dec. 463. par. 3. diuers. et dec. 150. in nouis.*

ARGVMENTVM.

ABSOLVTIO A CENSVRIS quomodo, & quando sit petenda, & præsertim in Curia.

CONCLVSIO DECIMA.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione, nota, quòd solet peti in foro exteriori in duobus casibus, & Primò, quando offensa, siue contumacia est manifesta, alio modo, quando est dubia, & in primo casu non datur, nisi prius satisfactio fiat, *iuxta text. in c. soles & c. venerabilibus, §. secus de sent. excommunicat. lib. 6. & c. ex parte de verb. sign.* Sed si est dubia, tũc debet prius cautio præstari de stando iuri, &c. *iuxta d. c. ex parte*, In hoc erit videndum *Felin. in c. cum contingat, de offic. deleg. et Ripa in cap. 1. de iudic. col. 39. versic. eadem glosa*, vbi ponit quinque limitationes. In foro verò conscientiæ, & pœnitentiali, nil aliud attenditur, nisi id, quod ipse pœnitens de se confitetur, & qualiter se accusat, an scilicet sciat, aut ignoret se debere, aut alium offendisse, & quantum, & quomodo, aut cui soluere debeat; cum in eo foro pœnitentis confessio notorium inducat. Vndè meritò si nulla ibi requiratur cautio, *vt notat Nauar. cap. 26. num. 7.*

2 Vndè hic erit firmanda conclusio, quòd scilicet dicta absolutio à censuris præcipuè latis in Curia nõ solet dari nisi prius parito iudicato, *vt fuit decisum à Rota in Aquinaten. beneficii 11. Decembris 1579 coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis. dec. 432. num. 1.*

3 Amplia primò, quòd nec etiam absolutio petita à censuris detur, nisi præstita cautione de soluenda pensione ad omne man-

mandatum Rotæ, *veluti fuit decifum in Corduben. penſionis Veneris 29. Ianuarii 1593. coram Card. Mantica, quæ eſt in eius impreſſ. dec. 212. num. 1.*

4 Subamplia, quòd neque excommunicatus ad inſtantiam partis, & denunciatus poſſit in foro exteriori abſolui ſub prętextu impotentiæ, niſi de licentia partis ea ſequatur. vel niſi ea citata ſuam impotentiam probet coram eodem Iudice excommunicatore, vt docet pulchrè *Sot. in 4. diſtinct. 22. quæſt. art. 3. Nauar. conſ. 75 dub. 11. num. 36. de regul. Cancel. & in ſua ſumma in verbo Abſolutio, c. 4. Couar. in c. Alma mater, in 1. par. §. 11. nu. 7. Henriq. de excom. c. 28. §. 2. in princip.*

5 Declara tamen quòd ſi Iudex excommunicator valdè diſtaret à loco domicilij excommunicati, tunc eius impotentiã coram ſuo Ordinario probare poterit, qui ea probata poteſt excommunicatorem compellere ad eius abſolutionem impartiendam, *vt ait dictus Henriq. cap. 13. §. 2. de Indulg.*

6 Extende idem quoque procedere quo ad forum interius, ſiue pœnitentiale, in quo licet regulariter excommunicatus non poſſit abſolui per Confeſſarium in vim Bullæ Cruciatæ inuita parte, & Iudice. Et ratio eſt, ne ordo iudiciarius cũ ſcandalo perturbetur, *vt poſt Silueſtr. in ſua ſumma in verbo Excommunicatio, dubio 12.* & *in verbo Pœna, §. 18. Corduba lib. 5. quæſt. 43. & caſu 20. Rodriq. in explanat. Bullæ, §. 9. nu. 58. in fine, & Henriq. d. c. 13. §. 2. & ibi in text. et gloſ. de Indulgent.*

7 Nihilominus ſi pars, & Iudex longè ab excommunicato abſit, tunc poſſet confeſſarius tàm vigore Bullæ, quàm aliorum priuilegiorum impotentem abſoluere cũ cautione iuratoria, ſi alteram meliorem præſtare non poterit; cum non ſit incõueniens, vt ſi quis facit quod potuit, hac graui excommunicationis pœna exonerandus veniat, *vt pulchrè ait Henriq. in tit. de excommunic. cap. 28. §. 2. in littera Q.* idemque tenet *Rodriq. in explicat. Bullæ, §. 9. num. 55. Gutier. quæſt. canon. cap. 3. num. 5. cum ſeqq.*

Sed in materia abſolutionis à cenſuris in vim dictæ Bullæ Cruciatæ, nota quòd ea eſt adeò potens, vt propterea ſuffragetur ad validandam per eum prius excommunicatum beneficij Eccleſiaſtici impetrationem, & ſic remiſſoria illius abſolutionis vigore erit illi concedenda, *Roca dec. 1115. par. 3. diuerſ. et in Oxomen. Canonicatus Merc. 2. Mart. 1622. coram* R.P.D. *Merlino.*

8 Extende ſecundò, prædicta quoque procedere, veluti ſi eſſemus in Iudice excommunicato ex eo, quia contra Bullam in Cœna Domini Eccleſiaſtica bona ſequeſtrauerat, quia ſi ille offert debitam ſatisfactionem arbitrio prudentis, poteſt per Bullam abſolui, quamuis pars id fieri renueret, *vt ait idem Henriq. d. c. 28. §. 1. in littera* F.

9 Subextende primò, quòd in caſu diuturnę abſentię, vel longæ diſtantiæ iudicis poteſt adiri Nuntius Apoſtolicus, vbi reperitur pro cõſequenda ſaltem ad tempus abſolutione, & ita in practica ſeruari, *teſtatur Felin. in cap. quamuis, de ſent. excom. Bellug. in ſpeculo Princ. rubr. 19. Nauar. c. 27. n. 46. et melius in ſuo conſ. 17. n. 7. & conſ. 18. nu. 1. de ſent. excom. et in c. cum contingat, de reſcript. num. 4. et 5. et in 3. cauſ. nullit.* vbi etiam docet poſſe adiri Epiſcopum, *iuxta c. eos, de ſentent. excomm. lib. 6.* in hoc eſt viden. *Felin. in cap. paſtoralis, num. 13. de off. deleg.*

10 Subextende ſecundò, quòd Nuntius poteſt ad ſe recurrentes abſoluere quoad vtrumque forum, ſed pro breui tempore cum obligatione adeundi quàmprimum Iudicem excommunicatorem poſtquàm ceſſauerit impedimentum, *vt dicunt DD. ſuperius allegati, et mox citandi, & praeſertim Io. Valer. in verbo Abſolutio, differentia ſecunda, de differen. inter vtrumque forum.*

11 Subextende tertiò, quòd excommunicatus cum ea obligatione poſſit recurrere ad quemcunque alium Presbyterum ad confeſſiones audiendas approbatum, & in vim Bullæ Cruciatę poterit eum ob impedimentum quoad forum interius abſoluere, *vt dicunt Henriq. in præcit. locis, & Palud. in dicta diſtinctione 18. quæſt. 4. caſu 3.*

12 Dummodo tamen ille impotens habeat firmum animum ſatisfaciendi cum poterit, alias ſecus, *vt ait Nauarrus, in cap. 27. num. 272. in fine*, quem ſequitur *Henriq. tit. de indulg. c. 13. §. 2. littera L. & cap. 28. §. 3. Littera A, & Cor-*

duba casu decimooctauo, dubio primo.

13 Quod enim extendè procedere etiam si quis esset ob publicam offensam, & notoriam excommunicatus: quia nihilominus ille posset in foro interiori absolui, cū eo solo proposito restituendi cum poterit, *vt singulariter tradit Nauarr. in dicto cap. 26. num. 7. vers. Nuper autem addimus*, & præsertim in festiuitatibus Natiuitatis, & Resurrectionis Christi, in quibus Rota de stylo solet concedere absolutionem cum reincidentia, etiam non cognita causa, *vt ait Rota per Veral. dec. 2. par. 1. & Mart. in compil. dec. in verbo Absolutio, tomo 1. c. 16.* ✝

✝ *In hac pag. 60. col. 1. post num. 13. lin. 15. sunt addenda hæc verba.*

Et id esse inueterato stylo Rotæ, etiam sine causæ cognitione, *ait Rota per Buratt. in sua decis. 346. num. 1.*

14 Subextende quartò prædicta quoque procedere in confessario delegato, qui licet, vt infiniri volunt, non possit excommunicatum absoluere in vim Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, siuè Iubilei, nisi prius satisfacta parte, per illum ablatiuum absolutum (satisfacta parte) qui solet importare conditionem, & inducere formam ad vnguem seruandam; nihilominus contrarium esse verius concludit *Ioan. Valer. in suo Tractatu de differ. inter vtrumque forum, in verbo Absolutio, differentia 5. in fine.*

15 Et ratio, quæ ad id allegatur per eum, & alios Doctores est, quia, cum illa verba Bullæ sint de iure, & iustitia, & data tātum ad monitionem, non autem ad aliā formam, nisi eam iuris, inducendam, *pro quo facit doctrina Abb. in cap. illud, n. 9. de cler. excomm. administr. & est clem. 1. de off. deleg. et ibi in glo magna*, quam dicit communiter approbatam, *Nauar. in cap. si quando, de rescript. except. 7. pag. 24 & except. 10. pag. 35. Lapus alleg. 15. et 60. Menoch. de arbitr. q. 17. nu. 14. Tiraq. in tract. res inter alios acta, pag. 13. limit. 4. Caualcan. dec. 22. par. prima, Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 8. Couar. in cap. Alma mater, §. 11. num. 7. et Innocen. in cap. prudentiam, de off. deleg.*

16 Vndè sufficeret eo casu, quod absoluendus promittat satisfactionem, quam non potest de præsenti facere, cum primū poterit: quinimmò id quoque procedet, etiam si eam commode facere non potest, & eam commode fieri non dicitur, quando quis non potest satisfacere, nisi vilius notabiliter bona sua vendat. Item potest eam satisfactionem quoque absq. magno damno alterius differre, *vt ait Nauar. in dicto cap. 26. num. 7. et melius, cap. 27. num. 48. et prius in cap. 17. num. 59. §. 4. in fin. et cap. 21. num 32. Henriq. cap. 28. §. 1. de excom. et Ioan. Valer. ibi supra.*

17 Subextende quintò, prædicta quoque per laicum fieri posse, qui in foro conscientiæ extra sacramentum poenitentiæ, & absente sacerdote, vel clerico, potest excommunicatum absoluere in articulo mortis constitutum: secus autem in foro exteriori: quia tunc veluti non potest excommunicare, ita quoque absoluere non valet, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Ioanne Valerio in dicto tractatu de different. inter vtrumque forum, in verbo Absolutio, differ. 13. num. 1.*

18 Quinimmò extende, quòd laicus potest quoque concedere indulgentias cōstituto in articulo mortis, quando alius clericus haberi non possit; & id in vim Bullæ Cruciatę; Et licet *Henriq. in summa, tit. de pænis. lib. 3. cap. 9. §. 4. in tex. et glo.* videatur istud priuilegium ad tonsuratum restringere, nihilominus *Nauar. in tit. de indulg. notabil. 30. num. 9.* testatur contrarium communiter seruari.

19 Declara tamen, quòd quando vnus ab excommunicatione absoluitur in articulo mortis ab alio, quàm ab eo, qui eum absoluere debebat, tenetur postea sanus se superiori pręsentare, siue excommunicatori, quàmcitius commodè poterit; quòd etiam in foro exteriori intelligitur arbitrio boni viri, *iuxta text. in cap. eos qui, de sentent. excom. in 6. et ibi adnotata perscribentes*; sed in foro interiori illius conscientię relinquitur, *vt ait Nauar. in suo Manual cap. 27. num. 113*

20 Subextende sextò, quòd talis in articulo mortis denunciatus excommunicatus, posit non habens copiam confessarij per solam contritionem ab excommunicatione absolui quoad Deum, & forum interius, *cap. à nobis, et ibi Felin. de sent. excom.* vndè talis decedens cum signis contritionis quoad Deum absolutus censetur, *Io. Valer. ibi supra.*

21 Secus verò quoad forum exterius: quia tunc donec absoluatur ab eo, à quo viuus absolui debuisset, nunquàm absolutus censetur, etiam si cum signis contritionis decesserit; & illo casu pro eo publicè

blicè Missæ celebrari non poterunt; Et licet *Hostien. Nauar. & Henriq.* dicant posse pro eo Missam priuatam celebrari, nihilominus contraria est verior, & probabilior, *vt ait Sot. in 4. distinct. 22. q. 1. artic. 1. Petrus de Ledesm. in ead. par. 1. tit. de excom. cap. 6. dub. 2. & Viual. eodem titulo, num. 12. & est notabilis text. in c. à nobis, allegat. à Ioanne Valerio, vt infra*, vbi Papa consultus super hoc, respondit non esse orandum pro eo, donec sit absolutus: quia licet per contritionem sit absolutus à vinculo, quo erat ligatus apud Deum; non tamen est absolutus ab eo, quo erat ligatus quoad Ecclesiam. Et ratio est: quia si talis est exclusus ab Ecclesia, & ligatus quoad eam, quomodo poterit eius ministerr, qui est Sacerdos, & vti talis rem sacram facit, licitè pro eo, etiam si sit contritus, sacrificia offerre? Immò etiam isto casu non poterit in cæmeterio benedicto, & sacro sepeliri: quod tamen secus esset, quando post mortem fuisset absolutus ab eo, qui illum sanum in vita absoluere poterat: quod enim de iure fieri potest, & illud facere opus est, vt in sacro loco sepeliatur, & vt pro eo publicè Deo preces emittantur, quod est menti tenendum, *vt ait Ioan. Valer. differentia 7. in verbo Absolutio, ex sententia Palud. in 4. distinct. 2. quæst. 2. in fine.*

22 Subextende septimò, quòd excommunicatus à iure maiori excommunicationi nulli reseruata à proprio Parocho absolui potest, licet ex communi stylo ad Episcopum recurratur; quod tamen intellige verum, quoad forum exterius. Nam in eo pœnitentiæ sufficit recurrere ad Parochum, vel alium. Immò etiam extra sacramentum pœnitentiæ, potest Confessarius in vim Bullæ Cruciatæ excommunicatum absoluere, *vt dicunt Doctores allegati à D. Ioan. Valer. differentia 10. in verbo Absolutio, & præsertim Nauar. d. c. 27. n. 39. Sot. d. 4. dist. 22. q. 1. art. 3. & Couarr. in cap. Alma mater, par. 1. §. 12. num. 5.*

23 Subextende octauò, quòd etiam Legatus de latere, si ab aliquo grauiter lædatur, potest sedentem quoad forum interius absoluere, & ei iniuriam remittere; at secus quoad illud exterius, *vt ait Ioan. Valer. in præcitato loco, different. 13. in verbo Absolutio.*

24 Sed iterū redeundo ad illā principalē Conclusionem super eo, quòd scilicet ad consequendam absolutionem à Censuris latis in Curia sit parendum iudicato per excommunicatum; Amplia secundò eam in tantum procedere, quòd si non pareatur absolutioni petitæ à Censuris latis ab homine iterum causa cognita reintrusio fieri debeat, *vt ait Rota per Puteum decis. 52. nu. 1. lib. 3.* Et ratio ea est, quia absolutio à censuris datur, vt causa apertius cognoscatur, licet illa semper cum reincidentia detur, *vt dicit Mantic. in decis. 237. Rota decis. 7. & 11. de sent. excommun. in nouit, & Grattan. lib. 5. discept. c. 837. num. 7.*

25 Amplia tertiò, quòd absolutus à censuris non censeatur tamen ab irregularitate dispensatus. Et ratio est: quia irregularitas non est censura, *vt fuit decisum à Rota in Curzolen. Canonicatus Ven. 25. Maii 1601. coram Cordub. quæ est in recen. dec. 43. par. 2.* Licet sit benè verum, quòd Episcopus potest etiam ab illa dispensare; cum ea tamen distinctione si delictum ad forum contentiosum non fuerit deductum, alias secus: quia tunc solus Papa dispensat denunciatum Iudici de eo crimine, nec minus interim, dū de eo disputatur, poterit promoueri, nisi id fit cum licentia Papæ, *vt ait Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 17. num. 8. Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 17. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. num. 10. & est textus in cap. omnipotens, & ibi glos. de accus. & cap. tantis, distinct. 81. Speculat. de dispens. cap. iuxta, vers. Item denunciatus, & vers. Item accusatus, & Grat. lib. 5. discept. c. 837. nu. 14.*

26 Amplia quartò, quòd absolutio à censuris non datur, nisi constito de earū nullitate, seu iniustitia; loquendo tamen de latis in Curia, *veluti fuit decisum in Papien. bonorum lunæ 17. Iun. 1602. coram* R. P. D. *Penia, quæ est apud Marchesan. de commission. p. 1. c. 5. cart. 239.*

27 Amplia quintò, quòd absolutio prædicta à censuris non detur, quando non adest probabile dubium iuris, & facti; At secus si adesset: quia tunc ea conceditur ad cautelam, tàm à latis ab homine, quàm à Iure; quod procedit etiam in illis latis per synodalia statuta

Et ratio est: quia (vt diximus) omnis mulier prægnans semper morbo lethali laborare dicitur, & id est bonum scire ob vacantias, quæ per mortem naturalem hominum oriri solent, *& ita fuit decisum in Romana societatis, Veneris 16. Nouem. 1612. coram Card. Cavalerio, quæ est inter decis. crim. Farinac. dec. 365. & in 2. par. recen. est dec. 436. per tot.*

ARGVMENTVM.

ABSENS QVIS DICATVR, ET quot species absentiarum inueniantur, ac de earum effectibus, tam in fauorem, quàm in illius odium tendentibus.

CONCLVSIO OCTAVA.

1 ABSENS, nota, quòd dicitur pluribus modis in iure, *veluti dicunt DD. & præsertim Mising. in §. rursus inst. de action. n. 4. Gomez ibidem num. 7.*

2 Sed primò animaduertendum est, quòd Doctores intelligunt eum esse absentem, qui non est in Ciuitate, neque intra confinia, *vt est text. in l. absentem, vbi scribentes, ff. de verb. signif. Alciat. verò in l. mulieres, §. abest, eod. tit.* ait, quòd absens dicitur secundum subiectam materiam, & in materia stipulationis ille dicitur absens, qui nō intelligit, *tex. est in l. 1. ff. de ver. oblig.* In materia aūt iudicij ille, qui nō est in loco iudicij, *l. non solum, §. abesse, ff. de lib. caus.* Sed in materia præscriptionis, qui non est in prouincia, *l. vlt. C. de præscr. x. vel xx. annorum.*

3 Amplia, quòd absens etiam dicatur arbitrio iudicis, *l. ab hostibus, §. sed quòd simpliciter, l. abesse, ff. ex quib. caus. maior. Odd. de restit. in integr. q. 1. q. 5. art. 6.*

4 Et quis dicatur absens, vel præsens, & quotuplex sit absentia, *tradit Card. Tusch. in hoc verbo Absentia, concl. 33. 34. et 35.*

5 Alij verò dicunt, quòd quinque sunt species absentiarū, *ad notat. in gl. in l. vlt. ff. de rest. in integ. & ibi Bar. n. 3.* & prima necessaria, & probabilis militum. Secunda necessaria improbabilis relegatorū. Tertia voluntaria, sed laudabilis scholarium. Quarta voluntaria sine contumacia mercatorum. Quinta voluntaria cum dolo & affectatione contumacium.

6 Licet rectius à Baldo diuidatur absentia *in l. vlt. C. de præscr. x. vel xx. annor.* & est, vel ordinaria, quæ datur in illis, qui alibi domicilium habent, & ordinariè ab hac Ciuitate absunt, vel extraordinaria, quæ contingit in habentibus domicilium hic, qui incipiunt abesse, & tunc diuiditur: quia aut est necessaria, aut voluntaria, & iterum vtraque species subdiuiditur; quia, vel est laudabilis, vel vituperabilis, seu neutra, ita vt sint sex casus pertinentes, *ad tex. in d. §. rursus instit. de action.*

7 Absentia igitur necessaria laudabilis ea est, quæ datur in milite, vel in legato, vel in eo, qui mittitur ad extirpandos facinorosos homines; & hæc est iusta causa restitutionis in integrum, veluti si durante huiusmodi absentia, vsucapio fuerit completa, *l. milites, l. si qua militi, l. sed si, §. vlt. & l. qui mittuntur, ff. ex quib. caus. maior. & ibi Doctores.*

8 Absentia necessaria vituperabilis, qualis datur in relegato, & ea nō est iusta causa restitutionis in integrum, *l. item ei, ff. eo. tit.* quia non est conueniens, quòd quis ex sua improbitate ius consequatur, *veluti fuit decisum à Rota in Romana computorum Ven. 13. Maij 1594. coram Arigonio.* Quid verò sit dicendum de bannito, excoicato, & similibus, *vide Odd. de restit. in integr. p. 1. q. 7. art. 14.* & propterea nota, quòd absentia post delictum emanata absentem releuare non potest, quia in fraudem facta censetur, *vt ait Franc. Marc. decis. 626. num. 2. par. 2.*

9 Absentia necessaria neutralis, idest nec laudabilis, nec vituperabilis, qualis est in eo, qui detinetur à latronibus, vel abest causa litis, Nota, quòd est iusta causa, vt succurratur absenti contra vsucapionem in sui absentia cōpletā, *l. vsucapionē, l. eadē causa, & l. si per Prætorem, §. vlt. ff. eod. tit.*

10 Absentia voluntaria laudabilis, qualis est in scholare absente causa studij, est iusta causa, vt ei succurratur, *l. necnon, ff. eod. tit.* & ista absentia præsentia Dei repletur, *vt ait Franc. Marc. dec. 144. p. 2.*

11 Quod procedit etiam si in Patria sua adesset Gymnasium sufficiens, *Odd. vbi supra in dicta quæstione septima, artic. 14.* Et propterea videmus, quòd ad fauorem Scholaris ille absens non dicitur, quando causa studiorum alibi commoratur, *vt fuit*

fuit decisum à Rota in Vrbeuetana educationis luna 20. Martii 1628. coram R. P. D. *Vbaldo.*

12 Absentia voluntaria vituperabilis, qualis contingit in eo, qui abest causa otij, vel voluptatis, non est iusta causa, vt succurratur, *l. non verè, & l. non vi ff. eodem titulo.*

13 Absentia voluntaria neutra: idest nec laudabilis, nec vituperabilis, qualis est ea quæ contingit in Mercatore, quæ non videtur esse iusta causa restitutionis in integrũ. *iuxta text. in d. l. sed etsi per Pratorem ff. eod. tit.*

14 Sed animaduertas tamen, quòd in Mercatore est communis opinio, vt illi sit succurrendum, *Alb. in d. l. sed etsi,* & ratio est, quia mercatura est vtilis Reipublicæ, vt ex ea facilius sustineatur inter homines cõmerciũ; Nã videmus, quòd vna Ciuitas præstat illud, quod alteri deest, iuxta dictũ illud (India mittit ebur, molles sua thura Sabei) & quæ sequuntur.

15 Et quòd præsertim absentes causa studiorũ, seu militię pro pręsẽtibus habeãtur & gaudeãt cõmodo, & priuilegiis pręsentiũ, *ait Menoch. in cons. 182. nu. 8. & 9.* Et ideò si est imposita pœna nõ cõmorãti in certo loco, tũc nõ comprehẽditur absens causa studij, vel militię, *vt ait d. Menoch. ibid. Afflict. dec. 284. nu. 37.* vbi loquitur etiã de absentia voti adimplẽdi causa, & *Rota in d. Vrbeuet. educat. Luna 20. Martii 1628. coram R. P. D. Vbaldo.*

16 Extende prędicta procedere etiã in eo qui abesset causa pestis, & ob aeris intẽperiẽ; nec nõ ob capitales inimicitias, & infirmitatem, *vt ait Franc. Marc. dec. 883. n. 3, & 4. p. 2.* Declara tñ, quòd ad hoc vt absentia iuuet, est necesse illius causas probare; alias nõ sufficiet absentiã per se solã allegare, *vt ait d. Franc. Marc. dec. 626. nu. 3. p. 2. & in dec. 144.* ait, quòd absentia iusta partis Dei pręsentia repletur, *idem ait Gail. in dec. 109. p. 1. Cam. Imper. & Marta in sua cõpilat. dec. tom. 1. in verbo Citatio cap. 128. propè princip.*

17 Ampliã id, quod fuit dictũ de scholare & milite idẽ quoque procedere in Clerico absente à seruitio suę Ecclesię ex iusta, & laudabili causa, veluti pro defensione Iuriũ Ecclesię; quia tũc ei fructus, & distributiones debẽtur, *vt fuit decisũ à Rota in vna Asten. fructuũ 15. Martii 1613. coram* R. P. D. *Manzanedo, quæ est inter recent. dec. 467. par. 1.*

18 Declara tñ, quòd ad hoc vt legitimè percipiat fructus, & distributiones, non est sufficiens iusta causa, nisi quoque cõcurrat licentia Episcopi, *vt fuit dictũ in Cartaginen. fructuum Luna 2. Aprilis 1612. coram* R. P. D. *Pirouano, quæ est inter recent. dec. 401. par. 1.*

19 Immò nec isto casu sufficeret licentia Capituli, & ratio est, quia Capitulũ huiusmodi licentiã cõcedere nõ potest; & propterea videmus ẽt, quòd Episcopus distributiones nõ lucratur si cũ licẽtia Capituli nõ resideret, *vt ait Rota dec. 61. nu. 2. p. 1. in recent. & fuit decisũ in Calaguritana fructuũ, & distributionum Luna 26. Maii 1614. corã Vbaldo, quæ est inter recent. dec. 608. nu. 4. d. p. 1.* veluti etiam nec sufficeret si Clericus abesset à seruitio Ecclesię, etiam petita licentia: sed ea non obtenta, *veluti ait Rota in dicta dec. 608. num. 6. in recent.*

20 Contrarium tamen *dicam inferius in vers. sed non esset &c.* vbi habetur, quòd Episcopi licentia non sufficit pro percipiendis distributionibus & ibi concordantias inuenies.

21 Limita tñ dictã ampliationẽ nõ procedere in Clerico absente à seruitio suę Ecclesię propter litẽ, quę per procuratorem tractari posset, *Boer. dec. 43. & Rota in vna Forolivien. fideicommiss. 21. Aprilis 1587. coram* R. P. D. *Lauretano,* veluti dicitur etiã quãdo abesset pro particulari interesse sui beneficij: quia tunc ei fructus & distributiones non debentur, *Rota ibi supra coram Manzanedo, nu. 2. & est dec. Card. Seraph. 426. 662. et 1131.*

22 Vnde erit notandum, quòd lis nunquàm dicitur causa legitima absentiæ ad prædictum effectum lucrandi fructus ea durante, nisi in tribus casibus; & primo, si lis verteretur super iuribus ipsius beneficiari, *vt ait Sayr. decisione 17. de Clericis non resid.* Secundò, si causa sit criminalis, & talem criminalitatem contineat, ob quam Clericus residere prohibeatur, *vt ait Rota in collect. Farinac. decisione 168. & Riccius in sua collectanea 1233. parte quarta.* Et propterea hinc infertur, quòd legitimam causam non residendi præbet monitorium ab Auditore Cameræ emanatum ad personaliter

comparendum in Curia, nisi tamen illud emanasset ob culpam Clerici, *vt fuit decisum in vna Calaguritana fructuum 1. Iun. 1587. coram Card. Platto*. Tertiò, nisi lis haberetur cum Capitulo, veluti quia denegaret dare fructus Canonico, alias secus, *vt fuit dictum in Cartaginen. fructuum, Luna 29. Maii 1595. coram Seraph. quæ est in eius impresi. dec. 1131. n. 7*

23 Extende huiusmodi limitationem procedere etiam si Clericus abesset non tantum pro tractandis proprijs negotijs: sed etiã principaliter pro illis Ecclesiæ; quia ex quo potius præsumeretur tractare proprium negotium, idcircò fructus, & distributiones non perciperet, *vt fuit decisum in Valentin emolumentorum 27. Nou. 1579. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresi. dec 426. n. 2.* veluti nec etiam lucraretur fructus illos, qui loco præbendæ debentur, *vt ait Rota in Vallis Oletana residentiæ 24. Nou. 1603. coram Cardin. Lancellotto*, quod enim procedit non obstante aliqua excusatione, quia nulla in huiusmodi materia admittitur excusatio, *vt fuit dictum in Burgen. residentiæ 4. Iun. 1586. coram Platto.*

24 Declara tamen, quòd distributiones Clerici absentis accrescunt alijs de Capitulo, & beneficiatis interessentibus, *veluti fuit decisum à Rota in Gerunden. distributionum Luna 16. Februar. 1604. coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in recent. dec. 107. num. 1. par. 1. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 283. num. 19.* vbi ait, quòd priuilegium absenti concessum causa studij distributiones quotidianas non comprehendit; quod enim procedit, etiã si illud priuilegium fuisset obtentum à Papa, *cap. licet, de prabend. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 15. num. 2.* & ita sæpius resoluit *Congregatio Concil. vt testatur idem Gratian. ibi supra in sess. 21. cap. 3. §. cæterum, de reformat.* & de hoc mox clarius distinguam ex declarationibus dicti sacri Concilij.

25 Sed quatenus dicta licentia concederetur super absentia causa studij cum perceptione fructuum, & distributionum, aut à Signatura, siue à Pœnitentiaria, aut etiã per Sedem Apostolicam, nihilominus ea non valeret, nisi consensus Ordinarij loci, in quo huiusmodi beneficia existunt, expressè concurrat, & id ad tollendam omnem circumuentionem, quæ in huiusmodi dispensationibus oriri posset; & propterea hinc fit, quòd licentia Ordinarij, vti de qualitatibus Clericorum informati, sit omninò necessaria, *vt habetur in Constitutione Pii Quarti in Bullario num. 113. fol. 832. par. 1* quæ sequitur dispositionem sacri Concilij Tridentini *sess. 23. de reformat. nu. 1. & Gratian. dicto cap. 283. num. 12. & Rota decis. 401. par. prima in recent.*

26 Et huiusmodi occasione erit notanda differentia inter licentiam datam à Papa, & illam datã ab Episcopo Clerico ad studium per septennium se conferenti, Nàm in primo casu Clericus se absentans ab Ecclesijs etiam Curatis, non tenetur intra illud tempus septennij ad sacerdotium promoueri; secus verò in secundo casu, quia tunc si scholasticus ad Canonicatum, siue ad aliam dignitatem, siue curã erit promotus, tunc intra annum saltem ad subdiaconatum promoueri debet, cui tamen habilitati facilè indulgendũ erit, quia studium in Clerico est labor spiritualis, & fit vt melius Ecclesiæ inseruire possit, *Rolan. cons. 47. nn. 80. lib. 1. et Rebuff. in prax. tit. de dispensat. de non promouendo*,

27 Supradictam tamen declarationem limita non esse veram si Capitulum esset in culpa, & præstaret impedimentum, & causam non residentiæ, quia tunc dictæ distributiones non accrescerent Capitulo, *veluti fuit decisum in dicta Cartaginen. fructuum num. 3.* & quando Capitulum sit in huiusmodi culpa, docet *Rota ibidem num. 4. quæ est in recent. dec. 401. par. 1. vide Gratian. lib. 3. discept. cap. 591. num. 42.*

28 Extende primò id quoq. procedere si Clericus à seruitio Ecclesiæ abesset ob litem, quam cum Capitulo habet sibi à dicto Capitulo indebitè motam; quia tunc lucratur fructus, & distributiones, *vt ait Rota dicta decis. 608. num. 2. par. 1. in recent. & facit quoque decisio Card. Seraph. 1131. num. 7.* vbi ait, quòd propter absentiam coactam ad litem prosequendam quis fructibus beneficij non priuatur.

29 Extende 2. loco prædicta eò facilius procedere, quando absentia esset pro seruitio Papæ: quia tunc ea diceretur iusta, & ra-

& rationabilis causa absentiæ, *vt ait Afflict. dec.289.nu.35.*

30 Nec propterea talis absens erit vnquã in expensis condemnandus, *vt ait Rota dec.28.de appell. in antiq.*

31 Contrarium licet dicat Franc.Marc.*in sua dec.*144.*par.*2. subdens id procedere siue foueat absens & obtineat ius in principali, siue succumbat, *et idem dec.* 143. *num.*18. *d.par.*2.

32 Sed ego concordarem, quòd prima opinio procedat in materia distributionũ, quando absentia Clerici esset rationabilis. Secunda verò, quando essemus in absente malitiosè, & sic quãdo illius absentia esset voluntaria, & non excusabilis, vt quia ille de iure esset obligatus residere *ex superius deductis*. Et ratio primæ opinionis ea est; quia absentia partis tunc Dei præsentia repletur, *vt ait idem Franc. Marc. dictis decis.* 144. *par.* 2. *num.* 1.

33 Extende tertiò, idem procedere in Clerico à seruitio suæ Ecclesiæ absente, & in Vrbe ex permissione Vicegerentis tollerato, quia tunc licentia dicti Vicegerentis nedum suffragaretur, ne ipse Clericus in pœnas in suis edictis promulgatas contra non residentes incideret; sed forsan dicta licentia sufficeret etiam pro lucrandis fructibus, quos absentes aliquando præcipere solent, *vt fuit dictum in Lucerina fructuum* 7. *Februarii* 1590. *coram Card. Seraph. qua est dec. in eius impress.* 910. *num.* 4. *& est decis.*608. *num.* 5. *par.* 1. *in recent.*

34 Licet tamen non esset dicta licẽtia sufficiens pro percipiendis distributionibus: quę non nisi verè interessentibus cõcedi solẽt, *iuxta Conc.Trid.sess.*24.*cap.*12.*§.distributiones de reform.et ita ait Rota in d. dec.* 608. *num.* 5. *in recent.*

35 Et propterea valdè differt iste terminus, quòd scilicet Clericus habeatur pro præsente, & interessente: etiam quòd absit, quia quando habetur pro presente, tũc fructus lucratur, sed nõ distributiones, nisi intersit cum effectu; quia ille verè interessentibus concedi solẽt, *veluti fuit decisum in dicta Gerunden. distributionum, quæ est in recent.*107.*par.*2.*num.*2.

36 Cõcorda tu igitur, quòd prima opinio procedat quoad distributiones quotidianas certas, quę debẽtur absẽti de licẽtia Papę, vel causa studiorũ. Secũda verò opinio procedit in illis distributionibus incertis: quia illę tãtũ inter eos diuidi solẽt qui quotidie statis horis intersunt & inseruiunt, *veluti fuit ita declaratum à Sacra Congregat. Concilii in sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.car.* 511. *in §. illi qui, & ibi adest resolutio DD. & prius in sess.*21. *cap.* 3. *car.* 357.

37 Rursus concorda, vt prima opinio procedat in absente à Diuinis officijs ob aliquam necessitatem, vel euidentem vtilitatem Ecclesiæ, veluti in senio confectis, vel causa studiorum (vt superius dixi) cum licentia obtenta, quæ duret tantum ad quinque annos: Item in eo, qui inseruiret curæ animarum alteri Ecclesiæ imminenti, dummodo tamen sit in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ ad ipsam curam pertinẽt. Secunda verò opinio procedit in eo, qui à loco beneficij tempore pestis abesset; quia iste tũc fructus præcipuos, & principales percipit; non tamen quotidianas distributiones habet, nisi consuetudine obtentũ esset eas absenti ex iusta causa, vel ob vtilitatem Ecclesiæ dari; quæ enim secunda opinio multò magis procedit in absentibus per annum, qui nedum distributionibus dicuntur priuati, sed etiã medietate fructuum deberent priuari, & si forsan perseuerent abesse, beneficijs erunt priuandi, *vt fuit declaratum à sacr.Congreg. Concil. in sess.*24.*c.*12.*car.*511.512.523. *&* 524. & ibi adsunt resolutiones DD. hanc opinionem tenentium.

38 Declarando insuper, quòd Clerico impedito, tunc demum fructus debentur, quotiescumque dicto impedimento cessante cõsueuerit residere; secus autẽ si residere non consueuerit, quia tunc etiam dicto impedimento durante fructus non lucratur, *vt ait Medices in sua dec.*28. *& Rota in d.Calaguritana fructuum coram Card. Platto,* quod procedit etiam si abesset pro seruitio Episcopi: retenta tamen ea declaratione, quando scilicet Clericus residere non erat solitus, *vt ait Rota per Cardinalem Seraph.in dec.*426.*& ibi corã Platto.* Vndè in his terminis quando quis ob eius absentiam non possit illius innocentiam probare, tunc optima erit cautela pro absente si faciet protestari, quòd si ipse nõ fuisset impeditus cõparuisset, &

✠ *In hac pag. 54. col. 1. linea 1. post verba* fecisset, *hac verba sunt addenda.*

Et in hac omnia vide *Burat. in sua decis. 694.* vbi multa ait in hac materia, & in additionib. duo ponuntur casus, in quibus prædicta protestatio non est necessaria, & Primò, quando agitur contra Capitulum, quod iniustè denegauit possessionem tradere. Secundò, vbi agitur contra illum, qui per violentiam impedinit prouisum ne caperet possessionem, veluti quoque fuit decisum à *Rota in decisionib. sub num. seq. alleg.*

sic suas defensiones fecisset ✠ sed est benè verum, quòd vbi essemus in contumace, tunc pro eo excusator, qui suum impedimentum alleget, non erit audiendus, nisi promittat de eum repræsentando in certo termino, secus autē in absente absque propria culpa, quia tunc excusator pro eo admittendus veniret, *iuxta tradita per Afflict. in sua decis. 29. nu. 1. et seq.* alias regulariter contumax ob delictum, per quod pœna corporis afflictiua infligatur, extra carceres non est audiendus, nisi ex commissione Principis, siue Papæ alitèr fuerit ordinatum, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 972. num. 22.* & propterea videmus, quòd ille dicitur verè contumax, qui non comparuit, & docuit de aliquo legitimo impedimento, si tamen prius præcesserint citationes, & monitorium, in quo cominatio fuisset apposita de comparendo, alias secus, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 290. num. 8.* Item secus esset in eo, qui non arctaretur ad comparendū, & qui pro contumace nunquam haberi potest, *idem Seraphin. dec. 957.* & forma monitorij talis esse debet, nempè quòd quis personaliter citètur quatenus commodè haberi possit, sin minus debet fieri diligentia à cursoribus per ciuitatem, in qua habitare soleat de illum inueniendo, necnon per loca publica, & eo non reperto, debet citari ad valuas eius habitationis, siue Ecclesiæ parrochialis, alias si prędicta forma in eo citando non erit præcisè in omnibus, sed solum in parte seruata, veluti si Nuncius diceret solum eum domi citasse dimissa copia, tunc omnia corruerent, & sic reus absoluendus veniret, *vt optimè fuit resolutum à Rota in vna Veneta donationis lunæ 11. Maij 1615. coram R.P.D. Buratto.* Licet sit verum, quòd contumacia per comparitionem infra annum, iuxta formam motus proprij Pij Quinti, omnes illius effectus euanescere facit, *vt ait Card. Seraph. dec. 354. num. 8. et 13. et dec. 965. num. 7.* & propterea videmus etiam, quòd nunquam deuenitur ad executionem sententię priuationis bonorum in contumaciam, nisi elapso anno, quia contumacia non probat verè delictum, etiam si adesset statutum; quòd scilicet contumax habeatur pro confesso, & ob id de iure communi, quis nō potest ob contumaciam suis bonis priuari, & si forsan de stylo, vel consuetudine, siue statutorum dispositione contrarium seruaretur, tunc talis probatio ex contumacia resultans diceretur priuilegiata; & propterea sententia illius vigore lata, nunquam transit in rem iudicatam, *vt ait idem Card. Seraph. decis. 254. num. 10. & dec. 354. num. 14.* & in hoc vide etiam nouissimè *Bonacinam in sua summa tomo 2. disput. 2. quæst. 5. puncto 2. num. 8.*

39 Sed redeundo ad id, quod dicebamus in materia perceptionis fructuum per canonicos absentes, extende quòd nedum fructus prædicti, verum etiam quotidianæ distributiones ab eis percipiuntur, qui aut aliqua vi detinentur, aut accedere ad Ecclesiam prohiberentur, siue si à ciuitate exulent, vel ob partialitates in Ecclesia morari non audeant, vt sunt exitij, vel similes, qui ob metum impediuntur accedere ad Chorum, quem antea frequentare solebant; Quod tamen intellige verum, quando impedimenta absque culpa beneficiati contingunt, vt est de suspenso, vel excommunicato iniustè, & de expulso sine sua culpa. Item de carcerato ob homicidium, & torturam passo, sed postea absoluto, & de similibus. Et ratio est; quia impeditus facto iudicis, non dicitur morosus: & propterea *Afflict. in dec. 302. num. 1. ait*, quòd possessio habetur pro capta ad fauorem iniustè impediti. Eodemque modo dicitur de intruso dante impedimentum executioni literarum Apostolicarum de capienda possessione ad fauorem prouisi Apostolici, qui tenetur ad distributiones quotidianas, quamuis nulla super impedimento adsit protestatio, cum sufficiat de eo legitimè constare, *vt ait Caputaquen. in decis. 73. par. 2. & Rota in Placentina fructuum 5. Maij 1584. coram R.P.D. Orano, & in Compostellana liquidationis fructuum 28. Iunij 1591. coram Card. Blanchetto, Put. decis. 385. num. 5. lib. 1. & Rota in Phanen. distributionum 16. Ianuar. 1577. coram eod. Card. Blanchetto, & in alia Firmana distributionum 26. Ian. 1598. coram Card. Mellino, & prius in Maceraten. Canonicatus 2. Maij 1594. coram eodem, & Coccin. decis. 21. num. 3 & seq.*

& seq. in quibus præcipuè concluditur, quòd expulsus à Capitulo, & carceratus debet habere distributiones quotidianas à die expulsionis, & carcerationis, etiam quòd non inseruierit, dummodo tamen fuerit probatum illum esse solitum inseruire; quia tunc Capitulum indebitè Clericum residere impediens, non debet illius distributiones lucrari, *vt fuit dictum in Salamantina censurarum* 1. *Iun.* 1594. *coram R.P.D. Corduba. Put. dec.* 383. *nu.* 7. *lib.* 1. Et in hac materia videndus est nouissimè Bonacin. *in sua summa tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 2. *nu.* 8. & ibi multos allegat, & præsertim *Azor. par.* 2. *instit. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 10. *& ibi multa dicit Cardinalis Seraphinus in sua decis.* 1098. *num.* 6. & quando impedimentum sit iustum, vel iniustum, arbitrio Iudicis erit remittendum, *vt dicunt Doctores allegati à Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 591. *num.* 48. vbi concludit, quòd omnis absentia, dummodo non sit voluntaria, sed causata ab infirmitate, siue ab alio facto simili, non residentem excusat. Et sic igitur impedimentum allegãs duo ostendere tenetur, scilicet illud impedimentum allegatum, & se tantum fecisse, quòd si illud impedimentum non fuisset, vtique eius officium adimpleuisset, *vt pulchrè ait Afflict. in dicta sua decis.* 29. *num.* 1.†

40 Sed in omnem euentum quando tractaretur de condemnando absentem; tũc nota, quòd saltem per edictum citari debet, siue per audientiam cõtradictarum; licet secus esset si ageretur de aliquo excommunicando; quia tunc citatio tali modo facta non sufficeret; sed benè posset illius procurator excommunicari si compareret, *Rota decis.* 28. *de appellat. in antiq. & ita fuit decisum in Tullen. parrochialis Mercur.* 28. *Maii* 1614. *coram* R.P.D. *Coccino, quæ est inter recent. decis.* 609. *num.* 2. *par.* 1.

41 Sed quòd tunc trina citatio sit necessaria, & quòd vna tantum peremptoria non sufficiat *multi dicunt, quos allegat Afflict. in decis.* 289. *num.* 6. quando tamen Canonicus nescitur vbi sit; secus autem si sciatur vbi Canonicus inueniatur, licet postea, *sub num.* 7. dicat, quòd vnica citatio peremptoria pro omnibus sufficiat.

42 Sed hic nota, quòd diuturna perseueratio in enormibus delictis à Clerico patratis, idem operatur, quod trina monitio à Canonibus requisita, *vt ait Franchus dec.* 463. *num.* 8.

43 Extende id, quod fuit dictum de modo procedendi per Episcopum contra clericos, siue Canonicos absentes, procedere etiam in Papa contra Cardinales, qui ob longam eorum absentiam sacro Concistorio non assistunt, *vt ait idem Affl. ibi supra num.* 1. *& seq.* vbi quoque dat modum non solum Pontifici procedendi contra eos; sed etiam ipsis Cardinalibus, vt ob eorum absentiam illi excusandi veniant, *vt ait ibi Vrsill. omninò videndus.*

44 Declara tu tamen, quòd Clericus ob non residentiam beneficio priuari non potest, nisi per sex menses fuerit expectatus, *vt ait* Rota *ibidem coram Coccino.*

Immò nota, quòd si decursum sit tẽpus propter distantiam loci ad adeundã residentiam, illud non computatur pro absentia, *vt ait Card. Seraphin. in decis.* 1015. *num.* 3. & quòd immò interdum quinque anni requirantur, *ait Francisc. Marc. decis.* 883. *num.* 2. *par.* 2. & præsertim si concurreret iusta causa absentiæ, veluti pestis, infirmitatis, aut capitalis inimicitiæ, ob quas illuc redire non auderet; quia tunc sufficeret inseruire per Vicarium expensis beneficij, vt concludit *idem* Franc. *Marc. dicta dec.* 883 *num.* 3. *& seqq.* Sed quòd in casu priuationis beneficij debeat priuandus personaliter citari, *ait Rota decis* 35. *alias* 420 *num.* 8. *de procurat. in nou. &* Francisc. *Marc. dec.* 782. *nu.* 4. *par.* 2. Quod tamen ego puto verum quando facile illius copia haberi posset, alias secus, & præsertim quando essemus in absente, & propria culpa condemnato, quia stante illa opinione, quòd priuandus deberet personaliter citari, sequeretur quòd cum condemnatus abesset, & sic personaliter non posset citari, nunquam priuari posset, & sic fieret, quòd illius culpa, & dolus sibi patrocinaretur, quod esse non potest; quia delictum nemini immunitatẽ præstat; & sic ego teneo, quòd quando ageretur de priuando condẽnato propria culpa sufficiat citatio per edictum,

aut

aut per audientiam contradictarum, & in domo solitæ habitationis, *vt ait Rota per Burat. in sua decis. 109. num. 5. & Rota dec. 609. n. 2. p. 1. recent.* Immò quòd quis possit haberi pro vero contumace ad effectum citandi personaliter si ob non tutum accessum fuerit tantummodo citatus domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiæ, *ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 1296. num. 4.* Sed si forsan ageretur de priuando absente voluntariè, & alia iusta causa, & esset lapsum tempus, intra quod esset expectandus, itaut eius non residentia esset (verbi gratia) notoria per spaciū decennij, *iuxta text. in c. ex parte il primo de Cleric. non resident.* tunc nulla alia expectatio esset necessaria, quando tamen mandatum de priuando processisset à Papa, quia illi licet tali casu præsumere absentem habuisse beneficium, siue dignitatem pro derelicta; quod tamen præsumere inferioribus non liceret; & propterea illi tenentur seruare formam, *capit. ex tua de Cleric. non resident. vt pulchre distinguēdo ait Rota in dicta decis. 609. num. 4. par. 1. in recentior.*

45 Preterea quòd absentes legitimè nōnisi in tribus casibus sint vocandi, & primò, in electionibus. Secundò, in receptione Canonicorum. Tertiò, in cessatione à Diuinis propter arduitatem negotij, *ait Fran. Marc. dec. 1032. n. 4. p. 1.* vbi prætera ait istos, aut per nuntium, aut per epistolam esse vocandos; sed si non valdè distarent per sonum campanę vocari debent, *idem in dicta decis. 1032. & 1335.* licet *Panormitanus* extendat illos tres casus ad alios arduos, qui per absentes explicari nō possunt, vt casus friuoli. Immò licet etiam quòd simus in casibus arduis, tñ possūt, vel nō possūt absentes valdè et remoti vocari, vel non, iuxta consuetudinem loci, relinquendo arbitrio Iudicis, quando dicantur remoti, siue non; & in omnem euentum dies faciendæ electionis est assignanda, *vt ait idem Francisc. Marc. dicta decis 1032. num. 1. cum seqq.* & ibi docet, quomodo electio fieri legitimè possit, & quando secus.

46 Vltimò nota, quòd quando agitur de pręsumenda absentia, tunc onus probandi eam allegãti incumbit, *veluti fuit decisum in vna Romana domus 1. Februar. 1591. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 932. num. 11.* veluti quoque dicendum erit, si tractaretur de præsentia probanda, quæ pari passu ambulat cum absentia; Nam quælibet earū quando est fundamentū intentionis alicuius, ab eo est probanda, *Put. dec. 385. lib. 3. & Rota in vna Imolen. Saluiani interdicti lunæ 27. Iun. 1594. coram Cardin. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 291. num. 4.*

47 Fallit tamen si essemus inter eos, qui sunt eiusdem Ciuitatis, & loci; quia tunc præsentia præsumitur, *veluti colligitur ex l. vlt. C. de præscript. long. tempor. & ita apertè sensit Bart. in l. is potest, num. 17. de acquir. heredit. & Bald. in l. emptor num. 2. & 3. & ibi sequitur Angel. num. 2. vers. sed pone, de præscript. long. temp.* veluti id falleret etiam in eo, qui tenetur esse præsens; & præsens ille non dicitur, qui non est in loco vbi petitur, *vt ait Lotertus de re beneficiaria lib. 2. quæst. 40. num. 75. & 95.*

48 Et in omnem euentum nota, quòd si quis abest laudabili, ac necessaria occasione, tunc eum à quocumque defendi publicæ vtilitatis est, & quilibet pro illo verba faciens audiri debet, *vt ait Rota decis. 24. num. 3. & decis. 35. num. 2. de procurat. in nou. Immò in decis. 13. de dolo, & contum. ait,* quòd præsentia Diuina Dei vnius absentiam replet, Idem quoque *ait Franc. Marc. in decis. 144. par. 2. num. 1.* vbi ait absentia partis Dei præsentia repletur, & pręcipuè talis absentia excusat a caducitate, & mora, *vt fuit decisum in Romana Deuolutionis Domus Veneris 25. Iunii 1621. coram R. P. D. Manzanedo, & prius in Maceraten. Caducitatis Luna 3. Iunii 1619. coram R. P. D. Vbaldo.*

ARGVMENTVM.

ABSENTI PER QVAS PERSONAS acquiratur, & quando.

CONCLVSIO NONA.

1 ABSENTI nota, quòd potest fieri donatio notario eius nomine stipulante, *veluti dixi in verbo Notarii stipulatio, & veluti fuit decisum à Rota in Vrbeuetana Heredi-*

Hereditatis 15. *Iunii* 1580. *coram Eminentiss. Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 472. & *in alia* Rauennaten, *Donationis* 29. *Aprilis* 1596. *num.* 10. *coram eodem, quæ est in eius impress. decis.* 1184. & *multa dixi in verbo Actio concl.* 34. *per totam*.

2 Amplia id in tantum esse verum, quòd nedum absenti, verum etiam omnibus alijs, quorum interest ius acquiratur stipulatione Notarij interueniente, *veluti fuit decisum in Romana fructuum dotis, Lunæ* 10. *Mart.* 1603. *coram Card. Ludouisio postea Greg XV. quæ est in eius impress. dec.* 97. *num.* 3.

3 Et ratio est: quia cum hodie in instrumentis apponatur clausula Cameralis, quæ habet in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest, Ideò nimirum si ex stipulatione Notarij ius omnibus acquiratur, *vt habetur in addit. ad d. dec.* 97. *num.* 6.

4 Subamplia multò magis procedere iuramento accedente, quod enim iuramentum de sui natura operatur, vt actio sine cessione comperat, Roman. *Iason. & alij allegati in dicta decisione* 97. *num.* 4. & 5.

5 Extende idem procedere, quando instrumentum esset guarantigiatum, vel obligationem Cameralem contineret, *vt ait Rota ibidem num.* 9. & vt de magis cōmuni *testatur Gabr. de verbor. oblig. conclus.* 1. *nu.* 98. *vers. Contrarium, et Hondod. consil.* 25. *lib.* 2. & *Grattan. lib.* 3. *discept. c.* 455. *num.* 18.

6 Limita tamen prędicta esse vera, dummodo subsequatur acceptatio, & ratificatio absentis, *veluti dicunt infiniti Doctores allegati hinc inde in Romana fideiussionis Nauara coram* R. P. D. *Robusterio, quæ est inter impress. apud Zacchiam de oblig. camer. decis.* 123. licet Rota *ibidem apud eundem Zacchiam in dec.* 124 *num.* 10. dicat quòd acceptatio re non integra fieri nequeat.

7 Sed reuera hanc distinctionem sequitur Rota, nempè aut agitur ad effectum, vt sit acquisitum ius, seu Dominium absenti, & tunc est necessaria acceptatio absentis.

8 Aut verò agitur ad effectum, vt non possit ante ratificationem absentis ille, qui se obligauit amplius poenitere, & tunc acceptatio non requiritur, *veluti fuit ita decisum cum hac distinctione à Rota in decis.* 683. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* & *in decis.* 369. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. et ibid. in decis.* 488. *sub num.* 6. & benè etiam declarat *Surd. cons.* 60. *sub num.* 16. *Rota decis.* 247. *inter crim. Farinac. nu.* 6.

9 Et licet in huiusmodi distinctione pro concordia allegentur duę decisiones, quę inuicem videntur se contrariate, *et prima est decisio* 262. *num.* 5. *par.* 1. *in recent.* vbi deciditur esse magis communem opinionem, vt per stipulationem Notarij acquiratur ius absenti etiam sine ratificatione. Contrarium verò tenet *decis.* 12. *sub num.* 3. *in eadem* 1. *par. in recent.* sed melius alijs tradit distinguendo quinque modis in huiusmodi articulo *Azor. in* 3. *par. instit. moral. cap.* 15. *lib.* 11. *fol.* 928. *in lit.* C. *omninò viden.*

10 Nihilominus videtur satis sufficiens ea ratificatio, & acceptatio, quæ deducitur ex sola scientia absentis absque alio actu positiuo, *vt ait Gabr. conclus. prima, de verbor. signif. num.* 102. *Gonzal. super reg.* 8. *glos.* 26. *nu.* 25. *Rota dicta dec.* 663. *nu.* 2. *par.* 1. *diuers. et in recent. dec.* 262. *nu.* 6 *par.* 1. *et fuit decisum in Nepesina vsusfructus* 3. *Dec.* 1607. *coram Card. Caualerio, et latè in* Romana *donationis* 21. *Aprilis* 1614. *coram* R. P. D. *Vbaldo, et apud Zacch. dec.* 124. *num.* 1.

11 Quæ enim scientia absentis semper præsumitur quando sumus in his, quæ afferunt commodum, *vt ait Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 84. & in ijsdem terminis ait *Rota in dicta dec.* 262. *nu.* 6. Vel saltem solis præsumptionibus, & cōiecturis huiusmodi scientia probatur, *veluti in istis terminis latè fuit deductum à* Rota *in dicta* Romana *do tis* 21. *Aprilis* 1614. *coram* R. P. D. *Vbaldo*.

12 Contrarium, nempè quòd ex absentia præsumatur ignorantia, *fuit decisum à Rota in Valentina prætensæ illegitimitatis Ven.* 26. *Mart.* 1612. *coram* R. P. D. *Pamphilio, quæ est inter crim. Farinac. dec.* 354. *num.* 5.

13 Quod amplia nedum procedere in absente, sed etiam in infirmo, qui non præsumitur scire ea, quæ publicè fiunt in Ciuitate, vt ait *Surdus in decisione* 246. *num.* 17.

Con-

In hac pag. 58. col. 1. lin. 48. ante nu. 19. adde hac verba.

* Quod . n. tempus est quadrimestre intra quod, si mandatum, etiam procuræ, non exhibeatur, dicta præsentatio non suffragatur, vt ait *Lapus alleg. 22. Rota dec. 443. n 3 p. 2. rec.* Licèt tamen sufficeret, aut quòd productio verbalis de eo fuisset facta cũ clausula animo exhibendi: quia illius vigore productio realis, postea fieri posset, etiã extra terminũ, vt ait *Vestr. in sua prax. lib. 4 tit de dolo, & contumac nu 16. versic. Quod si verbo tantum. Decian. respon. 41. nu. 14. cum seq lib. 3.* Et ita fuit decisum in vna *Lunen. Sarzanen. beneficij vlt. Maij 1627. coram Durano.*

Aut sufficeret, si mandatum fuisset rogatum per notarium coram quo fuisset facta præsentatio; quia tunc non esset necessaria a la productio, vt ait *Fulgos. consil. 195 versic. cum itaq. & Rota ibi coram Durano.*

Siue potius illud sufficeret, si patronus intra quadrimestre ratificaret accedendo ad Vrbem, ibique literas Apostol. vulgò pro Præsentando nuncupatas impetrando, vt ait *Lambert lib. 2 & alij alleg. à Rota ibi coram Durano.*

14 Concordare possumus illas opiniones hoc modo, nempè, vt prima procedat, quando agitur de commodo, & vtilitate alicuius absentis, in quibus facilè scientia ad illius aures peruenisse præsumitur, *vt superius diximus sub num. 11.* Secunda verò procedit, quando ageretur in casu amittendi Iuris, quia tunc scientia rei ratificandæ debet esse plena, certa, & indubitata, cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs, & non per subauditum intellectum, *vt expressè ait Rota apud Zacchiam dicta dec. 124. num. 5. & 7. & veluti dixi in verbo Acceptatio, & in conclus. 17. num. 19. & 46.*

15 Præterea dato, quòd esset verum etiã, vt ignorantia præsumatur ex absentia, tamen ea tunc non præsumitur, quando inter coniuges (verbi gratia) matrimoniũ fuit clandestinè factum, quia tunc ex illo clandestino actu ignorantia impedimenti in coniugibus non præsumitur, & sic isto casu illa opinio procedit, quòd scilicet scientia etiam ex præsumptionibus arguatur, *veluti fuit dictum in illa Valentina coram Card. Pamphilio.*

16 Amplia principalem conclusionem adeò esse veram, vt propterea absenti beneficium conferri possit, & sufficiet pro eius validitate, quòd postea eius ratificatio subsequatur, *vt fuit dictum per Rotã in dec. 586. num. 2. par. 3. diuers. & in dec. 3. de iure patronat. & est text. in cap. accedens, de præbend. & Riccius in sua collect. 1116. par. 4. in princ.*

17 Contrarium licet tenuerit *Cæsar de Grass. in dec. 135. eod. tit. vt refert* Ricc. *ibi supra in vers. Licet.*

18 Declara tu tamen, quòd nonnulla cõcurrere debent ad hoc, vt huiusmodi præsentatio de absente facta valeat. & primò quòd sit acceptata, *vt tenuit Rota, veluti testatur Riccius ibi supra.* Secundò requiritur, quòd acceptetur per procuratorem speciale mandatum habentem, *vt ait Mastril. decis. 2. par. 1.* Tertiò, quòd acceptetur intra tempus datum ad præsentandum, *vt pulchrè decidit Rota alleg. à Ricc. ib. supra in fine.*

19 Extende prædictam ampliationem adeo valere, vt propterea absens præsentatus examinari non debeat, & præsertim quando esset notus habenti illum instituere, *Rota in Valentina beneficij 16. Maij 1583. coram Alexandrino, & Riccius ibidem.*

20 Amplia secundò, quòd etiam absenti possit acquiri omninò per amicum: dummodo postea acquisitionis ratificatio sequatur, *vt ait Rota dec. 463. par. 3. diuers. et dec. 150. in nouis.*

ARGVMENTVM.

ABSOLVTIO A CENSVRIS quomodo, & quando sit petenda, & præsertim in Curia.

CONCLVSIO DECIMA.

1 ABSOLVTIO ab excommunicatione, nota, quòd solet peti in foro exteriori in duobus casibus, & Primò, quando offensa, siue contumacia est manifesta, alio modo, quando est dubia, & in primo casu non datur, nisi prius satisfactio fiat, *iuxta text. in c. solet & c. venerabilibus, §. secus de sent. excommunicat. lib. 6. & c. ex parte de verb. sign.* Sed si est dubia, tũc debet prius cautio præstari de stando iuri, &c. *iuxta d. c. ex parte*, In hoc erit videndum *Felin. in c. cum contingat, de offic. deleg. et Ripa in cap. 1. de iudic. col. 39. versic. eadem glossa*, vbi ponit quinque limitationes. In foro verò conscientiæ, & pœnitentiali, nil aliud attenditur, nisi id, quod ipse pœnitens de se confitetur, & qualiter se accusat, an scilicet sciat, aut ignoret se debere, aut alium offendisse, & quantum, & quomodo, aut cui soluere debeat; cum in eo foro pœnitentis confessio notorium inducat. Vndè meritò si nulla ibi requiratur cautio, *vt notat Nauar. cap. 26. num. 7.*

2 Vndè hic erit firmanda conclusio, quòd scilicet dicta absolutio à censuris præcipuè latis in Curia nõ solet dari nisi prius parito iudicato, *vt fuit decisum à Rota in Aquinaten. beneficij 11. Decembris 1579 coram Card. Seraphino, quæ est in eius impressis. dec. 432. num. 1.*

3 Amplia primò, quòd nec etiam absolutio petita à censuris detur, nisi præstita cautione de soluenda pensione ad omne man-

mandatum Rotæ, *veluti fuit decisum in Corduben. pensionis Veneris 29. Ianuarii 1593. coram Card. Mantica, quæ est in eius impressi. dec. 212. num. 1.*

4 Subamplia, quòd neque excommunicatus ad instantiam partis, & denunciatus possit in foro exteriori absolui sub prętextu impotentiæ, nisi de licentia partis ea sequatur. vel nisi ea citata suam impotentiam probet coram eodem Iudice excommunicatore, vt docet pulchrè *Sot. in 4. dist. 22. quæst. art. 3. Nauar. cons. 75 dub. 11. num. 36. de regul. Cancel. & in sua summa in verbo Absolutio, c. 4. Couar. in c. Alma mater, in 1. par. §. 11. nu. 7. Henriq. de excom. c. 28. §. 2. in princip.*

5 Declara tamen quòd si Iudex excommunicator valdè distaret à loco domicilij excommunicati, tunc eius impotentiā coram suo Ordinario probare poterit, qui ea probata potest excommunicatorem compellere ad eius absolutionem impartiendam, *vt ait dictus Henriq. cap. 13. §. 2. de Indulg.*

6 Extende idem quoque procedere quo ad forum interius, siue pœnitentiale, in quo licet regulariter excommunicatus non possit absolui per Confessarium in vim Bullæ Cruciatæ inuita parte, & Iudice. Et ratio est, ne ordo iudiciarius cū scandalo perturbetur, *vt post Siluestr. in sua summa in verbo Excommunicatio, dubio 12. & in verbo Pœna, §. 18. Corduba lib. 5. quæst. 43. & casu 20. Rodriq. in explanat. Bullæ, §. 9. nu. 58. in fine, & Henriq. d. c. 13. §. 2. & ibi in text. et glos. de Indulgent.*

7 Nihilominus si pars, & Iudex longè ab excommunicato absit, tunc posset confessarius tàm vigore Bullæ, quàm aliorum priuilegiorum impotentem absoluere cū cautione iuratoria, si alteram meliorem præstare non poterit; cum non sit incōueniens, vt si quis facit quod potuit, hac graui excommunicationis pœna exonerandus veniat, *vt pulchrè ait Henriq. in tit. de excommunic. cap. 28. §. 2. in littera Q.* idemque tenet *Rodriq. in explicat. Bullæ, §. 9. num. 55. Gutier. quæst. canon. cap. 3. num. 5. cum seqq.*

Sed in materia absolutionis à censuris in vim dictæ Bullæ Cruciatæ, nota, quòd ea est adeò potens, vt propterea suffragetur ad validandam per eum prius excommunicatum beneficij Ecclesiastici impetrationem, & sic remissoria illius absolutionis vigore erit illi concedenda, *Rota dec. 1115. par. 3. diuers. et in Oxomen. Canonicatus, Merc. 2. Mart. 1622. coram R.P.D. Merlino.*

8 Extende secundò, prædicta quoque procedere, veluti si essemus in Iudice excommunicato ex eo, quia contra Bullam in Cœna Domini Ecclesiastica bona sequestrauerat, quia si ille offert debitam satisfactionem arbitrio prudentis, potest per Bullam absolui, quamuis pars id fieri renueret, *vt ait idem Henriq. d. c. 28. §. 1. in littera F.*

9 Subextende primò, quòd in casu diuturnę absentię, vel longæ distantiæ iudicis potest adiri Nuntius Apostolicus, vbi reperitur pro cōsequenda saltem ad tempus absolutione, & ita in practica seruari, *testatur Felin. in cap. quamuis, de sent. excom. Bellug. in speculo Princ. rubr. 19. Nauar. c. 27. n. 46. et melius in suo cons. 17. n. 7. & cons. 18. nu. 1. de sent. excom. et in c. cum contingat, de rescript. num. 4. et 5. et in 3. caus. nullit.* vbi etiam docet posse adiri Episcopum, *iuxta c. eos, de sentent. excomm. lib. 6.* in hoc est viden. *Felin. in cap. pastoralis, num. 13. de off. deleg.*

10 Subextende secundò, quòd Nuntius potest ad se recurrentes absoluere quoad vtrumque forum, sed pro breui tempore cum obligatione adeundi quàmprimum Iudicem excommunicatorem postquàm cessauerit impedimentum, *vt dicunt DD. superius allegati, et mox citandi, & præsertim Io. Valer. in verbo Absolutio, differentia secunda, de differen. inter vtrumque forum.*

11 Subextende tertiò, quòd excommunicatus cum ea obligatione possit recurrere ad quemcunque alium Presbyterum ad confessiones audiendas approbatum, & in vim Bullæ Cruciatę poterit eum ob impedimentum quoad forum interius absoluere, *vt dicunt Henriq. in præcit. locis, & Palud. in dicta distinctione 18. quæst. 4. casu 3.*

12 Dummodo tamen ille impotens habeat firmum animum satisfaciendi cum poterit, alias secus, *vt ait Nauarrus, in cap. 27. num. 272. in fine*, quem sequitur *Henriq. tit. de indulg. c. 13. §. 2. littera L. & cap. 28. §. 3. Littera A, & Corduba*

dubio casu decimooctauo, dubio primo.

13 Quod enim extende procedere etiam si quis esset ob publicam offensam, & notoriam excommunicatus: quia nihilominus ille posset in foro interiori absolui, cũ eo solo proposito restituendi cum poterit, *vt singulariter trad. Nauarr. in dicto cap. 26. num. 7. vers. Nuper autem addimus*, & præsertim in festiuitatibus Natiuitatis, & Resurrectionis Christi, in quibus Rota de stylo solet concedere absolutionem cum reincidentia, etiam non cognita causa, *vt ait Rota per Veral. dec. 2. par. 1. & Mart. in compil. dec. in verbo Absolutio, tomo 1. c. 16.*

† In hac pag. 60. col. 1. post num. 13. lin. 15. sunt addenda hæc verba.

Et id esse inueterato stylo Rotæ, etiam sine causæ cognitione, *ait Rota per Burat. in sua decis. 146. num. 1.*

14 Subextende quartò prædicta quoque procedere in confessario delegato, qui licet, vt infiniti volunt, non possit excommunicatum absoluere in vim Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, siue Iubilei, nisi prius satisfacta parte, per illum ablatiuum absolutum (satisfacta parte) qui solet importare conditionem, & inducere formam ad vnguem seruandam; nihilominus contrarium esse verius concludit *Ioan. Valer. in suo Tractatu de differ. inter vtrumque forum, in verbo Absolutio, differentia 5. in fine.*

15 Et ratio, quæ ad id allegatur per eum, & alios Doctores est, quia, cum illa verba Bullæ sint de iure, & iustitia, & data tãtum ad monitionem, non autem ad aliã formam, nisi eam iuris, inducendam, *pro quo facit doctrina Abb. in cap. illud, n. 9. de cler. excomm. administr. & est clem. 1. de off. deleg. et ibi in glo magna*, quam dicit communiter approbatam, *Nauar. in cap. si quando, de rescript. except. 7. pag. 24 & except. 10. pag. 35. Lapus alleg. 15. et 60. Menoch. de arbitr. q. 17. nu. 14. Tiraq. in tract. res inter alios acta, pag. 13. limit. 4. Caualcan. dec. 22. par. prima, Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 8. Couar. in cap. Alma mater, §. 11. num. 7. et Innocen. in cap. prudentiam, de off. deleg.*

16 Vndè sufficeret eo casu, quod absoluendus promittat satisfactionem, quam non potest de præsenti facere, cum primũ poterit: quinimmò id quoque procedet, etiam si eam commode facere non potest, & eam commodè fieri non dicitur, quando quis non potest satisfacere, nisi vilius notabiliter bona sua vendat. Item potest eam satisfactionem quoque absq; magno damno alterius differre, *vt ait Nauar. in dicto cap. 26. num. 7. et melius, cap. 27. num. 48. et prius in cap. 17. num. 59. §. 4. in fin. et cap. 21. num 32. Henriq. cap. 28. §. 1. de excom. et Ioan. Valer. ibi supra.*

17 Subextende quintò, prædicta quoque per laicum fieri posse, qui in foro conscientiæ extra sacramentum pœnitentiæ, & absente sacerdote, vel clerico, potest excommunicatum absoluere in articulo mortis constitutum: secus autem in foro exteriori: quia tunc veluti non potest excommunicare, ita quoque absoluere non valet, *vt dicunt Doctores allegati à dicto Ioanne Valerio in dicto tractatu de different. inter vtrumque forum, in verbo Absolutio, differ. 13. num. 1.*

18 Quinimmò extende, quòd laicus potest quoque concedere indulgentias cõstituto in articulo mortis, quando alius clericus haberi non possit; & id in vim Bullæ Cruciatę; Et licet *Henriq. in summa, tit. de pænit. lib. 3. cap. 9. §. 4. in tex. et glo.* videatur istud priuilegium ad tonsuratum restringere, nihilominus *Nauar. in tit. de indulg. notabil. 30. num. 9.* testatur contrarium communiter seruari.

19 Declara tamen, quòd quando vnus ab excommunicatione absoluitur in articulo mortis ab alio, quam ab eo, qui eum absoluere debebat, tenetur postea sanus se superiori præsentare, siue excommunicatori, quamcitius commode poterit; quod enim in foro exteriori intelligitur arbitrio boni viri, *iuxta text. in cap. eos qui, de sentent. excom. in 6. et ibi adnotata perscribentes*; sed in foro interiori illius conscientię relinquitur, *vt ait Nauar. in suo Manual cap. 27. num. 113*

20 Subextende sextò, quòd talis in articulo mortis denunciatus excommunicatus, possit non habens copiam confessarij per solam contritionem ab excommunicatione absolui quoad Deum, & forum interius, *cap. à nobis, et ibi Felin. de sent. excom.* vndè talis decedens cum signis contritionis quoad Deum absolutus censetur, *Io. Valer. ubi supra.*

21 Secus verò quoad forum exterius: quia tunc donec absoluatur ab eo, à quo viuus absolui debuisset, nunquàm absolutus censetur, etiam si cum signis contritionis decesserit, & isto casu pro eo publice

blicè Missæ celebrari non poterunt; Et licet *Hostien. Nauar. & Henriq.* dicant posse pro eo Missam priuatam celebrari, nihilominus contraria est verior, & probabilior, *vt ait Sot. in 4. distinct. 22. q. 1. artic. 1. Petrus de Ledesm. in ead. par. 1. tit. de excom. cap. 6. dub. 2. & Viual. eodem titulo, num. 12. & est notabilis text. in c. à nobis, allegat. à Ioanne Valerio, vt infra*, vbi Papa consultus super hoc, respondit non esse orandum pro eo, donec sit absolutus: quia licet per contritionem sit absolutus à vinculo, quo erat ligatus apud Deum; non tamen est absolutus ab eo, quo erat ligatus quoad Ecclesiam. Et ratio est: quia si talis est exclusus ab Ecclesia, & ligatus quoad eam, quomodo poterit eius minister, qui est Sacerdos, & vti talis rem sacram facit, licitè pro eo, etiam si sit contritus, sacrificia offerre? Immò etiam isto casu non poterit in cæmeterio benedicto, & sacro sepeliri: quod tamen secus esset, quando post mortem fuisset absolutus ab eo, qui illum sanum in vita absoluere poterat: quod enim de iure fieri potest: & illud facere opus est, vt in sacro loco sepeliatur, & vt pro eo publicè Deo preces emittantur, quod est menti tenendum, *vt ait Ioan. Valer. differentia 7. in verbo Absolutio, ex sententia Palud. in 4. distinct. 2. quæst. 2. in fine.*

22 Subextende septimo, quòd excommunicatus à iure maiori excommunicationi nulli reseruata à proprio Parocho absolui potest, licet ex communi stylo ad Episcopum recurratur; quod tamen intellige verum, quoad forum exterius. Nam in eo pœnitentiæ sufficit recurrere ad Parochum, vel alium. Immò etiam extra sacramentum pœnitentiæ, potest Confessarius in vim Bullæ Cruciatæ excommunicatum absoluere, *vt dicunt Doctores allegati à D. Ioan. Valer. differentia 10. in verbo Absolutio, & præsertim Nauar. d. c. 27. n. 39. Sot. d. 4. dist. 22. q. 1. art. 3. & Couarr. in cap. Alma mater, par. 1. §. 12. num. 5.*

23 Subextende octauò, quòd etiam Legatus de latere, si ab aliquo grauiter lædatur, potest lædentem quoad forum interius absoluere, & ei iniuriam remittere; at secus quoad illud exterius, *vt ait Ioan. Valer. in præcitato loco, different. 13. in verbo Absolutio.*

24 Sed iterũ redeundo ad illã principalẽ Conclusionem super eo, quòd scilicet ad consequendam absolutionem à Censuris latis in Curia sit parendum iudicato per excommunicatum; Amplia secundò eam in tantum procedere, quòd si non pareatur absolutioni petitæ à Censuris latis ab homine iterum causa cognita reintrusio fieri debeat, *vt ait Rota per Puteum decis. 52. nu. 1. lib. 3.* Et ratio ea est, quia absolutio à censuris datur, vt causa apertius cognoscatur, licet illa semper cum reincidentia detur, *vt dicit Mantic. in decis. 237. Rota decis. 7. & 11. de sent. excommun. in nouis, & Gratian. lib. 5. discept. c. 837. num. 7.*

25 Amplia tertiò, quòd absolutus à censuris non censeatur tamen ab irregularitate dispensatus. Et ratio est: quia irregularitas non est censura, *vt fuit decisum à Rota in Curzolen. Canonicatus Ven. 25. Maii 1601. coram Corduba, quæ est in recen. dec. 44. par. 2.* Licet sit benè verum, quòd Episcopus potest etiam ab illa dispensare; cum ea tamen distinctione si delictum ad forum contentiosum non fuerit deductum, alias secus: quia tunc solus Papa dispensat denunciatum Iudici de eo crimine, nec minus interim, dũ de eo disputatur, poterit promoueri, nisi id sit cum licentia Papæ, *vt ait Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 17. num. 8. Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 17. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. num. 10. & est textus in cap. omnipotens, & ibi glos. de accus. & cap. tantis, distinct. 81. Speculat. de dispens. cap. iuxta, vers. Item denunciatus, & vers. Item accusatus, & Grat. lib. 5. discept. c. 837. nu. 14.*

26 Amplia quartò, quòd absolutio à censuris non datur, nisi constito de earũ nullitate, seu iniustitia; loquendo tamen de latis in Curia, *veluti fuit decisum in Papien. bonorum lunæ 17. Iun. 1602. coram R. P. D. Penia, quæ est apud Marchesan. de commission. p. 1. c. 5. cart. 239.*

27 Amplia quintò, quòd absolutio prædicta à censuris non detur, quando non adest probabile dubium iuris, & facti; At secus si adesset: quia tunc ea conceditur ad cautelam, tàm à latis ab homine, quàm à Iure; quod procedit etiam in illis latis per synodalia statuta,

F Ani-

Animaduertendo, quòd eo casu probabile dubium diceretur extare, veluti si dubitaretur, quòd fuerit excessum circa terminos inculpatæ tutelæ in se defendẽdo: vel si extaret difficultas, cui competeret hæc absolutio, An scilicet Episcopo, vel alijs Superioribus, siue Sedi Apostolicæ, *vt ait Grat. d. lib. 5. discep. c. 837. n. 7. & 8. & ibi alios allegat.*

28 Sed huiusmodi occasione hic obiter erit notandum, quòd Episcopus potest absoluere subditos in sua diœcesi ab omni suspensione iuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruata, in foro interiori: dummodo delictũ in illo exteriori non sit deductũ: veluti eodem modo de irregularitatẽ dicendum venit, *vt ait Gratian. ibi sup. nu. 9. & seqq. iu x. Conc. Trid. in sess. 24. de refor. c. 6. ibidem ab eo allegatum.*

29 Extende primò, huiusmodi conclusionem in tantum esse veram, vt ne dum Episcopis hæc potestas competat, sed etiam electis, & confirmatis; sed nondum consecratis, *vt dicunt Doctores allegati in declaratione Conc. sup. d. c. 6. in sess. 24.* quos hic ponere nimis longum esset, sed per te eos videre poteris.

30 Extende secundò, quòd Episcopus possit etiam alteri eam facultatem delegare, vices suas committendo, *vt habetur in d. declaratione, vers. An possit, & ibi* DD.

31 Extende tertiò, quòd eadem facultas dispensandi competat etiam Capitulo Sede vacante, *ita Congregatio sacri Concil. in d. c 6.* resoluit ex auctoritatibus Doctorum ibidem allegatorum, *Sayr. dec. 31. de temp. ordin.*

32 Extende quartò, eò magis procedere in Archiepiscopo, dũ visitat, qui potestatẽ in prædictis habet, *DD. ibi sup. citati in vers. An competat.*

33 Extende quintò, idem procedere in superioribus, siue conuentualibus Religiosorum exemptorũ erga sibi subditos, & præcipuè ex concessiune Pij V. cuius enim verba refert *Fr. Emman. quæst. regul. to. 1. q. 61 art. 9. & alii, quos allegat d. declar. Conc. in præcit. loco.*

34 Extende sextò, locum habere, siue delictum sit proprium, siue alienum, *veluti testatur Fr. Valer. Reginald. in sua praxi fori panit. lib. 5. num. 29.* & ibi resoluit Episcopum posse dispensare in bigamia occulta, quam contraxit vnus cognoscendo vxorem suam, quam adulterium cõmisisse ignorabat, & postea re compertavellet facto diuortio ordinari, veluti quoque in illa irregularitate ex defectu natalium resultante, vt scilicet, in ordinibus bona fide susceptis possit ministrare ille, qui ob crimen occultum matris coniugatæ habebatur legitimus, *vt ait d. declaratio ibi supra. vers. in irregularitatibus.*

35 Et nota, quòd occultum illud dicitur, quod non est publicum, etiam quòd ab aliquibus sciatur, *vt ait Nauar. & cæteri allegati in dicta declaratione sacri Concil. vers. Ex delicto. et Gratian. dicto cap. 837. num. 9. & seqq.*

36 Extende septimò, illud quoque procedere in homicida, qui alium ex industria interfecit, *vt ait Zerol. in prax. Episcop. par. 1. in verbo Priuatio, §. 2. & in verbo Vicarius, §. 16. dub. 3.*

37 Extende octauò, quòd Episcopus possit etiam absoluere in homicidio voluntario iusto; necnon ab alia quacunque iuris suspensione, & quantumcunque Sedi Apostolicæ reseruata; secus verò si essemus in iniusto, & in mutilatione voluntaria iniusta, *vt dicunt infiniti Doctores allegati à Conc. in præcitato loco. & Grat. d. cap. 837. nu. 9. lib. 5.*

38 Extende nonò, procedere, quando delictum in foro exteriori fuerit deductum, non tamen probatum, & reus fuit absolutus: quia tunc adhuc illud remanet occultum; & propterea Episcopus dispensare potest, *vt fuit resolutum à Congregatione vbi supra.* Et ratio est, quia quando reus se defendit, & per sententiam liberatur, & innocens declaratur, tunc, cum deductio causæ ad forũ contentiosum fit per sententiam finita, ille reus non dicitur aliquod suæ famæ detrimentum passus, sed taliter manet crimen occultum, veluti erat ante deductionem ad forum, *vt ait Sayr. de censuris cap. 17. lib. 4. num. 23. & lib. 7. num. 12. Sanchez de Matrimon. lib. 2. disputat. 37. num. 12. & lib. 8. disput. 34. num. 57. Molin. de iustit. tract. 3. disput. 79. num. 8. Auil. de censur. par. 7. disput. 1. dub. 11. concl. 3. Suar. eodem tractatu de censuris disp. 41. sect. 2. num 6. Viuald. in Candelabr. aur. tit. de excomm. nu. 42. Iac. de Graff. lib. 1 decisionum par. 1 cap. 13. num. 42. & tomo 2. consil. lib. 5. tit.*

tit. de homicid. & consil. 2. num. 20. Veg. in sua summa par. 2. cap. 15. cas. 2. Genuen. in sua prax. cap. 67. n. 5. & 6. & idem Grat. d. c. 837. n. 22. lib. 5. disc. pt.

39 Et qui sint casus occulti, *docet Henriq. lib. 14. c. 20. in §. 4.* sed occultum non dicitur delictum quando est deductum in forum exterius, cum citatione partis, *Gratian. ibi sup. n. 11.*

40 Extende decimò, quòd immò possit Episcopus dispensare quando delictum sit deductum ad forum contentiosum, & illud iudicio finito punitum, *vt ait Auila de censur. par. 7. disput. 10. dub. 7. Sanchez de Matr. cap. 11. num. 21. & ita Congregatio ibidem resoluit, vers. vtrum si delictum, idemque sentiunt de iure praalleg. DD. sub num. 38.*

41 Extende vndecimò, quòd huiusmodi auctoritas comprehendat etiam vagabundos: quia cum illi nullibi domicilium habeant, ideò Episcopo fiunt subditi, veluti etiam fiunt subiecti illi homines, in cuius statu, siue diœcesi delinquunt, *vt ait Petr. Suar. tom. 4. de pœnit. disp. 3. sect. 2. n. 3. Petr. Sanch. & alii sup. alleg. & Grat. ibi sup. num. 9.*

42 Subextende procedere etiam contra Peregrinos, scholasticos, & Mercatores propriam diœcesim habentes, *vt dicunt verba ipsa Concilii ibi, quoscumq. sibi subditos in diœcesi sua, vt refert declaratio ibi supra cum aliis ibi alleg. in vers. quoscumque sibi subditos.*

43 Extende duodecimò, quòd Episcopus possit ab irregularitatibus, & suspensionibus suos subditos extra diœcesim dispensare, *vt ait Sanch. d. c. 11. n. 12. & P. Suar. de censur. tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 10.* intelligendo semper cum ea distinctione de occultis.

44 Contrarium licet teneant *Henriq. lib. 14. c. 20. §. 5. Auila de censur. par. 7. disp. 10. dub. 6. & Frat. Emman. in sua summa, tomo 2. cap. 69. num. 1. allegat. à Conc. ibi supra.*

45 Extende decimotertiò, quòd id facere valeat Episcopus si ipsemet in occultā hæresim, vel in alios casus incidat: quia tunc potest suo confessario huiusmodi facultatem impartiri, vt eum absoluat, vel cum eo dispenset, *Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 3. n. 3. Garz. de benef. p. 11. c. 10. nu. 139. & Concil. ibid.*

46 Extende decimoquartò, quòd id Episcopus facere possit etiam extra sacramētalem confessionem in vim illius decreti Sac. Congregationis Concilij, *vt habetur in illius declaratione in princip. allegata in sess. 24. cap. 6. de reformat. & ibi Doctores infiniti allegantur ad id corroborandum.*

47 Extende decimoquintò, quòd si quis hæreticus occultus sit in foro conscientię legitimè absolutus, tunc amplius irregularis non remanet, *vt dicunt DD. vbi sup. allegati.*

48 Declara tamen prędicta procedere, dummodo ille hæreticus sit solus, absque, quòd ab alio audierit; alias dicta facultas Episcopi non extenditur ad hæreticum occultum, quando adesset complex, & si secus fieret esset velle destruere machinam sancti Officij, *vt habetur in declaratione ibi supra.* Nam Concilium non dat facultatem absoluendi vnum ab obligatione denunciandi illum complicem, quem habet, alias fieret excommunicatus per edictum sancti Officij, cuius enim excommunicatio semper durat, *vt ait Garz. de benef. par. 11. cap. 7. nu. 142.* Immò ad id nota, quòd Inquisitor sancti Officij concurrens cū Episcopo in negotijs fidei præfertur, *vt ait Gratian. lib. 2. discep. c. 298. n. 1. & in c. 340. nu. 35.* ait priuilegia Inquisitorum non competere Episcopis, nisi cum ea distinctione, de qua per R. P. D. Peniam *in addit. ad direct. inquisit. p. 3. schol. 114.*

49 Extende decimosextò, quòd ista facultas Episcopis in hoc capite concessa non censetur sublata per Bullam in Cœna Domini, *vt dicunt, & tuentur infiniti DD. quos allegat dicta declaratio facta super d. c. 6. in sess. 24. in princ. allegat. vers. vtrum facultas.*

50 Extende præterea, quòd Episcopus possit absolutionem conferre percutienti clericum; quod tamen declara procedere, quando essemus in infirmis, & valetudinarijs, siue in alijs quacunque corporis impotentia impeditis: siue infirmitas sit periculosa: siue sit longus morbus, siue tēporalis, ita vt ex itinere illius mors accelerari posset; & multò magis si mortis periculum immineret; & id etiam procedit in senibus, quos illis in infirmitate positis meritò æquiparare possumus,

cum ipſa ſenectus ſit morbus; & quando quis talis dicatur boni viri arbitrio erit recurrendum. Immò licet ſenex ſit fortis, tamen ei indulgendum erit, vt ab Epiſcopo abſoluatur, etiam ſi periculũ mortis non immineat. Extra verò iſtos caſus abſolutio à Sede Apoſtolica erit obtinenda, *vt ait pulchrè Gratianus dicto libro quinto diſceptationum cap.* 805. *num.* 15. *& ſequentibus, cum ibi allegatis.* Vndè ex prædictis inferri poteſt, quòd non poſſunt illi abſoluere à caſibus reſeruatis, niſi ad id poteſtatem habeant; & propterea Pœnitẽtiarius Cathedralis ex vi ſola ſui officij in prædictis caſibus abſoluere nequit, *vt ait Sayr. decis.* 44. *de pœnit.* veluti nec poteſt iniungere publicas pœnitentias, *vt ait Farinacc. in ſua collect. deciſionum Rotæ deciſ.* 100. *allegat. à Ricc. in ſua collect.* 877. *parte* 4. Et ratio ea eſt: quia id eſt poteſtatis Epiſcopalis, *vt ait Balb. in ſua deciſ.* 29. Secus autem in eo, qui iura Epiſcopalia haberet, *vt ait idem Sayr. deciſ.* 9. *de ſponſ.* & qñ fuit pœna impoſita à Superiore pro illis caſibus, tunc ea ab inferiori mutari non poterit, *vt ait* Riccius *ibi ſupra*, licet tamen contrarium teneat *idem Sayr. dec.* 46. *de pœnitent.* Animaduertendo tamen, quòd Papa concedere poteſt Epiſcopo, ſiue etiam Parocho facultatem, quam de iure non habet, abſoluendi à caſibus prædictis, licet eis inuitis, *vt ait idem Sayr. dec.* 45. 46. *&* 47. *eod. tit. de pœnit.*

51 Modo ad cognoſcendum quando prędicta abſolutio à cenſuris ſit ſtatim concedenda, vel poſtquàm fuerit doctum de earum nullitate, erit diſtinguendum hoc modo, videlicet: aut ſumus in cenſuris latis extra Curiam, aut in illis latis in Curia.

52 Primo caſu poſtquàm eſt commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis in Rota, tunc ſemper conſueuit dicta Rota abſoluere ab illis ad cautelam. In ſecundo verò caſu abſolutio non datur, niſi de nullitate conſtiterit, *vt ait Rota in deciſione* 811. *alias* 4. *de ſententia excommunic. in antiquis, & in nouis deciſione* 436. *alias prima eodem titulo, & Puteus deciſ.* 39. *libro primo, & Scaccia in loco mox citando.*

53 Contrarium licet videatur ſentire, *Egid. in deciſ.* 174. *vt refert* Puteus *ibidem in fine*, & ſic quòd quis poſſit ad cautelam abſolui, licet cauſam excommunicationis non alleget, *idem ait* Ro*ta deciſione* 6. *num.* 1. *de ſentent. excom. in antiquis.*

54 Extende quòd immò ſi abſolutio petatur ſimpliciter, ſiue ad cautelam ab eo, qui dicit excommunicationem fuiſſe iniuſtè latam, tunc eam Iudex impertiri debet, etiam ſi manifeſta offenſa non probetur, *vt ait Rota deciſ.* 2. *de ſentent. excommun. in nou.* vbi ait id procedere, ſed præſtita tamen fideiuſſione.

55 Subextende, quòd etiam ſufficiat petenti abſolutionẽ ſimpliciter, ſiue ad cautelam, opponere exceptionem manifeſtę iniuſtitiæ, ſiue offenſę in genere, *Rota dec.* 1. *eodem tit. in nou.*

56 Contrarium quòd ſcilicet abſolutio ad cautelam ſit valdè extraordinaria, & & multum præiudicialis; & ſic quòd pro ea impetranda iuramentum non recipiatur, nec cautio præſtetur, nec minus vllo modo ſatisfactio impediatur, *ait* Rota *in deciſ.* 36. *tit. de procurat. in nouis.* At ſecus ſi eſſemus in illa petitione abſolutionis ſimpliciter: quia tunc ea cum minori difficultate conceditur, quã illa petita ad cautelã, *vt ait* Rota *ibi ſup.*

57 Sed tenendo illam primam opinionem extende eam multò magis procedere ſi ſententia excommunicationis eſſet lata poſt legitimam appellationem ex legitima cauſa interpoſitam, & de hoc fuerit facta fides, veluti quoque ſuccederet ſi ſententia contineret aliquem intolerabilem errorem expreſſum in ſententia: quia tunc ea abſolutio petenti impartienda veniret; at ſecus ſi è contra, *vt ait Faſtol. dub.* 36. *num.* 1. *in fine voluminis deciſ. antiq.*

58 Et ad id nota, quòd illa petitio abſolutionis ad cautelam fit in dubio ob periculum communionis, vel læſionis iuſtitiæ, *vt ait* Rota *deciſione nona, numero ſecundo de ſentent. excommunicat. in nouis.* Immò ea petenda venit ad cautelam, etiam quòd excommunicatio eſſet nulla, *vt ait Rota per Puteum deciſ.* 96. *lib.* 2. *& Scaccia de appellation. quaſt.* 17. *limitat.* 22. *numero* 24. Licet tamen, quando ea eſſet nulla non conualidetur per petitionem abſolutionis ſimpliciter,

& non

& non ad cautelam factam, nec minus ad eam conualidandam retrotrahitur, vt dicam inferius in *vers. Declara quartò, nu.* 82. & *Rota apud Marches. de commiss. p.* 3. §. 3. *fol.* 101. *num.* 5. & *fol.* 264. & 852. *num.* 140. & *par.* 1. *cap.* 6. *num.* 158. *cum seqq.* docet, quando, quomodo, & à quibus personis possit concedi ista absolutio ad cautelam, necnon cum quibus clausulis ea sit concedenda, quem per te videre poteris.

59 Sed pro ornamento istius materiæ, & ad hoc, vt melius in vtroque foro huiusmodi materiam discere valeas, quędam sunt notãda, & primò, quia quãdo in foro exteriori excommunicatus prætenderet, se nulliter fuisse excõmunicatum, tunc petens absolutionem ad cautelam absolui non potest, nisi prius citata parte, iuret de parendo mandatis Ecclesiæ, *iuxta text. in cap. venerabili, de sent. excommunic.* Licèt tamen iuramentum ille non Præstet, quando Iudex aliqua legitima causa, ex suo officio dictam absolutionem concedit, *vt ait Decius in cap. Apostolicæ, num.* 2. *de exceptionib. Nauarr. in capit.* 27. *numero* 170. *pag.* 718.

60 Extende, quòd etiã ille teneatur præstare sufficientem cautionem, *iuxta cap. sol. 1 de sentent. excommun. lib* 6. nempè dãdo pignora, aut fideiussiones si potest: sin minus cautio iuratoria sufficiet, *iuxta gloss. in verb. satisfecerint Clement. secunda, de hæret. Claud. de monit. q.* 37. *n.* 9. & *Nauar. in c.* 26. *num.* 7.

61 In foro autem pœnitentiali, si absolutio huiusmodi à sacra Pœnitentiaria alicui committeretur: siue ab alio superiore ad cautelam, tunc confessarius prædicta requisita exigere, neq. seruare tenetur; sed tali casu sufficeret pœnitentẽ monere de satisfaciendo debito, vel offensę si appareret, eum fuisse legitimè excommunicatum, *vt notat singulariter idem Nauar. d. c.* 27. *nu.* 271. & in hac materia viden. est *Felin. in cap. veniens il secondo, num.* 22. *de testibus* vbi ait eam in duobus tantum casibus concedi, & *glos. in cap. præteriti in verb. Ad cautelam, de sent. excom. in* 6. vbi aliòs plures casus ponit, quam valdè commendat *Cenedo collect.* 25. *nu.* 5. *pag.* 141. eamq. celebrem ait *Nauarr. in cap.* 27. *num.* 4. *Diuus Antonius tertia parte, tit.* 24. *cap.* 74. *Abbas in cap. Apostolicæ, num.* 10. *de except.* & *Couar. in cap. Alma mater, parte* 1. *n.* 7. *versic. Quarta conclusio.*

62 Sed si quis forsan prætẽderet appellare à censuris latis: dicta tamen appellatio non impediret causarum executionem, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum dec.* 357. *nu.* 3. veluti quoque è conuerso procedere nõ dubitamus, & sic quòd neque minus detur appellatio ab absolutione, quòad effectum suspensiuum; licèt secus quòad deuolutiuum, vt ait *Rota in dec.* 26. *n.* 3. *de procurat. in nou.* & *Scacc. de appell. in q.* 17. *limit.* 22.

63 Et id eò magis procederet, quando excommunicatus fuisset absolutus ad cautelam ab Auditore Rotæ, vt de stylo (absque quòd etiam absolutio remittatur ad Ordinarium excommunicantem) fieri solet, *veluti fuit decisum à* Rota *dec.* 699. *nu* p. 1. *recent.*

64 Sed in hoc erit quoq. animaduertendum, quòd ista absolutio non potest peti, nisi ab habente speciale mandatum *vt ait Rota dec.* 36. *nu.* 2. *de procur. in nou.* & *dec.* 25. *de sent. excom. in antiq.* & *veluti latius inferius dixi vers. Sed rursus num.* 78.

65 Et propterea hinc infertur, quòd Prior non potest petere absolutionem pro Monachis, & subditis suis absẽtibus: quia ea non impartitur, nisi contrito, & petenti, *vt ait Rota decis.* 13. *num.* 1. *de sentent. excom. in antiq.*

66 Licèt tamen id non procedat in Canonico absolutionem pro suo Canonico petente: quia tunc id sine mandato facere potest, quando tamen ea peteretur simpliciter; at secus si ad cautelam: cum ea sit valde præiudicialis: vt superius dixi, & *veluti ait Rota dec.* 36. *n.* 4. *de proc. in nou.*

67 Declara tamen primò, quòd quando, verbi gratia, absolutio petita esset solum restricta, & ad aliquas censuras limitata; tũc omnẽ aliã absolutionem à quibusuis censuris non comprehendit: quia, vt vulgariter dici solet, Limitata causa producit limitatũ effectũ; & tot requiruntur absolutiones, quot sunt obstacula, *vt in illis terminis fuit decis. à Rota in Calaguritana integra portionis* 8. *Nouembris* 1574. *coram Card. Seraph. quæ est eius impress. dec.* 344. *num.* 2. *cum aliis ibi alleg.*

68 Extende id in tantũ valere, vt propterea, ſi vnus obtineat abſolutionem ab vna excommunicatione, ea alteram non contingit, neque auget; vndè quòad illam expræſſam ſubreptio non datur, *vt ait Grat. lib. 5. diſceptat. cap. 827. nu. 15. & facit dec. Caſſad. 9. n. 4. de praben.*

69 Declara ſecundò, idem quoque procedere in abſoluto à ſuſpẽſione ad effectum dicendi Miſsam in vno loco; quia ob id non intelligitur abſolutus ſimpliciter, & ſic quòad omnes locos, *veluti fuit deciſum in* Calciaten. Ganonicatus *6. Martii 1589. coram eodem* Cardinali *Seraphino, quæ eſt in eius impreſſ. dec. 860. num. 5.* Garz. *de benef. p. 8. c. 3. num. 14.*

70 Et propterea videmus etiam, quòd in vna parte abſolutus, in altera cenſetur condemnatus, *veluti fuit dictum in* Ro*mana de Cincijs 13.* Iun. 1614. *coram* Remboldo, *quæ eſt in recent. deciſ. 722. num. 1. part. 1.* Licèt ſecus fiat è conuerſo in eo, qui fuerit excommunicatus in vna cauſa, quia tunc illi denegatur audentia in alia, *vt fuit dictum in Placentina* Caſtanearum, Mercar. 2. Iun. 1621. *coram* Buratto.

71 Declara tertiò, quòd ſcilicet petens abſolutionem ab excommunicatione, non ob id cenſetur fateri ſe excommunicatum; quia abſolutio peti poteſt ad cautelam, *veluti fuit deciſum à* Rota *in Placentina beneficii* Mercurii *20. Nouembris 1613. coram* Vbaldo, *quæ eſt in recent. deciſ. 534. num. 9. part. 1.* & *eſt deciſ. 5. de except. in antiq. & deciſ. 11. de ſent. excom. in antiq.* & Rota *inter crim. Farinac. deciſ. 55. num. 2. & Papa* Greg. XV. *in ſua deciſione 331. eodem numero ſecundo.*

72 Limta tamen dictam declarationem non eſſe veram, quando in precibus taliter narraretur factum, ex quo verè excommunicatio eliceretur: quia tunc abſolutionem petens cenſetur ſe fateri excommunicatum, *veluti declarat* Rota *in d. dec. 55. n. 2.* & *fuit ita quoq. deciſum in Milsten. Abbatiæ 27. Apr. 1592. coram Gipſio,* Couar. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 12. num. 3. de ſent. excom. in 6.* & *veluti dixit Rota in Vrbeuetana legati 12. Febr. 1588. coram* Card. Blauchett[illegible] *de hoc dixi latè in verbo Supplicans.*

73 Limita ſecundò, eam non habere locum, quando diſpenſatio, ſeu abſolutio ſæpius petita fuiſſet: quia tunc ex parte impetrantis confeſſio induceretur, vt ait *Rota per Papam Ludouiſium in dicta dec. 331. num. 7. cum aliis ibi per eum alleg.*

74 Limita tertiò, quando abſolutio fuiſſet petita omiſſo illo verbo (Ad cautelã) quia tunc de pura, & ſimplici abſolutione eſſet intelligendum, *Marcheſ. in prima p. comiſſ. fol. 207. n. 164.* ad quem recurras, ſi vis ſcire multos eſſectus iſtius petitionis abſolutionis ad cautelam.

75 Limita quartò, quòd licèt petens abſolutionem nõ cenſeatur regulariter fateri delictum; id tamen verum eſt, quòad veram probationem, ſed non quòd præſumptiuè ſaltem illa excõmunicatio non præſumatur, vt ait *idem* Papa *Ludouiſ. in d. dec. 331. num. 5.*

76 Extende primò idem eſſe in componente cum Fiſco: quia ob id dictus componens non cenſetur fateri delictum: quia dicta compoſitio videtur facta ad ſe à carceribus eximendum, & non aliàs, *veluti dixi in verbo Delicti confeſſio*, & *idem ait* Card. *Seraph. dec. 1352. num. 5. Caſtren. conſil. 349. propè finem, lib. 1.* & Rota *in* Lucana *Parochialis Lunæ 25. Iunii 1601. coram* Card. *Pamphilio*, & *in alia Romana repetitionis indebiti. 30. Aprilis 1610. coram Pirouano.* Licèt ſecus eſſet, quando compoſitio expreſsè fieret, ad effectum ſe liberandi à crimine, quia tunc ex ea delicti confeſſio reſultaret; vt ait Rota *ibi coram Pamphilio.*

77 Extende ſecundò, idem procedere in bannito, qui ſupplicat Principi pro remiſſione: quia ex hoc non cenſetur fateri delictum, vt fuit deciſum in *Vrbeuetana hæreditatis 3. Aprilis 1620. coram Manzanedo. & ibi multi allegantur.*

78 Sed rurſus reuertendo ad materiam petendæ abſolutionis, nota (vt iam dixi) quòd ea petenti non conceditur, niſi per eum de mandato procuræ ſpeciali doceatur; quia illud eſt neceſſarium, vt ait *Rota in dec. 36. de procurat. in nou.* & *fuit etiam deciſum in Cordaben. penſionis Mercur. 1. Iul. 1592. coram* Cardinali Mantica, *quæ eſt in eius impreſſ. dec. 7. num. 3. cum aliis ibi per eum alleg.*

79 Declara tñ, opus nõ eſſe exprimere inſtrumentũ procuræ in ſupplicatione, vt

fuit

fuit dictum in Signina Castrorum 2. Mart 1616. coram Remboldo.

80 Et illud, quod fuit dictũ de procuratore mandatum speciale habente, extende in tãtum procedere, quòd tunc dicta impetratio absolutionis nõ solũ potest peti per eundẽ procuratorẽ; verùm etiam ab eodẽ potest quoq. peti in diebus feriatis, *vt ait Rubin. in sua dec. 249. quæ est notan. ad text. in c. ego enim, de iur. iur.*

81 Fallit tamen in foro interiori, vbi mandatum procurę ad eam petendam non datur. Et ratio est: quia sicut confessio sacramentalis non potest fieri per alium, nisi per se ipsum, ita nec per alium peti potest absolutio in eo foro, *vt ait Domin. in cap. eos, in princip. de sent. excom. lib. 6. Bald. in cap. Imperatorum, colum. 3. de iuramen. calum. Felin. in c. cum dilecti rei il secondo, versic. Limita primo, de sent. excom.*

82 Extende id, quod fuit dictum de speciali mandato in petendo absolutionem necessario, procedere etiam in commissione, quæ debet esse specialis ad eam petendam ad cautelam, *Rota decis. 810. alias 3. de sent. excom. in antiq. & ita quoque fuit decisum in Alerien. beneficii Lunæ 12. Maii 1614. coram R. P. D. Buratto, quæ est decisio 546. num. 4. par. 2. in recent.*

83 Declara quartò, quòd si fiat petitio absolutionis simpliciter; non ob id tamẽ retrotrahitur ad conualidandam excommunicationem nullam, *vt ait Rota in Calaguritana beneficii coram Cartin. Sacrato, quæ est apud Marches. p. 3. §. 3. car. 101. num. 5.*

[8]4 Et nulla dicitur absolutio, veluti si feratur à non habente iurisdictionem: Item si obtineatur per vim, siue metum. Item si non fuerit seruata forma absolutionis ab homine data, quæ ad vnguẽ seruari debet; & qualis esse debeat *dicã inferius sub num. 97* Secus autem si esset data à iure, quæ licèt non seruetur; tamen dicitur valida; *Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 116. & seq. & limit. 22. num. 22. cum sequentibus* [i]bi in fine ait, quòd ista absolutio ab [e]xcommunicatione in duobus casibus [da]ri non debet, de quibus apud eum per[ip]e videre poteris.

Et in quibus casibus ista absolutio ad cautelam sit concedenda excommunicato, *vide Cardinalem Tuschum in hoc verbo Absolutio, in conclus. 49.* vbi inter cætera ait, quòd huiusmodi absolutio debet concedi per iudicem ad quem, etiam antequã cognoscat si benè, vel malè quis excommunicatus fuerit, dummodo tamen constet infra decem dies fuisse appellatum, & quòd appellatio sit releuans: etiam si causa appellationis postea non fuerit iustificata, *vt ait Federic. de Sen. consil. 198. cum aliis ibi per eum allegatis.*

86 Quinimmò poterit etiam Iudex à quo pendente appellatione excommunicatũ absoluere; & pręsertim quando staret in articulo mortis. Quod enim extende procedere, etiam si Iudex à quo appellationi detulisset; Sed est benè verum, quòd id non procederet, si Iudex esset delegatus: quia ille appellationi deferendo à se omnem iurisdictionem abdicare dicitur, quod non contingit in ordinario; & propterea excommunicatus debet esse cautus in petenda absolutione à Iudice, à quo, & debet dicere, se id facere ob periculum morę, non renunciando appellationi, & (vt superius diximus) nota quòd ab hac absolutione non datur appellatio, *vt ait Sigismund. Scacc. de appellat. quæst. 3. num. 39. & seq. lib. 3. cap. 2. cum ibi alleg. Card. Seraph. decis. 357. num. 3. item Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 22.*

87 Extende, quòd illo casu clericus etiã maiori excommunicatione innodatus, interdictus, aut suspensus, potest fine metu irregularitatis constitutum in articulo mortis à quibuslibet peccatis absoluere, *vt fuit resolutum à DD. in sac. Congregatione Concilii sessione 14. cap. 7. fol. 174. & ibi infinitis DD. allegantur.*

88 Declara præterea, quod *Oldrad. in cõs. 126.* absolutè tenet, quòd supplicatio, siue absolutio, semper in dubio censeatur ab eo imperrata, ad cuius fauorem facit; licet tamen Rota Romana huiusmodi opinionem Oldradi simpliciter nõ seruet, sed solũ quãdo vlterius ẽt notabilis impẽsa cõcurrat, seu si materia difficilis impetrationis sit, *vt ait Sarnen. de annal. quæst. 32. num. 9. Card. Seraph. dec. 560. & fuit etiam decisum in Verdunen. electionis Episcopatus 15. Nouembris 1593. coram*

ram Card. Pamphilio, & in Parmen. beneficii 11. Decembris 1604. *coram Card. Sacrato*, vbi dicitur, quòd alias daretur materia fraudes committendi, *idemque ait* Rota *in dicta Vrbeuetana legati coram Card. Blanchetto*.

89 Quam enim opinionem Rotæ tenendo amplia eam primò, procedere, etiam si ille, qui est nominatus pro Oratore in supplicatione, esset in Curia præsens, necnon etiam si supplicatio esset registrata, *veluti latè dixit Rota in Burg. n. Abbatia de Salas* 20. *Nouembris* 1615. *coram R. P. D. Vbaldo, & decis.* 529. *parte prima in recentiorib. et in eadem causa facta, & ibi sub num. secundo* docetur quomodo probetur præsentia in Curia, & prædicta eò magis procederent, quando supplicans vsus fuisset gratia: quia tunc de mandato apparere diceretur, *vt ait Rota in dicta Vrbeuetana, coram Blanchetto*.

In hac pag. 68. col. 1. lin. 45. post illa verba principali noceret, alias secus, hæc adde.

& multò magis, si procurator haberet generale mandatum ad lites, quod est sufficiens, *vt ait Rota per Buratt. dec.* 551. *nu.* 11. & sine difficultate, si posteà principalis peteret scripturas à procuratore productas. *idem Buratt. vbi sup. nu.* 12. &

90 Amplia secundò dictam opinionem procedere, quando supplicationem quis penes se retineret, *vt ait Rota per Papam Gregorium in decisione* 331. *num. nono*.

91 Amplia tertiò, quòd absolutio, siue dispensatio præsumatur à principali obtenta, quando sæpius fuisset petita, vel saltem de eius ordine: quia tunc pluralitas dispensationum omnem doli, ac fraudis suspicionem tollit, *vt ait Rota in dicta decis. Gregorii* 331. *num.* 8.

---

ead. pag. col. 2 lin. 45. ante num. 91. hæc adde.

Item prædicta, limita non procedere, quãdo excommunicatus à Iudice, differt absolutionem petere: quia tunc vti absolui contemnens non debet audiri, etiam si reus necessarius esset, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dec.* 536. *nu.* 6 *& seq.*

92 Amplia quartò, quòd absolutio præsumatur à principali obtenta ex illius vsu & productione: quia tunc resultat, & illa regula, quòd scilicet producens scripturam censeatur fateri, & approbare omnia in ea contenta; veluti erit quoque dicendum, quando productio esset facta à procuratore, qui verisimiliter aliundè, quàm à suo principali dictam scripturam habere non potuerit; quia tunc illa principali noceret, alias secus, *vt pulchrè tradit Addens ad dictam decisionem Papæ Ludouisii* 331. *numero* 20. *& ibi concordat decisiones* 285. *numero quarto, & decisione* 593. *num. quinto in* 2. *parte recent.* quæ videntur contrariari *decisioni in Rom. de Aronsis* 20. *Iunii* 1614. *coram Vbaldo, & decis.* 614. *par. prima recentioribus*.

93 Sed hic obiter nota, quòd quando absolutio fuit petita ab eodem excommunicato, tunc dicta instantia absolutionis consequendæ ab eo facta excludit insordescentiam excommunicationis, etiam si absolutio fuerit expedita, sed posteà excommunicatus litteras absolutionis non recepisset; & ratio est: quia sola petitio absolutionis, & instantia ab eo facta facit cessare contemptum, & pertinaciam: cum insordescens in excommunicatione ille dicatur, qui in ea pertinaciter perseuerat, & indurato animo in contemptum clauium persistit; ad quod enim excludendum, quælibet causa bestialis, & iniusta sufficit, *veluti pulchrè fuit decisum in Oscen. Archidiaconatus Veneris* 16. *Maii* 1603. *coram Card. Lancellotto, quæ est inter crimin. Far. nac. dec.* 196. *num.* 1. *& seqq.*

94 Extende id multò magis procedere, quando excommunicatus litteras absolutionis ob eius paupertatem non exegisset: quia tunc ab insordescentia ex huiusmodi causa excusandus veniret, *vt ait Oldrad. in consil.* 277. *& Signorol. consil.* 33. *num.* 11. *allegati à Rota in dicta decis.* 196. *num.* 4.

95 Et propterea hinc fit, quòd absolutio à Censuris datur nõ soluenti pensionem, sub prætextu paupertatis; licèt tamen ea probata, & non aliàs, *veluti fuit decisum in Alerien. pensionis Luna* 5. *Iulii* 1620. *coram Canalerio, quæ est apud Marchesanum in prima par.* §. 1. *car. mihi* 542. *de commiss.*

96 Limita tamen prædicta non habere locum, veluti si essemus in absolutione petita ab excõmunicatione, in qua quis per triennium stetisset: quia tunc ad effectum casuum Regulæ ea non sufficeret: quia insordescendo per tantum tempus excommunicatus, videtur censuras paruipendere, & sic se suspectum de hæres detegere, *vt ait Rota in decis.* 850. *num* 1. *par.* 3. *diuers.*

97 Præterea hic erit notandum, quòd dicta absolutio in foro exteriori conceditur sub certis cerimonijs; & primò excommunicatus iurat seruare mandata Ecclesiæ, quæ sibi fient, Secundò, quòd parti satisfaciet si debitum, aut contumacia est manifesta, vt superius dixi. Tertiò, absolutio datur cum recitatione psalmi Miserere, & percussione super humeros

os virga, fune, aut flagellis cum certis ersibus, & orationibus, de quibus *in : à nobis il 2. cap. ex tenore, cap. de cate- o, de senten. excomm. cap. ex parte, de verborum signif. Nauar. cap. 26. num. 7 & 8. Couar. in cap. Alma mater, de sent. excom m. par. 1. §. 11. num. 11.*

Licet secus si Iudex eam formam non eruaret, sed solo verbo absolueret: quia unc peccaret, sed venialiter; remoto ta- nen contemptu, & scandalo, sed abso- utio, valeret, *iuxta glo. final. in cap. cum ib ecclesiarum, de offic. ordin.* communi- er approbatam, *teste Abbate in cap. qua fronte, num. 6. de appellat. & est text. ex- pressus in cap. venerabilibus, §. sanè, versic. ubi autem*, quem ait *Abb. ibi supra.* obli- ioni non esse tradendum, & hanc esse communem, *ait Suar. de censur. tom. 5. disp. 19. num. 13. idem ait Nauarr. dicto ap. 26. num. 9.*

Quinimmò nota, quòd absolutio etiā uito datur, *vt ait Francisc. Marc. dec. 65. num. 5. par. 2.* Licet sit benè verum uòd si excommunicatus monitus à Iu- lice differat petere absolutionem, tunc am contemnere dicitur: & id adeò est xorbitans in iure, vt propterea talis ex- ommunicatus audiendus non sit, etiam sit reus necessarius, vt dicunt *Doctores llegati in vna Placentina Castanearum, tert. 2. Iun. 1621. coram* R. P. D. *Bu- tto.*

Quantum verò attinet ad absolutio- em illius, qui incidit in canonem (si uis suadente Diabolo) erit animaduer- ndum pro ornamento istius materiæ, uòd talis absolutio potest competere E- piscopo, siue Pontifici; Episcopo quando fensa est leuis, Pontifici verò quando auis; & talis non dicitur nisi hæc tria ncurrant, & Primò, quod factum sit nsumatum. Secundò, animus iniu- indi. Tertiò, violentia. Sed in iudi- ndo, quando ea sit leuis, vel grauis, bitrio Ordinarij statur, *vt ait Francisc. arc. dec. 823. & dec. 827. par. 2.* Licet men ab hoc arbitrio appellatio detur, *ait Ricc. in sua decis. Cur. Archiepisc. ap. 122.* Nec eo casu potent Iudex ad um appellationis procedere, *vt ait m Ricc. in dec. 131.*

Grauis tamen offensa ea dicitur ab- itè, quæ homicidium, vel membri mu- tilationem causat, sed non simplex san- guinis effusio cum ossis effractione, *idem Franc. Marc. dicta dec. 823. num. 3. in fine, & decisione 824. num. 1. d. par. 2.*

102 Licet secus tamen diceretur quando (verbi gratia) Clericus esset in publico a- lapa percussus, *vt ait Riccius in sua decis. 90. Cur. Archiep. Neap.* & propterea v- nus talis isto modo percutiens, grauiter fuit punitus, *vt testatur idem Riccius dec. 46. Grammat. dec. 14. & Thesaur. de- cis. 224.* Item in Curia AuerSana graui fuit iudicata percussio vnius, qui pileum in faciem Prioris Religionis protecerat, *vt ait Ric. dec. 229.*

103 Declara tamen, quòd ad faciendam iniuriam grauem, non attenditur, verbi gratia, testitiuras alicuius sancti, *vt ait Put. decis. 291. lib. 1. allegata à* Riccio *in sua collect. 824. p. 4.* Neq. iudicatur gra- uis iniuria si percussio inferatur coram persona in dignitate constituta, at secus coram eo iurisdictionem habente, siue in loco ob aliquam illius qualitatem in- signi, *vt ait idem Put. dec. 303. lib. 1. & Riccius ibi supra.*

Extende præterea eodem modo dici de ea iniuria per eum illata, qui spuit in personam Clerici, qui licet ob id dicatur excommunicatus, non tamen in- iuria erit grauis, *Franc. Marc. decis. 819. & dec. 871, par. 2.* quod idem erit dicen- dum de sciente, & patiente clericum per- cuti, qui dicitur excommunicatus, si il- lis consensus siue ratificatio concurrat, *iuxta capitulum cum quis in fine, de sen- tent. excommun. lib. 6. idem Franc. Marc. dec. 872.* Secus autem in persequente Clericum telo, quem si non percusserit excommunicatus non erit, cum illud ver- bum (iniecerit) sit cum effectu intelligē- dum, *idem Franc. Marc. dec. 871. nu. 2. & 3.* Item secus esset in eo, qui inijceret ha- stam in Clericum, quia si percussio non sequatur excommunicatus non efficitur, etiam si animus percutiendi adsit, *vt ait Grattan. lib. 5. disceptation. forens. cap. 837. num. 1.*

104 Amplius erit notandum, quòd iste canon (si quis suadente Diabolo) adeò est fauorabilis, vt propterea etiā percutiēs clericum excommunicatum, & deposi- tū incidat in illum, *Franc. Marc. decis. 875. par. 2.* quia illud priuilegium ad fa- uorem

uotem totius Cleri fuit inductum. Immò id quoque procedit in eo, qui seipsum per cutit, *idem Franisc. Marc. decisione* 876. Amplius id procedit etiam in eo, qui animo iniuriandi Clericum detineret per vestem, vel frenum equi, vel aliquid è manibus suis auferret; licet secus si vestes essent separatæ à persona Clerici, quia tunc excommunicatus non fieret, *vt ait idem Franc. Marc. decis.* 819. *in princip. pate* 2. Veluti quoque idem fieret quando inferens manum in Clericum esset infans, quia tunc non incidit in Canonem, veluti fit pubes, cum ille sit capax doli, cuius non est capax infans, quia quæquæ videt ignorat, *Franc. Marc. dec.* 822. *num.* 1. *par.* 2.

105 Et redeundo ad id, quod superius fuit dictum circa eos, qui possunt absoluere ab incursu istius Canonis, erit notandum, quòd pari modo Legatus de latere, etiam in via suæ legationis, potest dictum excōmunicatum absoluere, etiam si aliundè veniat, si tamē absoluendus non esset irregularis ob delictum homicidij, siue mutilationis membri: quia tunc Legati de latere super huiusmodi delictis non dispensant, sicuti facerent si læsio esset enormis tantum, sed non cum illa prædicta qualitate homicidij, vel mutilationis membri associata, *vt ait idem Francisc. Marc. dec.* 824. *num.* 2. *& dec.* 825. *nu.* 4. quod secus venit dicendum de Pœnitentiario maiori Papę, qui etiam super homicidio, vel membri mutilatione dispensat, nisi forsan absoluendus occiderit, vel mutilauerit Prælatos: quia tunc non nisi à Summo Pontifice absolui poterit, *vt ait idem Franc. Marc. dec.* 825. *nu.* 4. *par.* 2.

106 Extende primò, quòd etiam Religiosi ob violentam manuum iniectionem possunt per eorum immediatum Prælatū absolui, si tamen lęsio non esset enormis, vt superius diximus, *& vt ait idem Fran. Marc. dec.* 831. *num.* 3 *par.* 2.

107 Extende secundò, quòd etiam homines delicatæ conditionis, siuè mala valetudine laborantes, vt superius diximus, possunt ab Episcopo absolui in grauī offensa, consulto tamen prius Pontifice; vel si periculum esset in mora (quod arbitrio Episcopi erit remittendū) dummodo sufficientem cautionem præstiterint, quòd responso Papæ parebunt, *Francisc. Marc. decis.* 826. *num.* 1. *& dec.* 829. *num.* 1. *par.* 2. licet *in num.* 2. dicat secus esse, quando absoluendus esset impedimento perpetuo detentus, veluti sunt claudi, cęci, siue alias multifariè impediti, quia tunc tales per Episcopū erunt absoluendi, *idem ait Panormitanus in cap. ea noscitur. de senten. excomm.*

108 Declara tamen id primò non procedere in marito ob violentam manuum iniectionem in Clericum, qui Romam pro absolutione ire tenetur, & licet isto casu vxor suo viro sine sua culpa priuetur; id tamen sine causa non cōtingit, per quam id facere licet, *vt ait idem Francisc. Marc. dec.* 827. *par.* 2.

109 Declara secundò, non procedere in seruo, & filio familias pubere, qui Romam pro absolutione ire tenentur; licet secus ex benigna interpretatione quando filius, & seruus sint sub aliena potestate, & graue damnum eundo Romam patri, & Domino inferretur, *idem Franc. Marc. decis.* 819. 822. *& dec.* 826. *par.* 2.

110 Declara tertiò, quòd antequàm absolutio sequatur absoluendus tenetur satisfacere si iniuria notoria erit, *id. Franc. Marc. dec.* 827. *par.* 2.

111 Declara quartò, quòd absolutio debet peti ab habente mandatum speciale, *Franc. Marc. dec.* 830. *par.* 2. & *veluti superius diximus.*

112 Licet tamen id non procedat in absolutione per Canonicum pro alio Canonico petita: quæ enim absque speciali mandato obtineri potest, *vt ait Rota in decis.* 36. *alias* 426. *sub num.* 1. *de procur. in nouis.* vbi subiungit id forsan non procedere in absolutione petenda ad cautelam tanquàm valdè extraordinaria, & præiudiciali.

ARGV-

ARGVMENTVM.

ABSOLVTIO A IVRAMENTO quando sit necessaria, & quando non, tàm effectum agendi, quàm excipiendi.

CONCLVSIO VNDECIMA.

1 ABSOLVTIO à iuramento super aliquo contractu præstito, nota, quòd in primis, & ante omnia est obtinenda ab eo, qui contra actum iuratum venire intendit, alias vti periurus à limine iudicij expelli posset, *veluti ex mente Rota, fauente Deo, latè dicam in verbo Periurus, et veluti fuit à Rota decisum in Romana aperitionis oris Ven. 8. Mart. 1613. coram Card. Sacrato, quæ est decis. 461. num. 3. par. 1. in recent. & est decisio vnica Cassad. de empt. et vendit. et fuit ita quoque resolutum in vna Tirasonen. decimarum,* 10. *Octobris* 1576. *coram* R.P.D. *Robusterio*, & in hac materia vide omninò *Cald. consil.* 182. *per tot.* vbi pulcherrima disces, *et Card. Tusch. in verbo Absolutio*, & nouissimè *Gratian. lib. 5. discept. cap.* 976. *num.* 19.

2 Amplia primò, conclusionem procedere non obstante allegatione enormis, seu enormissimæ læsionis, nisi de ea constaret per tres sententias conformes absque partis oppositione de periurio: quia non est aperienda via, vt iuramentum illudatur: cum illud sit promissio facta Deo de aliquid agendo, vel disponendo, *Card. Mantica in sua dec.* 267. *num.* 6. *et veluti fuit quoque decisum in Romana legitimæ de Vrsinis* 20. *Maii* 1588. *coram R. P. D. Bubalo, & in Nepesina laudi* 10. *Decembris* 1604. *coram Card. Mellino, et est decisio Coccini* 268. *nu.* 3. *et* 4. *in eius impress.* Secus verò quando læsio enormissima fuisset detecta: quia tunc absolutio illa non esset necessaria, *vt ait Rota dec.* 102. *num.* 9. *parte* 1. *diuers.*

3 Et ratio illius ampliationis est: quia nondum constito de enormissima læsione tunc contractus non præsumitur, vel per metum, siue per aliam doli speciem factus, veluti fieret quãdo de ea constaret, *vt ait Mandel. cons.* 89. *num.* 8. *par.* 1. *Gratian. decis.* 166. *num.* 9. *et Rota decis.* 461. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.*

4 Vndè antequàm de læsione constet semper exceptio periurij agere volenti obstat, cum in qualibet parte iudicij ea opponi possit, *vt ait Rota penes Picum ad statutum in decisione* 56. *num.* 3. & 5. & *vt ait* Rota *per Gregorium XV. in sua decis.* 64. *num.* 9. & *prius fuerat decisum in illa Romana tutelæ de Ceulis coram Gipsio.* Veluti neque illa petitio absolutionis à iuramento ad effectum agendi interim donec de læsione, vel alia iusta causa doceatur illiusmet iuramenti vires eneruat, *vt fuit dictum à Rota in Signina Castrorum Merc.* 22. *Iun.* 1622. *coram R. P. D. Remboldo, et ibi aliæ decisiones allegantur.*

5 Subamplia pari modo procedere in eo qui vellet contra sententiam, seu alium iniustum contractum venire: quia tunc antequàm de illius iniustitia cognoscatur absolutio est petenda; alias contra eum prædicta exceptio periurij obstaret, *veluti fuit decisum in Firmana Altaris* 39. *Ianuar.* 1607. *coram Card. Marquemontio, quæ est apud Statilium Pacificum decis.* 95.

6 Amplia secundò, procedere etiam si essemus in eo, qui vellet actui iurato cõtrauenire, & illud iuramentum esset à statuto reprobatum: Veluti quando cõtractus sine certis solemnitatibus fieret: quia nihilominus isto casu absolutio iuramenti erit quoque necessaria, *vt fuit decisum in vna Tirasonen. Decimarum* 8. *Octobris* 1586. *coram R. P. D. Robusterio.* & *in Signina Castrorum Mercur.* 26. *Iun.* 1602. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. dec.* 64. *et Gratian. dec.* 165. *num.* 3. *in addit.*

7 Amplia tertiò, procedere conclusionem, etiam si quis allegaret defectum consensus ex capite erroris: quia eo non obstante absolutio erit necessaria, *vt ait Afflict. decis.* 322. *et decis.* 393. *et Rota in Romana legitimæ* 20. *Maii* 1588. *corã R. P. D. Bubalo, & in alia Mediolanen. afflictus eiusdem anni coram R. P. D. Orano.* Neque illo casu venit admittenda probatio erroris propriæ confes-

fessionis, si confessio fuerit sæpius geminata, licet tamen secus esset, quando illius erroris magnus fumus daretur, *vt fuit dictum in illa Signina Castrorum coram Rembaldo.*

8 Amplia quartò, procedere in eo, qui dolo aduersarij se fuisse deceptum prætenderet: quia nisi dolus sit detectus per sententiam, absolutio prædicta erit necessaria: quia nemo potest esse sui iuramenti arbiter, & iudex, *Afflict. decis. 322. num. 6. & Rota in Meliten. Reuisionis computorum lunæ 30. Octobris 1595 coram Card. Pamphilio.*

9 Amplia quintò, procedere in omni eo etiam minore, & muliere nullitatem iuramenti allegante sub eo prætextu, quòd solemnitates statutariæ fuerint omissæ: quia non obstante, quòd quis tali casu sit minor, siue mulier, nihilominus debet prius absolutionem à iuramento petere antequàm possit contra suum proprium iuramentum venire, *vt ait Rota in dicta decis. 64. coram Gregorio XV. nu. 6. quam postea secuta fuit Rota in Romana nullitatis obligationis 2. Iun. 1604 coram* R.P.D. *Ortembergo, et Pitus ad statutum Vrbis gloss. 23. nu. 19. et seq.*

10 Contrarium licet tenuerit *Rota mox alleganda* in eo casu quando mulier renunciauit bonis paternis, & maternis: quia tunc si læsio enormissima exert, ea potest contra huiusmodi renuntiationē venire non obstante iuramēto, ac iudicis auctoritate, nec non tutoris, & curatoris consilio, siue consanguineorum interuentu, ac quibuscunque alijs solemnitatibus adhibitis, *vt fuit decisum à Rota in decis. 102 nu. 1. et seq. par. 2. diuersorum.* vbi de magis communi opinione testatur, ex eo: quia ex enormissima læsione dolus arguitur, qui dolus præsumptus, vel reipsa contingens, meritò dolo vero ex proposito æquiparari potest, *vt fuit dictum à Rota in præcitato loco, nu. 2.*

11 Concorda tamen, vt prima opinio procedat quando de illa læsione adhuc non appareret. Secūda verò qū secus, veluti in prima Ampliatione dixi, ex ea ratione: quia minor ætas quemquam à petitione illius absolutionis non excusat, *vt ex iuribus præcitatis apparet.*

12 Amplia sextò, etiam procedere in eo, qui simulationem contractus allegat: quia dicta exceptio non suffragatur aduersus instrumentum iuratum, nisi prius petita, & obtenta à dicto iuramento absolutione, *vt ait Rota in decis. 5. par. 2. in recent. & Gratian. lib. 5. discept. c. 876. num. 15. & Seraph. de priuileg. iur. priuil. 59. num. 2. & Surd. consil. 165. num. 7. lib. 1.*

13 Amplia septimò, quòd etiam mulier debet absolutionem petere à iuramento assertorio, & promissorio, neque ei illa est deneganda, licet mendacia, & falsa iurauerit, *veluti fuit decisum in Romana nullitatis obligationis 16. Ian. 1606. coram Ortembergo, & in alia Romana nullitatis obligationis 16. Ian. 1626. coram R.P.D. Durano.*

14 Amplia octauò, etiā si ille, qui iurauit in iudicio manutentionis ageret, *vt fuit dictum in Pacen. Castri 4. Iulij 1601. coram Card. Mellino, & in alia Signina Castrorum 26. Iun. 1602. coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. decisio 642. num. 2.*

15 Amplia nonò, quòd etiam obligatus in forma Cameræ siue iuramento, veluti per apodissam debet illius absolutionē petere ad cautelam: quia dicta obligatio habet illud virtualiter in ventre, vt omnibus benè compertum est, immò ista obligatio Cameralis in se duplex iuramentum continere dicitur: nempè illud super renunciatione exceptionis; alterum verò de obseruandis omnibus in instrumento, siue in obligatione contentis, illisque non contrauenire, *vt ait Rota in decis. 800. num. 4. par. 3. diuers. Zacch. de obligat. Cam. in quæst. 25. num. 7 fol. 146 Marchesan. de commiss. appell. ab oblig. camer. cap. 16. num. 23. par. 2. in vltima impressione. & Mantica de tacit. & ambig. lib. 18. tit. 4. sub num. 7. vers. item quia, & Rota dec. 787. par. 3. diuers. Caputaq. dec. 2. de except. Cassad. dec. vnica, num. 2. tit. de mut. petun.* Sed quando ea sit concedenda stante obligatione camerali vel non, *tradit idem Zachias ibi supra.*

16 Amplia decimò, quòd etiam vniuersitas, & Collegium teneatur petere absolutionem à iuramento; quod tamen intellige procedere quando illi, qui iurarunt viuerent: at secus si essent mortui: quia ista facultas, siue vinculum ad successores non transit, *vt dixi in fine istius conclus.*

conclus. & *idem ait Rota decis.* 102. *par.* 1. *diuersorum, & decis.* 97. *num.* 10. *par.* 2. *diuersorum.*

17 Reassumendo autem principalem Conclusionem. Limita primò, eam non procedere quando periculum esset in mora, vel quando immineret necessitas: quia tunc quis poterit propria auctoritate, absque alia absolutione contra iuramentum venire, veluti eodem modo dicendum esset quando copia Iudicis haberi non posset, *iuxta ea quæ ait Marsil. in suo sing.* 421.

18 Limita secundò, quando iuramentum fuit præstitum sub tacita conditione, quę postea non fuit verificata, *vt ait Archid. quæst.* 50. *nu.* 14. *lib.* 3. *& ibi alios Doctores allegat.*

19 Limita tertiò, quòd absolutio non sit necessaria in dependentibus à mera volũtate iurantis: quia tunc ille suo iuramento contrauenire potest; licet tamen periurus efficiatur, *vt ait Magon. dec. Flor.* 39. *num.* 6.

20 Limita quartò, quòd absolutio non sit necessaria quando aliquis actus impugnaretur ex implemento non secuto; *vt ait Gratian. in sua decis. Marchiæ* 26. *num.* 25. *& vide Cardinal. Tusch. in sua conclus.* 62. *in hoc verbo Absolutio*, & ibi alias infinitas limitationes inuenies.

21 Limita, & declara præterea, quòd si quis iurauerit nunquàm absolutionem petere, tunc huiusmodi iuramento sic stante, amplius eam consequi non poterit, nec ea vti valebit: *iuxta ea, quæ ait Seraphinus de priuilegiis iurament. priuil.* 59. *num.* 8. vbi alios allegat; & facit doctrina *Menoch. in consil.* 343. *num.* 46. *& Rota in dicta Romana nullitatis obligationis* 27. *Iun.* 1605. *coram dicto* R.P.D. *Ortembergo, & dec.* 5. *par.* 2. *in recent.*

22 Contrarium tamen huic opinioni videtur hic in Curia de stylo seruari, licet magis illa opinio Seraphini mihi placeat, ob eam rationem: quia tenendo contrarium sequeretur, quòd illa promissio cum iuramento de non petendo absolutionem, nunquàm promittentem ad obseruantiam obligaret, & sic superfluè apposita censeretur, quod non est dicendum; non solum quia nec vna syllaba in iure debet stare absque virtute operandi, vt dixi in littera V. in verbo *Verba, & est etiam decisio Artaman.* 50. verum etiam, quia fraudibus est præcludenda via.

23 Sed pro istarum opinionum concordia possumus, iudicio meo, tali pacto distinguere, nempè, quòd prima procedat quando in petitione absolutionis omnia non fuerunt expresse narrata, quæ iuramento promissa fuere, & per consequens si in primis in absolutione non expressisset, quòd ille iurauerat eam amplius non petere, & ea non vti, *iuxta tradita per Felinum in capitulo constitutus, num.* 14. *de rescript. allegat. à Rota dicta decisione* 5. *in recent. num.* 2. Secunda verò procedit, quando omnia in supplicatione narranda narrata fuere. Nam in in primo casu cum absolutio per litteras subreptitias fuerit obtenta, & illo non citato cuius intererat; tunc in odium subreptionis dicitur vana absolutio, & sic tanquàm obtenta post incursum periurium illi non suffragatur, *vt ait Rota in dicta decisione quinta, numero secundo, & prius in decisione* 226. *numero* 4. *parte tertia diuersorum. Affl. decis.* 30. *& ibi Vrsil. nu.* 5. *& dec.* 220. *nu.* 12. Secus verò in secundo casu, vbi narratur in absolutione, quòd quis eam non obtinere, & ea non vti iurauerat: quia tunc dicto pacto non obstante absolutio peti poterit, *Felinus, & Rota in præcit. locis.*

24 Amplius huic secundæ opinioni potest alia maior ratio addi, quæ est quòd si in prædicto casu absolutio non esset concedenda, sequeretur, quòd virtute illius iuratæ promissionis, numquàm dolus Aduersarij malo animo forsan in contractu adhibitus detegi posset: quod esset vinculum iniquitatis, & nutritiuũ peccati; Vndè concludi potest, quòd quoties (vt diximus) in absolutione ea narrantur, ex quibus facilè dictus dolus aduersarij cognosci poterit; tunc iure, ac meritò illa absolutio videretur cõcedenda; Siue etiam pro illarum opinionum concordantia dici potest, quòd prima opinio procedat de iuris rigore, secũda verò de stylò, & æquitate, *vt colligitur ex iuribus superius allegatis.*

25 Præterea huiusmodi occasione erit vtile quoque scire, quòd simplex ab-

solutio à iuramento, vbi adsunt plura iuramenta, non sufficit; sed tunc ab omnibus specifica absolutio erit petenda, ita quòd si quis (verbi gratia) prius iurasset absolutionem à iuramento non petere, tunc (vt mox diximus) prius erit absoluẽdus ab eo de nõ petenda absolutione, & deinde ab alijs: quia habemus regulã illã, vt. s. quot sunt obstacula, tot requirantur absolutiones, *Roland. consil. 34. n. 5. cum seq. lib. 1. Menoch. consil. 24. num. 10. & 16. & consil. 343. num. 55. Bald. in l. 2. num. 9. ff. de iureiurando, Felin. in cap. constitutus num. 14. de rescrip. Affl. dec. 30. n. 6. & ibi in annotat. & melius in dec. 220. n. 12. Cauale. dec. 8. n. 25. vbi pulchrè, & ita fuit decis. à Rota in Romana donationis de Ciucijs 20. Nouemb. 1595. coram Eminentiss. Cardinali Seraphino, & in dicta Clusina pensionis coram Cardinali Platto, & in Valentina affictus 20. Iun. 1599. coram R. P. D. Corduba, & in Placentina castri, Mercur. 4. Iunii 1601. coram Cardinali Mellino, & in Romana Nullitatis obligationis luna 5. Iulii 1604. coram R. P. D. Ortembergo, & est decis. Card. Mantica 267. num. 7. et 8. et dec. 5. nu. 2 par. 2. in recent.*

26 Animaduertendo, quòd in casu absolutionis petendæ à periurio iã incurso, tunc est necessaria partis citatio, *vt ait Afflict. dicta decis. 30. & ibi in annotat. num. 5. & in decisione 31. num. 2. ait,* quòd in Curia Ecclesiastica Neapolitana non conceditur citatio super absolutione à iuramento, nisi ad minus viginti dies solutionis pecuniæ superfint, et si per inaduertentiam concedatur dicta absolutio, suum effectum non operatur; veluti etiam dicitur de eo, qui impetrauit absolutionem à iuramento post lapsum termini, cui hæc impetratio non suffragatur, sed posset à limine iudicij repelli, *vt ait Rota in decis. 786. n. 2. p. 3. diuers.* Secus tamen quando periurus ageret ex alio contractu, non autem ex eo, per quẽ incidit in periurium: quia tunc à limine iudicij repellendus non esset si citatio non interuenisset, *vt ait Rota decis. 97. p. 2. diuersorum.*

27 Rursus hic notandum erit, quòd lapsus decem annorum facit præsumere ignorantiam, & obliuionem ad effectum excusandi à periurio, *vt fuit decisum à Rota in Romana tutelæ de Ceulis luna 20 Iun. 1588. coram Gipsio, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 34. nu. 8.*

28 Extende, quòd ob id quælibet causa à periurio excuset: quod tamen intellige verum quoad pœnas periurij: secus verò quoad ipsum periuriũ: ad quod enim incurrendum plena probatio requiritur, *vt ait Rota ibi supra n. 4. et 5.*

29 Amplia illud, quod fuit dictum super eo, quòd tot requirantur absolutiones, quot sunt iuramenta; adeò esse verum, vt propterea omnes absolutiones explicitè, & expressè sint petendæ, nec per relationem ad instrumenta eorum petitio sufficeret. Et ratio est: quia ex fine vnius absolutionis oritur origo petitionis alterius, *argumento l. Iulianus, in fine, de condition. indebit. & Bald. in l. 2. col. 29. in princip. vers. Et quoad primam, de iure iurando, quem sequitur Socin. consil. 59. num. 7. et 8. libro tertio, latè Roman. in allegato consilio 326. num. 2. et 3. Affl. dec. 220. et ibi Vrsil. n. 12. et 13. Grammat. decisione 66. num. 11. et 13. Roland. consil. 34. num. 5. vsque ad 10. lib. 1. et ita fuit quoque dictum in vna Romana laudi 6. Mar. 1587. coram Cantuctio, et in Calaguritana beneficii 14. Febr. 1594. coram Card. Mantica, quæ est in eius impressi. dec. 267. num. 7. et est dec. quoq. coram Card. Mellino 92. apud Statil. Pac.*

30 Subamplia dictam ampliationem adeò esse veram, vt propterea absolutio excommunicationis, siue iuramenti ab vna censura aliam non contingat: nec minus vna alteram auget; & ideò quoad expressam subreptio nulla considerari potest, *vt ait Grattian. lib. 5. disceptat. cap. 827. nu. 5. et Garz. de benef. par. 8. c. 3. num. 14. et 60.*

31 Amplia secundò, dictam conclusionẽ procedere etiam si absolutio peteretur ad effectum agendi tantum: quia nihilominus illa per relationem ad instrumentum non sufficeret: quia specificè (vt superius dictum est) peti debet, *Afflict. d. dec. 220. n. 10. et ibi Vrsil. n. 13.* veluti etiam si peteretur per relationem ad contractum: quia nec isto casu sufficeret, *veluti fuit decisum in Romana laudemii 6. Martii 1583. coram R. P. D. Cantucio; quæ decisio est apud Marches. par. 3.*

\ar. 3. §. 1. *cart. mihi* 207. *de commission.* Contrarium tamen illi decisioni *in Romana laudi coram Cantuccio facta decisum fuit in vna Signina Castrorum, lunæ* 2. *Maii, et Ven.* 9. *Decembr.* 1616. *coram Remboldo, et ibi Rota* hanc opinionem esse veriorem affirmat.

Quas enim opiniones fœdere istius distinctionis optimè conciliare possumus: nempè vt prima opinio in illa causa coram Cantuccio procedat quando absolutio à iuramento petitur absque alia expressione, vel relatione ad instrumenta: quia ea tali modo obtenta non suffragatur pro pluribus iuramentis, vel specificè vel saltem relatiuè non expressis, quod sufficeret, *vt ait Felin. in cap. constitutus, de rescript. & ita quoque fuit dictum in illa Placentina coram Card. Mellino superius allegata.* Secunda verò opinio procedit quando non solum esset facta mentio in absolutione de pluribus iuramentis, veluti si quis diceret eam petere à pluribus forsan sæpè, ac sæpius reiteratis; sed etiam quando in ea fieret relatio ad instrumenta: quia tunc id sufficeret ad consequendam absolutionem ab omnibus iuramentis contentis, & specificatis in instrumentis. Et ratio est: quia dispositum in genere habet etiam locum in singulis suis speciebus, *vt dicunt Doctores allegati in dicta Signina Castrorum, idemque tenuit Rota in Aretina dotis* 4. *Februar.* 1609. *coram R. P. D. Penia, & prius in Aretina Commendæ prima,* & 19. *Iun.* 1587. *coram* R. P. D. *Orano, quæ est apud Zacch. de obligat. cam. ...c.* 28. *num.* 5.

Rursus concorda, vt scilicet prima opinio procedat, quando in petitione absolutionis fuerunt non solum narrata aliqua iuramenta; sed fuerit facta etiam relatio ad instrumentum respectu narratorum tantum; quia tunc absolutio dicitur solum restricta ad instrumentum respectu eorum narratorum tantum, & non vltra. Secunda verò procedit, quando non solum fuerit facta relatio ad instrumentum respectu narratorum; sed etiam aliorum, quæ in dicto instrumento continebantur; quia tunc id operatur, ac si specifica singulorum mentio facta fuisset, *vt Rota in dicta Signina Castrorum coram* R. P. D. *Remboldo.*

35 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende eam primò procedere, etiam si in specie non fuerit facta mentio de instrumento, de quo agebatur; sed sufficit eam fuisse factam in genere, sed eo modo, quo supra diximus, veluti in simili dicitur de mandato ad compromittendum, & permutandum, nec non de eo ad vendendum, & transigendum facto; quod licet debeat esse speciale, tamen eo ipso tale dicitur, quando alicui potestas datur vendendi, vel transigendi, licet non exprimatur id, super quo venditio, siue transactio fieri debeat; quemadmodum in simili dicitur etiam de mandato dato ad petendam in integrum restitutionem, quod valet, licet non exprimatur causa, super qua peti debeat. Immò si mandatum fuisset alio modo concessum diceretur singulare, & non speciale, *vt ait Alexander consilio* 189. *numero octauo, libro septimo*, vbi dicit, quòd differunt inter se, quòd aliquid specialiter mandetur, vel quòd aliquid singulariter ordinetur, *quem sequitur Rota ibi coram Remboldo.*

36 Et licet contrarium videatur sentire, *Bart. in l. si quis mihi bona*, §. *vtrum*, *num.* 2. & *ibi Ias. & alii, ff. de acquirenda hæreditate*, vbi ait, quòd in mandato petendæ restitutionis causa sit exprimenda: Nihilominus *Rota ibi supra* ait, quòd *idem Bart. in l. filius famil. num.* 7. *ff. de donation.* fatetur id procedere, vbi agitur de præiudicio ipsius mandatis, secus autem vbi de ipsius fauore ageretur: quia tunc sufficit exprimere causam in genere.

37 Extende secundò, illam secundam opinionem multò magis procedere quando mandatum datum ad petendam prædictam absolutionem esset conceptũ verbis vniuersalibus geminatis (veluti si petitio absolutionis fieret à quocunque iuramento in quocunq. instrumento apposito) quia tunc ista verba includerẽt eos casus, qui alias ex sui natura non includerentur; & ea petitio idẽ operatur, ac si de singulis iuramentis, & instrumentis fuisset facta expressa mentio, *vt ait Surdus in sua decisione* 265. *numero* 30. *& dec. Pedem.* 94. *num.* 10. *& alii alleg.*

in d. Signina Castrorum coram Remboldo.

38 Extende tertiò, illam eò magis procedere, quando procurator constitutus ad petendam absolutionem fuisset constitutus per acta, vbi contra aduersarium agebatur: quia tunc præsumitur mandantem voluisse petere absolutionem ab illo iuramento apposito in instrumento, de quo erat inter partes actitandum; & sic tunc idem operatur, ac si specialiter fuisset constitutus procurator ad illius iuramenti absolutionem petendam, & præsertim quando obtinenti absolutionem aliud ius per ea acta non competebat cōtra aduersarium, quàm illud instrumentum, *vt benè ait Rota ibi coram R.P.D. Remboldo.*

39 Subextende id in tantum operari, vt propterea maximam causam præbuerit petenti absolutionem credendi illud mandatum eo modo conceptum pro ea obtinenda sufficere, & illud per consequens facit in eo omnem dolum cessare, sine quo periurium non incurritur: ad quod tamen excludendum omnis causa, siue iusta, siue iniusta, aut bestialis sufficit, *vt ait Rota ibi coram eodem Remboldo, & alias sæpissimè.*

40 Extende quartò, dictam secundam opinionem esse veram, quando absolutus instrumentum vidisset: quia tunc per relationem ad illud absolutionem petere posset, *Soccinus consil. 59. num. 8. & propè finem, Rolandus dicto consil. 34. nu. 9. & benè Paris. consil. 43. num. 18. & cons. 96. num. 92. & Rota in dicta Romana laudemii coram Cantuccio, & in alia Romana hæreditatis de Cenciis 20. Nouembris 1583.*

41 Extende quintò, illam eò magis procedere si Iudex quoque, qui absolutionem concessit, illud instrumentum viderit: quia cum possit ille tales absolutiones etiam parte non citata concedere, hinc est quòd præsumitur instrumentū & contenta in eo extraiudicialiter vidisse, quod sufficit, *vt ait Rota in d. Signina Castrorum luna 2. Maii 1616. coram R. P.D. Remboldo.*

42 Extende sextò, eam esse veram quando supplicatio pro obtinenda absolutione esset ita, & taliter verbis generalibus concepta, vt ea omnia iuramenta, quæ obstant agenti, essent apta comprehendere: quia tunc vna absolutio sufficeret, *vt ait Rubin. in dec. 23. & ita quoque fuit dictum à Rota in vna Mediolanen. bonor. 4. Iun. 1597. coram Card. Pamphil. quæ postea fuit cōfirmata 5. Iun. 1598. cor. Orano.*

43 Extende septimò, quando absolutio fuisset concessa iuxta formam cōmissionis, in qua vtrunq. iuramentum exprimebatur; quia tunc vnica absolutio erit sufficiens, *vt fuit dictum à Rota in Interamnen. Saluiani, luna 14. Nouemb. 1611 coram Manzanedo, quæ est apud Statil. Pacif. dec. 13. num. 10.*

44 Extende octauò, quando in commissione fuerūt expressi omnes casus, in quibus iuratum fuisset, & commissio fuisset signata simpliciter: quia isto casu vna tantum absolutio sufficeret, *vt ait Rota apud Statil. in dec. 94. n. 2. coram Card. Pamph.*

45 Extende nonò eam procedere, quando pluralitas iuramentorum tenderet ad obseruantiam vnius actus tantum: quia tunc vnica absolutio sufficeret ad effectū agendi contra illum actum, *Bald. in dec. 300. et Rota in vna Romana legatorum 13. Nouemb. 1595. coram R.P.D. Orano.*

46 Vndè si fuerint factæ (verbi gratia) diuersæ transactiones iuratæ, & vltima impugnetur, tunc sufficeret petere absolutionem pro vltima tantum, *Caputaq. dec. 393. lib. 1. in manuscrip. et ita fuit decisum in Mediolanen. bonorum coram Card. Pamphilio, quæ est apud Statilium decis. 94. num. 30.*

47 Extende decimò, quòd dicta absolutio etiam suffragetur si fuit petita coram Eminentiss. Card. Vrbis Vicario, sed postea ab eius Vicegerente concessa: quia cum illud idem Tribunal dicatur, idcircò omnia ab eo expediri possunt, quæ ab eodem Vicario essent expedienda; & eò magis, quando in mandato procuræ ad eam petendam facto esset apposita clausula illa generalis (& ab alijs, quibus opus fuerit) *vt fuit dictum in illa causa Signina Castrorum coram Remboldo.*

48 Rursus reassumendo principalem conclusionem, quæ versatur circa absolutionem à iuramento petendam, declara, quòd in illius absolutionis petitione ad effectum agendi tantum, non sit necessaria citatio, *vt ait Afflict. in dicta decisione 220. numero 10.* vbi de magis communi testatur, *et Natta consil. 167. nu. 5.*

nu.5.lib.1.deciſ.Peruſ.18.nu.20.Rolan. conſil.13.nu.38.& 39. lib.1.et in conſ.2. lib.2.Gabr.conclus.1.num.91.tit. de citat. Anchar.conſil.189. Federicus de Senis conſilio 300. Gozadin.conſil.69. verſic. Illa abſolutio Pariſ. conſil. 69. num. 18. columna 3. cum aliis allegat. à Rota in Eſina reſtitutionis dotis luna 17. Mart. 1600.coram R.P.D.Litta,& in Romana nullitatis obligationis 16.Ian.1626. cora R.P.D.Durano,& prius in Signina Caſtrorum 2. Maii 1616. coram R.P.D. Remboldo, Thomas Triuiſ.dec.Venet.64. par.1.Cacher.dec. 125. & Gratian. deciſ. March. 165. & hanc eſſe magis communem opinionem, ait Riccius in ſua collect. 39. par. 1. in princip. Zacbias de obligatione Camerali ad quaſt.25. Galleſ. cart. 143.

49 Quod enim amplia procedere nedum in abſolutione ad effectum agendi, ſed eò magis etiam ad illum excipiendi, vt habetur in Apoſtillis ad Ant. de Butr. in conſ. 45. verſ. Abſolutio. Item quòd detur parte non citata ait Curt. Iun. conſil. 152. num.8.Soccin.Iun. conſil.47.nu.18. & conſ. 50.num.8. lib.3.Ferret.conſ.149 Crauett. conſ. 7. num. 7. Cauar.var.reſol. cap. 4. num. 6. & dec. Pedemont. 78. & Rota in Signina Caſtrorum 16. Iun.1602 coram Greg. XV.

50 Quinimmò extende, quòd huiuſmodi abſolutio detur etiam inuita parte, vt ait dictus Gratian. in deciſione Marchia 165. nu.2. & 4.

51 Declara tamen id, quod fuit dictum de citatione non neceſſaria in petitione abſolutionis à Iuramento ad effectum agendi, procedere quando in ſupplicatione abſolutionis nihil Summo Pontifici fuerit obreptum, vel ſubreptum: quia alias abſolutio non teneret, vt ait idem Afflict. ibi ſupra num. 11.deciſ. 120. ſed quando abſolutio à iuramento impediri nequeat ſub prætextu ſubreptionis, vide concl. 44. ſub nu. 29.

2 Et ratio eſt: quia, quando abſolutio detegitur ſubreptitia, vel obreptitia, tunc ipſo iure fit nulla, vt ait Beroas conſ. 50. num. 66.lib.1.Menoch.d.conſ.343.n.5. vbi loquitur de eo, qui non fecit mentionem ſe in periurium incidiſſe, & veluti dicunt Ancharan. Federic. dictis Caputaquen. alleg.in Militen. computorum luna 30.Octobris 1595.coram Card. Pamphil.

53 Et huiuſmodi cognitio cauſæ, an ſcilicet abſolutio obreptitiè; ſeu ſubreptitiè fuerit obtenta, poteſt etiam ad Iudicem ſecularem ſpectare; quando tamen de ea Iudex eccleſiaſticus non cognouit, vt ait Afflict.ibi ſupra nu.9.Rolan. d. conſ. 34. et Caualcan. in dec.9.nu.45.vbi alios allegat.

54 Contrarium, nempè quòd immò citatio ſit neceſſaria in petenda abſolutione ad effectum agendi, tenent multi, quos allegat Menoch.et eos ſequitur in conſil.prædicto 343. num. 5. quam ego putarem magis æquam, per ea quæ ait Rota in deciſione 451 in fine, et deciſione 513. num. 3. et deciſione 547.lib. 3. in nouis; Maceraten. variar. reſolut.reſol.704.num.17 lib.1.Couar. var. reſolut.lib.1.cap.4.n.5. vbi ait, quòd relaxatio iuramenti citationem requirit; niſi tamen extraiudicialiter procederetur, idem ait Gabr. d.concluſ. 1. de citat. num.2. Et ratio eſt: quia non tollitur per citationem quin abſolutionem petens eam conſequi poſſit, quando prætextus eſſet legitimus, vt ait Gratian.in deciſ.Marchia 165. num. 3.Guidopap.dec. 140. et Cappell.Tholoſ deciſ.62. & in hoc videre poteris Cardinal. Tuſch. in verbo Abſolutio, concluſione 61.vbi latè.

55 Concorda iudicio meo, vt prima opinio procedat, quando per abſolutionem à iuramento obligatio in eo contracta non tolleretur: quia tunc citatio non eſſet neceſſaria. Secunda verò procedit, quando per conſecutionem abſolutionis à iuramento tolleretur illa obligatio in eo contracta iuxta tradita per Gratian.in d.dec.165.n.3.et veluti dicam inferius, in verſ.Verum quia.ſub nu.61. et Zacch. de obl.cam.ad Galleſ.q.2 cuar.144.n 3.

56 Et tenendo hanc ſecundam opinionẽ amplia eã multò magis procedere, quando quis in periurium inciderat. Et ratio eſt: quia poſt incurſum periurium abſolutio non ſuffragatur, niſi de eo fuerit facta mentio, vt ait Feder. de Sen. d. conſil. 300. in fin. Archid conſ.198.col fin.et ita millies fuit deciſum à Rota, et ſignanter in Bononien. redditionis rationis, Ven.17.Februar. 1606. coram R. P. D. Penia, quæ eſt inter criminal. Farinac. deciſio 224. num. 2.

57 Et ideò animaduertas, quòd isto casu non datur absolutio à iuramento, nisi præuia absolutione à periurio, *Afflict. dicta decisione 220. nu. 27. Parif. consil. 10. num. 94. lib. 1. & Rota in vna Romana de mense Octobris 1538. coram* R.P.D. *Ptolomeo*. Et ratio est: quia quis non meretur absolutionem à iuramento postquàm illi contrauenit, cum nemo ex sua improbitate ius consequi debeat, *dictus Federic. de Sen. dicto consil. 300. in fine. Alexand. consil. 118. num. 9. lib. 1. Roland. consil. 10. n. 94. lib. 1. & ita fuit decisum in Romana nullitatis obligationis 27. Iun. 1605. coram R. P. D. Ortembergo, & in decis. 701. num. 2. par. 1. in recen. & in eadem Romana nullitatis obligationis 3. Iul. 1604. coram Ortembergo, & prius in Signina Castrorum 26. Iun. 1602. coram Gregor. XV. & Rota dec. 97. par. 1. diuersorum.*

58 Sed nota tñ, quòd non nisi à Summo Pontifice ea concedenda venit cum citatione partis, *vt fuit dictum in d. Romana nullitatis obligationis 3. Iul. 1604. coram Ortembergo, & Zacchias in loco mox citan do fol. 149.*

59 Ampla secūdò, dictam secundā opinionē procedere, quādo absolutio peteretur ad effectum rescindendi: quia tunc citatio partis semper est necessaria, *iuxta ea, qua tradit Menoch. dicto consil. 343. num. 5. Dec. in cap. qua fronte, num. 21. de appellat. et prius idem Menoch. in consil. 24. num. 11. & Rota ibi supra dec. 701.* Et rationem istius opinionis omninò vide inf. in verbo *Actor quis dicatur, n. 26.*

60 Ampla tertiò, etiam quoque procedere stante obligatione Camerali, cuius virtute huiusmodi absolutio ad effectum agendi concedenda de iure non venit; licet tamen hodiè modernus stylus aliter se habeat, & præsertim in Vrbe, vbi talis absolutio conceditur per Eminentissimū Papæ Vicarium absque alia citatione, *vt testatur Zacch. de obligat. Camer. quæst. 25 fol. 146.* Licet iste stylus cesset post incursum periurium, quia tali casu absolutio non nisi à Papa concedenda venit, & tunc erit necessaria partis citatio, vt supe rius dixi, & *veluti ait Rota in alia Romana nullitatis obligationis 5. Iul. 1604. corā Reuerendiss. Attrebaten.* & alij Doctores allegati *à Zachia ibi sup. num. 149.*

61 Subamplia primò, eò magis procedere quoad effectum excipiendi, vbi absolutio omninò denegatur. Et ratio est: quia aut quis vult opponere aliquam exceptionem de his, quæ possunt opponi contra obligationem Cameralem, & tunc absolutio nō esset necessaria; aut vult opponere alterā exceptionē nō admissibilē, & tūc absolutio non esset concedenda; secus verò si opponeretur quoad effectū cōpēsandi: quia tūc absolutio esset concedenda quando compensatio esset opposita in illis casibus, in quibus opponi potest: at secus in ijs, in quibus ea opponi non posset; & sic igitur in primo casu absolutio esset concedenda; in secundo verò nō: quia nihil operaretur, *vt dicunt Doctores allegati à Zacchia in præcitato loco, & Cassador. decisione vnica de mut. pecun.*

62 Declara tamen id, quod fuit dictum de absolutione iuxta modernum stylum in obligatione Camerali concedenda, eò magis procedere in eo, qui iam suam obligationem soluendo adimpleuit: quia tunc ea absolutio omninò venit concedenda; at secus si ageretur ad effectum impediendi executionem, *vt dicunt Scacia, et Gallesi. allegati à Zacch. in præcitato loco, num. 5.* vbi asserit ita esse intelligendam decisionem Cassadori in hac materia allegatam, *et Rota decis. 787. et 800. parte 3. diuersorum, Caputaquen. dec. 2. de except. dict. Cassad. decisione vnica de mut. pecunia.*

63 Quod amplia procedere etiam si huiusmodi absolutio fuerit concessa alicui ad effectum agendi, & reconueniendi, (verbi gratia) super mercede pro obtinenda postea compensatione: quia nec isto casu esset retardanda executio, *vt ait idem Cassad. in præcit. loco.*

64 Limita tamen hoc non procedere, quando ob non retardatam executionē animæ, & corporis destructio daretur in absoluto, veluti, quia ille esset pauper, et si cogeretur prius soluere, nihil ei remaneret adhoc, vt suam litem super mercede prosequi posset: quia isto casu executio retardanda veniret, *vt ait Cassad. ibi sup. vers. finali.*

65 Vlterius declara, quòd quando absolutio petitur, tàm ad effectum agendi, quàm excipiendi, seu rescindendi, non ob

id ea tollit effectum executionum igationis in forma Cameræ; Quod tan intellige procedere si agatur coram ditore Cameræ, at secus si coram alio ice, & ita intelligendi sunt Doctores, a illi loquũtur vigore facultatũ A. C. *ait Zacchias in præcitato loco, fol.* *). num. 13. et Mohedan. decis. 6. alias* *i. de except. in antiq. et in nou. decis. 2.* *. eodem tit. et in decis. 787. et 799. par.* *'b. 3. diuers.* vbi habetur, quòd absoo non impedit quo minus executio *, ita quoque ait Afflict. decis. 31. num.* *t ibi in annotat. ad eam*, dicitur quòd olutio impetrata ad effectum agendi, xcipiendi non impedit liquidationem rumenti fieri: quia absolutio obtenid prędictos effectus non operatur an restitutionis, nisi factis probatio-ıs, *Afflict. in d. dec. 31. num. 2. et 3.* Declara præterea, quòd nec etiam diabsolutio tollat vires, & robur iuraati, sed tantum habilitat absolutum comparendum in Iudicio ordinario si metu periurij, *vt fuit decisum in Brun ina pecuniaria luna 21. Aprilis 1614. m R. P. D. Buratto, quæ est decisio). in recent. num. 7. par. 1. et Zacch. up. num. 12.*

Contrarium licet dicat *Gratian. lib. 5. ept. c. 824. num. 25.* vbi ait, quòd hunodi absolutio iuramentum elidit, & nde operatur, ac si nunquàm illud set oppositum, & contractus in suo u remanet. Vndè si ex dispositione s ille actus iuratus erat nullus absqmento, tunc eo sublato pariter erit lus, *Zacchias viden. de oblig. Camerali 144. num. 3.*

Verum quia reperitur etiam absolutio, e fit ad effectum tollendi in totum Iuientum, ac eius vires eneruandi: Idciropus est tali pacto distinguere videli-: Aut sumus in absolutione, quæ voır præiudicialis, & tunc ea impedit ur, & effectum Iuramenti: quia illud eam in totum tollitur, *Oldrad. cons. . incip. ad duplicem in princ. quem re-, & sequitur Anchar. cons. 18. num. 11. f. 3. Bald. cons. 460. lib. 5.* Sed est beerum quòd huiusmodi absolutio sine sæ cognitione non datur, nisi scilicet is constet de dolo, vel metu, ac nimia rentia Iurãtis, nec nõ citata parte, *vt ait Bal. ibid. Arbid. cons. 382. n. 3. et seq. Bellamer. latè cons. 30. n. 11. et seq. Alex. cons. 213. per totum lib. 2. et Zacch. ibi sup. fol. 144. num. 3.* Et hanc speciem absolutionis alij appellant esse eam, quę fit ad effectum causę, vel ad probationem in causa, *vt est decis. Rota 8. alias 767. de iure iur. in antiq.*

69 Aut verò sumus in absolutione ad effectum agendi, & tunc procedit opinio prędicta, scilicet quòd per eam nec iuramentum, nec eius vires tollantur, sed ea solum operatur, vt absolutus possit comparere absque metu periurij, *vt dicunt Oldrad. cons. 120. vers. ad secundum effectum, num. 2. Anchar. consil. 18. nu. 11. versic. Tertio, Bald. consil. 460. lib. 5. Castr. consil. 259. colum. 3. vers. Sed remanet lib. 2.* vbi ait quòd in ista absolutione ius partibus præseruatur, *& Rota in dicta decis. 580. in recent. Mohed. et Afflict. allegat. superius in vers. Vlterius declara, & Grat. decis. 165. num. 1. in addition.* Et sic prędictę opiniones hoc pacto concordari possunt.

70 Rursus nota, quòd in quacunque parte iudicij potest de iuramento opponi, *Goffr. cons. 12. num. 27. & 34. Bald. cons. 11. num. 1. lib. 4. & ita seruat Rota veluti testatur in vna Tirasonen. Decimarum 8. Octobris 1576. coram R. P. D. Oriolen. & in dicta Romana legitimæ allegata in alia Nepesina laudi 10. Decemb. 1604. coram Card. Mellino, & postremo loco in alia Rauennaten. transactionis luna 30. Ianuar. 1606. coram R. P. D. Coccino, quæ est in eius impress. decis. 268 num. 5.*

71 Amplia, quòd huiusmodi absolutio à iuramento possit quoque peti coram Episcopo illius loci, vbi interpositum fuit iuramentum; sed non potest peti coram Episcopo creditoris, *vt ait Caualcan. decisione 9. num. 30. & Capice. decis. 18. num. 6.*

72 Limita tamen id non habere locum in periurio: quia tunc non nisi à Summo Pontifice absolutio peti, & concedi potest, & id citata parte, & per viam Signaturæ Gratiæ obtineri solet. *Rota in dicta Romana nullitatis obligat. luna 17. Iun. 1605. coram R. P. D. Ortembergo, et in alia Firmana altaris 1607. coram Card. Mar comontio, quæ est apud Statil. de Saluiano* de-

decisione 95. *in fine*.

73 Extende quòd huiusmodi occasione petendi absolutionem à iuramento ab Episcopo super aliquo contractu apposito, poterit Episcopus super tota causa cognoscere. Immò etiam cognitio causæ super eo, an scilicet absolutio fuerit nulliter, siue legitimè obtenta ad Episcopũ spectare potest, *Alex. in l. quoties num.* 4. *C, de iudiciis, et* Caualcan. *in d. decis.* 9. *num.* 45. *vbi alios allegat.*

74 Quamuis regulariter iudicium hoc intentetur coram Iudice layco, non obstante, quòd absolutio fuerit obtenta coram Ecclesiastico, *vt ait Gratian. decis.* 165. *num.* 5.

75 Extende id in tantum procedere, vt si (verbi gratia) fuisset introducta causa super aliqua successione coram Iudice seculari, & postea contingat de illegitimitate alicuius disputari, tunc iste articulus erit cognoscendus coram Iudice Ecclesiastico; sed eo finito erit causa postea remittenda ad Iudicem laycum. Secus autem si principaliter, & antequàm causa super bonis coram Iudice layco introduceretur, fuisset introducta causa illegitimitatis coram Ecclesiastico: quia tunc ille incidenter posset super bonis quoque cognoscere; cum Iudex ecclesiasticus saltem habitu habeat iurisdictionem cognoscendi super bonis; & sic causa incidens bonorum omnem in eo incompetentiam tollit; at secus è conuerso: quia si coram Iudice layco introduceretur causa super bonis, non potest cognoscere super illegitimitate: quia licet incidentia incompetentiam tollat, non tamen incapacitatem delet, *vt pulchrè fuit consideratum à Rota in Parmen. status, veneris* 14. *Decembris* 1629. *coram* Reuerendissimo *Coccino Decano*. Et sic igitur medio prædictæ distinctionis à Rota ibi supra traditæ, poteris prædictas opiniones conciliare.

76 Sed nota, quòd ad euitandam nullitatem prædictæ absolutionis obtentæ, opus est mentionem facere de pendentia litis, quando iam fuisset contestata, *vt animaduertit Afflict. in dicta decis.* 220. *num.* 14. alias absolutio diceretur obreptitia, & sic ipso iure nulla; vltra quòd iurans efficeretur periurus, *vt superius fuit dictum*.

77 Proinde nota, quòd illa necessitas petendi absolutionem à iuramento non transit in hæredes iurantis. Et ratio est: quia nemo potest illaqueare animam alterius; quod tamen restringe procedere, quoad vinculum periurij; secus autem quoad efficaciam obligationis à iuramento inductam; quia tunc etiam ad hęredes hęredum benè pertransit, *vt ait Surd. in dec.* 159. *in princip. et num.* 11. *et in consil.* 122. *Rota dec.* 302. *num.* 19. *par.* 2. *diuers. et fuit quoque decisum in Amerina domus* 4. *Maij, et* 23. *Febr.* 1597. *coram* Cantuccio, *et prius in* Romana *tutela de Masso. Ven.* 29. *Mart.* 1583. *et in Tiburtina Castri Viuarij* 4. *Decembris* 1587. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 805.

78 Quinimmò extende id in tantum esse verum, vt nec illi ratione iuramenti à defuncto præstiti sortiri debeant forum ecclesiasticum, quod omninò defunctus si viueret subire debuisset, *vt ait Cassador. decisione vnica, de iure iurando, numero* 8. *et* 9.

79 Vltimò nota, quòd sufficit eam petijsse ante motam litem ciuilem, si ea postea fuisset criminalis effecta: quia in criminali non est absolutio necessaria, in eo tamen, qui esset reus, & sic quando inuitus cogeretur ire ad iudicium, *text. est in cap. inter stipulantem.§.1. de verbor. obligat. et ita fuit dictum in Romana nullitatis obligationis* 16. *Ianuar.* 1626. *corã* R.P.D. *Durano*. At secus si fuisset actor originarius ille reus.

80 Extende etiam quòd nihil refert si illa fuerit petita per annum ante motam litem: quia hoc modo obtenta suffragatur, nec impediri potest ob citationis defectum, *vt ait Rota in Cesenaten. bonorum* 27. *Febr.* 1573. *coram Card. Blanchetto*.

ARGV.

ARGVMENTVM.

ABSOLVTVS SEMEL, SIVE gratiatus quando iterum vexari possit. Item quando in vno absolutus, censeatur etiam absolutus in alio loco.

CONCLVSIO DVODECIMA.

1 ABSOLVTVS semel nota, quòd amplius accusari, & vexari non potest, *cap. de his, de accusat. Dec. in l. bona fides non patitur, num. 4. ff. de regul. iur.* Et ratio est: quia Diuina clementia post dimissa peccata ad vltionem redire non patitur, *text. est in cap. si illis, de accusat. & Fran. Marc. decis. 637. num. 2. par. 2.* Item neque Deus iudicat bis in idipsum, *Fran. Marc. dec. 817. num. 4. p. 2.*

2 Amplia primò, istud procedere: siue per viam accusationis; siuè per viam inquisitionis iudicium semel fuerit cognitum, *Ioan. de Anan. cons. 17. colum. 3. & Decius vbi supra, num. 5.*

3 Amplia secundò, idem procedere quando absolutio est facta per viam dispensationis, *veluti testatur Dec. ibi sup. num. 6.*

4 Amplia tertiò, multò magis procedere in eo, qui esset absolutus ex sententia, quæ transiuit in rem iudicatam: quia amplius molestari non potest, *dicto cap. de his, de accusationib. & Clar. quæst. 57. in princip.*

5 Subamplia id in tantum esse verum, vt propterea, quando causa fuisset benè discussa, tunc etiam superuenientibus indicijs nouis, aut probationibus, in dubium amplius absolutoria sententia non retractatur, *Bart. in l. si quid exhibendum, de re iudic. & l. sub specie, C. eodem, & Salicet. consil. 75. num. 16. lib. 2.* vbi de communi, *& Farinaccius mox citandus sub num. 29.*

6 Limita tamen si delictum, pro quo fuit facta absolutio, aggrauaret aliud delictum postea commissum, *Bald. in auth. qui semel, colum. penult. vers. Ex ista autem, C. quomodo, & quando Iudex, & Dec. ibid. num. 7.* vbi adducit exemplum, *& in hoc vide Farinacc. in sua praxi crimin. in quæst. 4. per totam par. 1.* vbi multas ampliationes, & limitationes ad hanc regulam inuenies. Veluti eodem modo veniret dicendum, quando vni layco à Iudice Ecclesiastico non fuisset condignè pœna delicti irrogata: quia tunc Iudex sæcularis non prohiberetur iterum eum condignè punire, *vt dixi in conclus. 138 ferè per totam, sed præcipuè in fine, & Farinac. in præcitato loco.*

7 Vlterius animaduertendum est, quòd in hac materia alia dubitatio contingere potest, quæ talis est, nempè: An gratiatus absolutus, siue condemnatus in loco perpetrati delicti possit iterum inquiri, & molestari in loco originis, & domicilij: vel è contra; Sed ad maiorem istius articuli intelligentiam hoc modo distinguere debemus, videlicet: aut loquimur in gratia: aut in absolutione, siue condemnatione. Si in primò casu, nempè in gratia, & tūc iterū distinguere debemus; Nēpè, aut locus delicti, domicilij, & originis est eidē Principi subiectus, & tūc gratia facta in vno vbique locorum delinquenti prodest, etiam quòd vbique esset condemnatus; secus autem si essent diuersi Domini, & Principes: quia tunc gratia facta per Principem loci perpetrati delicti non suffragatur quoad locū domicilij, seu originis, & multò minus è contra, *Boss. in tit. de for. compet. nu. 83. & seq. & num. 99. cum seq. Clar. in sua prax. quæst. 39. vers. Sed quæro numquid in fine, & in quæst. 57. vers. Habet etiam locum, & vers. Scias etiam, Viuius in com. opin. lib. 1. in vers. Iudex domicilii num. 4. & 5.*

8 Si verò loquimur non in gratia, sed in absolutione seu condemnatione, tunc si interuenit fraus absolutus, siue condemnatus in vno loco non prohibetur illius remissio peti, & inquiri in alio; Si verò nulla interuenit fraus, & simus sub eodem Principe, tunc punitus, vel absolutus in vno loco, non potest amplius in alio molestari facta fide de punitione, vel absolutione, *vt ait Clar. ibi supra in fine*; Sed quando Iudex originis, siue domicilij, aut perpetrati delicti possint delinquentes punire. Item quando ab vno absolutus possit ab alio puniri, *viden. est*

T bes.

Thes. dec. 90. *& Riccius in collect.* 2043 *par.* 5. vbi dicunt delinquentem posse vbique puniri, qn̄ tn̄ essemus in homicidio deliberato, *vt ait Thesaur. ibi sup. n.* 6. *et* 7. ex ea ratione; quia tūc vbiq. pax publica violatur; & propterea istud odium tanquàm rationabile venit vbique extendendum, ne delicta remaneant impunita; licet multi dicant id solum procedere si per viam accusationis procedatur, at secus si per alteram inquisitionis. Alij verò dicunt in hoc præuentioni esse locum, & nonnulli sentiunt remissionem debere fieri ad locum perpetrati delicti; in Iudice autē domicilij dicunt, remissionē ex vrbanitate procedere. Licet aliqui sentiant dictum Iudicem domicilij posse quoque punire delinquentem in alieno territorio ex regula violatæ pacis. Sed *Grammatic.* ait esse verius in contrarium *in decisione* 26. *num.* 9. licet isti possint optimè concordari cum ea distinctione, Aut sumus in homicidio deliberato, aut in simplici, *Thesaur. verò in dicta dec.* 90. alio modo distinguit dicens, quòd delinquens puniri potest à Iudice originis, quando sumus sub eodem Principe: aut fit inter eos remissio, veluti etiam inter Principes fieri solet, si ita conuentio inter illos extet; Sed est benè verū, quòd quādo ea remissio est fiēda semper fieri debet ad Iudicē loci delicti, licet prius debeat apertè de delicto cōstare, & instanter peti. Immò etiā post sententiā remissio fieri potest, & (quod plus est) ad eam faciendam vnus Iudex potest cogi per superiorem, si idem sit Princeps, *vt ait Boer. decis.* 29. *Gamm. decis.* 363. *& Franch. decis.* 37. *& decis.* 88. *& prius dec.* 66. *& Gramat. decis.* 26. qui omnes ad satietatem de hac materia, licet diuersimodè, loquuntur, quos per te videre poteris.

9 Contrarium, quod scilicet post sententiam non sit facienda remissio delinquētis ad Iudicem loci delicti, *ait Gramat. decisione* 26. *&* 27. *& Riccius in sua collectanea decisionum* 48. *propè medium par.* 1.

10 Extende præterea, quòd quando fit remissio delinquentis, debet fieri cum processu, sed expensis petentis, *vt ait Guidopap. decis.* 202. *num.* 6. *Franch. decis.* 332. *num.* 3. *et seq. Boer. dec.* 303. *Ioseph. Lndou. dec. Perus.* 71.

11 Declara tamen primò, quòd Iudex ratione loci delicti non potest punire reum de excessibus alibi commissis, *vt ait Thom. Triusan. dec.* 60. *par.* 2. *Rota Venet. et Thesaur. dicta decisione* 90. *num.* 7.

12 Contrarium, quòd scilicet delinquēs remitti non debeat ad Iudicem loci perpetrati delicti, sed quòd causa debeat cognosci à Iudice mandantis fieri delictum, cum locus sit attendendus, *ait Guidopap. decis.* 104. licet ibidem dicat multos, quos allegat, contrarium tenere, quibus ego me subscribo ex ea ratione, nempè: quia de facili potest mandatum à mandante reuocari; sed delictum iam factum amplius non potest tolli: & ideò actus dicitur magis perfectus post factum, quàm ante per mandatum, & propterea videmus, quòd appellatione actus, & præsertim in delictis, semper intelligitur de perfecto, & non de inchoato tantum, vt dicam in verbo *Actus*, & in verbo *Affectus*, vbi recurras.

13 Declara secundò, quòd in puniendo furto attenditur locus, vbi repertus est fur cum re furtiua, & non locus, vbi furatus est: quia ratione illius nouæ contrectationis in loco capturæ puniri debet; & propterea non remittitur, *vt ait Capic. in sua decis.* 104. *num.* 1. *et in nu.* 2. quasdam limitationes huic regulæ assignat per te videndas. *et Franch. decis.* 681. *num.* 1. *et seq.*

14 Declara tertiò, quòd delinquens in Ciuitate Neapolis, siue in eius Casalibus ad suum Baronem remitti non debet, *vt ait Franch. decis.* 128. licet secus si alibi delinqueret, *vt ait Magon. in sua dec.* 70. *Rota Lucen. et Franch. dec.* 66.

15 Subdeclara tamen illud non procedere in casu, vbi fuisset concessa iurisdictio in Vassallos nō circumscripto territorio; quia tunc si illi delinquant extra territorium, & in carceratione præuenisset Magna Curia; nihilominus veniunt remittendi ad Baronem, *vt ait Minad in dec.* 18. *Riccius in sua collect.* 48. *propè med. par.* 1.

16 Contrarium tamen esset in Barone, cui aliqua iurisdictio nō competeret aduersus delinquentem alterius Baroniæ: quia tunc talis Baro non posset illum capere, & postea eundem ad Baronem deli-

delicti remittere, *vt ait Peguer. dec. 3. Regni Cathal.*

17 Declara quartò, quòd si per Magnam Curiam capiatur vnus ex duobus latronibus simul delinquentibus, & alter capiatur per Iudicem loci delicti, tunc ne continentia causæ diuidatur, ille Iudex debet suum remittere ad Magnam Curiam, *vt ait Franch. decis.* 426. licet contrarium videatur tenere *Capicius in sua decis.* 122. *num.* 5. *vbi ait*, quòd continentia causæ non est attendenda, vbi actor, & reus essent diuersi fori; & id tantò magis procederet in Clerico, qui si delinquit cum laico, tunc clericus remittitur, & laicus à Iudice seculari retinetur, *vt ait Franch. decis.* 426. *num.* 4. *et Capic. dicta decis.* 122. *num.* 7. *et* quando clericus remittitur, tunc est remittendus non Episcopo originis, & domicilij, sed illi diœcesis perpetrati delicti, *vt ait idem Franch. decis.* 37. veluti eodem modo esset remittendus clericus Iudici Ecclesiastico in actione hypothecaria, *vt ait idem Capic. dec.* 73. quod enim procedit etiam in contractibus laicorum, in quibus habet locum remissio, sed cum modificatione, *vt per Mısinger. obseruat.* 15. *centur.* 2. *Franch. decis.* 147. *Intrigliol. decis. Sicil.* 49. licet addentes *ad Guidopap. in decis.* 202. *sub littera* C. dicant remissionem in contractibus non dari. Sed si vis scire quando Clericus laicum trahat ad suum Iudicem, *vide Riccium in collect.* 53. *et* 353. *et Card. Seraph. decis.* 957. *et Rota per Coccin. dec.* 101. *num.* 3. *et decis.* 305. *inter crimin.* Farinac. in quibus habetur, quòd regulariter clericus trahit ad suum forum laicum cum eo litigantem; etiam si lis iam fuisset inchoata cum suo auctore laico, quod procedit etiam in Clerico coniugato cum virgine, in habitu, & tonsura incedente, *vt fuit dictum à Rota in decis.* 293. *num.* 6. *inter criminal. Farinacc. & Riccius in dicta sua collect.* 53. *par.* 1. quod enim procedit etiam si essemus in patrimonialibus, *vt ait Seraphin. dicta decisione* 957. Quinimmò neque huic priuilegio potest clericus renunciare, cum à laico Iudice sit exemptus de iure diuino, *vt ait Rota per Coccinum decis.* 851. *et inter criminal. Farinac. dec.* 241. *num.* 7. Amplius (& quod plus est) Iudex laicus excommunicatur si patitur clericū corā se comparere, *vt ait Seraph. d. dec.* 957. *n.* 4. *et Guidop. dec.* 77.

18 Præterea pro ornamento & coronide istius materiæ, & ad perfectiorem illius intelligentiam notandum erit, quòd ad hoc vt remissio delinquentis de vno loco ad alium fiat, sex sunt necessaria, & primò, quòd constet de crimine facto. Secundò, quòd constet illud crimen fuisse commissum in territorio Iudicis requirentis, & tūc in quo loco fuerit illud perpetratū, Iudex requisitus potest capere informationem antequàm delatum remittat, nisi tamen Iudex requirens eidem Iudici requisito informationem super eo delicto trāsmitteret. Tertiò, quòd delinquens nón sit vagabundus; quia tūc ille vbique posset puniri. Et quis vagabundus dicitur, qui certum domicilium non habet. Quartò, quòd dictus delinquens non sit accusatus de hæresi: quia tunc talis posset vbique puniri, & sic melior conditio isto casu esset possidentis; licet contrarium tamen esset quādo Episcopus concurrere vellet cum Inquisitore sancti Officij: quia in negotijs fidei Inquisitor Episcopo præfertur, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 298. *num.* 1. *et in cap.* 340. *num.* 35. Quintò, quòd nō commiserit delictum penes Iudicem, penes quem detinetur: quia tunc antequàm transmitteretur; prius esset de illo crimine puniendus. Sextò, quòd Iudex de remissione per eum fienda debitè requiratur, alias remittere non tenetur, vt de his omnibus pulchrè animaduertit *Guidopap. dicta decis.* 202. *num.* 1. *cum seq.* vbi hortatur hæc memoriæ mandari, quia sæpè in facto contingere solent. Item in hoc pulchrè distinguit *Farinac. in sua quæst.* 7. *num.* 19. *cum seqq. in* 1. *par. sua praxis.*

19 Declara tamen id, quod fuit dictum de gratia, & indulgentia super delicto commisso, quòd ea à solo Principe superiorem non reconoscente fieri possit; & propterea isti feudatarij qui recognoscūt superiorem non possunt delinquentes in sua iurisdictione gratiare, *vt latè declarat Roland. consil.* 40. *num.* 52. *cum pluriquis seqq. lib.* 3. *vbi plures DD. allegat. et Cacher. decis.* 101. *per tot.*

20 Contrarium tamen tenet *Sfor. Odd.*

de

de restitut. in integrum, quæst. 92. *num.* 13 & 14. & ibi subdens ait huiusmodi gratiam spectare ad Vassallum infeudatum, non autem ad Principem, siue dominum directum.

21 Concorda igitur, vt prima opinio procedat quando Baronibus, vel feudatarijs in eorum inuestituris non fuit specialiter istud ius gratiandi concessum, *vt ait Rubin. in decis.* 13. Secunda verò procedit quando illi istud ius gratiandi habent, prout, exceptis quibusdam criminibus, fuit concessum Ducibus Farnesij quando ipsi fuerunt infeudati de Ciuitate Nouariæ per Carolum Quintum, *vt refert Clar. quæst.* 59. *allegat. à Riccio in sua collect.* 1773. Veluti idem fit etiam in Regno Neapolitano, vbi omnes ferè Barones habent priuilegium gratiandi, siue componendi delicta Vassallorum ante sententiam: quando tamen adest partis remissio, quæ priuilegia interpretantur, vt etiam post sententiam componere, vel indulgere possint: pendente tamen appellatione, licet appellatio fuisset introducta in Magna Curia Vicariæ, si tamen Barones primas, & secundas instantias habeant, *vt ait Franch. in dec.* 370. Licet sit verum, quòd Barones non possunt cognoscere super crimine læsæ Maiestatis, hæresis, & falsæ monetæ, quia in illis nullo modo se ingerere possunt, etiam quòd ea in priuilegijs reseruata non fuissent, cũ ea sint de reseruatis Principi, *vt ait Ricc. ibi sup. par.* 5. *& ita Rumul. in sua decis.* 17. *ab eod. allegat.* & veluti dixi in verbo *Abolutio, cõcl.* 6.

22 Sed in hac materia vide omninò *decisionem Rotæ factam in causa Romana confiscationis vener.* 14. *Iun.* 1624. *coram* R.P.D. *Merlino*, Item multa dixi in hac materia in verbo *Auditor Cameræ*, vbi recurrere poteris.

23 Extende præterea, quòd neque etiã de crimine Sodomiæ, & Blasphemiæ cõponere possunt Barones Neapolitani per Regiam Pragmaticam Regis Philippi, incipien. *Con grandissima raggione, &c. fol.* 437.

24 Subextende idem quoque procedere in statu Ecclesiastico, vbi etiam Legati de latere, Prouinciarum Gubernatores, & alij officiales non possunt gratiare bannitos capitales, *vt latè ait Riccius in sua decis.* 21. *& in dicta sua collect.* 1773. *versic. Infertur secundò.* Et de hoc est etiam constitutio 8. Pij Secundi, *de qua in Bullario fol.* 81. quæ licet loquatur de bannitis pro homicidio; fuit tamen extensa ad alios pro quocunque capitali crimine per Iulium Secundum *in Constitutione* 5. *fol.* 153. & per Pium Quintum *in Constitutione* 13. *fol.* 119. *in Bullario.*

25 Fallit tamen quando Princeps concessit Baroni merũ Imperiũ: quia sub illa concessione venit quoque pœna mortis, *vt ait Franch. in sua decisione.* 275. *numero primo.*

26 Declara tamen, quòd Principes gratiam facere non solent de aliquo delicto, siue aliquem absoluere, nisi prius concordata parte, *veluti ait Grammatic. decis.* 34. vbi testatur ita de generali consuetudine totius Orbis, & præcipuè per Italiam seruari, *veluti testatur Thesaur.* idem fieri in Senat. Pedemon. *in decis.* 21. & in Consilio Neapolitano semper sic fuisse seruatum, *testatur idem Grãmat. in præcitato loco, & Rota Auenionen. decis.* 47.

27 Extende huiusmodi declarationem adeò esse veram, vt propterea talis gratia absque partis remissione facta sit ipso iure nulla, *vt ait Ioseph. Sess. in decis. Rota Aragon.* 176. *par.* 2. *Gabed. decisione Lusitan.* 75. *parte prima, & Grammat. dec.* 35. *num.* 8.

28 Extende secundò procedere, etiam si diceretur in gratia, saluo iure partis, *vt ait Riccius in decisione Curiæ Archiepisc. Neap.* 600. *vbi allegatur Carauit. in ritu* 271. *nu.* 28, *cum ibi allegatis.*

29 Extende tertiò, quòd gratia absque dicta remissione facta non valeat; Immò si hoc modo facta reperiatur, ab officialibus approbari non debet, *vt de Senatu Mediolanen. testatur Clar. in quæst. seu decis.* 59. vbi dicit quoque per sacrum Concilium Neapolitanum fuisse reuocatam compositionem absque concordia partis factam. Immò Princeps aliter faciens, peccat mortaliter, *vt ait Grammatic. dicta decis.* 35. *num.* 8. vbi subdit, quòd quidam absque pace compositus fuit furca suspensus.

30 Extende quartò, prædictam regulam procedere quoque in commutatione pœnæ, nempè de pecuniaria in corporalem; nam

m ea fieri non potest absque partis re-
ssione, *idem Gabed. in dec. 75. par. 1.*
Limita tamen primò, dictam conclu-
nem non procedere quando indulgen
, seu gratia esset cum causa, vtputa pro
no pacis, vel publicæ vtilitatis concess-
*Peguer. in decis. 39. Et ita pluries fuisse
dicatum in Prætorio Perusino testatur
eph. Ludouis. in decisione decimaseptima
m. 72.*
Limita secundò, quando offensus es-
mortuus; quia tunc mors omnia sol-
, vel si esset exterus, vel incognitus;
m tali casu gratia absque partis remis-
ne fieri posset, *Rubin. in decis. 43. &
er. in dicta quæst. 59. num. 4. vers. Secun
quando Princeps.*
Limita tertiò, quòd Princeps gratiam
ere potest, etiam non concordata par-
quando dicta pars calumniosè non
t remissionem facere, *vt in pulchro ca-
ta euenisse testatur Thes. dec. 21. quem
gat, et sequitur Ricc. in sua Collectan.
73. in fine, in 5. par.* Sed quòd non fa-
iuribus partis non noceat, *ait Osasch.
. 134.*
Limita quartò non procedere in Prin-
ibus Bisignani, qui ex priuilegio ha-
t potestatem gratiandi, etiam non
cordata parte, *vt ait Ricc. in d. collec.
3. par. 5.*
Sed si contingat dubitari de validita-
gratiæ, tunc nota, quòd ea per testes
bari potest, *vt ait Bellamer. in decis.
6. et Riccius ibi supra in vltimis ver-
vbi quoque allegat Rotam in decisione
1.*
Limita præterea non procedere in
datario merum, & mixtum imperium
ente (vt superius dixi) & præcipuè
lle sit creatus Dux, siue Marchio:
a tunc sine alia expressione censetur
concessa facultas gratiandi, & remit-
di bannitos, ac omnia alia supremo
ncipi reseruata. Immò potest etiam
famam, & honorem ob sui tituli ex-
entiam restituere, *Roland. consil. 4.
2. lib. 3. Iac. de S. Georg. in sua inuesti-
a feud. col. 1. vers. Dubitatur, Boss. in
de Regal. n. 5. Odd. de rest. in integr. lib.
92. art. 2. et art. 9. nu. 95. Farinacc. de
uis. q. 6. n. 7. in fine, et Franch. in decis.
5. n. 1.* Item in hoc omninò recurras in
bo *Auctoritas*, vbi multa in hac ma-
teria inuenies.

37 Præterea erit notandum super eo, an scilicet absoluto malefactore censeatur quoque absolutus mandatarius, quòd in hoc *Bartol. in l. adulter, §. si eo tempore ff. de adulter. ex doctrina Dyn. in c. ratihabitio, de regul. iur. in 6.* tali modo distinguit, nempè: aut reus absoluitur super facto, veluti quia fuit pronunciatum delictum non fuisse commissum, & tunc ea sententia quoque mandatario prodesset: aut pronunciatur super iure, nempè si pronunciaretur, quòd reus non fuit in culpa, & tunc ea mãdatario non prodesset: quia non ob id excluderetur, quin mandans illud alio modo potuerit perpetrare.

38 Contrarium licet teneat *Riccard. Malumb. à Bart. alleg.* super eo quando scilicet pronunciatur super facto, nempè delictum non fuisse commissum: quia tunc id mandatario non prodesset.

39 Concordari tamen possunt eorum opiniones, nempè, quòd illa Dyni sit vera in ciuili quoad damni resarcitionem, ex ea ratione: quia absolutoria vim solutionis habet. Altera verò procedit in criminali: quia tunc absolutio vnius alteri non prodest, *vt pulchrè ait Francisc. Marc. in sua dec. 519. num. 12. et 13. p. 1.*

40 Vltimò, quando gratia facta de delicto trahatur ad bona per fiscum in aliũ alienata, *omninò vide Farinac. in prima parte sua praxis criminal. in quæst. 6. tit. de inquisit. per totam.*

ARGVMENTVM.

ABSVRDVM QVANDO ALIQVID dicatur, & quando sit euitandum.

CONCLVSIO XIII.

1 ABSVRDVM illud dicitur, quod fit contra naturalem æquitatem, & leges abhorrent, & propterea in quantum fieri potest est euitandum, *vt ait Franch. in decis. 107. num. 5.* & nota, quòd illud diceretur absurdum si extaret consuetudo de extraneo instituendo, & proprios exhæredando, *vt dicit idem Franch. in decis. 91. num. 8.*

H Amplia

2 Amplia primò, quòd etiam absurdum dicatur, quando minus relinquitur fœminis pro ingressu Monasterij, quàm pro matrimonio carnali, *veluti fuit decisum in Bononien. legati, luna 19. Martij 1607 coram R. P. D. Ludouisio, postea Gregorio Decimoquinto, quæ est in recentior. parte prima, decisio 130. num. 5. & in eius impresf. decif. 201.* Et ratio est: quia ratione spiritualitatis, & finis, qui est inseruire Deo, illud nobilius, & dignius est matrimonio carnali, *ut dicam in verbo Legatum*, licet Rota *in decisione 249. par. 2. recent. & per Papam Gregorium in decif. 63. & Grat. decif. 40. & ibi in addition.* dicat quòd dos, quæ datur mulieri nubenti debet esse maioris quantitatis, quàm ea quæ datur Monasterium ingredienti, & id ex altera ratione, quia Monialis minora onera habet quàm nupta: cum ea familia non egeat, & liberis careat, neque pompam, & honores quærat, *idem Gregor. d. dec. 63. n. 7. & seqq.*

3 Amplia secundò, quòd illud dicatur etiam absurdum, quod est contra intentionem agentis, *ut fuit decisum in Romana compromissi 17. Aprilis 1573. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresf. dec. 201. num. 19. & est decif. 125. num. 10. part. 1. diuers.*

4 Vndè nunquàm est facienda interpretatio, quæ absurdum inducat, *ut fuit decisum in alia Lucana pensionis 24. Maij 1577. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresf. decif. 331. num. 2.*

5 Quod enim extende procedere etiam si à verborum proprietate, & à regulis iuris recederetur, *ut ait Grat. lib. 5. discept. c. 833. nu. 30. & c. 834. nu. 13.*

6 Amplia tertiò, quòd sit semper illud euitandum in colligenda testatoris voluntate, *veluti fuit decisum in Romana fideicommissi Ven. 26. Nouemb. 1593. corã Card. Mantica, quæ est in eius impresf. decif. 249. num. 3.*

7 Et propterea nota, quòd in iure validissimum est illud argumentum ab euitando absurdo, *ut dicunt DD. & præsertim Euerard. in sua centur. in eo loco ab euitando absurdo, & veluti latè dicam in verbo Argumentum, concl. 142.*

8 Et si in hoc cupis auctoritates particularium Doctorũ, recurrere poteris ad *Card. Tusch. in hoc verbo Absurdum, concl. 65. & 66.* vbi enumerantur plurimi casus euitãdi absurda, qui cũ non sint auctoritate alicuius Rotæ corroborati, hic eos apponere non curaui, cum mea intentio sit solum auctoritates Rotarum, & non eas singulorum Doctorum referre.

ARGVMENTVM.

ABVNDARE IN CAVTELA quàm sit vtile.

CONCLVSIO XIV.

1 ABVNDARE in cautela nota quod non nocet, nec ea actũ vitiar, *veluti fuit decisum in Bononien. fideicommissi de Paulinis luna 9. Maij 1615. coram Card. Marcomontio, quæ est in recent. dec. 319. num. 9.* vbi fuerunt condemnati quidam filij infantes vna cum eorum patre in sententia: & propterea fuit dubitatum, An sententia esset nulla, ex quo in ea fuerunt condemnati infantes, contra quos de iure sententia ferri non potest, & præsertim indefensos, *veluti ex mente Rotæ latè dixi in verbo Auctoritas curatoris, cõclus. 163. num. 13. cum seqq.* sed Domini resoluerunt illud fuisse factum ad abundantiorem cautelam, & per consequens sententiæ nullo modo nocere, *iuxta tex. in l. testamentum, C. de testam. Roman. cons. 343. nu. 7. & est decif. Grat. Marchia 104. num. 8.*

2 Pro quo facit etiam illa regula, quòd scilicet ea, quæ ex abundanti fiunt, nunquam obesse solent: vndè si fuerit impositus census super vna re particulari, & deinde ex abundanti super quibuscunque bonis census valebit; quia cum fuerint expressa certa corpora, ideò vtile per inutile non vitiatur, & præsertim quando sumus in materia de sui natura diuisibili, ac separabili, *ut fuit decisum in vna Beneuentana census 16. Nouembris 1594. coram Cardinali Pamphilio, & est dec. Greg. 267. num. 4.*

3 Infertur primò, quòd si in examinando aliquem ad aliquod beneficium adessent examinatores non idonei vltra numerũ à Concilio præfixum (cuius enim dispositione tres esse debent) tũc non ob id

illud examen erit nullum: quia illi, qui ex abundanti adhibiti fuerunt, actum nõ vitiant, *vt fuit decisum in vna Dertusen. Parochialis luna* 18. *Decemb.* 1581.

4 Infertur secundò, quòd quando in testamento adessent plures septem testibus, quorum aliqui aliquo morbo laborent, non ob id testamentum vitiant: quia sufficit, quòd septem sint idonei, *d.l.testamentum, C.de testam. l. non solent, ff. de regul. iur. & Rota in d. Dertusen. Parochialis.*

5 Amplia regulam multò magis procedere, quando id non veniret contra naturam, vel formam actus; sed potius ad illius augmentum, *vt post Salicet.* & *alios in d. l. testamentum, aiunt Moderni in l. qua dubitationis, ff. de regul. iur. quos allegat Rota in dicta Dertusen. Parochialis.*

6 Infertur tertiò, quòd quando essemus in casu, vbi adessent duo testamenta, & in primo interuenissent viginti testes, tũc non ob id totidem ad illius reuocationem requiruntur, sed septem tantum sufficerent, quorum numerus de iure communi est necessarius, *iuxta tradita per Magdalenum de numero testium in testam. c.* 16. *num.* 336. vbi alios allegat, & in hac materia multa habebis apud Cardinalem Tuschum in verbo *Abundans cautela.*

7 Infertur quartò, quòd si in aliqua scriptura publica testes subscribantur, non ob id tamen ea efficeretur priuata: quia in hoc quoque ista regula succedit; quę ex abundanti fiunt obesse non solent, *Gratian. decis. March.* 104. *nu.* 7. *& seqq.*

8 Extende eodem modò hic obiter procedere in materia euitandæ superfluitatis: nã dispositio aliqua dici non potest superflua, si solum addat aliquod nouum vinculum, vel quòd clarius, & apertius explicet id, quod per prius aliqua dubitatione inuolui poterat; vel etiam solum exprimat id, quod tacitè de iure inerat, *ex traditis per Tiraquel. in retract. lignag.* §. 2 1. *glo. vnica, nu.* 5. *& seq. Rota dec.* 741. *nu.* 9. *par.* 1. *diuers.* & denique ad tollendam omnem superfluitatẽ sufficit, quòd dispositio quid minimum operetur, *vt tenent DD. allegati à Rota in Bononien. hereditatis de Armis. luna.* 18. *Aprilis* 1 2 2. *coram R.P.D. Merlino.*

ARGVMENTVM.

ACCEPTATIO BENEFICII quid sit, & ad hoc vt sustineatur quid sit faciendum.

CONCLVSIO XV.

1 ACCEPTATIO notat, quòd nihil aliud est, quàm quædam animi declaratio, vel gratiæ subexecutio, quæ per quemcunque actum inducitur, *iuxta ea quæ ait text. in l. pro hærede, ff. de acquiren. hæred. Bellamer. dec.* 358. *de concess. præbend. & Bisignet. dec.* 7. *num.* 2. *eodem tit. quæ est in nou. dec.* 2. *n.* 2. *& dec.* 9. *n.* 2 *eo. tit. in antiq. & dec.* 15. *n.* 4. *eo. tit. in nou.*

2 Et ideò eo ipso quòd inducta est acceptatio, statim inducitur gratiæ consumptio, *vt ait Oldrad. cons.* 229. *colum.* 2. *& Rot. per Put. in dec.* 237. *nu.* 2. *lib.* 1.

3 Quæ enim acceptatio probatur tàm per nouam prouisionem, quàm etiam ex narratiua facta Papæ; quæ confitenti nocet, *vt ait idem Put. ibidem num.* 1. licet secus, quoad sui fauorem, nam cum narratiua pars gratiæ dicatur, *vt dixi in verbo Gratia, et vt ait Rota dec.* 7. *par.* 3. *diuersorum.* Idcircò illam impetrans tenetur iustificare omnia narrata, etiam si gratia negatiuam contineret; vltra quod ea semper intelligenda venit, si preces veritate nitantur, *vt fuit dictum à Rota in vna Bononien. Canonicatus Veneris prima Decembris* 1589. *coram Cardinali Pamphilio. Mohedanus decisione* 304. *& Rota in Conchen. beneficii coram Cardinali Sacrato, quæ est inter criminal. Farinac. decisio* 288. Licet secus quando gratia motu proprio concessa fuisset; quia tũc ea iustificatione non egeret, nisi de defectu intentionis doceretur: quia tunc illa corrueret, *vt ait Rota per Card. Seraphin. dec.* 1498. *in princ.* Sed cum prius *in dec.* 329. *per tot.* dicat, quòd supplicatio præcedens præsumitur dedisse causam motui proprio, sequitur ergò, quòd quã gratia immediatè ex mera Principis liberalitate proueniret, & alteri præiudicium inferre non posset, tunc benè narraret regula pro ob-

tinente gratiam, quòd .s. ille non teneretur gratiam iustificare. At secus quando essemus in re, de qua verisimiliter Princeps non potuerit esse informatus, sed solum ad partis supplicationem: quia tunc æquius, & securius erit, ne vlli præiudicium inferatur, vt obtinens tenearur iustificare gratiam, & non permittere vt ob illam clausulam (Motu proprio) onus iustificandi gratiam obtentam euadat: quia de facili potest Princeps à supplicante decipi; & sic grauę præiudiciū alteri inferri, quod secus esset si in his, quę ad partis postulationē fiunt, quia tunc obtinens gratiam eam iustificare teneretur: Immò in istis gratijs Princeps censetur apponere illam clausulam (Motu proprio) potius ad auctorizandam, & coadiuuandam gratiam, quàm ad tollendum onus iustificandi eam ex parte obtinentis: cum in his facile possit defectus intentionis cadere; licet secus quando Princeps intellexerit verè voluisse præiudicare: quia tunc subreptio non caderet, nec minus opus esset regulæ de iure quæsito non tollendo derogare, neque personas, quibus præiudicium fieret, nominare; & tunc id quoque procederet etiam si Papa illud ius ignoraret; nam cum ille velit actum præiudicialem de sui natura facere, eo casu virtualiter videtur declarare velle omnes personas affici, ad quas illud præiudicium spectare potest, *latè Rota in decisione 48. numero primo, & sequenti, parte prima in recent.* vbi fuit recessum ab alijs decisionibus, *& decis. 240. num. 21. & seq. par. 1. diuersor. allegata in Mantuana pensionis Veneris 4. Decembris 1626. coram* R. P. D. *Merlino*, vbi subdit, quòd in hac materia ad euadendum subreptionis vitium sufficit in genere fuisse cogitatum, *idem ait Rota in decisione 38. & decisione 210. numero 5. parte prima in recentior.* Prętereа est quoque verum, quòd Princeps nunquàm censetur velle alicui præiudicium inferre; quamuis id facere possit, *vt ait Cardinalis Seraphinus decisione 268. num. primo, & decisione 351. num. septimo, & Gregorius Decimusquintus decisione 383. numero secundo, & Roland. consil. 13. num. 52. libro tertio*, vbi ait, quòd licet Princeps vni præiudicare possit, tamen de honestate id facere non debet; cum ille secundum leges viuere debeat, *vt dicunt Doctores in l. dignà vox, C. de leg.* & vide quæ dixi in hac materia in verbo *Assertioni, Conclusione 155. num. 10. cum seqq.*

4 Amplia primò, principalem Conclusionem, quòd etiam sola acceptatio facta coram amicis est sufficiens consumere gratiam, adeò vt expectans variare amplius non possit, *Rota in decisione 813. par. 3. diuersorum.*

5 Amplia secundò, quòd acceptatio possit etiam fieri ex coniecturis, & adminiculis, ita vt ipsis concurrentibus con sumatio gratiæ facta dicatur, *Rota in decisione 690. libro tertio diuersorum numero primo*, vbi docet ex quibus coniecturis ea fieri possit. Et ratio ea est: quia acceptatio est quædam mentis, & voluntaris declaratio, & propterea tacita quoque esse potest, *vt ait Rota decis. 14. num. 4. de concess. praben. in nou.* vbi subiungit sufficere acceptationem etiam ad nutum factam, veluti se immiscendo beneficio: siue eiusdem possessioni inhærendo.

6 Amplia tertiò, quòd acceptatio potest fieri coram notario, & tunc ea vim prouisionis habet, nec propterea ea potest appellari minor prouisio altera, quæ fit per præsentationem litterarum, *Verall. decis. 5. par. 1.* licet *Rota in dec. 196. lib. 2. par. 3. diuersor.* dicat, quòd acceptatio facta in præsentia notarij Archiuij non tollit omninò fraudis latentis suspicionem; licet fieret ex solita consuetudine.

7 Amplia quartò, quòd per acceptationem nullam scienter factam dicatur quoque facta consumptio gratiæ, *Roman. consil. 329. in princip. Olarad. d. cons. 229. & Put. dec. 357. lib. 2.*

8 Contrarium tenuit *Rota per Cassador. dec. 10. de concess. praben. num. 4.* vbi ait, quòd gratia non expirat per acceptationem, si ius in beneficio acceptato sibi nō competit; quod procedit etiam si in acceptatione protestatio adesset, vel non adesset; & tunc acceptanti super non iure nō creditur (vt mox dicetur) sed debet altero modo constare, quòd scilicet illud ius alteri competat, *vt ait Rota per d. Cassad. dec. 10. num. 4.*

Declara

Declara tamen prædictam ampliationem esse veram si statim, quòd sciuit, fuit acceptans in mora dimittendi. Immò, nec eo casu suffragaretur illi si sciuisset ante sententiam, sed post sententiam dimisisset: quia ille statim debet dimittere possessionem, *vt ait Rota in dec. 3. p. 3. lib. 1. nouis.* alias si in possessione insisteret ad huc gratia consumeretur, nec Aduersario, sed acceptanti onus probandi incumbit eum statim dimisisse possidere.

Declara præterea, quòd si contingat aliquem acceptare beneficium, quod tūc temporis esset ab alio possessum, eo casu gratiatus tenetur probare beneficium illud cadere sub gratia, *Put. in dec. 21. nu. 9. lib. 1.*

Contrarium, quòd scilicet ille ex acceptatione habeat intentionem fundatam, & quòd propterea onus probandi beneficium non cadere sub gratia illud alleganti incumbat, *fuit decisum à Rota per dictum Puteum in decis. 250. num. 1. lib. 1. motus per ea quæ ait Geminian. consil. 103. & Rota decisione 8. de caus. poss. & propriet. & Lap allegat. 120. de concess. præbend. & alii ab eodem Put. alleg.* qui idem firmat *in decis. 261. num. 5.*

Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat quando gratiatus tractaret de sustinenda acceptatione beneficij dicendo illud sub sua gratia cadere; & sic quando id esset suæ intentionis fundamentum, & tunc id quod ait probare teneretur. Secunda verò opinio procedit quando fundamentum acceptantis beneficium esset velle ostendere, quòd per acceptationem eius gratia non esset consumpta, ea ratione: quia non creditur alleganti gratiam non cadere, *vt ait Cassadorus in decis. 10. de concess. præben. 1. 5. vbi alleg. dec. 8. de caus. poss. & propr. in antiq.*

Licet idem Puteus referat pro prima opinione Egidium tenuisse *in decisione 28.* fundando se Doctores pro ista opinione tenentes sub alia ratione, nempè, quòd licet acceptatio præsumatur valida, & sic ex huiusmodi præsumptione onus transferatur probandi in Aduersarium; nihilominus, quia id præsumptiuè venit, ideò possessor non debet per solam præsumptionem à beneficio eiici, *dictus Puteus in dec. 250. nu. 3. lib. 1. cum ibi alleg.*

14 Sed contrarium, quòd scilicet Rota semper sit solita tenere, quòd acceptatio præsumatur valida, & sic in tempore facta, ne quis videatur gratiam suam consumere velle, & præcipuè quando gratiatus haberet suam gratiam, & de sua acceptatione doceret, *ait dictus Puteus in decis. 157. lib. 1. & Rota dec. 13. n. 1. & & dec. 29. nu. 1. de concess. præbend. in antiq. & dec. 3. in nou. eod. tit.*

15 Extende primò, quòd non solum acceptatio præsumatur in tempore facta, quæ inducitur ex probatione notitiæ, sed etiam præsumitur ex causa magis vtili, *vt ait Rota in decis. 287. num. 1. par. 1. diuersorum, & decis. 185. num. 6. par. 2. diuersorum.*

16 Extende secundò procedere etiam si de tempore mortis nihil dicatur, *vt ait Rota dec. 3. num. 1. de concess. præbend. in nou.*

17 Extende tertiò etiam procedere, veluti si erretur in nomine illius, per quem beneficium vacet: quia nihilominus valet acceptatio, cum ea sit quædam mentis declaratio, *Rota decis. 7. eodem tit. in nouis.*

18 Limita tamen ea non esse vera si superueniret alter dando de alia gratia, & simul clarè probaret, quòd post suam gratiam impetratam beneficium vacaueat: quia tunc dicta acceptatio per alium facta in tempore facta non præsumeretur, *prout videtur facere dec. 125. in nou. alias 3. de concess. præbend. Put. ibi supra in fine, & Rota decisione 24. num. 1. de probat. in antiq.*

19 Declara tamen, quòd regulariter obitus præsumitur præcessisse ad effectum excludendi gratiam secundi, *vt ait Cassad. dec 21. de præbend.*

20 Extende id quoque procedere, veluti si essemus in acceptatione, & prouisione exequutoris, & in reseruatione Papæ eadem die emanata: quia tunc acceptationem expectantis, & collationem exequutoris præcessisse præsumitur reseruationi Pontificis propter illud ius præambulum, *vt per Egidium decis. 215. & 235. & Rota dec. 350. in antiq. alias 26. de rescript. & Put. in decisione 24. num. 1. & 2.*

21 Quæ quidem acceptatio, nota, quòd in genere, & in specie simul cum eisdem notario, & testibus de vacantijs eadem die fieri potest, *vt ait Rota in decisione 300 libro tertio, numero secundo par. 3. diuersorum.*

22 Licet in Curia in genere, & nō in specie fieri soleat, *vt ait Rota in dec. 188. lib. 2. num. 6. diuers.*

23 Extende, quòd immò solent huiusmodi acceptationes fieri in Curia non solum in genere, verum etiam non expressis, nec diœcesi, nec nominibus beneficiorum; sed ea etiam post lapsum decem annorum deduci possunt ad speciem: & propterea notarij ad id dant etiam instrumentum ad speciem, *vt ait Rota in decisione 19. libro tertio, num. 6. diuersorum.*

24 Subextende illud, quod fuit dictū de præsentibus in Curia, quòd scilicet illi vigore expectatiuarum, nedum possint acceptare beneficia vacantia extra Curiam in genere, verum etiam postea habita notitia vacationis valeant declarare in specie, *vt ait Rota per Cassador. in decis. 3. de concess. prabend. num. 1.* & quod magis est, huiusmodi expectatiuæ comprehendunt omnem modum vacandi etiam per resignationem, si modus vacandi non fuerit expressus, *Put. decis. 266. lib. 1.*

25 Extende præterea, quòd licet expectans habens terminum mensis ante vacationem acceptare non possit; tamen si illud habet sine tempore, tunc potest acceptare primò vacaturum in genere, *vt ait Cassad. ibid. num. 2.*

26 Fallit tamen veluti si essemus in successore; quia tunc ille generalem acceptationem defuncti ad speciem deducere non poterit. Et ratio est: quia successor non potest declarare mentem defuncti, *vt ait Rota per Puteum decis. 20. lib. 1.* licet contrarium dixerim; sed in materia prophana, in verbo *Hæres potest declarare mentem defuncti*; Et talis præsumitur volūtas testatoris in dubio qualis ab hærede declaratur *Rota in Bononien. bonorum de Muletis, Merc. 26. Iun. 1602. coram Card. Pampb.* licet tamē secus esset quando hæredis declaratio esset alteri præiudicialis, *vt ait Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 27.*

27 Sed huiusmodi opiniones rectè iudicio meo reconciliari possunt hoc pacto, videlicet, quòd illa in materia prophana procedat ob magnam versutiam, quā hæres de testatore habebat, ob quam valdè de ipsius mente, ac voluntate censetur informatus, quod enim non contingit in successore extraneo: quia cum sit persona extranea, facilè mentem defuncti scire non potuit: Vel alio modo concordari possunt, nempè, vt prima procedat quando declaratio hæredis circa mentem defuncti esset alteri præiudicialis, Secunda verò quando secus, *iuxta do. Oriuā Mantica in pracitato loco, & vt ait Surdus dec. 272. num. 4. & ita fuit quoque decisum in Romana tutela de Masso, Ven. 29. Martii 1583. & in Camerinen. bonorum 24. Maii 1595. coram Litta, & in alia Bononien. bonorum de Muletis Merc. 26. Iunii 1602. coram Cardinali Pampbilio.*

28 Fallit secundò, veluti si essemus in acceptatione generali, præcedente tamen mutatione collationis facta: quia tunc amplius ad speciem reduci non potest, *vt ait dictus Puteus decis. 11. lib. 2.* Quoniam si acceptatio in genere fuerit semel ad speciem redacta tunc excludit, quòd aliam validè facere non possit, *vt ait Cassador. decisione 9. num. 4. de conces. prabend.*

29 Amplia quintò, quòd acceptatio, & prouisio facta ante expeditionem litterarum valet, *vt ait Rota decis. 4. nu. 1. de concess. prabend.* Et ratio est: quia litteræ solum requiruntur ad probationem gratiæ, & non ad illius subsistentiam, *vt ait Rota dec. 611. num. 2. parte secunda in recent.*

30 Amplia sextò, idem procedere in acceptatione facta ante purificationē gratiæ, quæ valet si intra mensem postea purificetur, *vt ait Rota decis. 7. num. 1. eodem tit. D. Bisigneti.*

31 Fallit tamen in acceptante beneficiū ante vacationem, *vt ait Rota dec. 14. de concess. prabend. in nouis*: quia ante eam expectans non acceptat.

32 Amplia septimò, quòd si acceptatio fuerit nulliter facta, potest tamen acceptans variare, & illud beneficium sibi non debitum dimittere, & aliud sibi debitum acceptare, *vt ait Rota dec. 13. nu. 2 tit.*

de concess. preb. in nouis. Animaduer-
ndo tamen, quòd illius dimissio fiat
ę mora, *vt dixi sub num. 9.*

Amplia octauò, quòd acceptans be-
ficium credens per obitum vacare, cū
vera alio modo vacaret, suæ gratię prę-
dicare non dicitur, *vt ait Rota decis. 2.
m. 3. eod. tit. in antiq.*

Amplia nonò, quòd acceptans bene-
ium, etiam si feratur contra eum sen-
ntia, à qua non appellet, non impeditur
undum beneficium acceptare, at se-
s si appellaret, *Rota decis. 15. num. 1.
l. tit. in antiq.*

Amplia decimò, idem procedere,
ando notoriè constaret, quòd acce-
ans ius non haberet in beneficio; quia
ic ille declarationem in hoc expectare
n debet; sed aliud beneficium acce-
are potest, *Rota decis. 5. num. 1. eod.
in antiq.*

Amplia vndecimò, quòd si executor
n prouideat acceptanti infra mensem,
n per hoc euanescit acceptatio; quia
prouidendum nullum tempus est exe-
tori præfixum, *vt ait Rota decis. 4. de
e patronat. in nouis*; & sic tandiù
um mandatum exequi potest, donec
id adimpleuerit, *vt ait Rota decis. 16.
re iudic. in nouis.* Immò neque illius
testas quando sit mixtus morte Papę
pirat, *vt ait Rota dec. 12. de offic. de-
. in nouis.* Sed quando re vera ea po-
tas per mortem cessare dicatur; &
ando non; *vide per te dictam dec. 12.
offic. deleg. in nou.*

Amplia duodecimò, quòd sufficit ac-
ptanti beneficium probare illud antè
ceptationem vacasse, licet testes verū
cationis tempus non dicant, *Rota dec.
de preben. in nouis, & ibidem dec. 13.*
i habetur, quòd expectans benefi-
um non acceptat ante illius vacatio-
m.

Amplia decimotertiò, quòd accepta-
o ante euentum conditionis, & sic an-
purificationem gratiæ valet, si infra
ensem conditio, siue gratia postea pu-
ificetur, veluti superius dixi, & veluti
itur de libertatis datione, pendente
tione eius, cui legata est seruorum
tio, quæ valet in euentum quòd ille
n optet, *vt ait Rota dec. 17. num. 3. et
in antiq. Bisigneti de concess. prabend.*

Sed nota tamen, quòd acceptatio debet
esse pura, & non conditionalis, *Rota
decis. 10 eod. tit. in nouis.*

39 Amplia decimoquartò quod accepta-
tio tribuit ius ad rem, vt fit in accessu,
*vt ait Rota decis. 5. num. 1. eodem tit. in
nouis, & decis. 26. num. 4. in antiq.* Et ra-
tio est: quia acceptatio dicitur noua ac-
quisitio, *vt dixi inferius in concl. 20. nu.
14. & veluti fuit dictum in Ceneten. Pa-
rochialis coram Card. Marcomontio, qua
est dec. 190. par. 2. in recent.*

40 Secus autem si essemus in prouisione:
quia ea facit acquirere ius in re; veluti in
simili dicitur de regressu; & propterea
hinc fit, quòd excommunicatus, tan-
quàm valens ea gerere, quæ sunt facti,
potest acceptare, matrimonium contra-
here; & similia facere: sed non est proui-
sionis capax, cum ea sit iuris, *vt ait Rota
d. decis. 5. de concess. preb. & ibi in addit.*
vbi ait prædicta procedere quatenus i-
gnoretur executorem esse excommuni-
catū, at secus si sciretur, & opponeretur;
quia tunc ob periculum communionis
veniret repellendus.

41 Declara præterea prædicta adeò pro-
cedere, vt propterea non sit necesse de ea
acceptatione fieri mentionem à tertio à
Papa prouiso, *vt ait Rota decis. 27. num.
primo eodem tit. in antiq.*

42 Amplia decimoquintò, quòd valet ac-
ceptatio certi beneficij licet erretur in no
mine illius per quē illud vacat; Et ratio
est: quia potius debet cōsiderari vacatio,
quàm modus illius; & præsertim si acce-
ptatio esset facta de beneficio in loco cer-
to constituto, puta de Ecclesia parochia-
li talis Villę, vel de tali præbenda: quia
tunc per huiusmodi qualitates, & circū-
stantias constat de corpore illius beneficij
acceptati; & propterea si postea in perso-
na fuit erratum, nihil refert: cum rei satis
demonstratæ frustra fiat demonstratio,
quod tamen intellige verum, dummodo
postea vera, & effectualis prouisio subse-
quatur, quæ dat ius in re, alias prima pro-
uisio non valeret, *vt ait Rota decis. 7.
num. 1. & 2. eodem tit. in nouis & decis.
19. de concess. preben. in antiq.*

43 Amplia decimosextò, quòd acceptatio
valet etiam si mensis nō fuerit appositus,
& tunc acceptatio generalis de prima, vel
secunda, vel tertia præbenda valeret, *vt
ait*

ait Rota decis. 14. *sub num.* 2. *eodem tit. in nouis.* licet id non procedat iuxta formam modernam gratiarum, *vt mox in* 1. *limitatione dicetur, num.* 45.

44 Amplia decimoseptimò, quòd acceptatio (vt dixi) potest fieri per inhabilem & excommunicatum, *vt ait Rota decis.* 5. *de concess. prebend. num.* 1. *in nou.* & ibi limitat id fieri non posse per procuratorem excommunicatum ob periculum communionis, *vt dicunt Doctores allegati in addit. ad dictam decisionem* 5. *de concess. prabend. & veluti dixi in verbo Excommunicatio.*

45 Limita tamen primò quòd scilicet non valeat acceptatio facta de primo, vel secūdo beneficio vacaturo in genere; quod tū intellige procedere iuxta formā *Clem. cum ei, de concess. prabend. in* 6. nisi tamen fieret de certa præbenda. At secus iuxta formam *cap. ne captanda, eodem tit.* quia tunc valeret acceptatio facta de primo vel secundo beneficio vacaturo, vt ibi distinguitur. Sed hodie propter formam modernam gratiarum debet apponi mensis vna cum decreto ad acceptandum, & ille mensis currere incipit à die habitæ notitiæ vacationis, neque propterea acceptatio, & prouisio ante vacationem valeret, *vt ait Rota decis.* 14. *nu.* 1. *de concess. prabend. in nouis.*

46 Declara tamen, quòd expectans ad primum vacaturum in aliqua Ecclesia potest acceptare beneficium pertinens ad cuiuscunque collationem, institutionem, siue electionem in ipsa Ecclesia existen. *vt ait Rot. dec.* 18. *eodem tit. in antiq.*

47 Limita secundò, quòd acceptans beneficium si post illius acceptationem diceret, quòd illud in sua gratia non cadebat, ei non est credendum, & ratio est: quia ex quo acceptauit præsumitur, quòd in sua gratia caderet; adeò vt illi acceptanti in hoc onus probandi incumbat, *vt ait Rota decis.* 7. *de caus. possess. & propriet. in antiq.*

48 Limita tertiò, quòd acceptatio beneficij facta per habentem minus decretum infra mensem, infra quem habens decretum maius acceptare poterat, est nulla, & tunc non impeditur secundus acceptare, & Ordinarius prouidere, *vt ait Rota dec.* 21. *de concess. prab. in antiq. & decis.* 45. *de rescript. in antiq.*

49 Et nota, quòd quando à principio acceptatio est nulla, tunc ex post facto reconualescere non potest, *vt ait Rota decisione* 22. *num. primo, de concess. praben. in antiq.*

50 Declara tamen, quòd quando acceptatio primi in data erit valida, si postea reddatur inutilis; tamen præstat impedimentum secundo, *vt ait Rota decisione* 21. *num.* 1. *eodem tit. in antiq.*

51 Secus autem veluti si primus expectans iurauerit, quòd nunquàm beneficium, quod super ea gratia cadit, acceptabit, donec secundus obtinuerit: quia tunc ob eam renunciationem primus sibi incontinenti præiudicauit, *vt ait Rota in decisione* 42. *eodem tit. in antiq.*

52 Limita quartò, quòd acceptatio est nulla quando fiat per expectantem apostolicum, si tempore, quo acceptat in sacerdotio non reperitur: quia iuxta iuris dispositionem beneficium non confertur defectum ætatis patienti, *vt ait Rota decisione prima de prabend. in nouis, num.* 3.

53 Contrarium licet dicam in verbo *Iuspatronatus*, vbi habetur, quòd sufficit quem esse potentia, licet non actu sacerdotem, *vt fuit consideratum à Rota in vna Lucana Capellania Ven.* 17. *Decembris* 1598. *& prius in alia Aretina Capellania Ven* 1. *Iun.* 1584. *coram Bubalo, & in alia Romana Cappellania* 23. *Ianuar.* 1589. *coram Cardinali Pamphilio.*

54 Concorda, vt prima opinio procedat quando prorsus esset contemplata persona alicuius in sacerdotio inseruire debentis, ita vt in eo necessariò reperiri deberet. Secunda verò quando solum ætas legitima pro consequendo sacerdotio esset contemplata, *vt dicunt decisiones superius allegata, & melius in dec.* 209. *n.* 3, *par.* 2. *recent.*

55 Sed tenendo secundam, extende illā tantò magis procedere stante declaratione sacri Concilij Tridentini, vbi fuit conclusum non esse necessarium presbyterum actu præsentari, & præsertim id procederer quando per obseruantiam præsentandi alius non presbyter fuisset electus, ad quod enim beneficium iudicandum semper vltimus status attendi solet, *vt fuit dictum in Romana Capellania*

lania S.Pauli 23.*Ian.*1589.*coram Card. Pamphilio.*

56 Limita quintò, quòd acceptatio pauperis ante purificationem gratię, quæ non purificatur infrà mensem non valet, licet secus esset si gratia fieret in forma, dignum arbitramur, quia tunc acceptatio infra mensem valeret, etiam quòd gratia non esset purificata; & id sequitur ob vim clausularum positarum in gratia, dignum arbitramur, &c. & ita seruat Rota, *veluti testatur in dec.30.de concess.prabend. in antiq.*

57 Sed hic nota, quòd habens gratiam in forma, dignum arbitramur, &c. cum clausula retrotractiua, si concurrit in data cum alio gratiam puram habente, vt. puta in forma laudabili; tunc secuta purificatione suæ gratiæ conditionalis ante vacationem beneficij debet præferri in assecutione eiusdem beneficij alteri habenti gratiam puram quacunque eius diligentia non obstante, *vt pulchrè ait Rota decis.12.num.1.tit. de concess. prabend. in nouis, & dec.153.num.3.par.2.recent.* Sed quòd gratia in forma dignum non sit conditionalis, sed quòd solum executionem suspendat donec constiterit promissum esse dignum. Item quòd ante illius executionem non causet ius in re, sed ad rem, *ait Rota in dec.598. n.2. & prius dec.560.nu.3.par.2.recent. & in 1. par.dec.711.nu. 2.*

58 Rursus hic erit notandum, quòd nedum acceptatio fieri potest per procuratorem, *vt ait idem Cassador. decisione sexta.numero tertio,eod. tit.* Sed etiam eā per dictum procuratorem facta includit quoque capturam possessionis, & omnium iurium, & preheminentiarum, *vt ait Rota in decis.* 510. *num.2.lib.3.diuers.* Sed in hoc animaduertas, quòd mandatum debet esse speciale, *vt ait Rota per d. Cassad. ibi supra num. 6. et veluti dixi in verbo* Mandatum.

59 Sed si fuerit acceptatio facta eodem tempore per diuersos procuratores de diuersis beneficijs nomine alicuius; tunc eā debet sortiri effectum in beneficio maiori, *vt ait Rota dec.12.nu. 1.de procurat. in antiq.*

60 Et quando ea fieri possit per coniunctam personam etiam mandatum non habentem, *videndi sunt Doctores allegati à Rota dec.9.in fine, de concess.prabend. in nouis.*

In hac pag. 93. col. 2. lin. 7. ante nu. 61. adde hac verba.

Sed quod mandatum debeat esse speciale ad acquirendam possessionem beneficij, neque sufficiat quem esse fratrem, siue coniunctam personam, fuit dictum à *Rota per Barattum decis. 59. & decis.209.nu. 10. & per Cardinalem Seraphinum dec. 1165. num. 5. & in Iadren. Canonicatus 5. Iun.1621. & in Vasionen. Cappellania 23. Maij 1625. coram Vbaldo.*

Licèt sit benè verùm, quòd illud non est necessarium in indiuiduo, sed solùm sufficit ad accipiendam possessionem quorumcumque beneficiorum, vt fuit dictum in *Aversana beneficij 1. Iunij 1620. coram Vbaldo, & in Murana beneficij, seu patrimoniorum 26. Iunij 1617. coram Buratto.*

Veluti quoque potest etiam possesio beneficij sine mandato capi, quæ valebit, si postea tamē ratificetur, vt ait *Rota per Greg.dec.50.num.4.*

61 Declara tamen, quòd si procurator habeat speciale mandatum ad acceptandum beneficium certi valoris, & vnum minoris valoris acceptet, tunc Domino non præiudicabit; cum fines mandati excesserit, qui ab eo diligenter erant custodiendi; & propterea non impeditur expectans illud beneficium sibi non debitū dimittere, aliudque sibi debitum acceptare: quia isto casu nulliter acceptans variare potest. Secus verò, si Dominus sciuerit illud beneficium minoris valoris eius procuratorem acceptasse, & eam acceptationem approbasset: siue saltem tacitè ratificasset, veluti recipiendo fructus ex eodem beneficio recollectos: quia tunc ista tacita Domini ratihabitio sufficit etiam in excedente mandatum, *vt dicunt Doctores, & textus allegati à Rota decis.13.num.1.et sequentib.de concess.prabend. in nouis.*

62 Vltimò, pro ornamento istius materiæ erit animaduertendum, quòd licet omnes expectatiuæ, siue mandata de prouidendo, & quæcunque aliæ gratiæ ad beneficia vacatura sint hodie prohibita, & sublata per Concilium Tridentinum *in sess. 24. de reform. cap. 19.* nihilominus, quia Papa est supra Concilium potest eas ad libitum concedere, veluti sæpe illas concedi vidi, nec ob id alicui iniuriam infert etiam si eas multiplicatas concederet: quia cum ille in beneficijs ius eminentissimum habeat, & absolutus Dominus dicatur, idcirco hoc modo agendo suo proprio iure vti dicitur, *Card. Seraphin. dec. 45. num. 4.* & præsertim quando id sine animo nocendi faceret, *vt ait in specie Gonzales super reg.8. Cancell.in prohemio nu.40. & seqq.fol.mihi 5.* & prius ait quæ beneficia capiat, & multa alia in hac materia videnda.

ARGV-

ARGVMENTVM.

ACCEPTANS BENEFICIVM quando primum vacare faciat, & quantum tempus habeat ad acceptandum.

CONCLVSIO XVI.

1 ACCEPTANS primum beneficium nota quòd illo dimisso potest acceptare secundum, quando notoriè constat in eo nullum ius habere, etiam non expectata sentētia, *vt ait Rota per Put. dec. 269 lib. 2. Cassad. dec. 10. n. 4. de conces. prab.* Et ratio est: quia acceptās inutiliter nō prohibetur iterū acceptare, *vt ait Veral. dec. 59. num. 2. par. 2. & Rot. dec. 13. de conces. preb. in nou.*

2 Extende primò, conclusionem procedere etiam in eo acceptante, qui haberet facultatem acceptandi infra certum terminum: quia tunc potest dimittere primum, & acceptare secundum, vel aliud quodcunque, etiam sine causa; licet secus esset si terminus non esset appositus: quia tunc id facere non posset, *Cassad. decis. 3. de concess. praben. num. 3.*

3 Secus verò quando notoriè non constaret de non iure acceptantis: quia tunc non posset primum dimittere, & secundum acceptare, *vt ait Rota in dec. 5. de concess. preben. in antiq. Put. dec. 269. & Cassad. d. dec. 10.*

4 Amplia id quoque procedere veluti si quis sciebat sibi nullum ius competere ex secundo, & illud acceptauit: quia tunc illud primum renunciare censetur, & sic per secundam acceptationem censetur primæ renunciatum, *vt ait Put. dec. 261. num. 1. & 2.* vbi ait, quòd allegans scientiam eam probare tenetur, cum in dubio ignorantia præsumatur, *idem Put. d. dec. 261.*

5 Declara tamen illud, nempè quòd per secundam acceptationem censeatur primæ renunciatum, esse verum, quando ille fuit assecutus possessionem, vel per eum non steterit, quo minus fuerit dicta possessio assecuta, *vt ait Put. ibidem num. 3.* vbi subiungit, quòd tunc dimisso secundo non poterit ad primum redire, *pro quo facit quoque Rota in dec. 510. lib. 3. par. 3. nouis.*

6 Contrarium, nempè quòd quando secunda acceptatio non est bona, quis possit ad primam redire, *ait Rota per Veral. in dec. 339. num. 1. par. 1.*

7 Rursus erit notandum, quòd si acceptans habet nouam prouisionem tali casu potest capere beneficium absque publicatione; & tunc noua prouisio, non autem expectatiua venit canonizanda *vt est dec. Cassad. 22. n. 3.*

8 Sed est benè verum, quòd ad cautelā habens nouam prouisionem debet acceptationem, & prouisionem publicare, *d. Cassad. ibid. num. 7.*

9 Declara tamen, quòd quando acceptans obtinuit sibi bis prouideri de eodem beneficio diuersis temporibus; tunc trimestre datum ad publicandum currit à die primæ, & non secundæ prouisionis, *idem Cassador. decisione 9. de concess. praben. num. 1.*

10 Sed si forsan acceptans excesserit taxā litterarum Apostolicarum in acceptatione facta plurium beneficiorum; nihilominus acceptatio valebit quoad primū, secundum, & tertium, quæ taxam non excedant, *l. sancimus, C. de donat. l. scire debemus, ff de verborum obligatione, l. si idem cum eodem, de iurisdict. omnium iudic. l. qui soluendo, de hered. instit. cum aliis alleg. à Bellamer. in sua dec. 391. tit. de concess. praben.*

11 Declara præterea, quòd acceptans nō potest acceptare intra tempus illorum quatuor mensium ordinariorum Sede vacante. Et ratio est: quia collatio beneficiorum, dicitur fructus Episcopatus, *vt ait text. in cap. cum olim, de maior. & obed.* Et propterea fructus potius Episcopo successori, quàm expectantibus debent concedi, *vt ait Put. in decisione 396 num. 2. lib. 1.*

12 Extende è contra procedere in Ordinario, cuius manus dicuntur ligatæ durante mense ad acceptandum, *Cassador. decis. 5. de concess. preb. & secunda de decret. in reseruat. appos. Fel. in cap. cum ex officii, in quæstione nona de præscription. et Put. in decisione 137. numero primo, lib. 2.*

13 Sed illud, quod fuit dictum super eo quòd

quòd expectantes possint quandocunq. acceptare dūmodo intra tempus in expectatione limitatū acceperint, intellige esse verum,si tamē litteræ fuerint expeditæ; at secus ante expeditionem illarum, *vt ait Put. dec. 143. lib. 1. num. 1.*

14 Et propterea videmus,quòd in tali casu secuta vnius acceptatione post vacationem non potest indè collatio declarari, alias fraus fieri posset, & sic ius tollere alteri quæsitum, & quamuis contra impetrantē Apostolicum non possint litteræ expectantium post impetrationem expediri,nihilominus secus contingit inter expectantes, *vt optimè distinguit Put. viden.in d.decis.143.num.1.* vbi ait,quòd veluti infra mensem quilibet expectantium potest acceptare, idcò sequitur, quòd possit etiam litteras expedire; licet tamen verius sit, quòd expectantes possint benè quandocunque infra mensem acceptare,sed post tamen litterarum expeditionem, non autem ante, *vt ait Felin.allegat. à Puteo in dicta dec.143.ferè in fine,lib.1.*

15 Declara tamen, quòd prior acceptatio facta ab vno ex expectantibus vigore gratiæ expectatiuæ,in qua dabatur mensis ad expectandum,facit eum diligentiorem altero similem expectatiuam habente: quia fuit posterior in acceptan. per regulam. Iura subueniunt vigilantibus,& per alteram, qui prior est in tempore .&c. *Verall. in decisione 5.nu. 1.p.1.*

16 Subdeclara tamen,quòd licet,*cap. duobus,de rescript.* loquatur de illa diligentia in præsentatione litterarum; tamen à DD. intelligitur habere locum etiam in acceptatione facta infra mensem, *vt testatur Veral. vbi supra num. 2.*

17 Subdeclara præterea,quòd acceptatio fieri potest litteris etiam non expeditis vigore mandati de prouidendo,cum sola supplicatione, etiam si essent reuocatæ gratiæ expectatiuæ, quando tamen essent etiam reuocatæ regulæ, *vt ait dict. Put. dec.35.lib.3. & est etiam decis. Rota 510. lib. 3.diuers.& prius dec.6.d.p.3. diuersorum.*

18 Vltimò erit in proposito notandum, quòd veluti acceptans contenta in instrumento censetur etiam se obligasse ad ea omnia quoque quæ enunciatiuè in instrumento narrata fuere, ita etiam dicitur de acceptante beneficium pensione grauatum: quia ille censetur etiam se ad subiectionem dictæ pensionis obligasse, *veluti fuit decisum à Rota in Romana Palatii luna 15. Mart. 1604. coram R.P.D. Pamphilio quæ est in recent. decis. 70. num. 5.& 6.p.1.*

19 Extende idem quoque procedere in acceptante mandatum, qui censetur se astrinxisse ad omnia in dicto mandato contenta, *veluti fuit decisum in Romana Accomandita Mercur. 10. Decembris 1614. coram R.P.D. Pirouano, quæ in recentior. decisio 640. parte prima, numero 10.*

20 Subextende quoque idem esse dicendum in acceptante ius aliquod, seu aliquam prouisionem facto ipso, qui censetur illud ius acceptare cum omnibus conditionibus appositis, & omnibus in prouisione contentis acconsentire; *vt ait Rota per Put. decis. 100. num. 2. lib. 2. & dec. 359. eodem libro secundo, & veluti latius dicam in sequēti conclusione.*

ARGVMENTVM.

ACCEPTATIO QVANDO, & quomodo sit facienda in profanis. Item quando in beneficialibus de nullitate gratiæ acceptatæ dari possit, ac de illius effectibus.

CONCLVSIO. XVII.

1 ACCEPTATIO nota, quòd in nōnullis casibus ad perfectionē actus venit fienda: & primò in donatione,*vt ait Marta in dec.167.*& ibi colligitur, quòd per mandatum factū de illam acceptando, ea acceptata præsumatur.Secundo loco ea in confessione est necessaria: & propterea illa non acceptata confitenti non nocet, veluti & si ea fuerit acceptata amplius reuocari nō potest, vt mox dicam in versic.*Extende num.10.* Tertiò ea pari modo dicitur necessaria in compromisso, & ob id terminus non currit, nisi à die acceptationis,*vt pulchrè dicam ex mente Rota Romana in verbo* Compromissum, *& idem ait*

ait Franch. in dec. 626 et Ricc. in sua collect. 672. p. 3. Quod tamẽ declara nõ procedere si in eo compromisso fuisset dictũ quòd incipiat illud currere ab hodie, *vt ait Franch. ibi sup.* Quartò, dicta acceptatio est necessaria in pace, quæ non prodest, nisi fuerit acceptata, *vt ait Iaffred. in sua decisione 22. et Ricc. ibi supra.* Sed illius ratificatio qũo inducatur, *vide Farinac. q. 107. n. 289. cũ seqq. p. 2. sua prax. crim.* Quintò, ea est necessaria in stipulatione à notario facta pro absẽte, veluti dixi in verbo *Absenti*, & ibi recurras. Et nota, quòd quando ea fit semper intelligitur facta iuxta qualitatem actus acceptati, *veluti fuit decisum in Portuen. bonorum de* Columna 10. Ianuar. 1580. *coram* Card. Seraphino, *quæ est dec.* 334. *nu.* 4. *et in alia Perusina executionis* 18. *Decembris* 1585. *coram* R.P.D. Penia, *quæ est apud Marchesan. par. tertia*, §. 3. *cart.* 314. *de commiss.*

2 Amplia primò, quòd etiam acceptatio pacisčentium censeatur facta cum sua qualitate, *Roman. consil.* 353. *num.* 11. *Bald. in l. contra iuris*, §. *si filius, de pact. et ibi Ias. num.* 11. *Curt. iun. cons.* 1. *n.* 10. *et ita fuit decisum in alia* Portuen. bonorum *Ven.* 26. *Feb.* 1580. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 447. *num.* 11.

3 Extende id adeò esse verum, vt etiam dicta acceptatio non detur, nisi cum suo onere; etiam si acceptans illud onus ignorasset, *vt ait* Gratian. *lib.* 3. *discept. c.* 511 *nu.* 20. *cum ibi allegatis.*

4 Subextende, quòd ea debeat fieri in totum, non autem in parte, & partibus, *vt ait d. Gratian. in c.* 717. *nu.* 16. *lib.* 4. *discept.* licet secus, quando actus esset aliquo modo diuiduus, *vt ait* Rot. *per Card. Seraph. dec.* 334. *n.* 1.

5 Amplia secundò, quòd acceptatio dispositionis non possit fieri, nisi cum sua limitatione, *veluti fuit decisum in dicta Portuen. bonorum* 16. *Maii* 1580. *coram* Card. Seraph. *quæ est in eius impress. decis.* 461. *num.* 4. *& prius in eadem causa fuit idem resolutum* 10. *Iun.* 1577. *quæ est dec.* 334. *nu.* 4. & *dec.* 447. *nu.* 11. *eiusdem Seraphini.*

6 Amplia tertiò, quòd per acceptationem dicatur ius quæsitum cum sua causa, & non aliter, *iuxta tradita per Castr. in l. priuilegia, C. de sacrosanct. Eccl. Dec. in c. S. Maria, n.* 53. *vers. Et pro ista opinione de constit. & in c. nouit, n.* 13. *vers. Tertio applicatur, de iudic. & ita fuit decisum in dicta Portuen. bonorum, luna* 28. *Aprilis* 1577. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 324. *n.* 3.

7 Extende, quòd si acceptata fuerit confessio, siue altera dispositio per partem, tunc ea amplius non reuocatur per ius illi quæsitum, *vt ait Gratian. in cap.* 789 *num.* 1. *lib.* 4. *suarum discept.* Item quòd sit necessarium dictam confessionem acceptare ad hoc, vt confitenti præiudicet, *ait Iaffred. in sua dec.* 22. *& Ioseph. Ludou. dec. Perus.* 9. Secus tamen esset, quando essemus in donatione pio loco facta, quæ absque acceptatione valet, *vt ait Ioseph. Ludou. dec.* 29. *Rota Perus.* & veluti dicitur de iure ex Principis concessione acquisito, quod enim absenti absque vlla acceptatione acquiritur; si tamen illud non in vim contractus, sed ex priuilegio concedatur, *vt ait Rot. per Card. Seraph. decis.* 341. *num.* 10. *cum seqq.*

8 Declara tamen, quòd acceptatio gratiæ etiam motu proprio ad partis instantiam factę non operatur stante illius nullitate, *veluti fuit decisum in Senogalien. Pradis Ven.* 27. *Aprilis* 1583. *coram R. P. D. Bubalo, quæ est apud Stattl. dec.* 15. *n.* 4 *& Rota in d. Portuen. bonorum de Columna Ven.* 14. *Mart.* 1578. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 356. *n.* 10. *vbi allegatur Rota in dec.* 8. *de testam. in antiq. Aym. cons.* 151. *n.* 25. *Roman. consil.* 87. *& cons.* 329. *Gemin. in c. cum in multis n.* 14. *& ibi Gomes. nu.* 101. *de rescript. in* 6. Sed quòd gratiam consumat, qui malè acceptat, *ait Gonzal. sup. reg. cancel. glos.* 34. *num.* 86.

9 Contrarium autem quando acceptatio gratiæ semel fuit validè sequuta: quia ea amplius tolli non posset, nec in pristinum statum reduci, *vt fuit decisum in dicta Portuen.* 26. *Iun.* 1577. *vbi allegatur* Bald. *in l. si quis non dicam rapere, n.* 5. *vers. Melius dici potest, C. de episc. et cleric. quæ dec. est in impress.* 341. *Card. Seraph.* vbi subiungit *sub num.* 9. quòd ad considerandam validitatem, vel inualiditatem gratiæ tempus datæ est attenden. quia regulariter in gratijs tempus datæ inspicitur; at secus in rescriptis iurisdictionalibus, in quibus tempus præsen-

ſentationis attenditur, *vt ait Franch. dec. 326 num. 1. et 2. et deciſ. 509. num. 1.* Et propterea ſi quis tempore cõſecutionis gratię pro ſe repatriando partis remiſſionem non habebat tunc illi non ſuffragaretur ſi tempore illius præſentationis illam obtinuiſſet, *Aſſl. in deciſ. 253. et idem Franch. deciſione 62. 326. et 509. num. 1.*

10 Concorda tu tamen, nempè, quòd prima opinio procedat quando dans de nullitate gratiæ veniret excipiendo, *vt per Bald. Imol. et alios quos refert Felin. in cap. lator, de re iudicat. Alberic. in l. poſt mortem num. 5. de adopt. et Aym. conſil. 148.* Et eò magis id procederet quando nullus poſſet conſiderari dolus, qui in hoc præcipuè eſt habendus in conſideratione, *vt ait dicta deciſ. 8. de teſtam. et Seraph deciſ. 356. num. 15.* Licet dicat ſub *num. 22.* quod poſſit aliquando nullitas actus allegari etiamſi aliquis dolus, ſiue culpa adeſſet: quando tñ fuit in reticendo aliquid, non autẽ in exprimendo falſum. Secunda verò opinio procederet quando ille de nullitate dans non excipiendo, ſed agendo veniret: quia id nullo modo fieri poſſet, *veluti firmant Doctores ſuperius allegati, et Rota ibidem per Cardinalem Seraphinum dicta dec. 356. num. 14.*

11 Declara tamen primò, quòd ſi fuerit datus conſenſus in acceptatione gratiæ, & adſit pactum de eo non reuocando, tunc ille conſenſus non poterit amplius reuocari, nec minus ei, niſi in manibus gratiam concedentis tenunciari. *vt fuit deciſum ibi coram Cardinali Seraphino in dicta Portuen. bonorum 1577. 10. Iunii,* & niſi conſenſus vtriuſque concurrat, *idem Seraph. dicta deciſ. 341. num. 12.*

12 Declara ſecundo, quòd etiam licita non ſit reuocatio ante acceptationem donationis quando eſſet ſtipulata nomine abſentis, *vt ait Cardinal. Seraph. in dicta Portuen. bonorum 27. Nouembris 1579. quæ eſt in impreſſ. deciſ. 427. num. 2* vbi de communi teſtatur.

13 Contrarium licet teneat *Grat. in add. ad dec. Marchiæ 39. num. 2. vbi ait,* eſſe locum pœnitentiæ antequàm actus ratificetur, quamuis notarius pro abſente acceptauerit.

14 Subdeclara tamen primo, quòd acceptatio donationis factæ abſenti non poſſit fieri in pręiudicium illius, cui fuit ius quæſitum titulo ſingulari: at ſecus ſi titulo vniuerſali, *veluti fuit deciſum in Vrbeuetana hæreditatis 15. Iun. 1580. coram Card. Seraphino, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ. 472. num. 6.*

15 Subdeclara ſecundò, ea non procedere in infante, vel quando donatio (verbi gratia) prodeſſet alicui condonatario, *vt ait Rota ibi ſupra, quæ eſt inter diuerſ. deciſ. 683. n. 6. et 8. par.* quia tunc etiam abſenti facta valeret, & *Card. Seraph. dict. deciſ. 472. num. 8.* ait id habere præcipuè locum quando adeſſet conſtitutum, vel pręcarium: quia tunc Prętoris auctoritas non eſſet amplius neceſſaria, *Grat. in addit. ad dec. 39. n. 8.*

16 Amplia quintò, concluſionem procedere in eo, qui acceptaret confeſſionem in iudicio, quę acceptatio cum ſuis qualitatibus, & ſic in totum fieri debet, *vt dixi in verbo Confeſſio, et eſt deciſ. Surdi 258. et ita fuit deciſum in Gerunden. præcedentiæ 4. Nouembris 1581. coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. deciſ. 644. num. 1.*

17 Fallit tamen quando vna pars confeſſionis haberet contra ſe iuris pręſumptionem: quia tunc poſſet pro parte acceptari, & pro parte non, *vt dicunt Surd. dicta deciſione 258. et Cardinal. Seraphin. dec. 644.*

18 Extende primò huiuſmodi fallentiam procedere etiam in ea confeſſione diuerſitatem temporis continente; quia tunc pro parte acceptari poſſet, & pro parte non, *veluti fuit deciſum in Vaſionen. Prioratus, ſeu confidentiæ 17. Maii 1600. coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. dec. 1359. num. 10.*

19 Extende ſecundò, quòd acceptatio ſententię poſſit fieri in parte, & partibus, quando illius capitula ſint diuidua, ac ſecus ſi eſſent connexa, ita vt diuiſionem non reciperent: *veluti dixi in verbo Sententia, &c. et ita fuit deciſum in Calaguritana de Villoria 12. Decemb. 1572. coram Card. Seraph. quæ eſt in impreſ. dec. 180. n. 2*

20 Et propterea videmus, quòd ſi ſententia contineret plura capita diuidua & ſeparabilia, tunc etiam quòd in vno capite non ſuſtineatur, veluti, quia eſſet

I exceſſiua:

excessiua; nihilominus sustinetur in alijs, *vt ait Rota per Papam Gregorium dec. 552. n. 1. & num. 6. in addit. & decis. 427. num. 2. par. 2. recen. & per Burat. decis. 32. num. 27.*

21 Item videmus, quòd si sententia concederet immissionem pro pluribus corporibus, & quoad vnum illorum Aegidiana non intraret, tunc intraret quoad alia, *vt fuit decisum in vna Bononien. fideicommissi de Manzolis 16. Februar. 1629. coram Reuerendissimo Coccino Decano*. Et in simili dicitur de sententia lata super vna summa, sed ex pluribus partitis distinctis, & separatis coacervata, quia tunc cum videantur tot summę quot sunt capitula, idcircò si in vno infirmetur, in alijs tamen sustinetur, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualerium in sua decis. 484. num. 3. & in alia Mantuana bonorum* 10. Decembris 1612. *coram Vbaldo.*

22 Praeterea eodē modo quoq. procedere videmus in sententia, in qua quis condēnaretur tàm ad fructus decursos, quàm decurrendos; quia licet ea non sustineretur pro decurrendis, cum illud debitum adhuc purificatum non fuisset; tamen sustineretur pro illis iam maturatis, & decursis, tanquàm nil commune habentibus cum decurrendis, *vt fuit dictum in Bononien. census 27. Nouembris 1626. coram* R.P.D. *Durano, & postea in alia Asculana bonorum 27. Martij 1628. coram eodem Durano.*

23 Extende idem pari modo procedere quando essemus in actu exequendi duas sententias conformes in vim statuti Vrbis: quia tunc si secunda sententia confirmatoria primae plura capitula separata, & distincta contineret, quamuis non esset in omnibus primę cōformis, nihilominus essent exequendae in eo capite, in quo essent conformes, *vt fuit resolutum in vna* Ferrarien. *attentatorum 14. Martii 1629. coram eodem Durano, & penes Cincium de censibus est dec. 188. in fine.*

24 Secus autem quando sententia fuisset per vnicum capitulū, nec non vnica verborum structura concepta: quia tunc si esset excessiua in parte, esset in totū nulla; cum in indiuiduis, vtile per inutile vitietur: neque tunc in maiori summa minor inest. *veluti fuit resolutum in Perusina societatis 20. Maii 1624. coram Vbaldo, & est dec. 221. n. 2. p. 2. diuer. & dec. 333 n. 3. p. 2. in recen. & Put. dec. 315. lib. 1.*

25 Quinimmò in prędicto casu sufficit etiam excessus in vno obolo, licet sit benè verum, quòd ille non praesumitur nisi ab allegante plenè, & concludenter probetur, *Rota d. dec. 333. nu. 3. par. 2. recent. & decis. 221, n. 1. p. 2. diuers. & dec. 34. n. 4. p. prima recent. & in vna Carpentoratten. bonorum* 10. *Nouembris* 1614. *coram Card. Vgeospia, & in Romana expensarum 31. Ianuarii 1614. coram Vbaldo Seniori, & in alia Romana restitutionis dotis* 26. Ianuarii 1629. *coram R. P. D. Vbaldo*, & multa dixi quoque in hac materia *in consl. 86. n. 14. cum seqq.*

26 Amplia sextò, in acceptatione sententiae orta ex compositione facta cum fisco ad effectum se à vexationibus redimendi: quia ex huiusmodi compositione non arguitur illius acceptatio absolutè, sed ea debet intelligi acceptata, retenta illa qualitate metus carceris, & vexationum, & non alias, *veluti fuit decisum in Salamantina Cappellaniae 21. Aprilis 1600. coram Card. Seraph. quae est in eius impress. decis. 1352. num. 5. & in Lucana Parochialis luna 25. Iun. 1601. coram Card. Pamphilio, & in* Romana *repetitionis indebiti 30. Apr. 1610. corā Pirouano.*

27 Limita tamen dictam ampliationem non procedere, veluti quando adessent vrgentes praesumptiones, quod verè dicta acceptatio secuta fuisset ad effectum se liberandi à dicto crimine: seu quando id fuisset dictum expresse: quia id tunc excluderet illam qualitatem metus, & vexationum carceris, ita vt in totum approbanda veniret, *veluti fuit decisum in illa Calaguritana de Villoria. & in alia* Lu*cana Parochialis coram Pamphilio*. Et nota, quòd acceptatio probatur per signa, & coniecturas, & per solam scientiam cum taciturnitate, & praecipuè vbi in fauorabilibus versaremur, *vt ait Grat. in sua decis. Marchiae 39. nu. 3. in additionibus*. Et ratio est: quia de his, quae afferunt vtilitatem facile acceptatio praesumitur, veluti è contra; Et ob id nota, quòd nedum admittuntur praesumptiones, & coniecturae, verum etiam testes singulares tollerantur.

Quin-

Quinimmò etiam dictum vnius tollera-tur, *vt ait dictus Grat. ibi supra, nu. 3. & seq.* Rot. *dec. 663. p. 1. diuers. & Card. Seraph. dec. 984.*

29 Extende ampliationem prædictā, multò magis esse veram quando essemus in acceptatione sententię iniustę: quia tunc ea non præsumitur acceptata, nisi vehementes præsumptiones in contrarium vrgerent, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis.* 180. *nu. 5.* Et ratio est: quia potest esse, quòd stante etiam iniustitia sententiæ, possit ille, contra quem lata fuit, eam acceptando bonam fidem agnoscere, *vt ait idem Card. Seraph. dec.* 671. *n.* 10.

30 Amplia septimò, quòd per acceptationem vsusfructus non censeatur renunciatum illi qualitati petendi legitimam, sed in ea erit tū imputandus, veluti dicam in verbo *Actio personalis ex testamento, concl.* 42, vbi in hoc recurrere poteris, *& ita quoque fuit decisum in Bononien. fideicom missi de Scappis* 31. *Maii* 1600. *corā Seraph. quæ est in eius impres. dec.* 1365. *n.* 23

31 Quod tamen intellige verum in legitima descendentium, at secus in illa ascendentium. Et ratio est: quia legitima descendentium est magis debita descendentibus, quàm illa ascendentium ascendentibus, nam hęc duo inter se differunt, vt dicam in verbo *Actio personalis ex testamento, idemq. ait Card. Seraph. in dec.* 1365. *num.* 4. *& Peregr. de fideicommiss. art.* 3.

32 Licet tamen hodie fuerit decisum con trarium *à Rota in Arimmen. legitima de Scarponibus coram Durano*, vbi fuit resolutum fructus in legitimam parentum nullo modo esse imputandos, *veluti dixi in concl.* 42. *reg.* 5 & ibi recurras, quia Rotæ rationem inuenies.

33 Sed hic declara primò, quòd acceptatio quæ fit (verbi gratia) alicuius laudi, licet non teneret, ex eo, quia laudū esset nullū, nihilominus si à partibus illud acce ptaretur tunc illius acceptatio in vim pa cti valeret, *vt ait Rota in dec.* 512. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* quod etiam procedit in sen tentia nulla à partibus acceptata, quæ sal tem in vim pacti sustinetur, *glo. in l.* 2. *C. com. vtr. iud. Bart. in l. si expressè, ff. de appellat. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. defect. poss. n.* 17. *& seqq.* & *Card. Seraph. dec.* 698. *nu.* 5.

34 Contrarium tamen esset quando acce ptatio esset inualida respectu formæ, nec non quando essemus in criminalibus: quia tunc ea in vim pacti non sustineretur, *vt ait Rota in dec.* 148. *n.* 12. *p.* 2. *diuers.* & *Gabr. concl.* 2. *n.* 33. *tit. de sent. Felin. in cap. significasti, n.* 8. *vers. Tertiò declara, de foro competent.*

35 Sed nota, quòd acceptatio sententiæ iniustę nunquàm præsumitur, nisi præsumptiones vrgentes concurrant, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis.* 180. *nu.* 5.

36 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam procedere quando in acceptatione actus non interuenirent ea, quę ad pacti validitatem sunt necessaria: quia illis deficientibus illius approbatio non valet, *Surd. dec.* 132. *nu.* 15. *& Grat. lib.* 2. *discept. c.* 264. *n.* 31.

37 Declara secundò, idem procedere in acceptante legatum, qui per huiusmodi acceptationem censetur approbare testamentum, ita vt illud amplius reuocare non possit, quod procedit, siue scienter, siue ignoranter illud receperit, *Castr. in l. postquàm, n.* 1. *in fin. ff. de petit. hæred. & ita fuit decisum in Romana hæreditatis de Bonellis luna* 26. *Iun.* 1606. *coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec.* 271. *num.* 5.

38 Contrarium licet dicant *Bart. in l. post legatum, num.* 2. *alleg. in d. decis. Ludouis.* 271. *n.* 25. vbi ait ignorantiā tàm iuris, quàm facti excusare, & presertim in muliere, & rustico, in quibus facile ignorantia cadit; & ideò intrat illa regula, quòd qui errat non consentit, *vt ait Rota ibi coram Ludouiso, & melius in decisione* 208. *num.* 4.

39 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam multò magis procedere veluti si essemus in casu, in quo non erat in legatarij potestate nullitatem testamenti tollere: quia tunc legatarius etiam post acceptationem legati posset ab intestato venire, *veluti dictum fuit in d. dec.* 271. *ferè in fine.* Et in casu quando quis testamentum acceptat, tunc nota, quòd illud dicitur acceptare cum sua sequenti dispositione, *vt fuit decisum in Romana legitima* 15. *Maii* 1600. *coram R. P. D. Iullo, quā est apud Statil. decis.* 353. *num.* 9.

40 Extende secundò, idem procedere stante absentia legatarij: quia eo casu nulla actio oriretur, sed talis approbatio sustineretur in vim simplicis pollicitationis nec non nudi pacti, quod non obligat, nisi tamen esset Deo, siue Reipublicæ factum; at secus quando approbatio esset facta in præsentia legatarij: quia eo casu valeret in vim pacti, ita vt tali modo acceptans videretur ad onus eidem legato iniunctum se obligare, *vt ait Rota in dec.188.nu.6.apud Statil. de Saluiano, Surd.dec.132.n.12.& seqq.et Grattan. lib.2. discept.cap.264. num.31. & 32.*

41 Subextende id eò magis procedere quando essemus in ea tacita approbatione, quæ oritur ex ea acceptatione legati, quæ nullo modo præiudicat in legitima, etiam si in legato adesset clausula, quòd plus petere non posset, & præsertim quando ex ea acceptatione filius enormiter læderetur in legitima, *vt ait Rota in Romana legitimæ 23.Iun.1597.coram Card. Pamphilio, quæ est penes Merlinum de legitima, dec.70.n.10.*

42 Secus autem si ageretur non de renũtiatione legitimæ, sed de onere illi iniuncto acceptando, & de imputatione faciẽda: quia tunc tacita acceptatio sufficeret, *vt fuit dictum à Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ vener.11. Martij 1616. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 31.num.20.* Et propterea videmus, quòd ex tacita acceptatione oneris, quæ resultat ex possessione rei relictæ pro legitima sufficit vt filius onus acceptasse dicatur. Et ratio est: quia voluntas vnius melius facto, quàm verbis declaratur, *vt fuit dictum in Romana legitimæ 11.Decemb.1609.coram eodem Manzanedo, & in alia Romana palatij de Aquila 2. Dec. 1609.coram Card.Marcomontio, & penes Merlinum d.dec.31.n.18.*

43 Declara tertiò, idem procedere quoad effectum adeundæ hæreditatis, quam hæres acceptans testamentum per eius vsum adiuisse dicitur, ita vt amplius super ea deliberare non possit, veluti inferius dicam in verbo *Aditio hæreditatis, & fuit ita decisum in Romana census de Cardulis 20.Octobris 1606.coram Cardinali Ludouisio, postea Gregorio XV. & Card.Seraphin. in decis. 1407. num 4.*

44 Extende huiusmodi ampliationem adeò esse veram, vt propterea dicta acceptatione semel secuta amplius illius actus reprobatio non detur, etiam in alia causa, & inter diuersas personas, *vt ait Alex. cons. 133. num. 14. lib. 7. Aymon. cons.188.n.5.Becc.cons.6.n.19.et Grat.in preced.loco n.34.& 35.*

45 Extende secundò, quòd huiusmodi acceptatio adeò sit potens, vt ea etiam omnibus absentibus prosit; quod tamen intellige verum quando actus principaliter tenderet ad declarandam agentis voluntatem; at secus si tenderet ad se obligandum principaliter: quia eo casu esset necessaria præsentia eius, cui acquirenda esset obligatio, *vt ait idem Gratian.ibi sup. num.36.cum ibi allegatis.*

46 Limita tamen dictam ampliationem septimam non esse veram quoties in acceptante daretur ignorantia; quia tunc ea nõ præiudicaret quoad illud ius impugnandi testamẽtum, *veluti fuit decisum in Romana hæreditatis de Bonellis lunæ 31.Ianuar. 1605.coram Card. Ludouisio. postea Greg.XV.quæ est in eius impress.dec. 208.n.4. & faciunt ea, quæ superius dixi in vers. Contrarium ex doctr. Bart. in l. post legatum de his quibus vt indign. & idem Papa Ludouij. dec. 271.*

47 Et ratio est: quia regulariter ratificatio non inducitur, nisi datà plena, & distincta notitia iuris, & facti in ratificante, *vt ait Grat. mox allegan. Gabr. cons.69. nu.26.lib.2.& prius cons.86.nu.60.lib.1. Rot.dec.51.n.5.et dec.95.n.4.et dec.280. n.9.et 10.et dec.535.n.12.et 13 p.r.in recentior.et veluti inferius dicam sub numero 55.*

48 Sed declara igitur primò, dictam limitationem nõ procedere quoties essemus in eo, qui habuisset scientiam iuris, quod competit pro impugnando testamento, *vt ait Gratian.qui plures cumulat discept. forensi.lib.3.c.419.n.22.et Rot. dec. 662. par.1.in recent.*

49 Declara secundò, quòd dicta acceptatio vnius alijs non noceat, & ideò si ea, (ver. gratia) fuerit facta à marito alicuius legati alijs nullũ præiudiciũ infert; & sic nec eius vxori qñ pro ea legatũ acceptasset maritus, & multò minus sororibus vxoris, nisi tamen in vxore concurreret illius

illius acceptationis scientia, & solemnitatũ interuentus in ratificationibus mulierum adhibendarum, vt dixi in verbo *Alienatio*, quia tali casu posset maritus ei præiudicare; sed respectu legati solum non autem aliorum in testamento contentorum. Vndè si per eam acceptationem approbaretur testamentum, id veniret intelligendũ, quoad dispoſita in eo; non tamen quoad bona fideicommissaria, vel emphiteutica, quæ aliundè, quàm ex testamento deberentur, *vt fuit dictum in d. Romana de Bonellis coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec.* 271. & ibi habetur, quòd bona emphiteutica nõ veniunt sub generali institutione, *idemq. ait Rot. dec.* 154. *par.* 1. *diuersorum, et in recentior. par.* 1. *dec.* 375. *et per Coccin. dec.* 32. *num.* 10. quod procedit etiam si testator haberet facultatem disponendi de dicta re emphiteutica, *Surd. dec.* 93. *n.* 13. Quinimmò id habet locũ, etiam si sit primus acquirens, *Rot. dec.* 435. *n.* 13. *p.* 1. *in recent. et in d. dec.* 219. *p.* 4. *in recent. n.* 10.

50 Et prædicta eò magis procederent si testator se restrinxerit ad sua bona: quia tunc non venirent emphiteutica, *Surd. dec.* 93. *n.* 19. *et* 20. quæ tamen intellige esse vera in emphiteusi ex pacto, & prouidentia, at secus in hæreditaria ad quoscũque transitoria: quia tunc ea sub generali institutione veniret, *Rot. dec.* 154. *p.* 1. *diuers. & dec.* 435. *num.* 13. *par.* 1. *in recent. et dec.* 152. *n.* 2. *et dec.* 294. *n.* 1. *par.* 2. *in recent. et prius dec.* 375. *num.* 7. *et dec.* 542. *num.* 9. *d. p.* 1. *in recent.*

51 Et prædictam secundam declarationem extende etiam procedere respectu eiusdem personæ acceptantis quoad alia non acceptata, *Cephal. consil.* 377. *num.* 51. *cum sequenti, et Rota ibi supra*. Veluti idem dicitur quando quis vtitur aliquo instrumento: quia ob id non infertur acceptatio quoad alterata præter apocam, *veluti fuit dictum in Romana Saluiani coram Card. Lancellotto, quæ est apud Statil. dec.* 269. *num.* 6.

52 Subdeclara, quòd benè procederet contrarium, quando essemus in donatione facta duobus: quia tunc acceptatio vnius alteri condonatario prodesset, Veluti si vera vice vnus ex donatarijs remitteret donationẽ: quia alteri cõdonatario præiudicare non posset, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum dec.* 472. *nu.* 11. *et* 12. *et Gratian. in addition. ad dec.* 39. *num.* 8. vbi subiungit, quòd secus esset quando, verbi gratia, per statutum esset data aliqua forma prestandi consensum in acceptatione: quia tunc ea omissa actus redditur nullus, Alias notat, *Gratian. ibidem*, sufficere quandocunque constare de acceptatione: quia quando sumus in consensu, qui possit actum annullare, sufficit, quòd quandocunque superueniat; Immò etiam post mortem donantis, per quàm donatio, licet non fuerit acceptata à donatario nõ euanescit, *vt ait Surd. dec.* 206. *num.* 7. *et seqq.* subdens, quòd declaratio voluntatis eo casu quandocunque fieri potest, licet secus quando esset (vt supra dixi) præscripta certa forma in acceptatione, *vt ait Gratian. superius alleg. et Cardin. Sraphin. dec.* 1338. *num.* 2. *Verall. decis.* 177 *n.* 2. *p.* 2. *et Rot. dec.* 3. *de confess.*

53 Igitur concludendum erit, quòd acceptatio actus vtilitatem afferentis semper ex sola scientia præsumitur, *iuxta ea quæ ait Surd. decis.* 206. *num.* 11. *et Gratian. in addition. ad suam decisionem Marchia* 39. *num.* 4. & pari modo vbi est necessaria talis acceptatio sufficit quæuis simplex, & non formalis animi declaratio, quæ quandocunque fieri potest (vt paulus superius dixi) licet sit benè verum, quòd ea esset semper necessaria in illo actu, qui à voluntate duorum dependeret, *vt ait Gratian. ibi sup. nu.* 1. *et* 10. alias ante ratificationem absentis reuocationi locus esset, *vt dicunt Doctores supra citati.*

54 Extende quòd eodem modo acceptatio præsumeretur si quis in aliqua (verbi gratia) æstimatione facta eam non improbaret, vel ab ea appellatum non fuisset, & per plures annos non reclamasset, *vt ait Rota in Romana executionis lunæ* 15. *Iun.* 1595. *coram* R. P. D. *Penia quæ est apud Statil. dec.* 65. *num.* 1. 2. *et* 4.

55 Contrarium, quòd scilicet acceptatio nũquam referatur ad id, per quod aliqua iuris renunciatio inducatur; sed quòd requiratur certa & indubitata scientia illius, quod approbari debet, tàm iuris quàm facti cũ omnibus suis qualitatibus & circunstantijs, *ait Rota per Greg. XV. decisione* 208. *num.* 8. & *Rota decisione*

 51. *nu.*

ait Rota decis. 14. sub num. 2. eodem tit. in nouis. licet id non procedat iuxta formam modernam gratiarum, *vt mox in 1. limitatione dicetur, num. 45.*

44 Amplia decimoseptimò, quòd acceptatio (vt dixi) potest fieri per inhabilem & excommunicatum, *vt ait Rota decis. 5. de concess. præbend. num. 1. in nou.* & ibi limitat id fieri non posse per procuratorem excommunicatum ob periculum communionis, *vt dicunt Doctores allegati in addit. ad dictam decisionem 5. de concess. præbend. & veluti dixi in verbo Excommunicatio.*

45 Limita tamen primò quòd scilicet non valeat acceptatio facta de primo, vel secũdo beneficio vacaturo in genere; quod tñ intellige procedere iuxta formã *Clem. eum ei, de concess. præbend. in 6.* nisi tamen fieret de certa præbenda. At secus iuxta formam *cap. ne captandæ, eodem tit.* quia tunc valeret acceptatio facta de primo vel secundo beneficio vacaturo, vt ibi distinguitur. Sed hodie propter formam modernam gratiarum debet apponi mensis vna cum decreto ad acceptandum, & ille mensis currere incipit à die habitæ notitiæ vacationis, neque propterea acceptatio, & prouisio ante vacationem valeret, *vt ait Rota decis. 14. nu. 1. de concess. præbend. in nouis.*

46 Declara tamen, quòd expectans ad primum vacaturum in aliqua Ecclesia potest acceptare beneficium pertinens ad cuiuscunque collationem, institutionem, siue electionem in ipsa Ecclesia existen. *vt ait Rot. dec. 18. eodem tit. in antiq.*

47 Limita secundò, quòd acceptans beneficium si post illius acceptationem diceret, quòd illud in sua gratia non cadebat, ei non est credendum, & ratio est: quia ex quo acceptauit præsumitur, quòd in sua gratia caderet; adeò vt illi acceptanti in hoc onus probandi incumbat, *vt ait Rota decis. 7. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

48 Limita tertiò, quòd acceptatio beneficij facta per habentem minus decretum infra mensem, infra quem habens decretum maius acceptare poterat, est nulla, & tunc non impeditur secundus acceptare, & Ordinarius prouidere, *vt ait Rota dec. 21. de concess. præb. in antiq. & decis. 45. de rescript. in antiq.*

49 Et nota, quòd quando à principio acceptatio est nulla, tunc ex post facto reconualescere non potest, *vt ait Rota decisione 22. num. primo, de concess. præben. in antiq.*

50 Declara tamen, quòd quando acceptatio primi in data erit valida, si postea reddatur inutilis; tamen præstat impedimentum secundo, *vt ait Rota decisione 21. num. 1. eodem tit. in antiq.*

51 Secus autem veluti si primus expectans iurauerit, quòd nunquàm beneficium, quod super ea gratia cadit, acceptabit, donec secundus obtinuerit: quia tunc ob eam renunciationem primus sibi incontinenti præiudicauit, *vt ait Rota in decisione 42. eodem tit. in antiq.*

52 Limita quartò, quòd acceptatio est nulla quando fiat per expectantem apostolicum, si tempore, quo acceptat in sacerdotio non reperitur: quia iuxta iuris dispositionem beneficium non confertur defectum ætatis patienti, *vt ait Rota decisione prima de præbend. in nouis, num. 3.*

53 Contrarium licet dicam in verbo *Iuspatronatus*, vbi habetur, quòd sufficit quem esse potentia, licet non actu sacerdotem, *vt fuit consideratum à Rota in vna Lucana Capellaniæ Ven. 17. Decembris 1598. & prius in alia Aretina Capellaniæ Ven 1. Iun. 1584. coram Bubalo, & in alia Romana Cappellaniæ 23. Ianuar. 1589. coram Cardinali Pamphilio.*

54 Concorda, vt prima opinio procedat quando prorsus esset contemplata persona alicuius in sacerdotio inseruire debentis, itavt in eo necessariò reperiri deberet. Secunda verò quando solum ætas legitima pro consequendo sacerdotio esset contemplata, *vt dicunt decisiones superius allegatæ, & melius in dec. 209. n. 3. par. 2. recent.*

55 Sed tenendo secundam, extende illã tantò magis procedere stante declaratione sacri Concilij Tridentini, vbi fuit conclusum non esse necessarium presbyterum actu præsentari, & præsertim id procederet quando per obseruantiam præsentandi alius non presbyter fuisset electus, ad quod enim beneficium iudicandum semper vltimus status attendi solet, *vt fuit dictum in Romana Capellaniæ*

laniæ S. Pauli 23. *Ian.* 1589. *coram Card. Pamphilio*.

56 Limita quintò, quòd acceptatio pauperis ante purificationem gratię, quæ non purificatur infra mensem non valet, licet secus esset si gratia fieret in forma, dignum arbitramur, quia tunc acceptatio infra mensem valeret, etiam quòd gratia non esset purificata; & id sequitur ob vim clausularum positarum in gratia, dignum arbitramur, &c. & ita seruat Rota, *veluti testatur in dec.* 30. *de concess. prabend. in antiq.*

57 Sed hic nota, quòd habens gratiam in forma, dignum arbitramur, &c. cum clausula retrotractiua, si concurrit in data cum alio gratiam puram habente, vt puta in forma laudabili; tunc secuta purificatione suæ gratiæ condicionalis ante vacationem beneficij debet præferi in assecutione eiusdem beneficij alteri habenti gratiam puram quacunque eius diligentia non obstante, *vt pulchrè ait Rota decis.* 12. *num.* 1. *tit. de concess. prabend. in nouis, & dec.* 153. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Sed quòd gratia in forma dignum non sit conditionalis, sed quòd solum executionem suspendat donec constiterit promissum esse dignum. Item quòd ante illius executionem non causet ius in re, sed ad rem, *ait Rota in dec.* 598. *n.* 2. *& prius dec.* 560. *nu.* 3. *par.* 2. *recent. & in* 1. *par. dec.* 711. *nu.* 2.

58 Rursus hic erit notandum, quòd nedum acceptatio fieri potest per procuratorem, *vt ait idem Cassador. decisione sexta. numero tertio, eod. tit.* Sed etiam ea per dictum procuratorem facta includit quoque capturam possessionis, & omnium iurium, & preheminentiarum, *vt ait Rota in decis.* 510. *num.* 2. *lib.* 3. *diuers.* Sed in hoc animaduertas, quòd mandatum debet esse speciale, *vt ait Rota per d. Cassad. ibi supra num.* 6. *et veluti dixi in verbo* Mandatum.

59 Sed si fuerit acceptatio facta eodem tempore per diuersos procuratores de diuersis beneficijs nomine alicuius; tunc eā debet sortiri effectum in beneficio maiori, *vt ait Rota dec.* 12. *nu.* 1. *de procurat. in antiq.*

60 Et quando ea fieri possit per coniunctam personam etiam mandatum non habentem, *videndi sunt Doctores allegati à Rota dec.* 9. *in fine, de concess. prabend. in nouis*.

61 Declara tamen, quòd si procurator habeat speciale mandatum ad acceptandum beneficium certi valoris, & vnum minoris valoris acceptet, tunc Domino non præiudicabit; cum fines mandati excesserit, qui ab eo diligenter erant custodiendi; & propterea non impeditur expectans illud beneficium sibi non debitū dimittere, aliudque sibi debitum acceptare; quia isto casu nulliter acceptans variare potest. Secus verò, si Dominus sciuerit illud beneficium minoris valoris eius procuratorem acceptasse, & eam acceptationem approbasset: siue saltem tacitè ratificasset, veluti recipiendo fructus ex eodem beneficio recollectos: quia tunc ista tacita Domini ratihabitio sufficit etiam in excedente mandatum, *vt dicunt Doctores, & textus allegati à Rota decis.* 13. *num.* 1. *et sequentib. de concess. prabend. in nouis.*

62 Vltimò, pro ornamento istius materiæ erit animaduertendum, quòd licet omnes expectatiuæ, siue mandata de prouidendo, & quæcunque aliæ gratiæ ad beneficia vacatura sint hodie prohibita, & sublata per Concilium Tridentinum *in sess.* 24. *de reform. cap.* 19. nihilominus, quia Papa est supra Concilium potest eas ad libitum concedere, veluti sæpe illas concedi vidi, nec ob id alicui iniuriam infert etiam si eas multiplicatas concederet: quia cum ille in beneficijs ius eminentissimum habeat, & absolutus Dominus dicatur, ideircò hoc modo agendo suo proprio iure vti dicitur, *Card. Seraphin. dec.* 45. *num.* 4. & præsertim quando id sine animo nocendi faceret, *vt ait in specie Gonzales super reg.* 8. *Cancell. in probemio nu.* 40. *& seqq. fol. mihi* 5. & prius ait quæ beneficia capiat, & multa alia in hac materia videnda.

In hac pag. 93. *col.* 2. *lin.* 7. *ante nu.* 61. *adde hac verba.*

Sed quod mandatum debeat esse speciale ad acquirendam possessionem beneficij, neque sufficiat quem esse fratrem, siue coniunctam personam, fuit dictum à *Rota per Burattum decis.* 59. *& decis.* 209. *nu.* 10. *& per Cardinalem Seraphinum dec.* 1165. *num.* 5. *& in Iadren. Canonicatus* 5. *Iun.* 1621. *& in Vasionen. Cappellania* 23. *Maij* 1625. *coram Vbaldo.*

Licèt sit benè verùm, quòd illud non est necessarium in indiuiduo, sed solùm sufficit ad accipiendam possessionem quorumcumque beneficiorum, vt fuit dictum in *Auersana beneficij* 9. *Iunij* 1620. *coram Vbaldo, & in Mutana beneficij, seu patrimoniorum* 26. *Iunij* 1617. *coram Buratto.*

Veluti quoque potest etiam possessio beneficij sine mandato capi, quæ valebit, si postea tamē ratificetur, vt ait *Rota per Greg. dec.* 50. *num.* 4.

ARGV-

ARGVMENTVM.

ACCEPTANS BENEFICIVM quando primum vacare faciat, & quantum tempus habeat ad acceptandum.

CONCLVSIO XVI.

1 ACCEPTANS primum beneficium nota quòd illo dimisso potest acceptare secundum, quando notoriè constat in eo nullum ius habere, etiam non expectata sententia, *vt ait Rota per Put. dec. 269 lib. 2. Cassad. dec. 10. n. 4. de concess. preb.* Et ratio est: quia acceptās inutiliter nō prohibetur iterū acceptare, *vt ait Veral. dec. 59. num. 2 par. 2. & Rot. dec. 13. de concess. preb. in nou.*

2 Extende primò, conclusionem procedere etiam in eo acceptante, qui haberet facultatem acceptandi infra certum terminum: quia tunc potest dimittere primum, & acceptare secundum, vel aliud quodcunque, etiam sine causa; licet secus esset si terminus non esset appositus: quia tunc id facere non posset, *Cassad. decis. 3. de concess. preben. num. 3.*

3 Secus verò quando notoriè non constaret de non iure acceptantis: quia tunc non posset primum dimittere, & secundum acceptare, *vt ait Rota in dec. 5. de concess. preben. in antiq. Put. dec. 269. & Cassad. d. dec. 10.*

4 Amplia id quoque procedere veluti si quis sciebat sibi nullum ius competere ex secundo, & illud acceptauit: quia tunc illud primum renunciare censetur, & sic per secundam acceptationem censetur primæ renunciatum, *vt ait Put. dec. 261. num. 1. & 2.* vbi ait, quòd allegans scientiam eam probare tenetur, cum in dubio ignorantia præsumatur, *idem Put. d. dec. 261.*

5 Declara tamen illud, nempè quòd per secundam acceptationem censeatur primæ renunciatum, esse verum, quando ille fuit assecutus possessionem, vel per eum non steterit, quo minus fuerit dicta possessio assecuta, *vt ait Put. ibidem num. 3.* vbi subiungit, quòd tunc dimisso secundo non poterit ad primum redire, *pro quo facit quoque Rota in dec. 510. lib. 3. par. 3. nouiss.*

6 Contrarium, nempè quòd quando secunda acceptatio non est bona, quis possit ad primam redire, *ait Rota per Veral. in dec. 339. num. 1. par. 1.*

7 Rursus erit notandum, quòd si acceptans habet nouam prouisionem tali casu potest capere beneficium absque publicatione; & tunc noua prouisio, non autem expectatiua venit canonizanda *vt est dec. Cassad. 22. n. 3.*

8 Sed est benè verum, quòd ad cautelā habens nouam prouisionem debet acceptationem, & prouisionem publicare, *d. Cassad. ibid. num. 7.*

9 Declara tamen, quòd quando acceptans obtinuit sibi bis prouideri de eodem beneficio diuersis temporibus; tunc trimestre datum ad publicandum currit à die primæ, & non secundæ prouisionis, *idem Cassador. decisione 9. de concess. preben. num. 1.*

10 Sed si forsan acceptans excesserit taxā litterarum Apostolicarum in acceptatione facta plurium beneficiorum; nihilominus acceptatio valebit quoad primū, secundum, & tertium, quæ taxam non excedant, *l. sancimus, C. de donat. l. si ire debemus, ff. de verborum obligatione, l. si idem cum eodem, de iurisdict. omnium iudic. l. qui soluendo, de hered. instit. cum aliis alleg. à Bellamer. in sua dec. 30. tit. de concess. preben.*

11 Declara præterea, quòd acceptans nō potest acceptare intra tempus illorum quatuor mensium ordinariorum Sede vacante. Et ratio est: quia collatio beneficiorum, dicitur fructus Episcopatus, *vt ait text. in cap. cum olim, de maior. & obed.* Et propterea fructus potius Episcopo successori, quàm expectantibus debent concedi, *vt ait Put. in decisione 396 num. 2. lib. 1.*

12 Extende è contra procedere in Ordinario, cuius manus dicuntur ligatæ durante mense ad acceptandum, *Cassador, decis. 5. de concess. preb. & secunda de decret. in rescruat. appos. Fel. in cap. cum ex officii, in quæstione nona de præscription. et Put. in decisione 137. numero primo, lib. 2.*

13 Sed illud, quod fuit dictum super eo, quòd

quòd expectantes possint quandocunq. acceptare dùmodo intra tempus in expectatione limitatū acceperint, intellige esse verum, si tamē litteræ fuerint expeditæ; at secus ante expeditionem illarum, *vt ait Put. dec. 143. lib. 1. num. 1.*

14 Et propterea videmus, quòd in tali casu secuta vnius acceptatione post vacationem non potest indè collatio declarari, alias fraus fieri posset, & sic ius tollere alteri quæsitum, & quamuis contra impetrantē Apostolicum non possint litteræ expectantium post impetrationem expediri, nihilominus secus contingit inter expectantes, *vt optimè distinguit Put. viden. in d. decis. 143. num. 1.* vbi ait, quòd veluti infra mensem quilibet expectantium potest acceptare, idcò sequitur, quòd possit etiam litteras expedire; licet tamen verius sit, quòd expectantes possint benè quandocunque infra mensem acceptare, sed post tamen litterarum expeditionem, non autem ante, *vt ait Felin. allegat. à Puteo in dicta dec. 143. ferè in fine, lib. 1.*

15 Declara tamen, quòd prior acceptatio facta ab vno ex expectantibus vigore gratiæ expectatiuæ, in qua dabatur mensis ad expectandum, facit eum diligentiorem altero similem expectatiuam habente: quia fuit posterior in acceptan. per regulam. Iura subueniunt vigilantibus, & per alteram, qui prior est in tempore. &c. *Verall. in decisione 5. nu. 1. p. 1.*

16 Subdeclara tamen, quòd licet, *cap. duobus, de rescript.* loquatur de illa diligentia in præsentatione litterarum; tamen à DD. intelligitur habere locum etiam in acceptatione facta infra mensem, *vt testatur Veral. vbi supra num. 2.*

17 Subdeclara præterea, quòd acceptatio fieri potest litteris etiam non expeditis vigore mandati de prouidendo, cum sola supplicatione, etiam si essent reuocatæ gratiæ expectatiuæ, quando tamen essent etiam reuocatæ regulæ, *vt ait dict. Put. dec. 35. lib. 3. & est etiam decis. Rota 510. lib. 3. diuers. & prius dec. 6. d. p. 3. diuersorum.*

18 Vltimò erit in proposito notandum, quòd veluti acceptans contenta in instrumento censetur etiam se obligasse ad ea omnia quoque quæ enunciatiuè in instrumento narrata fuere, ita etiam dicitur de acceptante beneficium pensione grauatum: quia ille censetur etiam se ad subiectionem dictæ pensionis obligasse, *veluti fuit decisum à Rota in Romana Palatii luna 15. Mart. 1604. coram R.P.D. Pamphilio, quæ est in recent. decis. 70. num. 5. & 6. p. 1.*

19 Extende idem quoque procedere in acceptante mandatum, qui censetur se adstrinxisse ad omnia in dicto mandato contenta, *veluti fuit decisum in Romana Accomandita Mercur. 10. Decembris 1614. coram R.P.D. Pirouano, quæ in recentior. decisio 640. parte prima, numero 10.*

20 Subextende quoque idem esse dicendum in acceptante ius aliquod, seu aliquam prouisionem facto ipso, qui censetur illud ius acceptare cum omnibus conditionibus appositis, & omnibus in prouisione contentis acconsentire, *vt ait Rota per Put. decis. 100. num. 2. lib. 2. & dec. 359. eodem libro secundo, & veluti latius dicam in sequēti conclusione.*

ARGVMENTVM.

ACCEPTATIO QVANDO, & quomodo sit facienda in profanis, Item quando in beneficialibus de nullitate gratiæ acceptatæ dari possit, ac de illius effectibus.

CONCLVSIO XVII.

1 ACCEPTATIO nota, quòd in nōnullis casibus ad perfectionē actus venit fienda: & primò in donatione, *vt ait Marta in dec. 169. &* ibi colligitur, quòd per mandatum factū de illam acceptando, ea acceptata præsumatur. Secundo loco ea in confessione est necessaria: & propterea illa non acceptata confitenti non nocet, veluti et si ea fuerit acceptata amplius reuocari nō potest, vt mox dicam in versic. *Extende num. 10.* Tertiò ea pari modò dicitur necessaria in compromisso, & ob id terminus non currit, nisi à die acceptationis, *vt pulchrè dicam ex mente Rota Romana in verbo* Compromissum, *& idem ait*

ait Franch. in dec. 626. et Ricc. in sua collect. 672. p. 3. Quod tamē declara nō procedere si in eo compromisso fuisset dictū quòd incipiat illud currere ab hodie, vt ait Franch. ibi sup. Quartò, dicta acceptatio est necessaria in pace, quæ non prodest, nisi fuerit acceptata, vt ait Iaffred. in sua decisione 22. et Ricc. ibi supra. Sed illius ratificatio quō inducatur, vide Farinac. q. 107. n. 289. cū seqq. p. 2. sua prax. crim. Quintò, ea est necessaria in stipulatione à notario facta pro absēte, veluti dixi in verbo Absenti, & ibi recurras. Et nota, quòd quando ea fit semper intelligitur facta iuxta qualitatem actus acceptati, veluti fuit decisum in Portuen. bonorum de Columna 10. Ianuar. 1580. coram Card. Seraphino, quæ est dec. 334. nu. 4. et in alia Perusina executionis 18. Decembris 1585. coram R.P.D. Penia, quæ est apud Marchesan. par. tertia, §. 3. cart. 114. de commiss.

2 Amplia primò, quòd etiam acceptatio paciscentium censeatur facta cum sua qualitate, Roman. consil. 353. num. 11. Bald. in l. contra iuris, §. si filius, de pact. et ibi Ias. num. 11. Curt. iun. cons. 1. n. 10. et ita fuit decisum in alia Portuen. bonorum Ven. 26. Feb. 1580. coram Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec. 447. num. 11.

3 Extende id adeò esse verum, vt etiam dicta acceptatio non detur, nisi cum suo onere; etiam si acceptans illud onus ignorasset, vt ait Gratian. lib. 3. discept. c. 511 nu. 20. cum ibi allegatis.

4 Subextende, quòd ea debeat fieri in totum, non autem in parte, & partibus, vt ait d. Gratian. in c. 717. nu. 16. lib. 4. discept. licet secus, quando actus esset aliquo modo diuiduus, vt ait Rot. per Card. Seraph. dec. 334. n. 1.

5 Amplia secundò, quòd acceptatio dispositionis non possit fieri, nisi cum sua limitatione, veluti fuit decisum in dicta Portuen. bonorum 16. Maii 1580. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 461. num. 4. & prius in eadem causa fuit idem resolutum 10. Iun. 1577. quæ est dec. 334. nu. 4. & dec. 447. nu. 11. eiusdem Seraphini.

6 Amplia tertiò, quòd per acceptationem dicatur ius quæsitum cum sua causa, & non aliter, iuxta tradita per Castr. in l. priuilegia, C. de sacrosanct. Eccl. Dec. in c. S. Maria, n. 53. vers. Et pro ista opinione de constit. & in c. nouit, n. 13. vers. Tertio applicatur, de iudic. & ita fuit decisum in dicta Portuen. bonorum, luna 28. Aprilis 1577. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 324. n. 3.

7 Extende, quòd si acceptata fuerit confessio, siue altera dispositio per partem, tunc ea amplius non reuocatur per ius illi quæsitum, vt ait Gratian. in cap. 789 num. 1. lib. 4. suarum discept. Item quòd sit necessarium dictam confessionem acceptare ad hoc, vt confitenti præiudicet, ait Iaffred. in sua dec. 22. & Ioseph. Ludou. dec. Perus. 9. Secus tamen esset, quando essemus in donatione pio loco facta, quæ absque acceptatione valet, vt ait Ioseph. Ludou. dec. 29. Rota Perus. & veluti dicitur de iure ex Principis concessione acquisito, quod enim absenti absque vlla acceptatione acquiritur; si tamen illud non in vim contractus, sed ex priuilegio concedatur, vt ait Rot. per Card. Seraph. decis. 341. num. 10. cum seqq.

8 Declara tamen, quòd acceptatio gratiæ etiam motu proprio ad partis instantiam factę non operatur stante illius nullitate, veluti fuit decisum in Senogalien. Praedii Ven. 27. Aprilis 1583. coram R. P. D. Bubalo, quæ est apud Stutil. dec. 15. n. 4 & Rota in d. Portuen. bonorum de Columna Ven. 14. Mart. 1578. coram Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec. 356. n. 10. vbi allegatur Rota in dec. 8. de testam. in antiq. Aym. cons. 151. n. 25. Roman. consil. 87. & cons. 329. Gemin. in c. cum in multis n. 14. & ibi Gomes. nu. 101. de rescript. in 6. Sed quòd gratiam consumat, qui malè acceptat, ait Gonzal. sup. reg. cancel. glos. 34. num. 86.

9 Contrarium autem quando acceptatio gratiæ semel fuit validè sequuta: quia ea amplius tolli non posset, nec in pristinum statum reduci, vt fuit decisum in dicta Portuen. 26. Iun. 1577. vbi allegatur Bald. in l. si quis non dicam rapere, n. 5. vers. Melius dici potest, C. de episc. et cleric. quæ dec. est in impress. 341. Card. Seraph. vbi subiungit sub num. 9. quòd ad considerandam validitatem, vel inualiditatem gratiæ tempus datæ est attenden. quia regulariter in gratiis tempus datæ inspicitur; at secus in rescriptis iurisdictionalibus, in quibus tempus præsen-

sentationis attenditur, *vt ait Franch. dec. 326 num. 1. et 2. et decis. 509. num. 1.* Et propterea si quis tempore cõsecutionis gratię pro se repatriando partis remissionem non habebat tunc illi non suffragaretur si tempore illius præsentationis illam obtinuisset, *Affl. in decis. 253. et idem Franch. decisione 62. 316. et 509. num. 1.*

10 Concorda tu tamen, nempè, quòd prima opinio procedat quando dans de nullitate gratiæ veniret excipiendo, *vt per Bald. Imol. et alios quos refert Felin. in cap. lator, de re iudicat. Alberic. in l. post mortem num. 5. de adopt. et Aym. consil. 148.* Et eò magis id procederet quando nullus posset considerari dolus, qui in hoc præcipuè est habendus in consideratione, *vt ait dicta decis. 8. de testam. et Seraph decis. 356. num. 15.* Licet dicat sub *num. 22.* quod posit aliquando nullitas actus allegari etiamsi aliquis dolus, siue culpa adesset: quando tũ fuit in reticendo aliquid, non autẽ in exprimendo falsum. Secunda verò opinio procederet quando ille de nullitate dans non excipiendo, sed agendo veniret: quia id nullo modo fieri posset, *veluti firmant Doctores superius allegati, et Rota ibidem per Cardinalem Seraphinum dicta dec. 356. num. 14.*

11 Declara tamen primò, quòd si fuerit datus consensus in acceptatione gratiæ, & adsit pactum de eo non reuocando, tunc ille consensus non poterit amplius reuocari, nec minus ei, nisi in manibus gratiam concedentis renunciari. *vt fuit decisum ibi coram Cardinali Seraphino in dicta Portuen. bonorum 1577. 10. Iunii,* & nisi consensus vtriusque concurrat, *idem Seraph. dicta decis. 341. num. 12.*

12 Declara secundo, quòd etiam licita non sit reuocatio ante acceptationem donationis quando esset stipulata nomine absentis, *vt ait Cardinal. Seraph. in dicta Portuen. bonorum 27. Nouembris 1579. quæ est in impress. decis. 427. num. 2* vbi de communi testatur.

13 Contrarium licet teneat *Grat. in add. ad dec. Marchiæ 39. num. 2. vbi ait,* esse locum poenitentiæ antequàm actus ratificetur, quamuis notarius pro absente acceptauerit.

14 Subdeclara tamen primò, quòd acceptatio donationis factæ absenti non possit fieri in preiudicium illius, cui fuit ius quæsitum titulo singulari: at secus si titulo vniuersali, *veluti fuit decisum in Vrbeuetana hæreditatis 15. Iun. 1580. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 472. num. 6.*

15 Subdeclara secundò, ea non procedere in infante, vel quando donatio (verbigratia) prodesset alicui condonatario, *vt ait Rota ibi supra, quæ est inter diuers. decis. 683. n. 6. et 8. p. 1.* quia tunc etiam absenti facta valeret, & *Card. Seraph. dict. decis. 472. num. 8.* ait id habere præcipuè locum quando adesset constitutum, vel precarium: quia tunc Prętoris auctoritas non esset amplius necessaria, *Grat. in addit. ad dec. 39. n. 8.*

16 Amplia quintò, conclusionem procedere in eo, qui acceptaret confessionem in iudicio, quę acceptatio cum suis qualitatibus, & sic in totum fieri debet, *vt dixi in verbo Confessio, et est decis. Surdi 258. et ita fuit decisum in Gerunden. prææcedentiæ 4. Nouembris 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 644. num. 1.*

17 Fallit tamen quando vna pars confessionis haberet contra se Iuris pręsumptionem: quia tunc posset pro parte acceptari, & pro parte non, *vt dicunt Surd. dicta decisione 258. et Cardinal. Seraphin. dec. 644.*

18 Extende primò huiusmodi fallentiam procedere etiam in ea confessione diuersitatem temporis continente; quia tunc pro parte acceptari posset, & pro parte non, *veluti fuit decisum in Vasionen. Prioratus, seu confidentiæ 17. Maii 1600. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1359. num. 10.*

19 Extende secundò, quòd acceptatio sententię possit fieri in parte, & partibus, quando illius capitula sint diuidua; at secus si essent connexa, ita vt diuisionem non reciperent: *veluti dixi in verbo Sententia, &c. et ita fuit decisum in Calaguritana de Villoria 12. Decemb. 1572. coram Card. Seraph. quæ est in impress. dec. 180. n. 2*

20 Et propterea videmus, quòd si sententia contineret plura capita diuidua & separabilia, tunc etiam quòd in vno capite non sustineatur, veluti, quia esset

exceſſiua; nihilominus ſuſtinetur in alijs, *vt ait Rota per Papam Gregorium dec. 552. n. 1. & num. 6. in addit. & decis. 427. num. 2. par. 2. recen. & per Burat. decis. 32. num. 27.*

21 Item videmus, quòd ſi ſententia concederet immiſſionem pro pluribus corporibus, & quoad vnum illorum Aegidiana non intraret, tunc intraret quoad alia, *vt fuit decisum in vna Bononien. fideicommissi de Manzolis 16. Februar. 1629. coram Reuerendissimo Coccino Decano*. Et in ſimili dicitur de ſententia lata ſuper vna ſumma, ſed ex pluribus partitis diſtinctis, & ſeparatis coaceruata, quia tunc cum videantur tot ſummę quot ſunt capitula, idcircò ſi in vno infirmetur, in alijs tamen ſuſtinetur, *vt fuit dictum à Rota per Card. Caualerium in sua decis. 484. num. 3. & in alia Mantuana bonorum 10. Decembris 1612. coram Vbaldo.*

22 Præterea eodē modo quoq. procedere videmus in ſententia, in qua quis condēnaretur tàm ad fructus decurſos, quàm decurrendos; quia licet ea non ſuſtineretur pro decurrendis, cum illud debitum adhuc purificatum non fuiſſet; tamen ſuſtineretur pro illis iam maturatis, & decurſis, tanquàm nil commune habentibus cum decurrendis, *vt fuit dictum in Bononien. census 27. Nouembris 1626. coram R.P.D. Durano, & postea in alia Asculana bonorum 27. Martij 1628. coram eodem Durano.*

23 Extende idem pari modo procedere quando eſſemus in actu exequendi duas ſententias conformes in vim ſtatuti Vrbis: quia tunc ſi ſecunda ſententia confirmatoria primæ plura capitula ſeparata, & diſtincta contineret, quamuis non eſſet in omnibus primę cōformis, nihilominus eſſent exequendæ in eo capite, in quo eſſent conformes, *vt fuit resolutum in vna Ferrarien. attentatorum 14. Martii 1629. coram eodem Durano, & penes Cincium de censibus est dec. 188. in fine.*

24 Secus autem quando ſententia fuiſſet per vnicum capitulū, nec non vnica verborum ſtructura concepta: quia tunc ſi eſſet exceſſiua in parte, eſſet in totū nulla; cum in indiuiduis vtile per inutile vitietur: neque tunc in maiori ſumma minor ineſt, *veluti fuit resolutum in Perusina societatis 20. Maii 1624. coram Vbaldo, & est dec. 221. n. 2. p. 2. diuer. & dec. 333. n. 3. p. 2. in recen. & Put. dec. 315. lib. 1.*

25 Quinimmò in prędicto caſu ſufficit etiam exceſſus in vno obolo, licet ſit benè verum, quòd ille non præſumitur niſi ab allegante plenè, & concludenter probetur, *Rota d. dec. 333. nu. 3. par. 2. recent. & decis. 221. n. 1. p. 2. diuers. & dec. 34. n. 4. p. prima recent. & in vna Carpentoratren. bonorum 10. Nouembris 1614. coram Card. Vbeospio, & in Romana expensarum 31. Ianuarii 1614. coram Vbaldo Seniori, & in alia Romana restitutionis dotis 26. Ianuarii 1629. coram R. P. D. Vbaldo*, & multa dixi quoque in hac materia *in consil. 86. n. 14. cum seqq.*

26 Amplia ſextò, in acceptatione ſententiæ orta ex compoſitione facta cum fiſco ad effectum ſe à vexationibus redimendi: quia ex huiuſmodi compoſitione non arguitur illius acceptatio abſolutè, ſed ea debet intelligi acceptata, retenta illa qualitate metus carceris, & vexationum, & non alias, *veluti fuit decisum in Salamantina Cappellaniæ 21. Aprilis 1600. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1352. num. 5. & in Lucana Parochialis luna 25. Iun. 1601. coram Card. Pamphilio, & in Romana repetitionis indebiti 30. Apr. 1610. corā Pirouano.*

27 Limita tamen dictam ampliationem non procedere, veluti quando adeſſent vrgentes præſumptiones, quod verè dicta acceptatio ſecuta fuiſſet ad effectum ſe liberandi à dicto crimine: ſeu quando id fuiſſet dictum expreſsè: quia id tunc excluderet illam qualitatem metus, & vexationum carceris, ita vt in totum approbanda veniret, *veluti fuit decisum in illa Calaguritana de Villoria. & in alia Lucana Parochialis coram Pamphilio*. Et nota, quòd acceptatio probatur per ſigna, & coniecturas, & per ſolam ſcientiam cum taciturnitate, & præcipuè vbi in fauorabilibus verſaremur, *vt ait Grat. in sua decis. Marchiæ 39. nu. 3. in additionibus*. Et ratio eſt: quia de his, quæ afferunt vtilitatem facilè acceptatio præſumitur, veluti è contra; Et ob id nota, quòd nedum admittuntur præſumptiones, & coniecturæ, verum etiam teſtes ſingulares tollerantur.

Quin-

Quinimmò etiam dictum vnius tolleratur, *vt ait dictus Grat. ibi supra, nu. 3. & seq. Rot. dec. 663. p. 1. diuers. & Card. Seraph. dec. 984.*

29 Extende ampliationem prædictã, multò magis esse veram quando essemus in acceptatione sententię iniustę: quia tunc ea non præsumitur acceptata, nisi vehementes præsumptiones in contrarium vrgerent, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 180. nu. 5.* Et ratio est: quia potest esse, quòd stante etiam iniustitia sententiæ, possit ille, contra quem lata fuit, eam acceptando bonam fidem agnoscere, *vt ait idem Card. Seraph. dec. 671. n. 10.*

30 Amplia septimò, quòd per acceptationem vsusfructus non censeatur renunciatum illi qualitati petendi legitimam, sed in ea erit tñ imputandus, veluti dicam in verbo *Actio personalis ex testamento, concl. 42,* vbi in hoc recurrere poteris, *& ita quoque fuit decisum in Bononien. fideicommissi de Scappis 31. Maii 1600. corã Seraph. quæ est in eius impres. dec. 1365. n. 23*

31 Quod tamen intellige verum in legitima descendentium, at secus in illa ascendentium. Et ratio est, quia legitima descendentium est magis debita descendentibus, quàm illa ascendentium ascendentibus, nam hęc duo inter se differunt, vt dicam in verbo *Actio personalis ex testamento, idemq. ait Card. Seraph. in dec. 1365. num. 4. & Peregr. de fideicommiss. art. 3.*

32 Licet tamen hodie fuerit decisum contrarium *à Rota in Arminen. legitimæ de Scarponibus coram Durano,* vbi fuit resolutum fructus in legitimam parentum nullo modo esse imputandos, *veluti dixi in concl. 42. reg. 5* & ibi recurras, quia Rotæ rationem inuenies.

33 Sed hic declara primò, quòd acceptatio quæ fit (verbi gratia) alicuius laudi, licet non teneret, ex eo, quia laudũ esset nullũ, nihilominus si à partibus illud acceptaretur tunc illius acceptatio in vim pacti valeret, *vt ait Rota in dec. 512. nu. 1. par. 4. diuers.* quod etiam procedit in sententia nulla à partibus acceptata, quæ saltem in vim pacti sustinetur, *glo. in l. 2. C. com. vtr. iud. Bart. in l. si expressè, ff. de appellat. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. defect. poss. n. 17. & seqq.* & *Card. Seraph. dec. 698. nu. 5.*

34 Contrarium tamen esset quando acceptatio esset inualida respectu formæ, nec non quando essemus in criminalibus: quia tunc ea in vim pacti non sustineretur, *vt ait Rota in dec. 148. n. 12. p. 2. diuers.* & *Gabr. concl. 2. n. 33. tit. de sent. Felin. in cap. significasti, n. 8. vers. Tertiò declara, de foro competent.*

35 Sed nota, quòd acceptatio sententiæ iniustę nunquàm præsumitur, nisi præsumptiones vrgentes concurrant, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 180. nu. 5.*

36 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam procedere quando in acceptatione actus non interuenirent ea, quę ad pacti validitatem sunt necessaria: quia illis deficientibus illius approbatio non valet, *Surd. dec. 132. nu. 15. & Grat. lib. 2. discept. c. 264. n. 31.*

37 Declara secundò, idem procedere in acceptante legatum, qui per huiusmodi acceptationem censetur approbare testamentum, ita vt illud amplius reuocare non possit, quod procedit, siue scienter, siue ignoranter illud receperit, *Castr. in l. postquàm, n. 3. in fin. ff. de petit. hæred. & ita fuit decisum in Romana hæreditatis de Bonellis lunæ 26. Iun. 1606. coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 271. num. 5.*

38 Contrarium licet dicant *Bart. in l. post legatum, num. 2. alleg. in d. decis. Ludouis. 271. n. 25.* vbi ait ignorantiã tam iuris, quàm facti excusare, & presertim in muliere, & rustico, in quibus facile ignorantia cadit; & ideò intrat illa regula, quòd qui errat non consentit, *vt ait Rota ibi coram Ludouisio, & melius in decisione 208. num. 4.*

39 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam multò magis procedere veluti si essemus in casu, in quo non erat in legatarij potestate nullitatem testamenti tollere: quia tunc legatarius etiam post acceptationem legati posset ab intestato venire, *veluti dictum fuit in d. dec. 271. ferè in fine.* Et in casu quando quis testamentum acceptat, tunc nota, quòd illud dicitur acceptare cum sua sequenti dispositione, *vt fuit decisum in Romana legitimæ 15. Maii 1600. coram R. P. D. Iusto, quæ est apud Statil. decis. 153. num. 9.*

40 Extende secundò, idem procedere stante absentia legatarij: quia eo casu nulla actio orietur, sed talis approbatio sustineretur in vim simplicis pollicitationis nec non nudi pacti, quod non obligat, nisi tamen esset Deo, siue Reipublicæ factum; at secus quando approbatio esset facta in præsentia legatarij: quia eo casu valeret in vim pacti, ita vt tali modo acceptans videretur ad onus eidem legato iniunctum se obligare, *vt ait Rota in dec.188.nu.6.apud Statil. de Saluiano, Surd.dec.132.n.12.& seqq.et Gratian. lib.2.discept.cap.264.num.31. & 32.*

41 Subextende id eò magis procedere quando essemus in ea tacita approbatione, quæ oritur ex ea acceptarione legati, quæ nullo modo præiudicat in legitima, etiam si in legato adesset clausula, quòd plus petere non posset, & præsertim quando ex ea acceptatione filius enormiter læderetur in legitima, *vt ait Rota in Romana legitima 23.Iun.1597.coram Card. Pamphilio, quæ est penes Merlinum de legitima, dec. 70.n.10.*

42 Secus autem si ageretur non de tenutiatione legitimæ, sed de onere illi iniuncto acceptando, & de impuratione faciẽda: quia tunc tacita acceptatio sufficeret, *vt fuit dictum à Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ vener.11. Martij 1616. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 31.num.20.* Et propterea videmus, quòd ex tacita acceptatione oneris, quæ resultat ex possessione rei relictæ pro legitima sufficit vt filius onus acceptasse dicatur. Et ratio est: quia voluntas vnius melius facto, quàm verbis declaratur, *vt fuit dictum in Romana legitimæ 11. Decemb. 1609.coram eodem Manzanedo, & in alia Romana palatij de Aquila 2. Dec. 1609.coram Card. Marcomontio, & penes Merlinum d.dec.31.n.18.*

43 Declara tertiò, idem procedere quoad effectum adeundæ hæreditatis, quam hæres acceptans testamentum per eius visum adiuisse dicitur, ita vt amplius super ea deliberare non possit, veluti inferius dicam in verbo *Aditio hæreditatis, & fuit ita decisum in Romana census de Cardulis 20.Octobris 1600.coram Cardinali Ludouisio, postea Gregorio XV. & Card.Seraphin. in decis. 1407. num 4.*

44 Extende huiusmodi ampliationem adeò esse veram, vt propterea dicta acceptatione semel secura amplius illius actus reprobatio non detur, etiam in alia causa, & inter diuersas personas, *vt ait Alex. cons. 133.num. 14. lib. 7. Aymon. cons.188.n.5.Becc.cons.6.n.19.et Grat.in precit.loco n.34.& 35.*

45 Extende secundò, quòd huiusmodi acceptatio adeò sit potens, vt ea etiam omnibus absentibus prosit; quod tamen intellige verum quando actus principaliter renderet ad declarandam agentis voluntatem; at secus si tenderet ad se obligandum principaliter: quia eo casu esset necessaria præsentia eius, cui acquirenda esset obligatio, *vt ait idem Gratian. ibi sup. num.36.cum ibi allegatis.*

46 Limita tamen dictam ampliationem septimam non esse veram quoties in acceptante daretur ignorantia; quia tunc ea nõ præiudicaret quoad illud ius impugnandi testamẽtum, *veluti fuit decisum in Romana hæreditatis de Bonellis lunæ 31.Ianuar. 1605.coram Card. Ludouisio. postea Greg.XV.quæ est in eius impress.dec. 208.n.4. & faciunt ea, quæ superius dixi in vers. Contrarium ex doctr. Bart. in l. post legatum de his quibus vt indign. & idem Papa Ludouis. dec. 271.*

47 Et ratio est: quia regulariter ratificatio non inducitur, nisi data plena, & distincta notitia iuris, & facti in ratificante, *vt ait Grat. mox allegan. Gabr. cons.69. nu.26.lib.2.& prius cons.86.nu.60.lib.1. Rot.dec.51.n.5.et dec.95.n.4. et dec.280. n.9.et 10.et dec.535.n.12.et 13 p.1.in recentior.et veluti inferius dicam sub numero 55.*

48 Sed declara igitur primò, dictam limitationem nõ procedere quoties essemus in eo, qui habuisset scientiam iuris, quod competit pro impugnando testamento, *vt ait Gratian. qui plures cumulat discept. forens.lib.3.c.429.n.22.et Rot. dec. 662. par.2.in recent.*

49 Declara secundò, quòd dicta acceptatio vnius alijs non noceat, & ideò si ea, (ver.gratia) fuerit facta à marito alicuius legati alijs nullũ præiudiciũ inferet; & sic nec eius vxori quã pro ea legatũ acceptasset maritus, & multò minus sororibus vxoris, nisi tamen in vxore concurreret

illius

illius acceptationis scientia, & solemnitatū interuentus in ratificationibus mulierum adhibendarum, vt dixi in verbo *Alienatio*, quia tali casu posset maritus ei præiudicare; sed respectu legati solum non autem aliorum in testamento contentorum. Vndè si per eam acceptationem approbaretur testamentum, id veniret intelligendū, quoad disposita in eo; non tamen quoad bona fideicommissaria, vel emphiteutica, quæ aliundè, quàm ex testamento deberentur, *vt fuit dictum in d. Romana de Bonellis coram Greg or. XV. quæ est in eius impress. dec.* 271. & ibi habetur, quòd bona emphiteutica nō veniunt sub generali institutione, *idemq. ait Rot. dec.* 154. *par.* 2. *diuersorum, et in recentior. par.* 1. *dec.* 375. *et per Coccin. dec.* 32. *num.* 10. quod procedit etiam si testator haberet facultatem disponendi de dicta re emphiteutica, *Surd. dec.* 93. *n.* 13. Quinimmò id habet locū, etiam si sit primus acquirens, *Rot. dec.* 435. *n.* 13. *p.* 1. *in recent. et in d. dec.* 219. *p.* 4. *in recent. n.* 10.

50 Et prædicta eò magis procederent si testator se restrinxerit ad sua bona: quia tunc non venirent emphiteutica, *Surd. dec.* 93. *n.* 19. *et* 20. quæ tamen intellige esse vera in emphiteusi ex pacto, & prouidentia; at secus in hæreditaria ad quoscūque transitoria: quia tunc ea sub generali institutione veniret, *Rot. dec.* 154. *p.* 1. *diuers. & dec.* 435. *num.* 13. *par.* 1. *in recent. et dec.* 152. *n.* 2. *et dec.* 294. *n.* 1. *par.* 2. *in recent. et prius dec.* 375. *num.* 7. *et dec.* 542. *num.* 9. *d. p.* 1. *in recent.*

51 Et prædictam secundam declarationem extende etiam procedere respectu eiusdem personæ acceptantis quoad alia non acceptata, *Cephal. consil.* 377. *num.* 51. *cum sequenti, et Rota ibi supra.* Veluti idem dicitur quando quis vtitur aliquo instrumento: quia ob id non infertur acceptatio quoad alterata præter apocam, *veluti fuit dictum in Romana Saluiani coram Card. Lancellotto, quæ est apud Statil. dec.* 269. *num.* 6.

52 Subdeclara, quòd benè procederet contrarium, quando essemus in donatione facta duobus: quia tunc acceptatio vnius alteri condonatario prodesset, Veluti si vera vice vnus ex donatarijs remitteret donationē: quia alteri cōdonatario præiudicare non posset, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum dec.* 472. *nu.* 11. *et* 12. *et Gratian. in addition. ad dec.* 39. *num.* 8. vbi subiungit, quòd secus esset quando, verbi gratia, per statutum esset data aliqua forma prestandi consensum in acceptatione: quia tunc ea omissa actus redditur nullus, Alias notat, *Gratian. ibidem*, sufficere quandocunque constare de acceptatione: quia quando sumus in consensu, qui possit actum annullare, sufficit, quòd quandocunque superueniat; Immò etiam post mortem donantis, per quàm donatio, licet non fuerit acceptata à donatario nō euanescit, *vt ait Surd. dec.* 206. *num.* 7. *et seqq.* subdens, quòd declaratio voluntatis eo casu quandocunque fieri potest, licet secus quando esset (vt supra dixi) præscripta certa forma in acceptatione, *vt ait Gratian. superius alleg. et Cardin. Seraphin. dec.* 1338. *num.* 2. *Verall. decis.* 177 *n.* 2. *p.* 2. *et Rot. dec.* 3 *de confess.*

53 Igitur concludendum erit, quòd acceptatio actus vtilitatem afferentis semper ex sola scientia præsumitur, *iuxta ea quæ ait Surd. decis.* 206. *num.* 11. *et Gratian. in addition. ad suam decisionem Marchiæ* 39. *num.* 4. & pari modo vbi est necessaria talis acceptatio sufficit quæuis simplex, & non formalis animi declaratio, quæ quandocunque fieri potest (vt paulus superius dixi) licet sit benè verum, quòd ea esset semper necessaria in illo actu, qui à voluntate duorum dependeret, *vt ait Gratian. ibi sup. nu.* 1. *et* 10. alias ante ratificationem absentis reuocationi locus esset, *vt dicunt Doctores supra citati.*

54 Extende quòd eodem modo acceptatio præsumeretur si quis in aliqua (verbi gratia) æstimatione facta eam non improbaret, vel ab ea appellatum non fuisset, & per plures annos non reclamasset, *vt ait Rota in Romana executionis lunæ* 15. *Iun.* 1595. *coram R. P. D. Penia quæ est apud Statil. dec.* 65. *num.* 1. 2. *et* 4.

55 Contrarium, quòd scilicet acceptatio nūquàm referatur ad id, per quod aliqua iuris renunciatio inducatur; sed quòd requiratur certa & indubitata scientia illius, quod approbari debet, tàm iuris quàm facti cū omnibus suis qualitatibus & circunstantijs, *ait Rota per Greg. XV. decisione* 208. *num.* 8. & *Rota decisione* 51. *nu.*

51. *num.* 5. & *dec.* 95. *num.* 4. & *dec.* 244. *num* 2. & *dec.* 280. *num.* 9. & *dec.* 535. *nu.* 12. *par.* 1. *in recent*, & *in* 2. *par. decis.* 622. *num.* 2. *et* 3. vbi in specie habetur, quòd ad hoc, vt præiudicialia approbentur, requiritur scientia explicita, & indiuidua omnium qualitatum, & circumstantiarum, alias secus, *veluti quoque superius dixi sub num.* 41.

56 Extende huiusmodi opinionem eò magis procedere, quando essemus in his, quæ dominium, seu possessionem respiciunt, *vt ait Rota apud Cincium de censibus dec.* 170. *num.* 4.

57 Rursus extende, quòd pari modo acceptatio facta dicatur de deposito, si per creditorem sibi illud consignari instetur, *veluti fuit decisum in Romana fructuum census luna* 9 *Aprilis* 1606. *coram* R.P.D *Iusto, quæ est apud dictum Statil. dec.* 270. *num.* 5.

58 Vltimò erit notandum in hac materia, quòd illud ius acceptoris nunquàm dicitur resolutum, nisi prius illud datoris, & venditoris resoluatur, *vt ait Gratian. c.* 719. *n.* 6. *lib.* 4. *discept.*

59 Modo hic restat videndum de ea acceptatione, quæ fieri solet de litteris cambij; & sic nota, quòd scribens litteras cambij non dicitur liberatus à damno debitoris decoquentis, cui sunt directæ, quamuis per eum fuerint acceptatæ: quia per eam solam acceptationem non dicitur facta delegatio, siue nouatio vlla; sed aut est necessaria solutio, aut quòd delegatio probetur; Et ratio est, quia litterarum præsentatio, & earum acceptatio solum fit ad hoc, vt campsor adueniente tempore sit paratus solutioni, & vt creditor sequatur fidem dicti campsoris taliter qualiter volunt mercatores mandantes, nempè quatenus soluerit, & posuerit ad rationem; & propterea dum in litteris dicitur, quòd soluat, & ad rationem suam ponat, igitur nisi fuerit secuta solutio, nec positum ad rationem, liberatio non dicitur facta, *vt fuit dictum in vna Bononien. Pecuniaria coram Card. Blanchetto allegata in alia Veneta litterarum cambij* 1593. 23. *Maij coram Gipsio*, & *Grat. lib.* 1. *discept. c.* 64. *num.* 5. *cum seqq. et Rota in Romana litterarum cambii* 11. *Decembr.* 1592. *coram Card. Arigonio, et in Romana litterarum cambii* 2. *et* 10. *Martii* 1595. *coram Gipsio, et in Bononien. pecuniaria* 13. *Ian.* 1581. *coram Card. Lancellotto, et in Romana litterarum cambii* 1. *Iun. et* 27. *Nouemb.* 1615. *coram Card. Pamphilio iuniori; et per Gregor. dec.* 217. *nu.* 3. *et seq. et postea in Romana pretii vaccarum* 30. *Iunii* 1622. *coram R.P.D. Nauarro.*

60 Animaduertendo tamen, quòd adhoc vt delegationi sit locus, delegans debet esse creditor nominis debitoris delegari, & quòd mandet dicto debitori delegato, vt tanquàm suus debitor se obliget ad fauorem sui creditoris, & quòd acceptatio illius obligationis sequatur. Et vltra prædicta in delegatione, & ad hoc, vt ea benè inducatur, opus est, vt delegatus etiã per stipulationem promittat de mandato, & ordine ipsius delegantis: item quòd vti debitor promittat; alias vno eorum deficiente delegatio non erit bona; sed si litteræ sint ad vsum, tunc habent terminum decem dierum, iuxta generalem vsum mercatorum, *vt ait Rota per Gregor. dec.* 217. *per totam, & prius in Romana legatorum de Vitellis luna* 17. *Nouembr.* 1577. *coram Clemente Octauo, Scacc. de cambiis* §. 2. *glo.* 5. *nu.* 322. *vbi Rota decisiones allegat, & Rot. dec.* 679. *num.* 2. *par.* 1. *in recent. & in Romana pecuniaria* 24. *Nouembris* 1595. *coram Card. Mellino, & latè in Rauennaten. pecuniaria* 1. *Iul.* 1620. *coram R.P.D. Buratto, Surd. dec.* 23. *nu.* 10. *vers. Sicuti latè Gratian. lib.* 1. *discep. c.* 64 *per tot. et Rot. in Romana fructuum dotis* 16. *Ianuarii* 1626. *coram Remboldo.*

61 Amplia illam principalem conclusionem procedere etiam si mora, & negligentia creditoris interuenerit in representando litteras, aut in exigendo summã in litteris contentam, cum mora in litteris cambij non noceat, nisi sit facta delegatio; quæ per solam litterarum præsentationem non inducitur, sed solum eo modo quo fuit superius demonstratum, veluti quoque mora, & negligentia creditoris in exigendo non nocet, sed excluditur quando aliquid commodè fieri non potuit, *vt ait Rota per Gregor. d. dec.* 217. *n.* 4. & 6. & *in illa Romana pecuniaria coram Card. Mellino, & in illa Rauennaten. coram Buratto, & in Romana societatis officiis* 9. *Martii* 1598. *coram*

coram R. P. D. Pellegrino.

62 Sed est benè verum, quòd creditor debet certiorare litteras scribentem, & illas ei cum protestatione remittere, si dictas litteras exigere non valeat, *vt animaduertit dictus Scaccia in d. §. 2. glos. 5. num. 326.*

63 Subamplia, quòd nedum mora non noceat illi, qui fuit negligens in exigendo; sed immò ille habeat actionem contra scribentem litteras, si ille, cui fuerint directæ, decoxerit, *vt fuit dictum in illa Romana pecuniaria coram Card. Mellino.* Et præsertim quādo in litteris fuissent apposita illa verba (Et potrete à mio conto) *vt fuit dictum sæpè à Rota, et signanter in Romana cambiorum penes Gregor. dec. 217. & ibi latè in addit. de hac materia, et in Romana pecuniaria 1. Iul. 1615 corā Verospio, et postea in Rauennaten. pecuniaria Merc. 1. Iul. 1620. coram Buratto.*

64 Declara tamen, quòd acceptatio litterarum inducta præsumitur eo ipso, quòd mercator apposuit verbum (Visa) *vt fuit dictum in Romana litterarum cambii 10. Nouem. 1584. corā Cantuccio.*

65 Extende primò, quòd acceptatio litterarū inducta censeatur quādo illæ absque vlla contradictione à mercatore acceptatæ fuere, *vt ait Rota in Toletana litterarum cambii 20. Mart. 1620. coram Card. Verospio, & dec. 811. num. 9. p. 1. diu.* vbi de magis communi testatur, *& Rota Ianuen. dec. 24. n. 4. & dec. 120. n. 1. & dec. 133. num. 2. & Scaccia in præcitato loco.*

66 Declara tamen id non habere locum in illis litteris, quę vulgo vocantur (d'auiso) quæ licet à mercatoribus absque contradictione acceptentur, non ob id tamen sufficienter acceptatæ dicuntur; & propterea mercatores nō possunt in vim illarum cogi ad soluendum, *vt ait Scacc. in præcit. loco glo. 5. n. 337. & Gamm. dec. Lusit. 336. per totam.*

67 Extende secundò, quòd earum acceptatio censeatur inducta quando mercatores in actu acceptationis earum aliquā pecuniæ quantitatem exbursarent: quia tunc intraret illa regula, vt scilicet partem debiti soluens totum agnouisse censeatur, si tamen de contrario non apparebit, *vt fuit dictum in illa Toletana litterarum cambii coram Card. Verospio, et in alia Spoletana pensionis 1. Iulii 1620. corā Vbaldo.*

68 Subextende prætereà, quòd ad inducendam acceptationem opus non est, vt acceptatio litterarum cambij in ipsis litteris inferatur; cum ea aliundè probari possit, *vt fuit dictum in dicta Toletana cambii 20. Mart. 1620. coram Card. Verospio. & Vinc. de Franc. dec. 303. num. 1.* ✠

✠ *In hac pag. 103. post nu. 68. adde hæc verba.*

Et prædicta quæ fuerūt dicta respectu acceptationis litterarū, procedunt etiā respectu cambiorū, quæ adhoc, vt dicantur, iusta, & realia, & vt talia peti possint, opus est, vt de litterarum transmissione acceptatione, & effectuatione constet, *iuxta constitut. Pij V. 148. & velati ait Rota dec. 32. n. 4. p. 1. rec. & vltimo loco in Anconitana cambiorum 8. Febr. 1629. coram Vbaldo, & prius in Florentina cambiorū 12. Ian. 1615. coram Bunozetto, & in Romana pecuniaria 13. Iun. 1616. coram Pamphilio; & in alia Romana de Falconerijs 24. Maij & 3. Iun. 1618. coram Vbaldo, & in Romana frumenti 29. Nouemb. 1627. coram Pirouano, & in Ferrarien. pecuniaria 12. Iunij 1627. coram Vbaldo, & Rot. Ianuen. decis. 37. num 11.*

Et ad probandum realitatem cambiorum, quomodo se gerere debeat illa prætendens, pulchrè docet *Dñs Farenatill. ad dec. Burati. 132. n. 9.* idemq. *ait Rot. dec. 951. in vlt. verbis lib. 3 par. 3. diuers. & in Romana cambiorum 10. Iun. 1616. coram Card. Sacrato. quæ allegantur in d. Anconitana Cambiorum 1629. coram Vbaldo.*

ARGVMENTVM.

ACCEPTILATIO A QVO fieri possit, & quando est facta ab vno, an alteri prosit, vel non.

CONCLVSIO XVIII.

1 ACCEPTILATIO nota, quòd est confessio de recepto quę tamen veram numerationem non probat, *Bart. in l. 1. ff. de his quæ in fraud. credit. quem sequitur Bald. in Rubr. C. eod. tit.* sed quando est facta vni ex reis debendi, nota quòd alium debitorem liberat, *iuxta ea quæ tradit Surd. in decis. 229. num. 21. & Capp. Tholos. dec. 264. n. 2.*

2 Amplia id quod fuit dictum de acceptilatione, multo magis procedere in solutione, quæ dicitur vera debiti satisfactio, quod secus est in acceptilatione, quæ dicitur ficta solutio, *vt ait dictus Surdus ibi supra, et Benintend. decisione 81. num. 9.*

3 Limita tamen, quòd potest fieri ex pacto, vt acceptilatio vni facta, alteri non prosit; secus verò quando acceptilatio esset facta simpliciter, quia tunc dicta acceptilatio vni facta, alteri correo prodesset, *vt est dec. Afflict. 319. nu. 8. & 4. Benint. dec. 81. n. 9.*

4 Contrarium licet dicat *Bart. in l. ex duobus, ff. eod. tit.* vbi ait pactum huiusmodi non valere super eo, quòd acceptilatio vni facta alteri correo non prosit, subdens indistinctè acceptilationem in duobus reis prodesse correo; in alijs verò distinguit, aut in rem facta: aut in personam, & hanc communem ait *dict. Benintend. ibi sup. num. 10.* vbi firmat, quòd

† *In hac pag. 104. post n. 10. hæc verba sunt addĕda.*

11 Rursus concor da, vt prima opinio procedat, quando notarius attestaretur coram se, & testibus fuisse factā illius pensionis solutionē, siue datę fuerint pecunię etiam si notarius nō vtatur illo verbo (*numerauit*) vt fuit vltimo loco resolutum à *Rot. in Calagurritana pēsionis 17. Iun. 1624 coram Manzanedo*.

Secunda verò opinio procedit, quando solum interuenisset confessio de recepto facta à pensionario titulari antecessori; quia ea non probat ad illius fauorē, qui de vera, ac reali solutione docere tenetur, vt fuit resolutum à *Rot. in Pisana pensionis 20 Nouem. 1628. coram Card. Virili, & prius in Lucana pensionis 27. Nou. 1627. corā Pirouano, & in Parmen. pensionis 5. Iun. 1624. corā Merlino, quæ postea fuit cōfirmata in eadem causa 25. Iunij 1627. coram Manzanedo, & Card. Seraph. dec. 302. nu. 1. & seq.*

12 Et prędicta secūda opinio, eò magis procederet, quando vrgeret præsumptio contra confitentem; veluti quia restitutio fuisset facta inter personas suspectas, inter quas facile fraus præsumi solet; secus autem, si extra istum casum suspicionis personarum extaret stylus in regione conficiendi quietantias per viam confessionis, etiam quando interuenit numeratio, & actualis solutio, & de stylo appareret; quia tunc ea sufficeret, vt fuit benè deductum à *Rot. in Lunen. Sarzanen. pensionis Ven 16. Feb. 1616. coram Buratto.*

quòd licet ex pacto posset fieri, vt solutio facta ab vno ex correis, alteri non prosit, tamen id ait non posse procedere ipso iure, sed benè potest ope exceptionis prodesse, *iuxta regulam l. bona fides* non patitur, vt bis creditum exigatur, *& ita communiter tenent Doctores, & præsertim Castr. in l. modestinus, ff. de solut. col. 2. vers. in glos. & col. fin. vers. & è conuerso*, vbi exemplificando ait, quòd si vnus ex personaliter obligatis cum soluerit, diceret, soluo per me tantum, & meo nomine, tunc obligatio alterius correi non ipso iure, sed benè exceptionis ope tolleretur, *veluti de his omnibus testatur idem Benintend. in dicta decisione 81. num. 10.*

5 Limita secundò, quòd si acceptilatio, siue solutio fuerit facta pro parte non inducit nouationem pro altera, *veluti fuit decisum à Rota in Romana spolij Ven. 9. Maij 1614. coram R. P. D. Buratto, quæ est dec. 545. num. 3. par. 2. in recent.* & si uis in hac materia plura inuenire recurras ad Cardinalem Tuschum in hoc verbo *Acceptilatio.*

6 Declara tamen ea, quæ fuerunt dicta de acceptilatione, siue de confessione de recepto procedere si ea fuerit facta præsente notario de vera, & actuali numeratione fidē faciēte veluti si (v.g.) diceret actualiter præsente, soluente, & exbursante in tot zecchinis, & scutis aureis, &c. quia illa verba important, quòd in illius præsentia solutio fuerit facta, *vt fuit decisum in Fauentina Pensionis Merc. 23. Ian. 1619. coram* R. P. *D. Pamph.*

7 Contrarium licet prius fuerit resolutum in vna Ianuen. pecuniaria 15. *Aprilis 1611. coram Card.* Lancellotto.

8 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedere possit quando in acceptilatione, siue confessione de recepto interuenissent illa verba (actualiter præsente, soluente, & exbursante.) Secunda verò quando verba prædicta prolata non fuerunt, *veluti fuit dictum ita distinguendo à Rota in dicta Fauentina pensionis 16. Decembris 1619. coram* R. P. D. *Pamphilio.*

9 Sed tenendo primam opinionem extende eam multò magis procedere si vna cum illis verbis depositio quoque testium concurreret, vel si forsan ageretur de saluando instrumento ab aliqua falsitate, *vt fuit consideratum à Rota in dicta Fauentina pensionis 16. Dec. 1619. coram eodem Pamphilio.*

10 Contrarium tamen prædictis verbis minimè refragrantibus, *fuit decisum à Rota in eadem Fauentina pensionis 12. Nouembris 1621. coram Card. Caualerio*, vbi fuit dictum pensionarium verè per illa verba, nempè (præsente, soluente, & exbursante, &c.) solutiones pensionis non probare ad effectum manutenēdi pensionarium in possessione pensiones exigendi, prout probare tenebatur, *veluti quoque fuit dictum in alia Lucana pensionis 21. Aprilis 1617. coram* R. P. D. *Pirouano.* †

ARGVMENTVM.

ACCESSORIVM QVOTVPLEX sit, & quando sequatur suum principale, & quando secus.

CONCLVSIO XIX.

1 ACCESSORIVM notà quòd duplex est, & vnum dicitur per viam necessitatis, quod à suo principali separari non potest, vt est ripa ad flumen, secundum verò dicitur per viam inhærentiæ, vt est legatum ad testamentum, quod enim potest ab institutione separari absque testamenti corruptione, *vt dicunt omnes Doctores, & præsertim Bald. & Prapos. in cap. dilectus, de appellat. Albert. Brun. in tract. de augment. in 1. conclus. principali, num. 11.* qui aliam speciem accessorij addunt, quod est per viam æquitatis.

2 Amplia primò, conclusionem in tantū esse verā, vt si loquamur de primo accessorio necessario illud taliter naturam sui principalis sequitur, vt vno extincto, aliud quoque cessare dicatur, *tex. est in c. accessorium, de regul. iur. & ibi communiter omnes Doctores, Surd. dec. 88. nu. 10. & dec. 328. num. 20. Card. Mantic. in sua dec. 105. num. 5. & ita quoque fuit decisum in Salutiarum pensionis Iunæ 22. Iunij 1615. coram Card. Sacrato, quæ est decis. 739. n. 5. p. 2. recent.*

Amplia

3 Amplia ſecundò, quòd acceſſorium eatenus extinguitur quatenus principale ſit extinctum, vndè finita cauſa principali cenſetur quoque finita cauſa incidens ad eam: ſiue cauſa ſit finita per ſententiam, ſiue per tranſactionem, *veluti fuit decisum in Messanen. Baronia Merc. 10. Iun. 1603. coram Card. Ludouiſio, poſtea Greg. XV. quæ eſt dec. 256. n. 1. par. 2. in recen. & in eius impreſ. eſt decis. 418. n. 1.*

4 Amplia tertiò, quòd acceſſorium non poſſit naturam ſui principalis immutare, veluti dicitur de natura clauſularum, quæ vti acceſſoriè appoſitæ in inſtrumēto diſpoſitionem principalem alterare non poſſunt; ſed benè illius naturam ſequi debent, *vt fuit dictum in Peruſina fideicommiſſi de fumaiolis luna 14. Iunii 1599. coram R. P. D. Litta, quæ eſt decis. 16. n. 3. p. 2. in recent.*

5 Quinimmò nota, quòd illæ ceſſant ſi inſtrumentum extinguatur, *veluti dixi ex mente Rota in verbo Clauſula, etc. et eſt dec. Surdi 289. nu. 1. Put. dec. 1. lib. 1. et Rot. in Vrgellen. Canonicatus 30. Octobr. 1592. coram Card. Blanchetto, & in Auellina vnionis 28. Iun. 1595. corā Gipſio.*

6 Amplia quartò, quòd ſemper ſit idem iudicium de acceſſorio, quod ſit de eius principali; & propterea nota, quòd idem erit iudicandum de aqua ſcolatura, quā de aqua principali, *veluti fuit decisum in Viterbien. curſus aquarum luna 17. Nouembr. 1603. coram Greg. XV. quæ eſt in eius impreſ. deciſio 133. num. 2. et in ſecunda parte recent. eſt decis. 97. num. 2.*

7 Amplia quintò, quòd acceſſorium debeat ſequi naturam ſui principalis etiam ſi acceſſorium eſſet precioſius, & principali dignius, vt eſt gemma ad aurum, & ornamentum ad veſtem, *vt ait Surd. dec. 241. n. 8. cum ibi alleg.*

8 Amplia ſextò concluſionem adeò eſſe veram, vt propterea ſi concedatur acceſſorium cenſeatur etiam principale cō ceſſum, à quo ſeparari non poſſit, *idem Surd. in dec. 192. n. 21. et Rota ibi ſup. coram Greg. in principi.*

9 Extende idem pari modo è conuerſo procedere, nempè quando principale non conceditur, neque acceſſorium concedi videtur, *vt ait Gratian. in ſua decis. 113. Rotæ Marchia, et ibi in addit. nu. 8.*

10 Amplia ſeptimò, quòd nominato principali cenſetur etiam nominatum acceſſorium: & ideò hinc fit, quòd ſorte principali nominata, cenſentur etiam nominate vſuræ, quæ ſunt acceſſoriæ ad illam, *argu. l. ſi vt certo, §. vſque adeò, ff. commod. l. ſed ad heredes, §. ſi quis mulierem, ff. locati, alleg. à Rota in d. decis. 254. num. 8.* Et propterea videmus, quòd hypotheca, quę datur pro ſorte datur etiam pro fructibus, vti acceſſorijs ad illā, *l. Lucius, ff. qui potiores in pign. hab. Magon. deciſione 124. num. 4. Rot. Flor. Surd. dec. 271. num. 2. & Rota in vna Romana penſionis domus Merc. 11. Febr. 1598. coram* R. P. D. *Corduba.* Item videmus quod qui eſt prior in ſorte, eſt etiam prior in vſuris; quod nedum procedit in expreſſa, verū etiā in tacita hypotheca. Quinimmò id procedit etiam in caſu *dec. Affl. 187. vt ait Miſing. in ſua centuria 1. obſeruatione 59.* quod enim extende procedere non ſolum in anterioritate ex tempore; verum etiam ex cauſa *iuxta terminos, l. priuileg. a, ff. de priuil. creditorum.* Item id habet locum, tàm in hypotheca conditionali, quàm in pura, etiamſi nouata ſit obligatio cum pignorum repetitione, *vt ait pulchrè D. de Ponte in ſua dec. 34. Iaffred dec. 93. lib. 2. Miſing. in præcitato loco, Cincius de cenſibus p. 2. c. 2. q. 5. art. 9. n. 44. & pulchrè Card. Seraph. in ſua dec. 481. nu. 5.*

11 Amplia octauò, quòd ſcilicet reſoluto cōtractu reſoluitur etiā precariū quia illud regulatur ſecundum naturā ſui principalis, *vt ait Afflict. decis. 139. num. 2. & 3. & in dec. 331. verſ. & vbi precariū, eſt appoſitum:* licet iſta concluſio non procedat, *vt dicam in verſ. Declara tertiò, ſub num. 18.*

12 Amplia nonò, huiuſmodi regulam adeò valere, vt propterea ſi qualitas aliqua apponatur in principali diſpoſitione, eadem cenſeatur repetita in qualibet eius cohærentia, *vt ait Surd. in ſua decis. 88. in fine.*

13 Amplia decimò, quòd ſublato principali delicto tolluntur etiam & acceſſoria ad illud, *vt ait Gratian. lib. 4. diſcept. cap. 638. num. 15.* Vndè receptatis bannitum ſi pœnam euadit receptationis quando bannitus fuerit nulliter in bannum poſitus, ergo debet quoque euadere pœnā ratione contemptus, vel mali exempli, ex eo:

ex eo: quia ille verè bannitus reputabatur ab omnibus. Et ratio est; quia ad exclusionem delicti non attenditur opinio delinquentis, siue reputatio communis, sed solum rei veritas est inspicienda, *vt dicunt Aym. Menoch. Natt. & Alex. allegati à Gratiano in præcitato loco.*

14 Amplia vndecimò, quòd dispensatus quoad principale censetur etiam dispensatus quoad alia accessoria; Vndè si Papa dispensauerit, quòd quis possit esse Rector in aliqua Ecclesia Cathedrali post decimum quartum annum completum, & habere locum in choro, & omnibus suis honoribus, & prærogatiuis gaudere, tunc dispensatio illa super ætate suffragabitur etiam quoad alia ipsi dignitati annexa, & concreta, *vt pulchrè ait Gratian. in c.* 940. *n.* 19. *&* 28. *lib.* 5. *discept.* & ibi de magis communi restatur.

15 Amplia duodecimò, quòd conuentio facta super sorte habet locum etiam in fructibus, qui dicuntur accessorium sortis, *vt ait idem Gratian. d. lib.* 5. *discept. c.* 914. *num.* 47. Secus verò veluti si essemus in creditore recipiente sortem principalem à suo debitore, qui non ob id censetur remittere interesse; quod tamen declara verum quando illud iure actionis esset debitum; at secus si officio iudicis deberetur; quia tunc illud per receptionem sortis remissum censeretur, *vt dicunt Doctores allegati in vna Romana cambiorum Ven.* 13. *Mart.* 1587. *coram* R.P.D. *Gipsio. & in alia Romana fundaci coram Card. Seraphino, quæ est dec.* 714 *in vltimis verbis*, licet ibi non loquatur de resolutione Rotæ super huiusmodi articulo, qui tamen fuit postea decisus *in illa Romana cambiorum, & est doctrina Iason in l.* 1. *nu.* 3. *& nu. seq. C. de iudic. Soccin. iun. consi.* 95. *num.* 10. *vol.* 4. *Rimin. iun. cons.* 67. *n.* 28. *&* 29. *lib.* 1. *& cons.* 346 *n.* 19. *lib.* 3. *Grat. lib.* 1. *discept. c.* 33. *nu.* 13. *Tusc. in verbo Interesse, in conclus.* 298. *& concl.* 306. *per tot.* Sed in hoc cautela bona erit, vt quis recipiens sortem protestetur illam recipere sine præiudicio dāni, & interesse, quando tamen essemus in eo solum officio iudicis debito, quod de per se peti non potest, si Iudex (postquā fuit illud petitum) omiserit condemnare reum in sententia ad illud creditori soluendum, *iuxta ea quæ ait Surd. in sua dec.* 69. *num.* 2. *cum seqq.* Licet *Cartar. in dec.* 38. *per totam Rota Genua. & Gratian. ibi supra num.* 14. *& seqq.* dicant, quòd protestatio facta de interesse officio Iudicis debito non suffragatur, quasi quòd necessitate iuris remissum dicatur, & sic illa protestatio non impedit, quod ex legis dispositione venit, *vt ait Grat. in præcitato loco*, & ibi docet quomodo sit proferenda sententia condemnatoria expensarum, ac interesse, tàm iure actionis, quàm Iudicis officio debitarum, & sic an in scriptis, siue viua voce earum taxatio fieri debeat, quem per te videre poteris.

16 Declara tamen primò, quòd accessorium non regulatur secundum naturam sui principalis, quando sumus in materia odiosa, *veluti dicunt Doctores allegati à Surdo in dec.* 27. *n.* 14.

17 Declara secundò, quòd accessorium non regulatur secundum naturā sui principalis, vbi diuersa ratio vigeret, *per regulā, l. adigere, §. quamuis de iure patr. et Surd. vbi sup. nu.* 11.

18 Declara tertiò, non procedere in contractu iure præscriptionis, vel statuto sublato; quia tunc non tollitur precarium, & sic sublata hypothecaria precarium remanet; & sic remedium agendi *ex l. finali, C. de acquir. possess.* quod enim remedium durat triginta annis, *vt ait Affl. in dec.* 139. *n.* 5. *cum ibi alleg.*

19 Declara quartò, nō procedere quū essemus in materia, quæ diuidi posset, vt puta si essemus in casu vbi fuisset alicui relicta habitatio vna cum apparamentis: quia tunc translato, siue finito principali non transfertur, neque finitur accessorium, & præsertim si in accessorio prouisio specialis reperiretur facta: quia tūc non sequeretur naturam sui principalis, *vt ait Gratian. in c.* 937. *n.* 24. *et seq. lib.* 5. vbi propterea ait, quòd finito legato facto de habitatione per mortem legatarij, non ob id debet finire legatum supellectilium destinatorum pro dicta habitatione ex ea ratione: nempè, quia ea possunt diuidi, & ab habitatione separari, ita vt finita habitatione supellectilia non cessent, sed suorum hæredum fiant, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in præcitato loco, num.* 24. *cum seqq.*

20 Declara quintò, quòd accessorium non

sequitur

sequitur naturam principalis quando in accessorio fuit facta particularis prouisio: quia tunc illa prouisio derogat illi, quæ aut virtute iuris, vel verborum significatione inclusa videbatur, *vt dicunt D D. allegati à Gratiano in præcitato loco num. 24. et seq.*

21 Declara sextò idem procedere, veluti si essemus in actibus, qui omninò suo principali non cohærent: sed potius Iuris translationem de vno in aliud accessoriũ significant, *idem Grat. c. 839. num. 24. lib. 5. et ibid. cap. 937. num. 23.*

22 Declara septimò quòd regula non habet locum quando (verbi gratia) vna vocatio in secunda dispositione contenta, esset magis ampla; quia tũc ea non potest dici ad primã consecutiua, sed de per se stat absq; vlla dependentia ad priorem, *idem Grat. in c. 828. n. 15. lib. 5. disc.*

ARGVMENTVM.

ACCESSVS, ET RECESSVS in quibus causis detur, & quando non.

CONCLVSIO XX.

1 ACCESSVS, & regressus nota quòd solent dari in causis beneficialibus, in quibus aliquãdo dubitari contingit An gratia contineat accessum, vel potius regressum. Igitur videndum est quomodo hęc duo inter se differant.

2 Et sic nota 1. quod regressus differt ab accessu: quia accessus oĩno à futuro euẽtu dependet, nec ius aliquod de pręterito habet, *veluti ait Cassad. decis. vnica num. 3. de pact.* vbi dicit quòd cauti curiales pro illo, qui cedit maxime Iuri, liti, & causæ indecisæ, reseruant sibi regressum, petendo in supplicatione concedi regressum, siue ingressum, ita vt si non sit locus regressui, accessus subintret, non supponens ius aliquod præexistens, *vt ait Verall. decis. 6. num. 1. par. 1.* vbi subiungit quòd ad hoc vt dicatur iustificatus accessus, vel regressus, debet doceri de aliqua lite, saltem de facto, si non constaret aliter voluisse Papam; nempè quòd ea esset realis: Neque litem de facto, & de iure diceretur existere per procuratorem inchoatam si mandatum procuræ non habeat, *vt ait Rota dec. 2. de rerum perm. in antiq. Cassad. dec. 7. de dolo, et contum. et dec. 5. vt lite pend. et Guidobon. allegatus à Verall. in dicta dec. 6. p. 1.*

3 Item quòd accessus dicatur noua acquisitio, quæ de futuro non autem de præterito ius accipit, & quòd propterea requirat habilitationem habentis accessum de tempore, quo velit accedere, siue de tempore purificatæ conditionis, vt puta, quòd volens accedere prædictis temporibus non sit furiosus, vel alio modo incapax, *fuit dictum à Rota in Ceneten. parochialis luna 4. Decembr. 1609. coram R. P. D. Marcomontio, quæ est in recent. dec. 190. n. 2. p. 2.*

4 Alias esset ipso iure nullus dictus accessus, & regressus, quando scilicet non fuisset facta mentio, quòd ille (verbi gratia) ad cuius fauorem reseruabitur, morbo caduco laborabat, *vt in istis terminis ait Rota per Verall. in dec. 7. num. 1. parte prima.*

5 Regressus verò propriè dicitur, qui habet causam de præterito: quia non est noui tituli acquisitio, sed continuatio antiqui, *vt ait Rauden. in sua dec. 16. et Achil. de Graf. dec. 3. de regress. ait*, quòd regressus est reliquia iuris cessi, *idemq. ait Put. in dec. 1. eod. tit.*

6 Et hinc est, quòd regressus non comprehenditur sub concordatis Germaniæ, nec sub indultis Cardinalium gratias pręuentiuas excludẽtibus: quia non dicitur gratia merè pręuentiua, sed ius habet de præterito, *vt ait Cassad. dec. 4. de priuil.*

7 Et propterea quãdo fit retractatio ad fauorem alicuius, tunc continet gratiã regressus, & talis est iudicandus, non autem accessus: quia stante cessione facta ad illius fauorem, cum ipse haberet ius de præterito, est potius ob id dicendus regressus, quàm accessus, *vt ait Achil. de Graf. in dicta decis. 3. de regress. et Peregr. dec. 33.*

8 Sed Rota semper tenuit, quòd quando quis habet titulum præcedentem cũ sola supplicatione, semper dicatur regressus, qui non solum solet dari vigore prioris tituli; verumetiam nouatum litterarũ prouisione, sed si postea in ipsis esset apposita illa clausula, nempè, quòd talis accedat

cedat

cedat ad beneficium vigore præsentium. Vndè in isto accessu non est necessaria prioris tituli iustificatio. quia Papa per huiusmodi accessum videtur nouum titulum concedere, *vt ait Rota per Put. decis. 191. lib. 1. num. 3. Bellamer. in sua decis. 46. Peregr. in dec. 30. lib. 2. & ita fuit decisum in Compostellana Canonicatus 1574. coram tunc temporis Decano.*

9 Declara tamen, quòd si reseruatio esset facta ex cessione litteris non expeditis, tunc intrat illud decretum *fel. rec. Gregor. XIII.* qui vult, quòd eo casu intelligatur reseruatus ingressus, & accessus, nō autem regressus, quod quidem decretū vim legis habet, atque ius quoad omnes facere iussit eius Sanctitas. Immò mandauit Eminentissimis Cardinalibus sacræ Congregationis Concilij Tridentini interpretibus, vt suæ Sanctitatis nomine significarent, quòd Rota etiā in expeditione dictæ causæ Ceneten. Parochialis coram Marcomontio huiusmodi decreto se conformaret, *vt testatur eadem met Rota in dicta decisione coram Marcomontio num. 1.*

10 Amplia, quòd regressus sustineatur vbi erat concessus ex causa cessionis, etiā quòd cedens bonum ius non haberet, sed isto casu sufficeret, quòd cedens de aliquo titulo doceret, *prout pluries fuit iudicatum à Rota, veluti testatur Put. ibidem num. 4.* & id ex pinguedine regressuum.

11 Et ratio est: quia non datur regressus ad illud ius, quod fuerat cessum, sed tunc ille conceditur ad ipsum beneficium non solum ex titulo antiquo; verumetiam vigore præsentium litterarū, ex quibus .n. tunc deprehenditur, quòd mens Papæ sit vt regressus valeat: etiam si prior titulus non valeret, & meritò quidem: cū ex duplici bono iure non possit beneficium ad aliquem spectare; *textus est in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poss.* Nam habemus quod verborum pinguedo arguit concedentem voluisse valere regressum, etiam si titulus antiquus non sufficeret, & tunc electio esset gratiati in petendo beneficium, siue ex priori, vel ex nouo titulo, *vt ait Rota per Put. in dicta dec. 191. n. 6. & seqq.*

12 Rursus declara, quòd per reseruationē accessus ad fauorem alicuius ad aliquā Ecclesiam non ob id inducitur affectio illius Ecclesiæ; ita vt Ordinarius eam in suo mense conferre non possit. Nam regressus, & accessus sunt gratiæ, quæ fauorem respiciunt certæ personæ, quæ nō inducunt affectionem quando non verificantur in personam eius, cui reseruatæ fuerunt; quod tamen secus esset si aliqua illius Ecclesiæ reseruatio præcessisset: quia tunc intraret illa vulgaris regula; quòd scilicet per appositionem manus Pontificis beneficium affectum, ac reseruatum efficiatur, *veluti fuit decisum in dicta Ceneten. Parochiali coram Cardin. Marcomontio.*

13 Parimodo sciendum erit, quòd accessus reseruatus minori quatuordecim annis ad aliquam Abbatiam erit ex defectu ætatis ipso iure nullus ex dispositione sacri. Concilij Tridentini, quod requirit tempus vigintiduo annorum, *vt in sess. 24. de reformat. cap. 12. §. ad cæteras.* Et ratio est; quia gratię nunquàm habent effectum, nisi tempore habili, *veluti fuit decisum in Burgen. pensionis 16. Decemb. 1596. coram R. P. D. Penia, quæ est apud Marchesan. de commission. parte tertia, §. 3. cart. 125.*

14 Præterea nota, quòd accessus dat ius ad rem, & non in re, cum sit noua acquisitio, *vt in principio conclusionis probaui, & Sarnen. ad regulam de non tollen. iur. quæsit. quæst. 1. ante fin. vers. Decimus casus,* & dicitur gratia conditionalis, *vt ait Nauar. in relect. cap. si quando præludio 3. num. 6. de rescript.* quæ ante purificationem nihil ponit in esse, *vt ait Rota in dicta decisione Ceneten. Parochialis, quæ est 190. num. 8. par. 2. in recent.*

15 Sed nota tamen, quòd hodie per Pij Quinti Constitutionem, quæ incipit Romani Pontificis prouidentia, omnes regressus, accessus, & ingressus sub quibuscunque formis, & quibuscunque personis, & quomodocūq. concessi his verbis

* absoluit, nēpè [Omnes, & singulos regressus, accessus, & ingressus, etiam euentuales, aut pœnales, aut coadiutorias etiam de consensu: aut alias quomodolibet sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis efficacissimis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de potestatis Apostolicæ plenitudine, clausulis irritantibus, & alijs decretis quomodolibet

libet per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros ad beneficia Ecclesiastica cum cura, sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam si secularia, Canonicatus, præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales Maiores, seu Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales. Regularia verò beneficia huiusmodi, Monasteria, etiam Consistorialia, Prioratus, Præpositurae, Dignitates, etiam Conuentuales, Personatus, Administrationes, vel officia, etiam claustralia, & præceptorias, etiam Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam quarumuis aliarum Militiarum, quibusvis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existētibus, & Episcopali, Archiepiscopali dignitate, aut Cardinalatus honore pollentibus cōcessos, super quibus litteræ Apostolicæ integraliter hactenus expeditæ non fuerunt, etiam si in plumbaria nostra, aut penes summatorem nostrum reperiantur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, cassamus, & abolemus; Mandantes ne in futurum super dictis gratijs regressus, accessus, & ingressus, necnon coadiutoriarū litteras expediāt, &c.] Vnde ex prædictis colligitur Pontificē omnes regressus, & in infinitum irritos reddidisse, etiā ante concessos, quorum litteræ Apostolicæ expeditæ non fuerint, & isti regressus fuerunt damnari, & à Curia Romana reiecti: quia neque ex iure cōmuni introducti fuerant, sed solum excogitati, & inuenti à resignantibus in eorum commodum, & propterea videmus quòd longo vsu non fuerunt approbati, immò etiam Curię Parisien. auctoritate dicti regressus fuerunt abrogati, *vt testatur Rebuf. in sua praxi benefic. p. 3. tit. de regress. in fine.*

16 Et ratio quare fuerunt regressus prædicti sublati ea est, vt hæreditariæ successiones in beneficijs penitus tollerentur. Itē ne libera facultas ordinatiorū in cōferendis beneficijs minueretur deniq. vt in illis cōferendis potius admitterentur illi, qui magis apti existimantur, & vt omnis occasio, & ansa captandæ mortis amputaretur; & tandem vt omnis ambitiosa cupiditas in eis obtinendis remoueretur, *vt ait text. in c. ne captanda de concess. præb. in 6. Franc. Marc. decis. 288. par. 1. Fusc. singul. 21. in litt. B. num. 1. Riccius in sua aurea praxi fol. 337.* & *Barbos. in sua collect. ad cap. 1. num. 3. de præb. & Rot. in Bracharen. regressus 22. Iunii 1629. coram R.P.D. Pirouano.*

17 Declara tamen quòd non omnes reseruationes accessuum, & regressuum sunt abrogatæ, neque ex decreto Concilij Tridentini *in sess. 25. de refor. c. 7.* nec minus ex illa constitutione Pij Quinti fuerunt prorsus sublati sed solùm illi per cessum, & decessum, & propterea adhuc illi regressus, accessus, & ingressus conceduntur pensionario, si ei tempore constituto debita pensio non persoluatur, siue si ex capite nullitatis reseruationis pensionis eam persoluere renueret, veluti ita in Curia Romana quotidie seruatur, & in vsu sunt, *vt fuit vltimo loco dictum à Rota in illa Bracharen. coram R. P. D. Pirouano.* Item nec minus sunt sublati illi regressus, qui Iure communi subsistunt, qualis est ille, de quo loquitur *cap. si beneficia de præbend. in 6.* in illis verbis: *Ad beneficia sua priora libere reuertantur,* & prout etiam affirmat *Nauar. in c. si quando excep. 21. de rescript. & Mandos. de signat. Gratiæ sub tit. regressus, & accessus, idem Mandos. in reg. de impetran. benef. vac. per obit. quæstione 31. num. 3. Flaminius Parisius de resig. benef. lib. 6. q. 5. num. 110.*

18 Et prædicta eò magis procederent si resignatarius defecisset per triennium & fuerit censuras passus: quia tunc benè accessus & regressus locum haberent *vt in istis terminis fuit decisum à Rota in Bracharen. regressus 22. Iunii 1629. coram* R. P. D. *Pirouano, & Achil. de Grass. decisione prima, num. secundo de iureiuran. Verall. decisione 247. parte prima, & decisione 313. parte secunda, & Paris. in præcitato loco quæstione tertia, num. 7. & Rot. decisione 631. num. 1. parte prima,* & *decisione 286. numero secundo, parte secunda recentior. & in Cremonen. pensionis super regressu vigesima tertia Iunii 1623. coram R.P.D. Vbaldo, & in*

K Messanen.

Messanen. regressus 24. Ian. 1622. coram eodem. Et ratio quare regressus per cessum, vel decessum dicantur prohibiri ea est, quia per illos inducitur votum captandæ mortis; cum ea secuta possent ad beneficium redire, & sic speciem successionis haberent, *vt dicunt Franciscus Marc. Riccius, & Barbos. superius allegati*. Et propterea ob id à sacro Concilio, & à Pio V. fuerunt sublati. At secus in illis casibus vbi regressus non per cessum, vel decessum conceduntur: quia tūc non est in posse pensionarij succedere ad beneficium nisi obtinens recuset soluere pensionem, aut eam nulliter reseruatam alleget, quod enim totum ab obtinente dependet, neque per consequens potest tali casu conqueri de beneficio amisso, sed solum dicere:

Heu patior talis vulnera facta meis,

nam optimè scimus, quòd concessio regressus restitutionem tituli operatur, sed non illius translationem, *vt ait Rota dec. 427. num. 7. par. 1. diuers.* ita vt obtento regressu ad beneficium solum, id dicatur concessum, per quod ad beneficium iam obtentum peruenire solet, *vt ait Rota decis. 318. num. 3. lib. 3. diuers.* & per consequens redeundo ad beneficium iam resignatū vigore regressus illum locū recuperat quem prius habebat: cum res quælibet de facili reuertatur ad suam primęuam naturam, & hinc fit, quòd reducens ius suum in pristinum dicitur iuris assistentiam habere neque propterea canonizatio regressus dicitur pœna, sed benè conditio, siue modus, qui rei traditæ inest, *vt benè declarat Loter. de re benefic. lib. 1. quæst. 40 num. 293. Parisius de resignat. benef. lib. 1. quæst. 14. nu. 28. et Roderic. à Cumba in comment. ad cap. ab exordio 2. 2. num. 2 dist. 35.*

19 Qui quidem regressus desinere, & finire solebant vno ex his modis, nempè: Primò, si is cui erat concessus regressus, eo vti nolebat: cum beneficium non conferatur in inuitum. Secundò, per cessionem; cum quilibet possit suo iuri renunciare. Tertiò, si idem sciens locum habere regressum permittebat vltra triennium ab alio possideri beneficium: cum tacens consentire dicatur. Quartò, si coram notario, & testibus consensum præstabat, vt regressus extingueretur; quod enim fieri poterat sine superioris auctoritate, *vt benè tradit Azor. in 2. parte institutionum moralium lib. 7. fol. 536. in litteris A, B, C, D, et E*, vbi quoque docet an consensus resignatarij in reseruatione regressus ex causa resignationis sit necessarius, necne, quem per te videre poteris: licet concludat eum necessarium non esse, & vide in proposito *Cassador. in decisione 5. de caus. possess. et propr. et decis. 4. de priuil.* vbi ait, quòd regressus de stylo præseruantur, nec in resignationibus suspenduntur, licet tamen de iure antiquo loquatur.

20 Vltimò, animaduertendum erit, quòd per regressum resignantis ad beneficium resignatū pensio extinguitur; est tū verū quòd adhoc, vt dicta pensio extinguatur requiritur, quòd ille ingressus fiat titulo irreuocabili; quia si ille reuocaretur, pensio, quæ cum eo erat consolidata, reuiuisceret, quod secus esset in primo casu, quia tunc per solam concordiam resignantis, & resignatarij illa absque nouo beneplacito Papæ reuiuiscere non posset; & ad hoc vt dicatur regressus factus titulo irreuocabili est necessaria sententia, per quam ille canonizetur, etiamsi resignans facultatem haberet capiendi possessionem propria auctoritate; dummodo tamen sententia illa in rem iudicatam transierit, alias titulus irreuocabiliter acquisitus non censeretur, cum sententia suspendatur per appellationem, quæ operatur ac si nunquam fuisset iudicatum in causa, *vt fuit dictum in vna Ciuitatis plebis pensionis 15. Iunij 1616. coram Card. Sacrato, et in Taurinen. reductionis pensionis Veneris 14. Maij 1621 coram R.P.D. Buratto. Cassador. decis. 4. de locat.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

DE ACCESSV NON TVTO ob incursum hostium, vel alio modo impedito.

CONCLVSIO XXI.

1 HACTENVS fuit dictum de Accessu, qui datur ad beneficium: modo erit videndum de illo, qui tutus non datur ob incursum hostium ad aliquem locum; & propterea constito de eo non tuto; quod fieri potest per testes, qui dicant in examine, quòd credunt non esse tutum aliquem in dicto loco citare, *vt ait Cassador. decisione secunda de dol. & contumac.* Veluti ille non tutus accessus poterit etiam probari per testes non citata parte, necnon solum coram Iudice examinatos, *vt fuit dictum à Rota in Seguntina praestimonii Ven. 1. Iun. 1500. coram R.P.D. Orano, quae est decis. inter crimin. Farinac. 50. num. 2. & 3.*

2 Vndè tali casu sufficit: quòd citatio fiat in loco insigni vicino, licet non viciniori, *vt ait Put. in decis. 150. lib. 3. et Acchil. decis. 13. de citat. & ita fuit decisum in Cartaginen, pensionis 24. Febr. 1584. coram Aldobrandino, postea Clemente Octauo.*

3 Et ratio: quare citatio debeat fieri in loco insigni ea est: quia cum ibi homines de quacunque natione confluere soleant: Idcircò illius notitia facillimè ad aures interesse habentium peruenire poterit, *vt ait idem Put. vbi supra in fin.* vbi loquitur de Ciuitate Mediolani, & Ianuensi.

4 Amplia id in tantum esse verum, quòd etiam si Iudex fecerit decretum: quòd citationes praecisè essent in aliqua particulari Ciuitate, siue loco affigendae; nihilominus sufficeret, si in aliquo insigni loco, & non ita praeciso affigantur, *vt ait Rota ibidem coram eodem R. P.D. Orano.*

5 Amplia secundò, quòd non tutus accessus semel probatus in prima instantia inseruiet etiam pro commissione executoriali, nisi tamen Iudici constaret causam metus cessasse: quia tunc id non sufficeret, *vt ait Mohedanus decisione tertia de dolo, & cont. et Put. decis. 150. lib. 1. vbi ait,* quòd ad probandum iustum metum super non tuto accessu sufficit, quòd bina vice executor aliquid fecerit, & sufficit, quòd in relatione Cursor dicat se citationem affixisse; etiam quòd mentionem non faceret de lectura; cuius enim relationi standum erit, vt dixi in verbo *Assertioni, conclus. 155. num. 121. cum sequentib.*

6 Fallit tamen haec ampliatio in accessu non tuto probato contra vnum; qui non probat quoad alios vigore clausulae (omnesque alios) quia de metu vnius non infertur ad alium; alias vnus puniretur pro alio, quod esse non debet; cum poena suos auctores non egrediatur, *iuxta textum in l sancimus, C. de poen. et Cassad. dicta decis. 2. de dolo et contum. num. 1.*

7 Amplia tertiò, quòd sufficiat solum metum inferre consanguineo ad hoc, vt in loco inferentis metum tutus accessus non dicatur. Immò etiam familiaribus sufficeret metum inferre, *vt ait Franc. Marc. dec. 67. num. 9. par. 2.* licet ibi considerandum relinquat.

8 Amplia quartò, id adeò esse verum, vt propterea quis possit haberi pro vero contumace ad effectum citandi personaliter, si ob non tutum accessum sit tantummodo citatus domi dimissa copia, & ad valuas Ecclesiae, *veluti fuit decisum in Lunen. Sarzanen. Canonicatus 23. Octobris 1598. coram Cardinali Seraphino, quae est in eius impress. decis. 1296. num. 4.* Et super hac materia non tuti accessus, vide *Scacc. in sua praxi de Iudic. caus. ciuil. et criminal. cap. 34. nu. 11. lib. 1.*

9 Et sic igitur nota, quòd accessu tuto parti adempto, tunc erit succurrendum hoc iuris remedio, videlicet per viam intimationis factae per edictum, *vt ait Rota in dec. 132. lib. 2. par. 2. diuers.*

10 Declara tamen, quòd protestatio, & intimatio procuratori speciali facta, vbi tutus accessus denegatur, ad perceptionem portionis non sufficit: quia debet fieri principali ad hoc, vt dimitteret portionem, de qua tractabatur

K 2 Rota

Rota dicta decisione 132. *diuers. num.* 2.

11 Extende id in tantum esse verum, vt propterea quando tutus accessus non datur principali in aliquo iudicio, tunc eidem liceret procuratorem reuocare, *vt ait Franc. Marc. decis.* 67. *num.* 5. quia in iudicijs accessus tutus esse debet; secus autem quando à principio inchoati iudicij accessus esset tutus: quia licet postea impedimentum superueniret; tamen eo casu dicere quod accessus non sit principali tutus non excusat procuratorem tutum accessum habentem, *vt ait Franc. Marc. in d. dec.* 67. *num.* 8. vbi ait id procedere etiam si agatur in causa ardua, licet *Afflict. in sua decis.* 29. *in fine* dicat quòd impeditus comparere propter odia, & partialitates non tenetur mittere procuratorē; secus autem vbi essemus in exule, qui tenetur mittere procuratorem ad petendum in integrum restitutionem à contractu per eum gesto tempore suæ minoris ætatis, alias eo elapso amplius audiendus non veniret, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in dicta decis.* 29. *num.* 1.

12 Limita tamen prædicta non procedere in Vassallo, qui ob non tutum accessum non excusatur à præstatione iuramenti fidelitatis sub eo prætextu, quòd accessus (verbi gratia) per terram Imperatoris non erat tutus: & ratio est, quia nedum in quocumque fidelitatis iuramento persona superioris supremi semper censetur excepta: verumetiā, quia cum Imperator sit obediens Ecclesiæ, præsumitur vna cum suis terris ad Romanam Ecclesiam deuotionem, & obsequium, ac fidelitatem habere; secus verò si Vassallus exciperet de senectute, vel de corporali debilitate, veluti quia itinerare, vel equitare non posset, quia tunc excusaretur, *vt ait decisio Bellamer.* 171. *de Iudicib. carta mihi* 51.

13 Limita secundò id non procedere in delictis, vbi ridiculum esset non tutum accessum allegare, *vt ait idem Francisc. Marc. in dicta decisione* 67. *sub num.* 9 quod tamen secus esset si allegaretur locus suspectus ratione odii, vel partialitatis. *idem Franc. Marc. ibi supra sub num.* 9

14 Iam fuit dictum de accessu, qui fit in beneficijs, & de altero, qui tutè ad aliquem locum fieri non potest. Modo restat dicendum de illo criminali, qui fieri solet de nocte ad domum mulieris cum commoratione, qui plurimum copulam carnalem arguit, *vt ait Rota in decisione* 95. *numero* 7. *parte secunda diuersorum*. Et eò magis quando inter eos amor reciprocus vigeret, qui esse solet maximum copulæ carnalis adminiculum, & sæpè fit punibilis, *vt ait Rota ibid. num.* 6.

15 Extende, quòd etiam accessus famuli ad concubinam patroni dicatur punibilis, vt habetur in repertorio *dec. Franc. in verbo Accessus*.

16 Accessus verò, qui prætenditur ab aliquo ad rem suam per fundum alienum quando detur, *vide Card. Tusch. in verbo Accessus concl.* 80.

ARGVMENTVM.

ACCLAMATIO QVID IN iure operetur.

CONCLVSIO XXII.

1 ACCLAMATIO nota quòd plures effectus operatur, vndè si puella acclamet inducitur ex hoc præsumptio violationis, siue adulterij, *ad eradit. per Angel. in l.* 1. §. *fin. ff. ad syllan. & Mascardus de probationibus conclusione* 23. *num. primo, volum.* 1.

2 Extende primò, id adeò esse verum, vt propterea si in aliqua domo, vel aliquo loco fuerit audita aliqua puella acclamare *Succurrite, succurrite*, & deinde aliquis ense denudato ex illa domo exeat, & mulier vulnerata, & stuprata reperiatur, tunc præsumptio est iuris, & de iure contra exeuntem è domo; quinimmò id probationem inducit, *vt ait Brun. in tract. de indiciis col.* 17. *versic. Item ponit, Paris de Puteo in tract. malef. vers. Tortura il primo, & in versic. Visis, de indicijs*, vbi multos adducit, *Carrer. in sua pract. criminal. num.* 136. *Nicol. de Mattarel. in l. final. C. de probationib. Iacob. Nouell. in sua prax. criminal. in foro conspicien. cadauer. numero* 24. *& seq.*

& sequenti, & Cepol. *in cons.* 29. *nu.* 9. *vers. Sexto qui domi.*

Extende secundò, quòd tális exiens ex aliqua domo reputatur aggressor stante prædicta acclamatione, & vulneratus aggressus, *ut consuluit Alex. de Nevo cons.* 77. *num.* 1. *inter consil. criminal. par. prima, Bart. in l. ut vim, ff. de iust. & iur. & l. quarta, iuncta gloss ff. ad legem Aquil. Franc. Aluar. cons.* 24. *nu.* 6. *inter consil. criminal. par.* 1. *Cepol. con sil. crim.* 29. *num.* 9. *Innoc. in cap. significasti, de homicid. & l. capite, in fine, de adult. Marc. Anton. Blanch. in sua pract. crim. in* 3. *par. defens. nu.* 20. *& Gram. dec.* 22. *num.* 10. *cum seq. & Farinac. in sua prax. criminal. quæstione* 52. *num.* 158. *par. prima.*

4 Extende tertio, quòd acclamatio vnacum fuga, nedum operatur præsumptionem, sed etiam probationem contra fugientem, *ut dicunt prædicti Doctores præter Farinacc. ibidem nu.* 159. *& n.* 160. vbi ait id non habere pro vero asserendo, quòd acclamatio solum probat violentiam, & sic corpus delicti, sed delinquentem non probat.

5 Declara tamen, quòd ad hoc vt acclamatio indicium faciat, per duos testes probanda venit, qui sint vicini, & audierint eum acclamantem, & illius vocem notam habeant: quia tunc non est opus eũ vidisse, sed sufficit solum illum audiuisse, *ut ait Farinac. ibi sup. nu.* 162. *cum aliis ibi allegatis.*

6 Sed animaduertas tamen, quòd vox nota haberi non potest, nisi ex familiaritate maxima, *ut ait Mascard. de probat. concl.* 22. *nu.* 2.

7 Subdeclara, quòd Iudex ad condemnationem procedere non potest ex eo, quòd testes dicant habuisse notam vocem acclamantis, si alia indicia non concurrant. Et ratio est: quia vox est fallax, & multi consimilem vocem habent. Immò possunt callidè alterius vocem imitari, *idem Mascardus ibi supra in dicta conclusione* 22. *num.* 3. 4. & 5.

8 Extende quartò, quòd acclamationibus factis de nocte inducitur coniectura furti, quando illæ incontinenti sunt factæ sequuto furto per eum, qui dicit sibi rem fuisse furto subtractam, *ut ait Farinacc. in sua praxi criminal. parte prima, quæstione* 2. *num.* 17. *cum ibi allegatis.*

9 Subextende, quòd si cum acclamationibus aliæ coniecturæ concurrant, tunc eò magis furtum probatur; si tamen bona fama conquerentis quoque concurrat; alias sola bona fama cum acclamationibus sufficeret solum ad inquirendum, & informationes assumendum, *ut ait Farinaccius dicta quæstione* 2. *sub num.* 17. *cum aliis Doctoribus ibi per eum allegatis.*

ARGVMENTVM.

ACCOLITATVS QVID SIT & cui conferri possit.

CONCLVSIO XXIII.

1 ACCOLITATVS notatur, quòd non est ordo, sed potius honos, & præeminentia, qui licet possit conferri presbytero: nihilominus ista collatio erit nulla si conferatur illegitimo non facta mentione illegitimitatis, *veluti fuit decisum à Rota per Verall. in decisione* 8. *parte prima, num. primo, & decisione nona, numero tertio dicta parte prima, & decisione* 70. *in parte* 2. * aliqñ

2 Et ratio huiusmodi necessariæ expressionis ea est: quia cum illegitimus sit incapax honorum, ac dignitatum, ideò quando erit facta mentio dictæ illegitimitatis per impetrantem, tunc nulli dubium est, quòd aut Papa non concedet, vel saltem difficilius concedet, *ut ait Rota ibi per Verall. in decisione* 8. *num.* 2. & 3.

3 Extende, quòd nec etiam appellatione omnium ordinum, etiam sacrorum comprehendatur Accolitatus, quia ille per modum priuilegij, exemptionis, & honoris confertur, *ut ait idem Verall. in dicta decisione* 8. *num.* 4. Et ideò dispensatus ad vnum, non censetur dispensatus ad aliud: quia dispensationes sunt stricti iuris, nec in consequentiam trahuntur, nec minus valet argu-

mentum de maiori ad minus contra regulam illam cui cõceditur, quod est plus, eidem concedi debet quod est minus, *Rota ibi supra, num. 5. & 6. cum caeteris ibi allegatis.*

4 Limita tamen, quòd accolytatus, qui datur in priuilegium exemptionis dignitatis, & honoris, vel praeeminentiae est ab illo diuersus, qui alicui confertur sub nomine officij accolytatus, & per consequens cum eo incompatibilitatem non inducit, & sic potest presbytero conferri; quia (vt superius dixi) non est ordo, sed praeeminentia. *Verall. decis. 9. num. 1. 2. & 3. par. 1.*

ARGVMENTVM.

ACCONCIVM QVID SIT, ET in quibus aequiparetur doti, & quando sit restituendum, & in illius restitutione, cuius temporis valor sit attendendus.

CONCLVSIO XXIIII.

1 ACCONCIVM nota quòd dicitur quid de appendicijs dotis, & ideò de eo idem est iudicandum, quàm de ipsa dote, *Gratian. discept. forens. cap. 498. n. 58. Thesaur. dec. 195. num. 5. Rota in decis. 556. n. 2. par. 1. diuers. & ita fuit decisum in Romana fructuum Mercur. 11. Decembris 1602. coram Card. Ludouisio postea Gregor. XV. quae est in eius impress. decis. 80. num. 11. & in Romana Acconcii, Merc. 26. Octobris 1611. coram Reuerendissimo Coccino.* Et propterea videmus, quòd si extaret statutum quòd mulier posit de dote testari, poterit etiam disponere de Acconcio; item veluti valet donatio facta à patre filijs pro dote, ita etiam valebit illa facta de xenijs, & id calibus consuetis. *Curt. iun. cons. 129. col. penult. in fine Rolan. de lucro dotis, quaest. 56. nu. 46. Thes. dec. 195. num. 5. alleg. à Rota ibi coram Coccino Decano.*

2 Declara tu tamen, quòd licet acconcium sit eius naturae, cuius est dos; nihilo minus in casu restitutionis dotis illud restituendum non venit, *veluti fuit decisum in Romana dotis, & bonorum de Zambeccariis Ven. 19. Ianuarii 1571. coram Card. Seraph. quae est in eius impress. dec. 126. n. 2. cum ibi allegatis.*

3 Restringe tamen declarationem praedictam esse veram, quando acconcium fuisset separatè datum à dote; at secus quando daretur vna cum dote, ita vt vnicam tantummodo summam constitueret: quia tunc illud in restitutione veniret in pecunia, sin minus illud esset restituendum secundum hodiernum valorem; *vt fuit resolutum à Rota per eundem Card. Seraphinum in eadem Romana dotis, sub die 26. Martii eiusdem anni, quae est in eius impress. dec. 133. num. 1. & Rota ibi coram Coccino.*

4 Et ratio est: quia quando aestimatio fit incontinenti de acconcio praesumitur facta ad augendam dotem; quando verò fit ex interuallo, tunc ad alium finem facta censetur, & sic acconcium primo modo datum naturam dotis assumit, quod secus est in alio casu, & ideò de eo vti de dote in primo casu est iudicandum, et secus in secundo, *vt ait Rota ibidem num. 2. & ibi in dicta Romana acconcii coram Reuerendiss. Coccino.*

5 Sed nota tamen, quòd in dubio prior summa soluta verisimiliter pro accõcio, non autem ex causa dotis soluta praesumitur, & ideò in tali casu in restitutione dotis non venit restituenda, *vt ait Rota in d. decis. 132. et prius in decis. 126. coram Card. Seraph.*

6 Declara secundò, quòd acconcium valdè à bonis paraphernalibus differt, & sic illud magis naturae dotis accedit, quã faciunt dicta bona paraphernalia, & ideò de illis non est idem iudicandum, quàm de dote, siue eius augumento, *veluti fuit decisum in dicta Romana fructuum coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quae est in eius impress. dec. 80. n. 11.*

7 Extende id adeò esse verum, vt propterea fructus bonorum paraphernalium non ad maritum, sed ad vxorem spectẽt, *vt latè ait Decian. cons. 84. lib. 5. Thes. dec. 187. Menoch. cons. 454. n. 23. et seq. et Honded. cons. 91. lib. 1.*

8 Declara tamen, quòd maritus potest dictos fructus bonorum paraphernaliũ in promiscuos vsus conuertere, & quando id contingeret de voluntate vxoris, tunc maritus eos restituere non teneretur, et

tur, et nota, quòd in dubio illi nedum præsumuntur consumpti de voluntate vxoris, verùm etiam eosdem in eorũ vsum communem conuersos fuisse, censetur, *vt ait Laurent. in dec. Auenionen. 18. & Thes. in dicta decisione 187. nu. 2. & 3. & Rota ibi supra coram Card. Ludouisio nu. 8. quæ est in eius impress. dec. 80. & in recent. decis. 72. parte 2. n. 5.*

9 Contrarium, quòd scilicet non sufficiat, per maritum, siue illius hæredes consumptionem fructuum bonorum paraphernalium probare, nisi etiam dicta consumptio probetur in communem vsum, & de voluntate vxoris, quæ in dubio non præsumitur, *vt Afflict. mox allegan.* Quinimmò si maritus eos perceperit vxore sciente, & patiente, tunc id maritali affectione fecisse presumitur, & tacendo potius dissensisse, quàm consensisse videtur. Et ratio est: quia cum mulier genus auerissimum dicatur, idcirco fructus predictos marito donasse, necnon omnia sua bona illi in dotem dedisse non presumitur, *Afflict. in sua dec. 44. num. 4. 9. & 19. in hac materia videri*: & ibi de magis communi testatur.

10 Limita tamen id, quod fuit dictum super eo, quòd maritus non teneatur illos fructus restituere, quos de voluntate suæ vxoris, vel consumpsit, vel in eorum communem vsum conuertit, solum procedere quoad fructus industriales, & naturales parui valoris; at secus in his qui essent egregij valoris, cum non presumatur mulierem eos maximi valoris marito donasse, *iuxta distinctionem Bart. à dicto Thesaur. ibidem num. 3. allegati*, cum qua Bartoli opinione omnes ferè Doctores pertranseunt, qui Bartolus predicto modò distinguendo *in l. maritus, ff. ad l. falcid.* videtur annuere id procedere quoad fructus industriales tantum, sed *Thes. ibidem vers. Ego vero*, ait, quod distinctio Bartoli videtur ridiculosa, allegando, quòd non minor ferè industria requiratur in naturalibus, quàm in ipsis industrialibus, ea ratione, quia ex Dei precepto omnia nobis sunt sudore paranda, *& in summa Thesaur.* ibi concludit, quod maritus teneatur ad restitutionem dictorum fructuum si extarent, alias secus.

11 Laurentius verò *in dicta decis. Auenionen. 18.* ait, quòd maritus tenetur restituere eos, quando ex illis esset locupletior factus: quia tunc esset inconueniens, cum vxoris iactura locupletari: secus verò quando parapher num in pecunia consisteret, quæ vti sterilis nullos fructus parit, & propterea vxori non debentur, & si eos fortè reciperet, tunc illi in sortẽ essent imputandi, *vt est dicta decis. 72. in recent. num. 5. p. 2.*

12 Amplia prædictam opinionem de restitutione acconcij loquentem, multò magis procedere, quando bona acconcij fuissent data ęstimata viro: quia tunc ex huiusmodi ęstimatione dominium in virum transiuisset, ita vt pecunia iuxta eorum valorem esset per illum restituen, & non bona, *l. æstimatis, vbi Bald. Imol. & Rom. ff. solut. matrim. & in l. inter virum, vbi Bald. Ias. & alij, & in l. ex conuentione, C. de pact. Soccin. consil. 56. num. 7. lib. 1. et consil. 239. col. 1. lib. 2. et alii alleg. in Romana dotis lunæ 9. Decembris 1613. coram Vbaldo et in d. Romana acconcii coram Coccino Decano.*

13 Secus verò, quando huiusmodi bona non fuissent data ęstimata: quia tunc vti propria vxoris eo modo quo reperirentur restituenda venirent, *vt ait Bald. in l. vbi adhuc nu. 56. C. de iur. dot. alleg. in d. Romana acconcij, & in alia Romana dotis coram Vbaldo*, & in hac materia latè dictam in verbo *Paraphernalia bona*, vbi recurrere poteris.

14 Amplia preterea, quòd nedum acconcium, sed etiam omnia alia bona, quę dantur ob causam matrimonij omnibus priuilegijs gaudeant, quibus gaudet ipsa dos, *vt fuit decisum à Rota in decisione 72. num. 4. par. 2. in recent.*

ARGVMENTVM.

ACCRESCENDI IVS QVIBVS casibus, & ad fauorem quorum detur, & quando ei fit locus.

CONCLVSIO XXV.

1 ACCRESCENDI ius nota quòd dicitur quædam vulgaris substitutio, & propterea vendicat

vendicat sibi locum in hereditatibus, ita vt altero adeunte portio non adeuntis sibi adeunti accrescat, etiam illi inuito, & ignoranti, & id quia hereditas non potest stare in suspenso, nec per consequens testator potest pro parte testatus decedere, & pro parte non; & id adeò est verum, vt propterea sufficiat aliquē esse in solo nummo institutum, cum ius istud sit indiuiduum, & ad hoc, vt cesset, opus est, vt in totum successio sit vacans, *vt ait Peregrinus de fideicommiss. art. 34. num. 10. Corn. consil. 197. col. 2. lib. 1. & veluti fuit decisum à Rota in vna Spoletana hereditatis Veneris 10. Mart. 1606. coram Cardinali Ludouisio postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 344.*

2 Quod enim declara procedere ex coniectura testatoris voluntate, & ex legis interpretatione, quia dicta lex credit illum eo modo fore substituturum si de eo cogitasset, *vt ait Surdus in dec. 252. nu. 2. & 17.*

3 Amplia primò, etiam illud ius habere locum ad fauorem (verbi gratia) eius qui esset in aliqua re particulari institutus, cui si non detur hæres vniuersalis in totum succedit, *vt ait Rota decis. 800. num. 4. par. prima diuers. et Surd. qui plures cumulat in consil. 439. num. 18. et 19. et ita fuit quoque decisum in Bononien. de Tussignanis lunæ 12. Febr. 1601. coram Card. Lancellotto* & multa dicam in verbo *Hæres institutus in re certa.*

4 Extende primò huiusmodi ampliationem procedere etiam in instituto in secundo testamento ad effectum, vt primum reuocatum sit; nisi tamen aliter de mente testatoris constaret. *l. si quis priore, et ibi Alex. num. 2. et cæteri Doctores, ff. ad Trebell. et Rota ibi coram Card. Lancellotto.*

5 Extende secundò, ampliationem prędictam procedere in hærede particulari, seu singulari, hærede vniuersali præmoriente, vel eo repudiante, *vt dicunt Doctores in l. ex facto, la seconda, ff. de hæred. instit. et l. quoties, eod. tit. Alex. cons. 88. num. 4.* Licet tamen secus esset quando hæredi vniuersali essent dati substituti: quia tunc nihil accresceret singulari, *l. penult. §. si autem, C. de caducis tollen. et ita fuit quoque decisum in Romana legitima 24. Maii 1585. coram Card. Blanchetto.*

6 Extende tertiò, multò magis procedere, quando institutus in re certa esset de filijs testatoris: quia facilius ad se vniuersum trahit, *Corn. post Marsil. Bal. & alios, quos allegat in cons. 31. col. 2. in fin. lib. 4. & Rota in dicta Bononien. de Tussignanis coram Card. Lancellotto.*

7 Extende quartò, eam procedere etiam si istud ius accrescendi fuisset prohibitum, *vt ait Bart. in l. penult. num. 3. et 4. et ibidem Bald. nu. 3. ff. de iniust. rupt. et irrit. testam. l. 2. §. si duo, ff. de bon. poss. secundum tabul. Bart. in l. re coniuncti, num. 37. ff. de leg. 3. et Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 11. nu. 18. et Rota ibi coram Lancellotto.*

8 Subextende, quòd si hæres fuerit institutus eius vita durante, si post mortem non erit ei datus alius hæres, tunc perpetuò censetur hæres. Et ratio tamen est: quia hæreditas non potest stare in suspenso, nec minus ad tempus dari, sed de medio vitium temporis subducitur, *veluti fuit decisum in Spoletana hæreditatis Ven. 11. Aprilis 1603. coram Cardinali Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. dec. 102. n. 1.*

9 Quòd eò magis extende procedere, quando non esset adiecta aliqua taxatiua, *vt ait Rota ibi coram Card. Ludouisio num. 2.*

10 Fallit tamen quando constaret de cōtraria verisimili mente testatoris: quia tunc hæreditas venientibus ab intestato restituenda veniret: Animaduertendo, quòd mens talis primò colligeretur si veniens ab intestato esset filius. Secundò, ex prohibitione alienationis. Tertiò, quando esset apposita clausula codicillaris, *vt dicunt multi Doctores allegati à Rota ibi supra coram Greg. XV. n. 3. 4. 5. et 6.*

11 Amplia secundò, principalem conclusionem procedere; vt ius accrescendi habeat quoq. locum in feudo paterno, vel antiquo; & ideò si vnus frater obijt alter ei succedit, quando ille sine filijs decedit, *vt ait Roman. consil. 1. prope fin. vers. Primo quidem casu, num. 6.* At secus si feudum esset nouum, licet id etiā non procederet quando inuestitura esset vni soli concessa, & postea in plures

diuisa

diuisa; sed si à principio plures essent inuestiti, tunc ius accrescendi inter eos plures locum non haberet; si tamen nõ fuisset expressum contrarium. Et ratio est: quia in emphyteusi à pluribus recepta nunquàm habet locum ius accrescẽdi, nisi ita fuerit conuentum, *vt ait Gabriel consil. 87. lib. 1. Bald. latè in consil. 431. incipien. punctus quaestionis per totum lib. 2. & ita fuit decisum in Romana emphyteusis luna 12. Nouembris 1612 coram R. P. D. Caualerio, quae est in recent. decis. 435. num. 1. par. 1.*

12 Subamplia id etiam procedere: siue feudum de per se fuerit indiuiduum: siue per pactum in eo adiectum, veluti si cũ Domino fuisset conuentum, ne feudum vllo modo diuideretur, & sic quando illud tanquàm vnum corpus fuerit pluribus concessum: quia eo casu vno ex eis sine hærede masculo decedente illius portio alteri accrescit. Et ratio ista, quæ dicitur de feudo, procedit etiam in venatione, iure piscandi, & vectigalia exigendi, & de similibus, in quibus debet dari æstimatio portionis, quæ accrescit Domino feudi, *vt ait Grattan. lib. 4. discept. cap. 707. num. 22. & 23. cum aliis ibi per eum allegatis.*

13 Amplia tertiò, quòd ius accrescendi etiam habeat locum inter coniunctos re, & verbis; vel hæredibus institutis: quia si vnus nolit, aut non possit partem suã capere, ea alijs coniunctis, vel cohæredibus accrescere debet, *vt est text. in l. vnica, §. 1. et 2. & §. in primo, C. de cad. toll. & l. triplici, ff. de verborum signific. Corn. consil. 18. col. 4. num. 10. vers. Et si pro parte lib. 4. Bart. cons. 8. incipien. factum tale, num. 7. & seq. lib. 1.*

14 Sed declara tamen, quòd coniunctio verbalis, vbi diuersæ res sub vna, eademque oratione diuersis personis legatur, veluti si eadem res ita legatur, vt eius partes possint verbis segregari, tunc dicta coniunctio istud ius accrescendi nõ inducit, *vt ait Bart. in dicta l. re coniuncti, num. 23. Soccin. iun. consil. 139. nu. 2. lib. 2. Rub. Alex. cons. 52. num. 6. & Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 10. c. 30. num. 7. Aym. cons. 62. nu. 4. Sim. de Pret. cons. 12. num. 5.*

15 Licet huiusmodi verbalis coniunctio soleat regulariter operari, vt inter substitutos coniunctos locus sit iuri accrescendi, *l. si duobus, §. fin. de legat. 1. d. l. vnica, §. fin autem, C. de cad. toll. Lason. in d. l. re coniuncti nu. 2. Corn. cons. 307. num. 9. lib. 1.*

16 Extende id habere locum non solum si sint vulgariter substituti; verum etiam per fideicommissum, *Simon. de Pret. ibi supra, num. 4. & 5. Mantic. ibidem num. 1. & 2. & de his omnibus fuit quoque decisum in dicta Romana de Capizucchis 7. Maii 1594. coram Card. Blanchetto.*

17 Amplia quartò principalem conclusionem habere locum in fideicommisso vniuersali, ita vt si duo fuerint ad fideicommissum vocati, vno eorum repudiãte alter ad eius portionem veniat admittendus, *Michael Graff. de success. in §. ius accrescendi, quæstione 21. num. 2. Simon. de Pret. in dicto tract. vltim. volunt. cart. mihi 208. num. 19.* vbi quàm plures allegat hanc opinionem vti communẽ & veriorem tuentes, & quando vnus decederet ante purificationem conditionis loquitur *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 41. idem Simon. de Pret. ibi supra dicto num. 19. & Pereg. de fideicom. art. 9. num. 8.*

18 Contrariam opinionem tenet practicus Papiensis in loco allegato per dictos Simonem, & Michaelem de Graff.

19 Subamplia dictam quartam ampliationem procedere etiam in fideicommissis seu legatis particularibus, *vt ait dict. Simon. de Pret. ibi supra cart. 207. nu. 15.* veluti quoque habet locum in legitima, *vt ait Merlin. de legitima lib. 1. tit. 1. q. 2. num. 11. et ibid. quæst. 3. num. 14.* quod tamen intellige verum quando omnes filii sunt instituti, & vnus repudiat; at secus si hæredes extranei instituerentur: quia tunc illud locum non haberet. Et ratio ea est: quia filius exhæredatus censetur ab hæreditate exclusus ad commodum hæredis extranei instituti, non autem filiorum; & ideo illius portio nullo modo aliis filiis accrescere potest; nam eo ipso quòd filius est iustè exhæredatus, non potest aliorum portionẽ augere, cum tunc totam eius quotam amisisse censeatur, *vt dicunt Bart. et Bald. in l. pater filium, et per Bart. in aliis repet. colum. 4. quæst. 3. ff. de inoff. testam. Salicet. in auth. nouissima, C. de in off.*

inoff. testam. quaest. 8. *num.* 13. *Castr. consil.* 286. *num.* 2. *casu* 3. *lib.* 1. *& Merlin. ibi supra quaest.* 3. *num.* 1. *et* 2. *lib.* 1. *tit.* 4. licet *in quaest.* 5. *num.* 4. 5. *et* 8. ampliet id quoque procedere etiam quando filij essent instituti, sed illos verbaliter non coniunxerit: quia tunc mentem testatoris in hoc repugnare videretur, veluti quando particulariter, & disiunctim filios instituisset in legitima, vt puta vnum nominando in vna portione alium in minori, vel si omnes in eadem portione instituisset, ea tamen distincta, & disiuncta; & alium hæredem vniuersalem substituisset, sed extraneum: quia illis casibus ius accrescendi cessat: quod enim ad hoc, vt inter filios sequatur deber fieri coniunctio inter eos re, & verbis, & partes debent esse diuisæ; licet sit benè verum, quòd eis illud non decrescendi prohiberi non possit, *vt ait Merlin. ibi supra in dicta quaest.* 5. *nu.* 8. *cum seqq.*

20 Amplia quintò, vt ius accrescendi habeat quoque locum in vsufructu pluribus relicto, vndè si vnus decedat post ipsum acceptatum, eius portio alijs legatarijs accrescit, non autem hæredibus: quia in illo vsufructu testator videtur magis eos, quàm hæredem dilexisse, *Castrens. consil.* 276. *vers. super* 4. *lib.* 1. *Angel. cons.* 153. *num.* 2. vbi reddit rationem: quia in vsufructu accrescendo ius competit personæ, non portioni. Secus autem vbi de contraria mente testatoris aliquo modo apparere posset: quia tunc portio potius hæredi, quàm legatario veniret accrescenda, *vt ait Put. decis.* 407. *& dec.* 424. *lib.* 3. *Veralli. decis.* 125. *par.* 2. *allegati à* Rietio *in sua collect.* 842. *in fine par.* 4. Secus autem qñ vsusfructus esset vni soli relictus, quia tunc eo mortuo cum proprietate consolidatur, *vt ait Rota per Gregor. decis.* 398. *n.* 8. *& seq.* vbi ait idem etiã procedere in vsufructu ad tempus limitato, quia finito tempore cum proprietate consolidatur.

21 Contrarium tamen ait esse dicendum in legato proprietatis, in quo ius accrescendi locum non habet, si vnus ex legatarijs decedat, sed illud ad suos hæredes erit transmissibile, *Grattian. lib.* 5. *discept. c.* 937. *num.* 10. *idem ait Castrens. di. consil.* 276. *vbi allegat. tex. in l.* 1. *§. interdù vers. sed in vsufruct. ff. de vsufruct. accrescen. et ibi cæteri DD. et* Rota *ibi supra.*

22 Limita primò principalem conclusionem, scilicet ius accrescendi non habere locum in contractibus. Et ratio ea est: quia copula (*Et*) inter plures in contractibus operatur, vt tot sint contractus quot sunt personæ; adeò vt quilibet sem per pro virili portione acquirere, vendere, & obligare censeatur: secus autem erit in vltima voluntate, in qua dicta copula (*Et*) coniungit; & fauorem extensiuum operatur, vt in simili videmus quoque contingere in legato reuocato respectu personæ principalis, quod etiam censetur reuocatum respectu personæ legato appositæ, si tamen illud fuisset non principaliter, sed secundariò appositum; quod tamen non succederet in contractu. Et ratio est: quia in vltimis voluntatibus ius irreuocabiliter nõ quæritur, veluti fit in contractibus, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.* 1409. *nu.* 6. *et seq.* & iuxta ea quæ ait *Bald. consil.* 255. *lib.* 2. *in princ. & text. est in l. reos. §. cum tabulas, ff. de duobus reis, Abbas cons.* 103. *incipien. Videtur primo, in princip. lib.* 2. *Alciat. in l. vnica, num.* 12. *C. quando non petent. par. Alex. in l. si mihi, & Titio, n.* 11. *de verbor. obligat. Clarus in §. emphyteusis, quaest.* 39. *Bursat. cons.* 181. *num.* 7. *et ita fuit decisum in Sabinen. Collis Pompuli* 28. *Octobris* 1595. *coram* R.P.D. *Lista, et Magon. dec.* 8. *Rotæ Lucen.*

23 Declara tamen dictam primam limitationem non habere locum in contractu facto à Principe, veluti in donatione: quia tunc condonatario accrescit id quòd alteri fuit donatum, *vt ait Rota in dec.* 543. *par.* 1. *diuers.* Item nec ea procederet in casu decisionis *Magon.* 62 *Rotæ Florent.* Secus tamen esset dicendum post emolumentum alteri quæsitum, *vt ait Guidopap. dec.* 204. *sub nu.* 1. quia tunc ius accrescendi in contractibus non habet locum.

24 Limita secundo non habere locum dictam principalem conclusionem, & sic quòd iuri accrescendi non sit locus quãdo id ex voluntate expressa testatoris colligeretur, *ad tradita per Surd. in decis.* 152. *num.* 12. *Bellam. dec.* 749. *et* Rota *Auenionen. dec.* 4.

Li-

25 Limita tertiò, quando (verbi gratia) quis fuiſſet inſtitutus cum dictione taxatiua: quia tunc ea ius accreſcendi impedit, & per eam illius prohibitio inducitur; quod tamen declara eſſe verum, quando de iure illud ius prohiberi poterat: ſecus autem quando facultas prohibendi haud ei competeret: quia eo caſu taxatiua etiam appoſita ius accreſcendi non tollit: quia ad illud impediendum voluntas expreſſa, & poſſibilis eſt neceſſaria: licet quandoque etiam poſſit non minus tacitè, quàm expreſsè illud prohiberi, *vt ait Surd. in dicta decis.* 152 *num.* 5. 11. *&* 12. *cum seq. &* Rota *in d. dec. Ludouiſ.* 102. *in eius impreſſ.*

26 Et in materia iuris accreſcendi per taxatiuam prohibiti nota exemplū, quod eſt, vt ſi teſtator mandauerit inſtitutū amplius petere non poſſe: quia licet tunc inſtitutus in re certa non dato vniuerſali cohærede cenſeatur in omnibus inſtitutus: nihilominus id fallit ſi aliud petere fuit prohibitus, *Bart. conſil.* 156. *incipien. Titius, per totum lib.* 1. *& Franc. Tigrin. in conſil. Bart.* 81. *incipien. Iacoputtus, num.* 2. *verſ. Poſtea quod, lib.* 2. & ibi in apoſtillis habebis concordantes in verbo *Prohibere*, *idem tenuit Collegium Piſarum in conſ. Bart.* 82. *lib.* 2. *in verbo* Secundum *eſt viden. Angel. in conſil.* 91. *num.* 2. *& conſ.* 358. *num.* 5. *idem Bart. conſ.* 177. *num.* 2. *verſ. Præterea lib.* 1. *Surd. in præcitata decis.* 152. *& Balb. Iaffred. in ſua dec.* 29. *& Rota Auenionen. dec.* 4. *diuerſ. & Riccius in ſua collect.* 842. *par.* 4.

27 Extende idem procedere quando teſtator diceret hæredem meum facio Titium in omnibus meis bonis, excepto tali fundo, quem hæredem meum habere prohibeo: quia tunc eſſet ius accreſcendi prohibitum, licet iſto caſu teſtamentū eſſet nullum, ne teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte non, ſecus verò ſi diceret teſtator hæredem meum facio Titium in omnibus meis bonis, excepto tamen tali fundo: quia tunc ius accreſcendi non diceretur prohibitum; & propterea mortuo teſtatore hæres habebit etiam fundum, in quo non fuit hæres inſtitutus, *vt dicunt Bart. dicto conſil.* 156. *num.* 3. *idem Tigrin. d. conſ.* 81. *n.* 3. *& latius in conſ.* 82.

28 Et ratio eſt: quia aliud eſt non inſtituere, aliud prohibere, ne habeat, *vt ait Bart. d. conſil.* 177. *nu.* 5. *& Rota in d. dec. Ludouiſ.* 102. *n.* 1. *et* 2.

29 Et id quod fuit dictum de huiuſmodi iure accreſcendi per taxatiuam prohibito, intellige illud procedere cum illa diſtinctione *Surdi in dicta deciſ.* 152. *prout dixi ſuperius in verſiculo Limita tertiò.*

30 Limita quartò, quòd huiuſmodi ius accreſcendi poſſit etiam in inſtitutione prohiberi; quando tamen illa ratio ceſſat, quod ſcilicet teſtator poſsit decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, *vt ait idem Surd. ibi ſupra num.* 16.

31 Limita quintò, quòd illud poſsit etiā à teſtatore prohiberi, tàm in legatis, quàm in fideicommiſsis, & tàm expreſsè, quàm etiam tacitè, *Surd. ibidem nu.* 15. cum alijs ibi per eum allegatis, & illud eò magis ceſſaret quando legata agnita fuiſſent, quod enim intellige præcipuè procedere ſi recederetur à legato poſt agnitionem, *vt dicunt Veral. in deciſ.* 124. *et Balb. in deciſ.* 21. *allegati à Riccio in d. ſua collect.* 842. *in fine.*

32 Limita ſextò, quòd per ſubſtitutionē illud ius cenſetur prohibitum, etiam ſi ſubſtitutio eſſet inutilis, & ratio eſt: quia etiam ex actu nullo voluntas diſponentis deprehenditur, veluti *ait Surd. in dicta deciſ.* 152. *num.* 13. *et* 19. *et veluti dicam in concl.* 47. *num.* 44. *vbi recurras, Rota per Gregorium deciſ.* 76. *num.* 3. *et deciſ.* 194. *num.* 23.

33 Contrarium, quòd ſcilicet ius accreſcendi per ſubſtitutionem non tollatur quando ſubſtitutio eſſet inutilis, *ait text. in l. penult. ff. de iniuſt. rupt. et irrit. teſtam. et ibi Bart. num.* 3. *et* 4. *Bald. num.* 3. *facit quoq. text. in l.* 2. *§. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſecundum tabul. idem Bart. in d. l. re coniuncti num.* 37. *Mantic. de coniect. vltim. vol. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 18. *et ita quoq. fuit dictum in Bononien. de Tuſſignanis lunæ* 12. *Feb.* 1601. *coram Card. Lancellotto, Surd. deciſ.* 54. *num.* 1.

34 Concorda tu tamen, nempè quòd prima opinio procedat quando non conſtaret de contraria mente teſtatoris, & quādo ſubſtitutio erat expreſſa: ſecunda verò opinio procedit quando ſubſtitutio erat tacita, & perſona quæ venit admittenda per ius accreſcendi eſt valde teſtatori coniun-

coniuncta, & id ad ipſos filios reſtringitur, *vt diſtinguit Surd. in dicta decis. 54. num. 1. & in num. 11. ait*, quòd quando teſtator non diligebar eum, in cuius fauorem inductum eſt ius accreſcendi, tunc ad illud tollendum tacita prohibitio ſufficit. Item prima procederet quando actus ſimpliciter eſſet nullus, ſecus verò quando vltra nullitatem adeſſet etiã conditio, quæ faceret quòd illa voluntas non eſſet voluntas, *vt fuit dictum in vna Tiburtina Caſtri viuarii 14. Nouembris 1588. coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſſ. decis. 838. num. 14. & in hoc multa dixi in dicta concl. 47. nu. 44. & ſeqq.*

35 Veluti eodem modo diceretur etiam ſi eſſemus in ſubſtitutione vulgari: quia tunc hæres excluderetur, & ſic eo caſu iuri accreſcendi non eſſet locus, cum eo ſit potentior vulgaris ſubſtitutio, etiam ſi ſit tacita, iuxta communem opinionem, de qua teſtatur *Magon. decis. 4. num. 4.* vbi alios allegat *& Surd. in dictis deciſionibus 54. et 152. ſub num. 12. verſ. Senatus*, Sed ſi fortè eſſemus in ſubſtitutione pupillari, tunc excluderetur mater, *vt in iſtis terminis ait Put. dec. 326. alleg. à Riccio in ſua collect. 843. propè fi. p. 4.*

36 Et nota quòd inter alias coniecturas, ex quibus præſumatur ius accreſcendi inductum, & ſubſtitutus excluſus, ea eſt præcipua, quę ex ſanguinis coniunctione colligitur, *vt ait Iaſon. in d. l. re coniuncti num. 157. de leg. 3. et Surd. in d. decis. 54. num. 2.*

37 Animaduertendo tamen quòd ad hoc vt Iuri accreſcendi ſit locus nulla ſit differentia inter modos coniunctionis, niſi in caſu in quo coniuncti diuerſo modo concurrerẽt; inter quos quomodo eo caſu ſit procedendum *tradit Duaren. de iu. accreſcen. lib. 2. c. 7. et 8.*

38 Declara tamen quòd quando huic iuri non erit locus, tunc ſubſtitutus admittitur ad partem ſolum coniuncti, cui fuit ſubſtitutus cum omnibus ſuis iuribus, & eò magis ſi teſtator vſus fuiſſet aliquibus verbis totalem ſubrogationem ſecundi ſubſtituti in locum primi denotantibus, *vt pulchrè ait Ripa in d. l. re coniuncti num. 175. Oldrad. conſ. 24. num. 35. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 237. lib. 1.* vel etiam ſi adeſſet dictio illa (in locum ſuum) ſeu dictio (Dicta) *vt ait Socin. Iun. conſ. 102. num. 3. lib. 3. Rolan. conſ. 96. num. 26. lib. 3. et ita fuit deciſum in Romana de Capizucchis 7. Maii 1594. coram Card. Blanchetto.*

39 Limita ſeptimò, quòd licet ius accreſcendi regulariter non habeat locum in contractu emphyteuthico, nihilominus hmõi limitatio duobus modis non procedit & primo quando emphyteuſis eſſet duobus, vel pluribus ad eorum vitam cõceſſa: quia tunc vno mortuo ex inueſtitis alteri accreſcit ita vt antequàm ad Eccleſiam, ſiue ad locatorẽ reuertatur, mors omnium ſit expectanda; licet id propriè ius accreſcendi non dicatur, ſed potius quędam ſucceſſio ex pacto proueniens: quia dictum ius accreſcendi non habet locum in portione iam quæſita, ſed in futurum quærenda, *veluti declarat Card. Mantica de tacit. et ambig. lib. 22. tit. 34. num. 21. verſ. et ideo &c. Abbas conſ. 103. Ruin. conſ. 45. col. 2. verſ. & magis in terminis vol. 3. & alii allegati à Gabriel. in concluſ. 4. num. 10. tit. de fideicom. & ita quoq. fuit deciſum in Rom. domuncular. 20. Iunii 1611. corã Card. Sacrato. & poſtea in eodem cauſa coram R. P. D. Vbaldo 16. Decembris eiuſdem anni.*

40 Secundo modo dicta limitatio ſeptima non procedit in emphyteuſi ex cauſa oneroſa acquiſita: veluti quando ab aliquo fuiſſet recepta cum onere fabricandi, & poſtea ſoluendi annuam reſponſionem: quia tunc ius accreſcendi in huiuſmodi cõtractu emphyteutico locũ haberet, *vt ait dictus Card. Mantica ibi ſupra num. 17. & ſeq. & ita fuit deciſum in Veliterna affictus 21. Iun. 1599. coram R. P. D. Pacen. et in hoc vide ea quæ dixi in verb. Acquirenti. verſ. Declara tamen, et Grat. lib. 4. diſcept. c. 707. num. 5. et 6.*

41 Amplia prædictas limitationes eò magis procedere in emphyteuſi duobus, vel pluribus conceſſa cum hoc pacto, quòd ad Dominum non reuerteretur, niſi poſt mortem omnium: quia tunc vno moriẽte alteri eius portio accreſcit, *Abbas conſ. 103. lib. 2. Roman. conſ. 19. cum aliis allegat. per Corbul. de Iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob lineam finitam, num. 89. et ita fuit deciſum in Bononien. bonor. 4. Maii 1596. coram Cardin. Mantica,*

qua

quæ est in eius impres. decis. 227. *& prius in decis.* 226. docet, quando etiam ius accrescendi habeat locum in Canonicos & beneficiatos, *Gratian. libro quarto disceptationum forensium cap.* 707. *num.* 1. *et seq. et Card. Seraph. decis.* 154. *& decis.* 161.

42 Et ratio prædictorum ea est: quia in Emphyteusi à pluribus recepta non est vnquàm locus iuri accrescendi, nisi prædicto modo actum sit; & quomodo ita actū fuisse appareat, *tradit. Gabriel. cons.* 87. *lib.* 1. Item eodem modo actum esse videtur per verba illa: post mortem ipsorum & cuiuslibet ipsorum, veluti idem esset si concessio fieret in euentum, in quem fratres inuestiti filios masculos nō haberent pro vna eorum filia tācum, *ut fuit dictum in vna Foroliuien. bonor.* 14. *Septemb.* 1618. *coram R. P. D. Remboldo.* Item si concedēs emphyteusim fratribus sciuerit eos in communione viuere: quia tunc censetur cuilibet eorum insolidum concessisse, itaut numquàm ad concedētem reuertatur, nisi omnibus deficientibus. Quinimmò id etiam ampliatur procedere, siue fuerit facta emptio emphyteusis, & illus renouatio nomine vtriusq; siue proprio nisi tamen emens, & renouans in emendo, & renouando declarauerit eum nolle huiusmodi emphyteusim esse communē fratris vel dominus pari modo de hoc protestatus non fuisset, aliàs si hmōi protestatio, & declaratio interueniret vtiq. non daretur huiusmodi successio inter fratres, *vt ait Rot. in d. Foroliuien. bonorum coram Remboldo, & Gratian. ibi supra numero* 12. *&* 13. Veluti quoque ius accrescendi haberet locum in emphyteusi si concessio fuisset facta per verba distributiua, secus autem per ea non distributiua, veluti etiam diceretur de ea dictione distributiua, quæ non posset salua ratione recti sermonis ad omnes vocatos referri, siue si non concurrerent coniecturæ, vel geminationes eorum verborum, quæ ad istum effectum multum operari solent, *vt fuit consideratum in illa Foroliuien. bonorum, & veluti testatur idem Gratianus in præcitato loco num.* 14. *cum sequentibus.*

43 Limita 8. conclusionem non procedere, quòd scilicet iuri accrescendi non sit locus vbi diuerso iure succeditur, *vt ait Magonius decisione Florentina* 4. *numero* 16. *et Rota decisione* 6. *de testamentis in antiquis et Riccius in sua collect.* 842.

44 Vlterius nota, quòd istud ius accrescendi transmittitur; & ideò illud cohæredi competens si decedat, ad eius hæredes transfusum dicitur, *dicta l. si pluribus, ff. de suis, et legit. hæred. Oldrad. cons.* 224. *num.* 26. *vers. præterea istud ius*, & illud iuri primogenituræ çquiparatur, quod pari modo transmittitur.

45 Sed ad hoc vt sit transmissibile, necesse erit scire, quòd illud prius requirit aditionem; aliàs ad eum illud transmitti non potest, qui hæreditatem adiuisse non docet, *tex. est in l. sine scriptura ff. de cond. et demonstr. l. si totum, ff. de acquirenda hæredit. Anton. Gomez. de iur. accrescen. numero* 35. *et ita quoque fuit decisum in Fauentina Fideicommissi* 2. *Ianuarii* 1584. *coram Cardin. Blanchetto.*

46 Et propterea animaduertendum est, quòd si testator onus pium vni ex hęredibus iniunxerit, si postea hæres ille repudiat, vel ante aditionem decedat, eo casu portio deficiens cohęredi accrescit cum onere illud pium opus adimplendi, licèt secus esset quando opus non esset pium, *ita Gratianus in capit.* 603. *num.* 16. *et* 17. *libro* 4. *discept.*

47 Amplia omne id quod fuit dictum de hoc Iure accrescendi, adeò esse potens remedium, vt propterea dicatur potentiùs successorio edicto, *vt ait Cagnol. in rub. C. quando non peten. part. num.* 5. *et in l.* 1. *C. eod. tit. num.* 34. *et* 37. *et ibi Ias. n.* 25. quod enim restringe procedere quando ille qui vult venire ex successorio edicto concurreret in parte repudiata cum illo, *dictus Cagnol. in dicta l. vnica vers. Limita*, vbi ait hanc opinionem esse communem, & *Gabr. cons.* 133. *num.* 11. & 29. *vbi alios allegat.*

48 Veluti diceretur quando aliquis repudiaret contemplatione certę personę: quia tunc in parte repudiata ille præfertur, cuius contemplatione repudiauit, non autem ille, qui ius accrescendi

L haber

habet *d. Cagnol. in dicta l. vnica, num. 43.* *vbi de communi, et* Rota ibi *supra* & nouissimè *Merlin. de legitima dicta quaest. 3. num. 12. lib. 1. tit. 4.*

49 Extende idem pari modo procedere quando duraret transmissio: quia tunc non posset esse locus iuri accrescendi & ratio est, quia cum per transmissionem portio nō efficiatur caduca, ergo nec alteri accrescere potest, vt iam dixi, & est *text. in l. 1. vbi omnes DD. C. de his, qui ante apert. tab. et l. vnica. §. in nouissimo; C. de caduc. toll. et in l. si ex pluribus, ff. de suis, et legit. idem Cagnol. ibi supra n. 43. et num. 47. et* Rota *ibidem*.

50 Limita nonò, quòd ius accrescendi nō habet locū quando institutio esset facta in re aliena, vt dicunt *DD. alleg. à Merl. lib. 3. tit. 2. q. 23. num. 2. et 3. de legitima*, & in hac materia videndus est *Mantic. de coniec. lib. 4. tit. 11. et lib. 6. tit. 1. et li. 10 tit. 3.* veluti etiam non habet locum in ijs rebus, in quibus iure quodam singulari succeditur, *vt ait Balb. Iaffr. in decis. 29. & Riccius in dicta sua collect. 842. in princ.*

51 Hactenus fuit dictum de vi, & efficacia iuris accrescendi: modo erit quoque vtile aliqua scire de eo non decrescendi, & propterea nota, quòd ius non decrescendi nil aliud est, quàm ius coniunctionis conseruans totum, quod alicui insolidum est relictum omni concursu cessante, *Card. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 10. tit. 3. num. 15.* & istud ius habet locum in qualibet coniunctione, & successione; & ratio est, quia illud dicitur potius quædam impedimenti amotio, quàm successionis extensio, *vt optimè difinit. Bald. in cons. 96. in fine lib. 1. & Card. Mantic. ibi supra.*

52 Et vt istud ius locum habeat in contractibus, veluti in inuestitura feudi, vel emphyteusis, nota quòd est necesse, vt inuestitura fiat pluribus inuestitis transuersalibus re tantum coniunctis, seu re, & verbis; sed si verbis tantum essent coniuncti, tunc inter eos iuri non decrescendi locus non erit, vt ait *Castrens. cons. 262. lib. 3.*

53 Declara tamen, quòd istud ius non decrescendi locum non habet quando inuestiti primi semel acquisierunt, secus s... quādo vnus ex prędictis inuestitis insolidum antequàm acquisierit sine descendentibus decesserit: quia tunc alter per illud ius non decrescendi totum feudum habebit, *vt ait Castren. in d. cons. 262.* vbi differentiā ponit inter ius accrescendi, quod affert lucrum, & ius non decrescendi, quod à damno præseruat; & super eo, quod fuit dictum de coniunctione reali necessaria ad hoc, vt ius non decrescendi locum habeat, fuit etiam dictum à *Rota in vna Sabinen. Collis Pompuli 23. Octobris 1595. coram* R. P. D. *Litta.*

54 Extende, quòd etiam in legitima ius istud non decrescendi locum habet inter fratres; etiam quòd à patre ius accrescendi fuisset prohibitum; & id adeò est verum, vt si masculorum interesit, quòd fœminæ admittantur, & non excludantur, tunc illæ connumerandæ venirent, *vt ait Corn. cons. 197. col. 3. lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 38. num. 10. & Merlin. de legitima lib. 1. tit. 4. quaest. 3. num. 14. & seqq. cum alijs ibi allegatis.* Quod enim procedit etiam si filia vnum denarium tantum haberet in dote: quia nihilominus quoad faciendam partem reputatur, acsi totam portionem legitimæ haberet: & ratio ea est, quia ius accrescendi diuidi non potest, & sic locum non habet, nisi tota portione defecta, *vt ait Capye. in sua decis. 158. n. 24. & veluti dixi in princ. conclusionis numero 1. et idem ait Gregor. XV. in sua decis. 244.*

55 Quòd enim extende procedere etiam si filiæ essent exclusę à statuto; & ratio est: quia in assignatione legitimæ lex non considerat si filij sint successibiles; sed solùm eorum numerum attendit, *iuxta text. in authent. nouissim. C. de inoff. test. Corn. cons. 245. num. 20. & sequenti, & Merlin. ibi supra numero 17.*

56 Contrarium licet dicant infiniti *Doctor. allegati à Merlino vbi supra num. 23. & præsertim Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 29. num. 24.* ex ea ratione, quia exclusus à parte partem non facit.

57 Concordare tamen possumus has opiniones hoc pacto, nēpè vt prima procedat quādo fœmina nō prorsus in testamento esset exclusa, sed in aliquo esset cognita

in

in testamento à parte, vel si extaret statutum quòd dos loco legitimæ succederet. Secunda verò qñ è contra, vtputa si aliquid illi statutum reseruaret, vel pater eam in testamento in aliquo agnosceret, *vt ait Bal. conf. 490 num. 1. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 38. num. 26. & seqq. Mangil. de imput. quæst. 52. num. 78. & seq. Craff. in §. legitima, quest. 7. & Merlin. ibi supra.*

58 Declarando insuper id, quod fuit dictum de relicto filiæ in testamento à patre, procedere dummodo in quota hæreditatis consistat, at secus esset, si in re particulari relinqueretur, *vt ait Peregr. Mangil. & Merlin. in pracitatis locis.*

ARGVMENTVM.

ACCVSATIO QVID SIT, ET à quibus personis proponi possit, necnon in ea inducenda, quis preferendus sit.

CONCLVSIO XXVI.

1 ACCVSATIO nota quod est quædam criminis delatio ad vindictã publicam inuẽta legitima interueniente subscriptione, vulgata, *l. liberorum, ff. de accusat. & Felin. in Rub. eiusdem tit. de accusat.* nec non ea dicitur remedium ordinarium, inquisitio verò extraordinariũ, *vt ait Azor. in p. 3. institut. moral. cap. 19. lib. 13. fol.* 1085.

2 De subscriptione enim dictum est: quia antiquitus accusator tenebatur se inscribere ad pœnam talionis, idest ad eam pœnam, quæ veniret imponenda accusato, casu quo accusationem iustificasset accusator, quæ hodie videtur sublata, ne via accusandi accusatoribus præcludatur, *vt ait Azor. in dicta 3. parte instit. Moral. cap. 19. lib. 13. fol.* 1085.

3 Sed si forsan in aliquibus locis ea seruaretur ad reprimendã calumniatorũ audaciã, ne falsa crimina intendant. Limitatamen id primò non procedere in denunciatione criminis: & ratio est: quia ea ad correctionem, altera verò ad vindictam publicam tendit, veluti ita fuisse decisum, ait *Balbus in sua decis. 29. & proqu facit etiam text. in cap. super his, de accusat.* quam enim denunciationem ab accusatione differre, *tradit d. Azor. vbi supra, Nauar. cap. 18. num. 30. Sot. de tegen. secr. memb. 2. q. 5. art. 5.*

4 Sed hmõi occasione non est hic prætereundum (ò benignissimè Lector) illud dubium, quod à summistis mouetur super eo, an scilicet denunciatio, siuè præmonitio, quæ non est necessaria ante accusationem in foro exteriori, requiratur in eo interiori.

5 Et licèt eam etiam in foro interiori non esse necessariam à DD. clarè decisum reperiatur; Nihilominus ad hoc, vt id magis professoribus innotescat, hic singulorum argumenta, & opiniones ordinatæ referam: erit igitur in primis notandũ, quòd in foro exteriori accusatio proponi potest nulla fraterna correctione præcedente, etiam si accusator certò sciret reum emendaturum, & satisfacturum fore, si priuatim ei correctio fieret, quia de iure ciuili nemo tenetur obuiare delicto; dico de emendatione, & satisfactione ab eo fienda; quia reus committens delictum ad duo necessariò se restringit, & primò ad satisfactionẽ damni si quod intulit; Secundò ad pœnam corporalem siuè aliam iuxta delicti qualitatem.

6 Sed pro ea parte forum interius respiciente, nempè quòd in eo prius sit necessaria secreta admonitio quando quis de emenda esset certus, *tenet Sot. de iust. & iur. q. 5. art. 1. dub. 3.* licet ibi tali modo distinguẽdo dicat, quòd quando crimen, siuè esset priuatum, vt concubinatus, siuè ad Rempublicam spectaret, tunc monitio secreta accusationem præcedere debet; secus autem, vbi accusatio solum ad vindictam propriam tenderet.

7 Sed *Nauar. in tom. 1. lib. 2. c. 4. n. 234. cum seqq.* alio modo distinguit dicens, quòd siuè agatur prò cõmuni bono: siuè pro particulari interesse quando nulla necessitas, vel vtilitas, siuè mea, vel tertij, aut Reipublicæ, intercedat, veluti quia reus iam esset publicè emendatus, siuè satisfacere esset paratus, tunc licet offensus ex rigore iuris ab accusãdo desistere non teneatur; tamen ex ordine charitatis id fieri deberet, quando spes super illius correctione, & satisfactione haberi posset.

 Alio

Alio modo & generaliùs discurrit *Syl. uest. in sua summa in verbo accusatio q. 3.* dicens quòd quoties accusatio non sit obligatoria, sed voluntaria, vt est illa, quę proponitur super propria iniuria, siue super alio delicto commune bonum non concernente, sed solum illud respiceret interesse alicuius rei particularis, vel alterius priuatę personę: tunc opus esset vt accusans antequam accusationem proponat prius accusan dum fraterno amore pręmoneat, si spes sit certa de emenda; secus autem quando accusatio tē deret ad commune bonum: quia tunc praecedens monitio non esset necessaria.

9 Sed quòd sit necessaria pręmonitio secreta etiamsi ob commune bonum ageretur tenet *Corduba de detract. q. 2. conclus. 4. & q. 3. et in annotat. ad Sotum de teg. secr. memb. 2. q. 5. conclus. 4. subdens* propterea quòd *cap. qualiter*, procedit in foro exteriori, non autem in illo animæ, in quo ait, monitionem esse sub poena peccati pręmittendam, ita vt si reus resipiscat, & damnum cesset ob eam viam non sit amplius Iudici deferendum, & pro hac opinione allegat *Diuum Thom. in 4. distinct. 19. artic. 3. quæst. prima. et Durand. ibi distinct. 19. quæst. 4. ad primum. et Marant. de ordin. Iud. q. 13. art. 5. concl. 1.*

10 Fundamentum autem prædictorum illud est quia plus periculi, & damni proximo iminet ex accusatione, quę fit Iudici, quàm ex denuntiatione Euangelica quę fit Prelato, licet ea non sit facienda nisi prius pręcedat admonitio Secreta.

11 Sed prędictis minimè obstantibus indistinctè tenetur communiter à doctoribus illud *capitulum qualiter*, in vtroq. foro procedere, & sic nullam etiā in foro exteriori monitionē requiri & primò probatur exēplo illius adulteræ corā Deo accusatę, quam cum Deus nullo modo arguerit de illa preuia monitione; ergo nec in nobis ea erit necessaria. cū omnis actio Christi debeat esse nostra instructio, vt ait Ioannes in 8. &c.

12 Secundò videmus quòd sanctus Ioseph accusando suos fratres de crimine pessimo eis monitionē prędictā non præparauit antequàm eos coram patre suo accusasset *vt in Genesi 37.* nec minus in vllo loco Scripturæ de tali forma in accusatione seruanda mentio habetur quē admodum nec etiā in ullo textu iuris Canonici illud requisitum adnotatum reperitur & ideo si illud necessarium fuisset vtiq. reperitur descriptum, vbi datur modus accusandi, & qualis esse debeat & præsertim *in 2. q. 8. per totam, & in cap. si qui sint 2. q. 7.*

13 Alias si prima opinio esset vera per necesse fieret, vt iudices criminales, & fiscales tenerentur reos admonere, et sic ex eo sequeretur, vt delicta impunita remanerent in magnum Reipublicę detrimentum, quod non est vllo modo permittēdum: cum vindicatio publica anctoritate, & accusatio sit actus Iustitiæ, id est virtutis, qui non est prohibitus, vt probat *D. Thomas 2. 2. q. 108. art. 1. & 2. et D. Aug. in cap. ex vindicta. 23 q. 4. et text. est in cap. prodest eadem causa q. 5.* Vndè non est cur velimus obligare Iudices, & offensos ad eā monitionem accusationi præmittendā; vltra quòd si teneremur delinquentes præmonere ante accusatioṅē proponendam in foro conscientię, quomodo dicti delinquentes corripere ntur ad similia delicta non perpetranda? & alij aliquo ti. timore poenę nō correpti eadem delicta euitarent? & propterea *ait Nauar. in manual. c. 14. nu. 25* quòd aliquādo offēsus tenetur in conscientia bonū illū rācorem qui oritur ex iniuria accepta, & ad accusationem tendit ex zelo Iustitiæ cōcipere, cōseruate, & ostendere accusationem intentando: veluti quando ad salutem spiritualem offensoris, vel ad Dei obsequiū, aut ad Reipublicę vtilitatē tendit.

14 Quartò, & vltimò quia si prima opinio esset vera, sequeretur, quòd offensus teneretur in cōscientia remittere iniuriā propriā, siue rancorem contra *tex. et glos. in cap. si quis cōtristatur 90. distinct. Decius cons. 130 Felyn. in c. inter quatuor de maior. et obed. et in c. de cætero de testibus Syluest in verbo iniuria §. 5. et* hanc opinionem vocat cōmunem *Couar lib. 2. var. resol. cap. 10 num 7. vers. tertium.*

15 Vndè si offensor admonitus satisfactioni se offerret sequeretur quòd offensus nō posset vlterius procedere: quod tamen de Iure facere nō tenetur, *Nauar. cōs. 5. de Poenit. Cordub. q. 58. §. 3. et* cōmu

nem *ait Couar. ibi supra vers. primum & est text. in cap. si illic 23. q. 4.* licet *Ant. Corset. pulchrè in suo tract. de priuil. pac. tom. 12. n. 7. carta mihi* 225 dicat id procedere quoad forũ contentiosum; secus verò quoad illud conscientiæ, *idem ait Tolet. in sua instructione Sacerd. in cap. 75. de irregul. in homicid.*

16 Extende prædicta adeò esse vera vt propterea accusans sit iustitię, & non ex odio non solum benè facit, *vt probat tex. in cap. & qui emendat. 45. distinct. cap. de occid. 23. quæst. 5. glos. in cap. si quis in verbo possumus 23. quæst. 4. Io. Val. de differentia inter vtrumque forum differentia 2. in verbo remissio num. 3.*

17 Verùm etiam præmium mereri debet, *vt in cap. sunt plurimi §. verum 6. quæst. prima:* & ratio est quia Reipublicæ interest pœnas nõ facilè dimitti, *l. si operis C. de pœn. c. est iniusta 23. q. 4. c. sed illud 45. dist.* Immò & quòd etiã offensus pari modo nõ teneatur parcere iniurianti, *ait D. Thomas secunda secundæ quæst. 25. art. 9. & ibi Caiet. in secundo, & 3. dub. & nouster Sfortia Odd. de rest. in integr. q. 85. art. 7. & vlt. n. 54. cum seqq. Io. Valer. ibi sup. n. 31.*

18 Sed si veritatem ego fatear hęc opinio non mihi placet: quia si quis non parcendo inimico Sacramentum nihilominus eucharistiæ assumat, id parum decenter fieri mihi sanè videtur, & non solum ob eam rationem, quia illud Sacramentum sit remediũ pacis, & quòd per cõsequens non remittere offensas inimicis sit valdè cõtrariũ paci, *vt ait Tolet. in præcitato loco.*

19 Verùm etiam, quia ille actus intrinsecus, qui prouenit ab illa non remissione rancoris, & iniuriæ, valdè vitiatur ab altero actu extrinseco illius scandali, quod ab hominibus depræhenditur, dum vident offensum nolle ad actum extrinsecum reconciliationis deuenire faciendo inimicum exulare in magnum detrimentum suæ familiæ, quod quidem cessaret si illum amplius non exulare permitteret ei faciendo pacem, quod enim valdè melius, & securius esset tàm in foro animæ, quàm etiam in eo exteriori.

20 Vndè prædictas opiniones ego tali pacto concordarem; nempè vt prima procedat quando essemus extra casum necessitatis: quia tunc remittens iniuriam non tenetur etiam quoad Deum inimicum salutare; nec ei alia signa amicitiæ ostendere, cum prædicta facere ad perfectos potius spectet, quorum est reddere bonũ pro malo, quàm ad alios, *vt ait D. Thomas in præcitato loco.*

21 Secunda verò opinio procedit quando essemus in casu necessitatis, & publici scãdali, vt si quis vellet inimicũ ab operibus publicis excludere, quod absque peccato mortali fieri non potest, *vt dicunt* DD. *allegati à Io. Val. in præcitato loco*

22 Rursus circa illud, quod fuit dictum de monitione fraterna, distingue *cum Siluest.* qui ait primam opinionem esse veram, & sic correctionem fraternam precedere debere, si ob moram periculum non immineat; secunda verò quando illud ob tarditatẽ immineret, vt pura alicui cõmunitati; siuè etiã alteri priuato, sed innocenti, *Caietanus autem* alio modo distinguit, dicens quòd quando accusatio est licita, sed non in præcepto, tunc monitio debet pręcedere accusationem, veluti quando quis prosequetetur in Iudicio suam, vel suorum iniuriam, solùm ob illud, quod sua interest; sed si accusatio esset in pręcepto, tunc monitio pręcedere non debet, veluti si vnus accusaret reum de crimine, qui probabiliter creditur. vt aliquod delictũ contra bonum Reipublicę, vel Principis siuè alicuius tertij innocentis partare possit, *Sotus verò contra Caiet.* tenet in casu vbi est licita accusatio, & nõ est de pręcepto: quia tunc nõ est opus, vt secreta monitio pręcedat; Immò quando etiam est in pręcepto, tunc distinguit aut delictum est perpetrandum cõtra bonum publicũ, nepè Principis, vel Reip. & tũc monitio pręcedere nõ debet, nisi certò simus eum nostra monitione esse emendaturũ: aut crimen esset cõmittendũ cõtra priuatũ bonũ alicuius tertij innocentis, & tunc monitio pręcedere debet, nisi certò crederetur damnũ illius tertij fore secuturũ licèt tamẽ prędictis distinctionibus minimè obstãtibus teneat *Azor. in d. p. 3. fol.* 1087. hãc secũdã opinionẽ esse veriorẽ.

23 Modo redeũdo ad id, quod fuit dictũ de pœna talionis limita 2. illud nõ procedere in casu decisionis *Rot. 6. de accus. in antiq.* vbi fuit determinatũ, quòd quis ad pœnã talionis non teneatur se inscribere ante tamen decretam citationem.

 Limi-

24 Limita tertiò in alio casu dictæ Rotæ *in decis. 5. eiusdem tit.* & ibi subiungit, quòd tribus modis potest contra aliquẽ de crimine opponi, nempè denunciando, accusando, & inquirendo.

25 Limita quartò, quando agitur pro delicto non criminaliter, sed ciuiliter intentato: quia tunc accusator se inscribere non tenetur, *vt ait Fabian. in dec. 2. C. de accusat.* Sed qñ quis verè debeat se inscribere ad pœnam talionis, *ait text. in cap. super his, in illis verbis*: Oportet inscribi, *tit. de Accusat. & veluti ait Rota decisione quinta eodem titulo in antiquis*.

26 Vndè hic erit igitur notandum, quòd cum accusatio etiam ciuilis dari possit, vt est ea quando quis ad priuatam vtilitatem principaliter mouetur. Idcircò accusatio correspectiua ad inscriptionem semper erit intelligenda de criminali, *veluti fuit decisum à Rota in decisione 138 num. quarto, & septimo, parte secunda diuersorum*.

27 Limita quintò, in casu decisionis Crescentij 5. *tit. de simon.* vbi fuit decisum, quòd agens ciuiliter, vt aduersarius beneficio priuetur, non tenetur se inscribere ad pœnam ordinariam, sed solum ad extraordinariam.

28 Limita sextò, quando procederetur per viam inquisitionis, licet secus si ad instantiam partis, quod fit per viam accusationis, *vt ait Franc. Marc. decis. 653. parte prima, et Rota dicta dec. 138. par. 2 diuers.*

29 Sed huiusmodi occasione hic erit quoque animaduertendum, quòd olim Iudex semper procedebat per modum accusationis; hodie verò super delictis, tàm publicis, quàm priuatis procedit, vel ex officio, siue ad instantiam partis, *per text. in l. congruit, ff. de offic. præsid.* sed requiritur primò, quòd constet de corpore delicti, alias sententia, quæ super eo sequeretur non valeret, sed diceretur iniusta, *veluti fuit decisum in Romana secretariatus luna 17. Febr. 1592. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 972. num. 2. et est text. in l. 1. §. item illud, ff. ad Sillan. et Clar. in §. fin. quæst. 4.* licet tamen possit quoque formari inquisitio absque quod de corpore delicti cõstet, vt latè tradit *Farinacc. in sua prax. crim. in prima parte, in quæstione secunda, et Azor. in dicta tertia parte institut. moral. lib. 13. cap. 19. fol.* 1086. & nouissimè *Gratian. lib. 3. discept. cap. 518. n. 13.* vbi ait id quoque procedere etiam accusatore non existente, aut desistente, siue transigente, & id ob vindictam publicam, *vt dicunt Bald. et Alber. et cæteri ab eo allegati.*

30 Declara tamen, quòd quando Iudex ex officio vult inquirere, tunc opus est id fieri in loco in quo ius commune, non seruetur: quia vbi ius illud seruatur, tunc Iudex ex officio inquirere non valet, *vt fuit decisum in Interamnen. pecuniaria luna 23. Iun. 1603. coram* R.P.D. *Coccino, quæ est in eius impress. decisio 123. numero 25.*

31 Subdeclara tamen, quòd quando Iudex ex officio inquirit, tunc equiparatur ei, qui accusat tanquàm quilibet de Populo, non autem æquiparatur ei, qui priuatam iniuriam, vel vindictam suam prosequitur, nisi tamen officium suum esset principaliter offensum, vt in falso teste, calumniatoribus, & similibus, *vt ait Bart. in l. cum mulier, ante numerum 32. vers. Item Iudex non repræsentat, ff. solut. matrim. et in l. 2. §. si publico, num. 16. ff. ad l. Iul. de adult. alleg. à Rota in d. Interamnen. pecuniaria coram* R.P.D. *Coccino num. 24.*

32 Vndè ex prædictis inferri potest, quòd si tempus ad accusandũ præscribatur ex statuto, quòd de iure fieri potest, tunc illo elapso, veluti quis ab accusando, & agendo excluditur, ita quoque procedit in Iudice, qui ex officio postea inquirere non posset. Et ratio est; quia cum officium Iudicis in inquirendo in locum accusantis succedat, igitur actione ex statuto ob lapsum temporis cessante, ita quoque cessaret inquisitio; quia præscripta est. Immò & quod plus est, nec confessio delicti postea facta valeret, neque confitenti per consequens nocere posset, *vt ait Cabal. resolut. 5. et Marta in sua compilat. decis. in verbo Accusatio, cap. 1. tomo 2.* Et an tempus à statuto præfixum sit vtile, vel continuum in præscribendo delicto occulto, *ait idem Caball. in resolut. 6.* Item an principium, vel finis delicti circa præscriptionem sit attenden. *docet idem Caball. in resolutione septima, et Mar-*

et Marta ibi ſupra cap. ſecundo, et tertio.

33 Declara prætérea, quòd quando Iudex contra aliquem ad inquiſitionem procedit, tunc requiritur vnum ex his quatuor nēpè vel diffamatio .i. quòd ſit fama in Ciuitate (vtputa) Titium occidiſſe eius inimicum, vel notorium, idest quòd illud in Ciuitate ſit notum, vel delatio facta ipſi Iudici, ſeu querela partis offenſæ; & tunc vno ex iſtis caſibus Iudex rectè procedet ad capturam, & inquiſitionem contra aliquem, *veluti teſtatur Clar. ibi ſupra dicta quæſtiõne 4. et Farinacc. videndus in ſua praxi in prima parte in quæſtione 9. num. 1. & ſeqq.* vbi docet quomodo fama eſſe debeat, & à quibus perſonis debeat oriri. Item in hoc eſt videndus Papienſis in forma inquiſitionis *§. hæc eſt, in fine operis*, vbi de modo procedēdi ſuper delictis diffuſè diſcurrit: liē qũo ſit procedendũ in inquirendo contra reum omninò vide *Azor. in tertia parte ſuarum inſtitutionum moralium cap. 26. tit. de indicus fol.* 1110.

34 Et propterea praxis obſeruat, quòd Iudex (poſtquàm fuit commiſſum delictũ & habet inditium contra aliquem, vel de delicto per famam conſtet) faciat generalem inquiſitionem, iubendo capi artifices vicinos, vel ſimiles, qui veriſimiliter poſſunt habere notitiam commiſsi delicti: deinde quando ex generali inquiſitione Iudex habet inditium contra aliquem ſufficiens, tunc ad ſpecialem inquiſitionem contra eundem procedere valebit, *vt ait Clar. in §. vltimo in q. 3. & 5.* & *Franc. Marc. dec.* 903 *num. 1. par. 1.*

35 Sed ſi Iudex alio modo, quàm ſupra expreſſo procedet, docet *Farinacc. in d. quæſt.* 1. quomodo in ſyndicatu ſit puniendus, ad quem tàm in huiuſmodi materia, quàm etiã in omnibus alijs cauſis criminalibus ſemper recurrere poteris; cum ſit mea intentio referre ſolum quicquid in his caſibus criminalibus à Rotis tum Italiæ, tum extra, fuerit concluſum de iure.

36 Secus autem ſi per viam accuſationis erit procedendum: quia tunc adhoc, vt ea valeat multa requiruntur, & Primò, vt pręcedat inſcriptio, quod tamen ſecus eit in denuntiatione, *vt ait Gram. in ſua deciſ.* 39. & veluti diximus ſuperius, licet quoad illud primum requiſitum ſit ferè in omnibus locis de conſuetudine ſublatum (vt ſuperius dixi) & præſertim in Regno Franciæ, *vt teſtatur Papon. lib. 24. tit. 1. arreſt. 3.* & *Rota per Coccin. dicta dec. 123. num. 23.*

37 Et propterea rectè fieri videmus, vt nunquam ille qui accuſat in carcerem detrudatur: ex eo quia accuſatoribus via accuſandi non præcludatur, quemadmodum fieri de conſuetudine totius Italiæ, *teſtatur* Franc. *Marc. in ſua deciſione 709. num. quarto, parte prima, et Rota ibi ſupra.*

38 Secundò requiritur, quòd in libello accuſatiuo locus, & tempus adijciatur: alias libellus ineptus fieret, *vt ait Miſing. obſeruat. 32. centur. 2. Azor. dict. c. 26. de inditiis fol.* 1110. *ſub littera E*, & *Balbus in ſua deciſione* 401. *& dec.* 402

39 Declara tamen, quòd ad illius libelli perfectionem expreſſio loci, & temporis non ſufficiet: quia dictus libellus vltra nomen accuſantis, & accuſati; necnon commiſſum delictum debet etiam continere diem, & conſulem, *vt dicunt Doctores in l. libellorum, ff. de accuſat.* Clar. *Franciſ. Marc. & Farin. in præcitatis loc.*

40 Circa diem, & conſulem dicas tamē conſuetudinem loci ſeruari, prout in inſtrumentis fieri ſolet, nàm alibi ponitur dies, & conſul, alibi ponuntur anni Pontificatus, & alibi Imperatoris, *vt ait gloſ. in l. generali, C. de tabell. lib.* 10. *& ibi Doctores.*

41 Circa locum ſcias illum eſſe cum duobus confinibus exprimendum *l. forma, de cenſibus*, niſi tamen locus eſſet inſignis: quia tunc intraret illa regula, nempè quòd rei ſatis demonſtratæ fruſtra fieret tanta demonſtratio, nec minus opus eſt locum loci exprimere, nempè delictũ fuiſſe commiſſum in tali domo, & in tali cubiculo, niſi accuſatus hoc peteret, ad effectum redarguendi teſtes de falſo, negatiuã loco, & tēpore coarctatã poſtea probãdo, vel niſi loci diuerſitas grauiorē pœnã inferret, *vt ait Bar. in l. hi qui reus ff. de publ. Iudic. & dicta l. libellorum de accuſat. & Doctores ſuperius citati idem affirmant.*

42 Contrarium nempè quòd locus etiã inſignis ſit cum duobus confinibus demonſtrandus *ait Petrus à Tolet. in ſua deciſ.*

decis. 68. & Mart. in sua compil. decisionum. in verbo accusatio, c. 12 tomo 2. Quod tamen secus esset quando consuetudo alicuius loci extaret in contrarium, vt in contractibus quoque seruari videmus, in quibus locus loci venit exprimendus, nisi aliter de cõsuetudine seruaretur. Item quòd locus loci sit exprimendus ad hoc vt instrumentum sustineatur, *ait Mascard. var. resol. lib. 2. cap. 121. num. 34. et fuit ita resolutum à Rota in vna Meten.* Canonicatus 8. Martii 1619. corã *R. P. D. Pirouano. et prius in Rom. pratensi legati mercurii 28 Iunii 1617. coram* Buratto *et in alia* Colonien *sponsalium Mercurii 9. Iunii 1621. coram eodem* Menoch. *lib. 2. præsumpt. præsumpt. 84. num. 2. et Rota in Leodien. Domnii de Hollomia* 5. Maii 1625. *coram Merlino* & propterea videmus quòd consuetudo non apponendi locum in instrumento, tamquàm contra illius substantiam, non valet, *vt ait* Rota *dec. 6. de consuet. in antiq. et* Grat. *in sua discept 767. num. 12.* licet secus de consuetudine non apponendi locum loci, quæ valet de iure, vt fit in Hispania, vbi instrumenta, quæ loco loci carent, sunt valida, *vt ait Caputaqu. decis. 98. par. 2. Put. decis. 7. de fid. instrum.* Farinac. *cons. 109. num. 20. lib. 2. et est decis. penes Buratt. 666. num. 2. et decis. 672. num. 1.*

43 Circa tempus nota quòd annus, & mensis est exprimendus; sed non dies, nec hora, nisi accusatus de die, & hora interroget ad hoc vt probet se alibi dicto tempore fuisse, vt se defendat, *text. est. in dicta l. bis qui reus de publicis Iudic. et Franc. Marc. decis. 724. par. 1.*

44 Contrarium quòd scilicet teneatur accusator diem exprimere, sed non illam probare *tenet idem Franc. Marc. dicta decis. 724. num. 2. et Marta in præcitato loco in verbo accusatio c. 19.*

45 Circa autem inscriptionem ad pœnam talionis, quæ fuit adinuenta ad reprimendam audaciam calumniatorũ, nota quòd vbi ea esset in vsu, tunc tàm in delictis publicis, quàm etiam priuatis esset necessaria, vt superius magis distinctè probaui: sed quòd non sit in vsu *ait Bart. in l. si cui ff. de accusat. et testatur Paris. in §. vlt. quæst. 12. vers. cæterum*, quod tamen secus esset quando quis esset in euidenti calumnia: quia tunc pœnam talionis patitur, *vt ait Franc. Marc. in decis. 659. parte prima.*

46 Tertio requiritur, vt accusatus non reaccuset eius Aduersarium de pari delicto, *vt ait Gram. in dec. 53.* licet contrariũ seruetur in Regno Fraciæ *vt ait Papon. lib. 24. tit. 2. arest. 7.* cui opinioni concordat illa *Franc. Marc. in decis. 718. num. 2. par. 1. et in decis. 899. par. 2.* vbi tamen cum distinctione loquitur, *veluti facit* Farinac. *in sua prax. crim. in 2. p. quæst. 100. num. 67. et seq.* quos per te videre poteris, *et Clar. in §. fin. quæst. 14. num. 12.* concludit quòd quando causę se continguut inuicẽ potest Iudex semper in vtraque iudicare, & ibi fatetur ea opinione, & consuetudine totius Italiæ; dũmodo tamen reus in carceribus constituatur; alias esset velle destruere totam practicam criminalem, & sic per indirectum facere, quòd reus admitteretur ad defensiones faciendas extra carceres, & id procedit etiam si secũda querela esset de grauiori delicto porrecta, *vt ait Clar. ibi supra sub num. 12.* siue si nomen accusati nondum fuisset inter reos receptum: quia tunc ille non prohibere tur eius accusatorem reaccusare; sed ad hoc vt vnus ob præuentionem alteri in accusatione præferatur, debet ad sui fauorem citatio, siue monitorium legitimè executum præcedere: cum litis pendentia, siue præuentio non inducatur ex sola inquisitione, siue citatione, & monitorio nõ legitimè executo, *vt fuit dictũ à Rota in Veneta Donationis Luna 12 Maii 1615. coram Buratto.*

47 Declara tamen secundum *Gramat. in sua decis. 53.* vbi ait, quòd si reaccusatio ex eodem fonte primæ querelę proueniret tũc in vtroq. delicto procederetur; sed si esset diuersa, eo casu cautio erit per accusatum præstanda de stando iuri cum parte, & fisco prima accusatione finita. Vndè si secunda accusatio ex eodem fonte proueniret, vt est si vnus alium accusaret de periurio virtute vnius instrumenti, & accusatus in vim eiusdem accusaret de periurio accusatorem; tunc in vtraq. querela procederetur & ita fuisse decisũ testatur idem *Gram. in præcitato loco, & Garz. in decis. 8.* veluti eodem modo procederetur quando esset tenuis in maiori vel mino-

minori delicto *vt ait Balb. in sua decis.* 48 90. *et decis. 401. idem Gram. in d. decis. 53.* Quartò requiritur quòd accusans sit talis, qui accusare non sit prohibitus: quia sciendum est quòd pluribus personis accusare non licet. & Primò prohibetur accusatio inimico capitali, quod tamē est verum de Iure Canonico, etiam si essemus in criminibus exceptis, veluti in illis læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, & similibus: secus tamen est de iure ciuili, cuius vigore non reperitur prohibitum, quòd inimicus accusare non possit & idest quia per accusationem ipsam capitalis inimicitia contrahitur, aliàs posset facilè fraus committi in repellendo accusatorem, *Franc. Marc. decis. 657. & decis. 662. p. prima* Secundò prohibetur quis accusare contra formam statuti, *vt ait Caualc. decis. 3. de Iudicijs* Tertio prohibetur vxor accusare de morte viri existentibus filijs occisi, *Franch. decis. 382. p. secunda Papon. lib. 24. tit. primo arest. 5.* Quartò prohibetur eadem vxor accusare maritum de crimine adulterij, *vt ait idem Papon. dicto lib. 24. tit. secundo arest. 6.* licèt id non semper sit verum, veluti dixi in verbo *Adulterium*, *& vt ait Franc. Marcus in sua decis. 514. n. 13. p. prima* vbi ait, quòd licèt mulier non possit accusare virum de adulterio; eidem tamen licebit se conqueri de matrimonio violato, & nota quòd id est potissimum remedium pro separatione Thori inter coniuges facienda, vt dicam in verbo *Matrimonii separatio*. Quintò prohibetur hæres in Regno Franciæ accusare de morte defuncti, *vt testatur idē Papon. in dicto arest. 6.* Sextò prohibetur famulus accusare Dominum, & nurus socerum, *vt ait Minad. in sua decis. 2. & Papon. dicto lib. 24. tit. primo arest. vlt. allegati omnes à Ricc. in sua collect. decisionum 1219. per totam p. 5. licèt hodie* semper viderim seruari contrarium in statu Ecclesiastico.

49 Extende prȩterea quòd in materia eorum qui accusare intendunt etiam in publicis delictis, nō omnes accusare possunt, & propterea in crimine adulterij vxoris maritus præfertur, & patet, *vt est text. in l. quamuis la secunda C. de adult.* licet in crimine suppositi partus solū pater accusat *l. legoff. de falsit. et ibi Doctores.*

50 In crimine autem priuato nullus accusar, sed solùm ille, cuius interest: licet id fallat quando poena veniret fisco applicanda: quia tunc in priuato delicto etiam extraneus ad accusandum admittitur *vt ait Franc. Marc. in sua decis. 768 num. 1. p. prima.*

51 Item licet *text. in l. qui accusare cum duabus legibus sequentibus ff. de accusat.* dicat quòd ætas, sexus, iuramentum, munus publicum, paupertas, & suspicio calūniæ impediant accusare; nihilominus id de cōsuetudine no seruari testatur *Clar in §. finali q. 14.* vbi præcipuè ait id procedere quando isti suam, vel suorum iniuriam prosequerentur *l. 1. 2. 4. et 10. et ibi D. D. de accusat.*

52 Quin mò iam erat quoque prohibitum de Iure forensibus etiam in publicis delictis accusare: licet etiā forenses in loco delicti inhabitarent, vel sub eadem iurisdictione existerent, vt testatur *Franc. Marc. in sua decis. 72. p. 2. et Marta in sua compilat. decisionū in verbo Accusatio cap. 8. tom. 2.* hodie tamen seruatur de consuetudine contrarium, & præsertim quando poena veniret Fisco applicāda, *vt superius diximus ex doct. Franc. Marci in decis. 768. num. 1. p. 1.*

53 Et propterea videmus etiam, quòd in crimine hȩresis, lęsę maiestatis, & proditionis Patriæ potest pater accusare filios, & filij parentes; quia illa causa communis salutis est præferenda priuatæ; sed extra istos casus minimè: quia vt ait Plato in Ethiphione etiam ferę ipsę, & beluę numquàm suis parentibus interitum machinantur, & damnum afferunt, idemq. ait *Azor. in 2. p. instit. Moral. lib. 2. fol. 76. in littera C. et fol. 116. in littera B.*

54 Ex ēde, quòd neque frater, & soror possūt accusare de morte filijs, & fratris respectiuè quādo pater iniuriā remisit, *vt ait Vrsil. ad Afflict. in dec. 180.* secus autē venit dicendum de eo, qui ad fauorem patris & filiorum iurauit aliquid ad eorum fauorem facere quia tunc in casu inobseruantię poterunt illi filij, & fratres respectiuè mortuo parte illum debitorem de periurio accusare, *vt ait Capic. decis. 75. eff. decis. 98. num. 25.* Rotę Aragoniæ & ibi testatur ita in illo consilio fuisse iudicatum.

Ex-

resol. resol. 43. *num.* 7. *lib.* 3. *et Cappell. Tholos. in decis.* 241. *et Boer. in decis.* 120. & ibi ait eam remissionem de iniuria filij posse fieri per patrem etiam alijs filijs, & fratribus respectiuè iniuriati inuitis: retenta tamen ea distinctione de qua dixi *in concl.* 40. *num.* 19.

55 Extende prætetea, quòd neque milites accusant; qui iuramentum pręstant, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, *vt ait Franc. Marc. in decis.* 658. *p.* 1. *& Ricc. in sua collect.* 1418. *part.* 4.

56 Ordo autem seruandus qñ plures concurrunt, qui accusare velint, talis est, vt scilicet ille sit præferendus, qui est magis occiso coniunctus: quia ille præsumitur magis interfectũ diligere; & sic primò vxor accusat in causa mariti, *vt ait Clar. in dicta q.* 14. *Boer. in sua decis.* 233. *Farinac. in sua q.* 12. *&* 13. *per totam in sua prax. crim.* vbi ampliat idem quoq. procedere in sponsa de pręsenti, licet etiã si non esset hæres: secus tñ fieret si vxor ad secũda vota transijsset, vel si luxuriosè viueret, licèt secus, qñ vxor ad secunda vota transiret de licentia viri, vel filiorũ, sed si sinè eorum licentia secundo viro nuberet, tunc solum prælationem amitteret quoad filios, non autẽ quoad alios, *vt ait Farinacc. in dicta q.* 13. *n.* 17. *&* 18. Post vxorem autem admittuntur parentes, & post parentes liberi, post liberos consanguinei, & post consanguineos hæres in testamento institutus, *vt est text. in l.* 1. *§. si plures, ff. de accusat. l.* 2. *§. si simul, ff. de adult. & l.* 1. *de his, quibus vt ind.g.* & in hoc videndus est *Ricc. in sua collect.* 776. *part.* 4.

57 Contrarium, quòd scilicet accusatio semper competat iure sanguinis, non autem hæreditario, *ait Franch. in. decis.* 611. *& prius in decis.* 382. *& Papon. in prac. loc.* qui concludunt liberos matri ẽt heredi præferi. Et propterea si cõtingat, quòd vxor in vno, filij autem in alio tribunali accusent, tunc causa ad illud tribunal erit remittenda, vbi filij accusarunt, *vt ait Franch in dicta decis.* 382. *et Boer. in decis.* 233. *Senatus Burdegal. et Grat. lib.* 3. *discept. c.* 518. *num.* 28.

58 Et licèt iõ prædictorũ super eo quòd vxor filijs in accusando præferatur ea esse videretur: quia plus maritũ diligere præsumitur; ea tñ non est absolutè vera secundũ me: quia vxores tunc demum maritũ diligere solent, dum ab eo aliquo modo iuuari possunt, & sic eo viuente, quia eo vita functo, statim alium sponsum habere quærunt, & mortui obliuiscuntur: dũmodò tamen blanditias ab eò qui viuit accipiant; alias semper mortuum in faciem viuentis, ac in illius odium lacrymando commemorant, vt sæpè id narrare audiui.

59 Extende id in tantum esse verum, vt propterea neque accusatio detur vxori, nisi in subsidium, quando scilicet consanguinei deficerent, etiam remotioris gradus, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. c.* 518. *n.* 1. veluti quoq. soror etiã admittitur post fratres, si illi accusare neglexerint, *vt ait Franch. decis.* 100. *num.* 10. siue qñ aliquis eorum odium remiserit, *Franch. ibi num.* 9. Quinimmò etiam in conficienda pace, fœminę non habentur inconsideratione quando adsunt masculi, *Grat. ibi supra num.* 25. *et Boer. decis.* 121. *n.* 1. *et* 2. Sed quod plus est, *idem Grat. ibi supra num.* 26. ait, quòd est exorbitans lex, quæ admittit vxorem ad accusandum mortem sui viri, cum id illi ex priuilegio concedatur, & propterea illud extẽdi nõ debet, ita vt ea filijs, & similibus personis in accusãdo pręferatur: alias duo specialia in vxore cõcurrerẽt, quod de iure nõ venit permittẽdũ, nẽpè quòd ea admittatur ad accusandũ, & quòd filijs pręferatur, *Grat. ibi supra, Bart. in l. iuris gentium, §. Quinimmò, num.* 20. *et ibi Ias. num.* 21. *et Alex. num.* 27. *ff. de pact. Surd. cons.* 34. *nu.* 46. *lib.* 1. *Rim. Iun. cons.* 418. *nu.* 20. *lib.* 4. *Decian. cons.* 74. *n.* 51. *lib.* 3.

60 Extende eam opinionem ad fauorem filiorum in tantum esse veram, vt propterea filij matri præferantur, etiam in facienda pace pro morte patris; & sic dictę matri, ac etiam alijs accusare volentibus est præcludenda via; sed si filij erunt pupilli, siuè minores, tunc erit requirendus tutor eorum, vel curator, *vt ait idem Gratian. ibi supra num.* 3. Secus autem in infante, qui nec solus, nec cum tutore vllo modo pacem facere potest, veluti quoque dicitur de dicto minore, qui si non potest pacẽ facere, neque etiam potest alteri pro eo faciente pa-

Pacem conſentire. *vt ait Farinac. in q. 15. num. 1. & ſeq. in prima par. ſuæ prax. crimin.* licèt inferius dicat, quòd Iudicis decretum, neque ſolemnitates ſtatutariæ, neque tutoris, ſiue curatoris auctoritas pro conficienda pace minoris, & infantis, pubertati tamen proximi ſunt neceſſariæ, ex ea potiſſimum ratione; quia minor & infans lucratur faciendo pacem adeò quòd neque aduerſus eam, nec ad damna, & intereſſe venit reſtituendus; & prædicta eò magis procedunt quando pax per minorem, ſiue impuberem eſſet iurata: quia tunc dictæ ſolemnitates non eſſent neceſſariæ, niſi tamen à ſtatuto iuramentum verè præſumeretur dolo extortum; licet ſecus ſi ſolùm illud contractum doloſum præſumeret. Item prædicta extende in tantum procedere, vt etiam minor teneatur de fractione pacis, ſi pax fuiſſet valida; veluti ſi illius fractio, fuiſſet ſecutadum maior fuit effectus; at ſecus ſi adhuc eſſet minor. Immò in caſu illius validæ fractionis teneretur ad pœnas ſtatutorum, & bannimentorum, necnon etiam ad alteram conuentionalem, licet multi teneant contrarium quoad huiuſmodi pœnas, *vt dicunt infiniti Doctores allegati à Farinaccio in prima parte ſuæ prax. crimin. in quæſt. 15. num. 1. cum ſeqq. & ferè per totam,* & nouiſſimè *Grat. lib. 3. diſcept. cap. 518. nu. 7. cum ſeqq. & ſub num. 28. cum ſeqq. ait*, quòd neque mater, neque vſufructuarius omniũ bonorum poſſunt pretendere aliquod ius, ſiue lucrum in pecunia, quæ pro pace facta fuit hæredi data pro nece interfecti: quia iſtud ius ſolum hæredi vniuerſali competit, & non alijs cum vſufructuarius omnium bonorum non ſit hęres, ſed benè particularis legatarius reputatur: & propterea videmus etiam, quòd neque illi onus competit vindicandi necem teſtatoris occiſi, nec per conſequens aliquod commodum ex pace data, & ex ea pecunia recepta ſentire debet, *vt ait Caſtigl. de vſufruct. allegat à Gratian. in dicto cap. 518. in fine.*

61 Contrarium, quòd ſcilicet vxor præferatur filijs in accuſando occiſores ſui viri, & in pace facienda: ſi tamen ſecundo viro non nupſerit, *ait idem* Gratian. *lib. 1. diſcept. cap. 5. num. 30. Farinacc. viden. in quæſt. 12. par. prima prax. crimin.* Vndè pro ſaluanda vtraque opinione *Gratiani* eas tali modo concordare poſſumus, nẽpè vt prima procedat qñ vxor in viduitate non remaneret, honeſtèque non viueret. Secunda verò quando ſecus: quod enim optimè comprobari videtur ex eademmet doctrina *Gratiani dicto cap. 5. num. 30.* Item dicas, quòd prima opinio procedere poteſt ex vrbanitate, & æquitate ob fidelitatem, quam vxor ſeruauit marito in non nubẽdo, & in viduitate honeſtatem ſeruando: cum lugeat anima mariti per conuolationem vxoris ad ſecundas nuptias. Secunda verò quando ſecus, ac de iuris rigore.

62 Quibus præterea hic addatur, quòd ſi quis accuſat, ſeu diffamat de pluribus criminibus; tunc ille debet arctari ad omnia delicta probãda, de quibus accuſauit, ſeu diffamauit, *veluti fuit deciſum in vna Oſten. Archidiaconatus Ven. 19. Octobris 1610. coram Cardinali Lancellotto.*

63 Ordo autem accuſandi in illis caſibus, in quibus olim ex officio non poterat Iudex procedere, hoc modo ſeruabatur: nam tunc accuſator erat proponendus, & in hoc duæ ſeruabantur cautelæ quarum prima erat, vt Iudex impetraret licentiam ab accuſatore inquirendi, *vt ait Bart. in l. inter accuſatorem, num. 8. ff. de public. Iudic.* Altera verò erat, vt Iudex ſtatueret terminum accuſatori ad accuſandum, quo elapſo ſi nullus accuſabat poſtea ipſe ex officio inquirebat; aliàs dicta inquiſitio ſine huiuſmodi diligentia non valuiſſet: quia ſemper in accuſando ille venit præferendus, qui maius intereſſe, ac fundamentum habet, vt ſuperius dictum eſt; & veluti id pro ſingulari *tradit Marſil. in ſingul. 305. incip. Iudex, & idem ait Alexand. in addit. ad Bart. in l. 2. §. ſi publico, de adult. & Franch. deciſ. 382. num. 8.* in hac materia omninò videndus, quia ea eſt magiſtralis deciſio.

64 Limita tamen primò id non eſſe verũ, quando officium eſſet principaliter offenſum, veluti in falſo teſte, calumniatoribus, & ſimilibus; quia tunc Iudex poteſt ex ſe inquirere tanquàm propriã vindictam, ſeu iniuriam proſequens

eum ex huiusmodi delictis maximè Iudicis aures offendantur, *vt ait Bart. & alii allegati in dicta Interamnen. pecuniaria coram R. P. D. Coccino, quæ est in eius impress. decis. 123. num. 23.*

65 Limita secundò, vt non procedat in leui delicto, in quo Iudex de plano sine accusatore procedit, *l. leuia, ff. de accusat.* & tunc leue delictum dignoscitur à pœna quando est leuis, *vt ait Bart. in dicta l. leuia*. Licet id non semper sit verum, *vt ait Farinace. in quæstione 18. num.* 87. Sed plerumque qualitas delicti ex circumstantijs dignoscitur. Item illud graue, vel leue reputatur, vel ratione personę offensæ, & offendentis, vel armorum, vel partis corporis lęsæ, vel loci; siue temporis, aut euentus, *vt ait idem Farinac. ibi supra num. 63. & seqq.* Licèt ibidem subiungat, quòd leuitas, vel grauitas arbitrio Iudicantis sit remittenda.

66 Limita tertiò, quando delictum esset notorium; quia tunc Iudex ex se absque accusatione condemnat, *l. ea quidem ff. de accusat.* & crimen notorium illud dicitur, quod fit coram populo, vel maiori parte populi, *vt ait Cyn. in dicta l. quidem*.

67 Item delictum tunc notorium dicitur quando per euidentiā facti, & per confessionem partis probatur, *Franc. Marc. decis. 514. num. 23. parte prima*.

68 Limita quartò, in crimine lenocinij, in quo Iudex sine accusatione ad condemnationem procedit, *l. 2. §. si publico, ff. de adulterijs*; & ratio est, quia delictum lenocinij maximè abhorrent leges, & est in Iure grauissimum, adeò vt grauius adulterio dicatur, ad tradita *per Bart. in dicta l. leuia.* & pro quo pœna mortis imponenda venit, ex *Constitutionibus Pauli Quarti, & Sixti Quinti*: licèt sint locales: quia nō seruātur nisi in Vrbe Romæ & eadem pœna mortis punitur istud delictum etiam in Neapoli, *vt testatur de his omnibus* Baiard. *ad* Clar. *in q. 68. num. 58. cum seqq.*

69 Limita quinto, quòd in crimine falsi testis, vel falsarum scripturarum, ex quibus pari modo Iudicis maiestas læditur, potest Iudex ex officio procedere, *l. nullum, C. de testibus, & l. penult. C. de probat. &* Rota *in dicta Interamnen. pecuniaria coram Coccino, et Franc. Marc. decis. 114. p. 1.*

70 Limita sextò, quòd Iudex ex officio procedit in crimine suspecti Tutoris ad eum vti suspectum remouendum, *l. tutor, et ibi DD. §. præterea ff. de suspect. Tut., et* Rota *per Cocem. dec. 93. num. 3.*

71 Limita septimò, quòd Iudex contra calumniatores, qui falsas accusationes instituunt procedere potest, & eos ex officio condemnare, *l. 1. C. de calum. l. qui cum, §. si libertus, ff. de bon. libert.* quamuis hodie (vt superius decisum est) huiusmodi differentia fuerit sublata: quia ex generali consuetudine totius Italię, & extra, Iudex super omni delicto potest ex officio inquirere, veluti vltra præcitatos *DD. ait Bart. in l. ea quidem, n. 44. C. de accusat. Cabal. in sua resolut.* 114. licèt ibi huic regulę limitationem assignet per te viden. *et* Rota *per Coccinum decis. 123. num. 22. et idem* Franc. *Marc dicta decis.* 114. *p.* 2.

72 Limita vltimò, quòd Iudex ex officiò procedit, quando accusator desistit, vel non existit, *vt ait Gratian. lib. 3. disceptcap 518. num.* 15. & de prædictis omnibus casibus *tradit Azor. dicta par. 3. fol.* 1088. *sub littera E. lib. 13. et Franc. Marc. decis. 114. p. 1. et veluti dixi superius sub num. 29.*

73 Præterea erit quoque necessarium scire in quam pœnam incidant instigatores, qui accusationem calumniosè instituunt; & ideò nota, quòd isti in Senatusconsultum Turpilianum incidunt, *vt est tex. in l. 1. ff. eodem tit. Franc. Marc. in decis.* 114 *p. 2.* vbi ait pœnam Turpiliani in delictis publicis esse quinque librarum auri, vltra infamię irrogationem, & pœnam falsi, in quam incidunt tales accusatores *idem Fran. Marc. dec. 898. n. 1. parte 2.*

74 Sed quod re vera hodie pœna istigationis arbitrio Iudicis punienda veniat, & interdum grauiter, quandoque etiam pœna capitis, veluti quando sumus in his qui calumniosas imputationes proponere consuescunt, fatetur *Francisc. Marc. in decis. 738. part. 1.* veluti in simili dicitur etiam de vno, qui aliquem de proditione accusasset, & postea in tormētis assereret falsam accusationem instituisse dicens se id aliquo instigante fecisse:

feciſſe: quia tunc iſte pœna mortis pleƈtendus veniret, veluti ita fuiſſe ſeruatum teſtatur *Rota Auenionen. in deciſione* 28. Idem quoque erit dicendum de his, qui Iudices ſupremos de corrupte la accuſando ad hoc falſos teſtes inducunt, qui, licet pœnam mortis mereri poſſent; tamen mitius puniri debent, *refert Cabal. in ſua reſolut.* 166. dicens, quod vnus talis in hoc deliƈto, fuit cum mitra in capite, & nota in peƈtore per loca publica ad triremes in perpetuum conduƈtus, vna cum refeƈtione damnorum, & intereſſe, ſed in cauſis non ita grauibus pœnam fuſtigationis, vel berlinæ, aut catenæ infamis, ſiue exilij, interdum etiam relegationis ad tempus, vel iƈtuum funis, & quandoque pœnam pecuniariam iuxta qualitatem factorum, & perſonarum talibus Iudices infligere ſolent; Licet *Franciſcus Marc. dec.* 114. *num.* 3. *par.* 2. dicat, quod pœna Turpiliani eſt quinque librarum auri in publicis deliƈtis vltra pœnam falſi, & infamiæ. In priuatis verò, quis extraordinariè punitur. Item quando accuſans teneatur reſtituere in conſcientia pretium in accuſando calumnioſè acceptũ, tradit *Azor. vbi ſupra fol.* 1091. *ſub litera F*, Franc. *Marc. dec.* 898. *par.* 2.

75 Et id quod fuit diƈtum de pœnis inſtigatoribus dandis, extende, adeò eſſe verum, quod ſi Iudex denunciantes, & eorum denunciationes non probantes non puniret, ipſe in ſyndicatu puniendus veniret, *vt ait Gram. in dec.* 39. Quinimmò etiam in expenſis condemnari poteſt, *vt ait Cappell. Tholoſ. deciſ.* 7. *per totam.*

76 Declara tamen id habere locum in inſtigatore ſpeciali; ſecus autem in generali, & iſto caſu nota, quod talis inſtigator, ſeu accuſator, qui hac occaſione tenetur ad expenſas, non poterit declinare iuriſdiƈtionem illius Iudicis, coram quo iudicium accuſationis fuit inſtitutum, *vt ait Papon. lib.* 7. *arreſt.* 10. quod enim amplia procedere etiam in inſtigatore in aƈtis non nominato, *vt ait idem Papon. in lib.* 24. *tit.* 1. *arreſt.* 2.

77 Et reaſſumendo id, quod fuit diƈtum de pœnis illius Senatus Conſulti Turpiliani, limita primò, illud non habere locum, vtputa ſi accuſator, ſeu inſtigator deduceret pro ſe aliqua indicia, & qualia ſufficiant pro euitãdo Turpiliani rigore, recenſet Franc. *Marc. alleg. à Riccio in ſuis collect. deciſionum collect.* 1218. *in* 4. *par.*

78 Limita ſecundò in eo, qui per modum excipiendi illud crimen propoſuit: quia tunc licet illud non probauerit, nihilominus in Turpilianum non incidit, *vt ait Cappel. Tholoſ. in deciſ.* 410. *per totam.*

79 Limita tertiò prædiƈtũ Sen. Conſul. nõ afficere, veluti ſi eſſemus inter perſonas coniunƈtas, & eo caſu quando liceat ab accuſatione deſiſtere, vidẽdus eſt *Franc. Marc. in dec.* 114. *par.* 2. vbi inter cetera ait, quod non licet accuſatori præmium recipere à conſanguineo, vt ab accuſatione deſiſtat, ſed eo accepto ab ea tamen deſiſtere non poſſet, *idem Franciſ. Marc. ibi ſupra n.* 12.

80 Sublimita tamen non precedere in Regno Franciæ, vbi quis poteſt inpunè ab accuſatione recedere, *veluti teſtatur Papon. lib.* 23. *tit. fin. areſt.* 5. licet alibi contrarium ſeruetur, & merito quidem ex rationibus per me mox dicendis, & veluti teſtatur Rota *Bononien. in deciſ.* 45. vbi ait, quòd quando aliquis in probatione deficit, ex quo calumnioſè videtur ſe gerere, puniendus erit à Iudice.

81 Limita quartò in eo, qui calore iracundiæ, ſeu alio iuſto errore ad accuſandum fuit duƈtus; quia eo caſu licet in probatione defecerit, non tamen in pœnam huius tituli incidit, *vt ait* Franc. *Marc. dec* 662. *num.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 695. *nu.* 2. *eodem par.* 1.

82 Sed ratio in hac quarta limitatione deduƈta, nihil mihi placet. quia ſi eſſet verum, quod quis poſſet ad libitum, ac levi excuſatione à Iudicio recedere, vtique aperiretur via calumniatoribus, qui quotidie ſub hoc colore accuſarent in graue damnum innocentium, vt eorum malæ menti ſatisfacere valerent, quod enim ſufferendum non eſt, cum dolus, ſeu deliƈtum nunquam alicui immunitatem præſtet; alias inconueniens eſſet ſi doloſis beneficio, ac iuris auxilio ſuccurreretur, *iuxta text. in l. itaque fulo, ff. de furtis, & l. in fundo, ff. de rei vendic. & l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſanƈt. Eccleſ. l. creditor, §. illicita, & ibi gloſ. ff. de offic. præſid. & Rota in Romana aperitionis oris Veneris* 8. *Martii* 1613.

coram Cardinali Sacrato , & in Romana Computorum Veneris 13. *Martii* 1594. *coram Cardinali Arigonio , & in alia Romana fideiuſſionis de repræſentando* 3. *Iul.* 1617. *corom R.P.D. Coccino.*

83 Limita quintò, quòd etiam ille à pœna præſumptæ calumniæ excuſetur, qui accuſat ob neceſsitatem officij ; licèt tamen non excuſetur, quando calumnia fuiſſet probata , *vt ait Cappell. Thol. in decis.* 6. *num.* 2. Et propterea videmus, quòd qñ ſumus in præſumpta calumnia, tunc accuſator in expenſis non condemnatur, & pręſertim in accuſatore neceſſario, veluti in ſyndico , ſeu tutore, & ſimilibus, *vt ait dec. Bononien. Barzij* 145

84 Declara tu tamen , quòd deſiſtente accuſatore , & accuſato , poteſt nihilominus fiſcus proſequi accuſationem, veluti de vſuraria prauitate , *fuit decisum in causa Stephani Sparani Pictoris* 23. *Septembris* 1533. *vt refert Borell. in tit. de vsur. num.* 55. & *Menad. in decis.* 39. & *Vincent. de Franch. plenè in decis.* 552. Quod enim amplia procedere , ſiue deſiſterit ante , vel poſt litem conteſtatam veluti ita fuiſſe decisũ teſtatur *Carauit.* in ritu M. Curiæ Vicariæ poſt numerum ſecundum, & *Grattan. lib.* 3. *discept. cap.* 518. *num.* 13.

85 Contrarium , quòd ſcilicet ante motam litem , & non poſt , poſſit accuſator ab accuſatione recedere , *ait Franc. Marc. in decis.* 662. & *decisione* 695. *parte prima* , vbi pari modo ait , de accuſatione , quæ antequam accuſatus ſit inter reos deſcriptus debet cognoſci, an ſit iuſta , ne quis laboribus , & expenſis ſit iniuſtè fatigatus , *vt ait Franciſcus Marcus decis.* 112. *num.* 3. *parte prima* , & *Afflict. decisione* 173. Et ratio prædictæ opinionis ea eſt : quia nemo cogitur à principio alium accuſare, & ſic quis ab accuſando deſiſtere poteſt ab initio , *vt ait Bellamer. dec.* 728. *et Boer. dec.* 125. Fallit tamen qñ per litis conteſtationem fuiſſet ius reo quæſitum: quia tunc accuſator eo inuito à iudicio recedere nõ poſſet, veluti eodẽ modo dicitur de remedio legis diffamari intentato: quia tunc amplius ab eo iudicio reſilire nõ licet in præiudiciũ iuris ab alio acquiſiti , *vt ait Afflict. decis.* 264. *Boer. decisione* 255. *Benintend. decisione* 66. *Mizinger. obseruat.* 78. *centuria tertia* , & *Gayl. obseruatione nona , libro primo , allegati à Riccio in sua Collectanea decisionum* 936 *parte quarta.*

86 Sed id quod fuit dictum quando accuſator , & accuſatus à iudicio deſiſtunt : animaduertas , quòd ſi viderit Iudex prius eos inſimul conuerſari , & alloqui , tunc inter eos colluſio præſumeretur , quod enim faceret eoſdem in pœnam præuaricationis incidere , *vt ait idem Franciscus Marcus in dicta dec.* 662 *num.* 3. Secus autem , ſi id fieret cum conſenſu nedum rei , ſed etiam Iudicis ; quia tunc poſſet poſt motam litem quoque à iudicio impunè accuſator recedere , *vt ait idem Franc. Marc. in dict. decis.* 166. *num.* 7.

87 Declara id pari modò eſſe verum , quando inter eos ſuper delicto aliquod pactum feciſſent , vel tranſigiſſent; quod enim fieri poteſt , dummodò ageretur de crimine capitali , adeò vt illud pœnam ſanguinis inferret per eam regulam, quòd ſcilicet cuilibet ſanguinem ſuum qualitercunque redimere liceat ; quod tamen ſecus eſſet , quando crimen non eſſet capitale, & pœnam ſanguinis non inferret, excepto tamẽ crimine falſi, quod æquiparatur capitali , & ratio eſt : quia veluti in crimine capitali perditur vita hominis; ſic etiam in crimine falſi perditur bona fama, quæ vitæ eſt pręferenda: quia non eſt delictum ita ignominioſum ſicut illud falſi , veluti teſtatur *Cyn. & alii allegati à Fran. Marc. in dicta dec.* 662. *n.* 9.

88 Quam enim declarationem ſuper eo verſantem, quod ſcilicet pactum, & tranſactio fieri poſſit ſuper delicto capitali : ſubdeclara primò eam nõ habere locum in crimine adulterij , ſuper quo paciſci , & tranſigere prohibitum eſt: dico paciſci, & tranſigere: quia iſti duo termini inter ſe differunt, Nam paciſci dicitur aliquid gratis fieri : tranſigere verò non gratis , cum tranſactio fiat ſemper dato aliquo , vel retento , *vt ait Franciſcus Marcus in dicta dec.* 662. *num.* 1. & 7.

89 Subdeclara ſecundò , quòd licet pactum remiſſionis , & tranſactio fieri poſſit ſuper delicto à reo: id tamen non eſt permiſſum accuſatori , nec minus illud poteſt fieri in præiudicium fiſci,

fisci, *vt ait Franciscus Marc. decis.* 114. *num.* 5. *et* 7. *parte* 2. & à quibus accusatio, siue remissio delicti fieri possit, vide Riccium *in sua Collectanea decisionum* 776. *parte quarta*, vbi in specie ait, quòd ius querelandi, & iniuriam remittendi ad eum spectat, ad quem spectat successio bonorum, & sic à contrario sensu argumentum procedit, vt scilicet cui non competit successio, nec minus illi ius querelandi, & crimen remittendi competere debet; quod procedit etiam in tutore, cui cum ius succedendi non competat, nec minus ius querelandi, ac querelam remittendi habet, nisi auctoritas Principis suppleat, *Franch. decis.* 512. *et decis.* 611. veluti etiam venit dicendum de sorore per fratres à successione exclusa, quæ pariter à iure querelandi de morte fratris exclusa censetur, *vt ait Clar. in q.* 58. *vers. Sed quid si inter hæredes, et Gratian. lib. 3. disceptat. cap.* 518. *num.* 5.

90 Animaduertendo præterea, quòd licet pactum, & transactio fieri possit, vt supra ostensum fuit: tamen transigentes super dictis delictis habentur pro confessis, *vt ait dictus Franciscus Marcus ibidem in vltimis verbis in dicta decisione* 661. Vndè si fortè accusatus ex remissione querelæ, vel alio modo absolueretur, tunc fiscus non appellat in Regno Neapolis: licèt tamen illi recursus ad sacrum Concilium concedatur quãdo notoriè esset grauatus, *vt ait Franch. decisione* 148. *num.* 1. *et decisione* 487. *num.* 11. *et prius decisione* 467. *num.* 6. *et decisione* 470. *num.* 10. *et seq. et dec.* 722. *nu.* 19. Quamuis tamẽ secus sit de iure communi cum illius dispositione appellatio non denegetur fisco, veluti seruatur in statu Ecclesiastico, vbi tamen intellige procedere quoad effectũ deuolutiuum, non autem suspensiuum, quemadmodum etiam videmus seruari in sententijs condemnatorijs, in quibus appellatio non admittitur quoad effectum suspensiuum, cum in vim Constitutionum Pontificum appellationes in criminalibus admittantur, sed non retardata executione, veluti dixi in verbo *Appellatio*, & ibi multa in hac materia, & facit *dec. Franch.* 470. *nu.* 9. *et decis.* 556. *num.* 6.

91 Extende iterum id, quod fuit dictum de Iudice volente prosequi iudicium ex officio procedere etiam in casu, quo accusans accusationi renunciasset, quia tunc Index illius vices supplere potest, & super ea accusatione summariè inquirere, & illud delictum punire: Quinimmò Iudex potest etiam producere testes quando accusator eos non produxit, *vt ait idem Franciscus Marcus in decisione* 756. *num.* 2. *parte prima*, *et est text. in l.* 1. *§. fin. ff. de quæst. et l. non defendantur*, *ff. de poen. Bellamer. decisione* 728. *et Gratian. dicto cap.* 518. *nu.* 12. & 13.

92 Limita tamen illud, non esse verũ, si accusatus decedat: quia tunc instantia perimitur, & pœna cessat; quod secus tamen esset quando aliquid scelere penes hæredem remansisset: quia eo casu contra eum ageretur, ne talia turpia penes eundem remanerent, *vt ait idem Franciscus Marcus decisione* 756. *num.* 3 *et decis.* 759. *num.* 1. *parte prima*, *et Franch. in decisione* 501. *num.* 16. *ait*, quod fiscus super bonis deportati mortui prætendere valet, quatenus scelerè acquisita fuissent, secus autem in bonis proprijs defuncti.

93 Sublimita tamen illam limitationem procedere quoad pœnam corporalem, quæ cum suos auctores non egrediatur, idcircò siue delictum sit publicum, siue priuatum, siue ante, siue post litem contestatam contra hæredes non transit; & sic eo casu iudicium extinguitur, *vt ait Franciscus Marc. decis.* 759. *num.* 1. *parte prima*. Licèt non semper pœna cesset per mortem inquisiti, veluti dicam in verbo *Poena*.

94 Secus autem si loquamur de interesse ciuili: quia tunc reus, siue confessus fuerit delictum ante litem contestatam, siue post: dummodò confessio fuerit facta parte præsente semper instantia contra hæredes accusati pertransit, veluti dicitur etiam si Reus moriatur pendente tempore ad appellandum, siue fuisset conclusum in causa dicti delicti; sed nondum sententiatum: quia id parum refert, si postquam fuit conclusum in causa accusatus decessit, & deinde probato delicto sententia sequatur; quia tunc ca retrotrahitur ad illud

conualidandum, vt de his omnibus testatur *Franc. Marc. in decis. 758. num. 5. & decis. 759. num. 3. & decis. 761. per totam lib. 1.*

95 Extende primò, quòd etiam dicta actio contra hæredes daretur in delictis priuatis, quando per subterfugia accusati lis non fuisset contestata: quia eo casu dicta subterfugia operantur, litem haberi pro contestata, *vt ait idem Franciscus Marc. in decis. 764. num. 2. parte prima.*

96 Et in illis casibus, in quibus pœna delicti transit post mortem defuncti, est pronunciandum contra eius hæredes, ex eadem instantia, non autem ex noua, *idem Franc. Marc. in decis. 763. in prima par.*

97 Contrarium, quòd scilicet etiam pœna pecuniaria extinguatur, & contra hæredes ante sententiam non transeat: siue quando reus esset condemnatus, & postea pendente tempore ad appellandum moriatur, vel postquam fuisset appellatum: quod idem operatur, *ait Franc. Marc. in decis. 759. num. 2. & decis. 760. in prima par. et Rota decisione 14. circa finem, vt lite pendent. in nouis.*

98 Extende secundò, quòd scilicet Iudex ex officio possit ex eadem instantia prosequi iudicium, & illud terminare, quando reus, & accusator pacem inierunt. Et ratio ea est, ne delicta remaneant impunita. Quinimmò, si Iudex vellet, nouam instantiam prosequi posset, *vt ait idem Franc. Marc. dec. 756. n. 8. & Grat. in lib. 3. disceptation. forens. cap. 518. n. 11. & sequentib.*

99 Extende tertiò, idem procedere, quando accusator esset mortuus: quia non per hoc accusatio, neque instantia finiuntur; sed Iudex isto casu potest processum prosequi, & terminare absque nouo libello, *vt ait idem Francis. Marc. in d. dec. 756. n. 1. et 10. et Grat. ibi supra num. 12. et seq.*

100 Extende quartò, prædicta adeò esse vera, vt etiam extraneus, mortuo accusatore, possit causam prosequi ex eadem instantia; dummodò intra triginta dies id fiat, *dictus Franciscus Marc. dec. 756. num. 9.*

101 Præterea vltra prædicta in materia accusatoris, & accusati quædam alia sunt notanda; & Primò, scire debes, quòd ad hoc, vt iudicium non claudicet, accusator tenetur præstare iuramentum, accusationem per eum propositam esse veram, illudque calumnia non fecisse, & versa vice accusatus tenetur iurare de veritate dicenda, *vt docet Franc. Marc. in sua decis. 674. num. 10. et decis. 683. num. 1. par. 1.*

102 Secundò, nota quòd veluti licet accusatori alias informationes contra reum præter querelam inuenire, ita quoque licet accusato informationes quas vellet pro eius defensione producere, *vt ait idem Franciscus Marc. decisione 733. num. 1. par. 1.*

103 Tertiò notandum est, quòd hæres accusati agere potest, vt declaretur eum non commisisse delictũ, veluti è conuerso, pòr hæres accusatoris instare pro declaratione, quòd reus illud commiserit, quæ enim permittenda veniunt, vt æqualitas in iudicijs seruetur, *idem Francisc. Marc. decis. 757. num. 3. et dec. 762. n. 2. p. 1.* & veluti dixi in verbo *Aequalitas, concl. 64. nu. 1.*

104 Quartò notandum est, quòd si accusatus fideiussorem inuenire non poterit, tunc cautioni iuratoriæ standum non erit, *idem Franciscus Marcus decisione 683. parte prima.* Sed benè poterit ille per procuratorem, si est carceratus, defendi, *Rota decis. 15. de procur. in nouis.* Licet id fallat tamen in Doctore, qui si fideiussorẽ inuenire non poterit: tamẽ illius iuratoriæ cautioni erit standum quãuis sit quoque verum, quòd etiam valeat consuetudo, vt in causa criminali, vbi imponitur pœna corporis afflictiua, fideiussor admittatur; animaduertendo, quòd talis fideiussor de iudicio sistendo debet esse ciuis, & immobilia in loco in quo agitur possidere secundum causæ qualitatem; quamuis hodie de consuetudine non admittatur illa fideiussio de lite exercenda, & quando contrarium seruaretur tamen ea data expiraret finita instantia, *vt ait idem Fran. Marc. d. dec. 683. p. 1.* & ibi docet ad quid teneantur reus, & actor.

105 Quintò nota, quòd accusatus de crimine in officio, interim est ei administratio interdicenda, & præsertim ad

ad euitandum delictum, vt animaduertit *Franciscus Marc. in decis. 654. num. 8. par. prima.*

106 Amplia idem procedere in clerico accusato, qui pendente causa criminali Diuinis se immiscere prohibetur sub poena irregularitatis ipso facto, nec interim fructus benificij capit; sed debent in vtilitatem Ecclesiç conuerti, *idem Francis. Marc. decis. 129. num. primo, par. 1.*

107 Contrarium, quòd scilicet pendente accusatione contra aliquem, ille non possit suo officio, & suo iure priuari, atq. ab eo suspendi. Immò, & quòd id neq. appellatione pendente à sententia condemnatoria fieri possit, *ait Ioan. Valer. de differ. inter vtrunque forum, in verbo Accusatio, differ. 3. nu. 1. et 2.*

108 Concordari in huiusmodi opiniones tali modo possunt; nempè, vt prima opinio procedat, quando crimen esset notorium, siue quando enormitas delicti, siue scãdalum id fieri expostularet: quia tunc meritò ille ab officio suspendendus veniret: immò eo casu posset subditus in foro conscientię seruitia suo Prælato denegare quando sciret ei nullum ius ob illud delictum competere. Secunda verò opinio procederet, quando delictum notorium non esset, siue scandalum aliquod ex eo delicto non resultaret, *vt aiunt* DD. *allegati à Ioan. Val. in præcitato loco*. Sed in hac materia recurras in verbo *Appellatio, conclus. 128. num. 475. et 919.*

109 Vlterius erit animaduertendũ, quòd si quis Iudicem in syndicatu de barattaria accuset, dicens se Iudicem corrupisse illi dando pecuniam, tunc ex illa confessione Iudex condemnari non potest, ea ratione: quia cum dicta confessio ad eius turpitudinem detegendam tendat; idcircò ei credendum non est, *Surd. dec. 309. num. 1. et Rota inter crim. Farinac. decis. 95. num. 3.*

110 Vltimò nota, quòd si quis accusationem instituerét in iudicio criminali in materia falsi ad hoc, vt criminalis ciuili præiudicet, est intentanda accusatio non solum contra testes, sed etiã contra partem ipsam, *vt ait Rota dec. 206. num. 5. par. 2. diuers.*

ARGVMENTVM.

ACCVSATVS CLERICVS DE crimine quando beneficio veniat priuandus, & quando illud pendente accusatione renunciare possit.

CONCLVSIO XXVII.

1 ACCVSATVS quando est Clericus de aliquo delicto, ex quo veniret beneficio priuandus, nota quòd ob id non impeditur, quominus, si velit illud renunciare possit, *vt ait gloss.* quam sequuntur omnes Doctores *in c. 2. tit. vt lit. pend. in 6.* Et ratio ea est; quia lis non est super beneficio, sed benè super crimine, *et ita iam fuit decisum à Rota in vna Parmen. Parochialis 1562. coram* R.P.D. *de Rubeis*, & deinde *in alia Verdunen. Canonicatus 6. Martii 1595. coram Cardin. Pamphilio*, & prius *in Legionen. Canonicatus 15. Februarii 1593. coram Card. Arigonio, et ita fuit declaratum à sacra* Congreg. Concil. veluti refert *Garz. de benef.* infinitos DD. pro cõfirmatione istius conclusionis allegans *in 1. par. cap. 5. num. 299. et par. 11. cap. 3. de renunc. num. 62.*

2 Amplia primò, conclusionem procedere, etiam si renunciatio esset facta prius ad fauorem alterius, *vt ait Felin. in cap. inquisitionis num 4. de accusat. Ferrar. in sua cautela 44. num. 2. Rebuff. tit. de modo amittendi benef. num. 53. et de pacif. possess. num. 316. aliàs 263.* & plures alij allegati à *Garzia ibi supra num. 64. Ioan. de Vela de pœnis delict. cap. 15. cart. 74. Flores. de Mena quæstione 13. num. 8 et 9.* vbi alios plures allegat.

3 Subamplia, vt non solum ille possit renunciare in alterius fauorem, sed etiam cum reseruatione pensionis, *vt ait Henriquez in summa lib. 13. cap. 56. §. 4. cap. 57. §. primo, in fine, et Thomas Sanchez de Matrimonio libro septimo, disputat. 42. num. 2. Molin. de institut. tractat. 3, disputat. 78. nu. 2. et*

Gonzal. ad reg. octo mensium, gloss. 15. num. 147.

4 Contrarium licèt tenuerint *Paris. in Regul. Cancellar.* 18. nu. 55. Cuius enim sententiam approbat *Couarr. in clementin. si furiosos, de homicidio, 2. par. tertia, num.* 7. quam opinionem ait esse primæ opinioni præferendam ad euitandas fraudes, quæ in hac materia ita de facili contingere possunt; in hoc tamen videndus est *Marc. Antonius Genuen. in prax. Archiepiscop. Cur. Neapol. in c.* 64. *num.* 9.

5 Cautela autem, quæ in hoc datur à Ferrario, quam sequuntur *Felin. & Rebuf. ibi supra. & etiam Petr. de Baylio in directorio elect. 2. parte, cap. 30. num. 3. & ibi Didac. Perez. ad Villadiego de irregularit. cap. 1. num.* 11. valdè reprehenditur *à Ioanne Guttierez vbi supra, et prius Molin. de irregularitate lib. 5. c. 45.* vbi ait huiusmodi cautelam esse erroneam; quia ea faceret incidere in confidentiæ crimen, veluti quoque *dictus Gutierez ibid.* ait eam non esse tutam, & præsertim attenta *Constitutione Pii Quinti 87. de confident.*

6 Amplia secundò, quòd non solum clericus accusatus possit beneficium renunciare lite pendente; verùm etiam eidem illud permutare licet, *vt ait Glossator in reg. de annal.* quem sequitur *Sarnen. in q. 7. & 42. Aeneas de Falcon. de reseruat. quæst. person. effect. 47. nu. 12. Petr. Greg. cap. 26. nu. 15. & cap. 33. num. 3. Flam. Paris. ait* hanc esse communem *in regul. cancell. 18. num. 10. Nauar. cons. 1. de accusat. & sequitur Salcedo in practic. crim. can. cap.* 94.

7 Contrarium licèt in hoc videatur sentire, *Staphil. de litteris gratiæ, tit. de var. mod. vacat. num. 15. Rebuf. in gloss. 11. in reg. de infirm. num. 19. Boer. dec. 205. num. 6. Mandos. de Signatur. Grat. tit. de priuat. & Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 5. num. 14. & Sarnen. in regul. de non tollen. iure quæsito, quæst. 1. versic. Nouus modus*, vbi limitat saltem primam opinionem procedere, quãdo alius impetrauerat in euentum priuationis, & isto casu idem tenet etiam *Paris. ibi sup. num.* 49.

8 Sed primam opinionem tenẽt *Abbas, Felin. & alii relati à Garz. in 7. par. cap. 8 n. 6. & 7. & in c. omnipotens, de accusat.* & hãc veriorem putat *idem Gonzal. in p. 11 c. 3. de renunciat. num.* 69.

9 Quam tamen opinionem prædicti DD. eam tenentes, limitant duobus modis nõ procedere, & primò, si fortè ei obstaret infamia ex accusatione orta apud bonos, & graues viros, per quam ad illud beneficium promoueri, neque illud permutare posset, *iuxta illud cap. Omnipotens, de accus. et ibi prædicti DD.* Secundò limitatur, si ob illud delictum fieret inhabilis ad beneficia obtinenda, *vt ait gloss. in clement. 1. de pœnis, in verbo Obtinen. & ibi Card. §. ipsius, num. 4. Ancharan. num. 10. et Bonif. num. 54. et 108. Costa in pragm. sanct. tit. de collat. §. item insuper, in verbo Disponere, et Vgol. de censur. tab. 2. cap. 3. §. 2. num.* 6. idem tenet Zauallos *in quæst.* 146. *num.* 8. vbi refert vidisse practicari in negotio Rectoris Ecclesiæ de Batres, qui suum beneficium curatum lite pendente permutauerat cum altero curato, & permutatio ei fuit admissa, sed litteris Apostolicis expeditis fuit miraculosè quodammodo de vtroque priuatus; de primo per permutationem, de secundo per non admissionem: quia ab ordinario fuit repertus non idoneus, & ob multa facinora, quæ perpetrauerat, incapax.

10 Secus verò, quando accusatus non esset apud bonos, & graues viros diffamatus: quia tunc accusatio non impediret permutationem fieri de beneficio, neque promotionem ad alia, vt dicunt *Abb. Felin. et alii supra relati in dicto c. Omnipotens, de accusat.* Quæ enim distinctio mihi pulcherrima videtur; aliàs esset velle dare nimiam ansam clericis, si dum post delictum per quod beneficio priuandi venirent, possent beneficia ad fauorem illius cui vellent, renunciare, & sic igitur prædictæ opiniones possunt hoc modo concordari, nempè, vt prima procedat quando clericus apud graues viros non esset diffamatus, siue quando, neque confessus, neque conuictus existeret. Secunda verò, quando secus & sic quando delictum non esset tale, ex quo infamia, siue inhabilitas clerici resultaret, neque confessus, neque conuictus extaret.

Et

11 Et tenendo primam opinionem amplia tertiò, eam procedere etiam si quis prius impetrasset beneficium in euentum priuationis: quia nihilominus accusatus validè renunciare poterit, neque ex dicta impetratione veniret eius renunciatio impedienda, nec minus post huiusmodi renunciationem poterit ad priuationem postea deueniri, *vt ait Sarnen. dicta q. 42. Prob. ad Monach. in c. alma mater, de sent. excom. in 6. Gambar. de offic. legat. lib. 10. à num. 321. ad num. 351. Couar. dicto num. 7.* dicens cōmunem, *Placa de delict. cap. 11. num. 10. Ioannes Gutterez. ibi supra num. 39. & est decis. Rot. 14. vt lit. pendent. in nou. quam sequuntur Villad. in tract. de legib. 1. p. quæst. 14. & Ruffin. in c. 21. num. 7. Paris. supra citat num. 41. Capell. Tholos. decis. 437. & ibi Aufrer. & Boer. dicta decis. 205. num. 7.*

12 Limitat tamen hanc ampliationem non procedere, *Gambar. de offic. leg. in dicto num. 351.* quando impetratio fuisset obtenta per priuationem, & quouis alio modo beneficiū vacasset: quia isto casu comprehenderetur etiam vacatio per renunciationem, nisi tamen in Curia fieret, *capit. 2. de prebendis in 6. Villad. de legib. quæstione 14. parte 1. num. 54.*

13 Sed contra prædictam tertiam ampliationem videtur vrgere *glos. in dicto cap. 2 in verb. finita, vt lite pend. in 6. in fin.* vbi tradit, quòd si quis ageret contra clericum petens illum ab ecclesia remoueri, & eam sibi assignari; sub eo prætextu, quòd ad se spectaret; tunc lite pendente prouisio impeditur, quam sequuntur *Franc. num. 6. vers. sed si, & alii etiam DD. ibidem, & Capell. Tholos. decis. 437. num. 1. & ibi Aufrer. num. 6.*

14 Verùm, si veritatē ego fatear, nec ratio limitationis prædictæ super ea clausula fū data (& quouis alio modo beneficiū vacaret) nec minus altera inducta per prædictos *DD. in glos. cap. 2. in verb. finita, vt lit. pendent. in 6.* prorsus mihi satisfacit: quia valdè durum mihi videtur, quòd illa clausula (quouis alio modo) in supplicatione apposita, comprehendat etiam vacationem per renunciationem, si tempore gratiæ, aut priuationis non vacabat, nec priuatio fuisset secuta de facto; Nam obtinens beneficium accusati debet illud solum posse consequi si reuera priuatio sequeretur, & non ex alia via renunciationis, quæ veluti à nullo poterat extra casum accusationis impediri: ita nec etiam pendente accusatione alicuius delicti impediri debet: quia quando quis petit beneficium accusati, id facit occasione illius delicti, de quo imputatus est: & illud consequitur quatenus priuatio succedat; vndè delictum illud non debet posse operari alium effectum, vt scilicet per appositionem illius clausulæ (quouis alio modo) impetrans possit consequi beneficium, non obstante renunciatione per accusatum facta; aliàs esset velle extensionem in odiosis de vno casu ad alium fieri, & sic afflictionem quodammodo afflicto addere, quod non est bonum, ad tradita per *Garz. in præcitato loco.*

15 Quò verò ad alteram rationem, quam DD. superius relati adducunt, *ex glos. illa in cap. 2. vt lit. pend. in verbo finita,* contra dictā tertiam ampliationē, nec eam mihi videtur posse applicari pro illius tertiæ ampliationis confutatione, vbi habetur quòd renunciatio beneficij non potest impediri in accusato; sed impetrās poterit illud obtinere, nec Iudex post renunciationem ad illius priuationem poterit deuenire; quia quando quis agit contra Clericum, & instat eum ab Ecclesia remoueri, & eam sibi assignari, non est mirum si eo casu Clericus, contra quem agitur, non possit de beneficio lite durante disponere: primò, quia Ius litigiosum non potest in alium transferri, vt dicam in verbo lis, *& veluti ait Rot. per Card. Seraph. dec. 834. num. 2. & dec. 1134. num. 4.* Deinde nec de eo disponi poterat in præiudicium illius, qui dictum beneficium ad se spectare prætendebat; secus autem contingit in casu illius tertiæ ampliationis, vbi disponens de beneficio nullum Ius, nisi sui ipsius tāgebat: sed est benè verum, quòd illa facultas concessa à canonibus accusato (super eo quòd possit de eius beneficio disponere, veluti illud alteri renunciando) mihi magna videtur, & satis miror, quod vnus, qui est de proximo beneficio priuandus, & seruus pœnæ fiendus

dus

dus possit illud vni cui placebit renunciare;& quod neq. prouisio Papę de dicto beneficio facta possit dictæ renunciationi præiudicare; nec minus Iudex valeat amplius ad illius priuationem deuenire.

16 Amplia quartò dictā primam opinionē procedere ēt si accusatus esset solum condemnatus pœna perpetui carceris: siue etiam fuisset lata sententia super priuatione, dūmodo tñ ab ea legitimè appellatum fuisset, *vt ait Garz. in præcitato loco, cum aliis ibi allegatis.*

17 Verùm, quia superius fuit demonstratum quando Clericus accusatus de delicto, ob quod esset beneficio priuandus, possit pendente iudicio beneficium renunciare, aut alio modo permutare. Modo erit hic obiter quoque demonstrandum quando Clericus etiam in Sacris ordinibus constitutus possit suum offensorem coram Iudice laico accusare; quod enim illi facere licet, etiam quòd certò sciat eum esse furca suspensurum, dummodò tamen verè,& ex animo protestetur, se id non facere ad vindictam, sed citra sanguinem, & quod à Iudice petat, ne eum occidat, vel membrum aliquod ei amputet: quia tunc in foro exteriori pœnam irregularitatis euitabit; dummodò tamen solùm pro suo interesse agat. Alias Ecclesia non posset se à suis inimicis defendere, sed immò potius quotidie à quāplurimis lęderetur si non posset suos reos conuenire, nisi ciuiliter absque metu irregularitatis, & hanc esse communem opinionem, *ait Herer. in sua summa tit. de irregul. cap.* 11. vbi ait ita quotidie practicari, *& ita probat quoque text. in cap. postulasti, de homicid. & cap.* 2. *eodem tit. in* 6. *idem dicunt Ioan. Andr. & Felyn. in dicto cap. postulasti in fine.*

18 Limitant tamen prædictam conclusionem multi in foro interiori procedere, dummodò accusator non haberet in animo desiderium pœnæ corporalis alias si ille eam à Iudice infligi opteret; tunc in foro conscientiæ in regularis fieret prædicta protestatione, non obstante: quia ea non debet esse ficta & (vt dicitur) per complimento facta; sed debet vere, & ex animo fieri, vt dicunt *Host. & Ant. in d. cap. postulasti, & in dicto cap.* 2. *Angel. in verbo homicidium* 2. *num.* 6. *Siluest. in eodem verbo* 2. *num.* 8. *Nauar. c.* 27. *num.* 217. *&* 226. *Ant. Gom.* 3. *p. de delict. cap.* 1. *num.* 33. *Cened. in collect.* 3. *p. collect.* 12. *fol.* 406.

19 Contra tamen prædictam limitationem alij tenent allegati *à Io. Val. in suo tract. de differ. inter vtrumque forum in verbo Peccatum, differentia octaua*, dicendo quòd cum Ecclesia de occultis non iudicet, nec peccata cogitationis puniat, neq. minus irregularitas vnquàm incurratur, nisi in ijs casibus à iure expressis, *in c. is qui, de sent. excom. lib.* 6. Idcircò nescitur ab illis Doctoribus quomodo illa opinio possit esse vera, ex quo illa conditio ab illis posita non legatur in iure; aliàs esset ponere omnibus magnum scrupulum, cum sæpè homines iniuriam passi tantam non habeant mortificationem, & charitatem, vt proprios inimicos diligant, vel saltem eis mala per viam iustitiæ non exoptent, *vt ait Ioan. And. & Fel. in dicto cap. postulasti num.* 2. *Couar. in Clem. si furiosus p.* 2. §. 5. *n.* 2. *Tabiena in verbo Irregularitas tertio num.* 8. *et Valer. vbi supra.*

20 Nec obstat dicere, quòd alias videretur requisita ea protestatio (per complimento) quia illud videtur valdè alienum a mente Papę, *in dicto cap.* 2. *vt notat Nauar. dicto cap.* 27. *num.* 226. vbi ait; quòd Ius protestationem mendacem non requirit: & præsertim quia Clerici nulla alia ratione accusare prohibentur: ne eorum voluntas in accusando manifestè feratur ad homicidiū siue mēbrorum mutilationem, *vt ait Couar. in præcit. loco*, & benè contrarijs respondetur dicendo, quòd immò dicta protestatio fuit requisita ad tollēdum scandalum secularium, quod ex simplici accusatione ad sanguinis vindictam tendente facile illi capere poterant, & quòd propterea illud satis ex ea sola protestatione tollatur, licèt aliud in corde protestans habeat, cum id soli Deo patere possit: qui solus est scrutator cordium, quibus præterea addatur, quòd licet malè faceret accusator falsò protestare, tamen solum venialiter peccat, sed irregularitatem non incurrit: cum potestas externa non se extendat ad ea, quæ sunt cordis,

cordis, & quæ in sola cogitatione consistunt, vt animaduertit *Io. Val. de differ. inter vtrunque forum differentia* 8. *in verbo Peccatum*, vbi plures doctores ad id comprobandum adducit, quos per te videre poteris.

ARGVMENTVM.

ACQVIRENS EX ALIENA PECVNIA, quando sibi, vel alteri, acquirat.

CONCLVSIO XXVIII.

1 ACQVIRENS ex aliena pecunia, nota, quòd sibi ipsi acquirere dicitur, *tex. est in l. si ex ea pecunia, C. de rei vendic. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi; & ita fuit decisum in Romana de Marescottis Luna* 14. *Decembris* 1615. *coram Card. Sacrato, quæ est in recent. decis.* 771. *num.* 5. *p.* 2. *et nouissimè Gratian. lib.* 4. *discep. c.* 696. *num.* 23. ait quod bonorum acquisitio remanet penes eum, qui recognoscat acquisiuisse ex pecunijs alterius, cui tunc solum sufficiet dictas pecunias restituere quod tamen secus esset si recognoscens declararet non nisi nudum nomen in rebus acquisitis habere. Immò, *ibid. Grat.* ampliat id quoque procedere etiam in muliere sine solemnitatibus declarante societates initas per eius virum illius vxoris nomine, ad ipsum pleno iure spectare, & sic eam ibi solum nudum nomen habere; si tamē adminicula concurrant, alias talis confessio sine solemnitatibus statutarijs facta à muliere non valeret, *vt ait Rot. per Aebil. de Graf. dec.* 1. *de confess. per Card. Seraph. dec.* 1443. *et in dicta Rom. de Marescottis* 14. *Decembris.* 1615. *coram Card. Sacrato, et Gratian. ibi supra num.* 22. ait in hoc illud adminiculum sufficere, vt scilicet vxor non presumatur aliunde habere quàm ex bonis mariti, *ex tex. in l. quintus mutius ff. de donat. et Aleiat. de præsumpt. præsumpt.* 26. *n.* 1. *reg.* 3.

2 Extende primò conclusionem vice versa quoque procedere, vt scilicet quis possit etiam ex propria pecunia alteri acquirere, *veluti fuit decisum in Romana census luna* 23. *Feb.* 1604. *coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 157. *nu.* 5. Quinimmò nota, quòd multories contingit, vt quis possit illud per aliū acquirere, quod per se non posset, *vt ait Vinc. de Franch. dec.* 172 *num.* 6.

3 Declara tñ, quòd acquisitio quando est facta nomine proprio, præsumitur etiā facta de pecunijs proprijs, *vt ait Rota per Coccinum decisione* 290. *num.* 2. *et decisione* 460. *numero* 3. *parte secunda in recent.*

4 Subdeclara eā conclusionē non procedere, veluti quando acquirens recognouit bonam fidem erga dominum pecuniæ, & quando vlterius procedendo declarauit se in re acquisita, non nisi nudum nomen habere, *veluti fuit dictum ibi coram Card. Sacrato in dicta dec.* 771. *num.* 5.

5 Extende secundò principalē conclusionem procedere, etiam in eo socio, qui nomine proprio contrahit: quia sibi ipsi, & non cū socio acquirere dicitur, *veluti fuit decisum in Romana Pecuniaria de Cuppis Merc.* 26. *Iun.* 1614. *coram R. P. D. Pirouano, quæ est in recent. decis.* 556. *num.* 6. *p.* 2. *et est decisione Coccini* 290. *num.* 1.

6 Limita tñ huiusmodi extensionem non esse veram, si præcessisset conuentio, vt (verbi gratia) contrahens sibi, & socio acquireret: quia tunc non sibi soli, sed in communi acquirere censetur, *vt declarauit Rota in dicta Romana pecuniaria coram Pirouano.*

7 Contrarium scilicet, quòd emptum ex pecunia communi omnibus socijs acquisitum censeatur, *fuit decisum in Romana Accomanditæ Ven.* 10. *Decembris* 1614. *coram R. P. D. Pirouano, quæ est in recent. decisione* 640. *dicta parte* 1. *num.* 4.

8 Cōcorda igitur, quòd prima opinio procedat dicta conuētione non præcedēte, pro vt in proximiori limitatione dixi, secūda verò, quando secus veluti ex dictis decisionibus id benè colligitur.

9 Sed nota tamen, quòd si quis alteri acquirat, tunc ille cui acquiritur sine cessione agere non poterit, *vt est text. in l.* 1. *C. per quas pers. nob. acquir.* veluti etiam ad effectum acquisitionis requiritur acceptatio, neq. stipulatio notarij sufficit, sed

sed est benè verum quòd dicta stipulatio operatur, vt concessio reuocari amplius non possit, *vt ait Rota per Papam Ludouisium in dec.567. n.3.*

10 Præterea hic erit quoque notandum, quòd non est prohibitum acquirere alteri, & non sibi, & id non solum tacitè, verum etiam expræssis verbis fieri potest, *Surd. decis. 226. et decis. 325.* & eò magis quando præiudicium alicuius non intercedit, *Dec. cons. 543. num. 19. vers. et supradicta, et ita fuit decisum in Anconitana pecuniaria luna 23. Ianuar. 1612.* coram R.P.D. Pirouano, *quæ est in recent. decis. 373. n. 4. p. 1.*

11 Sed ad sciendum cui quis acquirere voluerit, ex præcedentibus, & subsequentibus dignosci pōt, *veluti fuit decisum in Vrgelen. spoliorum seù donationis Ven. 13. Feb. 1609. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in recent. decis. 241. num. 6. p. 2. & in eius impress. dec. 401.*

12 Et propterea videmus, quòd si Episcopus, siue Prælatus regularis emat aliquā rem, tunc dicitur illā acquirere Ecclesiæ, etiam si stipuletur pro se, quod tamen non procederet quando ipsum noluisse Ecclesiæ acquirere appareret: quia tunc eidem Ecclesiæ ex defectu voluntatis non acquiritur, *vt ait Rot. ibi supra*, cum alijs allegatis.

13 Sed in dubio acquisita per Ecclesiasticum intuitu Ecclesiæ acquisita præsumuntur, & id præsertim in Monacho procedit, *vt ait Rota in decis. 705. num. 2. p. 1. diuers.*

14 Contrarium tamen veniret dicendū, quando quis emeret pro persona nominanda, & postea non nominat: quia tunc sibi ipsi acquisiuisse præsumeretur; secus autem, si postea nominaret: quia tunc illa præsumptio cessaret, *veluti fuit decisum in Romana census scutor* 18. *mil. Ven. 2. Decembris 1605. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 227. num. 6. & Surd. decis. 226. num. 6. & seqq.* & ibi ait, quòd nominatio infra annum sequi debet, *& idem ait in dec. 325. num. 1.*

15 Extende etiā, quòd quis sibi acquisiuisse præsumatur quando animum præscribendi habuit, *vt ait Rota decis. 365. num. 2. p. 1. diuers.*

16 Et illud quod fuit dictum super eo, quòd quis in acquirendo non possit ecclesiæ, siue filijs præiudicare non procedit in re nondum per Prælatum acquisita, neque etiam in primò acquirente in materia emphyteotica, seù feudalis quia tunc pater potest filijs præiudicare quādo feudū fuit acquisitum ex propria pecunia, & ex sua stipulatione, *veluti ait Surd. decis. 290. num. 17. cum alijs ibi per eum alleg.*

17 Amplia primò, id in tantum esse verum, vt propterea ille solùm disponere possit, *veluti fuit decisum à Rota in Cæsaraugustana Emphyteusis Sabbati 29. Nouembris 1611. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 529. num. 4.*

18 Amplia secundò, quòd immò dictus primus acquirens possit comprehensis præiudicare, *vt ait Rota per Card. Seraph. in decis. 559. num. 19. & in decis. 435. sub num. 13. & decis. 438. sub num. 1. p. 1. in recent. & fuit etiam decisum in Romana domus 28. Iunij 1613. coram* R.P.D. *Coccino Decano, & in Ciuitatis Castelli domus Liuellaria 12. Maij 1616. coram* R.P.D. *Caualerio*, vbi aliæ decisiones referūtur, *idem tenet Grasian. lib. 3. discept. c. 405. nu. 1.* vbi de veriori, & magis communi testatur.

19 Declara tamen opinionem prædictam Rotæ esse veram, quando inuestitura fuit acquisita mediante pecunia (vt dixi superius in vers. Et de primo acquirente ex mēte Surdi) At secus esset, si ex mera liberalitate concederis acquisita fuisset: quia eo casu primus acquirens comprehensis præiudicare non posset, quam enim distinctionem *Surdi* secuta fuit *Rota in Viterbien. Castrorum 14. Decembris 1616. coram Card. Sacrato*, quod quidem videtur fuisse de mēte eiusdem *Rotæ in dicta decis. 435. sub num. 13. vers. tanto magis*: quia ibi pro causa onerosa considerauit, quòd primus acquirens in ingressu soluit quandam quantitatem pecuniæ, & deinde fecit melioramenta notabilis valoris, & hęc est de illo genere emphyteusis, siue feudi in quo habet locum ius accrescendi, *veluti dixi supra in verbo accrescendi ius vers. secūdo modo dicta limitatio*, & pro prædictis faciūt ea quæ ait *Marescot. variarum resol. lib. 1 cap. 7.*

cap.74. num.1. & 2.& ibi decisiones Rota allegat,& postea in fine concludit ab hac opinione non esse in practica recedendum,& eam e se magis cõmunem testatur *Veral. qui plures allegat in decis. 302. part.1. & ita quoque fuit resolutum in Bononien. de Butiis 16. Nouembris 1612. coram Card. Sacrato*, & ibi multæ aliæ decisiones idem firmantes allegantur.

20 Sed hic erit bonum scire quisnam in emphyteusi dicatur primus acquirens, Sed ad hoc,vt distinctè in hac materia procedatur,opus erit,vt cum figuratione casuum huiusmodi materiam examinemus; quia hoc modò facilius videbimus,quinam comprehendantur in inuestitura acquisita à Patre pro se & filijs vsque ad tertiam generationem. Vndè in primis erit notandũ,quòd quãdo emphyteusis,siue feudum alicui cõceditur vsque ad tertiam generationem, tunc vna quæque persona vnam generationem constituit,&sic solummodo venirent recipiens, filius, & nepos, licet secus si adderentur verba: Ad eius, siue ad ipsius generationem, cum tali casu sit distinguenda à generante generatio, iuxta regulam illam, vt scilicet nemo se ipsum generare possit, & sic in isto secundò casu venirent filius, nepos, & pronepos, *iuxta distinct. Bart.* vti veram, & communiter receptam, quam sequuta fuit *Rota in Assisien. Emphytesis Mercurii 27. Iunii 1629. coram R.P.D. Merlino*, vbi, vltra plures Doctores allegatur quoque *Rota per Veral. in dec. 18. p. 2. & in vna Farfen. Villæ Caprolæ 20. Maii 1592. coram R.P.D. Penia, & in alia Bononien. bonorum coram Reuerendissimo Decano,quæ est decis.305. num. 1. par. 1. in recentior.*

21 Ratio autem istius differentiæ talis est, nempè quando simpliciter Dominus ad tertiam generationem concedit, tunc ille considerat solum generationes in abstracto, & absolutè, non autem respectiuè, & sic tanquam generationes certarum personarum,& propterea tot gradus in concessione constituit, quot sunt personæ, & sic in tertia persona, veluti in tertia generatione concessio terminatur; Quando verò in secundò casu apponit eam distinctionem, eius, vel ipsius, & tunc in concreto, & respectiuè generationes cõsiderat, vti à primo recipiẽte prouenientes, & sic tali casu valet distinctio inter generãtẽ,siue causã generationis,& ipsã generationẽ,& per cõsequens debẽt isto casu dari tres successiui successores à receptore prouenientes,&ab eodẽ distincti, & propterea hinc fit, quòd ad cõstituendam tertiam generationem, tunc comprehenduntur Pronepotes, licet prædicta procederent etiam in primo casu quando adderetur verbum illud *Finitam &c.iuxta decis. 218. par.4. diuers.*Quemadmodum eodem modo procedit quando adest pronomen ipsius, veluti in istis terminis loquitur *Rota per Seraphin. in sua decis.1362. & per Greg. in decis.522.*

22 Extende prędictam conclusionem, multò magis procedere quando essemus in emphyteusi Ecclesiastica: quia illa regulariter non solet concedi nisi pro filijs, & nepotibus, *vt ait Rota in dicta Assisien. Emphyteusis coram* R.P.D. *Merlino*;Licet etiam ea quoque possit in perpetuum concedi, dummodo tamen si expresè ea concessa fuisset in perpetuũ, vel vsque ad pronepotes inclusiuè, quia tũc nõ posset dubitari de volũtate cõcedentis,licèt in dubio sit præsumendũ Ecclesiam inuestientem se voluisse conformare cum dispositione *§. Emphyt. auth. de non alien. & permut.* cum huiusmodi concessio sit magis vtilis, & proficua Ecclesiæ, *vt distinguit Rota ibi supra coram Merlino*.

23 Subextende dictam conclusionem procedere etiam si emphyteusis fuerit concessa alicui vsque in tertiam generationem, sed fuerint tamen nominatæ aliæ personæ sub his verbis,nẽpè Pro ipso, filiis, & nepotibus vsque in tertiam generationem; quia tunc illa verba (in tertiam generationem) demonstratiuè starent, non autem dispositionem antecedentem augerent, *vt pulchrè ait Castrens. cons. 338. num.2. lib.2. quem sequitur Ceph. cons.582. num. 13. Hondedeus cons.32. num. 38. lib. 2. Marescot. var. resol. cap. 53. lib.2. num. 2.* vbi ait rem in tali casu dubitatione carere, & in istis terminis *fuit decisum à Rota in Perusina emphyteusis 20. Mart. 1628. coram* R.P.D. *Dunozetto*; Aliàs si Prelatus voluisset

luisset comprehendere etiā Pronepotes vtique illos nominare potuisset, veluti filios, & nepotes nominauit, *vt ait Rota in dicta Assisien. emphyteusis coram Merlino.*

24 Subextende idem quoque procedere, etiam si concessio Emphyteusis fuisset facta in confirmationem alterius prius alteri factę per hęc verba (Locarunt, vt in aliis instrumentis Antonio, & nepotibus masculis in tertiam generationem;) Nam licet ista concessio relationem habeat ad alia instrumēta in quibus fuerint factę cōcessiones ad tertiam generationem finitam, quo casu solent quoque Pronepotes comprehendi, *vt in simili fuit resolutum à Rota in Bononień bonorum 18. Martii 1611. coram Reuerendissimo Coccino Decano;* Nihilominus illa verba in nostro casu (vt in alijs Instrumentis &c.) Domini resoluerunt esse referenda ad Emphyteusim; & non ad personas comprehensas in ipsa: & ratio Rotę ea fuit in illa Assisień Emphyteusis coram Merlino, quia verba illa (Locarunt vt in alijs Instrumentis) ipsi locationi inhærent, non autem personis, & præsertim quando in instrumēto nō dicatur locarūt pro se, filijs, & nepotibus, vt in aliis Instrumentis: quia tali casu contrarium procedere deberet, *veluti ait Rota ibidem coram Merlino.*

ARGVMENTVM.

ACQVISITA PER VNVM ex fratribus quando præsumantur acquisita de bonis communibus, siue potius aliundè, aut de proprio.

CONCLVSIO XXIX.

1 ACQVISITA per vnum ex fratribus simul post mortem patris cohabirātibus, nota quod præsumuntur acquisita de communi, & ideò in cōmuni ponuntur, *l. si fratres ff. pro Socio, Socin. in tit. de Iudicijs §. sequitur videre, Bart. in l. Titium §. altero ff. de administrat. tutor. n. 5. Bal. in l. si patronus, C. comm. vtriusq. Iudic. viden. est Mascard. de probat. conclus. 31.* vbi multa tradit, *& Ias. in l. prima C. qui test. fac. poss. et ita ait Rota mox allegan. penes Card. Seraph.*

2 Fallit tamen in multis casibus, vt per *Alciat. in tract. de præsumpt. præsumptione 25.* & vltra Alciatū ponit alteram fallentiam, *Petr. Duen. reg. 3.* vbi ait, quod si vnus ex fratribus emerit aliquem fundum palam scientibus alijs fratribus, & receperit cartā pro se tantum, tunc de communi acquisitum non præsumitur, secus autem quando emeret vnus ex aliis fratribus ignorantibus: quia tunc Iura societatis communicare, & conferre tenetur, veluti refert *Ias. in l. Socius num. 2. ff. si cert. pet. Anchar. cons. 302. numero 7. Alciat. consil. 359. col. finali.*

3 Veluti eodem modo esset dicendum, qñ fuisset facta catastratio bonorū communium inter fratres, vel coniunctos: quia tūc ea in cūi probat, quòd si postea vnus priuato nomine acquirat censetur per huiusmodi descriptionem aliis dominium communicasse, eosque participes fecisse, *Text. est in l. rura, C. de omni agro deserto, lib. 11. & Cardin. Tusch. in conclusione 28. in verb. Catastrum num. 18.*

4 Fallit tñ nisi dicta communicatio probetur, quæ in dubio non præsumitur, veluti fuit decisum in *Cæsaraugustana; & Dertusen. cambimentorum tertia Iunii 1602. coram Cardinali Seraph. quæ est in impres. decis. 1436. & prius coram eodem in Imolen. Cappellaniarum 26. Iunii 1600. quæ est in eius impress. decis. 1376. & in Rom. libraria ven. 3. April. 1620. coram Buratto, quæ est in eius impress. decisione 467. numero 6.* vbi propterea ait, quod eam alleganti onus probandi incumbit.

5 Declara tamen, quod quādo fuit semel probata communio, tūc amplius ea non tollitur, nisi per diuisionem, quæ pari modo non præsumitur, nisi probetur, veluti fuit decisum in *Romana Legitima, Mercurii 9. Decembris 1598. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1303. n. 10.*

6 Sed ad eam communicationem inter fratres probandam, hæc tria sunt necessaria

faria,& primò,quòd fratres post mortem sui patris insimul vixerint cum hæreditate indiuisa; secundò,quòd lucra communicauerint; tertiò, quòd desuper lucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint :| quia tunc prædictis concurrentibus inter eos communio præsumitur, *vt fuit decisum in vna Imolen. decisionis lunæ 16. Iun. 1608. coram R.P.D. Coccino, quæ est in eius impress. decis. 421. num. 3. et in alia Anconitana bonorum de Lesnibus 25. Iun. 1601. coram* R.P.D. *Iusto*, & ad hoc facit optimè,illa *decis. Card. Seraph. 1303. num.* 4. ibi inter dictos fratres numquam fuit facta bonorum diuisio,& semper in communi vixerunt, & continuo pro indiuiso simul steterunt, & cohabitarunt expensis communibus, viuendo ad vnum panem, & vnum vinum, & ad vnam eandemq. mensam; & quod quisque ex fratribus faciebat de bonis domus,erat benè factum, vt videre est *Borgnin. in dec. 6. & dec. 56. & 57. fori Fruizani, Marta in sua decis. 241. Rotæ Pisanæ, Gratian. in decis. 127. Rotæ Marchiæ,& Rota decis. 169 p. 2. in nouiss. diuer. Card. Lancellotti, & decis. 625. parte 1. eiusdem Card. Lancellotti.* Extende hic obiter eodem modo dici possit de militibus bona hostium in conflictu belli capientibus,quia tunc ea inter alios milites communicari debent si simul conuenerint ad conflictum prædam, vel custodiam, *vt fuit dictum in vna Melitens. conseruæ lunæ 3. Iun. 1613. coram R.P.D. Buratto, quæ est in eius impressis decisione 5. num. 19.*

7 Amplia illam communem prædicto modo posse contrahi etiam si inter fratres aliquis esset infans: quia in societate omnium bonorum non requiritur par industria,quando ea est promercalis. Immò quando professiones essent diuersæ, tunc sufficit,quod quisque se in sua exerceat, *vt fuit dictum à Rota per Coccinum in dicta decis. 421. num. 3. & 4.* & societas promercalis dicitur de illis rebus,quę fuerũt emptæ,vt carius venderentur, vel quas præter proprios vsus paterfamilias habet venales, *vt habetur in lexicon iuris. in verbo Promercales.*

8 Declara tamen primò prædicta non procedere,veluti si (verbi gratia) officia fuissent à patre diuisa, & in caput dictorum filiorum posita, & vnusquisque fructus ex eis diuisim exigebat; neque apparebat eos inuicem communicasse; sed immò potius probaretur,quòd vnus faciebat sponsiones negotiando, neque lucrum ex eis cum fratribus communicabat; nec minus de illis aliquam rationem vnquam reddidisset; quia tunc non communicatio, sed potius diuisio præsumeretur, veluti ita distinguendo *ait Rota per Card. Seraph. in dicta Romana Legitimæ, quæ est in eius impress. decis. 1303. ferè per totum.* Quinimmò ibidem habetur quod huiusmodi loca montium posita super vita filiorum, præsumuntur donata, licet secus sit si reseruatio adesset, sed si essent posita super vita vnius ex filiis hęredibus communiter viuentibus, tunc si perirent, periculo communi perirent, *idem Seraph. dicta decis. 1303. n. 3. & 13.*

9 Declara secũdò, quòd communicatio non arguatur ex eo solo,quòd Fratres simul in communi fructus perceperint, nisi etiam alia prędicta concurrant, *vt fuit decisum in dicta Imolen. Cappellaniarum 26. Iunij 1600. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1376. num. 5.* Veluti neque etiam communio prę̨sumenda venit ex communicatione suppellectilium à testatore ordinata: quia ea communem victum non inducunt, *vt ait Rota per Buratt. decisione 467. nu. 4.*

10 Declara tertiò quòd ad hoc vt communicatio prę̨sumatur, debet habitatio insimul facta inter fratres esse longeua, *vt ait Archid. in dicto cons. 302. & ita quoque fuit decisum in dicta Anconitana bonorum 25. Iunij 1601. coram R.P.D. Iusto.* Licet tamen ea sola non sufficiat, immò neque etiam si insimul ad vnam & eandem mensam vixerint quãdo alio nomine, & alia causa id fieri potuerit *vt ait Buratt. in dec. 467. num. 7.*

11 Subdeclara tamen, quòd si socius aliquando non habitasset cum aliis per modicum tempus, non per hoc censetur à tacita societate discessisse, vt benè *ait Rota per Coccinum in dicta dec. 421. n. 5.* Secus autem ex mutatione personarum, siue mutatione vitę veluti vitam rusticalem mutando in ciuilem nec non etiam

In hac pag. 145. col. 2. lin. 46. ante nu. 11. adde hæc verba.

& in casu probatæ communionis inter fratres, nota, quòd vnus potest in re cõmuni, etiam sine mandato alterius agere, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec.* 1433 *n.* 5 Licet id tamen fallat in substãtialibus, veluti in transactione acquisitione, & similibus.
Et ratio est quia trãsactio facta per socios, siue fratres, cũ aliquo, non probat, neque habet effectũ, nisi eum eo, cum quo facta fuit, & sic nisi ab aliis sit ratificata, non valet, *Card. Seraph. dec. 95 per totam allegat. in vna Fulginaten. legati seu centenum 1 una 11. Mart 1596 coram Litta, & Put. dec. 70. lib. 2. vide conclus. 8 num. 5.*

etiam ex mutatione incolatus: quia tunc diuisio præsumenda veniret, *vt fuit decisum à Rota per Burat. in sua decis. 430. num. 1.*

12 Præterea erit notandum, quòd licet societas omnium bonorum illum effectū pariat, quod scilicet tàm damnum, quàm lucrum inter consocios communicetur, *vt ait Rota per dictum Card. Seraph. in decis.* 1303. *num.* 8. Nihilominus id non procedit in iis, quæ ex particulari industria acquiruntur: quia ea ad societatem bonorum omnium nō inferuntur, *Bart. in l. si patruus C. commun. vtriusq. Iudicii, et Rota in dicta Anconitana bonorum coram Iusto.*

13 Extende id parimodo procedere, qñ essemus non in expressa, sed in tacita societate, quę de iure vtroq. mō ex veriori opinione contrahi potest, veluti ex coniecturis quoq. probatur, *vt ait Grat. mox alleg. & Burat. in sua dec. 467. n. 5. & melius Card. Seraph. dicta decis.* 1303. *n.* 6. quia in tacita non veniunt, nisi ea, quæ ex actibus quæstuariis acquiruntur, non autem quæ ex legato, aut hereditate prouenient, vt fieret in expressa in qua etiam orationes communicantur inter socios, *Rota per Coccinum in dicta dec. 421. num 4 vers. neq. obstat.*

14 Sed quando societas præsumatur expressè, siue tacitè contracta, & quando non; Item, quando dicatur finita, & quādo secus, latè tradit *Ioseph. Ludouic. in sua conclus. 53. per totam, & Grat. lib. 4. discept. c. 643. num. 10. cum seqq.* vbi ait etiam quando dos, & aliæ impensæ factę ab vno fratre pro doctoratu, & similibus societati imputentur.

15 Amplia primò principalem conclusionem procedere etiam in acquisitis ab eo qui bona Ecclesię administrauerat: quia ea potius ex illius bonis, quam aliundè acquisita pręsumuntur, & id ad euitandam sinistram eius suspicionem, *veluti fuit decisum in Interamnen. bonorum luna 27. Ian. 1603. coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 87. num. 11.*

16 Amplia secundò eā quoq. procedere in acquisitis ab vxore, quę ad euitandam turpi quęstus pręsumptionem ex bonis mariti acquisita censentur, sed interim sibi acquirit, & in illis molestari nō potest à creditoribus viri, *vt ait Rot. mox allegan. penes Buratt. & veluti fuit decisum in Romana legitimæ 6. Februar. 1612. coram dicto Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 539. num. 17.* Licet huiusmodi pręsumptio cesset in concubina, & in Vidua post annum luctus viuente, *vt ait Mysinger. singul. obseru. decis. 92. num. 1. cum seq.* & ibi docet à quibus id opponi possit. Rursus nota quando illa pręsumptio quoque cessat quando vxor nomine proprio acquirit, & maritus erat pauper, & vxor habebat bona propria siue erat industriosa, & propterea videmus, quod assertio in instrumentis facta, quod scilicet bona ab vxore empta sint de pecuniis redactis ex propriis redditibus, ne dū viro verum etiam creditoribus nocet, si admi nicula, pręsumptiones, & verisimilitudines concurrant, & in omnem euentum licet bona acquisita per vxorem ex bonis viri acquisita pręsumantur. Nihilominus ea ad vxorem spectant, & maritus posset solum agere ad pretium, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decisione 141.*

17 Amplia tertiò procedere in acquisitis per administratorem, siuè turorem, qui si antequam administrauerat erat pauper, & aliundè non habebat, tunc ea ex bonis per eum administratis acquisita pręsumuntur, *vt ait Surd. in sua decisione 15. numero 27. & cæteri DD. mox citandi,* vbi limitant id, non habere locum in bonis, ex quibus potuerit huiusmodi acquisitionem fecisse, & pręsertim quandò erat vir industriosus, *idem Surd. ibi supra numero 2. & 27.*

18 Sub amplia id eò magis procedere si postea dictus administrator tractu alicuius temporis de valde paupere diues efficiatur; quia tunc ea ex bonis pupilli acquisita pręsumuntur, *vt ait Caualcan. de tut. et curat. Select. 223. & consilio 129. Gabr. in conclusione 15. de præsump. Menoch. cons. 207. n. 25 idem Caualcan. decisione 27. n. 35. et dec. 39. num. 42.*

19 Animaduertas tamen, quòd si contingeret de perperam, ac malè acquisitis restitutionem fieri; tunc ea sunt restituenda quibus ablata fuere, quod tamen

tamen secus erit in acquisitis ab hærede post hæreditatis aditionem, quæ restituenda fideicommissario non venirent, *veluti fuit decisum in Romana legatorum Lunæ 21. Ianuarii 1616. coram* R.P.D. *Caualerio, quæ est in recent. decis. 698. n. 8. part. 1.*

20 Declara tamen primò id non procedere in iis, quæ ad hæreditatem spectarēt; quia tunc ea fideicommissario essent restituenda, secus verò in illis bonis, quę extra hæreditatem acquiruntur: quia tunc ea in restitutione non venirent, *iuxta distinctionem Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 19. quam sequitur* Rota *in dicta decis.* 698. *num.* 8.

21 Declara secundò, non procedere in acquisitis à sertio legato restatore viuente, quæ legatario non debentur; nec ei per consequens restituenda veniunt dicto testatore mortuo, *l. quæsitum §. penul. de leg. primo l. quod ferunt de leg. 2. et ita fuit decisum à Rota in Romana fructuum inexactorum Veneris* 18. *Decemb.* 1587. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. decis.* 14. *num.* 3.

22 Nàm habemus regulam illam, quòd facilius amissio fit acquirēdorum, quàm fiat illa iam acquisitorum, & ratio est ea; quia semper facilius impeditur faciendum, quàm quòd factum tollatur; & propterea videmus, quòd Prælatus potest suæ Ecclesiæ in acquirendis, sed non in iam acquisitis præiudicare, & ratio rationis est: quia in iam quæsitis agitur de damno euitando, in acquirendis verò de lucro captando, & ideò non est par. ratio damnum facere, & lucrum amittere, *Magon. in decis. Flor.* 132. *n.* 15. *Nat. cons.* 508 *num.* 26. *lib.* 3. *Ias.* Rip. *Aym. Barb. allegati in Bononien. bonorum de Beroaldis* 21. *Maij* 1599. *coram* R.P.D. *Litta.*

23 Amplia quartò principalem conclusionem procedere etiam in Clerico beneficiato, quando non habeat patrimonium ante adeptum beneficium, neque industriam: quia tunc pręsumitur acquisiuisse de bonis Ecclesiæ; alias secus; sed regulariter Clericus vt negotiari prohibitus, quicquid acquirit ex administratione, nisi habeat de proprio ex bonis administratis acquisiuisse præsumitur, *Decius cons.* 6. *num.* 1. *Roman. cons.* 159. *col.* 4. *n.* 4. *vers. Ego eo verò*, & plenè *in cons.* 346. *num.* 18. *vers.* 2. *idem Abb. cons.* 36. *col. secunda in princ. libro secundo*, qui allegat *textum in l. si defunctus C. de arbitr. tut.* & in proposito nota quòd Clericus pauper ille dicitur, quando illius redditus summam scutorum vigiuti quinque non excedunt, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec.* 173. *num.* 7.

24 Amplia quintò in vxore, vel filia familias: quia (vt superius dictum est) de bonis mariti, siue patris acquisiuisse præsumitur, *vt ait* Rom. *dicto cons.* 159. *num.* 3. *col.* 3. *in princ. versiculo facit*, & melius *in cons.* 346. *num.* 17. secus autem si esset in filio familias artificium, & pauperem patrem habente: quia tunc omne ex artificio acquisitum censetur, *dictus Roman. in dicto cons.* 159.

25 Amplia sextò, idem procedere in concubina: quia de bonis amasii acquisiuisse censetur *Mascard. conclus.* 340. & quę dicatur concubina dicam in verbo adulterium, vbi recurras.

26 Amplia septimò, idem esse in matre vidua, quę administrauerit bona filiorū; quia præsumitur facta diues ex bonis filiorum, nisi de contrario doceat, *vt ait idem Mascard. in conclus.* 212. *& facit dec. Surdi* 15. *num.* 2. & 17.

27 Amplia octauò idem procedere in officiali Reipublicæ, qui ante officium nihil de proprio habebat, qui licet haberet industriam, tamen quia eam exercere, seù negotiari non poterat durante Magistratu: idcircò præsumitur de bonis Reipublicæ diues factus, *vt ait Roman. dicto cons.* 346. *num.* 19. *vers.* 3. *quia*, & *idem cons.* 159. *num.* 5.

28 Amplia nonò in administratore etiam Patre, vel socero: quia si administrar dotem Nurus, vel rem filii liberam, & acquirat pro Nuru, vel pro filio, tunc præsumitur acquisiuisse ex pecunia Nurus, vel filii, cuius administrationem habet, *Roman. consilio* 426. *num.* 5. & *seq. vers. dum autem.*

29 Qod enim extende procedere siue sit pecunia peruenta ad manus ementis ad illum effectum: siuè alias ab eo administretur, *dictus Roman. ibi supra.*

30 Limita primo principalem conclusionem non procedere in cohærede, qui bona

bona omnia administrauit; quia eo casu nō præsumitur de bonis communibus id quod habet acquisiuisse, sed ex illa parte sibi competente;& eò magis quando reddidit rationem cohæredi, *Castr. cons. 397. in fin. versiculo Sub eo vero libro primo*, alias præsumeretur fecisse furtum; quod à præsumptione est alienum.

31 Limita secundò in socio, qui ante societatem proprium patrimonium habebat, qui si post factā societatem cum aliquo acquirat, tunc de suo, & non de communi acquisiuisse præsumitur, *dictus Roman. dicto cons. 346. & cons. 274. Surd. decis. 15. num. 2.*

32 Extende procedere etiam si ille Socius non haberet patrimonium propriū, sed esset industriosus: quia tunc non de administratis, vel socialibus, sed ea ex sua industria acquisiuisse præsumuntur, *Roman. dicto cons. 346. num. 16. & Surd. ibidem num. 20. in dicta decis. 15. et ibi multa ait in hac materia.*

ARGVMENTVM.

ACTA FACTA IN VNO IVDICIO quando probent in alio, etiam inter alias personas. Item quando acta facta in Iudicio ciuili in criminali probent, & è contra.

CONCLVSIO XXX.

1 ACTA Facta in vno Iudicio legitimè, nota, quòd probant etiam inter alias in alio, *Bart. in l. 2. vers. 4. tu aduerte C. de aden. vbi Alex. & ibidem Decius num. 5. & cons. 309. numero 5. Cephal. cons. 215. num. 56. lib. 2. & ita quoque fuit decisum à Rota in vna Perusina bonorum Ven. 2. Dec. 1588.*

2 Et propterea videmus, quòd si essemus in testibus examinatis (verbi gratia) inter Religionem Equitum Hierosolymitanorum, & patrem super filii nobilitate, tunc dicti testes etiam probarent inter eandem Religionem, & filium dicti patris, & ratio istius conclusionis ex pluribus deduci potest, & primò, quia persona patris non est ab illa filii diuersa: secundò, quia testes quando examinantur super statu personæ ius faciunt, nec non etiam quoad omnes probant, *veluti fuit decisum in vna Hispalen. habitus Ven. 21. Martii 1611. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 498. num. 6. & 7.*

3 Animaduertendo præterea, quòd ad hoc vt testes non dicantur examinati inter diuersas personas, sufficit quòd persona non sit omninò alia, *vt ait Alexand. in l. sæpe, num. 69. ff. de re Iud.* & Rota ibi supra numero 8. *coram Greg. XV.*

4 Declara tu tamen id, quod fuit dictum de actis factis in vno Iudicio, quod probent etiam inter alias personas in alio, esse verum, quoad præparationem alterius iudicii, at secus quoad decisionem causæ, *vt ait Capic. decisione 107. numero 3.* Item id procedit quando huiusmodi acta fuissent reproducta, & Iudicium illud fuisset legitimè factum; secus autem si acta non fuerint reproducta, & essemus in Iudicio minus legitimè facto, *vt ait Rota in decis. 445. num. 1. part. 1. diuers.* & ita quoque fuit decisum *in Bononien. de Budriolis 21. Nouem. 1578. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 377. num. 2.* & *in alia Veneta donationis Ven. 30. Ianuarii 1615. coram* R.P.D. *Buratto, quæ est in recent. decisione 639. part. secunda*, vbi extendit id procedere, etiam si ea inter easdem personas facta fuissent: quia in alio iudicio inter eas non probat nisi reproducantur.

5 Contrarium tamen erit dicendum in actis factis in Iudicio criminali, quæ etiam inter easdem personas non probant in ciuili, veluti ad diuersum finem tendentia, *vt ait Text. in l. duobus, §. colonus, ff. de iure iuran. Decius in l. secunda, numero 62. versiculo Et concludit*, C. *de adendo, Verall. decisione 190. numero primo, parte prima Cajar. de Graff. in decisione 90. numero 17. alias prima de exceptione, & ita fuit etiam decisum in vna Romana separationis Thori*

Luna

Lunæ 5. *Martii* 1603. *coram* R.P.D. *Penia*, *& prius in alia Turitana tertiaria lunæ* 20. *Iun.* 1594. *corã Card. Arigonio.*

6 Amplia primò hanc opinionem secundam adeò esse veram, vt propterea si reperiatur processus authenticus informatiuus in causa criminali, tunc in ciuili non probat, *vt ait Rota per Verall. in decisione* 106. *lib.* 1. *in manuscript. & ita fuit resolutum à Rota in alia Mediolanen. fructuum* 20. *Iunii* 1597. *coram* R.P.D. *Orano*, *& in alia Assisien. pecuniaria Ven.* 28. *Ianuarii* 1611. *coram* R.P.D. *Manzanedo*. Licet sit benè verum, quòd si quis confiteretur in vno processu posset postea cõdemnari ad interesse sine alio processu, *vt ait Rota per Cæsarem de Graffis in decis.* 3. *num.* 10. *de solut.* & sic isto casu processus factus in vno Iudicio, probaret etiam in alio inter alias personas, *Specul. de accus. in §. qualiter num.* 25. & *Bald. in l.* 2. *num.* 25. *C. de eden.* & *Rota ibi supra.*

7 Amplia secundò dictam opinionem multo magis procedere in confessione in causa criminali, sed ad instantiam fisci facta, quæ tanquam ad diuersum finem tendes in ciuili non probat, veluti dicam in verbo *Confessio* facta ad alium finem &c. & post alios tradit *Aob. in c. causam quæ num.* 6. *vers. Probationes sunt factæ*, & in verbo *Distinguitur tit. De testibus, Bald. in c. at si Clerici de Iudic. & ita fuit decisum in dicta Bononien. de Budriolis coram Card. Seraphino*, vbi concludit, quòd acta facta coram procuratore fiscali in Iudicio ciuili non probant, idemque *ait Rota in dec.* 445. *n.* 5. *p.* 1. *diuers. & Belam. dec.* 3. *in princ.*

8 Concorda tu tamen, quòd scilicet confessio facta in Iudicio criminali probet etiam in ciuili inter easdem personas, dummodò illa ad diuersum finem (vt diximus) non tendat, & quòd contra confessionem in criminali non fuerit pronunciatum, alias secus, *vt fuit decisum à Rota in Bonon. laudi lun.* 28. *Apr.* 1608. *coram* R.P.D. *Iusto*, *& Cæsar de Graff. dec.* 3. *de solut. & Rota in Pampilonen. decimarũ* 9. *Iun.* 1617 *& in Anconitana terrarum* 20. *Mar.* 1622. *coram Vbaldo.*

9 Sed Declara tamen, quod licet etiam dicta confessio fuisset incidenter facta, & sic eo casu non esset sufficiens ad effectum condemnandi; Nihilominus ea valeret ad fundãdam Iudicis intentionem, & ad probandum illud crimen resultans ex prædicta confessione in alio Iudicio, & tunc dicta confessio fundaret animum confitentis in illis terminis, in quibus adhæret naturæ negotii, *Felin. in c. causamq. il* 1. *n.* 25. *vers. sed respondeo, & ibi per Bald. tit. de testibus, Cæsar de Graff. decis.* 3. *de sol. & ita fuit decisum in Bononien. separationis Thori* Lunæ 11. *Feb.* 1608. *coram* R.P.D. *Penia*, *& in illa Bonon. laudi coram Iusto, & in alia Romana Saluiani Interdicti Lunæ* 15. *Decemb.* 1614. *coram* R. P. D. *Pamph. quæ est in recent. decis* 619. *p.* 2. *n.* 7.

10 Extende præterea eam opionem quoque procedere respectu actorum factorum corã Iudice seculari, quæ per modũ probationis possunt etiã corã Iudice Ecclesiastio produci, *vt ait Bar. in l. omni nouatione C. de Sacros. Eccl. & ibi Castr. idem Bar. & alii in l. quoties, C. de Iudic. Alex. in l. Titia ff. solut. Matrim. & ita dicit Magon. in decis. Florent.* 2. *num.* 37. *licet n.* 38. dicat id non habere locum quando essemus in confessione fictè facta in vno iudicio quæ in alio etiam inter easdem personas non probat; & qñ confessio tacita & ficta dicatur, vide *dec. Greg.* 331. *et prius dec.* 238. *& ibi in addit.*

11 Sed reassumendo dictam secundam opinionem, Amplia quartò, eam quoque procedere in actis factis corã vno notario, quæ etiam corã eodem Iudice causę non probant, quando illa causa per alium notarium tractaretur, quia tunc nisi ea acta reproducantur in officio illius, qui est notarius Causæ non probant: quia habemus regulã, quòd vnus notarius nõ potest se ingerere, ac se intromittere in negotijs alterius sub pœna nullitatis actorum, & agendorum, veluti dicã in verbo *notarius*, &c. *et ita fuit decisum à Rota in Romana census* 4. *Decembris* 1595. *coram Card. Pamphilio, Cacher. decisione prima. & Rota dicta decisione* 445. *parte* 1. *diuers.* reprobata opinione *Abbatis*, *Felini*, *& Guid. papæ*, qui contrarium tenent sub ea ratione, quòd scilicet Iudex possit animum suum informare etiam extra acta, hoc idem quoque voluit *Rota per Chissanen. decisione* 179. reiecta illa opinione

Afflicti, *in decis.* 18. Et propterea videmus etiam, quod ad effectum acquirendi possessionem ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adria. tollen.* non sufficit, vt Iudici exibeatur testamentum; sed in actis produci debet: quia ad id sola scientia Iudicis non est sufficiens, *vt fuit dictum in Romana censua coram Pamph.* Immò tatis productio debet esse realis, & non verbalis cum specificatione Iurium, & termino ad apponen, *vt ait Cassad. decis 6. de appell. & dec. 1. de excep.* idemq. procedit etiam in causis summariis, & vbi manu Regia proceditur, *Mobed. dec.* 204. *& Crescentius dec.* 121.

12 Amplia quintò idem procedere in testibus examinatis in Iudicio possessorio: quia illi in petitorio non probant, *veluti fuit decisum à Rota in Boianen. pensionis luna* 10. *Martii* 1608. *coram Card. Ludouisio postea Gregorio XV. quæ est in eius impres. dec.* 357. *num.* 2. *& Put. dec.* 171. *n.* 1. *lib.* 1.

13 Subamplia, quòd neque illi etiam probent in alio Iudicio possessorio, *vt ait Gabr. cons.* 40. *nu.* 44. *lib.* 2. *Put. d. decis.* 171. *lib.* 1. *Mil. in repert. in verbo Testes producti in possessorio, Caputaq. in decis.* 129. *lib.* 2. *in manuscript. & ita fuit decisum in Pampilonen. Tributi* 11. *Decembris* 1591. *coram R.P.D. Penia. Sed in Bononien. pensionis* 10. *Decembris* 1608. *coram Gregor.* docetur quando testes examinati in possessorio probent etiam in petitorio, & ibi aliæ decisiones allegantur, quas per te videre poteris.

14 Licet id tamen duobus modis nō procedat, & primò, qñ testes plenariè fuerūt examinati super tota Causa, *vt ait Rota dec.* 162. *sub nu.* 5. *&* 6. *par.* 4. *in nouis, & in decis. Papa Ludouisii* 535. *num.* 13. quia tunc examinati in possessorio summario probarent etiam in plenario, *Rota dicta decis.* 535. *num.* 14.

15 Secundò, non procedit opinio prædicta, veluti si essemus in actis factis in Iudicio summario, interuenientibus tamē illis tribus, & Primò, quòd idē petatur; secūdò, quòd sit eadem causa; tertiò, quòd sit eadem personarum conditio, quia tunc acta in Iudicio summario probarent etiam in ordinario, vt pulchrè declarat *Dec. cons.* 96. *incip. Viso puncto, viden. est etiam Alex. in cons.* 106. *circa finem vol.* 3. *& Vrsil. ad Afflict. in decis.* 326. *& Cæsar. de Graff. in sua decisione* 3. *de solut.* vbi indefinitè ait confessionem in Indicto summario factam probare quoque in plenario.

16 Amplia secūdò, idem pari modo procedere quādo testes essēt examinati pro in informatione Curiæ, & sic parte non citata: quia tunc non probant, neque in Iudicio criminali, neque in ciuili, licèt regulariter testes examinati in causa criminali probent etiam in ciuili, qñ tamē agitur de eadem re, & inter easdem personas, veluti dixi superius *sub num.* 8. *ex mente Rotæ, & ita quoque ait Caputaq. decis.* 209. *num.* 9. *part.* 2. *Mantic. dec.* 102. *num.* 1. *& decisione* 338. *numero* 3. *& Cardinali Caualer. decisione* 366. *num.* 6.

17 Amplia septimò, quòd neque testes examinati per viam exceptionis probant in alio Iudicio per viam actionis, & ratio ea est: quia qñ quis excipit, tunc repellere intendit, sed si agat tunc ille consequi intendit, & sic cum ea fines diuersos respiciant, idcircò eundem effectum operari non possunt, vt pulchrè ait *Rota per Put. decisione* 64. *lib.* 1.

ARGVMENTVM.

ACTA QVAE, ET QVANDO sint transportanda, & de effectibus non transportationis eorum.

CONCLVSIO XXXI.

1 ACTA, nota quòd vigore *Concilii Tridentini in sess.* 23. *cap.* 20. §. *præterea si quis* nec non etiam ex dispositione Iuris sunt transportan ad Iudicem appellationis, alias sententia non visis actis probatoriis, tanquam sine causæ cognitione lata, esset iniusta, *vt est text. in l.* 2. *C. de aden. vbi Bald. num.* 6. *Felin. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ num.* 17. *de constitutionibus, et ita fuit decisum in vna Maioricen. officii pœnitentiariæ* 14. *et* 18. *Februarii* 1591. *coram* R.P.D.

Gipsio

Gipsio, et in alia Farfen. bonorum 7. Maii 1607. coram R. P. D. Penia, & in alia Albanen. beneficiorum Lun. 9. Aprilis 1612. coram Pirouano, quæ est decis. 356. num. 1. inter crim. Farinac. Immò nec talis nullitas excusari posset præsumptione boni Iuris; cum parte opponente Iudex de illa prius cognoscere debeat, Put. decis. 72. lib. 3. & ita sæpè censuit Rota, & præsertim in vna Patauina decimarum 4. Iulii 1576. coram R. P. D. de Graffis & in Vesulana Spolii 5. Maii 1586. coram Card. Platto, & in alia Veneta illegitimitatis 16. Feb. 1597. coram R. P. D. Penia.

2 Amplia primò, huiusmodi conclusionem adeò esse veram, vt propterea huiusmodi actorum transportatio sit necessaria, etiam ad effectum vt suspenso petitorio procedatur impossessorio, veluti fuit decisum in Licien. Abbatiæ Veneris 19 Decembris 1593. coram Cardinali Pamphilio, quæ est inter impress. Farinac. crim. decisione 77. numero 1.

3 Amplia secundò, procedere etiam, quòd causa sit commissa cum clausula, summariè, & quantum sufficere videbitur, veluti fuit decisum in Bononien. de Herculanis 5. Iunii 1594. coram Card. Platto.

4 Amplia tertiò, procedere etiam si ageretur pro vt in prima Instantia, veluti fuit decisum in dicta Licien. Abbatiæ, & in alia Verdunen. repetitionis fructuum, luna 20. Ianuarii 1597. coram R. P. D. Penia, et in alia Cremonen. pensionis 24. Martii 1608. coram Ortembergo, & in Cæsaraugustana Canonicatus, de Menaz 12. Decemb. 1603. coram Cardin. Lancellot. et Gratian. discept. forens. cap. 121. n. 24. et 25. et Rota in alia Romana de Cineiis Ven. 3. Iunii 1607. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec. 320. num. 2.

5 Limita tamen hanc tertiam ampliationem non procedere, veluti si fuisset de nouo inchoatum iudicium, & processum, pro vt in prima: quia tunc actorum transportatio non esset necessaria, & eo casu quælibet pars posset illis actis tanquam iuribus vti, veluti fuit decisum à Rota in Romana Vinea 5. Iun. 1610. coram Card. Caualerio, & in alia Imolen. bonorum 21. Iunii 1619. coram R. P. D. Buratto, & est etiam decisio 348. inter Crim. Farinac. num. 6. Secus autem si per viam appellationis causa deuoluta fuisset: quia tunc actorum transportatio esset necessaria iuxta distinctionem illam, quam tradit Rota in dicta Romana Vinea coram Card. Caualerio.

6 Subamplia dictam tertiam ampliationem pari modo procedere, veluti si in commissione duæ partes adessent, quarum vna respiceret restitutionem in integrum pro vt de Iure, Altera verò vna cum toto negotio principali: quia tunc Iudex appellationis etiam si pronunciaret pro vt in prima Instantia; nihilominus acta trāsportari debent: quia facultas procedendi pro vt prima; intelligitur actis transportatis, si quæ sint, veluti fuit decisum à Rota in vna Calaguritana Iuris votandi 28. Maii 1586. coram Card. Blanchetto, et in alia Romana deuolutionis bonorum 16. Iunii 1604. coram R. P. D. Ortembergo.

7 Quod enim extende multò magis procedere quando Iudex non processisset simpliciter pro vt in prima; sed si (verbi gratia) fecerit quoque mētionem instantiæ de partibus, & pronunciasset pro vt in prima: seù alia veriori instantia, veluti fuit decisum à Rota in dicta Farfen. bonorum 16. Iunii coram R. P. D. Penia.

8 Amplia quartò, principalem conclusionem procedere, etiam si per partem aduersam fuisset declaratum de non vēdo decreto à quo fuerit appellatum, sed de procedendo pro vt in prima vigore clausulæ (quam, & quas) ita Sarnen. de reformatione quæ. l. 34. num. 4. Aecbil. decis. 4. de rescript. & ratio est: quia illa clausula non operatur ante transportationem actorum, sed benè postea illis trāsportatis poterit procedi provt in prima Instantia, veluti fuit dictum in d. Calaguritana Iuris votandi 28. Maii 1586. coram Card. Blanchetto, & in alia Placentina compensationis vsurarum 15. Iunii 1582. coram R. P. D. de Rubeis, & prius in alia Placentina Campanarum 28. Ianuarii 1580. coram Card. Blanchetto, & in Braccharen. Parochialis 8. Mar. 1602. corā R. P. D. Iusto, & in Romana deuolutionis bonorum 16. Iunii 1604.

1604. *coram* R.P.D. *Ortembergo*, & *in alia Anconitana* Pecuniaria *Ven.* 13. Febr. 1609. *corā* Car. *Sacrato, quæ est inter crimin.* Farinacc. *dec.* 268. *num.* 5.

9 Et quod signatura intellexerit clausulam, illam (quam, & quas) non operari, nisi transportato processu in causis appellationum, vel ab eis dependentium, *fuit dictum à Rota in alia Valentina Parrochialis* 13. Ianuarii 1580. *coram Card. Blanchetto.*

10 Amplia quintò, procedere etiam si quis vellet alium iudicium prosequi: quia non potest: tunc statui, an sit idem iudicium, vel diuersum, nisi prius visis actis, *vt fuit dictum in illa Placentina Campanarum coram Card. Blanchetto. & in illa Romana deuolutionis bonorum coram Ortembergo.*

11 Amplia sextò, quòd huiusmodi actorum transportatio sit necessaria, etiam si essemus in simplici possessorio manutentionis, in quo summariè procedi solet, *vt fuit decisum in vna Casalen. beneficii coram Corduba, relata in alia Licien. beneficii* 19. *Decemb.* 1593. *coram Card. Blanchetto.*

12 Et ratio est quia licet factum sit summarissimum; nihilominus actorum transportatio est pari modo necessaria, *vt ait Gratian. lib.* 1. *disceptat. cap.* 121. *num.* 34. *& Rota in dicta Licien. benefi. cii coram Card. Blanchetto.*

13 Amplia septimò, etiam procedere in causa spolij, nec non in alijs possessorijs, & etiam suspenso petitorio, vt alias dictum fuit superius, & *veluti ait Vant. de nullit. quot à quibus, nu.* 127. *& ita quoque fuit dictum in vna Maioricen. officii* 21. *Iun.* 1591. *coram Card. Blanchetto, quæ est decis.* 55. *num.* 1. *inter crimin. Farin.*

14 Amplia octauò, procedere etiam si acta essent irreleuantia: quia nihilominus illorum transportatio est necessaria, *veluti fuit dictum in illa Maioricen. officii coram Card. Blanchetto.*

15 Et ratio istius ampliationis ea est: quia cum transportatio sit à lege inducta, igitur quis per irreleuantiam excusari non potest, *vt ait Rota ibi supra coram Card. Blancetto.*

16 Contrarium fuit decisum in *Albanen. beneficiorum* 4. *Nouembris* 1609. *coram Card. Lancellotto, & in alia Placentina de Malpartida* 4. *Martii* 1611. *coram Gregorio XV. veluti refert ita fuisse decisum Rota in decis.* 564. *par.* 2. *in recent.* Subdens ibidem, quòd æquitati nō videtur consonum, quod lex, quæ iubet actorum transportationem voluerit intelligere de superfluis, quæ in iure non tollerantur; sed ea semper sunt resecanda, veluti quoque id firmat *Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 968. *num.* 10.

17 Amplia nonò, procedere etiam si essemus in prima instantia, quando tamen impugnatur sententia in alio tribunali lata, *vt fuit decisum in vna Zerolanen. repetitionis fructuum* 25. *Iun.* 1597. *coram Decano, & in alia Bracharen. Parochialis de Momera* 8. *Mart.* 1602. *coram* R. P. D. *Iusto, et in alia Romana secretariatus coram Card. Seraph. et in alia Romana de Cinciis ven.* 1. *Iunii* 1607. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 310. *num.* 1. *et seq.*

18 Amplia decimò, procedere etiam quoad acta criminalia, quorum transportario etiam in iudicio ciuili est necessaria, quod tamen procedit quatenus ad causam faciant, & non alias, *veluti fuit decisum in illa Romana de Cinciis coram Gregorio.* & id quoque procedit *in Rota vt dixi in concl.* 168. *n.* 30.

19 Amplia Vndecimò, quòd actorum transportatio sit necessaria, tàm quando causa agitur coram Episcopis, quàm etiam coram quocunque alio Iudice, *veluti fuit decisum in Maioricen. officii pœnitentiariæ Ven.* 21. *Iun.* 1591. *coram Card. Blanchetto, quæ est inter crim. Farinac. dec.* 56. *num.* 2.

20 Amplia duodecimò, quòd illorum transportatio sit necessaria non solum coram Iudice appellationis; verum etiam coram quocunque alio Iudice, cui fuerit causa commissa ab alio Iudice auocata, *veluti fuit decisum in vna Anconitana pecuniaria Ven.* 13. *Februar.* 1609. *coram Card. Sacrato.*

21 Sed hic tamen erit notandum id, quod pulchrè animaduertit *Gratian. lib.* 5. *disceptat. cap.* 968. *num.* 8. vbi ait ea acta esse solum transportanda, de quorū productione constat coram Iudice à quo, non obstante quòd vna causa habeat cōsequentiam ab alia alteri commissa, *vt*

ait

ait Rota in Burgi sancti Sepulchri bonorum 2. Nouembris 1594. coram R.P.D. *Penia, quæ est in impress. post consil.* Farinacc. *in 2. lib. decis.* 88. & id procedit iuxta declarationem sacri Concilij Tridentini, de qua habetur per *Rotam in Bononien. bonorum emphyteuticorum 24. Ianuarii* 1600. *coram* R.P.D. Penia, *quæ est apud* Farinac. *ibidem decis.* 143. *num.* 1. *et seqq.* & aliæ decisiones ad id allegantur inferius, vers. *Limita tertio. idem Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 121. *num.* 16. & 17. vbi exemplificando ait, quòd id est sicut iudicium euictionis cum causa principali in qua fuit facta euictio, *et Rota decis.* 445. *par.* 1. *diuers.*

22 Amplia decimotertiò, quòd ea omnia acta sint transportanda, quæ sunt necessaria ad detegendã iustitiã, vel iniustitiã sententiæ, *veluti fuit decisum in dict. Romana de Cinciis coram Ludouisio, quæ est in impress. dec.* 320. *num.* 1. & *Gratian. vbi supra num.* 10. & *Rota decis.* 561. *par.* 1. *in recent.*

23 Amplia decimoquartò, quòd ista actorum transportatio sit necessaria etiam quoad ea acta facta coram arbitris, à quibus postea fuit appellatum, *veluti fuit decisum in vna Maceraten. executionis rei iudicatæ, Ven.* 16. *Mart.* 1607. *corã Card. Ludouisio, postea Gregor. XV. decis.* 300. *num.* 2. *in eius impress.*

24 Licet secus esset si fieret actorum transportatio corã vno arbitro tantum: quia tũc esset nulla, nisi fieret corã omnibus: licet sit benè verum, quòd talis actus productionis posset conualidari si pariter fieret coram alijs parte præsente; at secus quando ea absente, & non citata, *vt fuit decisum in Romana Tutelæ de Fabiis 24. Maii* 1585. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 697. *num.* 7. vbi animaduertit etiam, quòd productio actorum coram arbitris ante acceptatum compromissum est nulla ex defectu iurisdictionis in eis nondũ ortæ.

25 Amplia decimoquintò, procedere etiam quando essemus in fideiussore, qui si velit vti actis contra principalem factis in causa separata, ea sumptibus proprijs transportare tenetur. *Rota per Coccinum in sua decisione 1. quæ fuit in Romana depositi 5. Iun.* 1600.

26 Amplia decimosextò, quòd actorum transportatio est ẽt necessaria ex natura ipsius negotij quando aliquid firmari non potest, nisi visis dictis actis: quod procedit etiam si in causa appellationis non versemur, *veluti fuit decisum in Placentina castri, Mercur. 4. Iun.* 1601. *coram Card. Mellino, quæ est apud Statil. decis.* 92. *num.* 10.

27 Amplia decimoseptimò conclusionẽ in tantum esse verã, quòd dictis actis nõ transportatis, nec visis sententia de iure ciuili non valet, etiam circumscripta sacri Concilij Tridentini dispositione, *veluti fuit decisum in Anconitana pecuniaria Ven. 13. Febr.* 1609. *coram Cardinali Sacrato.*

28 Amplia decimooctauò, quòd in casu non integræ actorum transportationis Iudex ad quem iurisdictionis exercitium non habet, nec minus causa ad eum deuoluitur, & id maximè procedit opponente parte, *vt fuit decisum in Bertinorien. bonorum 15. Aprilis, & 4. Maii* 1598. *coram* R.P.D. Penia.

29 Quod enim subamplia procedere etiã si summariè agatur, & quamuis in commissione adesset illa clausula (quam, & quas) & altera, (constito de præmissis, quantum sufficere videbitur) necnon etiam si fuerit datum summarium testiũ: quia, vt superius iam diximus, post Cõcilium, Rota, & Signatura intellexerũt, vt illa clausula (quam, & quas) non operetur nisi toto processu transportato in causis appellationum, aut dependentibus ab eis, nec refert an sit idem iudicium, vel diuersum, nisi viso dicto processu, vel signatura adeatur, quæ mandet, vt procedatur prout in prima; Item huic nõ suffragaretur, quod quis nollet vti dicto processu, aut intẽderet prosequi nouum iudicium, vt in istis terminis fuit decisum in *Valentina parochialis 13. Ianuar.* 1580. *coram Card. Blanchetto, et Gratian. lib. 1. discept. cap.* 121. *num.* 25. *et fuit dictum in Tudertina spolii* 17. *Mart.* 1586. *coram Card.* Blanchetto, *et in* Bononien. *de Herculanis 5. Iun.* 1589. *in Cortonen. bonorum de Sorbello 28. Iun. eiusdem anni coram eodem, et in Maioricen. officii pænitentiariæ canonicatus 4. et 18. Februar.* 1591. *coram* R.P.D. *Gipsio, et in eadem 21. Iun.* 1591. *coram Card. Blanchetto, et in Fauentina fidei-*

com-

commissi 5. Iun. 1589. coram R. P. D. Coccino, quæ enim decisiones sunt penes Farinac. post secundum lib. consiliorum, quas per te videre poteris.

30 Limita tamen primò conclusionem principalem non habere locum, quando sumus in causa profana ad Iudicem laicum spectante: quia tunc Concilium Tridentinum non habet locum, veluti sæpè interpretes illius declararunt, quod etiam sensit *Rota veluti colligitur ex illa Farsen. bonorum coram Penia, & ita quoque fuit decisum in* Romana *domorum Ven. 16. Iun. 1611. coram Card. Ludouisio, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 335. num. 6. & 7. & in eius impress. dec. 508. & Rota dec. 561. num. 22. par. 1. recent. & decis. 268. num. 3. inter crim. Farinac. & decis. 121. num. 3. penes Statil. Pacif. & fuit decisum in Imolen. affictus coram R. P. D. Penia, penes Marchesanum de commiss. tom. 2. fol. 539. & in Bononien. de Capacellis Mercur. 18. Maii 1616. coram R. P. D. Andreo.*

31 Extende huiusmodi limitationẽ procedere etiam si ageretur de causa profana coram Iudice Ecclesiastico: quia nihilominus transportatio actorum non est necessaria, *vt ait Rota dicta decis. 121 num. 3. & in dicta* Imolen. *affictus* & ideò nota, quòd licet *Rota in decisione 107 p. 4. in nouiss.* dixerit, quòd S. Concilium requirens transportationem actorum habet locum coram quocunque Iudice: tamen est intelligendum de iudice Ecclesiastico, non autem seculari, veluti testatur addens ad *decis. Ludouis. 508. num. 16.*

32 Quæ quidem extensio procedit: siue in prima, siue in secunda instantia versemur, veluti Congregatio Cardinalium Concilij decreuit, *vt fuit dictum in dicta Imolen. affictus 30. Aprilis 1604. coram* Decano, *& in alia* Romana *lignorum 13. Iun. 1607. coram Card. Sacrato, & in alia Romana apothecarum, Vener. 8. Febr. 1608. & Veu 2. Iun. 1609. coram R. P. D. Caualerio.*

33 Contrarium prædictę limitationi videtur sentire *Rota in dicta Farsen. bonorum coram* Penia *in principio allegata*, ex qua colligitur, quòd etiam in causis profanis acta sunt transportanda, subdens, quod alias sententia nõ visis actis probatorijs esset nulla, & tanquam sine causę cognitione lata diceretur inualida, & iniusta. *& idem quoque fuit decisum in alia Bononien. de Herculanis 5. Iun. 1589. coram Card. Platto, quæ est inter crim. Farinac. dec. 38. num. 1.* & veluti dixi supra in Ampliatione vndecima *sub nu. 19.* vbi habetur, quòd ne dnm actorum transportatio est necessaria non solum in causis coram Episcopis; sed etiã coram quocunque alio iudice.

34 Declara tamen, quòd quando Congregatio Concilij ait, quòd omnia acta sint transportanda, etiam in profanis, illud decretum loquitur de profanis ad fauorem ecclesiasticum spectantibus, & non alias, quòd enim concordat cum eo quod ait dictus addens ad illam decisionem 508. Ludouisij, *& ita fuit decisum in d.* Romana *apothecarum coram Caualerio.*

35 Subdeclara tamen, quòd Causa potest etiam dici Ecclesiastica si non respectu personarum litigantium: saltem respectu bonorum, nempè quia ea essent Ecclesiastica respectu dominij ad Ecclesiam spectantis, *veluti fuit decisum in dicta Farsen. bonorum coram Penia.*

36 Limita secundò illam principalem cõclusionem non procedere quando iudicium, & causæ essent diuersæ; quia tunc nec ex dispositione iuris, neque Concilij Tridentini est necessaria actorũ transportatio, vt superius dictum est, & veluti fuit decisum in vna *Oscen. indulti 27. Nouembris 1598. coram R. P. D. Orano, et in alia Albanen. successionis lunæ 20. Maii 1602. coram Greg. XV. quæ est in eius impresi, decis. 15. Rota inter crimin. Farinacc. dec. 188. num. 1. et prius decis. 143. num. 4. et ibidem in decis. 178.* vbi docetur quando causæ sunt diuersæ, & fuit etiam decisum in *Toletana pensionis 22. Maii 1592. coram Card. Seraphi quæ est in eius impresi dec. 987.*

37 Amplia huiusmodi limitationem procedere etiam quando acta vnius iudicij valde ad aliam causam conferrent, & vna causa ab altera dependeret; quia ob id non sequitur, quòd sint de actis illius causæ, veluti fuit decisum in *Romana depositi 5. Iun. 1600. coram Coccino Decano, et Rota in dec. 11. et dec. 884. par. 4. in recent. Grat. lib. 1. disceptat. cap. 121. num.*

num. 16. *& 17. & ita fuit decisum in vna Romana Saluiani* 11. *Mart.* 1613. *coram Card. Sacrato, et in dicta Albanen. successionis coram Papa Ludouisio.*

38 Limita tertiò dictam conclusionem non procedere quoad ea acta, quæ coram vltimo iudice actitata fuere, & quæ apud ipsum reperiebãtur producta: quia tali casu quando partes erunt coram tertio iudice, tunc sufficiet solum transportatio omnium actorum coram secundo iudice transportatorum, nec cætera acta erũt trasportanda, ẽt si fecissent ad causam, veluti fuit decisum *in Albanen. bonorum lunæ 9. Aprilis* 1612. *coram R. P. D. Pirouano, quæ est inter crimin. Farin. dec.* 356. *num.* 2. quod tamen declara, vt ibi sub *num.* 3. *& seqq.* vbi recurras, & prius fuit decisum in *Vratislauien. matrimonii Ven.* 6. *Februar.* 1609. *coram R. P. D. Caualerio, & in Auximana tutelæ, & Bononien. bonorum, allegata in d. dec.* 356. *num.* 2.

39 Quod enim extende procedere non obstante quod essemus in concursu plurium causarum, & vna haberet consequentiam ab altera, vt superius dixi in vers. *Sed hic tamen sub num.* 21.

40 Limita quartò, quòd transportatio actorum non sit necessaria quando sententia sine illis iustificari potest, veluti fuit decisum in vna Romana *de primis Lunæ* 27. *Ian.* 1614. *coram Card. Sacrato, quæ est in recent. decis.* 561. *num.* 12. *par.* 1. *& in alia Romana, domorum Ven.* 10. *Iun.* 1611. *coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impressi. dec.* 508.

41 Secus verò quando vellet dari de notoria iniustitia sententiæ: quia tunc de ea dari non potest, nisi id ex ipsis actis iam transportatis appareat, *dicta decis.* 508. *num.* 10. *per Ludouis.*

42 Limita quintò, quòd non sit necessaria transportatio illorum actorum, quæ verbaliter tantum producta fuere, & sic parte non citata: quia sine citatione ea non de actis, sed extra mundum extare dicuntur, veluti fuit decisum in *Carpentoraten. fideicommissi* 15. *Ian.* 1608. *coram Card. Lancellotto et in Placentina deuolutionis* 10. *Maii* 1602. *coram* R. P. D. *Penia*, & ibi aliæ duæ decisiones ad id allegantur, & in *Perusina de Ciccarellis* 22. *Iun.* 1588. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impressi. decis.* 32. *num.* 8. *& in Abulen. Cappellaniæ* 29. *Ian.* 1603. *coram Card. Mellino, & veluti testatur dicta decisio* 561. *num.* 10. *&* 11. *part.* 1. *in recent.* Secus autem si in productione verbali adesset illa clausula (tenoris &c.) quia tunc talis productio ob eam clausulam vim veræ productionis habet, *vt fuit dictum in Ferrarien. bonor.* 9. *Maii* 1594. *coram Card. Blanchetto.*

43 Extende etiam quod acta reproducta parte non legitimè citata annullant processum, veluti etiam quando non constat, quod ea fuerint transportata, vel quando sumus in diuersa causa coram eodem; alias secus. *veluti fuit decisum in Toletana Primitiar.* 27. *Februarii* 1581. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 502. *num.* 1. *&* Rota *decis.* 688. *p.* 1. *diuers.* & *Mantic. d. dec.* 32. *n.* 9.

44 Sed hic notandum est, quod in simplici transportatione actorum per Notarium de vno officio ad aliud fienda non est necessaria citatio, *vt ait* Rota *in vna Casenatẽ. de Carciaguerra* 15. *Ianuarii* 1599. *coram R. P. D. Litta, & in alia Tiburtina Prædii* 24. *Ianuarii* 1603. *coram* R. P. *D. Ortembergo.*

45 Sed est benè verum, quòd facta transportatione ad hoc vt iura dicãtur postea realiter, & non verbaliter producta est necessaria partis citatio ad dicendũ contra, & quod fuerit dimissa copia in actis, siuè originale, *veluti considerauit* Rota *in Placentina Deuolutionis* 11. *Maii* 1602. *corã Penia, vbi plures cumulantur decisiones, quæ decis. est apud Marches. de commiss. par.* 3. *fol.* 157. *& decis.* 1. *num.* 3. *de fid. Instrumentor. in nouis, & Cæsar. de Grass. decis.* 9. *aliàs* 37. *de Caus. possess. & propriet.*

46 Fallit tamen si fuisset perseueratum in eisdem actis, & deindè pars fuisset citata, acta in Iudicio repetendo: quia tũc ea de actis absq; alia transportatione dicerentur, *vt ait idem Cæsar de Graff. dec.* 16. *num.* 5. *de probat. & Gratian. lib.* 1. *discept. c.* 121. *num.* 3.

47 Limita sextò dictam transportationem non esse necessariam quando non tractatur de iustitia, seu iniustitia sententiæ: sed solum de probando facto, quod scilicet inter partes fuerit agitatum Iudicium. Et propterea hinc fit, quod statuta

Vrbis

Vrbis requirẽs transportationem actorũ recipit interpretationem à Iure communi, ita vt habeat locum solum in actis ad causam pertinentibus, & non alias, *veluti fuit decisum à Rota in Romana domorum Veneris 10. Iunii 1611. coram Card. Ludouisio postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 108. num. 12. & ibi per adden. ad eam.*

48 Limita septimò, quòd quando transportatio non est facta illorum actorum quæ non impugnant iustitiam sententiæ, tunc, & eo casu non reddit illa omissio processum nullum, *veluti fuit decisum in Romana lignorum luna 22. Iunii 1503. coram Card. Sacrato, quæ est inter crim. Farinac. decis. 200. num. 1.* licet contrarium dicat *in num. 2.* ea ratione: quia non fuerit seruata forma Concilij & præsertim id haberet locum si huiusmodi acta irreleuantia fuissent postea ex abundanti transportata, *Achil. de Grass. decis. 7. de sent. & re iudic.* & *Rota in Leodien. dominii 3. Iul. 1623. coram Reuerendiss. Coccino Decano, & in Romana vsufructus 17. Mart. 1628. coram R. P. D. Pirouano, & in Romana Societatis officii scutorum mille luna 19. Iun. 1628. coram eodem Pirouano.*

49 Limita octauò, quòd omissio transportationis actorum non vitiat processum quando id culpa partis procedit, veluti fuit decisum in dicta *Romana lignorum coram Sacrato*, & tunc potest procedi prout in prima, veluti fuit decisum in *Asloricen. prioratus 18. Dec. 1598. corã Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1305. num. 3.* Et tunc quando acta non transportantur ex culpa colligantis, veluti id in dubio præsumendum venit, tũc est procedendum in causa proui in prima instantia, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dec. 335. num. 5. & in Abulen. parochialis 14. Aprilis 1614. coram Cardinali Sacrato, & in alia Toletana beneficii 16. Martii 1610. coram Pirouano.*

50 Limita nonò, quòd transportatio actorum non est necessaria, nec illius omissio impedire debet remissoriam quando in prima instantia causa (verbi gratia) fuit introducta in Rota; secus verò si per auocationem ab alio iudice fuerit introducta, veluti fuit decisum in *Bononien. Capellaniæ luna 24. Ianuar. 1611. coram eodem Pirouano.*

51 Limita decimò, quòd omissio actorũ transportandorum sententiam non vitiat, quando transportationis tempore huiusmodi acta non reperiebantur, veluti fuit decisum in *Hispalen. habitus Veneris 1. Iul. 1611. coram R. P. D. Pamphilio.*

52 Sed hic obiter nota, quòd si forsan acta illa fuerunt omissa, tunc non potest constare (vt mox dicam) de notoria iniustitia, veluti fuit decisum in *Salamantina iurisdictionis 1. Iul. 1577. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 344. num. 2. & dec. 684. nu. 2. lib. 3. diuers.*

53 Quo verò ad probandam actorum deperditionem, nota quòd non defertur iuramentum, vt dicam in verbo *Amissio*, & ita fuit decisum coram eodem *Seraphino in Perusina executionis 26. Ianuar. 1582. quæ est in eius impress. decis. 554. num. 2.*

54 Sed est benè verum, quòd amissione aliquorum actorum probata, tunc ea, quæ deficiunt de amissis esse censentur, *vt ait Rota in decisione 611. num. 4. p. 1. in recent.*

55 Limita vndecimò quòd omissio transportationis actorum non vitiat sententiam, quando acta non fuerunt transportatã ab vna parte negligente, & altera sua acta trãsportauerit: quia tunc iudex super productis pronunciare poterit, veluti fuit decisum in *Maioricen. Canonicatus Luna quarta, & decima octaua Februarii 1591. coram Cardinali Blanchetto.*

56 Declara tamen id procedere, quando à iudice à quo, ad iudicem ad quem acta erant transportanda, at secus quando vna partium eidemmet iudici non exhibet aliqua acta de mandato ipsius coram subdelegato facta, vt ait *Rota ibi supra, quæ est inter criminal. Farinac. dec. 54. num. 3.*

57 Extende prædictam limitationem adeò valere, vt propterea si vna pars tantum acta produxerit, & non altera, desertio causæ euitetur, cum ex hoc causa satis iustificata censeatur, licet etiam adesset statutum, quod vtrique parti imponeret terminum ad iustificandum. Vndè si (verbi gratia) appellans fecerit id,

quod

quod appellatus facere debebat, & sic ille in productione actorum fuerit præuentus; quia tunc excusatur, & potest in iuribus ab altera parte productis se fundare. *Grat. lib. 1. discept. c. 121. n. 38. & seq. Surd. dec. 143. et 327. et idem Grat. dec. 8. et ibi in additionib.*

58 Limita duodecimò, quòd actorum transportatio non sit necessaria quando ea gesta fuerunt coram iudice incompetenti, veluti fuit decisum in vna *Veneta illegitimitatis Ven. 2. Maii 1597. coram* R.P.D. Penia, *quæ est inter criminal. Farinac. dec. 116. n. 2.*

59 Limita decimotertiò, quòd dicta actorum transportatio non sit necessaria, quando notarius primæ instantiæ est etiam notarius secundæ, veluti fuit decisum à *Rota in vna Oriolen. beneficiorum 12. Ianuar. 1596. coram* R.P.D. *Litta, & Grat. lib. 1. discept. cap. 121. nu. 31.*

60 Limita decimoquartò, quòd acta coram Iudice subrogato in statu, & terminis in prima instantia non est necesse producere, veluti fuit dictum in *Auximana bonorum luna 19. Ianuar. 1604. coram Coccino Decano, quæ est in eius impres. dec. 150. num. 2.* Et ratio est: quia Iudex subrogatus facit idem Tribunal cum eo, in cuius locum fuit subrogatus, *vt ait Rota ibi supra in d. dec. 150. nu. 2. & seqq.*

61 Limita decimoquintò, non procedere in actis ad partes positis, quæ cum non probent, nec ob id ea sunt transportanda, veluti fuit decisum in *Cæsaraugustana pensionis 20 Decembris 1591. coram Card. Pamphilio.*

62 Limita decimosextò, quòd actorum transportatio non sit necessaria pro iustificanda sententia lata in causa hæresis, pro qua semper est præsumendum, etiam processu non producto. Et ratio est: quia per inquisitores non datur illius copia in hoc crimine, vt ait *Cassadorus decisione 1. num. 1. de præsumpt. Caputaquen. decis. 134. par. 3.* & *Grat. lib. 1. discept. c. 121. nu. 4.*

63 Limita decimoseptimò, quòd nec etiam erit necessaria actorum transportatio in sententia confirmata à Papa per clausulam, sublata facultate alias iudicandi, per quam audientia denegatur, *Parisi. cons. 38. n. 3. lib. 4. & Grat. ibid. n. 5.*

64 Limita 18. idē procedere in productione actorum verbaliter facta; licet secus tamen esset si in dicta productione adesset clausula (Tenoris, &c.) quæ vim veræ productionis habet, vt fuit decisum in *Ferrarien. bonorum 9. Maii 1594. coram Card. Blanchetto.*

65 Modo hic erit notandum, quòd quā trāsportatio actorum est facta, tūc illa integra præsumitur, nisi contrariū probetur: Et propterea allegantiū eam non esse integram, incumbit onus probandi, vt ait *Aym. de antiq. temp. par. 2. num. 54. Menoch. consil. 1. num. 25.* & fuit decisum in vna *Senogallien. Scuti 4. Maii 1577. coram Cotta, & in Parmen. Status 24. Aprilis 1575. coram Cardinali Seraphino, & in alia Perusina Cappellaniæ 17. Iunii 1596. coram* R.P.D. *Litta, & in alia Mediolanen. bonorum emphyteuticorum lunæ 10. Iunii 1602. coram Card. Ludouisio, postea Gregorio XV. quæ est in eius impresf. decis. 59. & est decisio inter crimin. Farinacc. 118. num. 1. & decis. 143. num. 1. & decis. 144. num. 1. & Rota decis. 107. num. 23. par. 1. in recent.* & latè fuit deductum in *Algaren. dismembrationis 4. Dec. 1617. corā Remboldo.*

66 Extende primò, quòd etiam dicatur integra transportatio actorum, etiam si non fuissent transportata instrumenta, vbi adest stylus producendi iura verbaliā absque eorum dimissione reali in actis, vt fuit decisum in illa *Mediolanen. bonorum coram Papa Ludouisio: et Rota in dec. 561. n. 10. par. 1. in recent.* vbi aliæ decisiones referuntur, & de stylo Mediolani in hoc attestatur Rota in *Mediolanen. Decimarum 17. Maii 1616. coram Reuerendiss. Coccino.*

67 Extende 2. quòd acta in dubio præsumuntur integra, si sint tradita à notario actuario, seu successore, secus autē quando ab alio non actuario, nec successore in officio: quia tunc integra non præsumitur, veluti fuit decisum in *Algaren. dismembrationis 7. Iunii 1617. cor. Remboldo.*

68 Et in hoc nota, quòd assertio notarij de integra transportatione, seu alia acta non extare attestantis, sufficit ad faciendum ita credere, vt ait *Rota in Pampilonen. Abbatiæ luna 31. Ian. 1600. coram* R.P.D. *Penia,* & fuit decisum in alia *Bracharen. Parochialis 29. Ian. 1610. coram Card. Sacrato.*

O Quin-

69 Quinimmò nota, quòd sufficeret, vt notarius diceret se fideliter actorum extractionem fecisse, vt fuit decisum in dicta *Braccharen. coram Cardinali Sacrato*, vbi aliæ decisiones allegantur coram R. P.D. Litta.

70 Limita tamen istud non esse verum, veluti si essemus in assertione Iudicis, qui diceret transportationem actorum esse integram. Et ratio est: quia id spectat ad officium notarij, & non Iudicis, veluti fuit decisum in dicta *Braccharen. coram Remboldo*.

71 Extende tertiò, quòd acta non dicantur non integrè transportata ex illis verbis notarij, scilicet (omissis alijs, &c.) quia illa apponuntur de stylo notarij, ad subintelligendas clausulas ordinarias, veluti fuit decisum à *Rota in Perusina bonorum Mercurii 22. Iunii 1605. coram Cardinali Marcomontio, quæ est inter recent. dec. 145. n. 4. par. 2. & prius in Vlixbonen. prebeminentiarum coram Iusto*, reiecta illa decisio, quæ contrarium allegari solet, vt ait *Rota in dicta decisione 145. num. 4. in fine*.

72 Extende quartò, nempè, quòd ea integra transportatio in dubio dicatur, quando præsertim ambæ partes fecerunt instantiam pro sententia, veluti fuit decisum à *Rota in vna Veneta illegitimitatis veneris 2. Maii 1597. coram R.P.D. Penia, quæ est inter crimin. Farinacc. decis. 116. num. 1.*

73 Vlterius pro totali intelligentia, ac ornamento istius materiæ, videndum est super eo, quando scilicet non integra transportatio actorum nullitatem inducat, & quando non, & in hoc tres casus erunt præmittendi.

74 Et primus erit, quando fit productio realis instrumentorum, & id contingit quando parte citata producuntur ad hoc, vt per notarium causæ in actis registrētur, & de actis fiant, vt per *Bellam. in cap. cum in Iure nu. 8. vers.* communia autem, vbi testatur de stylo Curiæ *de offic. delegat.* & tunc quando fit talis productio, & etiam solemnis in actis causæ registratio, ea erit productio realis omnium instrumentorum, & iurium productorum, & hoc modo debet fieri productio ad effectum, vt Iudex ad quē ritè, & rectè iudicare valeat, *vt fuit decisum in vna Placentina deuolutionis Veneris 10. Maii 1602. coram* R. P. D. *Penia*.

75 Sed ad hoc vt dignoscas productionem realem ab illa verbali, nota quòd est destinguendum hoc modo videlicet, quòd realis ea dicatur (vt superius dixi) quæ fit parte citata, & postea fuerit dimissa copia, vel originale in actis: alias productio non diceretur realis, sed verbalis, *vt optimè considerauit Rota in dicta Placentina deuolutionis coram* R. P. D. Penia, *quæ decisio reperitur penes Io. Bapt. Marchesanum de commiss. par. 3. fol. 157.*

Quinimmò id procedit etiam si instrumenta ad causam facientia essent in actis eiusdem notarij causæ rogata; quia tunc saltem requiritur eorum repetitio cum citatione partis, *vt fuit dictum à Rota per Cardinalem Ludouisium, postea Greg. Decimum quintum decis. 508. & ibi adden. num. 6.* licet tamen secus esset, quando pars comparuerit, & ea præsente fuerit facta reproductio: quia tunc citatio non esset necessaria: nam cum ea fiat ad certiorandum tantum, ideò quando vnus est certus, tunc amplius certiorari non debet, *vt ait Rota per Burattum in sua decisione 134. & ibi in additionibus numero 15. & Castrens. consil. 382. sub num. 3. lib. 2. Crescent. decis. 2. de dilat. Cardin. Mantic. decis. 84. & Rota in Corduben. Pensionis 26. Nouembris 1609. coram Scotto*, veluti etiam eodem modo citatio non esset necessaria, quando tertius petit admitti ad causam: quia tunc ad docendum de illius interesse sufficerat solum iurium productio etiam non citata parte ad dicendum contra, *Rota decis. 109. lib. 1. & decis. 71. num. 4. lib. 2. part. 3. diuers. & in Giennen. Cappellania 8. Iunii 1605. coram Cardin. Lancellotto, et in alia Egitanien. Commenda 26. Aprilis 1624. coram R. P. D. Vbaldo.*

76 Extende etiam, quòd ad istum effectum realis productionis non sufficiat, quòd Iura penes notarium deponantur, nisi etiam petatur, quòd ea quoque registrentur, & pars citetur ad dicendum cōtra Iura, *veluti fuit decisum in Mediolanen. Decimarum vigesimaseptima mensis*

Maii

Maii 1616. coram R.P.D. Coccino, & sic hoc modo productio facta verè realis diceretur, *Rota dec. 1. num. 3. de fid. instrum. in nouis, & Cæsar de Graff. decis. 9. alias 37. de Caus. poss. & prop.* secus tamen esset (vt superius dictū fuit) si fuisset perseueratum in actis, & pars postea fuerit citata in iudicio, quod sufficeret ad hoc, vt ea de actis dicantur, *vt ait d. Cæsar de Graff. decisione 16. num. 5. de probat. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 121. num. 30. & seqq.* & nota, quòd dicta productio debet esse distincta, alias si esset genaralis ad probationem non sufficeret, *vt fuit dictum à Rota per Burattum decis. 134. num. 11. & Capell. Tholos. dec. 199. per totam.*

77 Secundo modo productio præsumitur realis quando adest verbum (tenoris &c.) *veluti fuit decisum in Ferrarien. bonorum 9. Maii 1594. coram Lancellotto, & in alis Vrbeuetana fideicommissi 16. Nouembris 1619. coram* R.P.D. *Coccino. Grat. discept. forens. c. 121. num. 31.*

78 Tertiò, præsumitur realis productio ex illis verbis Iudicis dum ait (visis omnibus actis, &c.) *vt fuit decisum in Pistorien. Beneficii 13. Ianuarii 1617. coram R.P.D. Buratto.*

79 Quartò, dicta realis productio præsumitur ex motiuis per Iudicem factis: quia ex illis præsumuntur iura fuisse coram eo actualiter producta, & ab eo lecta, *veluti dicitur in dicta Pistorien. coram Buratto.*

80 Quintò, productio realis etiam censetur ex illis verbis (facto produxit, vel animo rehabendi, &c.) *vt fuit decisum in dicta Vrbeuetana fideicommissi coram Coccino.*

81 Secundus casus ex illis tribus præordinatis erit, quando non transportantur omnia, & integra instrumenta, & iura. vel scripturæ, sed particularia tantum, & quasi fragmenta instrumentorum ad causam facientia, & sufficientia, veluti si ex magno testamento sola particula alicuius legati produceretur, sed illo casu dictæ particulæ sunt producendæ parte citata ad effectum, vt fiant de actis. & solemniter registrentur in gradu appellationis producendæ, & transportandæ de Iudice à quo, ad Iudicem ad quem, & tunc de isto secundo casu idem iudicatur quàm de primo, *veluti fuit decisum in dicta Placentina coram Penia.* Animaduertendo tamen, quòd dicta iurium productio debet esse distincta, & non generalis, alias tali modo facta non sufficeret ad probandum, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. dec. 134. num. 11. Capell. Tholos. dec. 199. vers. secus si produceretur.*

82 Tertius casus erit, quando non fit productio realis, sed verbalis tantum, veluti quando fit dimissio iurium instrumentorum, & scripturarum penes notarium causæ ad fidem faciendam Iudici, ita vt in actis non registrentur, nec in processu ponantur, & isto casu instrumenta hoc modo producta non fiunt de actis, sed potius ea extra mundū extra re dicuntur, *vt ait Grat. disc. c. 725. n. 33. lib. 4. idem ait Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. De plano, num. 3.* quem refert, & sequitur *Roman. cons. 156. num. 3. & cons. 159. & Cassad. alleg. in dicta Placentina coram* R.P.D. *Penia.*

83 Extende quòd etiam verbalis productio dicatur, veluti quando in actis legitur, quòd quis produxit instrumentum, quod incipit sic, & finitur sic: quia tunc talis productio dicitur verbalis, non autem realis, veluti fuit decisum in dicta *Vrbeuetana fideicommissi 16. Nouemb. 1619. corā Coccino Decano.* Licet tunc ea non sufficiat ad probationem, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. decis. 134. num. 10.*

84 Sed ad id nota tamen, quòd Rota in vltimis audientijs potest expedire causas absque registri confectione visis tantum originalibus, veluti etiam dicitur de attentatis, quæ in primis, & ante omnia non purgantur (vt moris est) quando sumus in vltimis audientijs; quia tunc ordo in Rota, est ordinem non seruare, vt dicam in verbo Attentata, vbi habetur, quòd multa conceduntur ex benignitate, quę alias non concederentur, & veluti quoque fuit decisum in *Oriolen. beneficiorum Ven. 12. Ian. 1596. coram* R.P.D. *Litta.*

85 Hactenus fuit dictum de necessaria actorum transportatione; Modo restat dicendum à quo ea sit facienda.

86 Et ideò nota, quòd acta debent trāsportari

In hac pag. 159. col. 2. lin. 25. ante nu. 83. adde hæc verba.

Fallit tamen, quando dicta productio verbalis fuisset facta cū clausula (Animo exhibendi,) quia tali casu posset indè fieri productio realis. idest citata parte, ad dicendum contra, etiā extra terminum, vt ait *Vestr. in sua praxi lib. 4. tit. de dolo, & contum. nu. 16. vers. q. si verbo tantum. Decian. cons. 41. num. 14. & seq. lib. 3.* & ita fuit decisum in *Lunen. Sarzanen. beneficij vlt. Maij 1627. coram Dunozo.*

Extende prædicta eò magis procedere, iuxta stylum fori ecclesiastici Florētini, vbi generalis, & verbalis actorum productio pro reali habetur, qui stylus, vti in ordinatorijs venit attendendus, & ad illius probationem sufficiunt attestationes extraiudiciales notariorum, & curialiū, vt fuit dictum in *Florentina Iurispatronatus 3. Decembr. 1607. coram Card. Lancellotto, & in alia Pistorien. beneficij 13. Ianuar. 1617 coram Buratto, quæ est in eius recoll. dec. 217 n. 6. & seq.*

portati per appellantes in prima instantia; quod tamen secus esset, quando in secunda instantia esset lata sententia reuocatoria primę: quia tunc ad eos dicta transportatio non spectaret, vt ait *Bart. in l. 2. num. 2. & Bald. num. 6. C. de eden. Felin. in cap. sancta Mariæ, num. 16. de sentent. & Rota vt infra coram* Card. Caualerio.

87 Quod enim procedit nedum de iure communi, verum etiam ex dispositione sacr. Concil. Tridentini, & huiusmodi transportatio in secunda instantia fienda debet esse solum de his, quæ reperiuntur penes vltimum iudicem, veluti superius dixi in versiculo *Limita tertiò*, & ita quoque fuit decisum in dicta *Vratislauien. Matrimonii Ven. 6. Febr.* 1609. *coram* R. P. D. *Caualerio.*

88 Contrarium, quòd scilicet actor originarius, qui in prima instantia pro se reportauit sententiam teneatur appellante aduersario acta iustificatoria primæ sententiæ producere, ait *Magon. decision. Lucen. 54. in princip.* alias dicit, quòd reus condemnatus videtur iniustitiam sententiæ probasse; subdens præterea, quòd appellatus tenetur producere processum, & sententiam pro se latam iustificare: idemque ait *Gratian. lib. 1. disceptat. cap.* 121. *num.* 1. & *seqq. sed num.* 10. ait primam opinionem esse veram, & testatur in omnibus Curijs ita seruari, siue simus in diffinitiua, siue in interlocutoria sententia.

89 Animaduertendo, quòd si succedet nullitatem fieri ob non integram actorum transportationem, tunc dicta nullitas nunquam sanatur parte opponente, nec minus à Signatura sanari solet, vt ait *Vant. alleg. à Gratian. in dicto cap.* 121. *num.* 27. & sic eo casu sententia semper erit nulla, veluti fuit decisum in *Bertinorien. bonorum* 15. *Aprilis* 1598. *coram* R. P. D. *Penia, & in alia Placentina Castri* 4. *Iulii* 1601. *coram Card. Mellino.*

90 Declara tamen, quòd gesta in causa non possunt dici omninò nulla ex eo defectu transportationis; sed solum exercitium iurisdictionis impeditur, quando tamen non deficiat fundamentum iurisdictionis in commissione radicatum, & propterea Rota *in Panormitana Archidiaconatus* 26. *Februarii* 1590. *coram* R. P. D. *Penia*, vbi in his terminis non reuocauit mandatum de manut enendo iam concessum, sed illius executionem suspendit, donec transportatis actis de illius iniustitia cognosceretur, *Gratian. ibi supra num.* 26. *Acebil. de Grass. decis.* 7. *de sent.* & *re iud. & Bar. in l. multum interest. n.* 2. *vers.* & *hae sunt vtilia ff. de cond.* & *demons.*

91 Expensæ aũt fiendæ in eorũ transportatione, nota quòd sunt soluẽdę ab appellante in casibus tamen à iure permissis, sed si postea appellatus compareat, tunc si illis vti vellet cogitur subire expensas pro sua virili portione: nisi tamen aliter ex loci consuetudine ad appellantem huiusmodi onus spectaret, veluti in pluribus Curijs hunc stylum extare testatur *Guido pap. in sua decis.* 20. *alleg. à Grat. in dicto cap.* 121. *num.* 15. & *est magistralis decis. Balb.* 91. *per te viden.*

ARGVMENTVM.

ACTA QVANDO FACIANT rem notoriam.

CONCLVSIO XXXII.

1 ACTA nota quòd faciunt rem notoriam, vt ait *Dec. consl.* 91. *num.* 9. *Afflict. decis.* 28. *Cappel. Tholos. decis.* 199. *num.* 3. *Socin. Sen. consl.* 38. *vers.* 7. *lib.* 1. *Aret. consl.* 92. *num.* 5. *Paris. consl.* 111. *num.* 7. *lib.* 4. *Neuiz. consl.* 7. *num.* 3. & ita fuit *decisum à Rota in Rom. pecuniaria luna* 19. *Nouembris* 1590. *coram Cardinali Platto.*

2 Et propterea nota, quòd non datur probabilis ignorantia eorum, quæ sunt apud acta; quod tamen limita procedere in his, quæ fuerunt producta parte citata: alias citatione non concurrẽte de his ignorantia præsumeretur, veluti fuit decisum in *Braccharen. beneficij Mercurii* 29. *Octobr.* 1603. *coram Papa Ludouisio, quæ est in eius impres. decis.* 127. *n.* 3 *Rota dec.* 158. & *dec.* 287. *n.* 3. *p.* 3. *diu.* & *fuit decisum in Toletana Parrochialis* 27. *Nouembris* 1617. *coram* R. P. D. *Pamphilio.*

3 Am-

Amplia primò, multò magis procedere, quando contra dicta acta protestatum fuisset, veluti ait *Maceraten. variarum resolut. resol.* 50. *num.* 37. *et* 38. *lib.* 1.

4 Amplia secundò, quòd scilicet acta, & sententiæ faciunt ius quoad omnes, quod tamen declara procedere quando de sententia lata in contumacia (verbi gratia) non solum appareat ex illis actis; Verum etiam ex alijs probationibus in eisdem actis existentibus: quia tunc facerent ius quoad omnes; secus autem quando ex illis actis non constaret nisi de contumacia, sed non de delicto, de quo quæreretur: quia eo casu acta quo ad omnes ius non facerent, veluti fuit decisum in *Auriacen.* *Canonicatus* 22. *Martii.* 1574. *coram* *Card. Lancellotto*, *quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 6. *num.* 3. & *est dec. Afflict.* 396. *n.* 3.

5 Amplia tertiò, huiusmodi acta adeò esse fauorabilia, quòd propterea semper pro eis in dubio est iudicandum, *Imol. in cons.* 86. *seu* 88. & ita etiam fuit decisum in *Anconitana bonorum* 28. *Martii* 1576. *coram* R. P. D. *Robusterio.*

6 Amplia quartò, quòd acta facta ad præparationem iudicij contra vnum nocent etiam tertio, ita vt agi possit contra ipsum, sed non vt ex illis condemnetur tertius; vt ait *Surd. decis.* 256. *nu.* 3. *et* 18.

7 Limita tamen, quòd ea non noceant tertio, si ille non fuerit citatus, *Surd. ibi supra num.* 5. *et Gratian. discept. c.* 744. *num.* 11. *lib.* 4. Veluti eodem modo dicitur de sententia, quæ tertiò non citato non nocet, vt ait *Rota per Card. Seraphinum dec.* 1259. *num.* 5. *et decis.* 1314. *num.* 1. *et decis.* 1477. *nu.* 2. *et per Buratt. dec.* 47. *num,* 4. *et Rota dec.* 271. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* Et propterea ea poterit reuocari, quoad præiudicium non citatorum tantum, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in dec.* 71 *nu.* 4.

8 Declara tamen principalem conclusionem procedere, dummodo acta sint publica, & talia dicuntur, quando præcessit mandatum iudicis ser. seruand. alias ea, quæ sunt extra acta, extra mundum esse reputantur, vt ait *Grat. discept. c.* 725. *num.* 33. *et cap.* 799. *num.* 27. *lib.* 4.

ARGVMENTVM.

ACTIO QVID SIT, ET QVOT sunt genera actionum, ac de earum effectibus, & exercitio.

CONCLVSIO XXXIII.

1 ACTIO nota, quòd est iùs prosequendi in iudicio, quod nobis debetur, vt dicunt Doctores in *l. nihil*, *ff. de action. et obligat.*

2 Verùm, quia huiusmodi materia actionum est valdè difficilis, & intricata, ideò ad earum faciliorem intelligentiam quædam sunt præmittenda, & in primis sciendum est, quòd actiones ex opinione communi sunt de iure ciuili, vt est *text. in l.* 2. *§. deinde ff. de orig. iur. DD. in l. ex hoc*, *ff. de iust. et iur.* quod tamen non est absolutè verum; sed hoc modo est distinguendum, nempè

3 Aut sumus in actionibus nascentibus ex contractu iuris ciuilis, & istę sunt ciuiles; & sic de iure ciuili, aut sumus in ijs nascentibus ex contractu iurisgentium, & tunc quoad materiam sunt iurisgentium, quò verò ad formam sunt iuris ciuilis.

4 Secundò erit distinguendum, quòd scilicet actiones: aut sunt Natiuæ, vel Datiuæ, ad tradita per *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *C. de iur. et fact. ignor. et in l. iurisgentium, §. et ideò*, C. *de pact.* Natiuæ dicuntur illæ, quæ habent sufficientem, & idoneam præexistentem materiam, ex qua nascuntur; Datiuę verò illę dicuntur quę propter æquitatem dantur. *text. est in l. si me, et Titium, ff. si cert. petat.* & ibi communiter Doctores, & præsertim *Bart. in d. l. iurisgentium, §.* 1. *et Iason in §. rursus n.* 78. *instit. de action.*

5 Præterea dantur etiam sex aliæ diuisiones actionum in *§. omnium institut. de action.* Et prima dicitur à Causa materiali, & sic, vel sunt reales, vel personales. Secunda à Causa efficienti, *vt in §. sed istæ, eodem tit.* Aut sunt ciuiles, aut prætoriæ. Tertia à Causa finali, *vt in §. sequens, eodē tit.* aut sunt rei persecutorię,

aut pœnales. Quarta à causa formali, *vt in §. omnis eodem titulo*, aut dantur ad simplum, siue ad duplũ, vel ad triplũ, siue ad quadruplum. Quinta, à natura earum, *in §. actionum, eodem tit.* quæ aut sunt bonæ fidei, aut stricti iuris. Sexta, & vltima ab effectu persecutionis, vel quia persequuntur in solidum, vel non, vt in §. *sunt præterea, eodem titulo*.

6 Deinde actiones, vel sunt directæ, uel vtiles; directæ dantur ex verbis legis; Vtiles verò ex mente ipsius, *glossa in l. curatoris, C. de negot. gest.* vbi si quadrupes pauperiem fecerit, tunc lex ait esse dandam actionem contra dominum quadrupedis, qui tamen, si dederit animal pronoxa, liberabitur, *l. 1. ff. si quadrupes pauper. fec.* Si verò bipes, veluti si Ciconia puerum eluscauerit, tunc datur actio vtilis, *l. penultima, ff. eodem titulo, & Bartol. in l. Curatoris, C. de negot. gest.* & *Rota dec. 453. num. 1. par. 1. diuers.*

7 Istarum enim actionum aliæ sunt particulares, aliæ vniuersales, & aliæ generales, *vt ait glos. in l. 1. ff. de eden. Abb. in c. significantib. n. 18. de libel. oblat* Particularis dicitur rei vendicatio. Vniuersalis verò dicitur hęreditatis petitio; quia datur ad ius vniuersale, vt est hæreditas, quæ dicitur vniuersalis successio in omne ius defuncti, *l. hæreditas de regul. Iur.* Generalis autem dicitur actio negotiorum gestorum seu tutelæ, quæ datur ad plura, vt inferius demonstrabitur.

8 Actiones verò personales a realibus differunt origine, natura, processu, & effectu. Origine: quia personales oriuntur ex obligatione: & obligatio ex contractu, vel quasi, & ex delicto, vel quasi *tex. est apertus in § penul. Instit. de oblig.* & *Rota per Put. in decis. 172. num. 5. lib. 2.*

9 Sed illæ, quę oriuntur ex delicto morte extinguuntur, nec ad hæredes pertranseunt, vt est actio iniuriarum, *Surd. in decisione 89. num. 14.* licèt id fallat post litem contestatam cum defuncto, vt dicam in verbo Actio iniuriarum.

10 Et nota quòd in obligatione ex delicto nascente efficitur subditus illius loci delinquens, in quo deliquit, *vt ait Vital. in clemen. pastoralis, §. tunc, num. 24. de re iud.* & per consequens à iudiçe illius loci puniri potest, *l. 1. & ibi glos. in verbo Iudices, C. de fals. monet, & ita fuit decisum in vna Mantuana falsarum monetarum*, veluti reperij in manuscriptis bon. mem. Cardin. Blanchetti.

11 Reales autem nascuntur ex dominio, vel iure, quod quis in re habet. Natura differunt à personali: quia personalis personam sequitur, *l. actionum, ff. de act. & oblig.* Realis verò rem ipsam, *l. 1. ff. de olen. iud. mut. caus. fact.* Processu autẽ differunt; quia intentans realem exprimit causam proximam, veluti se esse dominum, vel ius in re habere, & tacet remotam. Intentans verò personalem causam remotam exprimit, & proximam tacet, vt ait *Rota per Puteum in decis. 39. num. 5. lib. 2.* Effectu denique differunt; quia officium iudicis in actionibus realibus est declarare me dominum, & aduersarium ad restitutionem condemnare, *l. officium, et l. qui restituere, ff. de rei vendic. et Put. ibi supra*, Sed in actione personali officium iudicis est iudicare aduersarium teneri dare, vel facere, & sic condemnare ad dandum, vel faciendum, *Bartol. et alij Doctores in l. ex diuerso §. 1. ff. de re iudic. et Put. ibidem.*

12 Addendo quòd *Bellam. in sua decis. 732. de libelli oblat.* ponit quatuor genera actionum realium, quę per te videre poteris.

13 Vlterius animaduertendum est, quòd omnes actiones à principio erant perpetuæ, & in infinitum durabant, sed postea Ius Ciuile Imperatoris eas ad triginta, vel quadraginta annos reduxit, & id ne dominia longo cursu temporis sub incerto vagarentur; sed est benè verum, quòd huiusmodi reductione actionum non obstante remansit illud nomen perpetuæ actionis, veluti antea habebant, *vt in instit. de perpet. & temp. act. in princ. et ibi Doctores.*

14 Et propterea licet pluries in corpore iuris reperiatur iste terminus actiones perpetuò durare; nihilominus ille restringendus venit ad 30. vel 40. annos, intra quod tempus etiam contra Ecclesiam actiones finiuntur, & præscribũtur; velutit

veluti dicam in verbo præscriptio, & in verbo venditio facta cum pacto redimēdi quandocumque & in perpetuum, &c. & ad id facit *decis. Put.* 110. *lib.* 1. *num.* 6. & 13. & fuit quoque decisum in *vna Nullius seù Maceraten. remedij reintegran.* 12. *Maij* 1600. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1360. *num.* 3. *et Card. Caualer. dec.* 346. *n.* 2.

15 Sed ad dignoscen. quomodo actiones præscribantur, distinguere hoc modo oportet, nempè, aut sumus in actione verè personali: aut in reali, vel in personali in rem scripta; siue cum hypothecaria vnita. Primò casu præscriptio 30. annorum completur, veluti fuit decisum in *Romana census* 10. *Decembris* 1599. *coram Card. Seraphin. quæ est in eius impress. decisione* 1333. *num.* 6.

16 In secundo autem casu actionis realis, seù hypothecariæ tunc aut loquimur de iure communi; aut statutario, si de iure communi: aut sumus inter præsentes: aut inter absentes, inter præsentes hypothecaria præscribitur spacio 10. annorum, inter absentes verò spatio 20. veluti fuit decisum, *à Rota in vna Florentina seù Parisien. pecuniaria luna* 17. *Nouembris* 1614. *coram R. P. D. Coccino, quæ est inter recent. decis.* 595. *num.* 9. & 10. *par.* 2. & id præcipuè procedit quando res non est vitio reali affecta, & esset ab eo possessa; qui non haberet causam à possessore vitioso, vel etiam vitioso, sed ignoranter cum titulo, & bona fide, *vt dicat Doctores all. gati à Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 425. & *seq.* & *Rol. cons.* 72. *num* 21. *vol.* 2.

17 Secus vero si loquamur de præscriptione statutaria: quia tunc illud tempus est attendend. quod est à statuto præfixum; quod tamen declara procedere quando essemus in actione personali, super qua tantum disponit statutum, non autem super reali, quę vti rei persecutoria ipsam rem concomitatur, & semper contra eam possidentem datur; & ideò statuti præscriptione non tollitur, & ob id dici solet, quòd plus cautionis est in rem, quàm in personam, & melius est incumbere rei, quàm personæ, *Rota in Romana tutela de Fabijs* 18. *Martij* 1585. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 692. *numero* 6.

18 In Tertio autem casu, nempè actionis personalis in rem scriptę, vt est in actione spolij, quæ dicitur in rem scripta, vt fuit decisum in *Reatina bonorum luna* 1. *Iulij* 1615. *coram R. P. D. Coccino*. Et tunc cursus 40. annorum est necessarius, *Text. est in l. cum nouissimi C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum Neguſ. de pign.* 2. *Membr. par. principal. num.* 5. & de Communi restatur *Curt. Iun. cons.* 174. *num.* 33. *lib.* 2. & ita fuit decisum in *Romana de Magdalenis* 24. *Ian.* 1581. *coram Card. Blanchetto, & in alia Bononien. Præceptoria luna* 27. *Iunij* 1605. *coram R. P. D. Penia, quæ est decis.* 97. *numero* 1. *part. prima in recent.*

19 Quæ enim actio personalis in rem scripta est actio quę cōpetit contra personā propter rē ab ea possessam vt est saluianum interdictum, quod datur contra tertios possessores, & concomitatur quemlibet possessorem vt, ait *Afflict. decis.* 35. *num.* 7. & fuit decisum in *Romana domorum & interesse* 11. *Februarii* 1591. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 935. *num.* 3. & *Card. Mantic. in decis.* 7. *num.* 2. & semper datur successori, & contra successorē, *vt ait Rota in decis.* 476. *num.* 2. *p.* 2. *in recent.*

20 Extende igitur quod actio personalis est adeò potēs, vt propterea hypothecaria sine personali non nascatur, sed est benè verum, quod orta postea sine personali subsistit, vt ait *Franch. in decis.* 80. *num.* 17. *licet Afflict. in decis.* 3. *num.* 20. dicat, quod personali cessante hipotecaria quoque cessat.

21 Declara tamen, quòd actio hipothecaria quando datur contra plures dicitur indiuidua, vt ait *Card. Seraph. decis.* 957. *num.* 12. Vndè sequitur, quod in actione indiuidua sententia non potest pro parte valere, & pro parte non, vt ait idem *Card. Seraph. dicta decis.* 957. *num.* 13. & in hoc vide quæ latæ dixi in hac materia in *concl.* 17. *sub num.* 22. & *seq.*

22 Declara secundò, quòd actio in rem scripta potest exerceri in loco, vbi res est sita, veluti dicitur de actione mixta,

scilicet

scilicet reali, & personali, & etiam in actione hypothecaria sine assistentia personalis, dummodo conuentus in loco vbi res est sita inueniatur vt ait *Franch. in decis.* 177. *num.* 1. *&* 3.

23 Et reassumendo naturam actionis personalis, limita eam non posse competere contra singularem successorem; cum non rem, sed personam tantum sequatur veluti fuit decisum in *Romana fidei commissi Vinea de Alexus Ven.* 28. *Octobris* 1589. *coram* R.P.D. *Penia quæ est apud Statilium de saluiano decis.* 178. *num.* 21. & ibidem *in decis.* 260. *nu.* 11. *apud eundem Statil. & prius in dec.* 170. *num.* 4. *Surd. decis.* 173. *num.* 9. *& decis.* 306. *num.* 10. *& prius decisione* 32. *numero* 2.

24 Et ideò nota, quòd si tibi promitto non facere fenestram in muro, tunc, & eo casu successor singularis non obligatur huiusmodi pacto, vt ait *Afflict. dec.* 95. *num.* 5. *& decis.* 285. & ibi in annot. *numero* 7. *& Rota per R. P. D. Coccinum decis.* 56. *numero* 11. *in eius impress.*

25 Amplia huiusmodi limitationem in tantum procedere, vt nec etiam in subsidium huiusmodi actio contra singularem successorē competat, vt ait *Rota ibi supra in dicta decis.* 178. *apud Statil. num.* 22.

26 Limita tamen primò dictam ampliationem, siuè sublimita prædictam limitationem non procedere, quando (verbi gratia) hæres, qui alienauit non esset soluendo pro restituendo pretio; quia tunc actio contra singularem successorem daretur vt fuit decisum in *Romana fidei commissi de Alexijs Mercurij* 4. *Iulij* 1598. *coram* R.P.D. *Penia*, vbi habetur, quòd ex quo hæres, qui alienauit non erat soluendo pro restituendo precio fideicommissario tempore euenientis cōditionis, ideò fideicommissarius fuit prælatus emptori, quæ decisio *in Romana de Alexijs est* 179. *num.* 6. *apud statil. de Saluiano*.

27 Sublimita secundo non habere locum contra tertios possessores ex causa lucratiua: quia talis actio personalis, tunc transit contra tertium vt ait *Magon. dec. Flor.* 102. *num.* 21.

28 Sublimita tertiò non procedere contra tertios, qui de fraude participassent, ac de dolo vt ait *dictus Magon. ibi supra num.* 20.

29 Sublimita quartò non vendicare sibi locum fauore vltimę voluntatis in subsidium tamen: quia tunc actio personalis contra tertios daretur, licet secus esset in causa onerosa vt ait *dictus Magon. dicta decis.* 102. *num.* 22.

30 Sed est benè verum, quòd quando ista actio datur pro legato (verbi gratia) solum datur, vt res tradatur, vt ait *Surd. decis.* 271. *num.* 5.

31 Sublimita quintò, quòd actio personalis detur etiam contra socium; sed non conceditur tamen realis ad bona, vt ait *Surd. in decisione* 213. *numero* 3.

32 Sublimita sextò, quòd actio personalis detur contra tertios fauore dotis in subsidium, vt ait idem Magon. *dicta dec.* 102. *num.* 23. Veluti etiam eo modo datur in causa alimentorum vt ait *Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 413. *n.* 38. *&* 39. vbi ampliat idem procedere pro tributis publicis, pensionibus, anniuersariis, & decimis pro quibus actiones personales dantur, nedum contra debitorem principalem, sed etiam contra eum, qui acceptauit aliquam rem similibus oneribus grauatam, quasi quòd ille videatur quasi contrahere, & sic se ad dicta onera personaliter obligare, *Guid. pap. dec.* 576. *& q.* 42. *Caputaq. decis.* 13. *p.* 1. *& decis.* 302. *nu.* 3. *part.* 2. *et Rota in Comen. pensionis* 22. *Maii* 1606. *coram Cardinali Marcomontio*.

33 Sublimita septimò, quòd actio ista detur contra singularem successorem hoc modo videlicet, si quis (verbi gratia) appodiauerit in meo pariete, quo casu iste iuxta consuetudinem Neapolitanam tenetur ad solutionem medietatis parietis, sed si postea alienat, tunc singularis successor tenetur ad huiusmodi obligationem in subsidium tamen: alias secus veluti ait addens in annot. ad *dec. Afflict.* 285. *num.* 8. vbi enumerat quosdam casus, in quibus quis in subsidium tenetur veluti etiam alii adnotantur in *decis.* 347. *num.* 3. *et* 4. vbi per te recurrere poteris.

34 Declara tamen quod extra huiusmodi casus & similes dicta actio personalis

non

non excedit personam, vt superius dictū fuit; sed eam sequitur veluti lepra leprosum, nec ad singularem successorem transit, vt ait *Surd. dec.90. nu.3.& decis.264. num.2.*

35 Quam enim declarationem extende procedere etiam si possessor rem possideat, cuius contemplatione dicta obligatio fuerit contracta, & sic respectu actionis, quę (verbi gratia) deberetur alicuius fundi intuitu, vt ait idem *Surd. in dec.90. et dec.52. n.3. & dec. 236. nu.8. & Magon. dicta decisione 102. num. 17. & 18.* vbi ait, huiusmodi actionem non dari contra singularem successorem, etiam respectu rei ad rem, idem *Surd. d. decis. 52. numero 3. et decis.264. num.2.*

36 Sed tu dicas id non procedere quoad ius excipendi: quia illud in emptorē trāsit, quādo tamen exceptio competat occasione rei, vt distinguit idem *Surd. in dicta decis.264. num. 22. cum seqq.* quod multò magis procederet, quando ad fauorem emptoris, seu alterius singularis successoris ius detentionis, & retensionis competeret, vt ait *Surd. ibi supra numero 25.*

37 Limita tamen illud, quod fuit dictum super eo, quòd actio personalis licet debeatur respectu fundi, non detur tamen singulari successori, & sic in eum non transeat, procedere sine cessione: at secus cum cessione, *Surd. dec.264. num.2.*

38 Quod tamen non contingit in actione hypothecaria in rem scripta, quæ semper cum re sine cessione pertransit, vt ait *Afflict. decis.8. num.1.* & semper debet ambulare cum dominio, vt ait *Rota per Put. decis.172. num.4. lib.2. & idem Afflict. decis. 95. num. 6.* qui loquuntur tàm de actionibus in rem scriptis actiuis, quàm passiuis.

39 Extende prædicta, quòd scilicet actio personalis non solū non detur contra tertium possessorem, sed nec minus contra eum potest agi hypothecaria non facta prius discussione contra principalem possessorem. Quinimmò nec etiam rei vendicatione si possidens prior possessionem habuerit, iuxta terminos *l. quoties C. de rei vendicat.* licet secus esset, puta si intraret aliqua ex limitationibus ad illā legem quoties datis in vna *Imolen. Castrorum 9. Iunij 1572. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 168. num.1.*

40 Declara igitur, quòd licet actio personalis non detur contra tertium, datur tamen contra debitorem, siue eius hæredem, veluti fuit decisum *in Baren. Pecuniaria 14. Iunij 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.529. num.1.*

41 Subdeclara tamen, quòd actio ista personalis debet prius contra hæredem experiri, deinde in executione contra possidentem bona debet seruari forma *l. à Diuo Pio §. si super rebus de sent. & re iudicat.* vt ait idem *Card. Seraph. ibidem in decis. 529. num.2.* Item quando actio personalis detur contra tertium, dicam infra in *conclus.36. sub num.21.*

ARGVMENTVM.

ACTIO QVANDO ACQVIRATVR absque cessione, & per quas personas absenti acquiratur.

CONCLVSIO XXXIIII.

1 ACTIO nota quòd acquiritur ob iuramentum absque cessione, iuxta ea, quæ tradit *Roman. cons.76. vol. 1. Ruin. cons. 131. col. fin. vol.5.* & propterea huiusmodi iuramento stante stipulatio alteri facta validatur, quæ alias non valeret, quia nemo potest alteri stipulari, cum stipulationes fuerint adinuentæ ad hoc, vt stipulemur id, quod nostra interest *Gabr. conclus. 1. num.69. & 70. tit. de verborum obligat. Clar. in quæst.13. vers. 1. ergo, in verbo donatio, Seraph. de priuil. leg. Iur. priuil.25. num.2.* & ita fuit decisum *in Cesenaten. bonorum Ven.27. Ian.1612. coram Card. Ludouisio postea Greg.XV. quæ est in eius impress. dec.567. num.3.*

2 Amplia primò dictam conclusionem procedere etiam de Iure ciuili, *Imol. in cap. cum contingat de iur. iur. & Ruin. cons.*

conf.144.col.fin. vol.5.& *conf.180.n.13. vol.1. vbi alios adducit.*

3 Amplia secundò, quòd etiā actio acquiratur abseti ex stipulatione notarii absq. cessione, vt ait *Natt. conf.* 534. *num.8. Parif. conf.* 82. *num.2. lib.1.* & præsertim accedente iuramento, *Alex.conf.207 num.2. & 208. in princ. lib.7. Aym. conf.304. Gabr. conf. 129. num.9. lib.1.* & ita fuit decisum à *Rota in Vrbeuetana hæreditatis 15. Iunii 1580. coram* Card. *Seraph.*

4 Declara tu tamen id esse verum respectu illius, quòd scilicet dicta promissio facta mediante notario, reuocari non possit; at secus respectu acquisitionis pro qua omninò acceptatio, & sic ratificatio est necessaria, iuxta veriorem sententiam, vt restatur *Rota ibi supra coram Ludouiso, & in illa Cæsenaten. bonorum & in alia Camerinen. fideicommissi Ven. 14. Dec.1607. coram* R.P.D. *Caualerio,* & pro huiusmodi opinione, est magistralis decisio in vna *Romana fideiussionis Nauarræ, quæ est apud Zacch. in addit. ad Gales. de obligat.* Camerali, *& est decis. 663. part.1. diuers.* Et ratio ea est; quia beneficium in inuitum conferri non potest, *Card. Seraph. decisione* 472. *num.3.*

5 Extende huiusmodi declarationem procedere etiam si iuramentum adsit, cuius enim vigore actio non acquiritur, nisi ratificatio subsequatur, vt dicunt omnes DD. superius allegati, & præsertim *Seraph. in dicto priuil.* 25. *num.4.* licet ibi subiungat, quòd tacita ratificatio sufficit ad hoc, vt acquisitio sequatur.

6 Amplia tertiò conclusionem principalem multò magis procedere in mutuo, in quo ob eius particulare priuilegium alteri per alterum etiam ignoranti actio acquiritur, iuxta notata *per Dec. in l.contractus num.16. de regul. Iur. & Rota ibi supra.*

7 Amplia quartò dictam conclusionem adeò esse veram, quòd propterea stipulario facit ius acquirere omnibus, quorū interest, vt ait *Capic.decis.73.n.4.5.&6 Dec.conf.607. n.9. Nat.cōs.534.n.9.* latè *Mantic. de tacit. & ambig. contract. lib. 14. titulo 26. num.8. & seq.* & ita fuit quoque decisum in vna *Romana dotis 11 Decembris* 1611. *coram* R.P.D. *Coccino*; quæ tamen declara esse vera, quando notarius stipulatus fuit pro omnibus quorum interest, vt ait *Rota coram Ludouiso* mox citatā in sua *decis.97.*

8 Amplia quintò, idē esse in obligatione Camerali cuius vigore ea extenditur pro omnibus, & singulis interesse habentibus, *Galles. de obligat. Cam. quæst.2.num. 21.* & ita fuit decisum in vna *Romana fructuum dotis 10. Maii 1603. coram Card. Ludouiso postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.97. num. 6. & in alia Romana dotis 18. Aprilis 1619. coram* R.P.D. *Vbaldo*.

9 Amplia sextò, quòd actio acquiratur donatario absenti, quando donatur occasione dotis, quod est specia le in dote, in cuius fauorem donator ius aliquid reseruat super re donata, & prēsertim si donatio inciperet à traditione vera, seù à ficta per constitutum, veluti fuit decisum in *Perusina de Oddis Ven. 25. Maii* 1590. *coram Card. Platto quæ est apud Statil. dec. 292. num.3. et 4.*

10 Limita tamen id, quod fuit dictum de acquisitione iuris ad fauorem absentis, ac ignorantis non procedere, veluti si essemus in actu illicito, nisi data illius scientia, quæ non datur, nisi etiam quis sciuerit illas qualitates dictum actum illicitum reddentes. Immò etiam si sciuerit, & tacuerit ob id illi consentire non diceretur, sed potius dissentire, cum voluntas alicuius numquam extendatur ad turpia, & illicita, veluti dicam in verbo *Mandatum*, &c.& pro hoc facit *Menoch. in conf.402. num.78. et 79.* & fuit decisum in *Romana spolii de Pinis Mercurii 7. Nouembris 1607. coram Card. Ludouiso postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 335. in fine*, & ratio est illius conclusionis: quia tacere est quodam medium inter consentire, & dissentire, ita vt quis in fauorabilibus consentire, & in odiosis dissentire dicatur, vt ait *Bart. in l. quæ dotis ff. solut. matr. numero 21.*

11 Præterea actio, quæ competit notario quòd non circumscribitur loco, sicut fructus, veluti fuit decisum à *Rota in Romana seù Vercellen. pecuniaria 15. Decembris* 1582. *coram Card. Seraphino, quæ est decisio in eius impress.* 594. *num. 26.*

26. & *in decisione* 584. *nu*. 5. *eiusdem Seraphini*.

12 Extēde primò, quòd nec etiam actio, quæ competit ad quantitatem in genere vllo loco dicitur circumscripta, nec inter immobilia cōnumeratur; sed tertiam speciem constituit, veluti fuit decisum *in Romana de Soderinis* 29. *Nouembris* 1577. *coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decisione* 352. *num*. 2. & 3.

13 Secus autem, quādo (verbi gratia) esset destinata solutio in aliquo loco; quia tūc actiones competunt in eo loco, in quo fieri debet exactio, non autem in quo fuit contracta obligatio, iuxta veriorem opinionem Doctorum, veluti fuit decisum à *Rota in dicta Romana de Soderinis coram Seraph. n*. 1.

14 Extende secundò, quòd iura, & actiones non comprehendantur in dispositione, in qua fiat mentio de bonis existentibus in certo loco, vt ait *Rota ibidem num*. 4.

15 Extende tertiò, idem procedere in successione, quæ sit limitata ad certum locum, vt ait *Rota ibidem n*. 7.

ARGVMENTVM.

ACTIONES PLVRES QVANDO insimul cumulari possint, & quando non. Item quando per exercitium vnius, altera cesset; & in concursu ciuilis actionis, & criminalis, quomodo sit procedendum.

CONCLVSIO XXXV.

1 ACTIONES plures nota, quòd insimul cumulari, ac proponi non possunt; sed actor debet vnam ex pluribus eligere, & eam vsque ad finem litis exercere: quia habemus regulam, quòd vna via electa, altera non sit concedenda, *Bart. in l. cum filius*, §. *varijs de legat*. 2. & *Rota* vbique in decisionibus per me mox allegan & in specie *DD. in l. adita C. de aden.* latè *Farinac. in quæst*. 100. *num*. 123. & *seqq. quæst*. 105. *num*. 28. & *Facchineus conciuis meus in suis controuers. lib*. 9. *c*. 2. & *Rota decis*. 434. *part*. 2. *in recent. num*. 1. & *Gayl. in sua dec*. 60. *p*. 1.

2 Amplia primò, id in tantum esse verum, vt si plures causæ fuissent propositæ, tunc ex eis debet fieri electio vnius; quamuis tamen de præiudiciali prius sit cognoscendum, *cap. tua de ordin. cognit. l. qm, & ibi Alex. C. de aduls. et l. preces C. ad leg. falcid. de plag*. §. *præiudiciales Instit. de action. Hostiens. in summa tit. de ordine cognit. in fine. Bart. in l. fundum num*. 3. *vers. sed quando vnum Inditium ff. de except. Salicet. in l. vltima num*. 1. *C. de ordin. Iudic. Nat. cons*. 138. *num*. 3. *Gayl. dicta dec*. 60. *Aym. cons*. 238. *per tot*. & ita fuit decisum in vna *Romana retractus* 26. *Iunij* 1616. *coram R.P.D. Coccino, et Peguer. in sua decis*. 9. *Rota Cathaloniæ*.

3 Subamplia primò, illud pari modo adeò esse verum, vt propterea si fuerit vltimo loco causa præiudicialis inchoata; nihilominus ea prius erit terminanda, & illa causam iam pendentem suspendit: quia in Iudiciis præiudicialibus ordo temporis non est attendendus: & ideò potest à posteriori suspendi; Secus autem quando essemus in paribus iudiciis: quia tunc ordo temporis esset attendendus, vt ait *Rota ibi supra*, & *Gratian. lib*. 2. *discept. capit*. 394. *num*. 20. & *sequenti*.

4 Subamplia secundò dictam ampliationem multò magis procedere, qñ essemus in causa criminali, & ea esset ciuili prçiudicialis: quia tunc ratione præiudicialitatis, nec non preheminentię, ac maioritatis de ea prius esset cognoscendū, & supersedendum in ciuili, veluti quoq. è conuerso procedit; idest quando ciuilis esset criminali præiudicialis; quia eo casu prius de ciuili esset cognoscendū. Vndè si prius fuisset inceptum Iudicium ciuile super executione alicuius Instrumenti, & debitor cæperit agere super vsuraria prauitate, tunc erit prius terminanda causa ciuilis: quia si declarabitur Instrumentum esse exequendum; tunc omnis actio criminalis super vsura cessabit, vt ait *Grat. in præcit. loco n*. 23. & *cæteri DD. ibi per eum allegati*.

5 Sub-

5 Subamplia tertiò, id eò magis procedere, quando præiudicialis esset prius intentata; & ideò si quis mouisset litem super aliqua domo, quæ fideicommissaria prætenderetur, & eam possidens vellet retrahere alteram domum vigore bullæ dicti prætensi fideicommissarij domi contiguam, eo casu debet prius cognosci causa fideicommissi, vti præiudicialis, quàm altera retractus: quia ad hoc, vt quis velit, ac possit retrahere in vim Bullæ debet prius de eius dominio docere, quod introuertitur ab eo, qui de fideicommisso dicit super dicta domo à retrahere alteram volente possessa, vt ait *Bald. in tractatu de Iur. protbom. in princ. Parif. consilio 28. numero 31. vol. 3. & Rota ibi supra coram Coccino.*

6 Subamplia quartò, procedere etiam si secundum iudicium motum posset prius terminari, veluti ex opinione *Bart. ait Imol. in l. naturalis, §. nihil commune num. 6. post med. vers. adde ff. de acquir. poss. & alij allegat. à Rota ibi supra.*

7 Limita tamen primò prædicta procedere, quando (verbi gratia) non ab vno, & eodē fonte duę actiones fuissent ortę, sed à diuersis: quia tunc prius de præiudiciali esset cognoscendum, alias si ab vno tantum; tunc illa causa prius esset terminanda, quæ facilius terminari posset, veluti dicitur de eo, cui simul, & semel possessorium, & petitorium cumulasset: quia tunc si petitorium esset magis liquidum de eo prius esset cognoscendum, licet habeamus regulam, quòd possessorium sit prius decidendum, veluti sæpè fuit decisum *à Rota, & signanter per Card. Pamphilium in Bonon. de Corallibus Ven. 11. Ianuarij 1602. Egid. decis. 306. & Rota in alia Montis Falisci Cappellaniæ 13. Ianuarij 1607. coram Card. Lancellotto, & in alia Narnien. confinium Ven. 7. Aprilis 1606. coram Coccino, & in alia Romana retractus coram eodem superius allegata, & Rota dicta decisione 434. numero 1. part. 2. in recent.*

8 Limita secundò procedere, quando iudicia inuicem non se compaterentur; quia tunc de præiudiciali esset cognoscendum, veluti, quia vnum iudicium esset petitorium, aliud verò possessorium: quia tunc prius illud esset terminandum, quod prius fuit intentatum, vel illud, quod esset magis liquidum, vt superius ex mente Rota dixi, & veluti distinguit *Rota in dicta Romana retractus coram R.P.D. Coccino*

9 Sed ad cognoscendum quale sit maius, vel minus præiudicium inter propositas actiones, tres casus sunt considerandi, & primus est, quando actio est præiudicialis in rem, veluti quando agitur de statu alicuius. Secundus casus quando agitur ratione auctoritatis, & præeminentiæ, veluti, quia causæ non se compatiuntur ad inuicem, sed in vna agitur de aliquali alterius præiudicio. Tertius casus erit, quando absolutoria lata in vna, parit exceptionem rei iudicatę in altera: vt ait *Bart. in l. fundum num. 4. allegat. à Rota ibi supra coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 178. num. 3. & in dicta decis. 434. numero 1. par. 2. in recentior.*

10 Limita tertiò, ea non procedere quando essemus in cumulatione diuersarum actionum ex diuersis causis descendentium, quia tunc cumulatio admittitur, vt mox diximus, *& tux. trad. per pract. Papien. in sua praxi libell. action. real. num. 11. & 13.* & *Rota per Coccinum in sua dec. impress. 434. n. 1.*

11 Sed ad id notandum est, quòd actio diuersa, & cumulatio plurium controuersiarum inducunt diuersitatem causę, tàm respectu rerum; quàm etiā personarum, veluti fuit decisum *in Romana prætensi affectus Ven. 18. Apr. 1572. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 164. num. 2.*

12 Limita quartò principalem conclusionem in eo, vbi dixi actionem semel electam non posse amplius mutari, procedere postquam lis fuit contestata: quia per eius contestationem quasi contrahitur inter concurrentes ad iudicium, vndè postea illa regula succedit, quod semel placuit, amplius displicere non potest, *Decius in l. non solet numero 2. de reg. Iur.* & sic eo casu actio perpetuatur; vt ait *Farinaceus conciuis meus in suis controuers. cap. 60. libro 1. part. 1. et Afflict. dec. 60. num. 2.*

13 Exten-

13 Extende id in tantum esse verum, quòd nec eo casu, scilicet post litis contestationē liceat actori à proposita actione desistere: quia tunc est ius reo quoque quæsitum, adeò vt à Iudicio absque rei consensu actor recedere non possit, vt ait *idem Afflict. in dec. 173. n. 5.*

14 Secus verò, quando essemus ante litē contestatam: quia tunc actor variare poterit, & eò magis, quando remedia essent alternariuè intētata. quia tunc, siuè ante litis contestationem, siuè post, variatio esset permissa; & propterea videmus, quòd quando actio ciuilis, & criminalis ad diuersa tendunt, scilicet ad rei familiaris persecutionem, & ad vindictam; tunc vna per alteram non tollitur; & sic qui prius agit ciuiliter ad rei persecutionem, non prohibetur postea agere criminaliter ad vindictam: secus verò si vtraq. actio ad vindictam esset preparata, veluti dicunt *Andreas Gall. decis. 66. Camer. Imperial. par. 1. et Gaspar. Gulielt in dec. 157. Rot. Spiren. p. 1. & Gayl. dec. 60. p. 1.*

Veluti quoq. ea regula, quòd vna via electa, &c. locū non habet in his, quæ à nostra voluntate dependent; vndè si quis milles incęperit testari sūi ius commune non per hoc cēsetur priuilegio militis renunciare, & regula illa, quod porui nolui, & quod voluit adimplere nequiot: tunc procedit, quando quis intendebat ita velle facere, & non alias, vt ait *Rota per Put in dec. 354. num. 4. lib. 2.*

15 Extende id, quod fuit dictum de variatione remediorum, etiam procedere, veluti si essemus in interdicto retinendæ iam intentato; quia eo omisso potest alterum recuperandæ intentari, *vt ait Afflict. in decis. 156. num. 1. & ibi addent. licet in num. 2.* dicat, quòd id non procederet, quando fuisset imploratum officium Iudicis, ne quid lite pendente innouaretur: quia tunc variatio non esset permissa, *Arch. 2. quæst. cap. in primis. in 1. col. vers. sed quaro.* Alias si essemus in primo casu per persecutionem actionum ex vno capite non tollitur aliud, vt ait *Cardinalis Seraphinus decisione 630. num. 5.*

16 Et nota, quòd quando quis omissa vna via, alterā egreditur non tenetur ad expensarum refectionem, si à principio omnia eius fuit deductum, *idem Card. Seraph. in dicta decisione 630. ferè in fin.* vbi ait ita de stylo Rotæ seruari.

17 Limita quintò principalem conclusionem non procedere, quando essemus in duabus actionibus propositis, quarum vna esset alterius præparatoria: quia eo casu ambæ possunt vno, & eodem tempore subordinatè intentari; & id procedit etiam si secunda actio ab initio orta non esset, sed esset omninò ab initio oritura: quia id tolleratur ad dirimendas lites, vt pulchrè ait *Rota in decisione 450. num. 5. par. 1. diuers.*

18 Limita sextò, quando actiones essent origine contrariæ: quia tunc possunt insimul cumulari in eodem libello; licet eo casu possit vna ex eis eligi, & super ea sententia ferri, & eò magis, quandò in libello clausulæ salutares essent appositæ, *vt ait Rota decisione 254. nu. 6. par. 1. diuersorum, & ibidem in decisione 257. num.* 8.

19 Contrarium licet dicat Dec. *in l. edita C. de æden.* vbi vult, quòd actiones contrariæ non possint in eodem libello cumulari; vndè si quis duas vias elegerit, & in vna approbaret testamentum, & in altera illud reprobaret, tunc eligens non poterit vtramque intentare; sed vnam ex eis eligere, veluti refert Put. *in decis.* 18. *num. 1. lib.* 1.

20 Concorda tu tamen, nempè, quòd prima opinio procedat, quando actiones essent contrariæ origine, & exercitio: quia tūc possunt insimul cumulari, vt ait *Ias. in l. 1. col penul. C. de furt. & Curt. iun. ibidem,* vbi docet, quando actiones dicantur origine contrariæ: Secunda verò opinio, procedit, quando actiones essent contrariæ exercitio tantum: quia tunc insimul intentari non possunt. Put. *ibi supra num.* 1.

21 Et quod attinet ad istam secundam opinionem dicas illam etiam posse procedere, quando dictæ actiones simul, & semel intentarentur, at secus si successiuè vna post aliam, vel si proponerentur, vt conditionaliter intentarentur, vt ait *Ias. in l. eum qui, & in l. contra maiores, C. de inoff. testam. quos refert d. Put. ibi supra nu.* 1.

22 Limita septimò, conclusionem primò firmatam non procedere, veluti si in-

P com-

In hac pag. 170. col. 1. lin. 9. post verbum Litta, *adde hæc verba.*

Vltra q monitorium de sui natura in causa executiua emanatum non facit, quin executiuè actũ dicatur: quia illud tũc in vim citationis resoluitur, vt ait *Rota per Greg. dec.* 307 *nu.* 18. & ita fuit dictum in *Nicien. parochialis* 20. *Maij* 1624. *coram Vbal.* &c *p Burat. dec.* 208. *n.* 2. *& dec.* 502. *num.* 5. *&* 9.

---

ead. col. li. 24 *post verb.* executiuè procedi, *adde hæc verba.*

vt ait *Rota penes Zacchiã de oblig. cam. dec.* 68. *& penes Cincium de censib. dec.* 160. vbi propterea fuit dictũ respondendo decisioni coram *Ordine* q pendente lite ordinaria super contrauentione alicuius instrumenti non ob id prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti ad illius obseruantiã executiuè agere, vt dicunt addentes ad *Burat in d. dec.* 208. *n.* 10 *vbi alios allegat.*

---

ead. pag. & col. lin. 46. *ante n.* 23. *hæc adde.*

Licèt tamen regulariter partes non possint causam de ordinaria, facere summariã, vt fuit dictum à *Rota per Burat. dec.* 35. *n* 9. Secus aũt è conuerso pcederet, veluti de iudiciu executiuo fieri ordinarium, & rõ ea est: quia quælibet res de facili reuertitur ad suam primæuã naturã, vt pulchrè fuit deductum in *Rom. pecuniar. Luna* 28. *Ian.* 1593. *cor. Litta. & Rota dec.* 551. *n.* 5. *lib.* 3. *p.* 3. *diu. & in Mediol. legati* 30. *Oct.* 1585. *corã Pãph. & in Perus. pecuniaria* 28. *Nou.* 1612. *cor. Manzaned. & p Burat. dec.* 208. *n.* 2. *& ibi in addit. multi DD. alleg. & signanter Gutier pract. q. lib.* 3. *q.* 39. *Giurb. dec. Sicil.* 55. *Scac. de iud. lib.* 1. *c.* 76. *n.* 9 *& Rot in Leodien Abbatiæ Cinnzen.* 6. *Nouemb.* 1720. *coram Card. Sacrato.*

---

commissione, siuè monitorio aut libello fuisset apposita illa clausula, quod vna via electa altera non censeatur sublata, quam enim addere semper bonum erit, veluti faciunt Doctores nostri de partibus, qui in libellis semper huiusmodi salutares clausulas opponere consuescunt, quia tunc variatio erit permissa, & propterea hinc fit, quòd si actor prius intentauerit Iudicium ordinarium non prohibetur postea eo omisso viam executiuam assumere, vt ait *Thoming. in sua decis.* 25. & ita fuit quoq. dictum in *Romana donationis* 4. *Maij* 1558. *coram* R. P. D. *Iunio, et in alia Romana Pecuniaria* 9. *Octobris* 1592. *coram R. P. D. Caputaq.* quòd tamen sublimita iuxta decisionem in *Rom. Pecuniaria* 28. *Iunij* 1595. *coram* R. P. D. *Litta.* Veluti quoq. dicta 7. limitatio procederet, qñ hæc duo copulatiuè concurrerent, nempe renunciatio Iudicio ordinario; & expensarum refectio: quia tunc relicto ordinario posset postea executiuè procedi, ita *Rebuff. in constitut. Gallic. tom.* 1. *tit. de litter. oblig. artic.* 6. *glos.* 3. *num.* 7. *cum seqq. Suarez. in prax. in* 4. *par. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *latè Caual.* qui plures adducit in suo *specul. commun. opin. quæst.* 815. *num.* 22. *et* 30. *lib.* 3. *Lancellot. de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 20. *num.* 9. *et* 31. vbi hanc opinionem tenet, quando variatio coram eodem Iudice fieret *Zacch. ad Gales. de oblig.* Camer. *quæst.* 11. *nu.* 11. latè *Scacc. de appellat. cap.* 20. *q.* 17. *limit.* 9. *nu.* 49. *cum seqq.* Qui alijs duobus modis regulã illã limitãt, & primò, quando reus in Iudicio ordinario intentato fuisset contumax, quia tunc actor posset variare agendo executiuè *Cæsar de Grass. decis.* 2. *num.* 3. *de sent. excom. & Rota penes Zacch. decis.* 56. *num.* 30. Secundò, quando Iudex sine consensu expresso partis incepit procedere ordinariè, licet id videatur difficile *Gallesio vt ait Zacch. in d. quæst.* 11. *num.* 12.

23 Limita octauò dictam conclusionem principalem non procedere, quando in executiuis versaremur: quia tunc actor semper variare potest, vt latè ait *Caualcan. in decis.* 1. *num.* 15. *&* 16. *Boerius cons.* 187. *num.* 33. *lib.* 1. *Iason. cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. *Gabr. conclus.* 1. *num.* 31. *de Iudic. Afflict. decis.* 146. & *Rota in Romana palatij campi floræ Veneris* 16. *Decembris* 1588. *coram* R. P. D. *Penia. Card. Seraph. in decis.* 1107. *num.* 3. & sic quis non impeditur transire de executione reali ad personalem, & de personali ad realem; cũ vtraq. ad illum finem soluendi tendat, vt ait Rota *in decis.* 61. *apud Picum, et in illa Romana palatij est apud* Cincium *de censibus decis.* 101. Sed quę actiones viam executiuam mereantur, & quæ non omninò vide *Suarez in l. post rem iudicatam,* C. *de re iudi.*

24 Limita nonò, illam non procedere, veluti si essemus in reo, qui potest pluribus exceptionibus, etiam contrarijs vti per regulã *l. fauorabiliores, de regul. iur.* & *DD. in l. nemo, §. quoties, ff. eodem tit.* & ita fuit decisum in Burgen. *Canonicatus* 6. *Martij* 1606. *& in eadem* 24. *Maij* 1610. *coram* R. P. D. *Ortembergo. Caualcan. in decis.* 1. *n.* 15. *&* 16. Quamuis id fallat in illis exceptionibus, vbi cõtrarium dictus excipiẽs canonizari obtinuerit: quia tunc non posset in Iudicio deducere contrarium, vt ait *Rom. cons.* 347. *num.* 9. *& seq. cum aliis per Gabr. in conclus.* 2. *num.* 44. & *seq. de regul. Iur. & Rota in Rom. de Mutis Luna* 17. *Maij* 1604. *coram.* Card. Sacrato.

25 Limita decimò conclusionem non habere locũ in appellatione, in qua actio mutari potest, & super noua Iudex validè pronunciare valet, vt ait *Afflict. in decis.* 53. *num.* 2.

26 Contrarium licet videatur sentire idem *Afflict. in decis.* 335. *num.* 18. vbi ait, quòd sublata actione primæua amplius agi non possit, veluti eodem modo de actore dicitur, qui vna via incompetenti egit: quia non potest postea via competenti obtinere, per regulam illam, quòd potui nolui, quòd postea volui adimplere nequiui, veluti dixi inferius in verbo actus, vbi recurrere poteris in vers. incipien. contrarium videntur sentire, & in hoc facit *decis. Magon.* 10. *num.* 4. *Rotæ Flor.* Sed quomodo illa prædicta regula sit intelligenda vide. *Puteus decis.* 324. *num.* 4. *lib.* 2.

27 Declara tamen illud, quod fuit dictum de eo, qui via incompetenti egit, quòd postea non possit via competenti obtinere, nõ procedere, quãdo electio iuris incompetentis fuit ignoráter facta: quia

tunc

tunc talis electio non preiudicat illi iuri, quod competere ignoratur; & propterea in simili videmus, quòd si quis non potest succedere ex voo testamento, ex eo, quia illud fuerit declaratum nullum; non ob id tamen prohibetur ab intestato succedere; veluti pari modo dicitur etiam de eo, qui possedit bona vigore testamenti inualidi, qui postea non impeditur hæreditatem adire ex valido, & nouum inuentarium conficere, *glos. & DD. in l. si is apud quem ff. de acquir. poss. iuncta l. nec is §. 1. ff. eod. tit. Afflict. in dec. 53. n. 3.* & ita fuit quoq. decisum in vna *Vrbeuetana legati 13. Iunii 1588. coram Card. Blanchetto.*

28 Sed reassumendo principalem conclusionem super eo, quòd scilicet actiones plures non possint cumulari, & simul, & semel intentari. Extende iterum primò, eam quoque procedere, veluti si essemus in concursu actionis ciuilis, & criminalis, quæ non possunt vnico contextu cognosci, sed vna est videnda, quando altera fuerit discussa, vt fuit latè deductũ in vna *Interamnen. Pecuniaria luna 23. Iunii 1603. coram Reuerendiss. Coccino Decano, quæ est in eius impress. decis. 223. idem ait Puteus in decisione 275. lib. 1.*

29 Extende secundò conclusionem principalem multò magis procedere, quando actio ciuilis esset criminali præiudicialis; nam tunc actio criminalis est suspendenda, & in ciuili procedendum, veluti fuit decisum à Rota in vna *Romana de Stocchis Luna 9. Martii 1598. coram R. P. D. Gypso, & in alia Romana Pecuniaria Luna 28. Iunii 1604. coram Card. Mellino, quæ est inter eiim. Farinac. decis. 217. & in alia Romana. legatorum, & administrationis 2. Decembris 1619. coram R. P. D. Remboldo, & in Mediolanen. Decimarum de Varisio 14. Februarii 1620. coram Card. Caualerio, et coram eodem in in Aprantina Canonicatus 23. Ianuarii 1621.* Et ratio prædictorum ea est, ne contingat à Iudicibus contrarias sententias ferri, & sic per vnã alteri præiudiciũ inferri, & nota, quòd tũc vna dicitur præiudicialis alteri, quando sententia lata in vna actione parit tem iudicatam in alia, vt fuit dictum à *Rota in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus Vener. 11. Ianuarii 1630. coram R. P. D. Pirouano,* ibi subdens, quòd eò magis esset in causa criminali supersedendum, quando in ciuili per tres decisiones fuisset declaratum, non constare de falsitate: quia tunc Iudex criminalis non posset amplius contrarium rei iudicatæ, siuè executioni demandatæ determinare, & ibi *Rota* contrariis respondet.

30 Extende tertiò, id etiam habere locum, si Iudex vellet ex officio aliter procedere: quia tunc nec vnam accipere, & alteram omittere posset, veluti fuit decisum *à Rota in dicta Interamnen. Pecuniaria coram Reuerendissimo Coccino Decano.*

31 Extende quartò, idem procedere licet causa criminalis fuisset primo loco intentata, vt fuit decisum in illa *Romana Pecuniaria 28. Iunii 1604. coram Cardinali Mellino, et Gaspar Gulielmus in decisione 72. parte 2. Rotæ Spren.*

32 Extende quintò, procedere etiam si fuisset sententiatum in criminali; quia nihilominus, quando sententia in causa ciuili posset exceptionem parere in alia criminali, tunc, & eo casu erit inhibendum, ne in criminali procedatur: veluti fuit dictum in *Cæsaraugustana Iuris eligendi 17. Maii 1566. coram R. P. D. Sarmiento relata in illa Romana Pecuniaria coram Card. Mellino, quæ est apud Marchesanum in 1. par. post titulum de commissione appellat. in caus. crimin. et denique in vna Baren. Suppressionis Mercurii 13. Nouembris 1619. coram Cardinali Caualerio:* Et ita in Signatura fuit quoque rescriptum me scribente dum Papa Vrbanus Octauus erat illius Præfectus.

33 Quæ autem decisio in Causa *Baren. Suppressionis* fuit reuocatoria alterius decisionis in eadem causa factæ sub die 26. *Iunii 1618. coram eodem Cardinali Caualerio,* in qua fuerat decisum ciuilem causam non esse criminali præiudicialem, & propterea fuit decisum in Criminali fore, & esse procedendum.

34 Et ratio istius reuocationis ea fuit, quia in prima præsuppositum fuerat, quòd in Rota solum fuisset commissa causa de, & super Canonicatuum

 sup resfio-

suppressione, non autem altera super executione litterarũ prouisi Apostolici cũ illa clausula (Quatenus executioni esset locus) quę re vera cũ fuisset in Rota commissa simul, & semel cum alia super suppressione, & postea dictę litterarum executioni Canonici illius Capituli se oppo suissent, non obstante inhibitione Rotali; Idcircò fuit ex hac contrauentione con tra Canonicos intentatũ iudiciũ criminale, in quo prius fuerat decisum esse procedendum in criminali sub prædicto prætextu, quòd causa tantum super sup pressione non esset criminali præiudicialis.

35 Sed quando postea Dñi de Rota viderunt, quòd altera etiam super executione litterarum fuerat commissa, idcircò à iam decisis recesserunt, & dixerunt actionem ciuilem in hac causa esse criminali præiudicialem; & propterea in criminali supersedendum fore, Et ratio rationis prædictæ ea est: quia si Rota iudicasset resistentiam per Canonicos, Iudici de facto procedenti fuisse legitimè factam, tũc omnis actio criminalis in eo casu cessabat, vt benè deducit *Rota in dicta Baren. suppressionis* 1619. *coram Card. Caualerio*.

36 Nec prædictis obstare videtur *decis. Verall.* 274.*par.*2. quia loquitur in iudicio ciuili moto coram Iudice in causa ciuili super falsitate instrumenti: cum enim de iure fieri possit, vt Iudex ciuilis incidenter fiat criminalis, & è contra, vt ait *Riccius in sua decis.* 515. *& in collect.*1883.*par.*5. *& Rub.decis.* 30. *Artaman.dec.*3. *de iudic. Merlin.decis. Luc.* 78.*idem Rub.in dec.* 18. *& est decis. apud* Farinac. *post secundum lib. cons.*69. *nu.*9. *Crescent. dec.*5.*de iudic.* & *idem Ricc. in sua decis.*22.

Et nota, quòd causa dicitur etiam ciuilis, vbi agitur de crimine ciuiliter, & propterea Iudex delegatus in causa criminali eam causam ciuiliter intentatam cognoscere non potest, vt ait *Rota decis.* 19. *de Iudic. in antiq.*

37 Limita tamen & declara id, quod fuit dictum super prohibita ciuilium, & criminalium actionum cumulatione procedere, & esse verum quando ex vno, & eodem fonte actiones nascerẽtur, & ad eundem finẽ tenderẽt; secus verò si actio ciuilis, & criminalis diuersum finem, & effectum respicerent; quia tunc vna intentata potest etiam ad aliam rediri, *l.*2. *§. ex hoc edicto*, & *ibi Bart. in princ. num.* 1. *vers. videte Domini ff. de vi. bon. rapt. l. vnica*, & *ibi Azo. C. quand. ciuil. act. crim. praiudic. l. interdum ff. de publ. iudic. Boss. in prax. crim. de plurib. viol. n.* 113. *Gayl. decis.* 60. *par.* 1. *Clar. in §. finali quæst.*2. *vers. vlterius quæro, Marant. in prax. in* 4. *par. primi oper. in* 1. *distin. Iudic. num.* 9. *fol.* 43. *in fin. cum seqq. Surd. decis.*317.*num.* 30. *Materaten. var. resol. resolution.* 1. *in prin. lib.* 3. & *ita fuit decisum à Rota in dicta Interamnen. Pecuniaria coram Coccino*, & de hac materia dicã in verb. *creditum* bis exigens &c.

38 Huic tamen limitationi videtur sentire contrarium *Grattian. in sua decis. Marchiæ* 107. *& ibi in addit. num.* 10. ait, quòd actor tenetur cumulare actiones, tàm ciuiles, quã criminales; licet contrarias, vt vero Iudicio procedatur, ad hoc, vt citius lites terminentur: & propterea ait non esse permittendum de singulis in iurijs separatim experiri; sed iniuria passus cogendus est omnes contumelias simul coniungere, licet tamen possit actor, aut singulas singulariter æstimare: siuè omnes vnica æstimatione comprehendere, vt ait *Cynus & Salicet. allegati à Grattiano ibi supra dicta decisione* 107. *num.* 11.

39 Contrarium tamen, nempè, quòd Causa criminalis ciuilem absorbeat, & quòd finis negotij criminalis tribuat initium quæstioni ciuili fuit decisum *à Rota per Puteum in decis.*98. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1.

40 Et ratio istius opinionis est; quia causa criminalis ob maioritatem ciuili præiudicat, quod enim procedit etiã quod se non contingant, ergo multò magis quando se contingerent, veluti fuit decisum in vna *Taurinen. Prioratus Veneris* 23.*Martii* 1582.*coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 571. *num.*3.

41 Amplia hanc secundam opinionem multò magis procedere, quando inhibitio à Iudice criminali fuisset emanata, quæ operatur suspensionem in negotio ciuili; quando tamen non esset conclusum in causa; secus autem si iam fuisset conclusum, vt ait *Afflictus decisione*

219.

229. *Capic. decis.* 25. *num.* 5. *et ita fuit decisum in Nucerina afflictus* 24. *Maii* 1577. *coram Card. Blanchetto*, qui docent quando dicatur conclusum in causa idemq. tradit *Grat. lib.* 2. *discep. cap.* 206. *per totum & Rot. per Greg. dec.* 140. *& ibi per addent. & dec.* 339

42 Limita tamen hanc secundam opinionem esse veram, quoties principalis fisco inhæreat; alias secus, vt ait *Salicet. in l. vnica num.* 8. *C. quando ciuil. act. præiud. crim. & Rota decis.* 113. *p.* 3. *lib.* 2. *diuers. quæ est Peregrini, & Seraphini decis.* 571. *in fine.*

43 Limita secundò in eo, qui in iudicio criminali contra aliquem accusationem falsi institueret: quia si non intentat querelam tàm contra partem, quàm etiam contra testes causa criminalis non faciet siere ciuilem, vt ait *Rota decis.* 206. *n.* 5. *p.* 2. *diuers. & dec.* 3. *de except. Cæsaris de Graff. et Rota Auenion. dec.* 10. *Laurentij*: sed in hac materia recurras ad *Farinac. in sua prax. crim. in* 2. *p. in q.* 100. *num.* 71. *cum pluribus sequen.* & ratio quare accusatio falsitatis debeat introduci, tam contra testes, quàm contra partem ea est: quia sententia lata contra testes de falso accusatos non præiudicat parti, quæ testes produxit, & propterea ad hoc, vt actio criminalis faciat silere ciuile iudicium contra omnes, scilicet partem, & testes insimul est intentanda, & tunc ciuilis cessat, donec sit terminata criminalis, *Afflict. dec.* 103. *et dec.* 229. *num.* 3. *Gram. decis.* 60. *num.* 23. *Capic. decisione* 25. *numero* 1. *Cæsar. de Graff. decis.* 92. *alias* 3. *num.* 10. *de except. et Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 394. *numero* 28. *et seq. Marta decisione* 52. *Rota Pisana.* Secus autem esset dicendum, veluti quando testes de falso accusati solū adminiculum probent in causa: quia tunc non esset supersedendum in ciuili, vt ait idem *Afflict. dicta dec.* 229.

44 Limita tertiò procedere si ius totius causæ ciuilis in probatione accusata consistat, alias causa criminalis de falso intentata non præiudicaret ciuili, nec minus in ea supersedere faceret, veluti sequeretur, quando causa criminalis fuisset intentata post relaxatum mandatum in ciuili, vt ait *Afflict. dec.* 229. *Capic. decis.* 25. *numero* 3. *Gramat. decis.* 60. *num.* 24. *Cæsar de Graff. dec.* 92. *alias* 3. *numero* 4. *de except. et Rota in Ciuitatis Castelli spolii bonorum* 18. *Februarii* 1591. *coram Card. Platto, idem ait Rota decisione* 588. *num.* 1. *part. prima in recent.*

45 Limita quartò, quòd sola accusatio, & quærela non facit supersedere in iudicio ciuili, nisi post transmissionem citationis; Immo ante eam potest quærela retrahi, & aboleri per iudicem, nec dicitur præuenta iurisdictio, veluti nec etiam sufficit mandatum de citando, nisi citatio sit executa cum sine ea non adsit aliqua vis motæ controuersiæ, nec ante illius transmissionem dicitur processus criminalis initiatus, licet etiam inquisitio fuerit in actis posita, vt ait *Gratian. libro* 3. *discept. capitulo* 531. *numero* 78. *et* 79. vbi subiungit idem quoque procedere in Iudicio ciuili, quod ante citationis executionem figuram motæ controuersię non habet.

Quam enim limitationem Extende eò magis procedere quando quærela post relaxatum mandatum fuisset porrecta, quia tunc causa criminalis non facit suspendere in Ciuili, vt fuit dictum à *Rota per D. Burat. in sua dec.* 47. *num.* 6.

46 Limita quintò, quòd ad hoc, vt causa criminalis ciuilem absorbeat id intelligendum venit effectu ipso facto, sed non ipso iure: quia necessaria est sententia in ciuili, veluti fuit decisum in illa *Taurinen. Prioratus Ven.* 20. *Maii* 1583. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 610. *num.* 3.

Veluti eodem modo dicitur de pœna imposita a lege, vt est illa, quę imponitur iuxta dispositionem *l. si quis in tantam, C. vnde vi*, quę non inducitur ipso iure, sed sententia est necessaria, vnde ex hoc inferri potest, quòd exceptio criminis, quę ipso iure non priuat, non admittitur in spolio, vt ait *Rota decisione* 6. *numero primo parte* 1. *recent. licet ibi declaretur numero* 3. & 4. *ibidem.*

47 Item quando detur cumulatio plurium actionum ciuilium, & criminalium, nec non mixtarum est viden. *Gratian. libro* 5. *disceptation. cap.* 935. *num.* 28.

item in quibus alijs actionibus cumulatio detur, vide omninò *Ricc. in sua collect. decisionum 636. part. 3. & melius in Collect. 935. parte 4. Facchineus lib. 9. controuers. cap. 2. & Farinac. in sua prax. crim. q. 100. num. 123. cum seqq.* & ibi latè, *et quaest. 105. num. 28.*

48 Vltimò nota tu, quòd quoties possumus actionem ciuilem exercere, nunquā est recurrendum ad illam criminalem, veluti dicam in verbo Dolus &c. idemq; ait *Crauett. consil. 280. versic. Postremo. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 381. nu. 5. & 6. & Bertaz. in suo cons. criminal. 119. num. 13.* vbi ad id infinitos allegat *lib. 1.* & id maximè in administratione Doganarum, & vectigalium procedit, vt dicunt *DD. allegati à Grat. discept. cap. 625. num. 20. & 21. lib. 4.* & ita quoq; iubet noua reformatio Pauli Quinti, Et eo minus causa ciuilis impediri debet per criminalem, quando praeiudicialia fuerint sublata, vt ait *Afflict. dec. 103. & Capic. dec. 25.*

49 Extende quòd etiam dicta actio criminalis quiescat, quando esset datus terminus ad aliquid faciendum in ciuili, vt ait *Gratianus cap. 748. num. 11. lib. 4.*

50 Subextende praedicta, multò magis procedere, quando querela daretur post relaxatum mandatum in ciuili, vt ait *Rota in decisione 588. num. 4. part. 1. in recentior.*

ARGVMENTVM.

ACTIONVM CONFVSIO quando fiat, & inter quas personas fiat.

CONCLVSIO XXXVI.

1 ACTIONVM cōfusio nota quòd fit regulariter si creditor debitori succedat, *text. est. in l. debitori, & ibi glos. 2.* vbi concordantes allegat *C. de pact. & ibi DD. l. mutiae in fin. ff. de condit. & demonstrat.*

2 Et ratio est secundum *Bart. in dicta l. debitori in secunda oppositione*: quia in eadem persona, & sic in eodem subiecto passiua, & actiua obligatio esse non potest: quia, vt ait Philosophus, agens, & patiens simul concurrere non possunt, *l. suo §. penult. de legat. 1.* & ibi Doctores, *Bart. in l. si vxor C. de bon. auth. Iud. possess.* & *Mohed. in sua decis. 8. alias 190. num. 3. tit. de appellat.* & *Vinc. de Franch. decis. 39. num. 2.* & ideò si alter alteri succedat debitor, & creditor, tunc aditio haereditatis inter eos vim solutionis habet, *Afflict. decis. 237. n. 4.* & idē *Franch. in decis. 518.* & *Rota Ianuen. in decis. 45.*

3 Sed est benè verum, quòd creditum haeredis in aditione extinguitur non per viam confessionis, sed per quandam fictam, & imaginariam solutionem, vt ait *Surd. dec. 224. n. 10.*

4 Amplia primò id non solum procedere in haerede; verum etiam in fideicommissario vniuersali; quinimmo etiam in legatario: quia legatum quando fit creditori censetur factum animo compēsandi; *text. est in l. 1. in princ. ff. ad Trebell. Vrsil. ad Afflict. in decis. 44. num. 11. Gabr. cons. 16. num. 31.* & ita fuit decisum in vna *Romana de Gabrielibus 15. Ianuarii 1593. coram R. P. D. Orano*, & in alia *Romana Legati Veneris 18. Iunii 1607. coram* R. P. D. *Manzanedo.*

5 Limita tamen id esse verum, quando sumus in debitore necessario; secus verò in voluntario, vt est debitor ex contractu quia tunc nec compensatio, neque confusio intrat, vt ait *Afflict. ibi supra*, & veluti dicam in verbo Debitum voluntariū, vbi recurrere poteris, & ratio illius limitationis est: quia in necessitatibus nemo liberalis existit, *l. magnam C. de contrab. & committ. stip. & ibi Doctores.*

6 Declara id, quod fuit dictum de debito necessario, pro quo fit compensatio, & de quo fit confusio, procedere quando testator legando creditori dixerit, quòd de eius haereditate nihil aliud petere, ac pretendere possit: quia tunc animo compēsandi legatum fecisse censetur alias secus, veluti fuit decisum à *Rota ibi coram Orano, et Manzanedo.*

7 Amplia secundò procedere etiam in fisco, veluti dicunt *DD. in l. Vranius ff. de fideiuss.* quod enim habet locum non solum in actione; verum etiam in obligatione, tàm ciuili, quam etiam naturali, quae aditione haereditatis confunduntur, vt ait *Rota ibi supra, et DD. in d. l. debitori*,

bitori,& id probatur etiam in *l. debitor, ff. ad trebellianum.*

8 Amplia tertiò, vt non solum ope exceptionis; verum etiam ipso iure actio extincta dicatur ex ea ratione in principio assignata; quia actio, & passio non possunt simul concurrere in eodem subiecto, vt ait idem *Bart. in d. l. debitori; vers. Ad primum*,quod est vtile scire,propter ea,quæ habentur in *l.eum qui,§.qui ita, ff. de verb. oblig. & ibi* DD.

9 Amplia quartò,etiam & è contra procedere, nempè si debitor creditori succedat, veluti tenet *glos. in d.l.debitori*, & idem probatur *in l.stichum,§.aditio. ff.de solut.* Et ratio est: quia creditor, & debitor sunt correlatiua, & ideò dispositum in vno, in alio quoque dispositum censetur *l.fin.ff.de acceptil.* & *Bald.in rubr.C. de reb.cred.et Rota in vna Romana nullitatis census de Gradariis lunæ* 5. *Maii* 1597.*coram* R.P.D.*Corduba. et per Cardinalem Seraphinum decis.* 842. *num.*4. Licèt secus tamen esset,quando lis contra heredem debitorem fuisset contestata, vt ait idem *Card.Seraph.d.decis.*842. *in fine*.

10 Amplia quintò, quòd huiusmodi exceptio confusionis actionis in quacunq. parte iudicij opponi possit,vt ait pulchrè *Guidopap. in decis* 209. *per illum text. in l. Vranius,ff.de fideiuss.*

11 Limita primò,conclusionem non procedere, quando heres fecisset inuentarium, vt ait *glos.* 2. *in d.l.debitori*,quam sequitur ibi *Bald. num.* 2. & in alijs locis adductis per *Alex.ibidem*. Vult enim *glo. illa*,quod facto inuentario per creditorē duret actio, & non confundatur: quia per inuentarium separantur bona heredis ab illis testatoris, & facit hæreditatē tanquam iacentem censeri, & obligationes hincindè in suo robore remanere, vt ait *Corn. in dicta l. debitori, num.* 3. *Roland. de inuent. in* 10. *vtilitate, num.*3. *cart.*131. & *Castr. in dicta glos.*2. *l. debitori, quæ glos.mouetur per text.in l.fin. §. & ipse, C. de iure delib. & ibi Bart.idemque ait Rota in vna Romana saluiani interdicti* 2. *Decembris* 1588. *coram Card. Seraph.quæ est in eius impress.decis.*842.*et in alia Ciuitatis Castelli census* 10. *Maii* 1595. *coram Card.* Mantica, & *est decis.* 722. *num.*5.*par.*1.*diuers.Valasc.decis.*69. *incipien. aliquid, Laurent. decis.* 95. *Et Grammat. decis.* 93. *num.* 7.& *Rota per Gregorium decis.*421.*num.*5. & 6.

12 Animaduertendo tñ,quòd inter bona hæreditaria debet describi debitum hæredis, ne creditores hæreditarij fraudentur; alias si hoc casu illud confundetetur vtique hæreditas in preiudicium creditorum diminueretur; quod esset contra mentem legum, quæ potissimum hoc remedium inuentarij introduxerunt ad effectum ne hæres bona hæreditaria surripiat, *l. fin. §. sin autem C. de iur. deliber.Bald. cons.* 265. *lib.* 4. *cum aliis allegati per Rol. de inuent.par.* 1.*quæst.*5. *pag.*4.*idem ait Rota ibi supra coram Cardinali Seraph.*

13 Sublimita tamen dictam limitationē non procedere in hærede, qui sit grauatus;qui licet nō confecisset inuentarium; nihilominus eo non obstāte deducit omne id, quod sibi à testatore debetur aduersus fidei comissarium vniuersalem; dummodo illud sibi debeatur ex alio iure, quàm hæreditario, & ideò poterit retrahere fideicommissum antiquum per vltimum testatorem sibi debitum; alias secus quando testator disposuisset de illa re, seu de illo Iure hæredis ad fauorem alterius: quia tunc si hæres adiret sine inuentario,illud creditum detrahere nō posset,*Papa Ludouisius decis.* 42. *in num.* 6. & *ibi in addit.* & latius in additionibus *ad decis.* 421. *num.* 15. *eiusdem Gregorii*.

14 Et ratio est: quia eo casu, quo hæres est cum beneficio non videtur esse heres, nec vllum commodum ex hæreditate percipere potest, vt ait *Surd. in decis.*92 *num.* 5. Sed tunc potest benè hæres creditor, qui sit beneficiatus implorare officium Iudicis, vt sibi res pro suo credito assignetur, vt ait *Bald. & Ias. allegat. à Mantica ibi supra quæ est in eius impress. dec.*326. *n.*6. sed petendo hmōi assignationē sibi præiudicabit,in eo quòd videbis inferius *in vers. sed ad præd. sub n.*27.

15 Quæ tamen inuentarij confectio non esset necessaria si prius lis esset cum eo contestata,vt dicunt *Castr. & Alex.in d. l. fin.§.ex computatione,C.de iur. deliber. & Rota ibi coram Seraph.*

16 Limita secundò non procedere conclusionem, quando (verbi gratia) debitor

tor legando creditori,& è contra dixerit lego tali meo creditori de bonis meis tantum: quia isto casu ipse creditor vltra suum creditum poterit etiam legatum consequi: nam legatum hoc modo non intelligitur factum animo compensandi, vt egregiè distinguit *Bald. in l. si cum dotem § si pater in fin. ff. solut. matrim.* dicendo, quòd illud verbum, de bonis meis; intelligendum est deducto ære alieno,& sic credito hæredis, ita pulchrè recenset *Marsil. in suo sing. 162. incip. tu scis.*

17 Sed quando ea fieret, tunc non intelligitur, nisi pro ea parte facta confusio, pro qua creditor fuit hæres, *l. licet C. ad l. falcid.* & ratio est: quia nemo debet in plus grauari, quàm honoratus sit vulgata, *l. ab eo de fideicom.* & *l. ab eo, C. de negotijs gest.* nec minus hæres tenetur seruare factum defuncti, nisi pro ea parte pro qua fuit institutus hæres, *l. cum à Matre C. de rei vendicat. & ita millies Rota resoluit* & signanter in vna *Bonon. de Guidalottis Ven. 14. Mart. 1614. coram* R.P.D. *Verospio, quæ est in recent. dec. 528. p. 2.*

18 Quod tamen intellige procedere in hærede cum beneficio inuentarij, alias tenetur vltra vires,& propterea videmus, quòd inuentarium non iuuat hæredem in rebus hæreditarijs, vt ait *Rota dec. 61. num. 4. & decisione 256. numero 5. part. 2. in recent. & in Romana domorum 3. Martij 1617. coram R. P. D. Andrea, & Menoch. cons. 89. numero 14. Hended. cons. 3. num. 53. lib. 1. Gabr. cons. 125. num. 12. lib. 1.* & *Rota in Tiburtina Castri Viuarij 16. Februarij 1596. coram Card. Pamphilio*, vbi fuit dictum confusionem fieri actionum pro rata iurium hæreditariorum ex ea ratione: quia illud beneficium inuentarij ad aliud non fuit adinuentum; nisi vt præseruaret hæredem solum à damno: non autem, vt aliquid lucrari deberet, vt ait *Rota per. Cardin. Mantic. in decis. 226. num. 4. & decis. 270. p. 4. nouiss. Surd. decis. 30. num. 13. & seqq.*

19 Extende prædicta in tantum valere, vt propterea hæres cum beneficio inuentarij non valeat bona ab authore alienata vendicare dato etiam, quòd ea essent ipsi debita; si tamen deductis oneribus tantum remaneat in hæreditate, quantum importet valor rei alienatæ, vt ait *Rota* cum alijs Doctoribus superius allegatis,& præsertim *Surd. cons. 73. num. 34.* licet tamen secus esset dicendum, si forte in re alienata aliqua affectio particularis considerari posset, veluti quia esset res antiqua suæ domus, vel maiorum suorum: quia tunc illi eam redimere liceret, vt fuit dictum *à Rota in Romana de Theodolis 10. Decembris 1593. coram Card. Blanchetto, & est doctrina Alber. in l. fin. §. in computatione num. 20. vers. si autem C. de Iur. deliber. Gabr. cons. 125. num. 12. lib. 1. Landerch. Imolens. cons. 138. num. 4.* quos sequuta fuit *Rota in dicta Romana de Theodolis coram Card. Blanchetto & Rosental. de feud. c. 9. membr. 2. conclus. 72. num. 8. et Glos. in littera F* sed eam nouiter firmare *Rota in Tiburtina sancti Angeli fideicommissi de Vrsinis 26. Nouembris 1610. coram R.P.D. Andrea* sed ita in suspenso reliquit, veluti testatur *Oliuerius in addit ad Greg. decisione 418. num. 15.*

20 Limita quartò, quando essemus in actione reali, quæ non confunditur, vt tenet *Bald.* & reddit rationem prædictæ limitationis in *dicta l. si vxor* quem sequuntur *Alex. & Socin. in dicta l. debitori, num. 3. Roland. in dicto tract. de Inuent. vers. an hypothecaria, numero 12. cart. 206*

21 Et propterea isto casu actionis hypothecariæ hæres poterit retinere pignus, sed si non adest, poterit agi contra tertios possessores, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 204. num. 23.* & *Rota in decis. 759. num. 3. & 4. p. 2. in recent.* & veluti dixi supra in conclusione 33. *num. 26. & sequentib.*

22 Contrarium tamen tenet *Bart. in dicta l. debitori ff. ad Trebell. et Cephal. cons. 393 num. 155. cum seqq. lib. 4. Caputaq. decis. 195. Menoch. cons. 89. numero 153.*

23 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat quando hæreditas obuenit creditori reuocabiliter, vt ait *Surd. in decis. 266.* secunda verò opinio procedit, quando hæreditas irreuocabiliter obueniret, vt ait *Franch. in decis. 39. Afflict.*

in

in decis. 26. & *Roland. ibi supra alleg. sub num. 18. vers. non obstat, idem Grat. ibi supra num. 25. 26. et 27. viden.* Item rursus concordari potest, vt prima procedat in expressa hypotheca secunda vero in tacita ex doctrina *Cephal. d. cons. 393. lib. 4.*

24 Limita quintò, & declara prædicta esse vera in creditore succedente debitori, qui effectualiter adit, & illius actio iam orta fuisset; quia tunc aditione actiones competentes eo modo, quo supra extinguuntur, secus verò in eis, quæ postea nascuntur ex causa non hæreditaria; quia qualitas adiecta tempori debet intelligi secundum tempus, cui adijcitur, vt est *text. in l. in delictis §. extraneus ff. de noxal. & ita declarat. Aretin. in suo cons. 148. & Rota in Romana scutorum 20. mill. 14. Maii 1582. coram Card. Lancellotto Seniori.*

25 Limita sextò, quòd per aditionem hæreditatis debitum clarum, & liquidum per instrumentum confusione non extinguitur, ita vt in restitutione facienda, non sit illud detrahendũ. vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec. 979. n. 3.* Et propterea videmus etiam è conuerso, quòd hæredi non datur retentio bonorum pro illis creditis, de quibus non liquet, nec interim facit fructus suos, nisi pro illis tãtum, quæ liquida apparent, & sic solum pro liquidorum concurrenti quantitate: vt ait *Rota per Card. Seraph. d. decis. 979. num. 4.*

26 Vndè hic notãdũ erit, quòd hæres credi tor cũ inuẽtario poterit pro suo credito implorare officium Iudicis, & ab eo petere bonorum hæreditariorum separationem, & assignationem citatis creditoribus, & legatarijs: quia tunc non dicuntur actiones confusæ, vt ait *Rota in dicta Bonon. de Guidalottis coram Verospio & Mantic. dec. 326. n. 5.*

27 Sed ad prædictã pulcherrimam distinctionem vnum animaduertas adnotatione dignum, & est quod, aut hæres creditor petiit sibi pro eius creditor bona adiudicari: aut non; Primo casu, ex quo creditor videtur renunciasse priuilegio iuris petẽdo bonorum ad iudicationem: quia scire debes, quod ius fingit creditorem adeundo sibi soluisse de suo credito, & sic tot bona cepisse, quæ pro sui satisfactione sufficiant, & per consequẽs, ex illis tanquã ex propriis bonis fructus percepisse; Vndè sequitur, quòd in illo primò casu fructus ex bonis hæreditariis in eius creditũ imputãtur, vt in istis terminis fuit decisũ in *Senat. Mant. per Surd. in dicta dec. 92.* In secundo verò casu, scilicet quando hæres huiusmodi instantiã sibi adiudicandi bona non fecit, sed iuris priuilegio fuit vsus tacendo, & tunc fructus percepti ex illis bonis eius creditum importantibus ex bonis propriis percepti censentur, nec eius creditum in nihilo extenuant, vt fuit decisum à prædicto, *Senatu Mant. per eund. Surd. in dec. 224.* omninò viden, & menti teneñ, & sic igitur fœdere istius distinctionis illæ duę decisiones *Surdi 92.* & *224.* benè concordantur, & ibidem pulcherrimam rationem in illo secundo casu adducit; & est quia si creditor à principio post mortem testatoris eius creditum exegisset vtique hęreditatem extenuasset, & ob id lex fingit imaginariam solutionem ab initio, quę tacendo operatur effectum prędictum, pro quo optimè facit illa regula, quod scilicet fictio in casu ficto idem operatur, quòd veritas in casu vero: At secus si pro assignatione sui crediti institaret, vt dixit *Surd. dictis decis. 92. & 224.* Et ideò cautus erit ille hęres creditor, si tacendo iuris beneficio vtatur.

28 Vnde ex prędictis infertur, quòd hęres creditor non solum adeundo videtur sibi soluisse, sed potest etiam non confecto inuentario suum creditum retinere, & illud deducere in preiudicium fidei cõmissarii. Immò potest non solum retinere tot bona testatoris, quę sufficiant pro eius crędito, verũ etiam fructus eorũdẽ bonorũ percipere: quia statim adita hęreditate videtur sibi soluisse, vt superius dictum fuit, & sic fructus percepti per hęredem ex hęreditate non debent, cum eius credito excomputari iuxta veriorem opinionem, vt ait *Surd. in dicta decis. 92. & decis. 170. num. 1. & 2. & Papa Ludouisius decis. 421.* omninò videñ, & *Surd. Melius in dicta decis. 224.* vbi egregie omnibus contrariis respondet, & hanc esse magis communem ait *Menoch. in cons. 183. num. 52. & seqq.* quem sequitur *Simon de Prat. cart. mihi 358.*

In hac pag. 178. col. 1 nu. 15. ante nu. 29. adde hæc verba.

✠ De clara tamē ea, q̄ fuerūt dicta de creditore volente propria auctoritate sibi bona appropriare, solū procedere si hmōi electionē sine dolo, & fraude faceret. At secus si è contra, vt dicunt addentes ad *Greg. dec. 67. n. 16. vbi alleg. Rot. dec. 71. n. 4. p. 1. diuer.* Veluti eodem modo prædicta subdeclarantur procedere, quando hæres cum beneficio legis, & inuentarij esset creditor anterior in illius credito alijs creditoribus posterioribus testatoris; quia quādo est anterior, tūc benè procedit illa imaginaria solutio pro rata sui crediti super corporibus hæreditarijs, cum hęc ficta solutio vim iudicialis habeat. *Surd. d. dec. 92. n. 2. & dec. 170. n. 1. & dec. 224. Mag. dec. Flor. 59. n. 6. Rot. dec. 680. n. 1. p. 1. diu.* & sic isto casu in nihilo differūt creditores posteriores à fideicōmissarijs, quoad acqsitionē dnij factā per hæredē in ipsa aditione cū benef. leg. & inuen. vt fuit ponderatū *in Rom. de Magdalenis 25. Ian. 1610. corā Coccino, & in Monspolitana bonor. 24. Ian. 1621. corā Manzan.*

Secus autem si creditores hæreditarij essent anteriores heredi creditori; quia tūc in præiudiciū anteriorum illa solutio imaginaria nō intraret, pro rata sui crediti; quia quis non pōt ex re alteri obligata fructus ad ppriū cōmodū recipere cū prior in tēpore sit potiori, iure veluti de his oībus pulchrè fuit consideratū à *Rot. in Rom. separationis bonor. Ven. 24. Ian. 1631. cor. Pireu,*

358. *num. 19. in suo tract. vlt. volunt.* & Rota *decis.* 680. *num. 2. cum seq. par. 1. nouiss. idem Gregor. in decis.* 266. & *Card. Seraph. dec.* 967. *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 37. num. 7. & seq. Castr. cons. 19. n. 3. lib. 2. Crauet. cons. 295. in 6. dubio Ruin. cons. 112. nu. 18. lib. 2. Port. cons. 92. num. 94. Menoch. de arb. casu 256. num. 21. & seq. Rolan. cons. 65. propè finem lib. 2. Rimin. sen. cons. 518. Gabr. cons. 124. num. 7.* Marz. *cons. 29. col. 1. Boer. decis. 44. num. 19 Gregor. dec. 67. nu. 10. & Rota in Romana legitimæ de columna* 23. *Ianuarii* 1621. *coram Buratto.*

29 Contrarium quòd scilicet actionum confusio fiat, quando hæres inuentarium non confecerit, sed simpliciter adierit, ait *Franch. dec. 39. num. 13.*

30 Concorda tu tamen primam opinionem procedere, quoad retentionem alteram vero quoad actionem; & sic huiusmodi distinctione vtramq. concordare poteris, iuxta tradita per *Franch. dicta decis. 39. num. 13.*

31 Illud verò, quod fuit dictum de hærede adeuntæ, qui pro suo credito de bonis hæreditarijs sibi satisfecisse præsumatur, illud (inquam) primò intelligendum venit de bonis mobilibus, & postea de stabilibus; Itē de bonis potius alienatis, quàm de non alienatis, & non consumptis, vt ait *Surd. decis. 170. num. 3. & 4.* & in dubio præsumitur solutio facta prius de mobilibus, & postea de immobilibus, vt ait *Rota decis. 680. nu. 7. p. 1. nouiss.*

32 Bona autem, quæ prò credito deducuntur hoc modo estimari debent; nempè si creditum debeatur tempore mortis, tunc attenditur valor bonorum iuxta illud tempus: si verò post mortem testatoris hæres creditor fiat, tunc bona æstimantur iuxta illud tempus, quo fuit facta debitorum solutio *Menoch. consil. 183. num. 34. cum seq. Simon de Pretis viden. in suo tract. vltim. volunt. cart. mihi 356. num. 24. idem Menoch. cons. 245. num. 21. cum seqq. Peregr. de fideicom. art. 35. num. 10.* & 12. & Rota *dec.* 680. *n. 1. p. 1. nouiss.*

33 Extende primò, quòd etiam hęres creditor dotis vltra electionem, quam habet in quibus bonis velit dotem retinere ad id potest etiam officium Iudicis implorare, vt sibi rem aliquam pro suo credito assignet, vt fuit dictum in dicta *Ciuitatis Castelli census coram Card. Mantica qua est in eius impress. dec. 326.* Animaduertendo, quòd si hęres volens vnam rem particulatem sibi appropriare pro suo credito, si id non facit authoritate iudicis non poterit amplius melioramenta deducere, vt ait *Rota in decis. 680. nu. 6. part. 1. nouiss.*

34 Declara tamen, id esse verum, quoties hęres fideicommissarius nollet illud creditum dotis in pecunia soluere: quia tunc creditor cogeretur ita suum creditum in pecunia acceptare, vt ait *Simon de Pretis in tract. vltim. volunt. cart. 356. num. 24. & 25. & alii ibi per eum allegati.*

35 Extende secundò, idem procedere in grauato fideicommisso conditionaliter, qui in restitutione fienda ipse, vel eius hæres poterit suum creditum retinere, & omne id quod alicui alteri creditori hæreditatis soluerit, vt ait *Menoch. cons. 183. n. 33. & 34. & Scacc. de iud. caus. ciuil. & crim. c. 9. n. 1238. cum plurib. seqq.* & *ibi alios* DD. *allegat.*

36 Quod enim subextende procedere quoq. si ille hæres grauatus percepisset ex dictis bonis fideicommisso grauatis tot fructus, qui ad valorem dicti sui crediti ascenderent, vt ait idem *Menoch. d. cons. 183. num. 42. cum infinitis seqq.* & ibi de magis communi testatur, quem etiam sequitur *Sim. de Prat. in præcitato loco, & Surd. d. dec. 92. n. 6. & seqq. et in dicta decis. 224. n. 12. et Rota dec. 680. num. 2. p. 1. nouiss.*

37 Vndè in omnem euentum, quòd hæres, vel ex dispositione testatoris, vel alio modo teneretur ad restitutionem fructuum bonorum hęreditariorum per eum preceptorum, tunc erit intelligendum de fructibus aliorum bonorum, detractis tamen illis bonis, quę pro eius credito insolutum accepta præsumuntur *Bart. in l. pecculium la 2. ff. de pecul. in princ.* & *Surd. decis. 170. num. 1.* & 20.

38 Limita septimò conclusionem non procedere, quando essemus in legato à marito vxori, siuè vsusfructus, siuè alio modo facto: quia tunc actionum confusio

sio non datur, quod tamen secus esset, si maritus diceret, quòd de illo legato suo vxor sit contenta, ita vt nil aliud de eius dote petere possit, vel si fuisset à testatore additum, quando fecit legatum ad tollendas lites, &c. alias si prædicta non apponantur vxor vtrumque habebit, vt ait *Afflict. decis. 44. & Rota in Romana de Gabrielibus 15. Ianuarij 1593. coram R.P.D. Orano*, & vt dicam in verbo, legatum factum creditori; Vndè si vxor igitur fuisset relicta vsufructuaria in primis, & ante omnia detrahet ejus dotem vti æs alienum, veluti dicam in verbo, *vxor relicta vsufructuaria*, &c. & DD. allegati ab *Amato in decis. 39. numero 8. & 9.* & ibi multos Doctores ad id allegat, quòd tamen intellige procedere attenta distinctione de qua supra dixi.

ARGVMENTVM.

DE ACTIONE PRO EVICTIONE competenti, quando, & in quibus casibus intentanda veniat.

CONCLVSIO XXXVII.

1 PRO faciliori intelligentia istius actionis euictionis prius erit videndum, quid sit euictio; Deinde docere de illius effectibus, & natura; Euictio igitur dicitur rei emptæ, aliavè causa acceptæ interposito Iudicis decreto ablatio: Item euincere propriæ est idē, quod vincere; Alio modo est rem meam iure dominij ab aliquo, cuius non erat alteri, aut datam, aut venditam repetere in Iudicio, & ab emptore per sententiam iudicis ad eam mihi restituendam condemnato extorquere, & abducere, vt ait *Vlpian. in l. 1. ff. de euict. & l. euicta, ff. eod. tit. Azo. in summa sua, C. eodem tit.*

2 Quæ enim actio, nota, quòd est diuidua, & propterea: siuè tota res euincatur, siuè illius pars semper emptor habet regressum contra venditorem de euictione, vt toto titulo ff. & C. *de euict.* & quòd pari modo vti diuidua possit per hæredes adimpleri pro parte sua, ait *Menoch. cons. 123. num. 37.* Immò quando pars rei euincitur emptori tota venditio rescinditur, vt ait *Becc. cons. 106. num. 49. vbi plures allegat. Rota decis. 709. par. 1. diuers. & Caualcan. decis. 8. num 1. & seq. par. 2.* Quod tamen intellige verum, quando emptor non esset partem empturus, vel quando remaneret in communione cum residuo, vt ait *Gabr. cons. 49. num. 1. cum seqq.* Alias secus.

3 Extende primò, quòd ea semper datur contra creditorem, non solum pro restitutione pretij, sed etiam pro omnibus damnis, & interesse, vt dicunt *Hostiens. Anchar. Ioan. Andr. & alij allegati in vna Placentina Euictionis Lunæ 11. Iunij 1591. coram Card. Blanchetto, & in Romana Pecuniaria luna 25. Iun. 1601. coram Card. Pamph. et Rota per Greg. in sua dec. 88. n. 7.*

4 Extende secundò procedere, etiam si dicta euictio per venditorem non fuerit promissa, vt fuit dictum in *Mantuana euictionis bonorum Ven. 4. Maij 1601. coram sanctissimo Greg. quæ est in eius impres. dec. 75. num. 3.*

5 Et ratio est: quia euictio est de natura emptionis, & propterea videmus etiam, quod procurator pōt, pro domino promittere de euictione sine speciali mandato, cum ad id solum Generale sufficiat *Rot. per Buratt. dec. 381. num. 10. et in Terracinen. Molendini 28. Ianuar. 1628. coram Pirouano, et in alia Rom. officij 31. eiusdem anni, et mensis* licet sit quoque verum, quod ad hoc, vt vēditor teneatur ad restitutionem pretij vim pacti in contractu appositi opus est, vt verba, pacti sint clara, & specifica, alias æquiuoca, & æquipollentia non sufficerent, vt ait *idem Greg. decis. 90. num. 10. & in Lucerina census 26. Iunii 1620. coram Card. Sacrato.* Vndè nota, quòd quando est euictio clarè promissa tunc executiuè proceditur, quod secus est, quando non fuit promissa siue æquiuocè: quia tunc via ordinaria esset procedendum, veluti dicitur eodem modo de indemnitate, quæ etiam non promissa venit ex natura fideiussionis, vt fuit dictum in vna *Romana releuationis indemnitatis luna 4 Feb. 1602. coram Card. Lancell.*

6 Extende 3. quòd etiā successor singularis, veluti emptor alicuius rei possit agere

contra

contra auctorem auctoris in vim iuris cessi, secus autem si dictam cessionem Iurium ei competeñ non haberet: quia sine ea regulariter, quis de euictione nõ agit, nec regressum, contra primum venditorem habet, vt fuit dictum in vna *Mediolanen. euictionis Ven. 4. Feb. 1600. coram* *Card. Mellino*.

7 Subextende primò, idem procedere, quando in Instrumento emptionis adesset illa clausula (ponens, &c.) quia tunc illius virtute, quis posset de euictione agere, vt fuit decisum à *Rota in dict. dec. 25. penes Greg. num. 6.*

8 Subextende secundò, quando auctor singularis successuris fuit stipulatus pro se, hæredibus, & successoribus: quia tunc in vim illius clausulæ agere de euictione posset, vt ait *Rota in decis. 589. num. 5. part. 1. in recent. & in Meliten. Nauis 11. Ianuarii 1614. coram Card. Sacrato*.

9 Subextende tertiò, procedere in emptore per licitationem, & sic per venditionem factam ab executore: quia tunc idem est, ac si rem habuisset à manibus ipsius venditoris, qui tenebatur notificare rem non esse liberam, alias illius dolus in non notificando præfertur culpæ emptoris in non perquirendo, vt fuit dictum in *Rom. domus de Alicornis lunæ 2. Mart. 1598. coram* R. P.D. *Peregrino. Surd. dec. 26. n. 18. & Greg. in sua dec. 19. num. 1.*

10 Et ratio illius subextensionis est. quia factum iudicis, pro facto partis habetur, & ita fuit dictum in illa *Mediolanen. euictionis coram* Card. *Mellino*.

11 Extende quartò, principalem conclusionem procedere, etiã, quòd contractus esset nullus, dummodo tamen emptor sit in bona fide: quia tunc huiusmodi actionem experiri potest, & ratio est: quia licet contractus sit nullus, quoad rei traditionem, sustinetur tamen in præiudicium venditoris fauore ementis ad prædictum effectum, vt fuit dictum in illa *Placentina euictionis coram* Card. *Blanchetto*.

12 Et nota, quòd tunc emptor dicitur esse in bona fide, quando credit causas narratas esse veras, vt ait *Rota ibi supra coram* Blanchetto.

13 Extende quintò, quòd nedum ista actio intentatur quando fuit euictum dominium, sed etiã si fuerit euicta possessio, vt ait Card*in. Seraph. decis. 671. num. 6. & 7. Surd. decis. 22. num. 7. & Greg. XV. decis. 88. num. 6. Gratian. lib. 1. discept. cap. 3. num. 7. & cap. 22. num. 5.*

14 Contrarium licet videatur tenere *Rota in Perusina bonorum 17. Aprilis* 1617. *coram* R.P.D. *Buratto*, & ibi fuit decisum rem euictam dici non posse per immissionem in vim Saluiani concessam, vt fuit quoque resolutum in *Bononien. fideicommissi de Lambertinis 13. Maii 1623. coram Card. Verospio, & postea in Rom. spolii 10. Dec. 1627. coram* R. P.D. *Merlino.*

15 Concorda tñ huiusmodi opiniones tali modò procedere posse, nempè, vt prima locum habeat, quando verè auocatur possessio, & in istis terminis loquitur illa *decis. 88. coram* Greg. & aliæ doctrinæ in dicta decisione allegatæ, secunda verò procedit, quando non possessio auocatur, sed solum detentio conceditur alicui, donec de fructibus rei sit secuta satisfactio, vt est in Iudicio Saluiani: quia tunc creditor immissus ex eo remedio non sibi, sed pro debitore possidere dicitur, vt ait S*urd. cons. 481. num. 14. & in dec. 22. n. 7.* & melius R*ota dec. 422. n. 2. in fine p. 2 in recent.*

16 Sed tenẽdo primã opinionẽ extẽdo eã procedere, et si sẽtẽtia fuerit executioni demandata; alias huiusmodi actio emptori non competeret: quia eam rem adhuc possidere diceretur, vt ait *Balb. dec.* 22. & *Rota per Greg. dec. 25. num. 3.* Item secus esset, quando euictio esset quoque promissa in possessorio, veluti quilibet, cautus pro sua maiori securitate facere debet; alias non nisi ad interesse illo interim teneretur venditor, vt iam diximus & veluti ait *Rot. in dicta Bononien. fideicommissi coram* Card. *Verospio, & in alia Rom. spolii coram Merlino*.

17 Vndè ex hoc infertur, quòd actio ista non intentatur, nisi secuta effectuali vendicatione, neque secuta diceretur euictio per decretum manutentionis super bonis euictis ante euictionem concessum, vt fuit dictum à R*ota per Burattum in sua decis. 381. num* 2. licet secus, quando quis venderet rem alteri obligatam

obligatam, & præsertim scienter, & sic quādo in limine contractus, siue iudicij euictio immineret: quia tunc ante eam posset agi ad restitionem pretij, & fortis principalis, non vti ad sortem, seu pretium, sed pro interesse, vt ait *Rota decisione 741. numero 1. par. 1. diuers.* & *decis. 139. num. 2. penes Cincium de censibus*, & fuit quoq. decisum in *Perusina dotis coram* R.P.D. *Ortembergo, quæ est apud Marches. de Commiss. tom. 2. fol. 589. sub num. 4. Gratian. lib. 2. discept. capit. 301. nu. 5. Thesaur. decis. 85. in princ.* & *Rota decis. 586. par. 1. diuers.* vbi ad hanc regulam multas limitationes adducit per te vidēdas, & prius in vna *Vulterana bonorum 15. Februarij 1585. coram Clemente VIII.*

18 Extende quòd in huiusmodi actione veniunt fructus amissi, & sic recompensatiui, & refectio aliorum damnorum, quę emptor causa istius euictionis quouis modo passus est, vt fuit resolutum in vna *Placentina euictionis 20. Apr. 1589. corā Card. Platto; et in alia Senegalien. Prædij 27. Ian. 1595. coram Card. Seraph.* & *in illa Perusina bonorū luna 17. Apr. 1617. coram* R.P.D. *Buratto, quæ est in eius impress. dec. 240. n. 9.*

19 Subextende, quòd etiam veniat augumentum valoris prędij euicti, quando illud esset auctum à die venditionis vsque ad tempus secutæ euictionis, vt fuit dictū in dicta *Placentina euictionis corā Card. Platto, et in alia Burgi Sācti Sepulchri bonorū 22. Maij 1596. corā Card. Blanch.*

20 Vndè hic est notādus prędictus modus ob quem per indirectum agi potest ad rescissionem contractus nominari, veluti in cēsu, & similibus, ob non implementū partis aduersæ, licet principaliter, & directæ ad id agi non posset, sed solum ad implementum, vt ait *Card. Seraph. dec. 591. num. 8.* & *9.* & *dec. 1133. num. 1. Put. dec. 1. de transact. latè Marescott. variarum resolut. lib. 1. c. 89.* vbi alias decisiones allegat. & veluti dixi in verbo Adimplementum.

21 Extendē quintò conclusionem procedere, quando bona essent data creditori insolutum, quorum si euictio sequatur, tunc creditor haberet actionem, & regressū contra fideiussores obligatos pro credito extincto, vt fuit dictum in vna *Romana dationis insolutum 29. Martii 1591. coram Card. Blanchetto.* Sed non posset tamen agere ad fructus, quando fideiussor solum promisisset soluere pretium pro re euicta, vt fuit dictum *à Rota in dicta decis. 240. D. Buratti numero 14.*

22 Et ratio illius extensionis est: quia tunc illa nouatio non cēsetur inducta ad fauorē fideiussorū, si tamen in nouo cōtractu eorum obligatio fuerit repetita, vt ait *Card. Seraph. in decis. 1063. num. 3.* Alias secus: quia mutata forma contractus fideiussor ante mutationem obligatus liberatur, nisi in nouo contractu fuerit repetitus, vt mox dixi, & veluti ait *Rota decis. 456.* & *decisione 567. par. 1. nouiss.*

23 Contrarium licet videatur sentire *Surd. cons. 145. n. 23. lib. 1.*

24 Limita tamen primò principalem conclusionem non procedere, quando res esset iudicialiter euicta, sed iis non fuit venditori intimata: quia tunc dictus venditor non teneretur ad damna, & interesse, vt superius diximus; sed solum, quando esset certioratus de intentata euictione, vt fuit dictum in illa *Placentina euictionis luna 11. Iun. 1591. coram Card. Blanchetto.* & ratio est: quia emptori est imputandum, quare litem motam venditori non denunciauit, vt ait *Rota per Put. decis. 374. num. 3. lib. 2. Cappell. Thol. s. decis. 407.*

25 Limita secundò non procedere in eo, qui fuit in culpa rei euincendæ, veluti quia fuit contumax, vel compromisit, siue iuramentum litis decisiuum detulerit, quia tunc in istis casibus emptor huiusmodi actione contra rei venditorem vti non posset, *vt ait Surd. dec. 22. num. 1.* & *Vtuius dec. 155.*

26 Limita tertiò, quando euictio facto Principis, siue per iniuriam, & imprudētiam Iudicis sequeretur, quia tunc veluti venditor ad pretium agere poterit: ergo multò magis illud non solutum retinere, *vt ait Rota per Put. dec. 381. num. 1. lib. 3.* & *Verall. in dec. 317. p. 1.*

27 Et ratio est, quia facilius datur retētio, quam acquisitio de nouo, vt ait *Rota per Gregorium decimumquintum dec. 265. n. 3.* & *dec. 425. n. 2.* & ratio rationis ea est: quia melius est incumbere rei, quàm

Q actioni

actioni, & plus sẽper cautionis est in rẽ, quàm in personam, vt ait *Rota ibi supra* & *Doctores vbique* id firmnat.

28 Sublimita tamen id non procedere, quando essemus in restitutione ad bona confiscata, & alteri vendita: quia tunc emptor ageret contra fiscum pro restitutione pretii; nam si Princeps vult præiudicare alicui, quoad restitutionem bonorum de plenitudine potestatis, tunc æquum erit, quòd ipse teneatur ad pretium, vt ait *Put. dicta decis.* 381. *num.* 2. *& seqq.* Secus autem, quando Vniuersitas vendiderit bona confiscata; quia tunc eo restituto, cuius illa bona erant, dicta Vniuersitas de euictione non tenetur, vt ait *Veral. decis.* 318. *part.* 1.

29 Limita quartò, quando emptor rem alienam, vel alteri obligatam scienter emit: quia tunc ista actione non vtitur, & vti in dolo pretium non repetit, nisi sit promissum, vt fuit dictum in *Bonon. Pecuniaria luna* 1. *Decemb.* 1603. *coram Card. Seraph. qua est in eius impress. dec.* 1480. *num.* 7. *Surd. dec.* 172. *nu.* 5. *et dec.* 265. *n.* 28. *& Rota in Romana locationis Casalis* 15. *Ian.* 1610. *coram* R P.D. *Ortembergo, & Put. dec.* 250. *n.* 2. *lib.* 2. *et Carroc. dec.* 99.

30 Vndè ad idnotandũ erit, quòd emens scienter rem emphyteuticam, vel fidei commisso subiectam, & aliam similem, in qua euictio cadat ex natura rei, tunc ille de euictione agere non potest, vt ait *Rota decis.* 152. *num.* 4. & *decis.* 211. *n.* 1. *p.* 2. *diuers. & decis.* 268. *num.* 1. *p.* 1. *diuers. Mastril. dec.* 61. *Honded. cons.* 3. *num.* 42. *lib.* 1. *Surd. dec.* 208. *nu.* 1. *& latè fuit deductum in Bonon. de Blanchettis* 20. *Nouembris* 1601. *coram Card. Melino*, & *prius in Sabinen. Poderis Colli Rampolli Ven.* 15. *Nouemb.* 1599. *coram* R.P.D. *Litta*.

31 Extende dictam limitationem procedere, etiã in emẽte scienter rem Ecclesiæ: quia tunc emẽs vii in dolo constitutus, neque pretium repeteret, vt fuit dictum in *dicta Placentina euictionis luna* 11. *Iun.* 1591. *coram Card. Blanch.*

32 Extende secundò, eò magis procedere, quando fuisset dictum, quòd res erat emphytheutica, siue alio modo grauata, secus autem si verba promissionis fuissent ampla, & apta comprehendere etiam euictionem ex natura rei: quia tũc venditor de ea teneretur; sed est benè verum, quòd promissio illa simplex legitimam, & generalem bonorum defensionem, & secundum formam statuti, sine vlla mentione euictionis, prædictam euictionem ex natura rei non comprehendi, vt ait *Card. Seraph. dicta decisione* 1482. *num.* 4. *&* 5.

33 Secus autem, quando in specie emptor in huiusmodi casu sibi prouiderit: quia tunc dictus venditor de ea euictione teneretur, vt ait *Rota in dicta Sabinen. coram Litta*, & *in illa Bonon. Pecuniaria coram Seraph.* At secus si extra hunc casum venditor fecisset pactum, quòd de euictione non teneretur; quia tunc nisi ad pretii restitutionem obligatus diceretur, vt ait *Viuius in sua dec.* 151. *ferè per totam*.

34 Et prædicta eò magis procederent, quando essemus in casu, vbi fuissent dati fideiussores rei venditæ: quia si appareret dictam rem esse obligatam, ipsi fideiussores non liberantur; sed immò tenentur eadem actionem ad eam liberam præstandam, qua tenetur principalis, quando vti principales accesserunt, vt ait *Card. Seraph. dec.* 325. *num.* 12.

35 Contrarium autem, quando essemus in datione insolutum alicuius rei, quæ si postea euincatur, tunc creditor, neque amplius contra fideiussores agit, nec ad primæua iura reddit; sed actione ex empto agit; siuè sit datio insolutum facta à debitore; siuè à Iudice, *Surd. dec.* 266. sed quando secus fiat, ait *Vrsil. dec.* 335. *num.* 23.

36 Concorda (vt superius dixi *sub num.* 21. & 22.) nempè, vt prima opinio procedat, quando in illa datione insolutum facta fuisset præseruatio obligationis fideiussorum, cum pacto redeundi ad primæua Iura, in casu euictionis, secunda verò, quando secus, *vt ait Rota ibidem in d. n.* 21. *et* 22.

37 Et ob id *Rota penes Gregorium in sua decis.* 295. ait, quòd satis dicitur succursum emptori per fideiussores de euictione.

38 Limita quintò, non procedere in donante,

donatæ, qui de euictione non tenetur, nisi eam expresse promisserit; vel nisi dolus illius intercedat, aut donatio à traditione incipiat; secus est si à promissione, vt ait *Card. Seraph. decisione 534. num. 3.* & pulchrè ait *Rota in decis. 198. num. 12. penes Cinctum de censibus, & Mantic. de tacitis lib. 13. tit. 4. num. 18. & seq.*

39 Et tunc dicitur donatio à traditione incipere, etiam si donator constituat se nomine donatarij possidere, vt declarat *Mantic. dicto tit. 4. sub nu. 20. & Rota per Greg. decis. 340. num. 4.*

40 Extende idem procedere in donante extraneo, qui si sibi non est stipulatus in casu restituendæ dotis, donare videtur; nec de euictione rei datæ tenetur, licet secus sit in patre, & aliis qui dotare tenentur: quia in omni casu illi de euictione tenētur, *Caballin. in tract. de euict. §. 4. num. 7.* & ita fuit dictum *à Rota in Bononien. fideicommissi de Pensaratijs Ven. 17. Nouembris & 15. Decembris 1599.*

41 Limita sextò, non procedere, vt quādo euictio fuerit promissa pro redditibus dotis: quia tunc ea non extenditur ad alios redditus in locum priorum, vt ait *Mastril. decisione 36.* & *Riccius in sua collectanea decisionum 382. parte 2.*

42 Limita septimò, quando euictioni fuisset expressè renunciatum, cum quilibet suo fauori renunciare possit, vt ait *Cappell. Tholos. allegat. à* Riccio *ibi supra*, licet *Viuius* dicat *in sua decisione 151.* tunc eum ad pretii restitutionem teneri.

43 Limita octauò, non procedere, quando essemus in venditione subhasta facta; vt ait *Anton. Faber. decis. 4 tit. cred. cui pign. non ten.* & *Riccius ibi dem.*

44 Contrarium licet dixerim *sub num. 9. & 10.*

45 Concordari tñ possūt dictę opiniones; nempè, vt prima procedat, quando euictio ab executore vendente fuerit de ordine Iudicis promissa: quia tunc facit optimè illa regula, quòd factum Iudicis pro facto partis, & præsertim absentis habeatur, *Gratian. decis. 106. nu. 1. & seq.* & *Rota in Mediolanen. euictionis Veneris 4. Februarij 1600. coram Card. Mellino.* Secunda verò opinio procedit, quando venditio subhasta non esset facta à Iudice, nec minus ab eodem, siue ab illius executore fuisset promissa euictio.

46 Limita nonò, quando euictio per violentiam sequeretur, vt ait *Mysing. cent. 1. decis. 54.* & *Riccius in precitato loco.*

47 Limita decimò, in casu, vbi creditor vendit iure pignoris, vt ait *Antonius Faber. dec. 1. in præallegato tit. et Riccius ibid. in fine.*

48 Limita 11. quando promissio euictionis fuisset ad certam causam restricta: quia tunc extra illam non teneretur de euictione venditor, quemadmodum etiam non tenetur ad pretii restitutionem æquitate cessante, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. 399. num. 9. & seqq.* secus autem in casu vbi non est restricta euictio ad vnam certam causam, sed solum ad excludendum factum alienum: quia tunc venditor non liberaretur ad pretii restitutionem, vt fuit dictum à *Rota ibi sup. n. 9. coram Buratto.*

ARGVMENTVM.

DE ACTIONE FINIVM regundorum.

CONCLVSIO XXXVIII.

1 HAEC actio est valdè contingibilis ob amotiones limitum, quæ sæpè fieri solent, aut temporis vetustate, cum illud omnia consumet, aut hominum malitia, quæ ad alium fallendum semper sit prompta, & propterea de ea opus est sigillatim discurrere, & præsertim super eo, quid sit hæc actio, & quibus competat. Item de natura, ac differentia confinium, terminorum, & limitum in finibus agrorum, siue Iurisdictionum appositorum, & assignatorum, nec non de aliis, quæ in hac materia à Doctoribus, & Rotis pulchrè, & vtiliter pertractantur.

2 Vndè in primis notandum erit, quòd hæc actio est illa, quæ conceditur confines postulantibus,vt quòd cuiusque pro prium sit ab arbitro definiatur,& si quid ab alterutro commissum sit resarciatur, illius autem formula est eadem quę venditionis,vis autem,& natura eadem quæ condictionis, veluti nos docet *Paulus in l.1. ff fin. regun.*

3 Qui enim confines apponuntur ad rem ipsam demonstrañ vt ait *Grat lib.4. disc. cap.657. num.29. & cap.775. num.18. & in cap.855. num.6. lib.5.* ait quòd si res est inclusa intra certos fines, tunc sufficit de illis docere,ad hoc, vt indentias probata dicatur, & prius in *cap.839. nu. 7. eodem lib.*

4 Vndè cũ illi identitatẽ rei demonstrẽt, ideo si diuersi fuerint expressi, rei quoque diuersitas arguitur, vt ait *Gratian. d. lib.4. discept. cap.790. num.3. & Rota per Greg. dec.555. n.8. & Seraph. dec. 528. num.2.*

5 Licet isti termini confinium soleant apponi gratia distinguendi bona diuersarum personarum; nõ autem quando bona ad eundem dominum spectant, vt ait idem *Cardinalis Seraphinus decis. 816. n.1.*

6 Sed est benè verum,quòd in describẽda bonorum identitate solet fieri designatio, licet sit valdè distans, veluti dicendo à parte orientis versus mare,& versus meridiem; nec isto casu potest dici, quòd confines diuersificentur, vt ait *Card.Seraph. dec.441. n.1.*

7 Et regulariter designanrur per dictionem (iuxta) vt ait *Rota per Greg.XV.dec. 155. num.1.*

8 Licet tamen ad probandam identitatem situs loci non sufficiat generalis confinium enunciatio,sed duo confines sunt verificandi,idem *Seraph. dec.462.n.2.& dec.804. n.5.*

9 Et tunc sequitur, quòd rei identitas non excludatur per adiectionẽ alterius confinis.Immò nec per mutationem nominis,si eadem esse confinia appareat,& ratio est quia tempore nomina sicut etiã pretia rerum variantur,idem *Card.Seraphino decis.407. num.1.* & fuit etiam dictum a *Rota in Gerunden. Vini luna 17.Mart. 1603 coram eodem Seraph. quæ est in eius impress. decis.1461. per totam.*

10 Declara tamen illud esse verũ,quòd si ad demonstrationem rei duo confines sint verificandi, si illi confines sunt speciales, & tales,qui aliis bonis conuenire non possint;at secus si essent demonstrationes generales, & nimis latę, & quæ alijs rebus applicari possent: quia tunc ex ista generalitate non identitas, sed incertitudo, & pluralitas argueretur; vt fuit dictum à *Rota in decis.295. num.8. & 9. par. 1. in recent.* & *Gratian. lib.3. discept. cap.502. num.11.& lib.5.c.883. num.5. & 13.* vbi ait expressionem vnius loci sufficere si illud non potest alteri loco conuenire, nisi illi de quo agitur *Rota per Card. Caual. dec.128. n.5.& dec.311. num.4. & dec.378. n.3. & per Greg.dec.575. n.4.et dec.407. n.2.et dec. 706. num.4. par.2. in recent. et in Bononien. fideic. de desiderijs 5. Mart. et 14. Iun.1627. coram Card.Virili et per Bur. dec. 132. et ibi in addit.* prędicta distinctio à me superius data, adducitur alios Doctores,& decisiones allegando.

11 Sed esto, quòd confines non fuerint descripti in instrumento census,siuè venditionis,veluti, quia à notario fuerint omissi, nihilominus possunt probari per testes,confessiones,adminicula,& verisimilitudinem,congruentiam,& alias probationes:quia descriptio confinium non est de substantia census, aut venditionis, vt fuit dictum à *Rota in Anconitana census 28. Aprilis 1587. coram Card. Seraph. et in eadem 25.Maii 1599.coram R.P.D. Corduba,et Grat. lib.5. disceptat. cap.883. num.6. et.7. et in alia Romana census 24. Nouembris 1606 coram* Reuerendissimo *Attrebaten. allegat. à* Rota *in decis. 502. num.8. part.2. in recent.* Quòd tamen intellige verum attenta iuris comunis dispositione,at secus atten ta forma Bullæ Pij quinti super ereandis censibus, quæ potissimum duo requirit pro validando censu: quorum primum est,vt ille in re constituatur, quæ immobilis,sit,vel quę pro immobili habeatur, & dę sui natura fructifera, & vt dicta res certis nomitatis limitibus sit designata. Alterum verum illud est, quòd in cẽsus constitutione numeratio, pecuniæ sit necessaria,

necessaria, vt fuit dictū in vno voto *corā RPD Robust.* quod refert, & sequitur *Rota in vna Rauennaten. Salaiani interdicti Ven. 12. Ianuarij 1607. coram R.P.D. Manzanelo,* & *in alia Romana census Mercurij 6. Iun. 1618. corā Card. Sacrato.*

12 Fallit tamen, quando essemus in alienatione bonorum Ecclesiæ, vbi confines, & circumstantiæ non fuerint expressę: quia tunc eorum alienatio non valeret, iuxta formam Paulinæ, vt fuit dictum in *Cortonen. locationis 26. Ian. 1590. coram R.P D. Orano.*

13 At secus, si cōfinia fuissent specificata: quia tunc id pro validitate actus sufficeret, *Rota dec. 571. n. 5. p. 1. recent.*

14 Secundariò nota, quòd limes dicitur longitudo, seu latitudo spatium à spatio distinguēs, licet quādoq. in limite nil possit consistere, veluti quando esset valde arctus, vt est, quādo vnus lapis apponitur pro limite, iuxta diffinitionem traditam *à Fran. Marco in sua decis. 336. num. 1. part. 2.*

15 Pari modo limes dicitur illud, quod est infra limina intellectualiter, & quod prętenditur de limite ad limitem, & propterea limitato cedit, *tex. est in l. inter eos, ff. de acq. rer. dom. & l. pro regione eodem tit.* & *l. patronus, §. Sempronio, ff. de legat. 3.* & *Franc. Marc. decis. 338. num. 3. part. 2.*

16 Extende, quòd licet limes limitatus, siuè terminus terminatus illud dicatur, quòd infra fines continetur, & illud terminus terminans dicatur, quod extra illos extenditur, vt ait *Bal. in l. si fines, C. de euict.* tamen nō ob id impeditur, quin limes limitato cedat, vt est *text. in l. id quodam, §. fin. ff. de pericul.* & *commod. rei vend. & Franc. Marc. ibid. in d. dec. 336.* & *338. n. 3.*

17 Et ratio est: quia termini, & fines sunt de ipsa re terminata, & finita, *l. qui fundū ff. de act. empt. et est doct. Arch. in c. ecclesias 13. q. 1. Bal. in c. 2. §. si quis de controuers. et inuestit.* & *Franc. Aret. in suo cons. 42. allegati à Franc. Marc. dicta decis. 338. n. 4.*

18 Sed nota, quòd sæpè finis accipitur pro termino, & è conuerso, licet tamen limes terminus, & finis vnū, & idem sint, vt ait *text. in §. dictum instit. quib. mod. ius patr. potest. solu.* & *Fran. Marc. ibi sup. num. 6.*

19 Declara tamen primò prædicta procedere posse, quando essemus in finibus prædiorum alicuius priuati: quia tunc limes limitato cedere posset, secus autē si limites essent patentes territoriorum veluti flumina publica, siue Vię publicę, aut Riui, & Montes, necnō littora maris: quia tunc si aliqua prædia priuatorum confrō tarent iuxta dictos limites patentes, vtique limitato non cederent, *iuxta doctr. Bal. in l. à caligato, C. de nupt. idem Marc. ibi supra decision. 416. numero 2. part. 2.*

20 Secus autem si essemus in diuisionibus Regnorum, Iurisdictionum, seù Prouinciarum, & Diœcesum: quia tunc limites benè limitato cederent in toto, siuè in parte, vt est *text. in l. nouorum, §. contrahentes ff. de verb. signif. & Archid. in præcit. cap.* Ecclesias; Alias inconueniens esset dicere; quòd finis non esset de terra limitata, iuxta illud (est modus in rebus sunt certi denique fines, quos vltra nescit consistere certum,) Item terminus dicitur ille intra quem concluditur ipsa res, & nihil extra quem, *Bart. in l. si fines C. de euict.* & propterea dictus terminus limitato cedit, & accessoriè venit, licet etiam exclusiuè, & non inclusiuè capiatur, ad *tradit. per Bal. in rubr.* C. *de contrab. empt. in quæstione 4.* & *Alber. in auth. quod ius* C. *de procur. in fine, Archid. dicta quæstione 14. in cap. ecclesias, &* Franc. Marc. *dicta dec. 338. num. 6. vsque ad finem.*

21 Declara secundò, non procedere, veluti si essemus in Episcopatibus, & Territorijs, in quibus Montes, & Flumina pro limitibus assignantur, vt ait Innoc. & *Panormit. in c. super eo de Parocijs*, sed ad sciendum tamen ad Iurisdictionem cuius dicti limites spectent, sunt tres opiniones proponendæ, quas referunt *Innoc. Panor. in præcitato loco.*

22 Et pima opinio ea est, vt ad vtrumque limites pro indiuiso spectent, & sic isto casu limes dicitur comunis, *l. ad ea, § fin. ff. de acq. rerum dom l. arbor ff. commun. diuid.* Immò idem erit Iudicium de his, quæ finibus cohærent; dummodo tamen magnum spacium non intercedat: quia tunc ea accessoriè venirent, *l. id quod ff. de pericul.* & *commodit. rei*

 vend.

vend. l. qua religiosis, ff. de rei vendicat. & l. in modicis. ff. de contrahen. emptione. et Franc. Marc. d. decis. 336. num. 1. & seqq. par. 2.

23 Secunda opinio est, vt limites non sint in dominio alicuius, veluti res sacre, & religiosæ, vt est *text. in §. nullius instit. de rerum diuis. Panorm. in dicto cap. super eo, & Franc. Marc. dicta decis. 336. sub num. 4.*

24 Tertia, & vltima opinio est, quòd limites vtrique applicētur pro longitudine, & latitudine territorij, licet non fuerit diuisus, *§. insulam, instit. de rerum diuis.* & sic, quòd vterque dominus iurisdictionem, & vtilitatem habeat, & hanc opinionem vocat meliorem *Panormit. in dicto cap. super eo*, & ad id corroborandum allegat *text. in cap. quicunque & cap. licet 16. q. 3. & l. arbor, ff. communi diuid. & Francis. Marc. ibi supra, sub num. 4.*

25 Sed *Bal. in l. si plures, C. de cond. insert.* ait, quòd si oriatur quæstio in aliqua via publica, quæ sit promiscui vsus, tūc non est curandum scire in qua parte illius viæ fuerit commissum delictum, & sic an potius versus vnum territorium, quàm versus alterum, cum tota via in communi iurisdictione extare dicatur, & communitates isto casu iudicētur ad instar duorum sociorum, siue duorum reorum credendi, *Innocent. in dict. cap. super eo, et Bart. in l. quod conclaue, ff. de aqua pluuia arcen. &* Franc. Marc. *ibi supra num. 4 in fine, & 5. in princip.*

26 Sed quòd limites territoriorum, nempè illi, qui diuidunt territoria, debeant esse communes, ait idem *Franc. Marc. decis. 632. num 1. dicta par. 2. & in 1. par. decis. 170. num. 6. & 7. & decis. 210 num. 1.*

27 Extende, quòd instrumenta limitum sint quoque communia, & propterea inter partes sunt edenda, vt ait idem *Francisc. Marc. decis. 335. num. 3. dicta p. 2. & prius decis. 159. nu. 4.*

28 Extende præterea, quòd quicquid in confinio nascitur, pro virili vtrique parti confinantium acquiritur, vt ait idem *Francis. Marc. decis. 338. num. 2. parte secunda.*

29 Et propterea ex prædictis infertur, quòd limites ob communionem non possunt præscribi, & præsertim illi Episcopatuum, Prouinciarum, Iurisdictionum, & Territoriorum, vt ait *Francisc. Marc. d. dec. 210. num. 2. & prius decis. 170. nu. 7 par. 1. et in 2. par. dec. 159. nu. 6. et decis. 333. nu. 17. et decis. 455. num. 35. dicta parte prima.*

30 Et ratio istius non præscriptionis super pluribus respectibus est fundata, & primò, quia res communis præscriptioni non subiacet; & ratio rationis est; quia cum possessio per sociū retineatur, ideò alium in socium recognoscere dicitur, *l. si communem, ff. quemadmod. seru. amit.* Secundò, quia termini Prouinciarū confundi non debent. Tertio; quia non præsumitur, quòd quis velit re communi dolosè, & vitiosè, vti *l. marito, ff. pro soc.* & sic præsumitur socium eo casu nō nomine proprio, sed communi, & pro parte tantum possidere, idem *Francisc. Marc. dec. 351. nu. 5. p. 2.*

31 Extende primò, idem quoque procedere in iudicijs familiæ herciscundæ, & communi diuidundo, veluti in eo finiū regundorum, in quibus præscriptio non currit, etiam si quis possederit per centum, & mille annos, nisi à tempore, quo deueniatur ad diuisionem; aut limites turbentur, *iuxta gloss. et DD. in l. fin. ff. finium regundorum, et Cyn. Bart. et alij in l. 1. §. ad hoc, C. de annal. except. et in l. 1. in verb. cohæredibus, ff. famil. herciscund. Io. Faber. Aret. et Ias. in §. quidā instit. de act. et Franc. Marc. d. decis. 351. n. 4. et seqq. et Mysing. cent. 6. obseru. 28.*

32 Et ratio est, quia limites Iurisdictionū, & similiū, præscribi non possunt, etiam si præscriptio esset cum titulo idem *Franc. Mar. dec. 333. n. 17. p. 2. et prius dec. 112 n. 14. par. prima.*

33 Extēde secūdò, quod neque limites Diœcesum, Prouinciarū, & Parœciarum, neque etiam ea, quæ finibus cohærent præscribi possunt, vt ait idem *Fran. Mar. d. decis. 351. nu. 1. et 7.*

34 Extende 3. quòd pari modo limites Dignitatum, atque Episcopatuum non præscribuntur, vnde etiam si per mille annos vna Ciuitas fuerit sine Episcopo, nihilominus præscriptio non obstat, dūmodo limes Episcopalis probari possit, vt ait idem *Franc. Marc. dec. 159. n. 6. et decis. 351. num. 2. et 8.*

35 Extende

35 Extende quartò, procedere etiam in Dignitatibus sæcularibus, quę præscribi non possunt, vt ait idem *Franc. Marc. decis.* 111. *num.* 28. *par. secunda et dictis decis.* 159. *et* 351.

36 Limita tñ primò, prædicta procedere, quando essemus in terminis iuris canonici, cuius enim dispositione præscriptio contra prædicta non currit, at secus attento iure ciuili, vt ait idem *Franc. Marc. dicta dec.* 111. *num.* 26.

37 Limita secundò, eam non procedere, quando essemus in his, quæ essent intra limites; quia tunc ea præscribi possunt quoad proprietatem. Immò alii tenent quòd siue res sit in limite, siue extra pręscribi possit non iure limitum, sed quantum ad proprietatem, idem *Franc. Marc. dicta decis.* 351. *num.* 3.

38 Extende, idem procedere: siue essent spiritualia, siue temporalia ea, quæ intra limites continerentur: quia nihilominus ea præscriptioni essent affecta, vt ait idē *Franc. Marc. dicta dec.* 351. *num.* 8.

39 Limita 3. prędicta non procedere, siue simus in limitibus Episcopatuū, siue Prouinciarum, & Paręciarum, quando non constaret limites esse benè distinctos: quia tunc possent præscribi, quod secus tamen esset si contrarium appareret, nēpè eos esse benè distinctos: quia tunc pręscriptioni non esset locus, *idem Franc. Marc. ibid. num.* 7.

40 Contrarium, quòd scilicet si fines Ducatuum, Castellaniarum, & Baroniarum semel fuerint limitatæ, non possint præscribi, *ait Io. Faber. alleg. à Franc. Marc. ibi supra sub nu.* 8.

41 Limita quartò, non procedere si simpliciter loquamur de limite: quia tunc benè præscribi potest; sed non manet limes amplius; quia statim, ac est præscriptus, talis esse desinit, licet *Archid. in dicto cap. quicunque* 16. *q.* 3. *dicat* Hugonem tenere, quòd solum affinis Ecclesia prohibeatur limitem præscribere; at secus in alia non affini, quæ potest præscribere limitem alterius: & ratio est; quia isto casu termini non confunduntur, vt ait *idem Francis. Marc. dicta decisione* 351. *sub num.* 6.

42 Sed si contingat quęstio super probatione limitum Iurisdictionum, & Territoriorum, tunc erit recurrendum ad libros antiquos, & testes per famam publicam, & alia adminicula, vt ait *Card. Seraph. dec.* 441. *num.* 3. *&* Rota *decis.* 683. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior. idemq. ait Francisc. Marc. decisione* 159. *num.* 1. *par. secunda*. Et *Rota in Tiburtina confinium Ven.* 4. *Martij* 1611. *coram Card. Sacrato*, veluti eodem modo dicitur, quā do contenderetur de limitibus ab antiquissimo tempore assignatis, siue etiam incidenter ad effectum decimarum; quia isto casu parimodo probationes leuiores sufficiunt, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. c.* 595. *n.* 23. Quinimmò, quando sumus in antiquis, si in probatione confinium nominis varietas alicuius rei reperiatur; siue per adiectionē alterius confinis ea fiat; tunc non excluditur identitas rei, dummodò de eadem per alia confinia, siue alio modo appareat, vt ait *Card. Seraph dec.* 407. *n.* 1. *et dec.* 1461. *per totam.* Nam habemus, quòd facile nomina rerum, sicuti earum pretium tempore variantur, vt fuit dictum in vna *Assisien. census Mercur.* 9. *Iun.* 1604. *coram Card. Pamphilio*, nec minus illa adiectio alterius confinis obesse potest: quia ea quæ ex abundanti fiunt ob esse nunquam solent, veluti dixi supra in verbo Abundans, & veluti fuit dictum in *Beneuentana census* 16. *Nouembris* 1594. *coram eodem Card. Pamphilio*.

43 Declara, quòd nec isto casu, qñ talis quęstio mouetur dominium esset probādū, si de præsenti possessio probata sit, vt ait *idem Franc. Marc. decis.* 111. *num.* 1. *par.* 2 *& in decis.* 336. *docet*, cuius sit proprietas limitum. Immò extende, quòd neque venditor, quando res est certa teneatur ostendere limites territorij, quod vendidit, vt ait *Franc. Marc. dec.* 337. *p.* 2 *num.* 1. *et* 2. ibi subdens secus esse, quando vicini mali essent; quia mali vicini dicuntur confines: alias eos non ostenden do, ille teneretur de dolo, *idem Francisc. Marc. ibi supra in fine*.

44 Amplia primò, quòd si essemus in antiquis, tunc testes auriti admittuntur, veluti etiam enunciatiua verba instrumentorum ex Archiuio publico extractorum, necnon etiam inter alios celebratorum, idem *Franc. Marc. d. dec.* 159. *num.* 2. *&* 5. *& dec.* 334. & 335. *num.* 3. *par.* 2. *& Mysinger. cent.* 6. *obseruat.* 25. & 26.

vend. l. quæ religiosis, ff. de rei vendicat. & l. in modicis, ff. de contrahen. emptione. et Franc. Marc. d. decis. 336. num. 1. & seqq. par. 2.

23 Secunda opinio est, vt limites non sint in dominio alicuius, veluti res sacræ, & religiosæ, vt est *text. in §. nullius instit. de rerum diuis. Panorm. in dicto cap. super eo, & Franc. Marc. dicta decis. 336. sub num. 4.*

24 Tertia, & vltima opinio est, quòd limites vtrique applicētur pro longitudine, & latitudine territorij, licet non fuerit diuisus, *§. insulam, instit. de rerum diuis.* & sic, quòd vterque dominus iurisdictionem, & vtilitatem habeat, & hanc opinionem vocat meliorem *Panormit. in dicto cap. super eo*, & ad id corroborandum allegat *text. in cap. quicunque, & cap. licet 16. q. 3. & l. arbor, ff. communi diuid. & Francis. Marc. ibi supra, sub num. 4.*

25 Sed *Bal. in l. si plures, C. de cond. insert.* ait, quòd si oriatur quæstio in aliqua via publica, quæ sit promiscui vsus, tūc non est curandum scire in qua parte illius viæ fuerit commissum delictum, & sic an potius versus vnum territorium, quàm versus alterum, cum tota via in communi iurisdictione extare dicatur, & communitates isto casu iudicētur ad instar duorum sociorum, siue duorum reorum credendi, *Innocent. in dict. cap. super eo, et Bart. in l. quod conclaue, ff. de aqua pluuia arcen. &* Franc. *Marc. ibi supra num. 4. in fine,* & 5. *in princip.*

26 Sed quòd limites territoriorum, nempè illi, qui diuidunt territoria, debeant esse communes, ait idem *Franc. Marc. decis. 632. num 1. dicta par. 2. & in 1. par. decis. 170. num. 6. & 7.* & *decis. 210 num. 1.*

27 Extende, quòd instrumenta limitum sint quoque communia, & propterea inter partes sunt edenda, vt ait idem *Francisc. Marc. decis. 335. num. 3. dicta p. 2.* & *prius decis. 159. nu. 4.*

28 Extende præterea, quòd quicquid in confinio nascitur, pro virili vtrique parti confinantium acquiritur, vt ait idem *Francis. Marc. decis. 338. num. 2. parte secunda.*

29 Et propterea ex prædictis infertur, quòd limites ob communionem non possunt præscribi, & præsertim illi Episcopatuum, Prouinciarum, Iurisdictionum, & Territoriorum, vt ait *Francisc. Marc. d. dec. 210. num. 2. & prius decis. 170. nu. 7. par. 1. et in 2. par. dec. 159. nu. 6. et decis. 333. nu. 17. et decis. 455. num. 35. dicta parte prima.*

30 Et ratio istius non præscriptionis super pluribus respectibus est fundata, & primò, quia res communis præscriptioni non subiacet; & ratio rationis est: quia cum possessio per sociū retineatur, ideò alium in socium recognoscere dicitur, *l. si communem. ff. quemadmod. seru. ammit.* Secundò, quia termini Prouinciarū confundi non debent. Tertio; quia non præsumitur, quòd quis velit re communi dolosè, & vitiosè, vti *l. marito, ff. pro soc.* & sic præsumitur socium eo casu nō nomine proprio, sed communi, & pro parte tantum possidere, idem *Francisc. Marc. dec. 351. nu. 5. p. 2.*

31 Extende primò, idem quoque procedere in iudicijs familiæ herciscundæ, & communi diuidundo, veluti in cōfiniū regundorum, in quibus præscriptio non currit, etiam si quis possederit per centum, & mille annos, nisi à tempore, quo deueniatur ad diuisionem; aut limites turbentur, *iuxta gloss. et DD. in l. fin. ff. finium regundorum, et Cyn. Bart. et alij in l. 1. §. ad hoc, C. de annal. except. et in l. 1. in verb. cohæredibus, ff. famil. herciscund. Io. Faber. Aret. et Ias. in §. quidā instit. de act. et Franc. Marc. d. decis. 351. n. 4. et seqq. et Mysing. cent. 6. obseru. 28.*

32 Et ratio est, quia limites Iurisdictionū, & similiū, præscribi non possunt, etiam si præscriptio esset cum titulo idem *Franc. Mar. dec. 333. n. 17. p. 2. et prius dec. 112 n. 14. par. prima.*

33 Extēde secūdò, quod neque limites Diœcesum, Prouinciarū, & Parœciarum, neque etiam ea, quæ finibus cohærent præscribi possunt, vt ait idem *Fran. Mar. d. decis. 351. nu. 1. et 7.*

34 Extende 3. quòd pari modo limites Dignitatum, atque Episcopatuum non præscribuntur, vnde etiam si per mille annos vna Ciuitas fuerit sine Episcopo, nihilominus præscriptio non obstat, dūmodo limes Episcopalis probari possit, vt ait idem *Franc. Marc. dec. 159. n. 6. et decis. 351. num. 2. et 8.*

35 Extende

35 Extende quartò, procedere etiam in Dignitatibus secularibus, quę præscribi non possunt, vt ait idem *Franc. Marc. decis.* 111. *num.* 28. *par. secunda et dictis decis.* 159. *et* 351.

36 Limita tñ primò, prædicta procedere, quando essemus in terminis iuris canonici, cuius enim dispositione prescriptio contra prædicta non currit, at secus attento iure ciuili, vt ait idem *Franc. Marc. dicta dec.* 111. *num.* 26.

37 Limita secundò, eam non procedere, quando essemus in his, quæ essent intra limites; quia tunc ea præscribi possunt quoad proprietatem. Immò alii tenent quòd siue res sit in limite, siue extra pręscribi possit non iure limitum, sed quantum ad proprietatem, idem *Franc. Marc. dicta decis.* 351. *num.* 3.

38 Extende, idem procedere: siue essent spiritualia, siue temporalia ea, quæ intra limites continerentur: quia nihilominus ea præscriptioni essent affecta, vt ait idē *Franc. Marc. dicta dec.* 351. *num.* 8.

39 Limita 3. prędicta non procedere, siue simus in limitibus Episcopatuū, siue Prouinciarum, & Paręciarum, quando non constaret limites esse benè distinctos: quia tunc possent præscribi, quod secus tamen esset si contrarium appareret, nēpè eos esse benè distinctos: quia tunc pręscriptioni non esset locus, *idem Franc. Marc. ibid. num.* 7.

40 Contrarium, quòd scilicet si fines Ducatuum, Castellaniarum, & Baroniarum semel fuerint limitatæ, non possint præscribi, *ait Io.* Faber. *alleg. à Franc. Marc. ibi supra sub nu.* 8.

41 Limita quartò, non procedere si simpliciter loquamur de limite: quia tunc benè præscribi potest; sed non manet limes amplius; quia statim, ac est præscriptus, talis esse desinit, licet *Archid. in dicto cap. quicunque* 16. *q.* 3. *dicat* Hugonem tenere, quòd solum affinis Ecclesia prohibeatur limitem præscribere; at secus in alia non affini, quæ potest præscribere limitem alterius: & ratio est; quia isto casu termini non confunduntur, vt ait *idem Francis. Marc. dicta decisione* 351. *sub num.* 6.

42 Sed si contingat quęstio super probatione limitum Iurisdictionum, & Territoriorum, tunc erit recurrendum ad libros antiquos, & testes per famam publicam, & alia adminicula, vt ait *Card. Seraph. dec.* 441. *num.* 3. & Rota *decis.* 683. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior. idemq. ait Francisc. Marc. decisione* 159. *num.* 1. *par. secunda.* Et *Rota in Tiburtina confinium Ven.* 4. *Martij* 1611. *coram Card. Sacrato*, veluti eodem modo dicitur, quādo contenderetur de limitibus ab antiquissimo tempore assignatis, siue etiam incidenter ad effectum decimarum; quia isto casu parimodo probationes leuiores sufficiunt, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. c.* 595. *n.* 23. Quinimmò, quando sumus in antiquis, si in probatione confinium nominis varietas alicuius rei reperiatur; siue per adiectionē alterius confinis ea fiat; tunc non excluditur identitas rei, dummodò de eadem per alia confinia, siue alio modo appareat, vt ait *Card. Seraph dec.* 407. *n.* 1. *et dec.* 1461. *per totam.* Nam habemus, quòd facile nomina rerum, sicuti earum pretium tempore variantur, vt fuit dictum in vna *Assisien. census Mercur.* 9. *Iun.* 1604. *coram Card. Pamphilio*, nec minus illa adiectio alterius confinis obesse potest: quia ea quæ ex abundanti fiunt ob esse nunquam solent, veluti dixi supra in verbo Abundans, & veluti fuit dictum in *Beneuentana census* 16. *Nouembris* 1594. *coram eodem Card. Pamphilio.*

43 Declara, quòd nec isto casu, qñ talis quęstio mouetur dominium esset probādū, si de præsenti possessio probata sit, vt ait *idem Franc. Marc. decis.* 111. *num.* 1. *par.* 2 & *in decis.* 336. *docet*, cuius sit proprietas limitum. Immò extende, quòd neque venditor, quando res est certa teneatur ostendere limites territorij, quod vendidit, vt ait *Franc. Marc. dec.* 337 *p.* 2 *num.* 1. *et* 2. ibi subdens secus esse, quando vicini mali essent; quia mali vicini dicuntur confines: alias eos non ostendendo, ille teneretur de dolo, *idem Francisc. Marc. ibi supra in fine.*

44 Amplia primò, quòd si essemus in antiquis, tunc testes auriti admittuntur, veluti etiam enunciatiua verba instrumentorum ex Archiuio publico extractorum, necnon etiam inter alios celebratorum, idem *Franc. Marc. d. dec.* 159. *num.* 2. & 5. & *dec.* 334. & 335. *num.* 3. *par.* 2. & *Mysinger. cent.* 6. *obseruat.* 25. & 26.

& 26.&in obser. seq. docet, quo sit pronũciandũ in controuersijs finiũ. Et ratio prędictorũ ea est; quia in antiquis identitas terrarum non est rigorosè probanda, sed leuiores probationes sufficiunt, vt fuit resolutum in Bononien. Terrarum 12. Febr. 1629. coram Vbaldo, vbi propterea fuit dictum, quòd satis erit si probetur identitas nominis, & confinium.

45 Subamplia, eò magis procedere, si instrumentum super hoc principaliter esset celebratum, vt ait Gregor. XV. dec. 434. num. 2.

46 Amplia secundò, quòd ne dum probentur limites per montes itinera publica, quæ territoria diuidere solent; sed etiam per subditos locorũm, & pari modo per argumenta ex leui probatione desumpta, idem Franc. Marc. d. dec. 159. num. 3. & 4. Sed id, quod fuit dictum de probatione per subditos intellige eã procedere iuxta distinctionem traditam à Rota per Coetinum in sua decis. 160. & veluti dicam inferius in versiculo Vltimò erit notandum. Veluti etiam dicti confines probantur ex mappis, & tabulis geographicis, quatenus fuerint factæ seruatis seruandis, alias parum, vel nihil probarent, vt ait Guidobon. decisione 67. & ita fuit dictum in Nullius, seu Apruntina iurisdictionis 10. Martij 1624. coram R.P.D. Dunozetto, & per Greg. XV. dec. 367. nu. 3. & num. 8. in additionib. & in Ariminen. bonorum 31. Ianuar. 1620. coram Vbaldo, & in Lucana pensionis 20. Iun. 1622. coram Piruano, & decis. 867. num. 2. par. 4. diuers. et in Clusina Posta Puteoli Vener. 4. Decembr. 1618. coram Buratto, & nouissimè Gratian. lib. 4. discept. cap. 736. num. 68.

47 Amplia tertiò, quòd etiam præsumptiua probatio sufficiat ad limites probandos, idem Franc. Marc. decis. 111. n. 3. d. par. 2.

48 Amplia quartò, quòd ista confinium probatio valdè congruentiam, & similitudinem admittit, vt ait Rota decis. 314. inter crimin. Farinacc. coram eodem Seratò.

49 Amplia quintò, quòd confines quoque ex actibus iurisdictionalibus probentur, necnon ex planta, & ex depositione vicinorum, veluti etiam ex confessione facta in iudicio, vt ait Grat. lib. 3. discept. c. 595. num. 11. et seqq.

50 Fallit tamen si statutum requireret probationem confinium pro forma: quia tunc per veram, & non fictam probationem confines notorij essent probandi, vt ait idem Gratian. dicto lib. 3. cap. 596 num. 4.

51 Animaduertendo prçterea, quòd si oriatur lis, siue differẽtia limitũ, tũc est recurrendum ad Iudicem, siue ordinariũ, siue delegatum, vt dicunt Doctores allegati à Franc. Marc. in dicta decisione 111 num. 6. p. 2.

52 Declara, quòd si illi limites Epatus sint incerti; tunc ad terminos iurisdictionis sæcularis recurri solet: quia per limites Dignitatum sæcularium possunt probari illi Ecclesiarum, & in omnem euentum mutationes Principum nunquam debent Ecclesiæ præiudicare, vt ait idem Francisc. Marc. decisione 352. num. 2. par. 2.

53 Rursus declara, quòd qñ dubitaretur, si lapides plãtati essent habẽdi pro limitibus, aut nõ; tũc erit recurrendũ iudicio antiquorum rusticorum, & illis standũ est, tanquam in hac facti specie peritis, vt ait idem Franc. Marc. decisione 416. num. 1. par. 2.

54 Veluti eodem modo erit dicendum, quando ageretur de limitibus ponendis: quia tunc viri probi experti erunt deputandi, vt ait idem Franc. Marc. dec. 333 num. 2. par. 2.

55 Sed eo casu, vbi ageretur de plantandis illis finibus iurisdictionis: tunc plura requiruntur, & primò, citatio partis, cum actio finium regundorum dicatur mixta. Secundò, est necessaria causę cognitio ad verificandum loca, vbi limites plantari debent. Tertiò, requiruntur probi viri, & agrimensores non suspecti, qui debent iurare in præsentia partium, seu ipsis vocatis super fidelitate seruanda: veluti eodem modo dicitur de peritis electis ad effectum ęstimandi bona, qui à partibus debent eligi, & cũ iuramento deputari de facienda legali ęstimatione, & de bono, & æquo, vt fuit dictum in Narnien. fideicommissi Ven. 3. Iul. 1622. coram R.P.D Merlino, quæ est apud Merlinum de legitima decisio 1. & vt dicunt Bart. et alij allegati à Fran.

Marco

Marco decis. 169. num. 1. & sequentib. par. 1.

Quinimmò id etiam fieri potest absente parte per illius contumaciam, quādo citata non compareret, idem *Franc. Marc. decis. 430. nu. 5. par. 1.* Veluti eodem modo erit dicendum, quando periti, siue agrimensores non essent à partibus approbati: quia tunc in eorum relatione citatio erit necessaria, vt fuit dictum à *Rota in illa Narnien. fideicommissi, quæ est apud Merlinum decis. 1. nu. 6. & seqq.*

56 Præterea erit quoque notandum, quòd quando agitur de plantandis limitibus Iurisdictionum; tunc Arma Potentioris, & Nobilioris sunt sculpenda à parte suæ Iurisdictionis, altera verò parte in planitie manente; nam habemus, quòd res semper sit à Nobiliori denominanda, cum magis dignum ad se minus dignum trahat; quòd tamen semper intellige procedere, quando essemus in potentiore, & attenta regionis consuetudine, at secus de iure, & maximè quando inter pares ageretur; quia tunc intraret illa regula, quòd par in parem non habeat Imperium, & sic eo casu Arma cuiuslibet Domini sunt sculpenda in ea parte, quæ territorium intuetur, vt pulchrè distinguit idem *Franc. Marc. decis. 170. num. 4. & seq. p. 1.*

57 Et ratio ea est: quia limites, & confines territoriorum sunt communes, & impræscriptibiles, vt latè superius diximus, & vt in specie tradit idem *Franc. Marc. dec. 170. n. 6.*

58 Si verò contenderetur de limitibus antiquis, & nouis, tunc potius est standum illis publicis, & antiquis, quàm priuatis, & nouis cæteris paribus: quia in dubio pro antiquitate est præsumendum, & præsertim, quando de eorum amotione non appareret, & illi essent parentes, & publici, veluti Viæ publicæ, Montes, & Flumina, quæ solent diuidere territoria, vt dicunt Doctores allegari à *Franc. Marc. dec. 216. num. 1. & 2. par. 1.*

59 Extende etiam, quòd sæpè Ripæ Fluminum pro confinibus assignantur, veluti dantur Flumina ipsa, & quando dictę Ripæ sunt fructiferę, tunc mensurari debent, & præsertim quando essent amplę; quia tunc potius dicuntur agri, quàm Ripę; & verè Ripę dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur; secus verò, quando flumen eas circundaret, vt fuit dictum à *Rota in decis. 180. numero primo, par. secunda in recent.*

60 Et propterea nota, quòd prædicti confines dicuntur æterni, vt ait *Rota decisione 683. numero tertio, parte prima in recentior.*

61 Præterea animaduertendū erit, quòd actio ista finium regundorum non datur pro turbatione, nisi termini turbentur, vt ait idem *Fran. Marc. dec. 111. n. 25. p. 1.* Sed est benè verum, quòd si quis fines, siue limites propria auctoritate occuparet, tunc ille in pœnam priuationis proprietatis incurret, *iux. l. constiterit, C. finium regund.* Si tamen id fieret in re propria; quia si in re aliena, tunc pœna esset æstimationis, vt ait idem *Fran. Mar. dec. 430. num. 4. lib. 1.*

62 Declara tñ, quod in hoc iudicio non cognoscitur de quęstione proprietatis, veluti, nec in eo communi diuidundo: licet sit benè verū, quòd huic actioni quęstio proprietatis cohęret, & propterea videmus, quòd illa differtur in quęrendo de titulo rei, & prius illa quæstio possessorij terminatur, sed tūc onus probandi proprietatem aduersario incumbit, vt ait idem *Franc. Marc. dicta decis. 111. sub num. 24. & in par. 1. decis. 430. num. 1. & 5.* vbi docet, quomodo in hoc iudicio sit procedendum per Iudicem in sententiando.

63 Secus autem dicitur de rei vendicatione, vbi constito de iure proprietatis, totum erit restituendum, absque quòd de possessione cognoscatur. Et ratio est; quia istud iudicium finium regundorum à vindicatione differt; quia in eo primo finium regundorum aliquando non restituitur totum, sed alteri adiudicatur, & ille ipsi in eius æstimatione condemnatur, vt cōpetenter loca distinguantur, necnon etiā, quia actio prędicta finiū regundorum, quandoque proprietati cohęret, & quandoque non, vt ait idem *Francisc. Marc. dicta decisione 430. num. 3.*

64 Vltimò erit notandum, quòd in causa confinium alicuius vniuersitatis testes

non

non ſunt idonei, quando habent bona in loco controuerſiæ, licet regulariter teſtes de vniuerſitate admittantur, veluti atiam ſi ageretur de paſcuis, ſi pretium tamen paſcuorum ponatur in archa communi, & ſic vtilitas eſſet in vniuerſali, non autem in ſingulari; alias intraret illa regula: quòd quis non poſſit eſſe actor, & teſtis, veluti fuit dictum in vna *Narnien. confinium lunæ 15. Martii 1604. coram Reuerendiſſ. Coccino Decano, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ. 160. nu. 1. & 2.*

65 Amplia primò, procedere, etiam quādo teſtes ex victoria cauſæ controuerſæ aliquam liberationem à ſolutione onerum conſequerentur: quia tunc non dicerentur integri ob eam rationem ſuperius aſſignatam, vt ait *Rota dicta dec. 160 num. 3. coram Coccino.*

66 Amplia ſecundò, procedere quoque reſpectu eorum, qui interuenerunt in mandato, & illud fuiſſet datum pro Communitate, & hominibus, & eorum, ac dictæ Communitatis nomine, & prædictis nominibus, & etiam pro eis: quia talis procuratoris conſtitutio ſatis oſtenderet cauſam eſſe mixtam, & propterea iſto caſu illi non dicerentur idonei teſtes, vt fuit dictum in *Gerunden. Anniuerſariorum 9. Iunii 1580. coram R. P. D. Gipſio, & Rota dicta deciſ. 160. nu. 4. coram Coccino.*

67. Et ea ratio eſt; quia nemo poteſt eſſe actor, & teſtis: nec agens, & patiens in eodem ſubiecto, vt ait *Rota ibi ſupra coram Coccino in fine.*

68 Sed iſti teſtes ad hoc, vt rectè deponere poſſint de identitate bonorum, opus eſt, vt illi habeant notitiam tàm de modernis, quàm de antiquis confinibus, vt ait *Grat. lib. 3. diſcept. cap. 437. nu. 33. & 34.* & ibi docet modum articulandi, quando confines variantur ex curſu temporis: & in hac materia, vide quæ dicam in verbo Appellatio, in verſ. Amplia 26. & ibi multa inuenies, & præſertim, quando in hac cauſa ſit admittenda appellatio, & quando ſecus, ſed quod ea admittatur, dum Iudex pronunciat confines eſſe mittendos, tradit *Gratian. in ſua deciſ. 92. cum ibi allegatis.*

In his: pag. 190. col. 2. poſt num. 1. adde hæc verba.

✱ Et vltimo loco fuit dictum *in Rom. Pecuniar. 5. Maij 1631. coram Pirouano*, vbi ait, quòd Primum requiſitū *d. l. 3. C. de nouat.* illud eſt, quando ceſſionarius fuerit litem conteſtatus. Secūdum, ſi ille partem debiti exegerit. Tertium ſi ceſſionarius denunciauerit, vt ſibi, & non cedenti, ſoluat in futurum, quamuis tamē prędicta non procedant in ſoluente ex neceſſitate, & ex cauſa onerosa, vt inferius dicetur ſub num. 7. & veluti fuit deciſum *à Rota ibi coram Pirouano, & in Anconitana præſtĳ veneris 29. Nouēbris 1630. coram Veroſpio.*

ARGVMENTVM.

ACTIONES HYPOTHECARIAE directæ, quando remaneant penes cedentem, & quando ceſſent.

CONCLVSIO XXXIX.

1 ACTIONES hypothecariæ, nota, quòd dicuntur directæ, & vtiles: directæ ſemper remanent penes cedentem, & ſic vti oſſibus inhærentes transferri non poſſunt. Vndè cedens ipſe poteſt ſemper, & quandocunque eas experiri donec interuenerit vnum ex tribus. *l. 3. C. de nouat. vt ait Rota in deciſ. 453. num. 1.* & *4. par. 1. diuerſorum*, & ita fuit quoque deciſum in *Romana, ſeu Peruſina pecuniaria Veneris 20. Nouembris 1615. coram* R. P. *D. Buratto, quæ eſt in recent. deciſ. 766. par. 2.* ✱

2 Vtilis verò duplex eſt, nempè directa, & contraria. Directa datur quoties nomina contrahentium, atque contractuum non varientur, vt eſt venditio, & emptio: quia in vendirione vnus appellatur emptor, alter verò venditor: veluti eodem modo dicitur in locatione; quia vnus ex contrahētibus dicitur locator, & alter cōductor; & propterea in prædictis caſibus, vtrique contrahenti, & cuilibet eorum hinc inde dantur actiones directæ, & non contrariæ. Si verò nomen contractus non varietur, ſed ſolum nomina contrahentium (vt contingere ſolet) varientur, & ſic quando nomen à nomine deſcendit, vt eſt in contractu mandati, & depoſiti: quia hincindè appellatur depoſitum, & mandatum, & ſic contrahentes in nomine non variantur, ſed vnum nomen ab altero deſcendit cum vnus appelletur mandans, & alter ab eo deſcendit, qui appellatur mandatarius, & ſimiliter vocatur deponēs, & depoſitarius, & ſic de ſimilibus; & tunc habenti nomen proprium, vt deponenti datur actio directa: habenti verò nomen deriuatum, vt eſt in depoſitario actio contraria datur, *iuxta traditaper Bart. in l conſenſu, ff. de act. & oblig. & in l. curatoris, C. de neg. geſt. Quamuis*

nit Alexand. in consil. 214. sub num. 4. lib. 7 dicat prædictam distinctionem nõ esse veram in eo præcipuè, dum dicitur, quòd quando nomina contrahentium, & nomen contractus non variatur, tunc vtraque actio sit directa, quia in actione negotiorum gestorum est contraria, & sic in actione tutelę. Vndè *Azo in Instit. de action.* alio modò distinguit dicens, quòd illi actio directa datur in cuius fauorem contractus inducitur, illi verò datur contraria, cui ex æquitate, & benignitate subuenitur, & præsertim ex legis extensione, vt ex istis expressis verbis refert Alexander in præcitato loco. Sed si vis scire ad saturitatem in hac materia, vide *Torniel. in suo tractatu de vtil. & direct. act. per totum*, & *Grat. in sua dec. 15. num. 11. & seq.*

3 Extende primò conclusionem procedere, etiam si in cessione adesset illa clausula (Ponens in locum suum, &c.) veluti reprobata opinione *Ang. l. in l. si cum emptore, ff. de pact. tenet Rota ibi in d. dec. 453. par. 1. diuers.*

4 Extende secundò, quòd si debitor nõ haberet notitiam delegationis sui debiti, & solueret suo primo creditori liberatur, *textus est in l. filius, ff. de pact. vbi Bart. Bald. Alexan. et Ias. et Rota in Romana repetitionis indebiti Ven. 25. Iun. 1610. coram Pirouano.*

5 Sed nota tamen, quòd sola scientia, quæ deprehenditur ex libello, sufficit ad tollendum exercitium directarum actionum, quę penes cedentem remanent, vt fuit dictum à *Rota in dicta decis. 453. p. 1. diuers.*

6 Extende tertiò, conclusionem procedere, veluti si essemus in materia hypothecaria actionis: quia ea nunquam percutit dominium rei alienatæ; sed solum possessionem, & ob id per eam datur creditori retentio rei auocatæ à tertio emptore ad tempus, donec sibi de fructibus satisfiat, veluti fuit dictum à *Rota in Romana Casalis Capicottæ Ven. 30. Octobris 1615. coram Card. Caualerio, quæ est in recent. decis. 759. num. 3. et 4. par. 2.*

7 Limita tamen primò, & declara conclusionem super actione directa firmatam non procedere; veluti quando essemus in necessaria cessione, scilicet in ea ad fauorem creditorum facta, quia tunc illico ius directum remanet inutile penes cedentem, vt fuit dictum in dicta *Romana seu Perusina pecuniaria coram Buratto, quæ est in secunda parte recent. decis. 766.*

8 Limita secundò, eam non procedere, veluti si essemus in donatore omnium bonorum. Et ratio est: quia quando cessio respicit merum commodum cessionarij (vt est in casu simplicis donationis) tunc cedens amplius nullum ius super re cessa habet, vt distinguit *Bart. in l. facta, §. si hares, ad Trebell.* quem ibi magis communiter sequuntur Doctores, vt ait *Thesaur. in sua decis. 201. num. 2. et Osasch. dec. 62. num. 4. Guidopap. decis. 530. et 567. et Afflict. dec. 335.*

9 Et ratio, quę ab istis Doctoribus adducitur ea est; quia quando cessio sequitur ex titulo donationis tunc transfertur in cessionarium omne ius ne dum vtilium, verum etiam directarum actionum, vt ait *Ruin. cons. 177. num. 6. lib. 1. Gozadin. in consil. 38. et Ronchegal. in l. 3. ff. de duobus reis, et cæt. num. 72. alleg. à Thesaur. ibi sup. num. 4.*

10 Sublimita tamen prædictam limitationem non esse veram, quando in dicta donatione non fuisset facta mentio iurium, & actionum, quæ regulariter non veniunt sub appellatione omnium bonorum mobilium, & immobilium, sed ea tertiam speciem constituunt, veluti dicunt multi Doctores allegati à dicto *Thesauro ibi supra nu. 6. et præsertim Guidopap. decis. 291.* Et sic eo casu donans experiri non prohibetur sua iura, & actiones,

11 Secus autem, quando vltra mentionem factam de iuribus, & actionibus cõcurreret etiam iurata promissio inita de non contraueniendo: quia tunc cedens omni iure directarum, & vtilium actionum priuatus censeretur, veluti dicunt *Archid. Paris. Bursat. et Roncheg. il. allegati à Thesauro in præcitato loco.*

Illud verò, quòd fuit dictũ de donatione omniũ bonorum præsentium, & futurorũ hic obiter nota, quòd ea quoad bona præsentia, sed non quoad futura sustineatur, iuxta magis receptã opinionẽ, vt fuit decisum *in Ciuitatis Ducalis donationis Merc. 5. Iunii 1613. coram Buratto,* qua

quæ est in eius impress. dec. 7. num. 2. & ibi addent. num. 14. allegant Boerius decis. 356. *num.* 14. & præsertim accedēte clausula (omni meliori modo) & *Vrsil. ad Afflict. decis.* 107. *num.* 4. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. vlt. num. 6. addens ad decis. Franchi* 168.

12 Limita tertiò, principalem conclusionem non procedere, si dicta cessio iurium, & actionum fuisset ampla, vt ait *Crott. in consil.* 83. *num.* 14. *lib.* 1. *Paris. consil.* 19. *num.* 69. *lib.* 3. *Gozad. consil.* 38. *num.* 2. *Curt. Iun. consil.* 103.

13 Limita quartò, quando (verbi gratia) cessionarius esset constitutus Dominus, & procurator vti in rem propriā, & in locum, & ius cedentis substitueretur, vt dicunt *Angel. in dicta l. si cum emptore, quem defendit Osasch. in decis.* 45. *num.* 7. *a contrarietate Iasonis, & Rimin. iun. consil.* 9. *num.* 13. *& consil.* 65. *num.* 21. *lib.* 1.

14 Quod tamen intellige de directis realibus, non autem personalibus, vt ait *Thesaur. in dicta decisione* 201. *in vltimis verbis*

15 Declara tamen, quòd actio vtilis competens cessionario, sine cessione transit, quando non adsit, qui illam cedere posset, vel ille, qui eam cedere deberet esset mortuus, vt fuit dictum à *Rota per D. Burat. in eius decis.* 947. *& in Reatina iuris redimendi* 26. *Maii* 1628. *coram* R.P.D. *Verospio.*

ARGVMENTVM.

ACTIO INIVRIARVM, quando detur, & à quibus intētari possit, & quo tempore præscribatur.

CONCLVSIO XL.

1 ACTIO iniuriarum nota, quòd est illa, quæ datur alicui contra eum, qui illi crimen opposuit, sed illud non probauit, vt ait *Surd. in dec.* 89. *n* 2. *&* 3. & regulariter duobus modis iniuria fieri solet, re, scilicet, & verbis, & licet *Treuisan. in decisione* 61. *parte secunda*, dicat vnam sine altera non dari; nihilominus *Thesaur. in decis.* 229. tenet eam posse fieri solo actu, & nutu, sine verbis, sed pulchrè docet quotuplex sit iniuria *Oldradus consil.* 53. *Romanus consil.* 96. *& Clar. in §. iniuria, allegat. à Magon. decis. Flor.* 25. *num.* 2. *& num.* 7. vbi ait, quòd iniuria tam fit in voce, quàm in scriptis: licet illa quoque vocalis dicatur. Item, quando atrox dicatur, at *Francisc. Marc. decis.* 34. *par.* 2. *& Gratian. in dec. s.* 58. *nu.* 21. vbi tamen ait id esse arbitrarium iudici.

2 Amplia primò, quòd quis actione iniuriarum teneatur, quādo aliquod crimen, etiam excipiendo opponit in iudicio, vt ait *Surdus ibi supra, num.* 2. & *Magon. decis. Lucens.* 26. *num.* 7. vbi ait rationem istius conclusionis eam esse; quia quis tali modo de aliquo crimine excipiendo famam, & existimationem alterius afficit: cuius enim pudor, & opinio lædi non debet, vltra, quòd huiusmodi exceptiones loco accusationis esse videntur; licet tamen contrariū firmet *Magon. ibi supra, num.* 11. *& seqq.* Plura ad id argumenta adducens, quas tamen opiniones ego tali pacto concordarem, nempè, vt prima procedat, si illud crimen non fuerit probatum, & quando in loco consuetudo extaret, vt ex non probatione delicti illius dolus argueretur, & quòd per cōsequens ex eo veniret puniendus, & præsertim non interueniente protestatione, nempè excipientem illud crimen, sine dolo opponere. Secunda verò procedat, si illud fuerit probatū, & si in excipiendo prædicta protestatio fieret, & quod magis est, quā in loco consuetudo extaret, quòd excipiens de illata iniuria non teneretur, vt ait *Clar. in §. final. quæst.* 53. *Ioseph. Ludouic. decis.* 4. *nu.* 3. *Rota Lucens.* & *Magon. dicta decisione* 26. *num.* 7. *cum sequentibus.*

3 Amplia secundò, procedere, etiam si iniurians agendo protestetur, se illud crimen opponere, sed non animo iniuriandi: quia tunc huiusmodi protestatio vti contraria facto, & vti iniuriæ incompatibilis non suffragatur, argumento eorum, quæ ait *Puteus in decis.* 380. *lib.* 1. & fuit decisum in *Romana de Carauagiis*

Ven.

Ven. 10. Mart. 1600 coram Card. Seraph. qua est in eius impress. dec. 1343. & Surd. *in praecitato loco, num.* 3. & ita in facti contingentia iudicatum fuisse testatur Guid. *pap. in dec. 465 per totam*, & Grat, *in dec. 58. n. 24. cum seqq.*

4 Contrarium quòd scilicet iniuria conditionalis nõ aggrauet, neque puniatur, dicunt *Dec. cons. 487 num. 6. Soccin. Iun. cons. 122. num. 19. lib. 2. & Menoch cons. 41. in fin.* vbi loquitur de mentita saluo honore data, & *Grat. d. decis. 58. nu. 24*

5 Concorda, vt prima opinio procedat, quando apparet animus iniuriandi verè, vel præsumptiuè, nec subest causa, nec minus conuitium vllo modo probatur; quia tunc iniurians, ob illius protestationem non excusatur, vt ait dictus Guid. *pap. in d. dec. 465. & Ricc. in sua dec. 19. vol. 2. & in sua collectanea 1874 vers. committitur in fine p. 5. & d. Grat. in dec. 58. num. 23.*

6 Secunda verò opinio procedit è conuerso, veluti quando adesset causa, & crimen probaretur, veluti etiã si nõ probaretur per impedimentum aduersarij, siue quia à testibus fuerit deceptus, vt optimè declarat idem Surd. *dicta decis. 89. num. 26. & Magon. decis. Flor. 25. per totam.*

7 Rursus concorda, vt scilicet prima opinio procedat, quãdo illa protestatio subsequitur post mentiam; secunda verò procedit, qñ protestatio, saluo honore tuo, præcedit mentitam, siue qñ quis nõ animo iniuriandi mẽtitur, vt dicũt DD. allegati *à Card. Tusc.* in verbo Mentiri aliquem *concl. 204 num. 5.*

8 Amplia tertiò, idem procedere, quando quis (si fuerit ab alio prouocatus) dicat illi, Tu mẽtiris: quia ille actione iniuriarum tenetur, ipsa prouocatione nõ obstante, etiam si dicat verum: & hanc esse communem opinionem testatur *Beer. in decis. 4. num 27. & seq.* vbi subdit etiam, quòd ita obseruatur in practica, veluti quoque fuisse ita decisum per *Senat. Consil. Neapol.* testatur *Capic. in sua dec 86. in causa Nicolai.*

9 Et rõ prædictorũ est: quia regulariter in delictis prouocatio non excusat, sed bene prouocatus mitius punitur, vnde *Merl. in dec. Rota Lucens. 66* refert fuisse decisum per illam Rotam, quòd quidam pœna extraordinaria puniretur, qui ad propulsandã iniuriam contra eius honorem illatam, modum excesserat in vindicando, & ita quoque obseruari per *Senat. Mediolanen.* testatur *Clar. in §. iniuria*, licèt tamẽ sĩn eum in citato loco aliter iudicauerit Senatus in causa Nicolai Trodij, quem in totum excusauit ex eo, quia cuidam dixerat, tu mẽtiris, qui ei prius dixit, quòd non fecerat (*da buon gentil'huomo*) & id fuit decisum *9 Ianuarii* 1558 & hinc propterea quoque inferri potest, quòd si alicui dicatur (*Bastardo*) tunc ille tanquam iustè prouocatus, poterit iniuriantem repellere, quia de iure sufficit, quòd quis apud graues, & honestos viros sit notatus, vt dicunt Doctores allegati à Rota *in vna Bononien. de Scaranis Veneris 14. Nouembris 1572. coram sanctæ memoriæ Clemente Papa Octauo.*

10 Amplia quartò, quòd ille quoque iniuriare dicatur, qui etiã calore iustæ iracũdię verba iniuriosa protulerit: quia in delictis cõmissis calor iracundiæ non excusat, vt ait *Aufrer. in sua decisione 409. & Riccius in dicta collectanea 1874 versic. Quæro quid si, par. 5.* Grat. *in decis. 58. nu. 1. & seq*

11 Contrarium licèt tenuerit *Rubin in sua decis. 7* vbi ait, quòd verba iniuriosè prolata per iracundiam non sunt puniendae; & hanc opinionem ait esse inter Doctores communem, & præsertim, quando iniurians diceret se pęnitere, & quòd illud calore iracundiæ fecerit; idẽ ait *Faber. dec. 1 tit. de iniur.*

Sed concorda tu, quòd prima opinio procedat, qñ calor iracundiæ nõ esset maximus, & ex iusta causa non proueniret quia tunc iniuriantem non excusaret. Secunda verò, quando secus, & propterea qualitas iracundiæ est probanda, vt scilicet talis erat, quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit, quod tamen est difficile probandum, vt ait *Grattianus in decisione 58 num. 27. cum seqq.* sed id quoque fuit dictum de pœnitentia iniuriantis, nõ habet locum in delictis, quia ea non tollit ius alteri quæsitum, nec denique actio cessat, præsertim, quando iniuria esset talis, quæ etiam per pœnitentiam reuocata non posset auferre damnum, & iniuriam

R illa-

illatam, nec rem ad pristinum statum reducere: quia tunc, neque iracundia excusaret, neque pœnitentia prodesset, vt ait *Grattanus in decisione* 58. *num.* 11. *&* 12. & *in addit. ad eam sub numero secundo.*

Quinimmò animaduertendum est, quòd dato etiam, quòd fuerit condonata iniuria, nõ ob id tamen censentur remissa damna, & interesse: quia quis solum tenetur odiũ, & rancorẽ remittere, non autẽ interesse parcere: Et propterea videmus, quòd licet maritus ob adulterium remiserit iniuriam vxori: non ob id tamen censetur pœnam remisisse, ex sententia acquisitam, & sic poterit eam pro pœna conuenire. Amplius neq. etiã remissio iniuriæ per confessionem peccatorum comprehendit damna, & actionem iniuriarum, sed solùm respicit animi rancorem. Licèt tamen secus esset, quando remissio esset plena, & verbis prægnantibus concepta: quia tunc non solùm comprehenderet damna, & interesse; sed etiam in foro exteriori prodesset illa, quæ sacerdoti fuit facta; quia etiam sacerdos potest pro absente acceptare, sed ad omnem bonum finem, & effectum optima cautela erit, vt in instrumento pacis damna, & interesse exprimantur, vt dicunt Doctores allegati à dicto *Grattano in decisione* 58. *& in addition. per totam*, & veluti ex mente *Rota Romana*, dixi in verbo *Adulterium sub num.* 22. *cum sequentibus, vbi recurrere poteris.*

12 Amplia quintò, quòd etiam ille actione iniuriarum teneatur, qui alicui dixit (Tu non ci vedi) veluti etiam si Iudici diceret (Al sindicato ti voglio) vt ait Rausner. *in sua decisione* 40. *libro quinto, &* Riccius *in dicta decis.* 19. *& dicta collect.* 1874. *versic. Tenetur etiam, par.* 5.

13 Amplia sextò, quòd iniuria illata quoque dicatur, si quis aliquem indebitè carcerari fecit, vt ait *Guidopap. in sua decis.* 324. & *Riccius in dicta sua collectanea* 1874. *in principio la seconda, carta mihi* 254.

Et ratio est: quia iniustè carceratus, iniuria afficitur, *l. si creditores in fine, ff. de priu ileg. cred. l. iniuriarum, ff. si quis pro tutor. l. si creditor meus, ff. de iniur. l. si vero, §. 1. ff. qui satisdare cog. Felin. in cap. legebatur, de maior. & obed.* Et ratio rationis est: quia carceratio infamiã facti irrogat *Seraphinus de priuil. iur. priuileg.* 7. *cum ibi alleg.*

14 Amplia septimo, quòd iniuria ille afficitur, qui ab vno fuerit alapa, siue cubito percussus, vt ait *Grammatic. in decis.* 14. & 16. & *voto* 22 & *Caffred. in sua decis.* 60. *idem Riccius in praeallato loco*, veluti etiam diceretur in eo, qui faceret vnum aliquam dignitatem, siue honorem ammittere, vt ait *Surdus decisione* 79. & ibi pulchrè.

15 Amplia octauò, quòd iniuria facta vni de consanguineis, omnibus facta cẽsetur; quia, quãdo infertur iniuria vni de genere, totum genus iniuriatum censetur, vt ait Surdus *in dicta dec.* 89. *num.* 1. & *Doctores allegati ab Honded. cons.* 88. *num.* 25. *lib.* 2. *vbi plures alleg.*

16 Extende huiusmodi ampliationem adeò esse veram, vt propterea huiusmodi actio consanguineo cõpetat, etiã si iniuriatus iniuria remisisset, & rõ est: quia si ille, qui fuit iniuria affectus iniuriã remisit, non potest prohibere, quin alter de consanguineis possit propriam iniuriam, ex illa consanguinei acquisitam prosequi, idem *Surd. ibi supra num.* 4.

17 Limita tamen, id esse verum, quando iniuriatus esset in potestate illius, qui actione iniuriarum contra iniuriantem agere vellet; aliàs secus; Veluti etiam, è conuerso dicitur de patre, qui potest remittere iniuriam factam filio, etiã eo inuito, vt ait idem Surd. *ibi supra num.* 12. & id ob vnitatem personarum filij, & patris, vt dicunt Doctores allegati à *Maceraten. variarum resolut. resolutione* 43. *num.* 7. *lib.* 3.

18 Quod enim procedit, siue loquamur de ciuili, siue etiam de prætoria iniuria, vt ait *Cappella Tholosana in decisione* 241.

19 Quinimmò extẽde, quod potest etiã pater illam iniuriam filij remittere, etiã inuitis alijs filijs, idest fratribus iniuriati, vbi ait *Boerius in sua decisione* 120. *parte prima*, quod tamen intellige verum, quãdo per extraneũ, & ignotũ ea esset illata; at secus si per coniunctũ; quia grauior dicitur offẽsa, quæ fit per coniũctũ

quam

quam ea, quæ fit per ignotum, vndè in primo casu pater potest remittere iniuriam filij, etiam eo inuito; at secus in secundo, vt ait *Marsil. in suo singul.* 573. *viden. & Boer. dicta decis.* 120. *num.* 3. & 6.

Item, secundus casus procederet, quando iniuria esset personalis: quia tunc per patrem ea remitti non posset, *Farinac. in sua prax. crim. quæst.* 14. *num.* 34. *par.* 1. & *in* 2. *par. quæst.* 105. viden. in hac materia.

20 Sed quid si filius esset Monachus, an eo casu esset præferendus pater Abbati in remittenda, vel vlciscenda iniuria illata Filio? in hoc videndus est *dictus Boer. in sua decis.* 125.

21 Amplia nonò, quòd iniuria illata vxori, censetur illata marito, & propterea ille potest agere ad eam vlciscendā, vt ait *Ant. Faber. dec.* 3. *de iniur.* & id ob vnitatē personarū: quia sunt duo in carne vna, vt est filius cū patre, *vt dixi in ccol.* 54. *n.* 45

22 Amplia decimò, quòd iniuria facta ministro in executione sui officij, intelligitur facta officiali, & propterea dictus officialis potest contra iniuriantem huiusmodi actione vti, vt ait *Guid. pap. in dec.* 557.

23 Sed nota tamen, quòd nō creditur illi ministro talem iniuriam sibi aliquem intulisse asserenti, vt ait idem *Guid. pap. in præcitato loco, & in Rot. Lucen. in dec.* 21.

24 Licet id fallat in Vrbe, & toto statu Ecclesiastico ob bannimenta generalia Gubernatoris illius Vrbis, quibus assertioni Birruariorum est standum, quòd non mihi placet, sed ob illorū bannimētorum virtutē mihi videtur satis sufficere, quando eorū relationi crederetur solummodo ad inquirendum, & præsertim, quando res de qua ageretur esset acta in loco vbi actu, vel habitu alij testes interuenire potuerint, alias nimis gràue esset, vt vnus deberet se subijcere forsan affectatæ, ac dolosæ birruariorum relationi, quorum aliqui facilè in damnum alterius possunt corrumpi, iuxta ea quæ dixi in verbo Assertioni, ex sententia Farinacij, & aliorum in hac materia scribentium: & ideò prædicto modo saluarentur capra, & brasicæ: quia sic forma bannimentorum, & iuris communis dispositio esset salua.

25 Subamplia prędictā etiā procedere, veluti essemus in eo, qui diceret sibi fuisse de sua voluntate factam iniuriā ab alio: quia tunc non ob id iniurians potest euadere rigorem fisci; quamuis regula sit, quod volenti non fiat iniuria: quia licet iniuriatus non prætendat vllam offensionem ab iniuriante recepisse, tamen maiestas Principis offensa censetur, & propterea contra iniuriantem ad eam vlciscendam procedi potest, iuxta traditā per *Grammat. in decis.* 37. *num.* 13. & *Riccius in sua collectanea decisionum col lect.* 1874. *la seconda, vers. Iniuria non fit, par.* 5.

26 Amplia vndecimò, quòd iniuria illata vni de collegio, vel alia vniuersitate, potest ab alijs vindicari, vt ait *Guidopap. in decis.* 464.

27 Quod tamen declara esse verum, quando hæc duo concurrant, scilicet, si iniuria sit notoria, & quod ratione officij fuerit illata; quia tunc incontinenti potest absque alia accusatione puniri, & sic iuris ordine prætermisso procedi, vt ait *Gayll. lib.* 1. *obseruationum obseruat.* 39.

28 Secus verò, si iniuria non esset notoria, neque ratione officii illata, sed potius altiorem indaginem requireret: quia tunc vti in causa propria ille non potest esse iudex, & executor, vt ait *Triuisan. in sua decis.* 10. *num.* 34.

29 Amplia duodecimò, quòd iniuria illata vni coram alio iurisdictionem habente, dicitur atrox, & censetur illata dictæ personæ iurisdictionem habenti, & propterea, poterit contra iniuriantem actione iniuriarum pro vindicta vti, vt ait *Put. decis.* 295. *num.* 3. *lib.* 1. & *Gratian. in decis.* 58. *num.* 19. Et tunc quando Iudex ciuilis ob eam iniuriam coram eo, in tribunali illatam efficiatur iudex criminalis illius causæ, & quid si eidem iudici esset facta iniuria ob particularem rancorem? *vide Farinac. in sua prima parte criminali in quæstion.* 17. *num.* 26. *cum seqq.* & ibi docetur, quando iniuria dicatur facta contemplatione officii, siue odio particulari, & qua pœna sit afficiendus delinquens.

30 Secus verò, si iniuria esset alicui illata coram persona in dignitate constitutas

tuta; quia tunc ea non diceretur atrox, veluti dicitur ea, quæ infertur coram persona iurisdictionem habente, idem *Puteus dicta decisione* 295. *& Riccius in sua collect.*824.*par.*4.*& dixi in concl.*10. *num.* 103.

31 Amplia decimotertiò, quòd id quoq. in socio procedit: quia potest pro iniuria alteri consocio in itinere illata contra iniuriantem agere, vt ait *Put. dicta decis.*295.*lib.* 1.

32 Limita tamen primò, id quod fuit dictum de parente, marito, fratre, alioue cõsanguineo illos agere, quidem posse pro interesse affectionis; sed non pro eo pecuniarum, vt ait *Cam. Imper. Neap. in verbo Iniuria, vers. Non ciuiliter.*

33 Limita secundò, quòd ista actio non potest per coniunctum intentari pro emendatione honoris alterius coniuncti defuncti, si non sit hæres iniuriati, vt optimè ait idem *Surd. d. decis.* 89. *num.*13. & veluti latè dixi in verbo *Accusatio.*

34 Extende huiusmodi limitationem, adeò esse veram, quòd immò ob mortẽ hæc actio extinguitur ex delicto proueniens, nec ad hæredes transit, quod tamen intellige verum procedere ante litem contestatam; secus autem post eam contestatã: quia tunc ea ad hęredes transiret, vt distinguit *Surd. ibi sup. num.* 15. *Faber. in dec.*2.*tit. de iniur.* & *Fran. Marc. dec.* 768.*n.*1.*par.*1.*et Grat. dec.*58.*n.*4.*in addit.* & *Mohed. dec.*164.

35 Limita tertiò, quòd huiusmodi actio non debeatur nisi dolus, & animus iniuriandi concurrat: quia animus, & intentio distinguunt maleficia, nec lata culpa sufficeret, quæ in criminalibus dolo non æquiparatur; quicquid sit in ciuilibus, *l. quod nerua, ff. depos.tit*, *& ibi Doctores, & Surd. ibi supra, num.* 23. *& Rota inter crim. Farin. dec.*61.*n.*5.*&* 19.*& Magon. decis. Lucens.* 26. *num.* 11. *& seqq.* ibi docet ex quibus actibus bonus, siue malus animus deprehendatur, & veluti etiam egomet dixi infra in verbo Animus vbi recurras.

36 Nota tamen, quòd in dubio animus iniuriandi, non præsumitur, vt ait *Surd. d. dec.* 89.*nu.*27. Et ratio est; quia in dubio ea interpretatio semper est facienda, vt delictum excludatur, vt ait Rota *per Gregor. XV. in sua dec.* 351. *nu.* 19.

37 Contrarium licet teneat *Magon. in decis. Flor.*25.*nu.*5. *vbi ait*, quòd in dubio animus iniuriandi præsumitur, & de communi testatur, licet pro concordantia istarum opinionum tali modo sit distinguendum, et sic quod prima procedat, quando verba sunt talia, quæ ad malum, & ad bonum referri possunt; quia tunc in dubio iudex debet semper suum arbitrium in mitiorem partem inclinare, & sic verba ad bonum referri. Secunda verò procederet, quando verba, & animus in se essent omninò mala, ita vt non nisi ad malum necessariò essent referenda; quia tunc in dubio pro malo animo, & mala natura esset præsumendum, vt benè distinguendo ait *Magonius in dicta decisione* 26. *num.*16. *& sequenti, Rota Lucensis.*

38 Limita quartò, quòd ista actio non detur contra eum, qui verbum iniuriosum in iudicio protulerit cum aliqua causa, vt ait *Surd. in præcitato loco num.*24. Veluti è conuerso procederet, quando scilicet iniuria etiam extra iudicium esset illata, quæ vllo modo sine causa non excusat, vt ait *d. Magon. in d. dec.* 25.*nu.* 9.*Rotæ Flor.* vbi subiungit, quòd quælibet causa etiam iniusta, sufficit ad excludendum iniuriandi animum.

39 Limita quintò, quòd huiusmodi actio anno præscribatur, vt ait *Rota in decis. vnica, de accusat. & dec.* 2. *de iniur. in nouis*, quod tamen secus esset in actione iniuriarum descenden. *ex l. Cornelia*, quæ non tollitur anno, vt ait *Mising. in sua obser.*84.*cent.*1. quem sequitur Cam. Imperiali, in verbo Iniuria, versic. Iniuriarum, quemadmodum dicitur quoque de iniuria picta, vel scripta, quæ anno non tollitur, sed ea ad instar realium post annum intentari potest, *vt ait Rota in dicta decis.*2.*de iniur. idem ait Gayl. lib.*2.*obseruat. obseruatione* 104. quem sequitur dictæ Cameræ Imperialis in prę allegato loco, in vers. Picta. Item quòd il la prima actio iniuriarum dicatur infamatoria, & quòd illa vti talis etiam ciuiliter loquendo annali præscriptione tollatur, *ait Rota in dicta decisione* 2. *de iniur. & Gayll. in sua obseruat.* 105. *lib.* 2. Sed est benè verum, quòd annus debet esse vtilis, & propterea ignoranti, non currit, vt ait *Rota, & Doctores ibi supra*

supra, *& Gratian. dec.* 58. *n.* 1. *in addit.*

40 Contrarium licet teneant quidam, & præsertim *Guliel. de com. vt refert Rota in dicta dec.* 2. *num.* 2. *de iniur.* Sed ego prædictas opiniones tali modo concordarem, nempè, vt prima procedat, quando iniuria esset verbalis, & leuis, quæ infamiam saltem perpetuam non irroget. secunda verò, quando secus, vt colligitur ex his quæ deducuntur *à Rota in dicta decis.* 2. *& ibi in addit.* Animaduertendo præterea, quòd iniuria, quando consistit in nudis verbis, potest quandocumque reuocari; secus verò, quando fuisset deuentum ad opera facti: quia tunc talis iniuria reuocari non posset; licet de contraria, & veriori etiam in primo casu testetur *Cappell. Tholos. in dec.* 410. *& cateri DD. allegati à Grat. in d. dec.* 58. *n.* 3. Sed ego dictas opiniones hoc modo cõcordarẽ, nẽpè quòd prima procedere possit in terminis iniuriæ verbalis calore iracundiæ illatæ, & quando super ea lis non fuerit contestata. Item nisi iniuria esset atrox, veluti quia esset facta in Iudicio, vel à persona minori contra maiorem, quòd est arbitrarium Iudici. secunda vero opinio procederet, quando iniuria non deliberato animo, sed simpliciter calore iracundiæ illata fuisset, & non in loco ob quem ea posset dici atrox, vt ait *Put. in sua decisione* 295. *libr.* 1. *Mohed. decisione* 164. *& cateri allegati à Gratiano in dicta decisione* 58. *num.* 16. *& seqq.* & ibi docet, quando per reuocationem dicatur hæc actio extincta.

41 Extende igitur primò, quòd dicta iniuriarum actio per interuallum temporis remissa censeatur, vt ait *Viuius in sua decisione* 55. quòd tamen secus esset, veluti si essemus in reuocatione iniuriarum, ob quam dicta actio extincta non censetur; quando tamen lis fuerit contestata, vt ait *Grat. in sua decis.* 58. *num.* 13. *et* 15. *et Rot. dicta dec.* 2. *de iniur. in nou.*

42 Extende secundò, quòd ciuilis in isto casu criminalem extinguit, vt ait *Thes. in sua dec.* 18. *cum ibi allegat.*

43 Modo sequitur regula, quommodo iniuriæ sint puniendæ, sed prius tria sunt consideranda, & primò qualitas iniuriarum, secundò qualitas iniuriatij tertiò modus, quo fuit illata iniuria, ad tradita per *Peguer. in sua decisione* 13. *num.* 18.

44 Vndè iniuriam passus potest à Iudice petere, vt iniuriantem condemnet, vel ad petendam sibi veniam, vel ad æstimationem iniuriæ, quæ tanti valet, quanti ab iniuriato æstimatur, vt mox dicetur, vt ait *Gratianus in sua decisione* 195.

45 Sed est benè verum, quòd prædicta incumbentia, & præambula super hoc ante prolationem sententiæ præcedere debent, vt ait Cam. Imper. in verbo Iniuria, & qualia sint, & esse debeant huiusmodi præambula, docet *Gayll. lib.* 2. *obseruat. obseruatione* 102. *n.* 8.

46 Item pro emendatione facienda illatæ iniuriæ, *ait Francisc. Marc. in sua decis.* 34. *num.* 6. *par.* 2. quòd iniuriantes debent recognoscere eorum errorem, & se declarare, quòd per os suum mentiti fuere, & *Peguer. in sua dec.* 13. refert vnum casum de, quodam qui dixerat alteri, ꝙ erat vnus iudæus, illudq. postea in multis locis affirmauit, qui quidem fuit ob id condemnatus, quòd duceretur per loca solita Ciuitatis ad publicè reuocandum verba, quæ dixerat, & ad dicendum, (che haueua mal detto,) & quòd per annum quoque mitteretur in exilium, & in hoc videndus est *Iaffred. in sua decis.* 13. vbi docet an Iudex iniuriãtem condemnare debeat, post quam mentitus fuerit, vel veniam petierit, aut famam restituerit, & quando condemnatus huiusmodi actione possit infamiam euitare, docet *Gayl. in obseruatione* 102. *per totam lib.* 2. *licet Grat. in sua decis.* 58. *num.* 11. *&* 12. dicat, quòd pœnitentia in delictis nõ prodest. sed benè operatur, vt iniurians mitius puniri debeat, veluti dicitur de pace, quę non tollit, sed minuit delictum, veluti dixi in princ. istius conclusionis *sub n.* 11. & in verbo Accusatio.

47 Animaduertendum tamen erit, quòd ad euitandas vexationes, & ne obiurgia, & Iudicia multiplicentur iniuriam passus cogendus venit omnes contumelias simul in vno iudicio coniungere, & sic omnes actiones, tàm ciuiles, quàm criminales coniunctim deducere, licet tamen possit actor, aut singulas

ngulariter æstimare, vel omnes vnica æstimatione comprehendere, vt ait *Cyn. & Salicet. alleg. à Grat. in sua dec.* 107. *num.* 10. *in addit.*

48 Et reassumendo id, quod fuit dictum de æstimatione iniuriarum facienda, declara tunc procedere, quando ea per testes fuit probata: quia tunc valeret sententia etiam si Iudicis taxatio non præcederet, vt ait *Rota per Cresc. in decis. vnica de iniur.*

49 Extende primò, quòd immò Iudex possit pro eius arbitrio iniuriam taxare, absque quod pars iuret, & sic sequitur, quòd sententia Iudicis à quo annullanda non veniat ob non præstitum Iuramentum à parte iniuriata, super æstimatione Iniuriæ, vt ait *Mising. in cent. 1. obseruat* 84. quem sequitur Cam. Imp. in verbo Iniuria vers. Iniuriarum.

50 Pœna autem iniuriæ illatæ ea erit, quãdo iniuriatus agit contra iniuriantem asserens medio iuramento se maluisse certam quantitatem pecuniæ perdere, quàm huiusmodi iuriam se passum fuisse Quinimmò cõpetit hæc actio etiã ad omnia damna, & interesse, & qualia sint, docet *Surd. in dec.* 89. *n.* 7. & 10. & *Rota dec.* 1. *de iniur. in no.* immò nec ea veniũt in remissione iniuriæ, nisi expressè id fuerit in pace dictum; vel nisi esset remissio iniuriæ adeò ampla, vt etiam damna, & interesse apta esset comprehendere, veluti dixi superius, *sub num.* 11.

51 Subextende, quòd etiam iniuriatus ipse possit propria auctoritate iniuriam vindicare, sed quomodo id ei facere liceat, tradit *Gram. in sua decis.* 13, *& decis.* 23. *& Ant. Faber. in decis.* 8. *de iniur.*

52 Sed declara tamen, quòd ille, qui fuit ab vno verbis iniuriatus, non potest armis illam iniuriam vindicare, vt ait *Boer. in decis.* 169. quod tamen secus veniret dicendum in eo iniuriato, qui vellet vendicare iniuriam sibi illatam, dicendo illi aliam similem, & æqualem, & sic vendicando iniuriam verbalem non armis, sed verbis ipsis similibus, animo tamen defendendi iniuriam, & non offendendi inimicum, & tunc licet in totum non excusetur mitius, tamen venit puniendus, vt ait *Capic. in sua decisione* *58. numero 2. & sequenti.*

53 Declara eodem modo procedere, in iniuriante, quando ante litem contestatam pœniteret; quia tunc veluti ille pœna mitiori esset puniendus, ita quoq. non posset iniuriatus ita acriter iniuriam sibi ab eo illatam vindicare, idem *Capic. in dicta dec.* 58. *num.* 3. *& Faber. in sua dec. 9. de iniur.*

54 Præterea erit notandum, quòd huiusmodi actio non potest intentari à procuratore nisi mandatum speciale habeat, vt ait *Surd. in dicta decis.* 89. *num.* 16. *& 19.*

55 Rursus in huiusmodi actione iniuriarũ est necessaria specificatio ad hoc, vt pars certificari possit, & testes distinctè deponere, vt ait *Balb. in sua dec.* 103. *et Rot. dec.* 1. *de iniur. in antiq. & dec. vnica de accusat. in nouis,* vbi docet quomodo libellus, & articuli sint concipiendi in hac actione ciuiliter intentata.

56 Sed quando ista actio iniuriarum ciuiliter intentatur, tunc non est necessaria tanta specificatio, quanta in articulis obiectiuis, vti magis odiosis, & de multis casibus in quibus potissimum specificatio requiratur, vide *Rota in decis.* 1. *de libell. oblat. & in decis.* 1. *de sequestr. poss.* & facit quoque *decisio secunda eodem tit. in antiq.* vbi habetur, quòd ad hoc, vt commissio iniuriarum, censeatur criminaliter concessa, opus est mẽtionem fieri expressè in signatura de iniuriis: & facta prædicta specificatione, tunc reus potest reconuenire actorem coram eodem Auditore super iniurijs impetrato, vt ait quoq. *Rota in decis.* 3. *de iniur. in antiq.*

57 Secus verò, quando contingeret iniuriam alicui clerico inferri; quia tunc locus erit præuentioni, vt ait *Guid. papa in dec.* 562. licet multi dicant, quòd clericus electionem fori habeat.

58 Sed huiusmodi occasione iniuriarum, quæ inuicem inter homines sæpè oriri solent, nolo prætermittere loqui de illis iniurijs, siuè percussionibus, quæ inter laicos, & Clericos aliquando (licet perperã) euenire contingũt ob quas solet sæpè præuentio in iudicijs altercari; cum talia delicta dicantur esse mixti fori, vt est *text. in l. si quis in hoc, C. de Episcopis,* & *Clericis c. cum sit generale de foro compet.* & ibi

& ibi Abb. num. 30. & seq. vbi declarat, quæ sint crimina merè Ecclesiastica, & quæ merè sæcularia, & quæ mixta, videndus est etiam Caball in sua resol. crimin. casu 194. num. 7. & seq.

59 Licèt in hoc concludant Doctores omnes, quòd eo ipso, quod de præuentione constat statim processus præuenientis facit silere iurisdictionem iudicis præuenti, adeò vt amplius in ea causa se ingerere non possit, textus est in cap. proposuisti de foro competent. l. si quis postea, ff. de iudic. & ibi Barbos. num. 6. et 22. Farinacc. quæst. 7. num. 52. & 56. & in suo consil. 208. num. 2. & sequen. vbi loquitur de homicidio, cum sacrilegio, lib. 3. Caball. resolutien. crimin. casu 117. num. 7. & seq. Giurb. consil. crim. 48. num. 38. vers. Sed præuentio, Bald. in l. nec ansdo, C. qui accus. non possunt, et Couarru. practic. quæstion. cap. 11. num 6. Boss. de foro competen. num. 39. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 20. num 5. et sequentib. et cap. 22. num. 1. cum sequenti. Guazzin. de defens. rei defensione 1. c. 8. n. 4. et seqq.

60 Extende præuentionem in huiusmodi delicto mixti fori, adeò esse considerabilem, & priuilegiatam, vt propterea citatio verbalis, siue facta domi, sufficiat pro acquirenda præuentione, vt latissimè per infinitos Doctores dixi in verbo Archiepiscopus, vbi recurrere poteris: quia ibi hanc materiam ad saturitatem discussam inuenies.

ARGVMENTVM.

ACTIO NEGOTIORVM GESTORVM quando, & contra quos detur.

CONCLVSIO XLI.

1 ACTIO negotiorum gestorum nota, quòd dicitur in personam, non autem in rem, text. est in l. negotiis, et ibi Alex. et alii, C. de negot. gest. vndè ex hoc infertur, quòd quando quis pro alio soluit; & sic pro eo negotium vtile gerit potest huiusmodi actione sibi consulere, veluti fuit decisum in Romana donationis de Cagnis 21. Maii 1614. coram R.P.D. Manzanedo, quæ est in recent. decis. 552. num. 3. par. 2. et Rota in Romana collecta Ven. 21. Iunii 1624. et 29. Nouembr. eiusdem anni coram Reuerendissimo Coccino Decano me scribente, & obtinente.

2 Declara tamen, quòd huiusmodi actio non datur, quando vtilitas cessaret, iuxta ea, quæ ait Bart. in l. mandasti, n. 1. ff. de negot. gest. & ita fuit decisum à Rota in supra coram Manzanedo.

3 Declara secundò, quòd actio prædicta se compatitur cum actione mandati, vt ait Rota vbi supra, et in dicta Romana collecta coram Coccino.

4 Declara tertiò, quòd negotiorum gestor acquirit actionem ei, pro quo emit, secuta tamen illius ratificatione, veluti fuit decisum in Romana census lunæ 18. Iunii 1612. coram Pirouano, quæ est decisio 170. num. 2. apud Cencium in tract. de censibus, Vndè videmus, quòd notarius stipulans, & acceptans nomine alicuius absentis, ius illi acquirit, tanquam negotiorum gestor, vt fuit dictum in Romana fideiussionis Nauarræ coram Robusterio, quæ est apud Zacchiam de oblig. Camer. decis. 123. num. 10.

5 Subdeclara, quòd iste negotiorum gestor tenetur nedum de sua, sed etiam sui substituti culpa, vt ait Franc. Marc. dec. 524. num. 2. par. 1.

6 Sed ad sciendum, quando negotiorum gestor, teneatur de neglectis, & quando non, opus est tali pacto distinguere, nempè

7 Aut quis incepit alicuius negotia gerere, & postea omisit, & tunc de illo tenetur, argumento l. in commodato, §. sicut. ff. commod. et l. sicut de action. et obligat & Rot. dec 470. n. 1a allega.

8 Aut non incepit, & tunc; aut ab initio accessit, vt omnia gesturus: & tunc de omnibus tenetur, vt est tex in l. Pomponius in negotiis, in fin cum seq. ff. de negot. gest. Aut non accessit, vt omnia gesturus, sed vt quædam gesturus, & tunc: Aut alius gesturus fuisset omnia nisi ipse accessisset, & tunc de omnibus tenetur, l. si pupilli, §. videamus, ff eodem. Aut alius non erat gesturus, & tunc non tenetur, nisi de his ad quæ gerenda accessit, l. tutores, C. de negot. gest. et l. tres tutores, §. 2. ff. de administrat. tutor. et

Bart.

Bart. in l. si pupilli §. videmus ff. de negot. gest. & Rota in decisione 470. par. 1. in recent.

9 Animaduertendo tñ, quòd illa regula, quæ ait, quòd qui cæpit adimplere tenetur, procedit in eo, qui necessariò officiū aliq; suscepit, vt est in tutore, & curatore qui valdè differūt à negotiorū gestore, pro quo facit altera regula, quòd scilicet actus voluntarij nō plus ligāt, quā volūtas sit, *licet Bar. in d. l. tut. C. de neg. gest.* dicat, quòd debet intelligi de ea volūtate, quā quis habuit ab initio, quādo ad gerendū negotia accessit, & sic medio illius distinctionis, quā superius dixi procedi debet.

10 Extende, quòd ista actio negotiorum gestorum detur soluenti debitum, pro alio, etiam eo inuito: quia negotium vtile pro eo gessit, veluti fuit decisum in *Bononien. Litterarum cambii luna Decembris 1603. coram Cardinali Lancellotto Iuniore.*

11 Secus autem, quando negotiorum gestor sine mandato, vel officij necessitate alterius defensionem assumpsit, sed succubuit: quia tunc ipse non debet posse consequi expensas, quas fecit, vt ait *Menoch. cons. 145. nu. 1. & nu. 37. & 38.*

12 Extende secundò, quòd hac actione negotiorum gestorum tenetur ille, qui pecuniam alteri debitam, vel creditum alienum verum, vel putatiuum exegerit, secuta tamen ratiabitione illius, cuius nomine fuit facta exactio, *text. est in l. si pecuniam C. de negot. gest. vbi Bald. & Salicet. in l. pupilli §. item quæritur, et ibi Bart. in l. si quis negotia ff. eod. tit.* Veluti eodem modo dicitur de eo negotiorū gestore, qui sciente, & patiente domino illius negotia administrat: quia tunc talis ex contractu facto, ei præiudicare potest, vt dicitur de tutore, qui publicè, & palam administrat pro pupillo, & qui pro tali reputetur: quia tunc gesta pro eo illū obligant, si illius præsertim negotij celeritas huiusmodi obligationem expostularet, ac ex eo illius vtilitas resultaret, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 360. per totum et cap. 385. num. 1. et seq.*

13 Sed nota tu tamen, quòd negotiorum gestor siuè simplex factor non tenetur libros rationum conficere, vt ait *Anchar. in cons. 330. sub nu. 10. Socc. cons. 159. n. 11. et cons. 190. n. 4. l. 2. et cons. 92. n. 12. l. 4. Parif. cons. 89. n. 25. lib. 1.* et ita fuit decisū in *Meliten. reuisionis computor. luna 30 Octobris 1595. coram Card. Pamph. quæ est inter crim. Farin. dec. 101. num. 5.*

14 Sed si contingat, quòd negotiorū gestor alicuius priuati diues fiat, tūc nota, quòd nō præsumitur ditatus de eo, quod in administratione habuit, vt ait *Bald. in suo cons. 449. incip. ista est subtilis in fin. lib. 2. & Surd. dec. 15. n. 1. & seqq.*

15 Veluti di et de administratore rei alienæ, qui non præsumitur acquisiuisse de bonis eius, cuius administrator fuit: nisi in contrarium vrgeant præsumptiones, vt ait *Alex. cons. 82. num. 14. & vers. regulariter lib. 2.* & eò magis, quando ille esset vir industriosus, & aliquid haberet de proprio: quia tunc ex proprio acquisiuisse præsumitur, vt ait *Surd. in d. dec. 15. num. 2.*

16 Vltimò nota, quòd ista actio ad fauorem gestoris negotiorum hæreditatis; iacentis adeò est priuilegiata, vt propterea omnibus creditoribus sit præferendus pro sua mercede, vt fuit decisum in *Bellucana discussionis 24. Maii 1574. coram Card. Lancellotto Seniore*, & de hoc multa dixi in verbo Aduocatus *concl. 60.* vbi recurras.

ARGVMENTVM.

De actione personali ex testamento, quæ datur pro legitimâ.

CONCLVSIO XLII.

1 HAEC actio competit pro legitima, vndè cum hæc materia legitimæ sit valdè pulchra, & vtilis, & ego penitus ignorem, si de ea sim in verbo Legitima, iuxta præordinatam methodum alphabeticam tractaturus, cum vita hominis sit breuis, Ars verò lōga; idcircò istius actionis occasione nolui prætermittere quasdam regulas de legitima constituere Et prima erit super eo, quid sit legitima, & quibus personis ista actio competat, Item quanto tempore duret: Secūda erit, an legitima ascendentium, & descendentium pari passu ambulet: Tertia, quibus perso

personis ea debeatur, & quanta esse debeat, quarta ex quibus rebus, ea sit detrahenda: quinta quando ex rebus fideicommisso subiectis detrahi debeat. sexta super quibus rebus fiat computatio legitimæ. septima quod legitima tanquã speciali nota digna sub generali dispositione non comprehendatur, sed de ea sit mẽtio specialis necessaria. octaua, quòd ea tanquã de iure nãræ debita nullo onere nec vlla conditione sit grauanda. nona, & vltima erit super eo, nempè quale tempus sit attendendum pro ea consequenda. Vndè redeũdo ad primã regulã erit igitur in primis notãdũ, quod legitima est portio eius, quòd quis esset habiturus ab intestato, quicquid dicant illi doctores vario modo de illius diffinitione loquentes, cum ista sit cæteri diffinitionibus verior, vt ex Iuribus mox allegandis clarè probabitur.

2 Successiuè pro vera traditione istius primæ regulæ erit sciendum, quòd illa actio omnibus competit, quibus legitima debetur, vt ait *Rota dec. 60. n. 5. penes Statil. de saluiano, idem tenet Pereg. de fideicom. art. 36. num. 153. And. Gayl. decis. 120. num. 2. Cam. Imperialis, Put. decis. 39.* & *decis. 131. lib. 2. Grat. lib. 1. discept. cap. 198. num. 15. Laurent. dec. 52. Rota Auenion.* & *Rota per Gregor. XV. decisione 489. num 2.* & *in alia Romana legitimæ, seu meliora mentorum 13. Maii 1616. coram R. P. D. Vbaldo quæ est penes Merlinum de legitima decis. 30. num. 9.*

3 Extende, quòd pro ea quoque detur peritio hæreditatis, nec non iudicium familiæ herciscundæ, vt ait *Gratianus dicto lib. 1. discept. cap. 178. n. 6.*

4 Contrarium licet videatur renuisse *Rotam in d. Romana legitimè 13. Maij 1616. coram R. P. D. Vbaldo* vbi ait contrariam opinionem non esse tutam, idemq; tenet *Peregr. de fideic. art. 36.* in vltimis verbis, qui omnes tenent petitionem hæreditatis non dari pro legitima.

5 Concorda tu tñ, quòd prima opinio procedat, quando filius est institutus in legitima: secunda verò procedit quando in ea non esset institutus. Nam in primò casu petitio hæreditatis daretur, in secundò autem actione ex testamento ageretur, iuxta ea quæ ait *Salicet. in l. si quis C. de inoff. testamen. Cuceus de legitima in rub. legitima, est quota bonorum Crass. de success. in §. legitima q. vltima vers. contrarium tenent. et Corn. cons. 265. num. 5. lib. 3.* & *Rota ibi coram Vbaldo quæ est penes Merlin. dec. 30. n. 8. cum seqq.*

6 Rursus concorda, quòd prima opinio procederet, quñ in hæreditate inuenirentur corpora hæreditaria: secunda verò quando solum in ea iura, & actiones extarent: quia tunc filius poterit agere cõtra hæredem, vt sibi iura, & actiones contra detinentes bona cedat, ad hoc, vt postea pro consecutione legitimæ, siue illius supplementi sibi competen. procedere posset, & sic hæres isto casu facta prædicta cessione liberatur, sed si ille forsan Iura cedere non valeret ex eo quia illa iam remiserit, tunc ad interesse teneretur, vt ait *Aym. consil. 109. n. 7.* & *8.* & *Gratian. in dicto 1. lib. cap. 62. in fine.*

7 Extende idem quoque procedere, quando ageretur pro illius supplemẽto, pro quo cum non detur hypotheca, nec propterea illud actione personali ex testamento peti potest; sed solum conditione ex lege. Vndè hinc infertur, quòd exceptio supplementi non impedit immissionem in saluiano, cum illud sit incertũ, ac de manu hæredis sit capiendum; Incertum autem illud dicitur, tam ratione loci, quam quotę fundi; quia nescitur quota pars fundi debeatur, & propterea ob incertitudinem nulla filio potest acquiri possessio, nisi ad sui fauorem clausula constituti ad sit, ac altera capiendi possessionem propria authoritate, & Iudicis auctoritas concurrat, vt ait *Gratianus lib. 1. discept. capit. 198. num. 18.* & *seqq.* & *Rota in Romana Saluiani 3. Iulij 1606. coram Card. Lancellotto; quæ est penes Statil. dicta decis. 60. n. 5.*

8 Et ratio differẽtię, quare pro legitima detur actio personalis ex testamento, & pro supplemento illa conditionis ex lege ea est: quia legitima debetur tacitè ex testamento Testatoris; Supplementum verò debetur ex sola legis dispositione, & inuito Testatore, & de manu hęredis capi debet, & propterea pro eo filio retentio non datur, neque hypotheca

ea veluti vtrumque datur pro legitima, vt ait *Rota mox allegenda coram Card. Lancellotto*. Vndè condictio ex lege dicitur remedium extraordinarium; Actio verò personalis ex testamento ordinarium, vt ait idem *Gratian. dicto cap.* 198. *num.* 15. & 16. & *Rota dicta decis.* 60. *penes Statil. num.* 5. & *in Romana Saluiani luna* 3. *Iulii* 1606. *coram Card. Lancellotto, quæ est penes Merlinum de legitima dec.* 11. *num.* 6. *cum seqq.* & *in Tusculana fideicommissi* 4. *Iunii* 1618. *coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est penes eundem Merlinum decis.* 7. *num.* 9.

9 Quę enim actio durat spacio triginta annorum, vt ait Rota reiecta opinione *Bart. in Romana legitimæ* 17. *Ianuarij* 1613. *coram Card. Caualerio. Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 602. *num.* 1. & *cap.* 649. *num.* 17. & *cap.* 729. *num.* 4. & *prius c.* 2. *n.* 29. *lib.* 1.

10 Contrarium licet teneat *Marescot. variarum resol. lib.* 2. *cap.* 67. & ibi aliòs allegat tenentes *Statutum Vrbis* loquens de prescriptione sexdecim annorum, filios excludere à prętensione legitimę.

11 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones tali pacto, nempè, quòd prima procedat respectu illius Iuris legitimam petendi, siue illius supplementum; secunda verò quoad ius quærelandi testamentum patris, siue fratris, quando turpis persona ab altero fratre esset instituta, quod enim ius non, nisi intra tēpus quinquennij exerceri potest, alias eo elapso illud amissum censetur, vt ait *Rota per Gregorium XV. in sua decis.* 489. *n.* 10. & ibi testatur hanc esse veriorem opinionem reiecta illa Bartoroli, vt superius dixi, & veluti ait idem *Greg. in decis.* 338. *in fine*; & *Rota in dicta Romana legitimæ coram Card. Caualerio. Pus. decis.* 124. *lib.* 2. *et Rota decis.* 419. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.*

12 Et ratio quare supplementum loco querelę non succedat ea est: quia illa via querelę contendit testamentum annullare; altera verò supplementi pro sustinenda voluntate inferuit, vt ait *Rota per Gregorium XV. decis.* 489. *num.* 5. & 6.

13 Et tenendo primam opinionem, vti veriorem, & fauorabiliorem, extende Primo, quòd neque etiam dicta prescriptio 30. annorum currat contra eum, qui bona possideret, super quibus legitimę detractio pretendatur pro eo tēpore, quo in eorum possessione permansit, vt ait *Menoch. cons.* 1019. *num.* 4. & 5. *Gratian. lib.* 3. *disceptation. cap.* 602. *num.* 3. *cum seqq.* & ita quoque fuit dictum à *Rota in Romana Hæreditatis de Valle* 26. *Februarii* 1601. *coram Card. Mellino.*

14 Extende secundò, parimodo procedere in eo, qui in pupillari ętate viueret; quia tunc prescriptio dormit, dum illa ętas durat, cum non valeret agere prescriptio non currat; secus autem in minore, contra quem dicta prescriptio currit, sed est benè verū, quòd ex beneficio restitutionis in integrum succurri potest, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium in dicta decis.* 489. *num.* 13. & 14.

15 Extende tertiò, predicta nedum habere locum respectu filij, verum etiam respectu dicti filij heredis reprobato consilio Angeli, & aliorum, qui tenent huiusmodi actionem heredi filij non nisi intra tempus quinquennij competere, vt ait *Rota per Gregorium in dicta decis.* 489. *num.* 8.

16 Contrarium illi extensioni licet teneat etiam *Boer. decis.* 250. *nu.* 4. & *Mangil. de imput. q.* 92. *num.* 7.

17 Ratio autem illius primę opinionis ea est: quia differentia inter filium, & eius heredem, confunditur, ex eo, quia ius defuncti in persona heredis nō mutatur; sed vnum, & idem est; cum hereditas sit vniuersalis successio in omne ius defuncti, vt ait *Surd. cons.* 146. *num.* 7. *Bero. cons.* 25. *num.* 7. *lib.* 2. & *Rota ibi sup. n.* 9. & 10. *coram Greg.*

18 Extende quartò, quòd dicta prescriptio 30. ann. detur etiā pro consecutione legitimę, siue illius supplementi, non obstante *Statuto Vrbis cap.* 158. *lib.* 1. *de præscriptione* 16. *annorum loquente*: quia illud in ea sibi locum non vendicat, vt ait *Gratianus lib.* 5. *discept. cap.* 807. *nu.* 34. subdens illud solum habere locum in causa mutui, depositi, aut alterius contractus cuiuscunque generis.

19 Declara tamen, quòd predicta prescriptio non currat, nisi data scientia illius, qui huiusmodi actionem experiri debet, alias secus per regulam illam, quòd ignoranti prescriptio non currat. Quinimmò tempus

tempus in hoc debet esse vtile, *vt ait Menoch. cons. 41 1. num. 42.*

20 Contrarium, q. d. dicta præscriptio 30. annorum currat ēt data ignorantia, ait *Honded cōs. 83. n. 50. lib. 1.* & *Grat. dec. 4.* & tunc legitima spacio 3 annorū præscribitur irreuocabiliter, absq; spe restitutionis in integrum à die mortis patris, ex ea rōne: quia ad petēdā legitimā dātur actiones petitionis hæreditatis, cōdictionis ex lege, & ius de nullitate testamenti dicendi, quæ cū sint personales, igitur dicto tēpore pscribūtur, vt ait *Menoch. d. cons. 411. & Grat. d. c. 1. lib. 1 num. 29.* & *30.* & *Rota penes Merlin. dec. 32. num. 10.*

21 Rursus extēde, q stāte dicto statuto, p (verbi gratia) vltra tēpus 20. annorū, quis debitum amplius petere nō valeat, illud nō cōprehendit legitimā, & sic filius vltra illud tēpus eā petere poterit, *vt ait Rot. dec. 489. n. 15. cor. Greg. & in Rom. legitima 17. Iun. 1613 coram Card. Caualer. & Grat lib. 5. discept. c. 805. num. 34.*

22 Et rō ea est: quia legitima nō cōprehenditur sub statuto generaliter loquēte, *vt ait Rota ibi supra*, sed de ea mentio specialis est habenda, vt melius ex mente Rotæ inferius dicemus.

23 Cōtrariū tñ vidētur tenere *Marescot. var. res. lib. 2. c. 67. n. 17. Bonr. dec. 150. Mohed. dec. 151. alias 2. de præscrip. & Rot. in Rom. grani 4. Dec. 1620. coram Vbaldo.*

24 Et rō istius secūdæ opinionis ea est: quia præscriptio statutaria 20. annorū dicitur succedere in locum præscriptionis iuris cōmunis, quæ est 30. annorū, & ppterea cum statutū auferat præscriptionē illā 20. annorū, videtur ēt interūpere ipsa præscriptionē trigenariā, sed à prima opinione nō est tñ recedēdū, vt ait *Rot. sup.*

25 Et tenēdo hāc secūdā opinionē, declara eā primò, nō procedere, qñ statutaria præscriptio fuisset semel interrupta p litiscōtestationē cū hærede: quia tali casu ea interruptio actionē p petuat, adeò, vt postea sit necessaria noua pscriptio à die interruptionis, nō aūt statutaria, vt prima, sed noua sm ius cōe, q erit 30. ann. quia ea semel interrupta, amplius ad illā non est recurrēdū, cū tūc statutū cesset, sed ad alterā de iure cōmuni cōfugiēdū venit, iuxta tradita p *Bald. in l. uni n 5. & ibi Angel. C. de præscrip. 30. annor. & Rot. per Card. Seraph. dec. 718. n. 5. & 6. & in Rom. tutela de Fabiis 29. Ian. 1582. cor. Orano, & in alia Rom. pecuniaria 2. Nouēb. 1609. cor. Card. Sacrato*, & latè fuit discussū de hac materia in *Rom pecuniaria 10. Iun. 1624. cor. Merlino*, in qua plures casus ponuntur, in quibus per præscriptionis interruptionē reuertatur ad statutariā, siue ad eā iuris cōmunis, & in terminis Statuti Vrbis, ait *Marescot. var. res. c. 67 n. 8. & seqq. li. 2. Card. Seraph. dec. 926. n. 1. & dec. 930. n. 3. & in Maceraten. Saluiani. 21. Februarii 1620. coram Buratto.*

26 Secus aūt qñ ea esset interrupta per simplicē citationē, absq; contestatione litis: quia tūc actio non perpetuaretur, sed nouæ statutariæ præscriptioni esset locus, vt dicunt *Bald. Alex Castr. Iaf Socin. & in alii alleg. à d. Marescot. var. resol. c. 67. n. 8. cum seqq. & Rot. ibi sup.*

Vndè hic obiter sed oportunè erit animaduertēdū, q pluribus modis præscriptio nō interrumpitur, ēt q via iudicii assumatur, & primò, qñ actor iudicium inchoauit, sed in eo succubuit, vt fuit dictum à *Rot. per Burat. dec. 172. n. 16. & dec. 436 n. 7. & ibi in addit* Quamuis tamē secus sit, quādo sētia esset nulla, & iniusta, siue qñ ab ea fuit appellatum, & causa appellationis fuerit prosecuta, *vt ait Rota per Greg dec. 467. n. 15. & in Rom. Vinea 11. Dec. 1609 cor. Ortembergo, & in alia Toletana dismembrationis 9. Iun. 1623. cor. Pirouano, & Card. Seraph. dec. 1023. n. 14. & dec. 1086. nu. 6.* Et ratio prædictorum ea est: quia lis tunc præsumitur calumniosa, vt fuit dictum in *Eugubina beneficii S. Petri 13. Iunii 1594 coram Card. Pamphilio.* secus tamen si ex actu nullo fuerit in possessio re mala fides inducta, q. n. ex coniecturis probari potest, vt dicunt *DD. alleg. ab addente ad dec. Burat. 436. n. 10. & in dec. 457. per totam.*

Secūdò nō interūpit pscriptio, qñ lis ex aduerso cōtestata fuit pviā exceptionis *Balb. de præscr. 3. p. 6. p. princ. q 4 princ. n. 38.* & præsertim vbi nō ageretur p viā cōpensationis, vel redhibitoria, quæ ad eundē finē tendunt cū actione, *n x distinct. Bal. in l. omnes actiones de reg. iur. in fine, & in l. cum notissimi §. imo n. 10. de præscrip. 30. vel. 40. ann. Balb. ibi sup. n. 38. vers. 1. limita, & Bou. de Stat. Vrb. p. 1 c. glo. 21 n. 33. cū seqq.*

Tertiò præscriptio non interumpitur qñ iudiciū intentatur sup mero possessorio sūmarijssimo retinēdæ possessionis tm, quod q dē præscriptionem nō interrūpit, nisi aliqua vis turbatiua possessionis, aut fructuū inferatur, iuxt. *trad. per Bar. in l. 1. p. § huius autem interdicti in fine vers. ego istud puto verum ff vti possid. de cōmuni Aret. in l. prætor ait n. 6. ff. de acquir. hæred. Balb. de præscrip. ibi sup. n. 4 & seqq. Caputaq dec. 37. n. 3 p. 3 Cassad. dec. 6. n. 2. de rescrip. Sarnen. sup. reg. de annal. q. 53. & q. 66. & sup. reg. de trien. quæst. 53. per totam.*

Quartò nō interrūpitur præscriptio p pśentationē cōmissionis, nisi de citatione cōstet ad dicēdū cōtra eā, aliàs eā de actis nō esse, sed extra mundū extare diceretur, *Cassad dec. 7. n. 9. de appel. & Rota in Placentina fideiussionis 22. Maii 1592. cor. Penia, & in alia Braccaren. beneficii 1601. cor. Card. Sacr. & Abb. in c. illud n. 13 vers. Item per fatrū oraculū*, quē sequitur *Felin. ibi.*

ibi num. 17 *concl. vlt. de præscript.* Quemadmodum etiam diceretur de procuratore pro Domino comparente coram Iudice non suo, & iurisdictionem non habente, vt ait *Abbas ibi supra num.* 14. *Bonius dicta gloss.* 21. *num.* 6 *Balb. in præcitato loco Oldrad. consil.* 254. *num.* 16. *gloss. in verbo interrupta post medium vers. item litis contestatio in cap. placuit* §. *præscriptionem* 16. *quæst.* 3. & *Capicius decis.* 11. *num.* 5.

Animaduertendo tamen, quòd si interrumpatur præscriptio contra vnum ex correis iuuat ēt, quoad omnes, itaut tempus omninò excludatur sufficiens ad præscribendum, tàm ante, quàm post, *vt ait Rota per Buratt decis.* 8. *& decis.* 457. *num.* 4. Quamuis superius dicat, quòd etiam aduersus præscriptionem quadrigenariam, per quam creditum iuratum præscribitur, datur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ: dummodo tamen ea sit pbabilis, & ex omni parte excusabilis, licèt tamen ad eam impediendam, etiam coniecturę à remotis sufficiant, vt fuit pulchrè deductum à *Rota in Florentina iurispatronatus* 14. *Maij* 1576. *& in Rom. deuolutionis tenimenti* 4. *Iun. eiusdem anni coram Robusterio.* Licèt tamen secus esset in Doctore, siue in eo, qui pluries fuit monitus, aut si præsūpta scientia adesset, vt ait *Card. Seraph dec.* 1483. *n.* 2. & *in Neapolit. benefic* 29 *April.* 1611. *coram Card Caualerio.*

27 Declara præterea, quòd neq. debitori pscriptio proderit, qñ ille in mala fide impeditiua fuerit cōstitutus, p creditoris interpellationē; secus aūt, si ea interpellatio nō sequatur: quia tūc intraret ea regula, quòd in iure, quęrendo nō obstat aliquem scire esse debitorem; sed ad hoc, vt impediatur ad præscribendum interpellatio esset necessaria, vt ait *Grat. dec* 4. *n.* 15. *Hond. cons* 83 *num.* 47. *lib.* 1. *Put. dec.* 124. *lib.* 2. & *Burat. dec.* 457. *num.* 7. vbi docet, quando mala fides inducatur à principio.

Sed quòd in vim Statuti Vrbis pscriptio ab eo inducta locū nō habeat, qñ debitor est in mala fide & quòd ppterea in hoc mala fides sit p creditorē in foro exteriori pbāda, nedū ostēdēdo debitorem fuisse a principio suę obligationis benè cōsciū, sed ēt docendo eū sciuisse suā obligationē perdurasse, neq. fuisse in effectu aliquo mō extinctā, fuit ēt dictū in vna *Rom. pecun.* 10 *Iun.* 1624. *cor. Merlino.* Aliās veluti post lapsū tēporis in vim Statuti Vrbis solutio secuta psumitur, ita quoq. bona fides venit psumēda. Et rō est: quia Statutū nō tollit directè, & immediatè actionē creditori cōpetentē, sed stante illius negligētia, q̄ p 16. ann. inducit satisfactio nis psūptionē, quia ea mediatè mādat instrumenta quęcūq. & scripturas tā publicas, q̄ priuatas nullā fidē mereri, nullūq. actionis exercitium, neq. iuris, aut executionis effectū sortiri, *vt ait Grat. lib.* 1. *discep. c.* 52. *n.* 18. & *Rota in Rom. tutela* 29. *Ian.* 1588. *cor. Orano.* & *in Rom. pecuniaria* 29. *Nou.* 1609. *coram Card. Sacrato, & in illa Romana pecuniaria coram Merlino.*

28 Et sic igit nō obstat illa regula, quòd sine petitione debeatur legitima: quia illud solū pcedit, quoad effectū illius transmissionis; At secus, quoad effectū impediendę præscriptionis, & ideò mala fides nō currit, nisi d. legitimæ petitio sequatur, *Grat. ibi sup. d. dec.* 4 *vbi in fine. DD alleg. n.* 15. *idē in lib.* 2. *disc c.* 271. *n.* 7. & 14. Veluti eodē modo dicitur de legato, quòd hęres pscribit, nisi illud à legatario petatur: quia tūc hæres credere pōt, vt legatarius legatū cōseq nolit, & ppterea hoc mō legitima pscribitur, *idē Grat. ibi sup. c.* 17. & *lib.* 1 *discep.* 2. *n.* 29. & *ita fuit dictū in Perusina bonor. de Bartolinis* 4 *Febr.* 1585 *coram Card Pamphilio.*

29 Regula II. erit, quòd licèt legitima ascēdentiū, & descēdentiū pari passu ambulet, *vt ait Menoch. cons.* 537. *n.* 8. *Alex. cons.* 168 *lib.* 7 *Neuizan. cons.* 30. *nu.* 9. & *Grat lib.* 3. *discept. cap.* 448 *num.* 27. *et* 28.

30 Nihilominus eā in eo differre videmus: quia fructus pcepti ex hæreditate pleno iure q̄sita in legitimā descendentiū nō imputātur. At secus in eā ascendentiū, iuxta magis cōmunem opinionē, de qua testatur *Porter Card. Seraph. in sua dec.* 1265. *n.* 2. & *seq.* sed *vid. d. dec.* 21 *n.* 20. intelligit pdictā decisionē Seraph. pcedere in descendentibus primi, & nō vlterioris gradus, *iuxta text in l. subemus C. ad Trebellian.*

31 Cōtrariū licèt fuerit vltimo loco decisū cōtra cōmunē à *Rot. in Arimin. legit.* 5. *Maij* 1627 *coram Durano, & veluti latè dicam in reg.* 6.

32 Ratio aūt illius primę opinionis ea erat, quia legitima ascendentibus debita nō vinculo naturali, sed iure positiuo illis debita reperit, vt ait *id. Card. Seraph. ibi sup.* & *Menoch. cons.* 250. *nu.* 9. *& cons* 401. *& cons.* 411. *nu.* 13. & *seqq.* & *Grat. ita.* 3. *discept cap.* 448 *num.* 4.

33 Declara tñ secus esse in ea filijs debita, q̄ neq. in fructibus, neq. in vsufructu, & pecunia tanq̄ eis iure naturali debitā illi acceptare cogunt, sed ea ex corporibus hęreditarijs, & in substātia ab eis detrahēda venit, *vt ait Grat. lib.* 4. *discep. c.* 688 *n* 12. & *ita fuit dictum in vna Rom. hæreditatis de Transarellis luna* 5. *Iul.* 1604 *cor. Lancellotto, quæ est in eius impress. dec.* 186. *n.* 3. & *dec.* 568. *n.* & 653. *n.* 13 *p.* 1. *in rec.* & *in Caietan. Castelli supplementi legit.* 11. *Martij* 1611. *cor. Mazzancolo, quæ est pen. Merl. de legit. dec.* 31. *n.* 13.

34 Fallit tñ primò, qñ filius cōsensisset eā in alia re acceptare, vtpura in vsufructu, pecunia, & similibus; nam hoc modo eam acceptando, filius videtur illi oneri imputationis taliter consensisse, vt postea in ea amplius variare non

non possit, *Papa Gregor. dicta decis. 186. num. 4. et Card. Seraph. decis.* 1365. & ita quoque fuit resolutum in dicta *Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ* 11. *Martii* 1616. *coram* R.P.D. *Manzanedo*, & ita quoque tenet *Ias. in authen. nouissima, C. de inoff. test. num.* 45. *et Rota penes Merlinum decis.* 70. *et dec.* 71. *n.* 10.

35 Fallit secundò, si vltra acceptationem in parte à filio in alia re, quam in substantia pro sua legitima factam, mens quoque testatoris concurreret, vt ait *Menoch. de arbitr. iudic. casu* 163. *num.* 27. *versic. In quantum, Guidopap. dec.* 487. *Parisi. consil.* 16. *nu.* 71. *lib.* 2. *Odd. cons.* 55. *n.* 10. *idem Parisi. cons.* 28. *num.* 5. *lib.* 3. *Peregrin. artic.* 36. *num.* 7. & cæteri allegati à *Rota in Balneoregien. bonorum* 11. *Febr.* 1594. *coram Cardinali Pamphilio, Osasc. dec.* 148. *n.* 13. vbi ait hanc opinionem esse magis communem, & veriorem.

36 Et tunc mens testatoris concurrere dicitur, quando mandat bona conseruari, vt ait *Rota decis.* 753. *par.* 1. *nouiss.* siue quando testator mandasset legitimam solui in pecunia, & deinde filius pro illius supplemento ageret, *Menoch. dicto casu* 163. *num.* 30. *Ripa in l. in quartam num.* 123. *Alciat. num.* 30. *ad l. Falcid. et* Rota *ibi supra.*

37 Vnde ex hoc infertur, quòd filius acceptans legitimam in pecuniis, siue in fructibus, aut in aliis bonis mobilibus, si illa pro legitima non sufficiant, tunc poterit cogi ad accipiendum supplementum in rebus similibus, vt ait *Gratianus libro quinto disceptationum forensium c.* 983. *nu.* 28. *et Guidopap. dec.* 476. *et dec.* 487.

38 Declara tamen id non esse verum, quando ille, qui prætendit legitimam esset minor; quia tunc ei succurreretur per viam restitutionis in integrum, ad hoc, vt ea sibi in corporibus solueretur, vltra quod neque etiam dicta acceptatio in pecunia absolutè filio præiudicaret: quia hoc stante non per hoc poterit cogi filius eam recipere in aliis rebus, quam in substantia: licet secus tamen esset si consuetudo in contrarium extaret, vt ait *Guidopap. dicta decisione* 487. *et Gratianus libro primo disceptationum forensium cap.* 50. *num.* 13. *Vasq. in l. in quartam, parte tertia, num.* 59. *ff. ad l. Falcid. Gozad. consil.* 44. *nu.* 7. *Roland. consil.* 1. *nu.* 100. *lib.* 1. *Dec. cons.* 403. *nu.* 22. *Alex. cons.* 67. *n.* 3. *libro quinto, Odd. de restitut. in integrum quæst.* 4. *num.* 83. *cum seqq. art.* 10. *Cuccus de legitima fol.* 26. *num.* 3.

39 Fallit tertiò, si aliqua iusta causa vrgeat: quia tunc legitima alio modo quã in substantia soluenda veniret, vt ait *Riminald. sen. consil.* 332. *num.* 16. & alii allegati à *Rota in dicta Balneoregien. coram Pamphilio.*

40 Fallit quartò, veluti si essemus in vsufructu ad certum tempus, veluti quindecim annorum constituto: quia tunc illius imputatio in legitimam erit rationabilis, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decisione* 1365. *numero* 22.

41 Et ad valorem dicti vsusfructus considerandum, tempus obitus testatoris erit attendendum, vt ait idem *Card. Seraph. d. dec.* 1365 *nu.* 14.

42 Secus verò si filius esset simpliciter institutus in vsumfructu tantum: quia tunc ei legitima pleno iure in proprietate deberetur, alias testamentum esset nullum, nisi tamen filius esset contentus eam in vsufructu capere, vt firmat idem *Card. Seraph. dicta decisione* 1365. *num.* 17. *Osasch. decis.* 148. & *Gregor. XV. decisione* 186. *numero quarto,* & *Rota in Senogalien. prædii* 18. *Martii* 1616. *coram R.P.D. Andrea.*

43 Contrarium tamen si constaret de dissensu, & contradictione filii, vt ait *Rota ibi supra.* & *Gratian. lib.* 5. *disceptat. c.* 983. *num.* 8. & *seqq.* & *prius lib.* 4. *c.* 688 *num.* 12. & *seqq.*

44 Fallit quintò, quando extaret statutũ, quod mandaret legitimam alio modo, quam in substantia esse soluendam, vt ait idem *Gratian. lib.* 5. *discept. c.* 853. *nu.* 42. & 44.

45 Fallit sextò, quando pecunia esset hæreditaria, & sic in ea solum hæreditas consisteret: quia tunc ea dicitur Testatoris substãtia, vt in istis terminis concurrente præsertim testatoris voluntate, ait *Rota decis.* 753. *parte prima diuersor.* vel si ille mandasset bona illius in familia conseruari, idem ait *Hondedeus consil.* 57. *num.* 23. *libro secundo,* & *Peregr. de fideicommiss. art.* 36. *nu.* 74. cui tamen

S non

non valde placet prædicta opinio ea ratione: quia legitima ex priuilegio in fideicommisso vniuersali non comprehenditur, quod tamen declarari potest id esse verum, ita lege iubente, at secus, quando mens testatoris in contrarium pro conseruandis bonis in familia concurreret, *iuxta tradita per supradictos Doctores*, & *Rota dicta dec.* 753.

46 Extende, quòd immò pater possit in pecunia, etiam non hæreditaria ex causa filio legitimam assignare. *Riminal.sen. consil.* 332. *numero* 18. *libro secundo*, & *Rota dicta decisione* 753. *numero septimo*. & ibi docet, quæ sint causæ ad id sufficientes.

47 Contrarium tenet *Bartol. in l. suus quoque, ff. de hared. instit.* idem ait *Imola*, *Baldus, Socinus, Salicet. Alexand.* & *multi alij, quos allegat Ripa in dicta l. in quartam, num.* 126.

48 Sed tenendo hanc secundam opinionem, declara eam non procedere, quando filius esset hæres patris, & esset fideicommisso oneratus: quia tunc veniente casu restitutionis, ille non posset petere legitimam in immobilibus, sed eam habere in pecunia debet esse contentus, *Peregrinus de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 75. cum ibi allegatis.

49 Fallit septimò, quando essemus in legitima ascendentibus debita; quia tunc potest illis in pecunia assignari, cum ea non sit, tàm fauorabilis, quàm est illa debita filijs, *Bartol. in c. si pater*, & ibi *Franch. col.* 8. *de testam. in* 6. *Ripa in l. quartã, num.* 127. *Rustic. in l. cum Auus lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 25.

50 Contrarium tamen videtur tenuisse *Rotam in Ariminen. legitima de Scarponibus luna* 5. *Maii* 1627. *coram R.P.D. Durano*, vbi fuit dictum in omnibus, & per omnia legitimam ascendentium pari passu ambulare, cum ea descendentium, & propterea fuit ibi resolutum, eorum legitimam non posse in fructibus assignari, sed in substãtia, veluti illa filiorũ alio modo detrahi quoque non debet; licet ego inferius in regula sexta dixerim non prorsus hanc Rotæ opinionem mihi placere, & ibi rationes adducuntur.

51 Extende prædictas fallentias eò magis procedere quando causa, siue timor vrgeret, veluti de conseruanda bona in agnatione cum Principis interesit subditos, Barones, Marchiones, & reliquos milites habere opulentos, siue etiã ne ob vicinitatem bonorum, & eorum communionem scandala orirentur: quia tunc maioribus iudicibus plura contra regulas iuris facere liceret, *iuxta doctrinam Felini in cap.* 2. *nu.* 2. *de præscript. Bald. in l. si quis filium*, §. *his autem, ff. de quæst. Castrens. cons.* 373. *num.* 2. *lib.* 1. & ita fuit decisum in vna *Prænestina legitima* 27. *Aprilis* 1584. & 28. *Maii eiusdem anni coram Card. Blanchetto*, & *decis.* 753. *num.* 7. & *seqq. lib.* 1. *nouiss.* in hac materia videnda.

52 Regula tertia erit videre, quibus personis legitima sit debita, & quanta esse debeat; sed in primis erit notandum, quod si consideremus simpliciter, & in abstracto legitimam, tunc ea dicitur tertia pars, siue ea portio, quàm quis esset habiturus ab intestato, vt fuit dictum in *Romana supplementi legitimæ luna* 8. *Februar.* 1593. *coram Card. Arigonio*, & *Card. Seraph. decis.* 963. *num.* 2. & 4. & *in alia Romana legitima* 16. *Decembris* 1616. *coram Card. Sacrato*, & *Rota dec.* 64. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior. Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 688. *nu.* 2. & *cap.* 698. *nu.* 25. & *c.* 743. *n.* 6. & *c.* 942. *n.* 4. *lib.* 5. & *Rota apud Merlinum de legitima dec.* 66. *nu.* 3. & *dec.* 67. *n.* 2. & *dec.* 125. *n.* 4.

53 Limita tamẽ id primò non procedere, vbi res non ita se haberet, quomodo erat se habitura ab intestato, veluti quando legitima deberetur legitimato, sine præiudicio venientium ab intestato, *iuxta dictum Baldi in authen. nouissima, C. de inoff. test.* quem sequitur *Surd. consil.* 404. *num.* 7. *Gabr. consil.* 94. *num.* 20. *lib.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 2. & ita limitat *Rota in dicta Romana legitima coram Card. Sacrato*, & *in eadem coram eodem* 10. *Mart.* 1617. *quæ est penes Merlinum de legitima decisione* 57. *num.* 20. *et* 24.

54 Limita secundò, eam regulam non procedere negatiuè, sed affirmatiuè tũ: Vndè valet argumentũ, quod legitima sit quota, siue portio illius, quod quis esset habiturus ab intestato; sed illud tñ non procedit è conuerso: nempè ergo nõ est quota eius, quod quis non esset habiturus ab intestato, vt fuit dictũ in dicta

Roma-

Romana legitima coram eodem Card. Sacrato.

55 Considerata verò, ea iuxta casuũ contingentiam, qui dantur in Iure, tunc pro numero personarum, quę ad eam concurrunt potest esse triens, vel semis, siue tertia tertiæ, vel tertia totius *Bartol. Ias. & alii in glos. §. vlt. Instit. de inoff. test. Peregr. de fideicom. art. 36. in princ. Surdus cons. 404. num. 2. lib. 3. Bursat. cons. 14. in princ. lib. 1. Natta cons. 477. num. 1. lib. 3. Soccin. cons. 76. num. 1. lib. 3. & cons. 241. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 30. num. 3. lib. 3. Capra cons. 73. in fine Ruin. cons. 27. num. 5. lib. 3. Dec. cons. 89. n. 5. & cons. 227. num. 2. Angel. cons. 286.* & *Corn. cons. 197. num. 1. lib. 1.*

56 Vndè si iuxta prçordinaram methodum loquamur de ea, quæ filio debetur in bonis parentum, vt loquitur *Rota per Gregorium XV. in sua decis. 539. num. 9.* & alias sępissimè, tunc si filij erunt infra quatuor, eo casu legitima erit tertia totius assis, quando verò essent quatuor, vel plures, tunc ea esset semis, quę esset diuidenda iuxta ordinem, quem tradit *Franc. Marc. in sua decis. 433. par. 1. per totam* & *Rota decis. 477. par. 2. in recentior. et Gratian. lib. 3. discept. cap. 594. num. 21. et 22. Afflict. decis. 204. num. 4. et Rota penes Merlinum de legitima dec. 20. n. 2 dec. 36. n. 4. decis. 54. n. 4. decis. 89. nu. 1. decis. 97. num. 1. et decis. 118 num. 1.* At secus in materia confiscationis bonorum patris: quia tunc legitima erit semis, quando pater habet vnum vel plures filios, vt dicam inferius.

57 Et an in huiusmodi computatione filius exhęredatus faciat partem siuè pro mortuo habeatur, nec ne, vide *Martam in sua decisione 69. Colleg. Pisani*, & in compilatione decisionum in verbo Legitima *cap. 59. tom. 5.* Et quid in materia confiscationis vide Merlinus de legitima *lib. 3. tit. 1. quæstione 29. num.* 10. & ibi plura inuenies.

58 Sed quòd exhęredatus partem non faciat in calculanda legitima, quãdo tamen exhæredatio fuisset legitime facta, & quando extranei essent instituti, communiter tenetur à Doctoribus; at secus, quando cæteri filij essent instituti, & contra fideicommissarium ageretur: quia tunc partem faceret, & ratio quare in primo casu partem non faciat, In secundo verò sic ea est: quia filius censetur à patre exhæredatus ad meliorandam conditionem illius hęredis instituti, non autem filiorum, & propterea ea portio cæteris filijs non accrescit, vt ait *d. Merlinus in suo tract. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. num. 2. Castr. cons. 286. num. 2. lib. 1. Bald. in l. pater filium quæst. 3. num. 14. ff de inoff. testam. Idem Merlin. in præcitato loco in quæst. 4. nu. 3.*

59 Secus autem qñ exhæredatio fuisset malè, & indebitè facta, quia tũc filius totum caperet testamentum patris corruendo, licet secus sit, quando clausula codicillaris adesset, quia tunc in vim illius censetur filius Iure fideicommissi rogatus restituere totam hęreditatem hęredi instituto, dempta solum illius legitima; neque tali casu Trebellianicam detrahit, quia censetur prohibita cum mens testatoris sit tali casu nil filium de suo capere, *vt ait Merlin. de legitima lib. 4. tit. 1. quæst. 20. num. 11. cum seqq. et Rota in dec. 568. nu. 3. par. 1. in recentior.*

Declara, q̃ exhęredatio nõ poterit vnquam dici malè facta, quando filius in sua legitima fuerit institutus, vt ait *Merlin. in dicta quæst. 20. num. 6.* sed re uera, quomodo exhęredatio sit facienda, & ex quibus causis, & quando cesset *videndus est dictus Merlin. lib. 4. tit. 1. quæst. 2. cum seqq. vsque ad 20. inclusiuè*, & licet *in dicta quæst. 2. num. 1.* dicat, quòd materia exhęredationis sit pęnalis, & odiosa, nihilominus ea extenditur nedum ad causas quatuordecim exprçssas *in §. causas in auth. vt cum de appel. cognosc.* sed etiam ad similes, & maiores exprçssis, *vt ait idem in q. 20. num. 27. & seqq. postea quæst. 8. num. 2. tit. 2.*

60 Causę autẽ exhęredationis sũt hęc nẽpè crimẽ lęsę Maiestatis Diuinę, & Humanę; Delictũ comissũ à filia in propriũ corpus; Immò in fragranti delicto stupri inuenta posset impunè occidi à patre. Item quando cõtraheret matrimonium inscio patre; licet id procederet apud Romanos tempore prisco cum apud eos id grauissimum facinus esset; quod tñ hodie de Iure Codicis, & Canonico non seruatur, etiam si filia indigno nuberet, quando tamen vigesimum quintũ annũ excederet, vt ait

Secus autem, si ante vigesimumquintum annum indigno, & sine Patris consensu nuberet: quia tunc pater illam dotare non tenetur; & præsertim, quando maritus non esset pauper, & prius ante matrimonio puellam stuprasset; quo casu in odium istius delicti stuprator eã ducere tenetur sine dote. Licet secus, si Pater matrimonio consentiret: quia tunc ille satisfaceret eam ducendo in vxorem, sed pater tenetur dare dotem, & in dubio semper virginitas, & seductio præsumitur in puella, vt ait *Rota in decisione 74. num. 6. post primum volumen consiliorum Farinac. & Fontanella de pactis nuptialibus clausula quarta glos. 2. num. 28.* & *claus. 5. glos. 1. par. 1. num. 81. cum sequentib.* & *in glos. 5. num. 55. & sequenti*, & *in glos. 1. claus. 5. par. 1. num. 91. cum seqq.* docet, quis dicatur indignus; & in istis terminis fuit decisum à *Rota in Romana dotis Ven. 11. Decembris 1620. coram Buratto.* & vt ait idem *Merlin. quæst. 5. num. 1. & quæst. 6. num. 11. tit. 1. lib. 4.* & *ibidem quæst. 8. num. 1,* & *sequenti*, Sed in hac materia filiæ. quæ in corpus suum peccauerit, quando ob id mereatur exhæredari, vide *Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 213 per totum.*

Item, accusatio contra patrem de aliquo delicto, etiam si pœna non fuerit secuta (excepto tamen crimine læsę Maiestatis, & hæresis) siue etiam, quando accusatio infamiam patri non irrogaret, veluti quoque, si filius exhiberet se examini contra patrem, vel si testes contra eum promoueret, vel officium aduocationis contra eundem exerceret.

Item, conuersatio cum hominibus nefarijs, ac veneficis, siue cum inimicis patris, & multò magis, quando filius venenũ patri pararet. Item, impediens patrẽ testari. Item recusans patrem captiuum, siue carceratum redimere. Item alimenta illi denegans. Item medicum in infirmitate patris adhibere non curans, dummodò tamen infirmitas esset curabilis. Item, & multò magis vulnerans, siue occidens patrem, quod enim quoque extenditur procedere in filio patri grauem iniuriam inferenti, quæ verberibus æquiparatur, vt dixi in verbo Actio iniuriarum, dummodo tamen iniuria sit cũ dolo, & contẽptu, & isto casu animus non iniuriandi iuramento probatur, Item causa exhæredationis sufficiẽs esset, quando filius nouercam offendit, quia cum sit vna caro cum viro, igitur illius offensa virum tangit, vt dicunt omnes Doctores de hac materia loquentes, & *nouiss. Merl. de legitima à quæst. quinta, titulo primo, lib. 4. vsque ad vigesimam quæstionem inclusiuè.*

61 Extẽde, quòd vice versa ascẽdentes ex octo causis, siue etiam alijs majoribus expressis possint à suis descendentibus exhęredari, & illę eodem modo probantur, & tolluntur, quo fit cum descendentibus, vt ait idem *Merlinus in quæstio. 8. num. 1.* & *seqq.* & cęteri Doctores de hac materia loquentes.

62 Sed ad hoc, vt prędicta legitimè procedant, declara igitur primò, quòd exhęredatio debet fieri purè, & non sub conditione, & causa in testamento expressa, debet per hęredem concludenter probari, alias filius suam legitimãm, vna cum fructibus, licet non trebellianicam detrahere posset, idem *Merlinus*, & *Doctores in quæstione 20. num. 12. cum sequentibus lib. 4. tit. 1.* & *prius lib. 3. tit. 3. quæst. 5. num. 1.* vbi ait, quòd filius exhęredatus, agit ad supplementum legitimę, vna cum fructibus, quando tamen illi sit aliquid relictum, & causa ab hęrede non fuerit probata, sed tunc illi non datur actio ad totalem rescissionem testamenti, etiamsi pater illi minus legitima reliquisset, iubendo vlterius, quod filius deberet esse tacitus, & contentus, alias, quòd caderet à relicto: quia tunç ob eam declarationem non querelat filius, sed solum ad supplementum agit, & id ob fauorem testamenti, vt dicunt *Roman. Bald. Salicet.* & *alij allegati à Merlino in dicta quæst. 5. nu. 1. cum seqq.*

63 Declara secundò, quòd exhęredatio debet esse facta in testamento, & non in alia dispositione, & vt locum habeat exhęredatio, hęreditas debet esse adita, quia si hęres eam adiuisset, tunc filius in omnibus bonis ab intestato succederet, vt ait *Simon de Prat. de vlt. volunt. solut. 3. n. 1. fol. 221.* & *Merlin. ibi sup. n. 35 et 36. et Costa in tract. de facti scientia, et ignor. cent. 1. distinct. 45. n. 20. et 21. Aret.*

in tract at. de testamen. glos. 74. num. 1. vers. Tertio quaro.

64 Declara tertiò, quòd causa exhæredationis probanda venit habito respectu ad tempus conditi testamenti, & non de aliò tempore, & ea debet esse in specie proposita, & non sufficit clausula generalis exhæredationis ex alijs causis non expressis ab hęrede probandis; licet sit benè verum, quòd ex pluribus sufficit vnam tantum probare; sed si fortè filius diceret causam exhęredationis esse iniustam, id intra quinquennium deducere debet: animaduertendo tamen, quòd istud tempus debet esse vtile, nec propterea ignoranti currit, vt dicunt *Ripa, Clarus, Simon. de Pret. Tiraquellus, Suarez, Decius, Peregrinus, & alii allegati à Merlino in dicta quastione 20. num. 37. cum seqq.*

65 Declara quartò, quòd per pœnitentiam filius reintegratur ad legitimam, quę ex spacio triennij præsumitur; & ideò filia quę in corpus suum peccauit pœnitentia adducta reintegratur ad legitimam, & presertim, quando post annum vigesimum quintum nubeter, & id tolleratur in odium morę patris in nubendo eam, vltra quod pœnitentia delet maculam, & ad pristinum statum restituit, vt ait *Viuius commun. opin. in verbo* Filia quę peccauit, *in fine*, quem sequuntur *Abbas*, & *Butr. Menoch. de præsumpt. lib. quarto præsumptione* 84. *Bald. nouel. de dote par. 6. priuil.* 16. *num.* 6. vbi ait, quòd hęc opinio fauens fœminę pœnitenti, ęquior est mulieres ad honestatem excitando, easque à peccato arcendo, idem dicunt *Vasq. Fabr. Cotta, Ripa, Crass. & Bursattus allegati à Merlino in quastione* 5. *num.* 12. & *sequen.* & *questione 6. nu.* 11. & 12. vbi ait, quòd isto casu, licet patri minorem dotem filię assignare, si tamen impari nupsisset, vt ait post *Imol. Alexand. & Molin. Thesaur. lib. 1. quæstionum forens. quæst.* 70. *num.* 5.

66 Contrarium licet teneant multi allegati à *Merlino in d. quæst. 5. sub nu. 13 vers. sed contrarium.*

67 Concorda iuxta aliquos primam opinionem procedere, quòd scilicet pœnitentia filiæ maculam exhęredationis tollat, quando ea personam, & reputationem patris non tangat: secunda verò, quando secus; quia tunc macula non tollitur, nisi consensus patris intercedat, vt ait *Vasq. de success. resol. ad l. quoniam in prioribus lib. 1. §. 10. num. 612. Ripa in l. fina. li C de reuocandis donationibus quæst. 67. Bald. & Cyn. in l. Deo nobis, C. de Episcopis. & Clericis. Menoch. cons.* 278. *num.* 29. *lib.* 3. & *Thesaur. lib. 1. quæst. forens. quæst.* 70. *num.* 2. vbi refert ita sententiasse *Senat. Pedem.* Item possumus iuxta alios concordare vt prima opinio procedat, quando ageretur de dote, aut alimentis: secunda verò quando de legitima: quia valde iniquum esset velle perseuerare in denegatione alimentorum filię emendatę, vt dicunt DD. superius allegati. idemque ait *Bald. nouel. de dote p 6. quæst. 16. vers. cum posset*, & præsertim si ea monasterium ingredi vellet: quia tūc eò magis sufferenda veniret, vt dicūt DD. & præsertim *Marsil. in rubr. de sideiussoribus num.* 220. *Felin. in cap. Rodulphus num. 6. vers. finem de rescript. Surd. de alimentis tit. 7. quæst. 9. in princ. & num. 27. Coras. in l. qui liberos, num.* 101. *ff. de ritu nuptiarum. Thesaur. dicta quæst. forens.* 70. *num.* 14. & 15.

Rursus concorda, vt prima opinio procedat de iure Canonico ob libertatem matrimonij; secunda verò de Iure ciuili quod enim diligenter Iura honestatis custodit; licet ego inter vtramque opinionem medium viam si essem Iudex eligerem, & sic ad hoc, vt Ius Canonicum locum haberet vellem, vt filia ob illius emendationem suam dotem, sed non ita pinguem, & opulentam haberet, & præsertim si vilissimo, & indignissimo viro nuberet, & multò magis, quando iussus patris in non nubendo cum eo pręcessisset, & vir esset diues: quia tunc esset dicto viro imputandum si contra pręceptū patris suę vxoris: aut sine illius consensu eam duxisset, & pręsertim, vbi in Ciuitate extaret statutum, vt filij possent exhęredari, si sine patris consensu nubant, vel si secundum illius Ciuitatis mores filius, vel filia absque dedecore sine patris licentia matrimonio copulari non posset; Et indignus, nota, quod ille dicitur in hac materia, qui secundum loci consuetudinem honorificè matrimonio copulari non posset. Item talis dicitur,

Bart. in l. si pupilli §. videmus ff. de negot. gest. & Rota in decisione 470. *par.* 1. *in recent.*

9 Animaduertendo tñ, quòd illa regula, quæ ait, quòd qui cæpit adimplere tenetur, procedit in eo, qui necessariò officiũ aliq; suscepit, vt est in tutore, & curatore qui valdè differũt à negotiorũ gestore, pro quo facit altera regula, quòd scilicet actus voluntarij nõ plus ligãt, quã volũtas sit, *licet Bar. in d. l. tut. C. de neg. gest.* dicat, quòd debet intelligi de ea volũtate, quã quis habuit ab initio. quãdo ad gerendũ negotia accessit, & sic medio illius distinctionis, quã superius dixi procedi debet.

10 Extende, quòd ista actio negotiorum gestorum detur soluenti debitum, pro alio, etiam eo inuito: quia negotium vtile pro eo gessit, veluti fuit decisum in *Bononien. Litterarum cambii lunæ Decembris* 1603. *coram Cardinali Lancellotto Iuniore.*

11 Secus autem, quando negotiorum gestor sine mandato, vel officij necessitate alterius defensionem assumpsit, sed succubuit: quia tunc ipse non debet posse consequi expensas, quas fecit, vt ait *Menoch. cons.* 145. *nu.* 1. *& nu.* 37. *&* 38.

12 Extende secundò, quòd hac actione negotiorum gestorum tenetur ille, qui pecuniam alteri debitam, vel creditum alienum verum, vel putatiuum exegerit, secuta tamen ratiabitione illius, cuius nomine fuit facta exactio, *text. est in l. si pecuniam C. de negot. gest. vbi Bald. & Salicet. in l. pupilli §. item quæritur, et ibi Bart. in l. si quis negotia ff. eod. tit.* Veluti eodem modo dicitur de eo negotiorũ gestore, qui sciente, & patiente domino illius negotia administrat: quia tunc talis ex contractu facto, ei præiudicare potest, vt dicitur de tutore, qui publicè, & palam administrat pro pupillo, & qui pro tali reputetur: quia tunc gesta pro eo illũ obligant, si illius præsertim negotij celeritas huiusmodi obligationem expostularet, ac ex eo illius vtilitas resultaret, vt ait *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 360. *per totum et cap.* 385. *num.* 1. *et seq.*

13 Sed nota tu tamen, quòd negotiorum gestor siuè simplex factor non tenetur libros rationum conficere, vt ait *Anchar. in cons.* 330. *sub nu.* 10. *Socc. cons.* 159. *n.* 11. *et cons.* 190. *n.* 4. *l.* 2. *et cons.* 92. *n.* 12. *l.* 4. *Paris. cons.* 89. *n.* 25. *lib.* 1. et ita fuit decisũ in *Melisen. reuisionis computor. lunæ* 30 *Octobris* 1595. *coram Card. Pamph. quæ est inter crim. Farin. dec.* 201. *num.* 5.

14 Sed si contingat, quòd negotiorũ gestor alicuius priuati diues fiat, tũc nota, quòd nõ præsumitur ditatus de eo, quod in administratione habuit, vt ait *Bald. in suo cons.* 449. *incip. ista est subtilis in fin. lib.* 2. *& Surd. dec.* 15. *n.* 1. *& seqq.*

15 Veluti dr̃ et de administratore rei alienæ, qui non præsumitur acquisiuisse de bonis eius, cuius administrator fuit: nisi in contrarium vrgeant præsumptiones, vt ait *Alex. cons.* 82. *num.* 14. *& vers. regulariter lib.* 2. & eò magis, quando ille esset vir industriosus, & aliquid haberet de proprio: quia tunc ex proprio acquisiuisse præsumitur, vt ait *Surd. in d. dec.* 15. *num.* 2.

16 Vltimò nota, quòd ista actio ad fauorem gestoris negotiorum hæreditatisq; iacentis adeò est priuilegiata, vt propterea omnibus creditoribus sit præferendus pro sua mercede, vt fuit decisum in *Bellucana discussionis* 24. *Maii* 1574. *coram Card. Lancellotto Seniore*, & de hoc multa dixi in verbo Aduocatus *concl.* 60. vbi recurras.

ARGVMENTVM.

De actione personali ex testamento, quæ datur pro legitima.

CONCLVSIO XLII.

1 HAEC actio competit pro legitima, vndè cum hæc materia legitimæ sit valdè pulchra, & vtilis, & ego penitus ignorem, si de ea sim in verbo Legitima, iuxta præordinatam methodum alphabeticam tractaturus, cum vita hominis sit breuis, Ars verò lõga, idcircò istius actionis occasione nolui prętermittere quasdam regulas de legitima constituere Et prima erit super eo, quid sit legitima, & quibus personis ista actio competat, Item quanto tempore duret: Secũda erit, an legitima ascendentium, & descendentium pari passu ambulet: Tertia, quibus perso

personis ea debeatur, & quanta esse debeat. quarta ex quibus rebus, ea sit detrahenda; quinta quando ex rebus fidecommisso subiectis detrahi debeat. sexta super quibus rebus fiat computatio legitimæ. septima ꝙ legitima tanquã speciali nota digna sub generali dispositione non comprehendatur, sed de ea sit mẽtio specialis necessaria. octaua, quòd ea tanquã de iure nãræ debita nullo onere nec vlla conditione sit grauanda. nona, & vltima erit super eo, nempè quale tempus sit attendendum pro ea consequenda. Vndè redeũdo ad primã regulã erit igitur in primis notãdũ, quod legitima est portio eius, quòd quis esset habiturus ab iotestato, quicquid dicant illi doctores vario modo de illius diffinitione loquentes, cum ista sit cæteri diffinitionibus venior, vt ex Iuribus mox allegandis clarè probabitur.

2 Successiuè pro vera traditione istius primæ regulæ erit sciendum, quòd illa actio omnibus competit, quibus legitima debetur, vt ait Rota *dec. 60. n. 5. penes Statil. de saluiano, idem tenet Pereg. de fideicom. art. 36. num. 153. And. Gayl. decis. 120. num. 2.* Cam. *Imperiales, Put. decis. 39.* & *decis. 132. lib. 2. Grat. lib. 1. discept. cap. 198. num. 15. Laurent. dec. 52. Rota Auenion.* & *Rota per Gregor. XV. decisione 489. num 2.* & *in alia Romana legitimæ, seu melioramentorum 13. Maii* 1616. *coram R. P. D. Vbaldo quæ est penes Merlinum de legitima decis. 30. num. 9.*

3 Extende, quòd pro ea quoque detur petitio hæreditatis, nec non iudicium familiæ herciscundę, vt ait *Gratianus dicto lib. 1. discept. cap. 178. n. 6.*

4 Contrarium licet videatur tenuisse *Rotam in d.* Romana *legitimè 13. Maij* 1616. *coram R. P. D. Vbaldo* vbi ait contrariam opinionem non esse tutam, idemq. tenet *Peregr. de fideic. art. 36.* in vltimis verbis, qui omnes tenent petitionem hæreditatis non dari pro legitima.

5 Concorda tu tñ, quòd prima opinio procedat, quando filius est institutus in legitima; secunda verò procedit quando in ea non esset institutus. Nam in primò casu petitio hæreditatis daretur, in secundò autem actione ex testamento ageretur, iuxta ea quæ ait *Salicet. in l. si quis C. de inoff. testamen. Cuccus de legitima in rub. legitima, est quota bonorum Crass. de success. in §. legitima q. vltima vers. contrarium tenent. et Corn. cons. 265. num. 5. lib. 3. & Rota ibi coram Vbaldo quæ est penes Merlin. dec. 30. n. 8. cum seqq.*

6 Rursus concorda, quòd prima opinio procederet, qñ in hęreditate inuenirentur corpora hæreditaria: secunda verò quando solum in ea iura, & actiones extarent: quia tunc filius poterit agere cõtra hęredem, vt sibi iura, & actiones contra detinentes bona cedat, ad hoc, vt postea pro consecutione legitimę, siue illius supplementi sibi competen. procedere posset, & sic hæres isto casu facta prædicta cessione liberatur, sed si ille forsan Iura cedere non valeret ex eo; quia illa iam remiserit, tunc ad interesse teneretur, vt ait *Aym. consil. 109. n. 7. & 8. & Gratian. in dicto 1. lib. cap. 62. in fine.*

7 Extende idem quoque procedere, quando ageretur pro illius supplemẽto, pro quo cum non detur hypotheca, nec propterea illud actione personali ex testamento peti potest; sed solum conditione ex lege. Vndè hinc infertur, quòd exceptio supplementi non impedit missionem in saluiano, cum illud sit incertũ, ac de manu hæredis sit capiendum; Incertum autem illud dicitur, tam ratione loci, quam quotę fundi; quia nescitur quota pars fundi debeatur, & propterea ob incertitudinem nulla filio potest acquiri possessio, nisi ad sui fauorem clausula constituri ad sit, ac altera capiendi possessionem propria authoritate, & Iudicis auctoritas concurrat, vt ait *Gratianus lib. 1. discept. capit. 198. num. 18. & seqq. & Rota in Romana Saluiani 3. Iulij 1606. coram Card. Lancellotto quæ est penes* Statil. *dicta decis. 60. n. 5.*

8 Et ratio differẽtię, quare pro legitima detur actio personalis ex testamento, & pro supplemento illa conditionis ex lege ea est: quia legitima debetur tacitè ex testamento Testatoris; Supplementum verò debetur ex sola legis dispositione, & inuito Testatore, & de manu hęredis capi debet, & propterea pro eo filio retentio non datur, neque hypotheca

ca veluti vtrumque datur pro legitima, vt ait *Rota mox alleganda coram Card. Lancellotto*. Vndè condictio ex lege dicitur remedium extraordinarium; Actio verò personalis ex testamento ordinarium, vt ait idem *Gratian. dicto cap. 198. num. 15. & 16.* & *Rota dicta decis. 60. penes Statil. num. 5. & in Romana Saluiani luna 3. Iulii 1606. coram Card. Lancellotto, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 11. num. 6. cum seqq.* & *in Tusculana fideicommissi 4. Iunii 1618. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est penes eundem Merlinum decis. 7. num. 9.*

9 Quę enim actio durat spacio triginta annorum, vt ait Rota reiecta opinione *Bart. in Romana legitimæ 17. Ianuarij 1613. coram Card. Caualerio. Gratian. lib. 4. discept. cap. 602. num. 1. & cap. 649. num. 17. & cap. 729. num. 4. & prius c. 2. n. 29. lib. 1.*

10 Contrarium licet teneat *Marescot. variarum resol. lib. 2. cap. 67.* & ibi aliòs allegat tenentes *Statutum Vrbis* loquens de prę̨scriptione sexdecim annorum, filios excludere à prętensione legitimę.

11 Concordari tamen possunt huiusmodi opiniones tali pacto, nempè, quòd prima procedat respectu illius Iuris legitimam petendi, siue illius supplementum; secunda verò quoad ius quærelandi testamentum patris, siue fratris, quandò turpis personæ ab altero fratre esset instituta, quod enim ius non, nisi intra tēpus quinquennij exerceri potest; alias eo elapso illud amissum censetur, vt ait *Rota per Gregorium XV. in sua decis. 489. n. 10.* & ibi testatur hanc esse veriorem opinionem reiecta illa Bartololi, vt superius dixi, & veluti ait idem *Greg. in decis. 338. in fine; & Rota in dicta Romana legitimæ coram Card. Caualerio. Put. decis. 124. lib. 2. et Rota decis. 419. num. 1. par. 2. in recent.*

12 Et ratio quarę supplementum loco quęrelę non succedat ea est: quia illa via quęrelę contendit testamentum annullare; altera verò supplementi pro sustinenda voluntate inseruit, vt ait *Rota per Gregorium XV. decis. 489. num. 5. & 6.*

13 Et tenendo primam opinionem, vti veriorem, & fauorabiliorem, extende Primo, quòd neque etiam dicta prę̨scriptio 30. annorum currat contra eum, qui bona possideret, super quibus legitimę detractio prętendatur pro eo tēpore, quo in eorum possessione permansit, vt ait *Menoch. cons. 1019. num. 4. & 5. Gratian. lib. 3. disceptation. cap. 602. num. 3. cum seqq.* & ita quoque fuit dictum à *Rota in Romana Hæreditatis de Valle 26. Februarii 1601. coram Card. Mellino.*

14 Extende secundò, parimodo procedere in eo, qui in pupillari ętate viueret; quia tunc prę̨scriptio dormit, dum illa ętas durat, cum non valenti agere prę̨scriptio non currat; secus autem in minore, contra quem dicta prę̨scriptio currit, sed est benè verū, quòd ei beneficio restitutionis in integrum succurri potest, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium in dicta decis. 489. num. 13. & 14.*

15 Extende tertiò, prędicta nedum habere locum respectu filij, verum etiam respectu dicti filij hęredis reprobato consilio Angeli, & aliorum, qui tenent huiusmodi actionem hęredi filij non nisi intra tempus quinquennij competere, vt ait *Rota per Gregorium in dicta decis. 489. num. 8.*

16 Contrarium illi extensioni licet teneat etiam *Boer. decis. 250. nu. 4.* & *Mangil. de impu. q. 92. num. 7.*

17 Ratio autem illius primę opinionis ea est: quia differentia inter filium, & eius hęredem, confunditur, ex eo, quia ius defuncti in persona hęredis nō mutatur; sed vnum, & idem est; cum hęreditas sit vniuersalis successio in omne ius defuncti, vt ait *Surd. cons. 146. num. 7. Bero. cons. 25. num. 7. lib. 2.* & *Rota ibi sup. n. 9.* & *10. coram Greg.*

18 Extende quartò, quòd dicta prę̨scriptio 30. ann. detur etiā pro consecutione legitimę, siue illius supplementi, non obstante *Statuto Vrbis cap. 158. lib. 1. de prę̨scriptione 16. annorum loquente*: quia illud in ea sibi locum non vendicat, vt ait *Gratianus lib. 5. discept. cap. 807. nu. 34.* subdens illud solum habere locum in causa mutui, depositi, aut alterius contractus cuiuscunque generis.

19 Declara tamen, quòd prędicta prę̨scriptio non currat, nisi data scientia illius, qui huiusmodi actionem experiri debet, alias secus per regulam illam, quòd ignoranti prę̨scriptio non currat. Quinimmò tempus

tempus in hoc debet esse vtile, *vt ait Menoch. cons. 411. num. 42.*

10 Contrarium, q. s. dicta pręscriptio 30. annorum currat ēt data ignorantia, ait *Honded. cōs. 83. n. 50. lib. 1. & Grat. dec. 4.* & tunc legitima spacio 30. annorū pręscribitur irreuocabiliter, absq. spe restitutionis in integrum à die mortis patris, ex ea rōne: quia ad petēda legitimā dātur actiones petitionis hæreditatis, cōdictionis ex lege, & ius de nullitate testamenti dicendi, quæ cū sint personales; igitur dicto tēpore pscribūtur, vt ait *Menoch. d. cons. 411. & Grat. d. c. 2. lib. 1. num. 29. & 30. & Rota penes Merlin. dec. 32. num. 10.*

11 Rursus extēde, q. stāte dicto statuto, p q. (verbi gratia) vltra tēpus 20. annorū, quis debitum amplius petere nō valeat, illud nō cōprehendit legitimā, & sic filius vltra illud tēpus eā petere poterit, *vt ait Rot. dec. 489. n. 15. cor. Greg. & in Rom. legitima 17. Iun. 1613. coram Card. Caualer. & Grat lib. 5. discept. c. 805. num. 34.*

12 Et rō ea est: quia legitima nō cōprehenditur sub statuto generaliter loquēte, *vt ait Rota ibi supra*, sed de ea mentio specialis est habenda, vt melius ex mente Rotæ inferius dicemus.

13 Cōtrariū tñ vidētur tenere *Marescot. var. res. lib. 2. c. 67. n. 17. Bott. dec. 250. Mohed. dec. 151. alias 1. de præscrip. & Rot. in Rom. grani 4. Dec. 1620. coram Vaulda.*

14 Et rō istius secūdæ opinionis ea est: quia præscriptio statutaria 20. annorū dicitur succedere in locum præscriptionis iuris cōmunis, quæ est 30. annorū, & ppterea cum statutū auferat pręscriptionē illā 20. annorū, videtur ēt interūpere ipsa pręscriptionē trigenariā, sed à prima opinione nō est tñ recedēdū, vt ait *Rot. vbi sup.*

15 Et tenēdo hāc secūdā opinionē, declara eā primò, nō procedere, qñ statutaria pręscriptio fuisset semel interrupta p litiscōtestationē cū hęrede: quia tali casu ea interruptio actionē pperuat, adeò, vt postea sit necessaria noua pscriptio à die interruptionis, nō aūt statutaria, vt prima, sed noua sm̄ ius cōe, q̄ erit 30. ann. quia ea semel interrupta, amplius ad illā non est recurrēdū, cū tūc statutū cesset, sed ad alterā de iure cōmuni cōfugiēdū venit, iuxta tradita p *Bald. in l. vnic. n. 5. & ibi Angel. C. de præscrip. 30. annor. & Rot. per Card. Seraph. dec. 718. n. 5. & 6. & in Rom. tutelæ de Fabiis 29. Ian. 1582. cor. Orano, & in alia Rom. pecuniaria 2. Nouēb. 1609. cor. Card. Sacrato*, & latè fuit discussū de hac materia in *Rom. pecuniaria 10. Iun. 1624. cor. Merlino*, in qua plures casus ponuntur, in quibus per pręscriptionis interruptionē reuertatur ad statutariā, siue ad eā iuris cōmunis, & in terminis Statuti Vrbis, ait *Marescot. var. res. c. 67. n. 8. & seqq. li. 2. Card. Seraph. dec. 926. n. 1. & dec. 930. n. 3. & in Maceraten. Saluiani. 21. Februarii 1620. coram Buratto.*

26 Secus aūt qñ ea esset interrupta per simplicē citationē, absq. contestatione litis: quia tūc actio non perpetuaretur, sed nouæ statutariæ præscriptioni esset locus, vt dicunt *Bald. Alex. Castr. Ias. Socin. & in aliis alleg. à d. Marescot. var. resol. c. 67. n. 8. cum seqq. & Rot. ibi sup.*

Vndè hic obiter sed oportunè erit animaduertēdū, q. pluribus modis præscriptio nō interrumpitur, ēt q. via iudicii assumatur, & primò, qñ actor iudicium inchoauit, sed in eo succubuit, vt fuit dictum à *Rot. per Burat. dec. 172. n. 16. & dec. 436. n. 7. & ibi in addit.* Quamuis tamē secus sit, quādo sētia esset nulla, & iniusta, siue qñ ab ea fuit appellatum, & causa appellationis fuerit prosecuta, *vt ait Rota per Greg. dec. 467. n. 15. & in Rom. Vineæ 11. Dec. 1609 cor. Ortembergo, & in alia Toletana dismembrationis 9. Iun. 1623. cor Pirouano, & Card. Seraph. dec. 1023. n. 14. & dec. 1086. nu. 6.* Et ratio prædictorum ea est: quia lis tunc præsumitur calumniosa, vt fuit dictum in *Eugubina beneficii S. Petri 13. Iunii 1594 coram Card. Pamphilio.* secus tamen si ex actu nullo fuerit in possessore mala fides inducta, q. n. ex coniecturis probari potest, vt dicunt *DD. alleg. ab addente ad dec. Burat. 436. n. 10. & in dec. 457. per totam.*

Secūdò nō interūpit pscriptio, qñ lis ex aduerso cōtestata fuit p viā exceptionis *Balb. de præscr. 3. p. 6. p. princ. q. 4 princ. n. 38.* & præsertim vbi nō ageretur p viā cōpensationis, vel redhibitoria, quæ ad eundē finē tendunt cū actione, *iuxta distinct. Bal. in l. omnes actiones de reg. iur. in fine, & in l. cum notissimi §. imo n. 10. de præscrip. 30. vel. 40. ann. Balb. ibi sup. n. 38. vers. 1. limita, & Bou. de Stat. Vrb. p. 1. cr. glo. 21 n. 33. cū seqq.*

Tertiò præscriptio non interumpitur qñ iudiciū intentatur sup mero possessorio sūmariissimo retinēdæ possessionis tñ, quod q. dē præscriptionem nō interrūpit, nisi aliqua vis turbatiua possessionis, aut fructuū inferatur, iuxt. *trad. per Bar. in l. p. § huius autem interdicti in fine vers. ego istud puto verum ff. uti possid. de cōmuni Aret. in l. prætor ait n. 6. ff. de acquir. hæred. Balb. de præscrip. ibi sup. n. 4 & seqq Caputaq dec. 37. n. 3 p. 3 Cassad. dec. 6. n. 2. de rescrip. Sarnen. sup. reg. de annal. q. 53. & q. 66. & sup. reg. de trien. quæst. 53. per totam.*

Quartò nō interrūpitur præscriptio p psentationē cōmissionis, nisi de citatione cōstet ad dicēdū cōtra eā, aliàs eā de actis nō esse, sed extra mundū extare diceretur, *Cassad. dec. 7. n. 9. de appel. & Rota in Placentina fideiussionis 22. Maii 1592. cor. Penia, & in alia Braccaren. beneficii 1601. cor. Card. Sacr. & Abb. in c. illud n. 13 vers. Item per sacrū oraculū*, quē sequitur *Felin.*

ibi num. 17 *concl. vlt. de præscript.* Quemadmodum etiam diceretur de procuratore pro Domino comparente coram Iudice non suo, & iurisdictionem non habente, vt ait *Abbas ibi supra num.* 14. *Bouius dicta gloss.* 21. *num.* 6. *Balb. in præcitato loco Oldrad. consil.* 254. *num.* 16. *glos. in verbo interrupta post medium vers. item istis contestatio in cap. placuit* §. *præscriptionem* 16. *quæst.* 3. & *Capicius decis.* 11. *num.* 5.

Animaduertendo tamen, quòd si interrumpatur præscriptio contra vnum ex correis iuuat ĕt, quoad omnes, itaut tempus omninò excludatur sufficiens ad præscribendum, tàm ante, quam post, *vt ait Rota per Buratt decis.* 8. *& dec.* 457. *num.* 4. Quamuis superius dicat, quòd etiam aduersus præscriptionem quadragenariam, per quam creditum iuratum præscribitur, datur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ: dummodo tamen ea sit probabilis, & ex omni parte excusabilis, licèt tamen ad eam impediendam, etiam coniecturę à remotis sufficiant, vt fuit pulchrè deductum à *Rota in Florentina iurispatronatus* 14. *Maii* 1576. *& in Rom. deuolutionis tenimenti* 4. *Iun. eiusdem anni coram Robustero.* Licèt tamen secus esset in Doctore, siue in eo, qui pluries fuit monitus, aut si presũpta scientia adesset, vt ait *Card. Seraph dec.* 1483. *n.* 2. & *in Neapolit. benefic* 29 *April.* 1611 *coram Card Caualerio.*

27 Declara prætereà, q̃ neq. debitori pscriptio proderit, qñ ille in mala fide impeditiua fuerit cõstitutus, p creditoris interpellationẽ; secus aũt, si ea interpellatio nõ sequatur: quia tũc intraret ea regula, q̃ in iure, quęrendo nõ obstat aliquem scire esse debitorem; sed ad hoc, vt impediatur ad præscribendum interpellatio esset necessaria, vt ait *Grat. dec* 4. *n.* 15. *Hond. cons* 83 *num.* 47. *lib.* 1 *Put. dec.* 124. *lib.* 1. & *Burat. dec.* 457. *num.* 7. vbi docet, quando mala fides inducatur à principio.

Sed q̃ in vim Statuti Vrbis pscriptio ab eo inducta locũ nõ habeat, qñ debitor est in mala fide & q̃ ppterea in hoc mala fides sit p creditorẽ in foro exteriori pbãda, ne dũ ostẽdẽdo debitorem fuisse a principio suę obligationis bene cõsciũ, sed ẽt docendo eũ sciuisse suã obligationẽ perdurasse, neq. fuisse in effectu aliquo mõ extinctã, fuit ẽt dictũ in vna *Rom. pecun.* 10 *Iun.* 1624. *cor. Merlino.* Aliàs veluti post lapsũ tẽporis in vim Statuti Vrbis solutio secuta psumit; ita quoq. bona fides venit psumẽda. Et rõ est: quia Statutũ nõ tollit directè, & immediatè actionẽ creditori cõpetentẽ, sed stante illius negligẽtia, q̃ p 16. ann. inducit satisfactionis psũptionẽ, quia ea mediãte mãdat instrumenta quęcũq. & scripturas tã publicas, q̃ priuatas nullã fidẽ mereri, nullũq. actionis exercitium, neq. iuris, aut executionis effectũ sortiri, *vt ait Grat. li.* 1. *discep. c.* 52. *n.* 18. & *Rota in Rom. tutela* 29. *Ian.* 1588. *cor. Orano & in Rom. pecuniaria* 29. *Nou.* 1609. *coram Card. Sacrato, & in illa Romana pecuniaria coram Merlino.*

28 Et sic igit nõ obstat illa regula, q̃ fine petitione debeatur legitima: quia illud solũ pcedit, quoad effectũ illius transmissionis; At secus, quoad effectũ impediendę præscriptionis, & ideò mala fides nõ currit, nisi d. legitimæ petitio sequatur, *Grat. ibi sup. d. dec.* 4 *vbi infinit. DD alleg. n.* 15. *idē in lib.* 2. *disc c.* 271. *n.* 7. & 14.

Veluti eodẽ modo dicitur de legato, quòd hęres pscribit, nisi illud à legatario petatur: quia tũc hæres credere ṗõt, se legarũ cõseq. nolit, & ppterea hoc mõ legitima pscribitur, *idē Grat. ibi sup. c.* 17. & *lib* 1. *discep.* 2. *n.* 29. & *ita fuit dictũ in Perusina bonor. de Bartolinis* 4 *Febr.* 1585 *coram Card Pamphilio.*

29 Regula II. erit, q̃ licèt legitima ascẽdentiũ, & descẽdentiũ pari passu ambulet, *vt ait Menoch. cons.* 537. *n.* 8. *Alex. cons.* 168 *lib.* 7 *Neuizan. cons* 30. *nu.* 9. & *Grat lib.* 3. *discept. cap.* 448 *num* 27. *et* 28.

30 Nihilominus eã in eo differre videmus: quia fructus pcepti ex hæreditate pleno iure q̃sita in legitimã descendentiũ nõ imputãtur: At secus in eã ascendentiũ, iuxta magis cõmunem opinionẽ, de qua testatur *Farr per Card. Seraph. in sua dec.* 1364. *n.* 1. & *seq* sed *vnd d. dec. à* 1 *n.* 20. intelligit pdictã decisionẽ Seraph. pcederẽ in descendentibus primi, & nõ vlterioris gradus, *iuxta tex. in l. iubemus C. ad Trebelian.*

31 Cõtrariũ licèt fuerit vltimo loco decisũ cõtra cõmunẽ à *Rot. in Ariminen. legit.* 5. *Maii* 1627 *coram Durano, & veluti latè dicam in reg.* 6.

32 Ratio aũt illius primę opinionis ea erat: quia legitima ascendentibus debita nõ vinculo naturali, sed iure positiuo illis debita reperit, vt ait *id. Card. Seraph. ibi sup.* & *Menoch cons.* 250. *nu.* 9. & *cons* 401. & *cons.* 411. *nu.* 13. & *seqq.* & *Grat. lib.* 3. *discept cap.* 448 *num.* 4.

33 Declara tñ secus esse in ea filijs debita, q̃ neq. in fructibus, neq. in vsufructu, & pecunia tanq̃ eis iure naturali debitã illi acceptare cogunt, sed ea ex corporibus hęreditarijs, & in substãtia ab eis detrahẽda venit, *vt ait Grat. lib.* 4. *discep. c* 688 *n* 12. & *ita fuit dictum in vna Rom. hæreditatis de Tronsarellis lunæ* 5. *Iul.* 1604. *cor. Lancellotto, quæ est in eius impress. dec.* 186. *n.* 3. & *dec.* 568. *n* 6. & 653. *n.* 13 *p.* 1. *in rec.* & *in Crisiaci Castelli supplementi legit.* 11. *Mart.* 1611. *cor. Manzanedo, quæ est pen. Merl. de leg. t. dec.* 31. *n.* 13.

34 Fallit tñ primò, qñ filius cõsensisset eã in alia re acceptare, vtpura in vsufructu, pecunia, & similibus; nam hoc modo eam acceptando, filius videtur illi oneri imputationis taliter consensisse, vt postea in ea amplius variare non

non possit, *Papa Gregor. dicta decis. 186. num. 4. et Card. Seraph. decis.* 1365. & ita quoque fuit resolutum in dicta *Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ* 11. *Martii* 1616. *coram* R.P.D. *Manzanedo*, & ita quoque tenet *Ias. in authen. nouissima, C. de inoff. test. num.* 45. *et Rota penes Merlinum decis.* 70. *et dec.* 71. *n.* 10.

35 Fallit secundò, si vltra acceptationem in parte à filio in alia re, quam in substantia pro sua legitima factam, mens quoque testatoris concurreret, vt ait *Menoch. de arbitr. iudic. casu* 163. *num.* 27. *versic. In quantum, Guidopap. dec.* 487. *Parys. cons.* 16. *nu.* 71. *lib.* 2. *Odd. cons.* 55. *n.* 10. *idem Paris. cons.* 28. *num.* 5. *lib.* 3. *Peregrin. artic.* 36. *num.* 7. & cæteri allegati à *Rota in Balneoregien. bonorum* 11. *Febr.* 1594. *coram Cardinali Pamphilio, Osasc. dec.* 148. *n.* 13. vbi ait hanc opinionem esse magis communem, & veriorem.

36 Et tunc mens testatoris concurrere dicitur, quando mandat bona conseruari, vt ait *Rota decis.* 753. *par.* 1. *nouiss.* siue quando testator mandasset legitimam solui in pecunia, & deinde filius pro illius supplemento ageret, *Menoch. dicto casu* 163. *num.* 30. *Ripa in l. in quartam num.* 123. *Alciat. num.* 30. *ad l. Falcid. et* Rota *ibi supra.*

37 Vndè ex hoc infertur, quòd filius acceptans legitimam in pecunijs, siue in fructibus, aut in alijs bonis mobilibus, si illa pro legitima non sufficiant, tunc poterit cogi ad accipiendum supplementum in rebus similibus, vt ait *Gratianus libro quinto disceptationum forensium c.* 983. *nu.* 28. *et Guidopap. dec.* 476. *et dec.* 487.

38 Declara tamen id non esse verum, quando ille, qui prætendit legitimam esset minor; quia tunc ei succurreretur per viam restitutionis in integrum, ad hoc, vt ea sibi in corporibus solueretur, vltra quod neque etiam dicta acceptatio in pecunia absolutè filio præiudicaret: quia hoc stante non per hoc poterit cogi filius eam recipere in aliis rebus, quam in substantia: licet secus tamen esset si consuetudo in contrarium extaret, vt ait *Guidopap. dicta decisione* 487. *et Gratianus libro primo disceptationum forensium cap.* 50. *num.* 13. *Vasq. in l. in quartam, parte tertia, num.* 59. *ff. ad l. Falcid. Gozad. consil.* 44. *nu.* 7. *Reland. consil.* 1. *nu.* 100. *lib.* 1. *Dec. cons.* 403. *nu.* 22. *Alex. cons.* 67. *n.* 3. *libro quinto, Odd. de restitut. in integrum quæst.* 4. *num.* 83. *cum seqq. art.* 10. *Cuccus de legitima fol.* 26. *num.* 3.

39 Fallit tertiò, si aliqua iusta causa vrgeat: quia tunc legitima alio modo quã in substantia soluenda veniret, vt ait *Rminald. sen. consil.* 332. *num.* 16. & alij allegati à *Rota in dicta Balneoregien. coram Pamphilio.*

40 Fallit quartò, veluti si essemus in vsufructu ad certum tempus, veluti quindecim annorum constituto: quia tunc illius imputatio in legitimam erit rationabilis, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decisione* 1365. *nume* 10. 22.

41 Et ad valorem dicti vsusfructus considerandum, tempus obitus testatoris erit attendendum, vt ait idem *Card. Seraph. d. dec.* 1365 *nu.* 14.

42 Secus verò si filius esset simpliciter institutus in vsumfructu tantum: quia tunc ei legitima pleno iure in proprietate deberetur, alias testamentum esset nullum, nisi tamen filius esset contentus eam in vsufructu capere, vt firmat idem *Card. Seraph. dicta decisione* 1365. *num.* 17. *Osasch. decis.* 148. & *Gregor. XV. decisione* 186. *numero quarto*, & *Rota in Senogalien pradii* 18. *Martii* 1616. *coram R.P.D. Andrea.*

43 Contrarium tamen si constaret de dissensu, & contradictione filij, vt ait *Rota ibi supra*, & *Gratian. lib.* 5. *disceptat. c.* 983. *num.* 8. & *seqq.* & *prius lib.* 4. *c.* 688 *num.* 12. & *seqq.*

44 Fallit quintò, quando extaret statutũ, quod mandaret legitimam alio modo, quam in substantia esse soluendam, vt ait idem *Gratian. lib.* 5. *discept. c.* 853. *nu.* 42. & 44.

45 Fallit sextò, quando pecunia esset hæreditaria, & sic in ea solum hæreditas consisteret: quia tunc ea dicitur Testatoris substãtia, vt in istis terminis concurrente præsertim testatoris voluntate, ait *Rota decis.* 753. *parte prima diuersor.* vel si ille mandasset bona illius in familia conseruari, idem ait *Hondedeus consil.* 57. *num.* 23. *libro secundo*, & *Peregr. de fideicommiss. art.* 36. *nu.* 74. cui tamen

non valde placet prædicta opinio ea ratione: quia legitima ex priuilegio in fideicommisso vniuersali non comprehenditur, quod tamen declarari potest id esse verum, ita lege iubente, at secus, quando mens testatoris in contrarium pro conseruandis bonis in familia concurreret, *iuxta tradita per supradictos Doctores*, & *Rota dicta dec. 753.*

46 Extende, quòd immò pater possit in pecunia, etiam non hæreditaria ex causa filio legitimam assignare. *Riminal.sen. consil. 332. numero 18. libro secundo*, & *Rota dicta decisione 753. numero septimo*. & ibi docet, quæ sint causæ ad id sufficientes.

47 Contrarium tenet *Bartol. in l. suus quoque, ff. de hered. instit.* idem ait *Imola*, *Baldus*, *Socinus*, *Salices. Alexand.* & *multi alij, quos allegat Ripa in dicta l. in quartam, num. 126.*

48 Sed tenendo hanc secundam opinionem, declara eam non procedere, quando filius esset hæres patris, & esset fideicommisso oneratus: quia tunc veniente casu restitutionis, ille non posset petere legitimam in immobilibus, sed eam habere in pecunia debet esse contentus, *Peregrinus de fideicommissis, artic. 36. num. 75.* cum ibi allegatis.

49 Fallit septimò, quando essemus in legitima ascendentibus debita; quia tunc potest illis in pecunia assignari, cum ea non sit, tàm fauorabilis, quàm est illa debita filijs, *Bartol. in c. si pater*, & ibi *Franch. col. 8. de testam. in 6. Ripa in l. quartã, num. 127. Rustic. in l. cum Auus lib. 1. cap. 9. num. 25.*

50 Contrarium tamen videtur tenuisse *Rotam in Ariminen. legitima de Scarponibus luna 5. Maii 1627. coram R.P.D. Durano*, vbi fuit dictum in omnibus, & per omnia legitimam ascendentium pari passu ambulare, cum ea descendentium, & propterea fuit ibi resolutum, eorum legitimam non posse in fructibus assignari, sed in substãtia, veluti illa filiorũ alio modo detrahi quoque non debet; licet ego inferius in regula sexta dixerim non prorsus hanc Rotæ opinionem mihi placere, & ibi rationes adducuntur.

51 Extende prædictas fallentias eò magis procedere quando causa, siue timor vrgeret, veluti de conseruanda bona in agnatione cum Principis intersit subditos, Barones, Marchiones, & reliquos milites habere opulentos, siue etiã ne ob vicinitatem bonorum, & eorum communionem scandala oriantur: quia tunc maioribus iudicibus plura contra regulas iuris facere liceret, *iuxta doctrinam Felini in cap. 2. nu. 2 de præscript. Bald. in l. si quis filium, §. bis autem, ff. de quæst. Castrens. cons. 373. num. 2. lib. 1.* & ita fuit decisum in vna *Prænestina legitima 27. Aprilis 1584.* & *28. Maii eiusdem anni coram Card. Blanchetto*, & *decis. 753. num. 7.* & *seqq. lib. 1. nouiss.* in hac materia videnda.

52 Regula tertia erit videre, quibus personis legitima sit debita, & quanta esse debeat; sed in primis erit notandum, quod si consideremus simpliciter, & in abstracto legitimam, tunc ea dicitur tertia pars, siue ea portio, quàm quis esset habiturus ab intestato, vt fuit dictum in *Romana supplementi legitimæ luna 8. Februar. 1593. coram Card. Arigonio*, & *Card. Seraph. decis. 963. num. 2.* & *4.* & *in alia Romana legitima 16. Decembris 1616. coram Card. Sacrato*, & *Rota dec. 64. num. 3. par. 1. in recentior. Grat. lib. 4. discept. cap. 688. nu. 2.* & *cap. 698. nu. 25.* & *c. 743. n. 6.* & *c. 942. n. 4. lib. 5.* & *Rota apud Merlinum de legitima dec. 66. nu. 3.* & *dec. 67. n. 2.* & *dec. 125. n. 4.*

53 Limita tamẽ id primò non procedere, vbi res non ita se haberet, quomodo erat se habitura ab intestato, veluti quando legitima deberetur legitimato, sine præiudicio venientium ab intestato, *iuxta dictum Baldi in authen. nouissima, C. de inoff. test.* quem sequitur *Surd. consil. 404. num. 7. Gabr. consil. 94. num. 20. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 2.* & ita limitat *Rota in dicta Romana legitima coram Card. Sacrato*, & *in eadem coram eodem 10. Mart. 1617. quæ est penes Merlinum de legitima decisione 57. num. 20. et 24.*

54 Limita secundò, eam regulam non procedere negatiuè, sed affirmatiuè tm̃: Vndè valet argumentũ, quod legitima sit quota, siue portio illius, quod quis esset habiturus ab intestato; sed illud non procedit è conuerso; nempè ergo nõ est quota eius, quod quis non esset habiturus ab intestato, vt fuit dictũ in dicta

Roma-

Romana legitima coram eodem Card. Sacrato.

55 Considerata verò, ea iuxta casuũ contingentiam, qui dantur in Iure, tunc pro numero personarum, quę ad eam concurrunt potest esse triens, vel semis, siue tertia tertiæ, vel tertia totius *Bartol. Ias. & alii in glos. §. vlt. Instit. de inoff. test. Peregr. de fideicom. art. 36. in princ. Surdus cons. 404. num. 2. lib. 3. Bursat. cons. 114. in princ. lib. 1. Natta cons. 477. num. 1. lib. 3. Soccin. cons. 76. num. 1. lib. 3. & cons. 241. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 30. num. 3. lib. 3. Capra cons. 73. in fine Ruin. cons. 27. num. 5. lib. 3. Dec. cons. 89. n. 5. & cons. 227. num. 2. Angel. cons. 286.* & *Corn. cons. 197. num. 1. lib. 1.*

56 Vndè si iuxta pręordinatam methodum loquamur de ea, quæ filio debetur in bonis parentum, vt loquitur *Rota per Gregorium XV. in sua decis. 539. num. 9.* & alias sępissimè, tunc si filij erunt infra quatuor, eo casu legitima erit tertia totius assis, quando verò essent quatuor, vel plures, tunc ea esset semis, quę esset diuidenda iuxta ordinem, quem tradit *Franc. Marc. in sua decis. 433. par. 1. per totam* & *Rota decis. 477. par. 2. in recentior. et Gratian. lib. 3. discept. cap. 594. num. 21. et 22. Afflict. decis. 204. num. 4. et Rota penes Merlinum de legitima dec. 20. n. 2 dec. 36. n. 4. decis. 54. n. 4. decis. 89. nu. 1. decis. 97. num. 1. et decis. 118 num. 1.* At secus in materia confiscationis bonorum patris: quia tunc legitima erit semis, quando pater habet vnum vel plures filios, vt dicam inferius.

57 Et an in huiusmodi computatione filius exhęredatus faciat partem siuè pro mortuo habeatur, nec ne, vide *Martam in sua decisione 69. Colleg. Pisani*, & in compilatione decisionum in verbo Legitima *cap. 59. tom. 5.* Et quid in materia confiscationis vide Merlinus de legitima *lib. 3. tit. 1. quæstione 29. num. 10.* & ibi pluta inuenies.

58 Sed quòd exhęredatus partem non faciat in calculanda legitima, quãdo tamen exhæredatio fuisset legitime facta, & quando extranei essent instituti, communiter tenetur à Doctoribus; at secus, quando cæteri filij essent instituti, & contra fideicommissarium agetur: quia tunc partem faceret, & ratio quare in primo casu partem non faciat, In secundo verò sic ea est: quia filius censetur à patre exhæredatus ad meliorandam conditionem illius hęredis instituti, non autem filiorum, & propterea ea portio cæteris filijs non accrescit, vt ait *d. Merlinus in suo tract. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. num. 2. Castr. cons. 286. num. 2. lib. 1. Bald. in l. pater filium quæst. 3. num. 14. ff de inoff. testam. Idem Merlin. in præcitato loco in quæst. 4. nu. 3.*

59 Secus autem qñ exhæredatio fuisset malè, & indebitè facta, quia tũc filius totum caperet testamentum patris corruendo, licet secus sit, quando clausula codicillaris adesset, quia tunc in vim illius censetur filius Iure fideicommissi rogatus restituere totam hęreditatem hęredi instituto, dempta solum illius legitima; neque tali casu Trebellianicam detrahit, quia censetur prohibita cum mens testatoris sit tali casu nil filium de suo capere, *vt ait Merlin. de legitima lib. 4. tit. 1. quæst. 20. num. 11. cum seqq. et Rota in dec. 568. nu. 3. par. 1. in recentior.*

Declara, q̃ exhęredatio nõ poterit vnquam dici malè facta, quando filius in sua legitima fuerit institutus, vt ait *Merlin. in dicta quæst. 20. num. 6.* sed re uera, quomodo exhęredatio sit facienda, & ex quibus causis, & quando cesset *videndus est dictus Merlin. lib. 4. tit. 1. quæst. 2. cum seqq. vsque ad 20. inclusiuè*, & licet *in dicta quæst. 2. num. 1.* dicat, quòd materia exhęredationis sit pęnalis, & odiosa, nihilominus ea extenditur nedum ad causas quatuordecim expręssas *in §. causas in auth. vt cum de appel. cognosc.* sed etiam ad similes, & maiores expręssis, *vt ait idem in q. 20. num. 27. & seqq. postea quæst. 8. num. 2. tit. 2.*

60 Causę autẽ exhęredationis sũt hęc nẽpè crimẽ lęsę Maiestatis Diuinę, & Humanę; Delictũ comisũ à filia in propriũ corpus; Immò in fragranti delicto stupri inuenta posset impunè occidi à patre. Item quando cõtraheret matrimonium inscio patre; licet id procederet apud Romanos tempore prisco cum apud eos id grauissimum facinus esset; quod tñ hodie de Iure Codicis, & Canonico non seruatur, etiam si filia indigno nuberet, quando tamen vigesimum quintũ annũ excederet, vt ait

Secus autem, si ante vigesimumquintum annum indigno, & sine Patris consensu nuberet: quia tunc pater illam dotare non tenetur; & præsertim, quando maritus non esset pauper, & prius ante matrimonio puellam stuprasset; quo casu in odium istius delicti stuprator eã ducere tenetur sine dote. Licet secus, si Pater matrimonio consentiret: quia, tunc ille satisfaceret eam ducendo in vxorem, sed pater tenetur dare dotem, & in dubio semper virginitas, & seductio presumitur in puella, vt ait *Rota in decisione 74. num. 6. post primum volumen consiliorum Farinac. & Fontanella de pactis nuptialibus clausula quarta glos. 2. num. 28.* & *clauf. 5. glos. 1. par. 1. num. 81. cum sequentib.* & *in glos. 5. num. 55. & sequenti*, & *in glos. 1. clauf. 5. par. 1. num. 91. cum seqq.* docet, quis dicatur indignus; & in istis terminis fuit decisum a *Rota in Romana dotis Ven. 11. Decembris 1620. coram Buratto.* & vt ait idem *Merlin. quaest. 5. num. 1. & quaest. 6. num. 11. tit. 1. lib. 4.* & *ibidem quaest. 8. num. 1. & sequenti*. Sed in hac materia filiæ, quæ in corpus suum peccauerit, quando ob id mereatur exhæredari, vide *Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 213 per totum*.

Item, accusatio contra patrem de aliquo delicto, etiam si pœna non fuerit secuta (excepto tamen crimine læsę Maiestatis, & hæresis) siue etiam, quando accusatio infamiam patri non irrogaret, veluti quoque, si filius exhiberet se examini contra patrem, vel si testes contra eum promoueret, vel officium aduocationis contra eundem exerceret.

Item, conuersatio cum hominibus nefarijs, ac veneficis, siue cum inimicis patris, & multò magis, quando filius venenũ patri pararet. Item, impediens patrẽ testari. Item recusans patrem captiuum, siue carceratum redimere. Item alimenta illi denegans. Item medicum in infirmitate patris adhibere non curans, dummodo tamen infirmitas esset curabilis. Item, & multò magis vulnerans, siue occidens patrem, quod enim quoque extenditur procedere in filio patri grauem iniuriam inferenti, quæ verberibus æquiparatur, vt dixi in verbo Actio iniuriarum, dummodo tamen iniuria sit cũ dolo, & contẽptu, & isto casu animus non iniuriandi iuramento probatur. Item causa exhæredationis sufficiẽs esset, quando filius nouercam offendit, quia cum sit vna caro cum viro, igitur illius offensa virum tangit, vt dicunt omnes Doctores de hac materia loquentes, & nouiss. *Merl. de legitima à quaest. quinta, titulo primo, lib. 4. vsque ad vigesimam quaestionem inclusiuè*.

61 Extẽde, quòd vice versa ascẽdentes ex octo causis, siue etiam alijs maioribus expressis possint à suis descendentibus exhęredari, & illę eodem modo probantur, & tolluntur, quo fit cum descendentibus, vt ait idem *Merlinus in quaestio. 8. num. 1. & seqq.* & cæteri Doctores de hac materia loquentes.

62 Sed ad hoc, vt prędicta legitimè procedant, declara igitur primò, quòd exhęredatio debet fieri purè, & non sub conditione, & causa in testamento expressa, d. bet per hęredem concludenter probari, alias filius suam legitimam, vna cum fructibus, licet non trebellianicam detrahere posset, idem *Merlinus*, & *Doctores in quaestione 20. num. 12. cum sequentibus lib. 4. tit. 1.* & *prius lib. 3. tit. 3. quaest. 5. num. 1.* vbi ait, quòd filius exhęredatus, agit ad supplementum legitimę, vna cum fructibus, quando tamen illi sit aliquid relictum, & causa ab hęrede non fuerit probata, sed tunc illi non datur actio ad totalem rescissionem testamenti, etiamsi pater illi minus legitima reliquisset, iubendo vlterius, quod filius deberet esse tacitus, & contentus, alias, quod caderet à relicto: quia tunc ob eam declarationem non querelat filius, sed solum ad supplementum agit, & id ob fauorem testamenti, vt dicunt *Roman. Bald. Salicet.* & *alij allegati à Merlino in dicta quaest. 5. nu. 1. cum seqq.*

63 Declara secundò, quòd exhęredatio debet esse facta in testamento, & non in alia dispositione, & vt locum habeat exhęredatio, hęreditas debet esse adita, quia si hęres eam adiuisset, tunc filius in omnibus bonis ab intestato succederet, vt ait *Simon de Prat. de vlt. volunt. solut. 3. n. 1. fol. 221.* & *Merlin. ibi sup. n. 35 et 36. et Costa in tract. de facti scientia, et ignor. cent. 1. distinct. 45. n. 20. et 21. Aret.* in

in tract. de testamen. glos. 74. num. 1. vers. Tertio quaro.

64 Declara tertiò, quòd causa exhæredationis probanda venit habito respectu ad tempus conditi testamenti, & non de aliò tempore, & ea debet esse in specie proposita, & non sufficit clausula generalis exhæredationis ex alijs causis non expressis ab herede probandis; licet sit benè verum, quòd ex pluribus sufficit vnam tantum probare; sed si fortè filius diceret causam exhæredationis esse iniustam, id intra quinquennium deducere debet: animaduertendo tamen, quòd istud tempus debet esse vtile, nec propterea ignoranti currit, vt dicunt *Ripa, Clarus, Simon. de Pret. Tiraquellus, Suarez, Decius, Peregrinus, & alii allegati à Merlino in dicta quæstione 20. num. 37. cum seqq.*

65 Declara quartò, quòd per pœnitentiam filius reintegratur ad legitimam, quę ex spacio triennij præsumitur; & ideò filia quę in corpus suum peccauit pœnitentia adducta reintegratur ad legitimam, & præsertim, quando post annum vigesimum quintum nuberet, & id tolleratur in odium morę patris in nubendo eam, vltra quod pœnitentia delet maculam, & ad pristinum statum restituit, vt ait *Viuius commun. opin. in verbo* Filia quę peccauit, *in fine*, quem sequuntur *Abbas*, & *Butr. Menoch. de præsumpt. lib. quarto præsumptione* 84. *Bald. nouel. de dote par. 6. priuil.* 16. *num.* 6. vbi ait, quòd hęc opinio fauens fœminę pœnitenti, ęquior est mulieres ad honestatem excitando, easque à peccato arcendo, idem dicunt *Vasq. Fabr. Cotta, Ripa, Craff. & Bursattus allegati à Merlino in quæstione* 5. *num.* 12. *& sequen.* & *quæstione 6. nu.* 11. *&* 12. vbi ait, quòd isto casu, licet patri minorem dotem filię assignare, si tamen impari nupsisset, vt ait post *Imol. Alexand. & Molin. Thesaur. lib. 1. quæstionum forens. quæst.* 70. *num.* 5.

66 Contrarium licet teneant multi allegati à *Merlino in d. quæst. 5. sub nu. 13 vers. sed contrarium.*

67 Concorda iuxta aliquos primam opinionem procedere, quòd scilicet pœnitentia filiæ maculam exhęredationis tollat, quando ea personam, & reputationem patris non tangat: secunda verò, quando secus; quia tunc macula non tollitur, nisi consensus patris intercedat, vt ait *Vasq. de success. resol. ad l. quoniam in prioribus lib. 1. §. 10. num. 612. Ripa in l. fina. li C de reuocandis donationibus quæst. 67. Bald. & Cyn. in l. Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis. Menoch. cons. 278. num. 29. lib. 3. & Thesaur. lib. 1. quæst. forens. quæst. 70. num. 2.* vbi refert ita sententiasse *Senat. Pedem.* Item possumus iuxta alios concordare vt prima opinio procedat, quando ageretur de dote, aut alimentis: secunda verò quando de legitima: quia valde iniquum esset velle perseuerare in denegatione alimentorum filię emendatę, vt dicunt DD. superius allegati. idemque ait *Bald. nouel. de dote p 6. quæst. 16. vers. cum posset*, & præsertim si ea monasterium ingredi vellet: quia tūc eò magis sufferenda veniret, vt dicūt DD. & præsertim *Marsil. in rubr. de fideiussoribus num.* 220. *Felin. in cap. Rodulphus num. 6. vers. finem de rescript. Surd. de alimentis tit. 7. quæst. 9. in princ. & num. 27. Coras. in l. qui liberos, num. 101. ff. de ritu nuptiarum. Thesaur. dicta quæst. forens. 70. num.* 14. & 15.

Rursus concorda, vt prima opinio procedat de iure Canonico ob libertatem matrimonij; secunda verò de Iure ciuili quod enim diligenter Iura honestatis custodit; licet ego inter vtramque opinionem mediam viam si essem Iudex eligerem, & sic ad hoc, vt Ius Canonicum locum haberet vellem, vt filia ob illius emendationem suam dotem, sed non ita pinguem, & opulentam haberet, & præsertim si vilissimo, & indignissimo viro nuberet, & multò magis, quando iussus patris in non nubendo cum eo præcessisset, & vir esset diues: quia tunc esset dicto viro imputandum si contra præceptū patris suę vxoris: aut sine illius consensu eam duxisset, & præsertim, vbi in Ciuitate extaret statutum, vt filij possent exhęredari, si sine patris consensu nubant, vel si secundum illius Ciuitatis mores filius, vel filia absque dedecore sine patris licentia matrimonio copulari non posset; Et indignus, nota, quod ille dicitur in hac materia, qui secundum loci consuetudinem honorificè matrimonio copulari non posset. Item talis dicitur,

In hac pag. 210. post n. 67. Adde hec verba.

* Rota autẽ vltimo loco post hanc impressionẽ in *Rom. dotis 6nn. 7. April. 1631. cor. Pirouano* tres casus constituit pro resolutione istius materiæ, & Primus est, quãdo mulier ante 25. ann. sine consensu patris indigno nupsit, & tunc pater eam dotare non tenetur, vbi dicunt *DD. in alleg. à Rot.* Secundus casus est, quando mulier nupsit sine consensu patris ante 25. ann. indigno, sed neque mulier, neq. illius vir habent vnde se alere possint, & tũc potest cogi pater ad dandam dotem huic filię loco alimentorum, licẽt, vt multi volunt, dos minorari debeat, attẽta qualitate indignitatis viri, dicta tamen indignitate probata, vt superius dixi, & velut ait *Rota ibi corã Pirouano*. Tertius casus est, quãdo mulier ante 25. ann. nupsit sine cõsensu patris, sed nõ indigno, & tunc filia neque sua dote priuatur, neque ea minorari cogenda venit cũ lege canonica permittente matrimonium contraxerit, *c. gemma, de spons. & ita fac. Conc. Trid.* iubẽte, & id procedit etiã si ante contractũ matrimonium cõmiserit stuprũ, familiamq. suam dedecorauerit, & sic patri iniuriam intulerit, & id nedũ, quia Matrimoniũ delet oẽm maculas, deinde pdicta eo magis pcederẽt, si postq nupsit, talis filia sẽper cũ eius viro honestẽ vixit, & ab inhonesta, & meretricali vita recessit; qa tali casu illi integra dos debetur tanq vni, q pœnitentiã egisset gequid dicat *Rot. in conf. 13 t. n. 5. lib. 4. vt resoluit Rot. ibi sup. corã Pirou.*

qui malis moribus esset imbutus, & pessimè viueret, *Menoch. dicta præsumpt. 189. num. 85. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 18. num. 4. Bart. in l. cum ita la prima, ff. de condition. & demonstrat. Paris. consil. 29. num. 16. lib. 3. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. c. 16. num. 6. Menochius de arbitr. casu 452. num. 8. Alex. cons. 209. n. 2. lib. 6. & alij alleg. à Merlino lib. 4. tit. 1. quæst. 5. 6. et 7. in tractat. de legitima, Ossasch. decis. 154.* & *Cappell. Tholos. dec. 290.*

Sed quod re vera filia, siue filius etiã indignè nubendo, non per hoc exhæredari possint, & præsertim si post vigesimum quintum annum nubant, tenent *Thesaur. lib. 1. quæst. forens. 70. num. 10 Sanch. de Matrimon. lib. 4. disput. 24. Bal. nouel. in tract. de dote par. 6. q. 16. Campeg. in eodem tractat. de dote par. 1. quæst. 13. num. 2. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 9. cum seqq. Dec. in l. nuptias num. 13. ff. de regul. iur.* & *Couar. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 5.* hanc opinionem æquiorem, & magis iuri Pontificio amicam appellat *Imol. et Alexan. in leg. 1. num. 32. ff. solut. matrim.* benè *Lupus in cap. per vestras, in 3. notab. §. 9. de donat. inter vir. & vxorem.* et id quoque conuenit dispositioni Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 9.* & ibi in fine cauetur omnibus, sub pœna anathematis, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant; Et propterea prædictæ opiniones tali modo concordari possunt, nempè, vt prima procedat per modum consilij, & non necessitatis. Secunda verò è conuerso, procedit, nẽpè ob libertatẽ matrimonij, *iuxta textum cap. gemma, & in cap. requisiuit, de sponsal. & matrim.* & *ibi Doctores*. *

68 Subdeclara tamen prædictas difficultates omninò cessare, quando inter patrem, & filiũ fuisset postea secuta reconciliatio, sed est benè verum, quòd si exhæredatio fuisset solemniter facta, tunc reconciliatio non iuuaret, nisi idem numerus testium concurreret, quibus fuit facta exhæredatio; quia quęlibet res dissoluitur eodem modo quo fuit ligata, vt dicunt ijdem Doctores allegati à *Merlino ibi supra quæst. 20. num. 20. & Surd. decis. 128. num. 7. & postea in consil. 136 num. 17.* dicens solas coniecturas ad inducendam recõciliationẽ non sufficere. Sed quòd talis reconciliatio possit remittere iniuriam, sed non exhæredatio. nem tenent multi, vt ait *Alex. & Simon de Prat. alleg. à Merlino dicta q. 20. n. 5.* subdẽs præterea, quòd reconciliatio ex eo probatur, quando filius & pater insimul biberint, & comederint.

69 Contrarium licet tenuerit *Bart in l. 3 §. si ff. de adim. leg.* dicens etiam sine solemnitate, sed per solam reconciliationem reuocari iniuriam: & sic causam exhæredationis aboleri: cuius enim opinio Bartoli valdè mihi placet, quicquid dixerit Iason malè loquens de illo; Nam dato, quod per talem simplicem reconciliationẽ tollatur iniuria, quod est plus; quia fuit causa exhęredationis; igitur debet etiã cessare exhæredationis effectus, quod est minus, *cap. cum cessante, & ibi Doctores de appell.* & præsertim cum simus inter patrem, & filium, inter quos non ita rigorosè solemnitates adhibentur, & eò magis; quia hic tractatur de materia ad suum primæuum statum redeunte, dum fit, quod filius suo patri succedat, vt per illius personam eiusdem patris memoria conseruetur; quare non mihi videtur, quòd *Iason.* benè loquatur *de Bart. in l. filio, quem pater num. 7. C. de liber. & posth.* & hoc illius pace sit dictum.

70 Licet tamen Merlinus nitatur vtrunque defendere in pręcitata *q. 20. n. 24. ex doctr. eiusdem Iasonis in auth. non licet n 2. C. de liber. præt.* dum ait, quòd prima opinio sit vera, & procedat, quando causa exhęredationis, ante exhęredationem concurreret, & postea dicta reconciliatio subsequatur. Secunda verò, quando ipsa reconciliatio ante exhęredationem pręcessisset.

71 Sed tenẽdo primam, extende, eã quòd neque reconciliatio ex eo probetur: quia pater aliquod filiæ reliquerit, si tamen exhęredatio iam subsecuta fuisset, vt dicunt *Cels. Vgon. conf. 38. num. 18. Thes. q. 70 n. 22. lib. 1. suarum quæst. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 1. Moret. cons. 99. num. 62.* & *Surd. de alim. tit 7. quæst. 1. num 46.*

72 Declara quintò, quòd exhęredatio debet

bet esse formalis, & ideò si pater malediceret filium, non per hoc illum exhæredare censetur, veluti quoque è conuerso procedit, vt scilicet ob benedictionem patris hæres institutus non videatur, licet secus, si cum benedictione aliquid etiam relinqueret, veluti si in casu maledictionis filium, etiã à successione exclude ret, vt ait *Merlin. dicta quæst.* 2 0. *nu.* 42. *& seqq.* animaduertendo tamen, quòd filius non diceretur a patre institutus, si solũ filiũ in re propria instituerent. Immò tunc præteritus diceretur, vt ait *Bald. in l. scimus num.* 10. *vers. quinto quæro, C. de inoff. test. & ibi Castr. num.* 5. *Ias. nu.* 3. *vers. limita quando restitueret, Cassaneus in consuetud. Burg. tit. de success.* 553. *vers. sed consentiens.* *

73 Et propterea hinc infertur, quòd legitima tàm de iure ciuili, quàm Canonico debet relinqui nõ titulo benedictionis, sed iure institutionis in testamento, etiam inter liberos condito, licet olim benedictio institutionem; maledictio verò exhæredationem importaret, vt legitur in Genesi c. 27. de Isach Proph. qui cum benedictione suum filium Iacob hæredem instituit, vt ait *Merlin. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 3. *num* 17. *cum seq. & prius in q.* 2. *num.* 4. Secus tamen esset, quando essemus in legitima sublata per statutũ, in quo mandetur alimenta, siue dotem solui loco legitimæ; quia tunc de ea amplius non esset habenda ratio, & sic titulo institutionis non esset relinquenda, vt ait *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 441. *& seqq.*

74 Fallit tamen in militibus in fortilitijs manentibus, & ad oppugnandum hostes paratis, à quibus potest legitima quocumque titulo relinqui etiam nulla solemnitate seruata, vt ait *Car. in §. testamentum q.* 15. *& q.* 16. *& Crass. in §. testamentum q.* 3. *& seqq.*

75 Declara vltimò, quòd exhæredatio non debet esse facta calore iracundiæ, sed benè ex interuallo, alias non valeret, vt dicunt DD. alleg. à *Merlino in d. q.* 20: *n.* 16

76 Sed redeundo iterum ad id quod fuit dictum de filio exhæredato partem in hæreditate facien. vel non, necnon, quòd eodem modo ille ordo esset attendendus si casus eueniret confiscationis bonorum patris: quia tunc si filij essent tres, vel plures omnia illis dent applicanda, si verò essent minores numero prædicto, tunc dimidia bonorum applicatur fisco, altera verò filijs, vt pulchrè ait *Thesau. in sua dec.* 104. *n.* 2. *Surd. decis.* 314. *& Rota decis.* 470. *par.* 1. *in recent.*

77 Quod enim extende procedere etiam si statutum mandaret fieri confiscationẽ omnium bonorum, quia illud intelligitur dummodo filij non extent, veluti etiam totum caperẽt si solum essent duo filij, & cum sola medietate bonorum nõ possent honestè viuere, & sustentari, vt ait *Thes. dec.* 104. *n.* 2. vbi ampliat id procedere, etiã si vnicus filius tantũ esset, alias vltra hanc indigentiam portio illorum duorum esset medietas assis, vt ait *Rota decis.* 749. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

78 Immò dato etiam, quòd omnia applicarentur fisco, nihilominus ille teneretur filijs inquisiti, aut legitimam, siue alimenta loco illius assignare, vt ait *Benitend. decis.* 91. *Rota Bonon. & veluti dicam in verb. alimenta, vbi recursus in princ.*

79 Et ratio est: quia eorũ legitima in cõfiscatione non venit ne filii mendicare cogantur, & sic ne insimul patrem, & panem amittendo, afflictio addatur afflicto, *idem Thes. dicta decis.* 104. *per totam.*

80 Declara tñ, quòd ea filiis debetur à die condemnationis, & confiscationis bonorum patri factæ, non autem à die mortis naturalis, vt ait *Rot. dec.* 479. *n.* 4. *p.* 1. *in recent.*

81 Sed est benè verum, quòd filiis non datur retentio bonorum ob detractionem alimentorum, & dotium; sed ea debent capi de manibus fisci qui dicitur hæres anomalus delinquentis in quem honores, & onera per transeunt, *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 31. *num.* 5. *& seq. & Costa de port. rata q.* 120. Et hic nota, ꝙ hæres anomalus ille dicitur qui sine certa qualitate inuenitur, vt *habetũr in Lexicon Iuris in hoc verbo hæres ex diffinitione Zasij in glos. in verbo successor §. penult. Inst. de eo cui libert. caus.*

82 Extende prædicta, super eo quando filii faciant partem in hæreditate adeò esse vera, vt propterea etiam filiæ à statuto exclusæ faciant partẽ in computatione legitimæ, & sic faciunt eam transire

sire de triente in semissem ad fauorem masculorum, quando tamen dotem loco legitimæ habuerunt, at secus si in totum essent exclusæ, vt ait *Capic. in sua decis.* 158. *Ant. Thes. decis. Pedem.* 159. *& Rota decis.* 266. *p.* 1. *nouissim. diuers. coram Clemente VIII.* & *Gerard. Maynard. decis.* 24. *&* 25. *par.* 4. *parlamenti Tholosani*, & *Franch. decisione* 549. *& Gratian. dicto cap.* 594. *num.* 21. & 22. *lib.* 3. & *lib.* 4. *cap.* 676. *num.* 3. & *seqq.* & nouissimè *Merlin. de legitima lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 6. & ita fuit decisum in materia *statuti Vrbis in cap.* 145. *lib.* 1. *in* Rom. *grani Veneris* 18. *Decembris* 1620. *coram* R.P.D. *Buratto, quæ est in eius impress. dec.* 503. *n.* 1.

83 Subextende idem pari modo procedere in filia, quæ renunciauit: quia illa partem facit in computatione legitimæ, *vt ait Surd. in dec.* 252. *Ioachyn. Mysing. decis.* 22. *lib.* 4. *Guidopap. dec.* 296. & *dec.* 599. & *Boer. dec.* 104. & *Grat d. c.* 676. *nu.* 3. *cum seqq.*

84 Vndè ex prædictis infertur, quòd si adessent filij primi, & secundi matrimonij ad dotem maternam concurrentes, & adsit vna soror, quæ sit vtrinq. coniuncta filijs primi matrimonii, & vterina tantum illis secundi, & ea nupta, & dotata ab vtroq. coniunctis ad fauorem eorundem renunciasset: tunc ea vtique faciet partem ad fauorem eorum qui illam dotarunt, & sic eorum, qui erunt ex vtroque latere fratres, non autem ad fauorem vterinorum tantum, ex pluribus rationibus, &

85 Primò, quia statutum fœminarum exclusiuum ob masculos censetur factum fauore agnationis conseruandæ, vt dicunt Infiniti DD. allegati *à Rota in vna Nucerina bonorum Mercurii* 29. *Maii* 1602. *coram Cardin. Sacrato, & in alia Sancti Seuerini bonorum Merc.* 22. *Iun.* 1611. *coram eodem.*

86 Et propterea tale statutum, vt est illud in Vrbe *cap.* 141. non extraneis, sed solum eis de agnatione suffragatur, vt fuit dictum in *Romana supplementi legitimæ* 28. *Iunij* 1613. *coram Card.* Sacrato.

87 Immò, neque illud ad fauorem piæ causæ habet locum, vt ait *Rotæ ibi coram Sacrato*.

88 Et illam opinionem esse magis communē, ait *Merlinus in tract. de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *num.* 45. *&* 48. *de mẽte Rotæ in decis.* 461. *num.* 7. *par.* 2. *in recentior.* quando tamen statutum esset in ratione conseruandæ agnationis fundatum, at secus si simpliciter excluderet fœminas ob masculos, vt dicunt Doctores allegati per *Rotam ibi supra numero* 6.

89 Contrarium licet multi teneant dicendo, quòd illi, qui non admittuntur ad partem, nec minus partem faciunt, cum illi pro mortuis habeantur, vt ait *Merlin. vbi supra num.* 46. *& Rot. in decis. penes Buratt. decis.* 503. *n.* 1

90 Sed concorda ru tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando filiæ excluduntur fauore fratrum causa conseruandæ agnationis: quia tunc partem faciunt, secunda verò procedere posset, quando illæ exclusæ nullius contemplatione essent exclusæ quia tũc haberentur pro mortuis, nec per consequens facerent partem, veluti declarat *Paris. cons.* 36. *num.* 28. & 29. *lib.* 2. vbi de magis communi testatur *Cephal. cons.* 145. *nu.* 42. & 43. *lib.* 1. Alias sequeretur, quòd huiusmodi exclusio fœminarum ad fauorem fratrum facta in eorum odium retorqueretur contra *text. in l. quod fauore de legibus*, quod non est dicendũ, vt ait *Seraph. dec.* 34. *n.* 7. *& dec.* 347. *n.* 6. & *dec.* 650. *n.* 1. & *Rot. dec.* 545. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent.*

91 Secundò, quia statutum semper censetur vocare masculos iuxta ordinem Iuris communis, vt ait *Franch. in sua decis.* 26. *num.* 3. & *DD. ibidem ab eo allegati*.

92 Vndè hinc fit, quòd quicquid per illud statutum fœminis aufertur, illis accrescit, quorum contemplatione dictæ fœminæ eperiuntur exclusæ, & sic portio vtrinque coniunctorum necessariò impinguanda venit, veluti pluries ita firmasse Rotam testatur eadem *Rota in dec.* 266. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* idemque firmat, & sequitur *Brun. de statut. exclusiui fœm. art.* 13. 13. *num.* 19. quem allegat, & sequitur *Rota in vna Anconitana legitimæ Mercurij* 28. *Iunij* 1606 *coram R. P. D. Pena*, vbi hāc opinionem inter alias plures rlaras, & bene discussas *à Socino in cons. incipien. casus est frequens lib.* 1. tanquam

tanquam veriorem, & communiorem amplexa fuit, & nouissimè idem ait quoque *Merlinus de legitima lib. 1. tit. 4. q. 3. n. 12. & ita fuit dictum à Rot. per Burat. in d. dec. 503. n. 1.*

93 Tertiò quia isto casu appellatione fratris, vterinus non venit, & id nedum respectu agnationis à dicto statuto contemplatæ, cum tunc verba propriè & in potentiori significatu sint accipienda, & sic pro vtrinque coniuncto, qui in materia statuti solus venit, & non vterinus, iuxta Doctrinam *Alex. in l. ex facto num. 45. ff. de vulg. & pupil.* & Veluti eodem modo quoque dicitur de nepotibus, qui non veniunt appellatione filiorum, quando qualitas in filijs considerata non concurrit in nepotibus, vt contingit in vterino, cui qualitas illa agnationis à statuto contemplata non conuenit; & propterea videmus optimè, quòd per vnum de Columnis non conseruatur agnatio de Bagnis iuxta ea quæ ait *Bart. in l. liberorum nu. 6. ff. de verborum signif. Gabr. conclus. 1. eodem tit.* & *Rota in vna Romana fideicommissi de Bonadies iurà 11. Aprilis 1603. coram Cardinali Mellino*, & in alia *Sabinen. hæreditatis Ven. 23. Ianuar. 1604. coram Reuerendissimo Patriarcha.*

94 Verum etiam quia illa duo vincula, scilicet agnationis, & cognationis magis ligant, quàm illud solum cognationis in isto casu, & ratio est: quia in successione fratris, & patrui, & sic colleteralium hæc duo vincula, adeò considerantur, vt illi soli vtique præualere dicātur; Secus verò si essemus in concursu paternæ hæreditatis, quia tunc pater tàm filijs consanguineis tantum, quàm vtrinque coniunctis æqua lance omnibus dicitur esse pater indifferens, nec non omnes de illiusmet agnatione dicuntur, ac per singulos eorum agnatio patris siue illius memoria conseruari potest, quòd secus contingit in vterino: quia (vt superius dixi) vna agnatio per alteram diuersam conseruari non potest, vt pulchrè ait *Franch. in decis. 26. & in decis. 99. per totam*, & in materia fratris vterini, est *text. expressus in auth. post fratres C. de legit. hæred.* & ibi DD. *omnes.*

95 Quartò, quia statutum semper interpretandum venit, ne absurdum inducat, & quòd minus quam fieri possit ius cōmune lædat. Immò ad illud tolleñ à propria verborum significatione recedere licet, vt dicunt DD. allegati à *Rota in Spoletana lucri dotis 12. Iun. 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 337. n. 3*

96 Et hercle absurdum sequeretur si eo casu portio filiarum exclusarum eis non obueniret, quibus ius dotandi iniungitur, vltra, quòd illud esset ex diametro contra textum in *l. secundum naturam ff. de regul. Iur.* siue sequeretur illud inconueniens, quòd omnes fauores ex vna parte, & ex altera cuncta grauamina cumularentur, & tamen habemus, quòd semper sit iudicandum, vt filij fratres, seu sorores ad æqualitatem reducantur *Dec. cons. 26. in princ. Mandel. cons. 23. num. 5. Socin. senior. cons. 4. propè fin. inter cons. Socin. lib. 1. idem Socin. cons. 108. in fine lib. 3. Tiraquel. de Iure primo genit. q. 4. n. 5. Neuiz. in silua nupt. lib. 6.*

79 Præterea cum dotes opes euertant æquum est igitur, vt ad illum fontem à quo defluxerunt, reuertantur, vt ait *Franch. in dicta dec. 99. cum ibi alleg.* & propterea videmus etiam è conuerso, quòd statutum excludens fœminas dotatas non extenditur ad sororem vterinam, quæ si sit dotata ab eius fratre, non tamen excluditur à successione matris; & ratio finalis talis statuti ea est: quia illud est fundatum in ratione conseruandæ agnationis, quæ non militat in vterinis, per quos agnatio alterius ex vtraq. latere non conseruatur, vt dixi superius, & veluti dicunt multi DD. nouissimè alleg. à *Merl. in suo tract. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 17. nu. 45.*

98 Sed huiusmodi occasione hic obiter erit notandum, quòd filia à statuto semel exclusa ob existentiam masculorum, semper durat exclusa, vt ait *Socin. cons. 104. num. 9. lib. 2. Bero. cons. 105. num. 1. & seqq. & Ruin. cons. 15. in fine lib. 1. plures congerit Gabriel. tit. de stat. concl. 4. in princ. Brun. de statut. excludente fœminas art. 10. n. 33. Bursat. cons. 80. n. 9. l. 1, Menoch. cons. 278. n. 12. & seq. Surd. dec. 95. n. 7.* & *Rota in vna Tudertina bonorum 13. Iun. 1586. coram Card. Blanchetto. Cappell. Tholos. dec. 459. Mising. obseruat. 73. cent. 1.*

Et

99 Et ratio: eſt quia actio ſemel extincta amplius reuiuiſcere nõ poteſt, vt fuit dictum à Rota *in Bonon. de Armis April.* 1622. *coram R.P.D. Merlino*.

100 Amplia primò, procedere etiam reſpectu feudi à quo ſi ſunt ſemel excluſæ fœminę ob maſculos ſemper durant excluſæ, vt ait *Gabr. ibi ſupra num.* 2. & 3. *Berb. qui loquitur in emphiteuſi dicto conſ.* 105. *num.* 1. & *ſeq. Nonius conſ.* 1. *num.* 4. *cum ſeq.* & *num.* 50. *qui loquitur in feudo. Menoch. conſ.* 1. *num.* 458. *& prius conſ.* 160. *num.* 2. & 3. & *conſ.* 315. *num.* 25. *&* 26. *& conſ.* 331. *num.* 49. & *conſ.* 348. *num.* 9. & *Surd. d. dec.* 95. *num.* 10. & 11. & *alij innumerabiles* DD. *allegati à Merlino de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 3. *num.* 21.

101 Contrarium licet teneant multi in feudo allegati à *Gabr. in dicta concluſione* 4. *num.* 3. & in Emphiteuſi tenet *Socin. conſ.* 104. *n.* 11. & 12. *lib.* 2. *Burſat. conſ* 80. *num.* 13. *cum ſeq.* dicens prædictam concluſionem loqui in feudo, & locum non habere in emphiteuſi, *Hieron. Gabr. conſ.* 85. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 2. *idem Surd. dec.* 93. *n.* 26.

102 Concorda tu tamen, quòd prima opinio forſan procederet, quando fœminæ eſſent excluſæ ſimpliciter; ſecunda verò, quando eſſent à ſtatuto excluſæ donec, & quouſque maſculi extent; quia cum illa dictio (donec, & quouſque) tempus importet, igitur dictis maſculis ceſſantibus fœminæ reintegrarentur ad feudum, etiã ſi effluxiſſent quadraginta anni intra quos extiterint maſculi, veluti eodem modo eſſent reintegrãdæ fœminæ, quando ſtatutum conſiderauit exiſtentiam lineæ maſculinę, nec ad fratres tantum ſe reſtrinxit, ſecus autem, quando illud vlterius procedendo, nedum conſiderauit ſuſpenſionem maſculorum de linea ſua maſculina; ſed etiam generaliter ſtatutum fuerit loquutum: quia tunc non hæc ſecunda opinio, ſed prima procederet, & ſic fœminæ donec extarent maſculi nati ex eo, ob quem illæ fuerunt excluſæ nunquam venirent reintegrandæ, vt ait *Honded. conſ.* 6. *& conſ.* 29. *l.* 1. *& alij allegati à Merlino in præcitato loco n.* 17. & *ſeq.*

103 Extẽde, quòd ſtante ſimili ſtatuto ad lineam maſculinam rationem habente poterit maſculus extraneum inſtitue re, & de illis rebus tanquam confuſis cum ſuis proprijs bonis, ad libitum diſponere, nec alii agnati ſuperſtites maſculi ad quos ſtatutum habuit conſiderationem contradicere valebunt, vt dicunt *Rolan. conſ.* 43. *n.* 40. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 116. *num.* 3. *lib.* 2. & *alij allegati à Merlino de legitima dicto lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 27. & *num.* 28. *aſſignatur ratio*.

104 Vndè ob illam dictionem (donec, & quouſque) ſi fratres ob quos fœminæ excluduntur decederint poſt ſe relictis maſculis, tunc fœminæ ſemper erunt excluſæ: quia illa dictio (donec, & quouſque maſculi extiterint) refertur ad tempus mortis, vt dicunt multi Doctores allegati à *Merlino vbi ſupra numero* 22. *&* 23. Secus autem, ſi fratres habuiſſent filios, ſed illi patre viuo obijſſent: quia tunc filia admitteretur ad ſucceſſionem, & legitimam, immò eo caſu, neque renuntiatio obſtaret, vt ait Rota *in Bonon. de armis de menſe Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Merlino*, & *per Gregor. deciſ.* 85. & cæteris quos allegat *Merlinus ibi ſupra quæſt.* 5. *num.* 6.

105 Declara tu tamen, quòd licet fœmina in feudo, & emphiteuſi ſit perpetuo excluſa, tamen in defectum maſculorum poteſt petere inueſtituræ renouationem, dummodo Eccleſia nolit per ſe retinere, vt dicam in verb. Empyteuſis, nec iſta renouatio fit ex iure præcedentis inueſtituræ, ſed ex eo ipſis fœminis in iſto caſu competenti, vt latè ait *Marescott. variarum reſol lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *&* Rota *in Bonon. emphyteuſis* 22. *Apr.* 1619. *coram Reuerendiſſimo* Coccino. *Marescott. variarum reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. & nota, quod lineæ defectus, qñ ea ſemel fuit probata ab agẽte probandus venit, vt fuit dictum à Rota *in Vicentina feudi luna* 10. *Martii* 1603. *coram Card.* Seraph. *quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 1458. *num.* 1. *& in vna* Ferrarien. *bonorum* 12 *Nouemb.* 1605. *coram R.P.D. Ortembergo, & Put. dec.* 45. *lib.* 1.

106 Amplia eam concluſionem ſecundò procedere, etiam ſi dictus Maſculus incontinenti moreretur, vt ait Burſat. *conſ.* 63. *num.* 17. *et* 18. vbi multos ad id congerit

gerit, *Honded. conf.9. num.9. lib. 2.* & ibi multos allegat *Dec. conf. 308. col.2. num.3. verf.* & *idem Bald.* & *num.7. col. penult. Parif conf 85. num.32. & 33. Aretin. conf.50. num.6. Cephal conf.729. num.5. lib.5. & eft Doctr. Bald. in cap.1. §. 1. quaeft.1. tit. Epifcopum, vel Abbatem*.

107 Extende huiufmodi opinionem, eò magis procedere quando effemus in illa conditione, fi quis finè filiis decederet: quia tunc relicto filio ftatim illa conditio euanefcit, quamuis filius poftea vno momento decedat, vt dicunt communiter omnes Doctores quos per te videre poteris, & idem ait *Thef in fua dec. 96. num. 33.* & *Rota in vna Meleuitana fideicomiffi 14. Martii* 1618. *coram Card. Caualerio, Franc. Marc. dec.169. p. 2.* & *Card. Seraph. dec.189.*

108 Subextende idem procedere etiam in filijs in fexto vel octauo menfe natis, & in illis demum, qui etiam fecundum naturam viuere non poffunt, & in hoc ftatur affertioni matris, & prædicta eo magis procederēt in pofthumis fi tamē perfecte fint nati, & roti ab vtero matris egreffi, & quòd monftruofi, & prodigiofi non fint: quia ifti in materia ftatuti conditionem illam deficere faciunt, vt dicunt *Franc. Marc. decif. 169.* & multi quos allegat *Burfat conf.63. num.19.* vbi docet quomodo filij dicantur monftruofi, & quomodo fit probandum filios in 6. & 8. menfe fuiffe natos, Sed *Rota in vna Romana locorum montium Mec.13. Nouembris. 1613. coram* R. P. *D. Vbaldo, quæ eft in 1. par. recent. decif.* 483. dicit, quòd regulariter modus probandæ natiuitatis, eft ille, qui fit per teftes dicentes, fe fuiffe præfentes, dum puer nafceretur, alias illi de auditu nullo modo probant, et pro hac opinione tenet *Bocr. decif* 220. vbi in fine ait malè fuiffe iudicatum per Conf. Neapolitanum quia contrarium huic opinioni decidit per *Afflict. mox allegan. in dec.236.*

109 Declara tñ. ꝙ dicta extenfio non procedat, quando fuperexiftentia liberorum ad aliquem effectũ defideraretur: quia tunc verificatio illius conditionis, fi fine filijs quis decederet, momento non adimpletur, & præcipuè quando effemus in filijs in 6. vel 8. menfe natis: quia illi in fucceffibiles, & pro non natis habentur, vt ait *Afflict. decif. 236.* vbi teftatur ita fuiffe iudicatum in illo Sacro Confilio ex relatione Medicorum; quorum Iudicio, & obftetricum in hac materia ftandum eft, idemque ait *Iofeph. Ludouic. decif. 37. per totam* & *Franc. Marc. in dicta decif. 169. num.6.* ait, quòd partus natus ante legitimam ætatem abortiuo æquiparatur, quòd enim quoque procedit in nato in quinto menfe, vt ait *Rota per Seraph. decif.* 1282. *num. 11.* licet fecus tñ fit in nato in decimo completo, & vndecimo incœpto, in quibus legitimè partus nafci poteft iuxta communem opinionem, vt ait *Mifing. in fua obferuat.40. num.11. cent. 6.* vbi fubdit, quòd in hac materia menfes lunares funt attendendi, idemq. ait *Franc. Marc. dicta decif.169. Gramat. decif.154. nu.5.* & *Petr. Roizius in fua decif. litu ania 3. num. 86. & feqq.* & plures alios allegat pro hac opinione *Burfat. dicto conf.63. num.18.*

110 Contrariam tamen opinionem ego teneo in vtroque cafu, & fic aperte fateor, quòd illa conditio, fi fine filiis deceſſerit, neque poffit momento, neque per natum in 6. vel 8. menfe verificari, fed quod illa requirat legitimè natum, & tempus inftantaneum mortis: quia ifte terminus non habet actum, & durationem ante, cum qualitas adiecta tempori femper fit intelligenda fecundum tempus, cui adiicitur *iuxta Doctr. Bart. in l.1. §. creditum ff. fi cert. petatur & Iaf. in l. in fubftitutione n.10. ff. de vulg. et pupil. Menoch. conf.142. num. 6. & conf.211. num.44. & conf.227. num.55. & 56. & Rota in vna Ferrarien. focietatis 20. Decembris 1599. coram Card. Mellino, & in alia Taruifina Iuris patronatus 27. Iunii 1607. coram Cardin. Marcomontio, quæ eft decif. 207. p.2. in recent.* vbi loquitur in fundatore Iuris patronatus per Sacerdotem adminiftrandi, & fic fuit decifum, quòd debet eligi vnus, qui actu fit Sacerdos tempore præfentationis, nec fufficere fi talis effet habitu, & potentia, fed hanc opinionem mihi videtur eò magis procedere debere, quando fubftitutus effet de coniunctis, & valde dilectis teftatori, in quam opinionem eò libentius irem; quando ef-

fe-

sæmus in secundo capite; nempè, quando eam conditionem ageretur verificari per filios in sexto, aut in octauo mĕse natos; & per consequens ad successionem incapaces, vt superius demonstrauimus.

111 Sed tenendo primam opinionem, extende eam multò magis procedere in Aegypto vbi filij nati in sexto, & octauo mense sunt vitales ob illius aeris felicitatem, vt ait *Hipocrates* in libro de octimestre.

112 Limita tamen primò principalem conclusionem de exclusione fœminarum ex vi statuti loquentem procedere in hæreditate illius, à qua ob masculos fœmina excluditur; secus autem ab hęreditate dicti masculi, qui eam exclusit, à qua exclusa non dicitur, vel etiā alterius in statuto non nominati, vt ait *Nonius consl. 1. num. 42.* vbi plures allegat, *& Bursat. consil. 80. num. 10. Menoch. consil. 53. num. 61. Gozadin. cons. 53. num. 11. Cephal. consil. 30. num. 53. Osasch. decis. 23. num. 51.* & *Surd. dec. 95. nu. 27.*

113 Et ratio est, quia post aditionem illa non dicitur amplius hæreditas patris, sed adeuntis ad tradita per *Bart. in l. aut facta §. causa ff. de pœnis, Roland. consil. 45. num. 44. lib. 1. Menoch. consil. 416. num. 31.* & ita fuit decisum in *Bonon. de armis 18. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino, & in eadem coram eodem 12. Decembris 1622.* & *prius in Romana de Pinis 20. Februarii 1619. coram Cardin. Sacrato,* & *in Rauennaten. hæreditatis Ven. 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio.*

114 Limita secundò, quando masculi ob propriū eorum defectum insuccessibiles fierent, veluti si ob eorū mortem ciuilĕ, vel capitis diminutionem ab ea excluderentur, vel quia illi succedere nollent, vt ait *Menoch. consil. 206. num. 48. Gabriel. in dicta conclus. 4. num. 22. Turrett. cons. 2. num. 23. Mangil. de legit. q. 61. nu. 5. Cephal. cons. 22. n. 16.* & *cons. 619. num. 14.*

115 Extende eodem modo procedere, quando frater fieret incapax ob ingressum alicuius religionis bonorum incapacis, *Natt. cons. 74. num. 12.* & *Mangill. in d. q. 61. num. 53.*

116 Limita tertiò, quando eadem ratio exclusionis non militaret, vt ait *Menoch. consil. 359. num. 11. vbi alios allegat.*

117 Limita quartò, non procedere deficientibus masculis, quia tunc fœminæ venirent reintegrandę ad suam portionem, vt ait *Rota per Episcop. Perus. penes Ambrosium decis. 46. par. 2.* & *Ricc. in sua collectanea 905. par. 4.* & infiniti alii Doctores allegantur à *Merlino in præcitato loco sub n. 15. et Rota dec. 475. p. 2. in recentior.*

118 Et ratio istius limitationis ea est: quia fœmina eo casu non dicitur exclusa, sed potius ad tempus suspensa, ita vt deficientibus masculis, ad successio eam reuertatur, *vt ait Cacheran. decis. 23. et Surd. dicta decis. 95. nu. 28. et in cons. 512. num. 13.*

119 Limita quintò, quando renunciatio facta à filia fratribus esset cum ea conditione, vt morientibus fratribus ea reintegraretur ad successionem, *Costa de rata quæst. 166. Thes. dec. 106.*

120 Limita sextò, non solum quando exclusio esset ad tempus; sed etiam quando noua superueniret causa, vt ait *Menoch. cons. 359. n. 10.*

121 Sed illam opinionem primam tenendo, extende eam in tantum valere, vt propterea pater ex vi talis statuti eam ob masculos excludentis possit eam prę terire in eius testamento, nec ea poterit illud nullum dicere, vt ait *Clar. in §. testamentum quæst. 42. vers. item quæro in filia, Gabr. dicta conclusione 4. num. 17*

122 Contrarium tamen verius esset, quando dicti masculi in dicta hæreditate non succederent ex facto testatoris, quia tunc filia posset testamentum inualidare, vt ait *Menoch. consil. 206. numero 72.*

123 Veluti idem diceretur si filia esset exclusa, donec filij masculi extarent: quia illis deficientibus posset de nullitare testamenti dare, vt ait idem *Gabriel d. concl. 4. n. 16. Rota decis. 265. par. prima num. 1. diuers.*

124 Concorda igitur prędictas opiniones hoc modo, nempè, quod prima procedat, quando vltra statutum concurrit etiam voluntas patris ad exclusionem filię;

filiæ; & tunc ea perpetuò excluſa remanet. Secunda verò, quando filia temporaliter eſſet excluſa, quia tunc remoto impedimento, ea reintegranda veniret, vt pulchrè ait *Put. dec. 121. lib. 2.*

125 Declarando inſuper, quòd ille, qui excludit, debet eſſe de deſcendentibus non aūt de agnatis vlterioris gradus, veluti animaduertit *Gabr. d. concl. 4. n. 32.*

126 Item, quando filia per renunciationem factam, intelligatur excluſa, adeò vt amplius ad patris hæreditatem non ſit reintegranda, tunc eſt conſideranda, quo modo, & ad cuius fauorem fuerit facta renunciatio: nam ſi ea fuerit facta, tàm ad fauorem patris, quàm fratris, tunc perpetuò ab eo cenſetur excluſa, veluti quādo eſſet verbis ampliſſimis facta, ſiue fuiſſet habita ratio ad vniuerſum ſtatum agnationis, & non ad ſolam maſculorum ſuperexiſtentiam, vel alio modo habita agnationis ratio. Immò ea renunciatio facta per filiam, non trahitur ad caſum deficientiæ maſculorum, niſi id ſpecialiter fuerit dictum, & tunc fœmina excluſa cenſetur, quando renunciatio cum Aquiliana ſtipulatione eſſet facta; Secus autem, quando renunciatio facta fuiſſet ſolum ad fauorem patris: quia tunc ea non cenſeretur excluſa ab hæreditate fratris, & præſertim ab inteſtato decedentis (vt alias ſupra diximus) ex mente *Rota in d. Bononien. hæreditatis de armis 1622. coram Merlino.*

127 Extende, quòd multò minus cenſeretur excluſa ab hæreditate patris, quando illa renunciaſſet ad fauorem maſculorum ſub conditione reintegrationis, ſi pater ſine filijs decedat, vt de prædictis omnibus, ait latè *Merlinus de legitima, lib. 3. tit. 1. quaſt. 5. per totam.* Et ratio eſt: quia renunciatio facta à filia fauore maſculorum illis deficientibus, ad non cauſam reducitur, dummodò ea verbis generalibus, & amplis, & cum iuramento, necnon Aquiliana ſtipulatione non fuerit facta, vt fuit dictum in dicta *Bonon. de armis coram Merlino,* licet tamen non deficiant aliqui tenentes contrarium; nempè filiam ad hæreditatem reintegrari, licet renunciatio fuerit factaverbis amplis, & generalibus, vt animaduertit *Merlinus de legitimâ lib. 3. tit. 1. quaſt. 5. num. 8.* & 10. cum alijs ibi alleg.

128 Declarando præterea, quòd ita demum ſtatutum excluſiuum fœminarum filiam excludit, ſi pater velit, alias ſecus: quia tale ſtatutum non impedit, quò minus filiæ poſſint capere ex teſtamento patris, vt ait *Rota penes Gregorium deciſ. 358. num. 1.* & *in addition. n. 6.* & ibi plura ait, *et in dec. 565. nu. 7. penes eundem Gregor.*

129 Item, quando ſtatutum excluſiuum fœminarum, aut matris extendat vires ſuas extra territorium ſtatuentium, & quale ſtatutum in hac materia ſit attendendum, vide *Merlinum de legitimâ lib. 3. tit. 1. quaſt. 18. per totam.*

Sed quod re vera, iſtum ſtatutum excluſiuum fœminarum non extēdatur ad bona ſita extra territorium, etiam quod maior pars bonorum hæreditatis extaret in loco ſtatuti, fuit vltimò loco deciſum *à Rota in Narnien. ſucceſſionis 22. Maij 1628. coram Merlino,* vbi fuit dictum id quoque procedere, etiam ſi ſtatutum expreſsè diſponeret de bonis ſitis in alieno territorio; Et ratio eſt, quia ſtatuentes nullam habent iuriſdictionē in res, quæ extra ſuum territorium extant: & propterea videmus etiam, quod neque è conuerſo ſtatutum excluſiuum fœminarum comprehendit forenſes, Veluti neque tale ſtatutum locum habet, vbi forenſes ſuccedere debent, licet defunctus, ac eius bona ſtatuto ſubiacerent, vt fuit reſolutū *à Rota in Romana, ſeu Caſenaten. hæreat. 6. Nouembr. 1619. coram Pirouano, et in Recanat. hæredit. 10. Martij 1623. coram Card. Veroſpio,* & *in Montis Faliſci fideicom. 9. Iunij 1625. coram Coccino Decano,* & *in dicta Recanaten. hæreditatis 15. Ianuarij 1624. coram Dunozetto,* & *prius in Peruſina Succeſſionis 13. Maij 1617. coram eodem Card. Veroſpio,* & *in deciſ. 188.* & *262. num. 13. penes Burat.* & *ibi per Addent. plures alia deciſiones allegantur.* Secus autem veniret dicendum, ſi defunctus bona in vtroque loco poſſideret, & perſonæ ſuccedere debentes eſſent ſubiectæ iuriſdictioni vtriuſq. loci, quia tunc vtrūque ſtatutum eſſet coniungendū ad excluſionem fœminarū, vt fuit dictū *à Rot. per Greg. in dec. 255. n. 4 et vlt. loco in d. Narn. ſucceſ. 22. maij. 1628 cor. Merl.* & *addem. ad Bura. dec. 388.* & pro

Secus autem, si ante vigesimumquintum annum indigno, & sine Patris consensu nuberet.: quia tunc pater illam dotare non tenetur; & præsertim, quando maritus non esset pauper, & prius ante matrimonio puellam stuprasset.; quo casu in odium istius delicti stuprator eā ducere tenetur sine dote. Licet secus, si Pater matrimonio consentiret.: quia tunc ille satisfaceret eam ducendo in vxorem, sed pater tenetur dare dotem, & in dubio semper virginitas, & seductio præsumitur in puella, vt ait *Rota in decisione 74. num. 6. post primum volumen consiliorum Farinac. & Fontanella de pactis nuptialibus clausula quarta glos. 2. num. 28. & clau∫.5. glos. 1. par. 1. num. 81. cum sequentib. & in glos. 5. num. 55. & sequenti, & in glos. 1. claus. 5. par. 1. num. 91. cum seqq.* docet, quis dicatur indignus; & in istis terminis fuit decisum a *Rota in* Romana *dotis Ven. 11. Decembris 1620. coram Buratto.* & vt ait idem *Merlin. quæst. 5. num. 1. & quæst. 6. num. 11. tit. 1. lib. 4.* & *ibidem quæst. 8. num. 1, & sequenti.* Sed in hac materia filiæ. quæ in corpus suum peccauerit, quando ob id mereatur exhæredari, vide *Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 213 per totum.*

Item, accusatio contra patrem de aliquo delicto, etiam si pœna non fuerit secuta (excepto tamen crimine læsę Maiestatis, & hæresis) siue etiam, quando accusatio infamiam patri non irrogaret, veluti quoque, si filius exhiberet se examini contra patrem, vel si testes contra eum promoueret, vel officium aduocationis contra eundem exerceret.

Item, conuersatio cum hominibus nefarijs, ac veneficis, siue cum inimicis patris, & multò magis, quando filius venenū patri pararet. Item, impediens patrē testari. Item recusans patrem captiuum, siue carceratum redimere. Item alimenta illi denegans. Item medicum in infirmitate patris adhibere non curans, dummodò tamen infirmitas esset curabilis. Item, & multò magis vulnerans, siue occidens patrem, quod enim quoque extenditur procedere in filio patri grauem iniuriam inferenti, quæ verberibus æquiparatur, vt dixi in verbo Actio iniuriarum, dummodo tamen iniuria sit cū dolo, & contēptu, & isto casu animus non iniuriandi iuramento probatur. Item causa exhæredationis sufficiēs esset, quando filius nouercam offendit, quia cum sit vna caro cum viro, igitur illius offensa virum tangit, vt dicunt omnes Doctores de hac materia loquentes, & *nouiss. Merl. de legitima à quæst. quinta, titulo primo, lib. 4. vsque ad vigesimam quæstionem inclusiuè.*

61 Extēde, quòd vice versa ascēdentes ex octo causis, siue etiam alijs maioribus expressis possint à suis descendentibus exhęredari, & illę eodem modo probantur, & tolluntur, quo fit cum descendentibus, vt ait idem *Merlinus in quæstio. 8. num. 1. & seqq.* & cęteri Doctores de hac materia loquentes.

62 Sed ad hoc, vt prędicta legitimè procedant, declara igitur primò, quòd exhęredatio debet fieri purè, & non sub conditione, & causa in testamento expressa, debet per hęredem concludenter probari, alias filius suam legitimam, vna cum fructibus, licet non trebellianicam detrahere posset, idem *Merlinus, & Doctores in quæstione 20. num. 12. cum sequentibus lib. 4. tit. 1. & prius lib. 3. tit. 3. quæst. 5. num. 1.* vbi ait, quòd filius exhęredatus, agit ad supplementum legitimę, vna cum fructibus, quando tamen illi sit aliquid relictum, & causa ab hęrede non fuerit probata, sed tunc illi non datur actio ad totalem rescissionem testamenti, etiamsi pater illi minus legitima reliquisset, iubendo vlterius, quod filius deberet esse tacitus, & contentus, alias, quòd caderet à relicto: quia tunç ob eam declarationem non querelat filius, sed solum ad supplementum agit, & id ob fauorem testamenti, vt dicunt *Roman. Bald. Salicet.* & *alij allegati à Merlino in dicta quæst. 5. nu. 1. cum seqq.*

63 Declara secundò, quòd exhęredatio debet esse facta in testamento, & non in alia dispositione, & vt locum habeat exhęredatio, hęreditas debet esse adita, quia si hęres eam adiuisset, tunc filius in omnibus bonis ab intestato succederet, vt ait *Simon de Prat. de vlt. volunt. solut. 3. n. 1. fol. 221.* & *Merlin. ibi sup. n. 35 et 36. et Costa in tract. de facti scientia, et ignor. cent. 1. distinct. 45. n. 20. et 21. Aret.*

in tractat. de testamen. glos. 74. num. 1. vers. Tertio quaero.

64 Declara tertiò, quòd causa exhæredationis probanda venit habito respectu ad tempus conditi testamenti, & non de aliò tempore, & ea debet esse in specie proposita, & non sufficit clausula generalis exhæredationis ex alijs causis non expressis ab herede probandis; licet sit benè verum, quòd ex pluribus sufficit vnam tantum probare; sed si fortè filius diceret causam exhęredationis esse iniustam, id intra quinquennium deducere debet: animaduertendo tamen, quòd istud tempus debet esse vtile, nec propterea ignoranti currit, vt dicunt *Ripa, Clarus, Simon. de Pret. Tiraquellus, Suarez*, Decius, *Peregrinus, & alii allegati à Merlino in dicta quæstione 20. num. 37. cum seqq.*

65 Declara quartò, quòd per pœnitentiam filius reintegratur ad legitimam, quę ex spacio triennij pręsumitur; & ideò filia quę in corpus suum peccauit pœnitentia adducta reintegratur ad legitimam, & pręsertim, quando post annum vigesimum quintum nuberet, & id tolleratur in odium morę patris in nubendo eam, vltra quod pœnitentia delet maculam, & ad pristinum statum restituit, vt ait *Viuius commun. opin. in verbo* Filia quę peccauit, *in fine*, quem sequuntur *Abbas*, & *Butr. Menoch. de præsumpt. lib. quarto præsumptione* 84. *Bald. nouel. de dote par. 6. priuil.* 16. *num.* 6. vbi ait, quòd hęc opinio fauens fœminę pœnitenti, ęquior est mulieres ad honestatem excitando, easque à peccato arcendo, idem dicunt *Vasq. Fabr.* Cotta, *Ripa, Crass. & Bursattus alligati à* Mer*lino in quæstione* 5. *num.* 12. & *sequen.* & *questione* 6. *nu.* 11. *&* 12. vbi ait, quòd isto casu, licet patri minorem dotem filię assignare, si tamen impari nupsisset, vt ait post *Imol. Alexand. & Molin. Thesaur. lib. 1. quæstionum forens. quæst. 70. num. 5.*

66 Contrarium licet teneant multi allegati à *Merlino in d. quæst. 5. sub nu. 13 vers. sed contrarium.*

67 Concorda iuxta aliquos primam opinionem procedere, quòd scilicet pęnitentia filiæ maculam exhęredationis tollat, quando ea personam, & reputationem patris non tangat: secunda verò, quando secus; quia tunc macula non tollitur, nisi consensus patris intercedat, vt ait *Vasq. de success. resol. ad l. quoniam in prioribus lib. 1. §. 10. num. 612. Ripa in l. finali C de reuocandis donationibus quæst. 67.* Bald. & *Cyn. in l. Deo nobis, C. de Episcopis.* & *Clericis. Menoch. cons. 278. num. 29. lib. 3.* & *Thesaur. lib. 1. quæst. forens. quæst. 70. num. 2.* vbi refert ita sententiasse *Senat. Pedem.* Item possumus iuxta alios concordare vt prima opinio procedat, quando ageretur de dote, aut alimentis: secunda verò quando de legitima: quia valde iniquum esset velle perseuerare in denegatione alimentorum filię emendatę, vt dicunt DD. superius allegati. idemque ait *Bald. nouel. de dote p. 6. quæst. 16. vers. cum posset*, & præsertim si ea monasterium ingredi vellet: quia tūc eò magis sufferenda veniret, vt dicūt DD. & præsertim *Marsil. in rubr. de fidejussoribus num. 220. Felin. in cap. Rodulphus num. 6. vers. finem de rescript. Surd. de alimentis tit. 7. quæst. 9. in princ. & num. 27. Coras. in l. qui liberos, num. 101. ff. de ritu nuptiarum. Thesaur. dicta quæst. forens. 70. num.* 14. & 15.

Rursus concorda, vt prima opinio procedat de iure Canonico ob libertatem matrimonij; secunda verò de Iure ciuili quod enim diligenter Iura honestatis custodit; licet ego inter vtramque opinionem mediam viam si essem Iudex eligerem, & sic ad hoc, vt Ius Canonicum locum haberet vellem, vt filia ob illius emendationem suam dotem, sed non ita pinguem, & opulentam haberet, & præsertim si vilissimo, & indignissimo viro nuberet, & multò magis, quando iussus patris in non nubendo cum eo pręcessisset, & vir esset diues: quia tunc esset dicto viro imputandum si contra pręceptū patris suę vxoris: aut sine illius consensu eam duxisset, & pręsertim, vbi in Ciuitate extaret statutum, vt filij possent exhęredari, si sine patris consensu nubant, vel si secundum illius Ciuitatis mores filius, vel filia absque dedecore sine patris licentia matrimonio copulari non posset; Et indignus, nota, quod ille dicitur in hac materia, qui secundum loci consuetudinem honorificè matrimonio copulari non posset. Item talis dicitur,

In hac pag. 210. post n. 67. adde hæc verba.

✠ Nota autẽ vltimo loco poſt hanc impreſſionẽ in *Rota, dom. Lan. 7. April. 1661. cor. Pirouano* tres caſus conſtituit pro reſolutione illius materiæ. & Primus eſt, quãdo mulier ante 25. ann. ſine conſenſu patris indigno nupſit, & tunc pater eam dotare non tenetur, vbi dicunt *DD. tot allegati à Rot.* Secundus caſus eſt, quando mulier nupſit ſine conſenſu patris ante 25. ann. indigno, ſed neque mulier, neq. illius vir habent vnde ſe alere poſſint, & tũc poteſt cogi pater ad dandam dotem huic filię loco alimentorum, licèt, vt multi volunt, dos minorari debeat, attẽta qualitate indignitatis viri, dicta tamen indignitate probata, vt ſuperius dixi, & velut ait *Rota ibi coram Pirouano.* Tertius caſus eſt, quãdo mulier ante 25. ann. nupſit ſine cõſenſu patris, ſed nõ indigno, & tunc filia neque ſua dote priuatur, neque ea minorari cogenda venit cũ lege canonica permittente matrimonium contraxerit, *c. gemma, de ſponſ. & ita ſacr. Conc. Trid.* iubẽte, & id procedit etiã ſi ante contractũ matrimonium cõmiſerit ſtuprũ, familiamq. ſuam dedecorauerit, & ſic patri iniuriam intulerit, & id nedũ; quia Matrimoniũ delet oẽm maculas, deinde prædicta eò magis procederet, ſi poſtq̃ nupſit, talis filia ſemper cũ eius viro honeſtè vixit, & ab inhoneſta, & meretricali vita receſſit; q̃a tali caſu illi integra dos debetur tanq̃ vni, q̃ pœnitentiã egiſſet quicquid dicat *Ruina conſ. 131. n. 5. lib. 4. vt reſoluit Rot. ibi ſup. coram Pirou.*

qui malis moribus eſſet imbutus, & peſſimè viueret, *Menoch. dicta præſumpt. 189. num. 85. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 18. num. 4. Bart. in l. cum ita la prima, ff. de condition. & demonſtrat. Pariſ. conſil. 29. num. 16. lib. 3. Molin. de primogenit. Hiſpan. lib. 2. c. 16. num. 6. Menochius de arbitr. caſu 452. num. 8. Alex. conſ. 209. n. 2. lib. 6. & alii alleg. à Merlino lib. 4. tit. 1. quæſt. 5. 6. et 7. in tractat. de legitima, Oſaſch. deciſ. 154. & Cappell. Tholoſ. dec. 290.*

Sed quod re vera filia ſiue filius etiã indignè nubendo, non per hoc exhæredari poſſint, & præſertim ſi poſt vigeſimum quintum annum nubant, tenent *Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. 70. num. 10 Sanch. de Matrimon. lib. 4. diſput. 24. Bal. nouel. in tract. de dote par. 6. q. 16. Campeg. in eodem tractat. de dote par. 1. quæſt. 13. num. 2. Molin. de primogenit. Hiſpan. lib. 2. cap. 16. num. 9. cum ſeqq. Dec. in l. nuptias num. 13. ff. de regul. iur.* & *Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 5.* hanc opinionem æquiorem, & magis iuri Pontificio amicam appellat *Imol. et Alexan. in leg. 1. num. 32. ff. ſolut. matrim.* benè *Lupus in cap. per veſtras, in 3. notab. §. 9. de donat. inter vir. & vxorem*, et id quoque conuenit diſpoſitioni Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 9.* & ibi in fine cauetur omnibus, ſub pœna anathematis, ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant; Et propterea prædictæ opiniones tali modo concordari poſſunt, nempè, vt prima procedat per modum conſilij, & non neceſſitatis. Secunda verò è conuerſo, procedir, nẽpè ob libertatẽ matrimonij, *iuxta text. in cap. gemma, & in cap. requiſiuit, de ſponſal. & matrim. & ibi Doctores.*

68 Subdeclara tamen prædictas difficultates omninò ceſſare, quando inter patrem, & filiũ fuiſſet poſtea ſecuta reconciliatio, ſed eſt benè verum, quòd ſi exhæredatio fuiſſet ſolemniter facta, tunc reconciliatio non iuuaret, niſi idem numerus teſtium concurreret, quibus fuit facta exhæredatio; quia quęlibet res diſſoluitur eodem modo quo fuit ligata, vt dicunt ijdem Doctores allegati à *Merlino ibi ſupra quæſt. 20. num. 20. & Surd. deciſ. 128. num. 7. & poſtea in conſil. 136 num. 17.* dicens ſolas coniecturas ad inducendam recõciliationẽ non ſufficere. Sed quòd talis reconciliatio poſſit remittere iniuriam, ſed non exhæredationem tenent multi, vt ait *Alex. & Simon de Prat. alleg. à Merlino dicta q. 20. n. 5.* ſubdẽs præterea, quòd reconciliatio ex eo probatur, quando filius & pater ſimul biberint, & comederint.

69 Contrarium licet tenuerit *Bart in l. 3 §. fi. ff. de adim. leg.* dicens etiam ſine ſolemnitate, ſed per ſolam reconciliationem reuocari iniuriam: & ſic cauſam exhæredationis aboleri: cuius enim opinio Bartoli valdè mihi placet, quicquid dixerit Iaſon malè loquens de illo; Nam dato, quod per talem ſimplicem reconciliationẽ tollatur iniuria, quod eſt plus; quia fuit cauſa exhæredationis; igitur debet etiã ceſſare exhæredationis effectus, quod eſt minus, *cap. cum ceſſante, & ibi Doctores de appell.* & præſertim cum ſimus inter patrem, & filium, inter quos non ita rigorosè ſolemnitates adhibentur, & eò magis; quia hic tractatur de materia ad ſuum primæuum ſtatum redeunte, dum fit, quod filius ſuo patri ſuccedat, vt per illius perſonam eiuſdem patris memoria conſeruetur; quare non mihi videtur, quòd *Iaſon.* benè loquatur *de Bart. in l. filio, quem pater num. 7. C. de liber. & poſth.* & hoc illius pace ſit dictum.

70 Licet tamen Merlinus nitatur vtrunque defendere in pręcitata *q. 20. n. 24. ex auctr. eiuſdem Iaſonis in auth. non licet n 2. C. de liber. præt.* dum ait, quòd prima opinio ſit vera, & procedat, quando cauſa exhęredationis, ante exhęredationem concurreret, & poſtea dicta reconciliatio ſubſequatur. Secunda verò, quando ipſa reconciliatio ante exhęredationem pręceſſiſſet.

71 Sed tenẽdo primam, extende, eã quòd neque reconciliatio ex eo probetur: quia pater aliquod filiæ reliquerit, ſi tamen exhęredatio iam ſubſecuta fuiſſet, vt dicunt *Celſ. Vgon. conſ. 38. num. 18. Theſ. q. 70. n. 22. lib. 1. ſuarum quæſt. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 1. Moreti. conſ. 99. num. 62.* & *Surd. de alim. tit 7. quæſt. 1. num 46.*

72 Declara quintò, quòd exhęredatio debet

bet esse formalis, & ideò si pater maledicerer filium, non per hoc illum exhæredare censetur, veluti quoque è conuerso procedit, vt scilicet ob benedictionem patris hæres institutus non videatur, licet secus, si cum benedictione aliquid etiam relinqueret, veluti si in casu maledictionis filium, etiã à successione excluderet, vt ait *Merlin. dicta quæst. 20. nu. 42. & seqq.* animaduertendo tamen, quòd filius non diceretur a patre institutus, si solũ filiũ in re propria instrueret. Immò tunc præteritus diceretur, vt ait *Bald. in l. scimus num. 10. vers. quinto quæro, C. de inoff. test. & ibi Castr. num. 5. Ias. nu. 3. vers. limita quando restitueret, Cassaneus in consuetud. Burg. tit. de successi. 553. vers. sed consentient.*

73 Et propterea hinc infertur, quòd legitima tàm de iure ciuili, quàm Canonico debet relinqui nõ titulo benedictionis, sed iure institutionis in testamento, etiam inter liberos condito, licet olim benedictio institutionem, maledictio verò exhæredationem inportaret, vt legitur in Genesi c. 27. de Isach Proph. qui cum benedictione suum filium Iacob hæredem instituit, vt ait *Merlin. lib. 5. tit. 2. q. 3. num 17. cum seq. & prius in q. 2. num. 4.* Secus tamen esset, quando essemus in legitima sublata per statutũ, in quo mandetur alimenta, siue dotem soli loco legitimæ; quia tunc de ea amplius non esset habenda ratio, & sic titulo institutionis non esset relinquenda, vt ait *Grat. lib. 1. discept. cap. 44. n. 1. & seqq.*

74 Fallit tamen in militibus in fortilitijs manentibus, & ad oppugnandum hostes paratis, à quibus potest legitima quocumque titulo relinqui etiam nulla solemnitate seruata, vt ait *Castr. in §. testamentum q. 15. & q. 16. & Crass. in §. testamentum q. 3. & seqq.*

75 Declara vltimò, quòd exhæredatio non debet esse facta calore iracundiæ, sed benè ex interuallo, alias non valeret, vt dicunt DD. alleg. à *Merlino in d. q. 20. n. 16*

76 Sed redeundo iterum ad id quod fuit dictum de filio exhæredato patrem in hæreditate facien. vel non, nota, quòd eodem modo ille ordo esset attendendus si casus eueniret confiscationis bonorum patris: quia tunc si filij essent tres, vel plures omnia illis essent applicanda, si verò essent minores numero prædicto, tunc dimidia bonorum applicatur fisco, altera verò filijs, vt pulchrè ait *Thesau. in sua dec. 104. n. 2. Surd. decis. 314. & Rota decis. 470. par. 1. in recent.*

77 Quod enim extende procedere etiam si statutum mandaret fieri confiscationẽ omnium bonorum, quia illud intelligitur dummodo filij non extent, veluti etiam totum caperẽt si solum essent duo filij, & cum sola medietate bonorum nõ possent honeste viuere, & sustentari, vt ait *Thes. dec. 104. n. 2.* vbi ampliat id procedere, etiã si vnicus filius tantũ esset, alias vltra hanc indigentiam portio illorum duorum esset medietas assis, vt ait *Rota decis. 749. num. 2. p. 1. recent.*

78 Immò dato etiam, quòd omnia applicarentur fisco, nihilominus ille teneretur filijs inquisiti, aut legitimam, siue alimenta loco illius assignare, vt ait *Benitend. decis. 91. Rota Bonon. & veluti dicam in verb. alimenta, vbi recurras in princ.*

79 Et ratio est: quia eorũ legitima in cõfiscatione non venit ne filii mendicare cogantur, & sic ne insimul patrem, & panem amittendo, afflictio addatur afflicto, *idem Thes. dicta decis. 104. per totam.*

80 Declara tñ, quòd ea filiis debetur à die condemnationis, & confiscationis bonorum patri factæ, non autem à die mortis naturalis, vt ait *Rot. dec. 479. n. 4. p. 1. in recent.*

81 Sed est benè verum, quòd filiis non datur retentio bonorum ob detractionem alimentorum, & dotium; sed ea debent capi de manibus fisci qui dicitur hæres anomalus delinquentis in quem honores, & onera per transeunt, *Surd. de alim. tit. 1. q. 31. num. 5. & seq. & Costa de port. rata q. 120.* Et hic nota, quòd hæres anomalus ille dicitur qui sine certa qualitate inuenitur, vt *habetur in Lexicon Iuris in hoc verbo hæres ex diffinitione Zasij in glos. in verbo successor §. penult. Inst. de eo cui libert. caus.*

82 Extende prædicta, super eo quando filii faciant partem in hæreditate adeò esse vera, vt propterea etiam filiæ à statuto exclusæ faciant partẽ in computatione legitimæ, & sic faciunt eam transire

sire de triente in semissem ad fauorem masculorum, quando tamen dotem loco legitimæ habuerunt, at secus si in totum essent exclusæ, vt ait *Capic. in sua decis.* 158. *Ant. Thes. decis.* Pedem. 159. *& Rota decis.* 266. *p.* 1. *nouissim. diuers. coram Clemente VIII.* & *Gerard. Maynard. decis.* 24. *&* 25. *par.* 4. *parlamenti Tholosani*, & Franch. *decisione* 549. *&* Gratian. *dicto cap.* 594. *num.* 21. & 22. *lib.* 3. & *lib.* 4. *cap.* 676. *num.* 3. & *seqq.* & nouissimè Merlin. *de legitima lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 6. & ita fuit decisum in materia *statuti Vrbis in cap.* 145. *lib.* 1. *in Rom. grani Veneris* 18. *Decembris* 1620. *coram* R.P.D. *Buratto, quæ est in eius impress. dec.* 503. *n.* 1.

83 Subextende idem pari modo procedere in filia, quæ renunciauit: quia illa partem facit in computatione legitimæ, *vt ait Surd. in dec.* 252. *Ioachyn. Mysing. decis.* 22. *lib.* 4. *Guidopap. dec.* 296. & *dec.* 599. & *Boer. dec.* 104. & *Grat d. c.* 676. *nu.* 3. *cum seqq.*

84 Vndè ex prædictis infertur, quòd si adessent filij primi, & secundi matrimonij ad dotem maternam concurrentes, & adsit vna soror, quæ sit vtrinq. coniuncta filijs primi matrimonii, & vterina tantum illis secundi, & ea nupta, & dotata ab vtroq. coniunctis ad fauorem eorundem renunciasset: tunc ea vtique faciet partem ad fauorem eorum qui illam dotarunt, & sic eorum, qui erunt ex vtroque latere fratres, non autem ad fauorem vterinorum tantum, ex pluribus rationibus, &

85 Primò, quia statutum fœminarum exclusiuum ob masculos censetur factum fauore agnationis conseruandæ, vt dicunt Infiniti DD. allegati *à Rota in vna Nucerina bonorum Mercurii* 29. *Maii* 1602. *coram Cardin. Sacrato, & in alia Sancti Seuerini bonorum Merc.* 22. *Iun.* 1611. *coram eodem.*

86 Et propterea tale statutum, vt est illud in Vrbe *cap.* 141. non extraneis, sed solum eis de agnatione suffragatur, vt fuit dictum in *Romana supplementi legitimæ* 28. *Iunij* 1613. *coram Card. Sacrato.*

87 Immò, neque illud ad fauorem piæ causæ habet locum, vt ait *Rota ibi coram Sacrato.*

88 Et illam opinionem esse magis communē, ait *Merlinus in tract. de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *num.* 45. *&* 48. *de mēte Rota in decis.* 461. *num.* 7. *par.* 2. *in recentior.* quando tamen statutum esset in ratione conseruandæ agnationis fundatum, at secus si simpliciter excluderet fœminas ob masculos, vt dicunt Doctores allegati per *Rotam ibi supra numero* 6.

89 Contrarium licet multi teneant dicendo, quòd illi, qui non admittuntur adpartem, nec minus partem faciunt cum illi pro mortuis habeantur, vt ait *Merlin. vbi supra num.* 46. *& Rot. in decis. penes Buratt. decis.* 503. *n.* 1

90 Sed concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando filiæ excluduntur fauore fratrum causa conseruandæ agnationis: quia tunc partem faciunt, secunda verò procedere posset quando illæ exclusæ nullius contemplatione essent exclusæ quia tūc haberentur pro mortuis, nec per consequens facerent partem, veluti declarat *Paris. cons.* 36. *num.* 28. & 29. *lib.* 2. vbi de magis communi testatur *Cephal. cons.* 145. *nu.* 42. & 43. *lib.* 2. Alias sequeretur, quòd huiusmodi exclusio fœminarum ad fauorem fratrum facta in eorum odium retorqueretur contra *text. in l. quod fauore de legibus*, quod non est dicendū, vt ait *Seraph. dec.* 34. *n.* 7. *& dec.* 347. *n.* 6. & *dec.* 650. *n.* 1. & *Rot. dec.* 545. *nu.* 3. *p.* 2. *in recent.*

91 Secundò, quia statutum semper censetur vocare masculos iuxta ordinem Iuris communis, vt ait *Franch. in sua decis.* 26. *num.* 3. & *DD. ibidem ab eo allegati.*

92 Vndè hinc fit, quòd quicquid per illud statutum fœminis aufertur, illis accrescit, quorum contemplatione dictæ fœminæ reperiuntur exclusæ, & sic portio vtrinque coniunctorum necessariò impinguanda venit, veluti pluries ita firmasse Rotam testatur eadem *Rota in dec.* 266. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* idemque firmat, & sequitur *Brun. de statut. exclusus fœm. art.* 13. *q.* 13. *num.* 19. quem allegat, & sequitur *Rota in vna Anconitana legitimæ Mercurij* 28. *Iunij* 1606 *coram R. P. D. Pena*, vbi hāc opinionem inter alias plures relatas, & bene discussas *à Socino in cons.* 1. *incipien. casus est frequens lib.* 1. tanquam

tanquam veriorem, & communiorem amplexa fuit, & nouissimè idem ait quoque *Merlinus de legitima lib. 1. tit. 4. q. 3. n. 12. & ita fuit dictum à Rot. per Burat. in d. dec. 503. n. 1.*

93 Tertiò quia isto casu appellatione fratris, vterinus non venit, & id nedum respectu agnationis à dicto statuto contemplatæ, cum tunc verba propriè & impotentiori significatu sint accipienda, & sic pro vtrinque coniuncto, qui in materia statuti solus venit, & non vterinus, iuxta Doctrinam *Alex. in l. ex facto num. 45. ff. de vulg. & pupil.* & Veluti eodem modo quoque dicitur de nepotibus, qui non veniunt appellatione filiorum, quando qualitas in filijs considerata non concurrit in nepotibus, vt contingit in vterino, cui qualitas illa agnationis à statuto contemplata non conuenet; & propterea videmus optimè, quòd per vnum de Columnis non conseruatur agnatio de Bagnis iuxta ea quæ ait *Bart. in l. liberorum nu. 6. ff. de verborum signif. Gabr. conclus. 1. eodem tit.* & *Rota in vna Romana fideicommissi de Bonadies lunæ 11. Aprilis 1603. coram Cardinali Mellino*, & in alia *Sabinen. hæreditatis Ven. 23. Ianuar. 1604. coram Reuerendissimo Patriarcha.*

94 Verum etiam quia illa duo vincula, scilicet agnationis, & cognationis magis ligant, quàm illud solum cognationis in isto casu, & ratio est: quia in successione fratris, & patrui, & sic collateralium hæc duo vincula, adeò considerantur, vt illi soli vtique præualere dicātur; Secus verò si essemus in concursu paternæ hæreditatis, quia tunc pater tam filijs consanguineis tantum, quàm vtrinque coniunctis æqua lance omnibus dicitur esse pater indifferens, nec non omnes de illiusmet agnatione dicuntur, ac per singulos eorum agnatio patris siue illius memoria conseruari potest, quòd secus contingit in vterino: quia (vt superius dixi) vna agnatio per alteram diuersam conseruari non potest, vt pulchrè ait *Franch. in decis. 26. & in decis. 99. per totam*, & in materia fratris vterini, est *text. expressus in auth. post fratres C. de legit. hæred.* & ibi DD. omnes.

95 Quartò, quia statutum semper interpretandum venit, ne absurdum inducat, & quòd minus quam fieri possit ius cōmune lædat. Immò ad illud tollen̄ à propria verborum significatione recedere licet, vt dicunt DD. allegati à *Rota in Spoletana lucri dotis 12. Iun. 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 337. n. 3.*

96 Et hercle absurdum sequeretur si eo casu portio filiarum exclusarum eis non obueniret, quibus ius dotandi iniungitur vltra, quòd illud esset ex diametro contra textum in *l. secundum naturam ff. de regul. Iur.* siue sequeretur illud inconueniens, quòd omnes fauores ex vna parte, & ex altera cuncta grauamina cumularentur, & tamen habemus, quòd semper sit iudicandum, vt filij fratres, seu sorores ad æqualitatem reducantur *Dec. cons. 26. in princ. Mandel. cons. 23. num. 5. Socin. senior. cons. 4. propè fin. inter cons. Socin. lib. 1. idem Socin. cons. 108. in fine lib. 3. Tiraquel. de Iure primo genit. q. 4. n. 5. Neuiz. in silua nupt. lib. 6.*

97 Præterea cum dotes opes euertant æquum est igitur, vt ad illum fontem à quo defluxerunt, reuertantur, vt ait *Franch. in dicta dec. 99. cum ibi alleg.* & propterea videmus etiam è conuerso, quòd statutum excludens fœminas dotatas non extenditur ad sororem vterinam, quæ si sit dotata ab eius fratre, non tamen excluditur à successione matris; & ratio finalis talis statuti ea est: quia illud est fundatum in ratione conseruandæ agnationis, quæ non militat in vterinis, per quos agnatio alterius ex vtraq. latere non conseruatur, vt dixi superius, & veluti dicunt multi DD. nouissimè alleg. à *Merl. in suo tract. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 17. nu. 45.*

98 Sed huiusmodi occasione hic obiter erit notandum, quòd filia à statuto semel exclusa ob existentiam masculorum, semper durat exclusa, vt ait *Socin. cons. 104. num. 9. lib. 2. Bero. cons. 105. num. 1. & seqq. & Ruin. cons. 15. in fine lib. 1. plures congerit Gabriel. tit de stat. concl. 4. in princ. Brun. de statut. excludente fœminas art. 10. n. 33. Bursat. cons. 80. n. 9. l. 1. Menoch. cons. 278. n. 12. & seq. Surd. dec. 95. n. 7.* & Rota in vna Tudertina bonorum 13. Iun. 1586. coram Card. Blanchetto. *Cappell. Tholos. dec. 459. Mising. obseruat. 73. cent. 1.*

Et

99 Et ratio: est quia actio semel extincta amplius reuiuiscere nō potest, vt fuit dictum à *Rota in Bonon. de Armis April. 1622. coram R.P.D. Merlino*.

100 Amplia primò, procedere etiam respectu feudi à quo si sunt semel exclusæ fœminę ob masculos semper durant exclusæ, vt ait *Gabr. ibi supra num.* 2. & 3. *Bero. qui loquitur in empbiteusi dicto cons.* 105. *num.* 1. & *seq. Nonius cons.* 1. *num.* 4. *cum seq.* & *num.* 50. *qui loquitur in feudo. Menoch. cons.* 1. *num.* 458. *& prius cons.* 160. *num.* 2. & 3. & *cons.* 315. *num.* 25. *&* 26. *& cons.* 331. *num.* 49. & *cons.* 348. *num.* 9. & *Surd. d. dec.* 95. *num.* 10. & 11. & *alij innumerabiles* DD. *allegati à Merlino de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 3. *num.* 21.

101 Contrarium licet teneant multi in feudo allegati à *Gabr. in dicta conclusione* 4. *num.* 3. & in Emphiteusi tenet *Socin. cons.* 104. *n.* 11. & 12. *lib.* 2. *Bursat. cons.* 80. *num.* 13. *cum seq.* dicens prædictam conclusionem loqui in feudo, & locum non habere in emphiteusi, *Hieron. Gabr. cons.* 85. *num.* 15. *& seq. lib.* 2. *idem Surd. dec.* 93. *n.* 26.

102 Concorda tu tamen, quòd prima opinio forsan procederet, quando fœminæ essent exclusæ simpliciter; secunda verò, quando essent à statuto exclusæ donec, & quousque masculi extent; quia cum illa dictio (donec, & quousque) tempus importet, igitur dictis masculis cessantibus fœminæ reintegrarentur ad feudum, etiā si effluxissent quadraginta anni intra quos extiterint masculi, veluti eodem modo essent reintegrādæ fœminæ, quando statutum considerauit existentiam lineæ masculinę, nec ad fratres tantum se restrinxit, secus autem, quando illud vlterius procedendo, nedum considerauit suspensionem masculorum de linea sua masculina; sed etiam generaliter statutum fuerit loquutum: quia tunc non hæc secunda opinio, sed prima procederet, & sic fœminæ donec extarent masculi nati ex eo, ob quem illæ fuerunt exclusæ nunquam venirent reintegrandæ, vt ait *Honded. cons.* 6. *& cons.* 29. *l.* 1. *& alij allegati à Merlino in præcitato loco n.* 17. & *seq.*

103 Extēde, quòd stante simili statuto ad lineam masculinam rationem habente poterit masculus extraneum instituere, & de illis rebus tanquam confusis cum suis proprijs bonis, ad libitum disponere, nec alii agnati superstites masculi ad quos statutum habuit considerationem contradicere valebunt, vt dicunt *Rolan. cons.* 43. *n.* 40. *lib.* 4. *Ruin. cons.* 116. *num.* 3. *lib.* 2. & *alij allegati à Merlino de legitima dicto lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *num.* 27. & *num.* 28. *assignatur ratio*.

104 Vndè ob illam dictionem (donec, & quousque) si fratres ob quos fœminæ excluduntur decederint post se relictis masculis, tunc fœminæ semper erunt exclusæ: quia illa dictio (donec, & quousque masculi extiterint) refertur ad tempus mortis, vt dicunt multi Doctores allegati à *Merlino vbi supra numero* 22. *&* 23. Secus autem, si fratres habuissent filios, sed illi patre viuo obijssent: quia tunc filia admitteretur ad successionem, & legitimam, immò eo casu, neque renuntiatio obstaret, vt ait *Rota in Bonon. de armis de mense Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Merlino*, & *per Gregor. decis.* 85. & cæteris quos allegat *Merlinus ibi supra quæst.* 5. *num.* 6.

105 Declara tu tamen, quòd licet fœmina in feudo, & emphiteusi sit perpetuo exclusa, tamen in defectum masculorum potest petere inuestituræ renouationem, dummodo Ecclesia nolit per se retinere, vt dicam in verb. Empyteusis, nec ista renouatio fit ex iure præcedentis inuestituræ, sed ex eo ipsis fœminis in isto casu competenti, vt latè ait *Marescott. variarum resol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. *& Rota in Bonon. emphyteusis* 22. *Apr.* 1619. *coram Reuerendissimo Coccino. Marescott. variarum resol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. & nota, quod lineæ defectus, qū ea semel fuit probata ab agēte probandus venit, vt fuit dictum à *Rota in Vicentina feudi luna* 10. *Martii* 1603. *coram Card. Seraph. qua est in eius impress. dec.* 1458. *num.* 1. *& in vna Ferrarien. bonorum* 12 *Nouemb.* 1605. *coram R.P.D. Ortembergo, & Put. dec.* 45. *lib.* 1.

106 Amplia eam conclusionem secundò procedere, etiam si dictus Masculus incontinenti moreretur, vt ait *Bursat. cons.* 63. *num.* 17. *et* 18. vbi multos ad id congerit

gerit, *Honded. conf. 9. num. 9, lib. 2.* & ibi multos allegat Dec. *conf.* 308. *col. 2. num. 3. vers.* & *idem Bald.* & *num. 7. col. penult.* Paris *conf* 85. *num. 32.* & 33. *Aretin. conf. 50. num. 6. Cephal conf. 729. num. 5. lib. 5.* & *est Doctr. Bald. in cap. 1. §. 1. quaest. 1. tit. Episcopum, vel Abbatem.*

107 Extende huiusmodi opinionem, eò magis procedere quando essemus in illa conditione, si quis sinè filiis decederet: quia tunc relicto filio statim illa conditio euanescit, quamuis filius postea vno momento decedat, vt dicunt communiter omnes Doctores quos per te videre poteris, & idem ait *Thes. in sua dec. 96. num. 33.* & Rota *in vna Meleuitana fideicomissi 14. Martii* 1618. *coram* Card. *Caualerio, Franc.* Marc. *dec.* 169. *p.* 2. & *Card. Seraph. dec.* 189.

108 Subextende idem procedere etiam in filijs in sexto vel octauo mense natis, & in illis demum, qui etiam secundum naturam viuere non possunt, & in hoc statur affectioni matris, & praedicta eo magis procederēt in posthumis si tamē perfecte sint nati, & toti ab vtero matris egressi, & quòd non monstruosi, & prodigiosi non sint: quia isti in materia statuti conditionem illam deficere faciunt, vt dicunt *Franc. Marc. decis.* 169. & multi quos allegat *Bursat conf. 63. num. 19.* vbi docet quomodo filij dicantur monstruosi, & quomodo sit probandum filios in 6. & 8. mense fuisse natos, Sed *Rota in vna Romana locorum montium Mec. 13. Nouembris.* 1613. *coram* R. P. *D. Vbaldo, quae est in 1. par. recent. decis.* 483. dicit, quòd regulariter modus probandae natiuitatis, est ille, qui fit per testes dicentes, se fuisse praesentes, dum puer nasceretur, alias illi de auditu nullo modo probant, et pro hac opinione tenet *Boer. decis* 220. vbi in fine ait malè fuisse iudicatum per Conf. Neapolitanum quia contrarium huic opinioni decidit per *Afflict. mox allegan. in dec.* 236.

109 Declara tñ ꝙ dicta extensio non procedat, quando superexistentia liberorum ad aliquem effectū desideraretur: quia tunc verificatio illius conditionis, si sine filijs quis decederet, momento non adimpletur, & prçcipuè quando essemus in filijs in 6. vel 8. mense natis: quia illi in successibiles, & pro non natis habentur, vt ait *Afflict. decis.* 236. vbi testatur ita fuisse iudicatum in illo Sacro Consilio ex relatione Medicorum, quorum Iudicio, & obstetricum in hac materia standum est, idemque ait *Ioseph. Ludouic. decis. 37. per totam* & *Franc. Marc. in dicta decis. 169. num. 6.* ait, quòd partus natus ante legitimam aetatem abortiuo aequiparatur, quòd enim quoque procedit in nato in quinto mense, vt ait Rota *per Seraph. decis.* 1282. *num. 11.* licet secus tñ sit in nato in decimo completo, & vndecimo incoepto, in quibus legitimè partus nasci potest iuxta communem opinionem, vt ait *Mising. in sua obseruat. 40. num. 11. cent. 6.* vbi subdit, quòd in hac materia menses lunares sunt attendendi, idemq. ait *Franc. Marc. dicta decis. 169. Gramat. decis. 154. nu. 5.* & *Petr. Roizius in sua decis. litu ania 3. num. 86.* & *seqq.* & plures alios allegat pro hac opinione *Bursat. dicto conf. 63. num. 18.*

110 Contrariam tamen opinionem ego teneo in vtroque casu, & sic aperte fateor, quòd illa conditio, si sine filiis decesserit, neque possit momento, neque per natum in 6. vel 8. mense verificari, sed quod illa requirat legitimè natum, & tempus instantaneum mortis: quia iste terminus non habet actum, & durationem ante, cum qualitas adiecta tempori semper sit intelligenda secundum tempus, cui adiicitur *iuxta Doctr. Bart. in l. 1. §. creditum ff. si cert. petatur* & *Ias. in l. in substitutione n. 10. ff. de vulg. et pupil. Menoch. conf. 142. num. 6.* & *conf. 211. num. 44.* & *conf. 227. num. 55.* & *56.* & *Rota in vna Ferrarien. societatis 20. Decembris* 1599. *coram Card. Mellino,* & *in alia Taruisina Iuris patronatus 27. Iunii* 1607. *coram Cardin. Marcomontio, quae est decis. 207. p. 2. in recent.* vbi loquitur in fundatore Iuris patronatus per Sacerdotem administrandi, & sic fuit decisum, quòd debet eligi vnus, qui actu sit Sacerdos tempore praesentationis, nec sufficere si talis esset habitu, & potentia, sed hanc opinionem mihi videtur eò magis procedere debere, quando substitutus esset de coniunctis, & valde dilectis testatori, in quam opinionem eò libentius irem, quando esse-

semus in secundo capite; nempè, quando eam conditionem ageretur verificari per filios in sexto, aut in octauo mēse natos; & per consequens ad successionem incapaces, vt superius demonstrauimus.

111 Sed tenendo primam opinionem, extende eam multò magis procedere in Aegypto vbi filij nati in sexto, & octauo mense sunt vitales ob illius aeris felicitatem, vt ait *Hipocrates* in libro de octimestre.

112 Limita tamen primò principalem conclusionem de exclusione fœminarum ex vi statuti loquentem procedere in hæreditate illius, à qua ob masculos fœmina excluditur; secus autem ab hęreditate dicti masculi, qui eam exclusit, à qua exclusa non dicitur, vel eriā alterius in statuto non nominati, vt ait *Nonius cons.* 1. *num.* 42. vbi plures allegat, & *Bursat. consil.* 80. *num.* 10. *Menoch. consil.* 53. *num.* 61. *Gozadin. cons.* 53. *num.* 11. *Cephal. consil.* 30. *num.* 53. *Osasch. decis.* 23. *num.* 51. & *Surd. dec.* 95. *nu.* 27.

113 Et ratio est, quia post aditionem illa non dicitur amplius hæreditas patris, sed adeuntis ad tradita per *Bart. in l. aut facta §. causa ff. de pœnis, Roland. consil.* 45. *num.* 44. *lib.* 1. *Menoch. consil.* 416. *num.* 31. & ita fuit decisum in *Bonon. de armis* 18. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Merlino*, & *in eadem coram eodem* 12. *Decembris* 1622. & *prius in Romana de Pinis* 20. *Februarii* 1619. *coram Cardin. Sacrato*, & *in Rauennaten. hæreditatis Ven.* 14. *Aprilis* 1606. *coram R. P. D. Pamphilio*.

114 Limita secundò, quando masculi ob propriū eorum defectum insuccessibiles fierent, veluti si ob eorū mortem ciuilē, vel capitis diminutionem ab ea excluderentur, vel quia illi succedere nollent, vt ait *Menoch. consil.* 206. *num.* 48. *Gabriel. in dicta conclus.* 4. *num.* 22. *Turrett. cons.* 2. *num.* 23. *Mangil. de legit. q.* 61. *nu.* 5. *Cephal. cons.* 22. *n.* 16. & *cons.* 619. *num.* 14.

115 Extende eodem modo procedere, quando frater fieret incapax ob ingressum alicuius religionis bonorum incapacis, *Natt. cons.* 74. *num.* 12. & *Mangill. in d. q.* 61. *num.* 53.

116 Limita tertiò, quando eadem ratio exclusionis non militaret, vt ait *Menoch. consil.* 359. *num.* 11. *vbi alios allegat.*

117 Limita quartò, non procedere deficientibus masculis, quia tunc fœminæ venirent reintegrandę ad suam portionem, vt ait *Rota per Episcop. Perus. penes Ambrosium decis.* 46. *par.* 2. & *Ricc. in sua collectanea* 905. *par.* 4. & infiniti alii Doctores allegantur à *Merlino in præcitato loco sub n.* 15. *et Rota dec.* 475. *p.* 2. *in recentior.*

118 Et ratio istius limitationis ea est: quia fœmina eo casu non dicitur exclusa, sed potius ad tempus suspensa, ita vt deficientibus masculis, ad successio eam reuertatur, *vt ait Cacheran. decis.* 23. *et Surd. dicta decis.* 95. *nu.* 28. *et in cons.* 512. *num.* 13.

119 Limita quintò, quando renunciatio facta à filia fratribus esset cum conditione, vt morientibus fratribus ea reintegraretur ad successionem, *Costa de rata quæst.* 166. *Thes. dec.* 106.

120 Limita sextò, non solum quando exclusio esset ad tempus; sed etiam quando noua superueniret causa, vt ait *Menoch. cons.* 359. *n.* 10.

121 Sed illam opinionem primam tenendo, extende eam in tantum valere, vt propterea pater ex vi talis statuti eam ob masculos excludentis possit eam prętere in eius testamento, nec ea poterit illud nullum dicere, vt ait *Clar. in §. testamentum quæst.* 42. *vers. item quaro in filia, Gabr. dicta conclusione* 4. *num.* 17

122 Contrarium tamen verius esset, quando dicti masculi in dicta hæreditate non succederent ex facto testatoris, quia tunc filia posset testamentum inualidare, vt ait *Menoch. consil.* 206. *numero* 72.

123 Veluti idem diceretur si filia esset exclusa, donec filij masculi extarent: quia illis deficientibus posset de nullitate testamenti dare, vt ait idem *Gabriel d. concl.* 4. *n.* 16. *Rota decis.* 265. *par. prima num.* 1. *diuers.*

124 Concorda igitur prędictas opiniones hoc modo, nempè, quod prima procedat, quando vltra statutum concurrit etiam voluntas patris ad exclusionem filię;

filiæ; & tunc ea perpetuò exclusa remanet. Secunda verò, quando filia temporaliter esset exclusa, quia tunc remoto impedimento, ea reintegranda veniret, vt pulchrè ait *Put. dec. 122. lib. 2.*

125 Declarando insuper, quòd ille, qui excludit, debet esse de descendentibus non aũt de agnatis vlterioris gradus, veluti animaduertit *Gabr. d. concl. 4. n. 32.*

126 Item, quando filia per renunciationem factam, intelligatur exclusa, adeò vt amplius ad patris hæreditatem non sit reintegranda, tunc est consideranda, quo modo, & ad cuius fauorem fuerit facta renunciatio: nam si ea fuerit facta, tàm ad fauorem patris, quàm fratris, tunc perpetuo ab eo censetur exclusa, veluti quãdo esset verbis amplissimis facta, siue fuisset habita ratio ad vniuersum statum agnationis, & non ad solam masculorum superexistentiam, vel alio modo habita agnationis ratio. Immò ea renunciatio facta per filiam, non trahitur ad casum deficientiæ masculorum, nisi id specialiter fuerit dictum, & tunc fœmina exclusa censetur, quando renunciatio cum Aquiliana stipulatione esset facta; Secus autem, quando renunciatio facta fuisset solum ad fauorem patris: quia tunc ea non censeretur exclusa ab hæreditate fratris, & præsertim ab intestato decedentis (vt alias supra diximus) ex mente *Rota in d. Bononien. hæreditatis de armis 1622. coram Merlino.*

127 Extende, quòd multò minus censere tur exclusa ab hæreditate patris, quando illa renunciasset ad fauorem masculorum sub conditione reintegrationis, si pater sine filijs decedat, vt de prædictis omnibus, ait latè *Merlinus de legitima. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. per totam.* Et ratio est: quia renunciatio facta à filia fauore masculorum illis deficientibus, ad non causam reducitur, dummodò ea verbis generalibus, & amplis, & cum iuramento, necnon Aquiliana stipulatione non fuerit facta, vt fuit dictum in dicta *Bonon. de armis coram Merlino*, licet tamen non deficiant aliqui tenentes contrarium; nempè filiam ad hæreditatem reintegrari, licet renunciatio fuerit facta verbis amplis, & generalibus, vt animaduertit *Merlinus de legitimâ lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 8. & 10.* cum alijs ibi alleg.

128 Declarando præterea, quòd ita demum statutum exclusiuum fœminarum filiam excludit, si pater velit, alias secus: quia tale statutum non impedit, quò minus filiæ possint capere ex testamento patris, vt ait *Rota penes Gregorium decis. 358. num. 1. & in addition. n. 6.* & ibi plura ait, *et in dec. 565. nu. 7. penes eundem Gregor.*

129 Item, quando statutum exclusiuum fœminarum, aut matris extendat vires suas extra territorium statuentium, & quale statutum in hac materia sit attendendum, vide *Merlinum de legitimâ lib. 3. tit. 1. quæst. 18. per totam.*

Sed quod re vera istum statutum exclusiuum fœminarum non extẽdatur ad bona sita extra territorium, etiam quòd maior pars bonorum hæreditatis extaret in loco statuti, fuit vltimo loco decisum *à Rota in Narnien. successionis 22. Maii 1628. coram Merlino*, vbi fuit dictum id quoque procedere, etiam si statutum expresse disponeret de bonis sitis in alieno territorio; Et ratio est, quia statuentes nullam habent iurisdictionẽ in res, quæ extra suum territorium extant: & propterea videmus etiam, quòd neque è conuerso statutum exclusiuum fœminarum comprehendit forenses, Veluti neque tale statutum locum habet, vbi forenses succedere debent, licet defunctus, ac eius bona statuto subiacerent, vt fuit resolutũ *à Rota in Romana, seu Cæsenaten. hæredit. 6. Nouembr. 1619. coram Pirouano, et in Recanat. hæredit. 10. Martij 1623. coram Card. Verospio, & in Montis Falisci fideicom. 9. Iunij 1625. coram Coccino Decano, & in dicta Recanaten. hæreditatis 15. Ianuarij 1624. coram Dunozetto, & prius in Perusina Successionis 13. Maij 1617. coram eodem Card. Verospio, & in decis. 188. & 262. num. 13. penes Burat. & ibi per Addent. plures alias decisiones allegantur.* Secus autem veniret dicendum, si defunctus bona in vtroque loco possideret, & personæ succedere debentes essent subiectæ iurisdictioni vtriusq. loci, quia tunc vtrũque statutum esset coniungendũ ad exclusionem fœminarũ, vt fuit dictũ *a Rot. per Greg. in dec. 255. n. 4 et vlt. loco in d. Narn. succes. 22. maii 1628 cor. Merl. & adden. ad Bura. dec. 388. & pro*

præterea Surdus in decis. 197. *num.* 7. ait, quòd statutum fauorabile protrahit suas vires extra territorium, si tamen contrahatur cum subdito, alias secus, sed quod statutum siue loquatur in rem, siue in personam nunquam extendat suas vires extra territorium, fuit dictum in *Romana, seu Terracinen.* 10. *Februar.* 1576. *coram Cardinali Blanchetto, & in Perusina reintegrationis lupæ* 25. *Ianuar.* 1595. *coram Penia,* licet contrarium fuerit decisum in *Balneoregien. bonorum* 3. *Februarii* 1594. *coram Card. Pamphilio.* Sed huiusmodi opiniones possunt hoc modo concordari, nempe, vt prima procedat, quando statutum esset odiosum, & non contraheretur cum subditis vtriusque loci. Secũda verò, qñ secus, iux. *dec. Surd.* 197.

Rursus concorda, vt dixi infra in *conclus.* 48. *num.* 49. & *seqq.* vbi habetur, quòd aut statutum respicit solum forma & solemnitatem, aut personam tantum in primo casu, prima opinio procedit, & secunda in secundo, vt ibidem videre poteris. Item, quòd statutum istud nõ sit odiosum; sed fauorabile, & iure diuino conforme sub ea ratione, quia statuentes nullam habeant iurisdictionem in his, quę sunt extra eorum territorium, fuit resolutum à *Rota in dicta Narnien. successionis coram Merlino,* vbi ait, id procedere etiam, quod maior pars bonorũ sita sit in loco statuti, & ibi reprobantur tenentes contrariam opinionẽ, *et Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 9. *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 431. *num.* 27. & *lib.* 5. *cap.* 709. *num.* 15. *Merlin. de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *nu.* 26. *& Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ* 11. *Februar.* 1617. *coram Card. Pamphilio, & in Romana seu Bergomen. successionis* 2. *Maii* 1626. *coram Durano,* & *prius in Bonon. successionis* 9. *Dec.* 1622. *coram Vbaldo, & in Recanaten. hæreditatis* 10. *Mart.* 1623. *coram Card. Verospio,* & *in ead.* 15. *Ian.* 1614. *coram Dunozetto.* & *per Greg. dec.* 279. & *ibi in add. nu.* 25. & *prius in decis.* 125. *n.* 7. Et in summa in hac materia statuti exclusiui fœminarum ad hoc, vt illud obliget, opus est, vt bona, & persona eidem statuto subijceant, neque sufficeret vnum sine altero concurrere, sicuti non valeret, si vterque locus concurrentium tàm originis, quàm illius, vbi bona defunctus possidebat essent eidẽ Principi subiecti, & statuta vtriusque loci essent ab eodẽ Principe confirmata, vt fuit resolutum in dicta *Narnien. coram Merlino.* Sed si forsan defunctus haberet bona in vtroque loco, & personæ succedere debentes iurisdictioni vtriusq. loci subiaceret, tunc esset locus combinationi statutorum ad excludendas fœminas, & ita concordantur opiniones illorum Doctorum, qui tenent statuta vtriusque loci esse attendenda in huiusmodi genere successionis, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium in decisione* 255. *num.* 4. *& in illa Narnien. successionis coram Merlino:* sed ad effectum, vt quis dicatur subiectus alicuius loci sufficiat habere plura domicilia in diuersis locis, & quod ex illis possit excludi qualitas forensitatis, & includi subiectio, fuit pulchrè dictum in *Ferrarien. de Tassombus illius* 18. *Martii* 1636. *coram Pirouano,*

130 Insuper erit notandum, quòd filia fœmina temporaliter exclusa ius suæ reintegrationis decedens non transmittit, quicquid dicant alij Doctores contrarium, tenentes cum sit impossibile, quòd hæreditas transmittatur, quando non est delata, *Roman. consil.* 442. & *Rota decis.* 259. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* & ratio est: quia, cum illa spes succedendi in fœmina per deficientiam masculorum radicata non sit in aliquo iure de præsenti competente, igitur ea in consideratione, quoad effectum transmittendi nõ est habenda, vt fuit dictum à *Rota in decisione* 331. *columna quarta, versic. quoad primum, in nou.* Licet contrarium euenire possit, sed quando, vide *Merlinum de legitima in dicto lib.* 3. *q.* 4. *per tot.*

Sed est benè verum, quòd potest hæreditas, etiam non adita tribus modis transmitti, & primò, ex potentia suitatis. Secundò, beneficio iuris deliberandi. Tertiò, ex beneficio legis vnicæ, *C. de his, qui ant. apert. tab. licet Bart.* videatur facere plures species transmissionis in *l. ventre ff. de acq. hæred.* & *Ias. in l.* 1. *ff. de vulg. & pup. n.* 33. addo ego alterũ modũ transmittendi hæreditatem, ea nondum adita, & delata, & est ex iusta, & probabili causa ignorantiæ, ob quam ius saltem transmittitur petendi restitutionem in in-

in integrum, vt fuit dictum in *Vrbeuetana hereditatis* 24. *Iunii* 1594. *coram Card. Blanchetto*.

131 Sed est benè notandum, quòd quando fœmina ex statuto reintegratur masculis deficientibus, tunc ea posset à masculis petere cautionem de restituendo hereditatem ipsis defunctis, & liquidationem fideicommissi prætendere, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino ibi supra lib. 3. tit. 1. quæst. 15.* & Rota per *Greg. dec.* 418. & ibi per addentes *nu.* 19. & in *alia Romana fideicommissi de longhis* 28 *Maii* 1618. *coram* Pamph. & *idem* Greg. *dec.* 428. *in fine*.

132 Et licet ipsemet Merlinus dicat hãc opinionem nunquam eum vidisse practicari, & quod si casus eueniret, esset difficile illam obtinere: ego tamen non ita facile in suam opinionem libenter irem, quando præsertim fratres viderentur bona dilapidare, & sic quando periculum eorum distractionis esset mora: quia tũc esset recedendum à regulis iuris communis, vt videmus etiam contingere in debitore de fuga suspecto, contra quem cõstito de illius deterioratione ante tempus conuentum ad carcerationem deueniri potest, vt ait *Bal. in l. apertissimi n. 9. C. de iud. Bartol. in l. creditores nu. 1. ff. de priuil. cred. Dec. consil. 75. n. 1. Neuiz. cons. 52. n. 12.* & 13. *Natt. cons.* 430. *nu. 7. Roland. cons. 65. nu. 9. lib. 3. & alii allegati à Menochio de arbitr. cas.* 87. *Ioseph. Ludouic. decisione Perusina* 41. & ita fuit dictum à *Rota in vna Veneta pecuniaria* 3. *Iunii* 1607. *coram* R.P.D. *Penia*.

133 Extende prædicta quoque procedere in fideicommissario, qui ne fraudetur à rogato restituere ob dilapidationem bonorum fideicommisso subiectorum, releuari debet, mediante fideiussione de restituendo bona illa suis loco, & tempore fideicommissario; & licet id peti non possit iure actionis: quia nondum ea est orta: tamen officio iudicis nobili cogi potest; & si forte cautionem præstare non possit rogatus restituere pati debet, vt fideicommissarius in eorum possessionem immittatur, causa tamen custodiæ, non autem ad effectum acquirendi fructus eorum, & præsertim si constaret dilationem fuisse appositam in gratiã fideicommissarij: quia tunc dilapidanti essent totaliter auferenda bona, vt ait *Gratian. lib. 2. disceptatio. cap. 247. num.* 19. & 20. *& est text. in l. legatorum, ff. vt legatorum, seu fideicommissariorum, & ibi glos. Bart. & alii* Doctores *communiter*, vt refert, & sequitur *Michael Crass. in verbo Officium iudicis q. 18. num.* 2. & melius *Castrens. in rubr.* C. *vt in poss. legatorum, &c. Peregr. de fideicom. artic.* 40. *num.* 10. *Ioseph. Ludouic. decisione* 63. *Gregor. X V. decis.* 418. & ibi *addent. num.* 19. & *decis.* 428. & Rota *in Romana fideicommissi de longhis* 28. *Maii* 1618. *coram R.P.D. Pamphilio*.

Et licet *Peregr. d. art.* 40. *num.* 10. dicat, hanc opinionem nunquam vidisse practicari: tamen *Merlin. de legitima lib. 3 tit. 1. quæst. 15. sub nu. 2.* ait ipsum vidisse illam practicari eo patrocinante, sed ego puto, quòd id esset valde difficile in practica ponere in Patria mea, vbi quis libentius mortem obire eligeret, quàm vnam glebam terræ, dum viueret, alteri concedere.

134 Sed rursus, & melius prædictas opiniones alio modo cõcordare possumus, & sic, quòd grauatus possit cogi à fideicommissario fideiubere pro restitutione bonorum fideicommisso subiectorum, si loquamur de mobilibus, & quæ facile vsu consumi possunt, & quæ consumpta amplius repeti nequeant; secus autem vbi ageretur de immobilibus; quia licet ea à grauato possint de facto alienari, possunt tamen de iure ab alio vocato reuocari, nec in illis vrget ille timor, quòd tempore pereant, veluti vrget in mobilibus, & pro corroboratione istius distinctionis faciunt tradita à *Rota in Romana domus de Alicornis luna* 2. *Martii* 1598. *coram* R. P. D. *Pellegrino*. *Et prius in Auximana bonorum* 2. *Iunii* 1595. *coram Cardinali Mellino*, Et postea in alia *Bononien. bonorum de Muletis Mercurii die* 26. *Iunii* 1602. *coram Cardinali Pamphilio, & facit decisio Cardinalis Seraphini* 321. *num.* 14.

Iterum declara primam opinionẽ posse procedere, quando dilatio restituendi bona in gratiam fideicommissarij, à testatore fuisset facta. Secunda verò opinio procederet, quando dilatio in gratiã

granati fuisset facta, vt ait *Grat. l. 2. discep. cap. 247. num. 19.* & 20. *cum aliis ibi pere um allegatis.*

135 Sed redeundo ad materiam à qua superius digressi sumus modo hic erit videndum ad hoc, vt ordinatè procedamus quanta esse debeat legitima matris in bonis filij, sed in primis erit hoc modo distinguendum; nempè, quod ea sit tertia tertię, quando à filio esser factum testamentum, & matri aliquid fuerit relictum instituta honesta persona, etiam fratribus exheredatis, quos ille testator habebat, iuxta doctrinam *Bart. in l. pater, ff. de inoff. testam. num.* 8. & 9. *quem sequuntur Angel.* Castrens. & *Aretin. in l. plane, §. si duobus, ff. de legat.* 1. *Fulgos. cons.* 55. *Bertrand. cons.* 252. *vol.* 3. *idem Bart. in cons.* 205. *incipien. Statuto, & Rota in vna Asculana legitimæ 2. Decembr.* 1588. *coram R. P. D. Bubalo penes Merlino dec.* 39. *nu.* 3. *post suum tract. de legitima.*

136 Contrariam tamen opinionem, & magis communem esse contra *Bart.* ait *Alex. in d. l. planè, §. si duobus*, quæ opinio sustinetur, & *Iacob. Butrig.* dicens, quòd legitima matris non sit tertia tertiæ, sed tertia totius patrimonij, idemque tenet *Gabriel in cons.* 94. *num.* 19. & ibi pulchrè de rationibus istius opinionis discurrit *Gratian. lib. 3. discept. c.* 448. *num.* 16. *cum seqq.* & ibi latissimè in huiusmodi materia loquitur *Peregrin. de fideicommiss. art.* 38. *nu.* 13. *& seq.* & ibi latè idem *Gratian. lib. 1. discept. cap.* 178. *nu.* 1. pulchrè ait *Thesaur.* qui plures pro hac opinione allegat in sua *decis.* 172. *nu.* 4. *Rota in Romana de Minicbellis* 28. *Iun.* & 23. *Ianuarii* 1578. *coram* R. *P. D. Viecco mite, quæ est apud Merlinum de legitima decis.* 37. *num.* 1. & *in alia Romana de Vrsinis* 22. *Iunii* 1585. *coram Cardinali Blanchetto, quæ est apud eundem Merlinum decis.* 38. *num.* 7. *& in alia Fauentina legitima* 13. *Martii* 1590. *coram eodem Cardinali Blanchetto, quæ est apud eundem decisione* 42. *numero primo, & prius coram eodem Blanchetto in alia Romana legitima* 2. *Aprilis* 1584. *apud eundem dec.* 91. *num.* 1.

137 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando mater legitimam peteret iure proprio: quia tunc non potest prætendere nisi tertiam tertiæ. Secunda verò procedit, quando illam peteret per ius accrescendi: quia eo casu vltra tertiam tertiæ prætendere valet, iuxta decisionem *Vincentii de Franch.* 63. *nu.* 5. & quando in legitima sit locus iure accrescendi docet *Gratian. lib. 1. d. c.* 178. *n.* 3. *& est dec.* 39. *nu.* 3. *penes Merlinum.*

138 Extende primò, quòd erit quoque tertia totius legitima matris, quando statutum loqueretur, excludendo eam ab intestato, vt ait *Rota penes Merlinum in decis.* 42. *num.* 2. & *dec.* 37. 38. & 39. *penes eundem.* Quod enim statutum extende procedere etiam facto testamento, & præsertim quando essent instituti, & substituti illi, quorum contemplatione mater excluderetur à statuto, vt ait *Puteus decis.* 38. *lib.* 3. *Rota d. decis.* 42. *nu.* 13 *apud Merlinum.*

139 Secus autem si illud statutum non prorsus matrem excluderet, sed illi legitimam reseruaret: quia tunc legitima esset portio illius portionis, quam esset habitura, si non esset exclusa à statuto, & sic iuxta dispositionem iuris cõmunis, cum quo statutum se conformare præsumitur, vt ait *Rota dicta dec.* 39. *nu.* 4. & 5. *penes Merlinum.*

140 Extende secundò, quòd ea etiam esset tanta, quando mater à filio esset instituta: quia filius testando, ac instituendo matrem censetur se voluisse confirmare cum dispositione Iuris communis; quod tamen intellige verum, quando aliquid pro legitima fuit illi relictum, vt fuit dictum in *Fauentina legitimæ* 13. *Martii* 1590. *coram Card. Blanchetto, quæ est penes Merlin. de legitima d. dec.* 42. *n.* 5. & *d. dec.* 39. *n.* 17. *penes eundem.*

141 Sed tenendo hanc secundam opinionem vti magis communem, declara Primò ea non habere locum, quando illi fratres non fuerint omninò præteriti ab alio fratre testante; sed ab eo aliquid eis fuerit relictum: quia tunc legitima matris esset solum tertia tertiæ, & non tertia totius, & sic eo casu procederet opinio *Bart. vt ait Gabriel in d. cons.* 94. *n.* 20. *vsque ad finem*, & ita fuit decisum *in Perusina de Oddis Veneris* 2. *Maii* 1594. *coram Card. Mellino. & Rota penes Merlinum decis.* 39. *num.* 6. & *decis.* 68. *num.* 1. *penes eundem.*

Ratio

142 Ratio autem illius secundæ opinionis est: quia fratre præterito, nec turpis psona instituta videtur ei sublata oīs spes succedēdi, & concursus cū matre, & per cōsequens illo casu frater perinde habetur, ac si in rerū natura nō esset, nec propterea partem facere potest ad diminuendam dictæ suę matris legitimam, vt fuit dictum à *Rota in d. Romana de Mitschellis 23. Ianuar. 1578. coram* R. P. D. *Vicecomite, Vitius in sua dec.* 405. *Anton. Th'saur. in decis.* 172. *Franch. decis.* 63. & fuit dictum in *dicta Romana de Vrsinis Veneris 22. Iun.* 1585. *coram Card. Blanchetto.*

143 Secus verò, quando fratri, siue sorori (vt superius diximus) aliquid fuisset relictum: quia tunc legitima matris esset tertia residui hæreditatis, deducto tamē prius eo fratri, siue sorori relicto, & sic eo casu fratres non possunt haberi pro mortuis, veluti, quādo innihilo fuīt instituti, & propterea illi isto casu concurrunt ad diminuendam portionem matris, vt ait *Rota d. dec. 39. nu. 6. Balb. dec.* 22. & *Rota in illa Romana de Vrsinis coram Blanchetto, & in d. Romana de Minichellis coram Vicecomite, & in alia Asculana legitimæ* 1588. *coram* R. P. D. *Bubalo, quæ sunt penes Merlinum*, veluti superius adnotauimus.

144 Extēde idem procedere de nepote extraneum instituente prętèrita sorore, qui si instituat Auiam in omni eo, quod sibi debetur de iure, tunc legitima Auiæ erit tertia dimidiæ, & sic sexta pars, non autem tertia totius: quia tunc soror illa præterita non auget legitimam auiæ, neque dicta auia potest eo casu ex persona sororis præteritæ maiorem partem per ius accrescendi habere, cum isto casu portio præteritę penes hæredem vniuersalē remaneat, vt ait *Gratianus lib. 5. discept. cap. 942. num. 22.* vbi ait id multò magis procedere, si soror esset à fratre instituta, & non extranea persona. Quinimmò si statutum mandaret, quòd mater filio non succedat, si ille fratres haberet, tunc ea excluderetur, si vnus filius decederet, etiam fratre præterito, & extraneo instituto, vt ait *Gratianus ibi supra n.* 23. si tamen persona non esset turpis instituta, vt dicunt DD. ibi alleg.

145 Rursus extende eodē modo è conuerso procedere, qū essemus in casu, vbi statutum sororem excluderet decedente fratre ab intestato, & fratrem ad hæreditatem alterius fratris vocaret: quia tūc si postea frater testamentum conderet, & aliquid sorori relinqueret, illud legatū sorori factum non veniret detrahendum de legitima matris, nec minus ex toto patrimonio; sed illud veniret ab hæredibus soluendum, vt fuit dictum in *Romana legitimæ de Vrsinis 23. Iun. 1585. coram Card. Blanchetto, & in Asculana legitimæ 2. Decembris 1588. coram Bubalo, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 39. nu. 16.*

146 Declara 2. prædictā secundā opinionem non habere locum, veluti si statutum exciperet legitimam pro matre: quia tunc ea non esset tertia totius, sed solum illius, quod esset habitura ab intestato, vt ait *Alex. cons. 197. nu. 6. lib. 6.* & *Rot. in d. Perusina de Oddis corā Card. Mellino, & prius in illa Asculana legitimæ 2. Decemb.* 1588. *coram* R. P. D. *Bubalo.*

147 Extende eodē modo procedere, quando pater vocaretur ad hæreditatem filij ex testamento, siuè ex statuto, & matri reseruaretur legitima: quia tunc ea esset tertia dimidiæ, vt ait *Rota ibi coram Card. Mellino.*

148 Declara tertiò eam opinionem non procedere, quando testamentum filij non posset sustineri; & sic esset nullum ex eo: quia mater ab eo fuisset præterita: quia tunc fratres ab intestato succederent; sed matri deberetur legitima, quæ esset tertia illius, quod esset ab intestato habitura, vt ait *Non. cons. 20. num. 14. & 15. & Rota ibi supra coram Card. Mellino.*

149 Sub declara tamen illud non esse verum, quod scilicet testamentum illud esset nullum ob matris præteritionem, quādo clausula codicillaris adesset: quia dicta clausula operatur, vt ea præterita censeatur rogata hæreditatem scripto hæredi restituere detracta tamen eius legitima, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. c. 448. n. 8. & seq.*

150 Declara quartò, quòd scilicet neque matri debeatur legitima in bonis filij, quando ab intestato esset à statuto ab illius hæreditate exclusa; quia tunc censeretur etiam à legitima exclu-

exclusa iuxta communem opinionem, de qua testatur *Tiraquel. de Iure primogenit. quaest. 55. Rolan. cons. 62. num. 52. & 53. lib. 3. Put. decis. 38. lib. 3. Gratian. lib. 1. discept. cap. 178. num. 14. & Rota ibi coram Card. Millino in dicta Perusina de Oddis.*

151 Contrarium, quòd scilicet mater per statutum ab haereditate filij exclusa non censeatur à legitima, & sic quòd ea debeat habere tertiam partem totius haereditatis filij, fuit dictum in *Romana de Lante 17. Maij 1587. coram Clemente Octauo, & est decisio in hac materia videnda 421. par. 4. nouissim. coram* R. P. D. *Bubalo et est quoque penes Merlin. decisione 39. num. 18.*

152 Quod tamen intellige verum, quando statutum prorsus matrem excluderet à successione filij: quia tunc mater deberet habere tertiam totius assis. At secus si statutum illi suam legitimam reseruaret: quia tunc ea tertiam partem illius portionis haberet, quàm esset consecutura si non esset exclusa à statuto, veluti ita distinguendo, ait *Rota in d. dec. 39. n. 4. et 5. penes Merlinum.*

153 Declara quintò, quòd mater excludatur à legitima per expressam pupillarem substitutionem, licet secus sit per fideicommissariam, vt ait *Afflict. dec. 310. Viuius decis. 405.* Gratian. *lib. 2. disceptationum cap. 275. & Rota in una Romana fideicommissi, seù legitimae 22. Martii 1596. coram* Card. *Mantica, quae est in eius impress. decis. 367. num. 1. & dec. Pedem. 57. num. 20. & 21.* & *Rota per Buratt. decis. 84. num. 7.* & ibi per addentem, habebis, quibus verbis inducatur pupillaris, & multa alia in materia, idemque ait *Rot. penes eundem Buratt. dec. 102. confirmata à* Rota *coram* Card. *Sacrato sub die 22. 1617.*

154 Et nota, quòd expressa etiam dicitur substitutio, quae ex verbis generalibus in compendiosa comprehenditur, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 979. num. 40. Surd. dicta decis. 273. num. 3. Milanen. decis. 11. Puteus decis. 14. lib. 2. Ioseph. Ludouis. decis. Perus. 12. Surd. decis. 37. num. 8. Rota dicta decis. 367. n. 10. & seq. coram* Card. *Mantic. idem Put. decis. 35 t. in princ. lib. 3.* & ita fuit quoque decisum in F*irmana hered. satis Mercurij 21. Decembris 1619. coram R. P. D. Dunozetto, & prius in Fulginaten. legati 25. Martii 1615. coram Pamphilio.*

155 Et ratio est: quia in compendiosa substitutione continetur pupillaris, non ex legis interpretatione, sed ex praesumpta testatoris voluntate, vt ait *Peregr. de fideicom. art. 34. num. 14.*

156 Extende primò, id eò magis procedere, quando compendiosa esset verbis directis, aut communibus concepta, vt ait *Rota decis. 373. num. 5. & decis. 431. n. 6. par. 2. in recent. & Mantic. dec. 367. num. 10.* quòd tamen declara procedere, quando in compendiosa per verba communia fuisset facta expressa mentio pupillaris aetatis, & praesertim si constaret de mente testatoris, quòd scilicet voluerit pupillariter substituere, & taliter substituere voluisse praesumitur pater, quando mandat filio in pupillari aetate decedente omnia sua bona restituere, sine legitimae, & trebellianicae diminutione. Secus autem, quando in compendiosa facta impuberi per verba communia, & restricta solum ad bona testatoris: quia tunc non contineret pupillarem directam, sed ea esset omni tēpore post aditam hereditatem fideicommissoria, vt latè fuit deductum à *Rota per Burattum in sua decisione 84. num. 8. et seq.* & ibi per addentem, & *dec. 102. confirmata sub die 22. 1617. coram Cardinali Sacrato.*

157 Item secus si per verba obliqua, quae fideicommissum inducant, licet in dubio ea sint existimanda directa, & non obliqua; quando tamen necessitas aliud in contrarium non suaderet, vt ait *Rota per Gregorium XV. decis. 132. num. 2. & decis. 207. num. 8.*

Rursus secus esset, quando essemus in pupillari, partim tacita, & partim expressa, siue in pupillari tacita in vulgari expressa contenta; quia tunc, neque mater, neque alij ascendentes excluduntur à legitima, & praesertim quando mater, & alij ascendentes essent valdè inopes: quia tūc, neq. etiā per pupillarē expressam excluderentur à legitima, vt fuit decisum à Rota *in Salamantina praestimonii ven. 5. Decembr. 1614 coram Buratto, quae est in eius impress. dec. 84. num. 18. & 19.* & ibi per Dūm meum addentem.

Extende

158 Extende secundò illam quintam declarationem eò magis procedere, quando in compendiosa fuisset addita clausula (vulgariter pupillariter, & per fideicommissum) quia tunc mater dicitur exclusa à legitima, vt ait *Thesaur. decis.* 200. *nu.* 8. cum ibi allegatis.

159 Extende tertiò, quando testator prohibuit bonorum alienationem, & ea integra restitui mandaret; quia tunc præsumitur testatorem voluisse excludere matrem à legitima, vt ait *Rota dec.* 639 *num.* 6. *par. prima in recent.* veluti etiã præsumeretur eam voluisse à legitima filij excludere, si testator piam causam substituisset, siue si illam magis, quam vxorem dilexisset; quod enim dignoscitur in tractando vnam melius, quam alteram, in relinquendo. Item quando testator prohibuisset filium, quamuis infantem penes matrem non educari, sed potius ab extranea vxore à tutoribus eligenda ali. Vltimò, si intra annum luctus ad secundas nuptias transiret, quia per talem conuolationem luget anima mariti, vt pulchrè ait *Rota per Card. Mantic. d. dec.* 367. *num.* 2. *cum seqq.*

160 Contrarium autem, quando verba testatoris non ad hereditatem, sed ad personam essent directa; siuè etiam quandò ad bona propria dictus testator se restrinxisset: quia tunc matrem non excluderet, & præsertim si pro ea aliæ coniecturæ concurrerent, vt ait *Rota per Card. Mantic. decis.* 367. *num.* 8. & *in recentior. decis.* 373. *num.* 11. *par.* 2. *Surd. decis.* 273. *num.* 7. & *Rota decis.* 639. *par.* 1. *in recentior. num.* 5. & *seqq.*

161 Et verba tunc dicuntur ad personam referri, si testator dicat (decedente filio meo sine filijs ei substituo Titium,) vt ait *Marescott.* & *Rota mox citan. in decis.* 181.

162 Veluti etiam ad bona propria se restrinxisse dicitur, quando fuerit dictum de bonis suis, siue bonis eius, vt ait *Rota decis.* 181. *num.* 9. & 10. *alleg. à Marescot. variarum resolutionum cap.* 139. *nu.* 3. & *seqq.*

163 Sed tenendo secundam opinionem, extende eam procedere, si dictum fuisset, quod eius bona remaneant, aut vadant cum similibus: quia tunc verba illa vti in tertia persona prolata ad testatorem referuntur, veluti etiam si fuerit dictum in omnibus suis, & quibuscunque bonis: quia tunc ea ad bona patris essent restringenda, & sic ad fauorem matris interpretanda, vt ait *Marescot. ibi supra,* & *Rota d. dec.* 181. & *dec.* 639. *n.* 7. sed alio modo distinguit *Card. Mant. in d. dec.* 367. *num.* 8. de eo verbo (substituit, et succedat) dicens, quod illud obliquetur si restringatur ad bona, Et verò directum si referatur ad personam, veluti etiam semper verba directa censentur, quando alterius ministerium non requirunt *Rota decis.* 639. *num* 3. *par.* 1. *recen.*

164 Declara tamen eam non procedere, quando testator in prouidendo de hæreditate indiffinitè fuerit locutus, & in institutione dixisset velle disponere de suis bonis: quia tunc cum substitutio diceretur sine vlla restrictione facta, igitur fideicommissarium non importaret, sed directam, nisi tamen, se ad sua tantum bona restrinxisset, vt ait *Rota per Cardin. Mantic. d. decis.* 367. *num.* 4. & *in Cesenaten. bonorum* 1596. *coram Card. Plato* & *in Romana successionis* 11. *Martii* 1596. *coram Card. Pamphilio,* & *in Romana legitima* 24. *Martii* 1613. *coram Card. Verospio,* licet *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 275. *num.* 24. & 25. dicat, quòd in dubio magis sit fauendum matri, quam substituto: ita vt à luctuosa filij successione excludi non debeat, *text. est in l. fin. C. de instit. & substit.* & *l. qui duos* §. 1. *ff. de rebus dub. Cephal. cons.* 433. *nu.* 12. *lib.* 3. *Soccin. Iun. cons.* 23. *num.* 11. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 144. *n.* 7. *lib.* 3.

165 Subdeclara tamen id non esse verum quando substitutio pupillaris esset facta in forma legati, siue particularis fideicommissi; quia tunc mater a dicta legitima non excluderetur, vt benè ait *Afflict. in dec.* 310. & *Riccius in sua collect.* 841. *propè medium par.* 4.

166 Extende hanc subdeclarationem eò magis procedere in eo fideicommisso, quando filius esset grauatus restituere, postquam pubes esset effectus; quia tũc ne dum legitimam, sed etiam trebellianicam mater detrahere deberet, vt ait idem *Afflict. dec.* 367. *in fine. Papon. lib.* 20. *tit.* 3. *arrest.* 40. & *Riccius ibi supra,* & *Mantic. dicta dec.* 367. *num.* 4.

167 Declara sextò principalem conclusionem,

sionem, quod neque matri debeatur legitima, quando ab intestato succedit, sed tunc sua portione debet esse contenta, habito respectu ad numerum personarum ad eam hæreditatem concurrentium, vt ait *Maynardus decis.* 87. *par.* 2. & *Boer. decis.* 189.

168 Declara septimò, quòd licet matri in bonis filiæ debeatur legitima; tamen quando statutum defert medietatem dotis marito, tunc non debetur eius legitima in illa dimidia, sed maritus prius eã consequitur, & postea mater super residuo hæreditatis suã legitimã capiet, quæ erit solum tertia pars dimidiæ, & sic tertia illius, quod ea esset ab intestato habitura, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano lib.* 2. *discept. cap.* 300. *num.* 33. & 34. & *Acchil. de Grass. decis.* 118. *num.* 1.

169 Declara octauò procedere, quando filius, siue filia haberet filios, licet etiam essent naturales; quia tunc matri legitima non debetur, vt ait *Rota per Cassad. decis. vnica titul. de success.* & *Ricc. in sua Collect.* 841. *p.* 4.

170 Declara nonò, quando mater transiret ad secunda vota; quia tunc filijs ab intestato non succedit, etiam in legitima alijs fratribus existentibus, vt ait *Boer. decis.* 185. & *Ricc. in dicta collect.* 841. *par.* 4.

171 Quod tamen intellige verum, quando colligeretur conuolationem illam futuram esse marito odiosam, at secus si è conuerso; quia in primò casu, nedum à legitima, sed etiam ab omni alia successione censeretur exclusa *Mantic. dec.* 367. *num.* 14. quod etiam extende procedere, licet matrimonium inualidum contraxisset; quia pœne secundo nubentium extenduntur etiam ad nuptias nulliter contractas, vt ait *Grat. lib.* 1. *discep. c.* 5. *n.* 34. & *seq.*

172 Secus tamen esset in secundo casu, nempè, quãdo conuolatio non esset viro odiosa· quia tunc mater per conuolationem illam ad secunda vota legitima non esset priuanda, *Honded. cons.* 75. *num.* 37. *lib.* 1. veluti eodem modo dicendum venit de Iure Canonico *Boer. decis.* 186. & *Peregr. de Iure fisci lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 4.

173 Extende prędicta quoque procedere, si ea tutorẽ nõ petierit filijs, ac eis in effectu deputari illum non curauerit, nec rationem administrationis reddiderit, & reliquatum non soluerit; quia tunc ea legitima priuabitur, & omnes alias pœnas pateretur, quibus ea subijceretur si ea intra annum luctus nupsisset, vt ait *Peregr. de Iure fisci lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 1. *Barb. consil.* 67. *vol.* 3. *Decian consil.* 35. *lib.* 1. *Bald. consil.* 140. *lib.* 1. *Castren. cons.* 154. *num.* 1. *lib.* 2. *Seraph. dec.* 830. vbi ait secus esse si ab ea causa excusationis in non petendo tutorem probaretur.

174 Subextende quòd vltra amissionem legitimæ, etiam tutela esset priuanda, quando tamen in legitima, & datiua essemus at secus si in testamẽtaria: quia tunc vltra quod mater non teneretur satisdare, cum pater de ea fuerit confisus, deinde neque etiam tutelam illam iterum nubendo amitteret, vt ait *Mastril. decis.* 73. *Guid. Pap. dec.* 330. *Boer. dec.* 22. & *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 668. *numero* 12. *cum seqq.* & *prius lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 12. *cum seqq.* & ibi multa in hac materia inuenies.

175 Fallit tamen prædicta extensio multis modis, & primo quando mater postquam transiuit ad secunda vota ex Principis gratia fuisset restituta·Secundo, quando re vera mater debitrix non esset filij; Tertiò si mater ex statuto reperiretur ab vniuersali successione exclusa, sed ei legitima fuisset reseruata: quia tũc per transitum ad secundas nuptias, etiã non petito tutore ea legitimam non amitteret; Quartò si mater iterum effecta vidua inueniret adhuc filium non habere tutorem: quia tunc illa ad tutelam, & per consequens ad filij successionem esset reintegrãda; Quintò si mater quando ad secundas nuptias transiuit erat minor 25. ann. Sextò si mater nupsisset de voluntate prædefuncti sui viri; Septimò quandò mulier esset rustica: quia tunc aduersus eas omissiones esset restituenda, Octauò quando filius iam esset in adulta ætate constitutus, cum Iura loquantur de Impuberibus, & non de adultis; Nonò fallit quando pupillo fuisset destinatus substitutus; quia tunc ille, & non mater teneretur tutorem petere vt dicunt Doctores allegati à *Merlino*

in

in suo tract. de legitima lib. 4. tit. 2. q. 4. per totam, Surd. dec. 106. n. 2. & Gramat. dec. 54. per totam.

176 Extende præterea, quòd ad repellendam matrem à successione filii, ob non petitum tutorem infra annum ex causa mortis naturalis, vel ciuilis patris, tunc est probanda illius scientia certa facti cum suis qualitatibus, dum hic tractetur de inducenda mora, & pœna infligenda, vt ait *Put. decis. 6. de probat.* & 147. *lib. 1. Veral. dec. 35. nu. 6.* & *decis. 116. lib. 1. Franch. dec. 164. n. 4. Mubed. dec. 160. & 169.* Rota *dec. 21. de dolo & contum. in antiq. Card. Seraph. dec. 991. n. 1.* & *seq.*

177 Subextende, quòd si dicta probatio non esset facta cum qualitate scientiæ, tunc diceretur æquiuoca, & non concludens, nec per consequens sufficeret, idem *Card. Seraph. decis. 916. cum ibi allegatis.*

178 Subextende secundò, quòd neque sufficit probare lapsum anni, nisi etiam probetur euenisse casum ob quem esset petendus tutor, idem *Seraph. dicta decisione 916.*

179 Subextende tertiò, quòd etiam non sufficiat scire, quòd pater fuerit per sententiam damnatus, nisi etiam mater sciat qualitates, ob quas filius patriam potestatem amiserit, idem *Card. Seraph. dec. 852. n. 10.*

180 Subextende quartò, quòd tempus anni datum matri ad petendum tutorem pupillo est vtile, & non currit nisi à die scientiæ, & meritò, quidem cum illud sit sub poena priuationis inductum à lege, idem *Seraph. dd. decis. 852 & 916 num. 2. & 4.*

181 Declara decimò non procedere quãdo mater esset instituta à filio in duabus partibus hæreditatis, quas consuetudo dat agnatis, vt ait idem *Boer. in decis. 85. per totam.*

182 Subdeclara tamen, quòd legatum factum matri per filium est ei in legitimam imputandum: quia illud animo compensandi factum censetur, siue fuerit relictum titulo legati, aut alio quocumque titulo institutionis, vel in vim modi, aut conditionis, quæ tempore mortis non fuerit purificata, vt dicunt *Surd. cons. 388. n. 18. & seqq. Menoch. cons. 206. n. 86. lib. 3. Grat. lib. 3. discept. cap. 448. num. 12. & 15. & Aflict. dec. 44. nu. 9.*

183 Sed redeundo ad propositionem dictæ regulæ tertiæ super eo firmatæ quibus personis legitima competat.

184 Extende secundò eam quoque deberi nepoti ex filio in bonis Auiæ, vt fuit decisum *à Rota in Romana legitimæ luna 6. Februarii 1612. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 539. num. 1.*

185 Subextende pari modo, & è conuerso procedere, nempè eam quoque deberi Auiæ in bonis nepotis, siue neptis, & ea debet esse tertia totius, iuxta opinionem Butrigarii, sed iuxta illam *Bart.* est tertia tertiæ, veluti fuit dictum de matre, ait *Franch. decis. 63. num. 1. & 10.* & veluti fuit superius latè deductum, idemque tenet *Rota in decisione 479. num. 7. par. 1. in recentior.* & *Gratianus in lib. 5. discept. cap. 942. num. 2.*

186 Vndè nota, quòd relictum factum ab Auo nepoti, siue nepti pro toto, & omni eo, quod prætendere posset in bonis, & hereditate, tàm patris, quàm Aui, & nedum respectu legitimæ, sed etiam Trebellianicæ, & alterius cuiuscumque portionis sibi debitę, vel debendæ in futurum quacumque causa, & occasione, tunc illud relictum sapit naturam legitimæ, illudque ad hæredes erit transmissibile, vt fuit decisum in *Casenaten. bonorũ 26. Iuna 591. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 959. num. 2.*

187 Extende tertiò, eam quoque fratribus deberi, quando turpis persona ab altero fratre fuisset instituta, & tunc ea esset quarta totius, vt ait *Afflict. in sua dec. 204. num. 4. vbi Vrsil. num. 1. & seq.* & Rota *per Greg. decis. 271. per totam* & ibi docet, quando frater post acceptationem legati possit Testamentum alterius fratris quærelare, & quando non.

188 Declara tamen id esse verum, dummodo turpitudo personæ probetur, alias secus, & ad hunc effectum turpis persona dicitur filius spurius, ita vt ob illius institutionem frater posset testamentum alterius fratris inualidare, veluti

fuit

fuit late deductum à *Rota in Romana hæreditatis de Bonellis luna 26. Iun. 1606 coram Greg. XV. quæ est in eius impressis decis. 271. num. 17. Thes. decis. 126. & Gratian. discept. cap. 448.* & ibi docet quanta isto casu debeat esse legitima.

189 Extende igitur, quòd spurius tàm de iure ciuili, quàm Canonico nullam legitimam prætendere potest à patre, sed benè ab eo alimenta capit, veluti latè dixi in verbo Alimenta, & ratio est: quia spurius ex quauis dispositione, siue ex testamento, siue ab intestato, non potest capere à patre, vt ait *Ludouic. dec. Perus. 18. num. 28. & seqq. Rota decis. 1168. par. 3. nouissim. & Thes. dec. 126. per totam.*

190 Secus tamen esset in filio nato ex soluto, & soluta etiam Meretrice: quia ille est capax bonorum patris, etiam de Iure ciuili, vt ait Ro*ta dicta decis.* 1168. *num. 2.* & ratio est: quia spurius nascitur ex coitu à lege damnato, quod non contingit in filio ex soluto, & soluta nato, vt ait *Rota ibi supra num. 3.* licet *dictus Thesaur. ibi supra in fine* limitet, non procedere, quando spurius esset Illustribus qualitatibus decoratus, vel quando filia spuria esset viro nobili in matrimonium collocata, cum habeamus, quòd mulier radius viri illustretur, veluti quoque è conuerso procedit, quòd scilicet mulier nobilis plebeio nubat, quia ipsa quoque ignobilis efficitur, *Guid. pap. dec.* 480. & *Rota in Giennen. portionis luna 5. Nou. 1607. coram Card. Caualerio.* Secus verò in bastardo, quia ille nulla gaudet nobilitate, etiã si a nobilibus descendat, & propterea videmus, quòd bastardi non veniunt appellatione nobilium, siue simus in fauorabilibus, siue in odiosis, cum tales nullam cognationem, & agnationem retineant, vt fuit dictum à Ro*ta in vna Veneta legitimitatis 26. Aprilis 1602. coram Cardin. Pamphilio, & in alia Ianuen. Iuris patronatus. 13. Martij 1606. coram* R. P. D. *Litta, & Doctores allegati à Gratiano lib. 3. discept. cap. 554. num. 51.* licet sit benè verum, quòd quis non dicitur insuccessibilis ex eo: quia sit ex damnato coitu natus, quando agitur non de succedendo patri, sed fratribus, siue alijs collateralibus; nam natus ex illicito coitu, licet reprobato, sed non tamen pœna temporali punibili, numquam excluditur à successione transuersalium de Iure communi, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 1282. num. 7. & 9. & Thes. decis. 126. num. 6.* & eò magis, (vt superius diximus) quando spurius virtute, & dignitate esset decoratus: quia tunc inter transuersales hæres institui non prohibetur. Immò tunc quærela locum sibi non vindicaret in eo, vt ait *text. in cap. nunquam de vitijs 56. dist.* ibi in illis verbis natus ex meretrice, si propria virtute decoretur, parentum non dedecoratur opprobrijs; quòd procedit etiam si sit filius Sacerdotis: quia si cæteræ virtutes in eum conueniunt, ille non reijcitur, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus, vt ait *text. in cap. apostolica dicta dist. 56. & Thes. ibi supra num. 6.*

191 Subextende idem procedere, siue proles legitima extet, siue non, vt ait *Rota dicta decis.* 1168. *par. 3. nouissim. & in 4. part. decis. 747. Card. Seraph. decis. 58. & Rota in Bonon. alimentorum 28. Maii 1598. coram* R. P. *D. Penia.*

192 Secus autem in filijs spurii, qui possunt etiam ab auo institui, nec non etiam ab aliis agnatis, & præsertim si soboles legitima non extaret, & dummodo id contemplatione spurij non fiat, *Perege. de Iure fisci tit. 18. num. 47. Boer. decis. 127. num. 16. Capic. decis. 181. num. 4. & Rota dicta dec. 1168. p. 3. nouissim.* & institutio spurij eo magis esset admittenda, quando talis spurius esset virtute, & dignitate decoratus, vt superius dixi, & veluti ait *Thes. dicta decision. 126. num. 6.*

193 Iterum declara in materia probandæ turpitudinis personæ institutæ procedere, si illud ius querelandi ante elapsum quinquenium proponatur. Nam eo elapso, illus ius præscriptum censetur, vt latius superius diximus, & vt ait Ro*ta per Greg. decis. 338. in fine, & decis. 668. part. 1. nouissim.* & ita quoque fuit dictum in Roman*a legitima luna 17. Ianuarii 1613. coram Card. Caualerio,* vbi aliæ decisiones allegantur in hac materia.

194 Subextende eodem modo procedere,

dere in Institutione facta de aliqua meretrice, vel alia simili persona, nisi tamen ea esset testatori coniuncta, vel consanguinea: quia tunc dicta turpitudine non obstante posset ea persona ab vno fratre altero inuito, & excluso hæres institui, *iuxta doctrinam Marsil. in l. 1. num. 193. C. de rapt. Virg.*

195 Fallit tamen, quando persona, quæ dat de nullitate testamenti ob turpis per sonæ institutionem, ea quoque esset inhonesta: quia tunc valeret ea regula, vt quis eos mores, quos in se ipso approbat, non possit in alijs ad sui fauorē reprobare, & sic illi meritò tūc dici posset [Medice cura te ipsum] veluti eo modo à simili dici potest de periurio, qui licet amplius ad iurandum non admittatur, etiam peracta pœnitentia, id tamen secus esset contra alium periurum, quia tunc ille admitteretur contra eum ad iurandum; cum paria delicta mutua compensatione tollantur, iuxta ea, quæ tradit *Vrsil. ad Afflict. in decis. 36. num. 1. & in dec. 204. num. 5.*

196 Contrarium licet dicat idem *Afflict. ibidem sub num. 3.* vbi ait, quòd periurus ille dici non potest, quando satisfecit confessus est, & pœnituit, subdens præterea, quòd mala fama de preterito non denigrat vnum nunc in bona reputatione existentem, vnde videmus, quòd filia, quæ in corpus suum peccauit, non potest à patre exhæredari, si indè pœnitentiam egerit, vt superius diximus, & vt ait *Merlin. de legitima num. 4. tit. 1. quæst. 5. & 6. num. 15.* quia cum actio Christi debeat esse nostra instructio, & sic quemadmodum Christus nunquam gremium peccatori ad se redeunti claudit, ita quoque pater debet facere cum filio, cum humanum sit peccare, sed Angelicum emendare. Immò isto casu potest filia paternum vitium parentibus obijcere, & licet alij dicant, id solum in matre procedere, non autem in patre; ego verò teneo id esse verum in vtroque: quia dispositum in vno ex correlatiuis, habet locū in alio, & præsertim regula ista ex maioritate rationis ad fauorem matris procedere debet, cum sit magis verecundum detegere turpitudinem in muliere, quàm in viro, & ratio est: quia præcipuum ornamentum mulierum est pudicitia, vt dicunt Doctores in *l. si quis Illustris. C. ad orfician. idem Vrsil. in dicta dec. 36. num. 1. & seqq. & Merlin. de legitima lib. 4. tit. 1. quæst. 5. nu. 12. & 13.*

197. Ratio autem prædictorum ea esse præcipuè videtur: quia pœnitentia maculam abstergit, ita vt filia ea peracta amplius exhæredari non possit, vt dicūt DD. allegati à *Merlinò in præcitato loco, & ibidem in quæst. 7. nu. 1.* & pulchrè *Rota per Gregorium in sua dec. 201. & ibi per addentes.*

198 Concorda tu tamen illas opiniones super eo versantes, quando pœnitentia peracta tollat, vel non tollat maculam, & peccatum, quòd scilicet prima opinio procedat, quando infamia alicuius esset per sententiam irrogata: quia tunc ea per pœnitentiam non tolleretur. Secunda verò procedit, quando alias, quā per sententiam esset irrogata, & ratio istius differentiæ ea est; quia acta faciūt rem perpetuo esse notoriam, adeò vt talis persona semper, & perpetuò diffamata remaneat; quod non contingit in iniuriato extra acta: quia talis infamia facile per obliuionem tolli potest, cum labilis sit memoria hominum, veluti dixi in verbo Acta, & *Afflict. d. dec. 36. in vltimis verbis.*

199 Rursus concorda, quòd scilicet prima opinio procedat, quando infamia tangeret statum atque personam patris. Secunda verò, quando secus, nisi tamen essemus in filia, quæ vitam monasticam posteriorem profiteretur, siue quando consensus patris accederet: quia tunc macula filij amplius ei non officeret, siue etiam si furor filio superueniret: quia tūc ille faceret causam ingratitudinis cessare, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino dicto lib. 4. q. 5. num. 16. & q. 7. nu. 1. & seqq. de legitima*. Et ratio prædictæ rationis est: quia illi, qui incipiunt sub Dei vexillo militare, atque profiteri, tunc nobiles efficiuntur, & quoad ius succedendi prorsus habiles redduntur, & sic filij de spurijs fiunt legitimi, saltem ad sacros Ordines, & dignitates Monasticas consequēdas, queadmodū monachatus maculā etiā irregularitatis abstergit, vt ait *Marsil. in rubr. de fideiuss. q. 12. & in suo singul. 273. per totum, & Merlin. d. q. 7. n. 3. & seq.* vbi plures DD. allegat.

Con-

200 Contrarium licet aliqui dicant in materia superuenientis furoris filij citati à *Merlino ibi supra dicto q.5. num.* 18. & *quaest.*20. *num.*45. sed prima opinio magis mihi placet, & ratio est, quia tūc filius satis suo furore punitur, vltra quod malum valdè esset addere afflictionem afflicto, illum quoq. sua legitima priuando, *Doctores in l. Diuus ff. de offic. Praesidis*, vbi habetur, quòd furiosus nulla poena punitur, etiam si patrem occideret ob eam rationem; quia satis suo furore puniri videtur.

201 Sed hic obiter erit notandum, quòd vnus ex his tribus potissimum in Iure indignus atque suspectus redditur, nempè ob paupertatem, ob malos mores, & ob improbitatem anteactae vitae, vt ait *Andreas Gayl. Practic. obseruat. obser.* 148. *n.* 7. vbi loquitur de testibus qui de Iure reprobantur ex praedictis.

202 Declara praeterea dictam tertiam extensionem non procedere, quando fratri aliquid esset ab alio fratre relictum, quia tunc non posset in totum illud testamentum rumpi, sed fratres ad supplementum legitimae agere possent, quae est quarta in bonis fratris, vt iam diximus, & veluti ait *Afflict. in sua decis.* 204. *num.*4. & *Vrsil. ibidem nu.*1.

203 Extende quartò dictam tertiam regulam procedere quoque in filio naturali legitimato simpliciter, cui legitima debetur, vt fuit latè deductum *à Rota in decis.* 653. *num.* 3. *p.*1. *in recentior.* & in alia *Romana legitima* 16. *Decembris* 1616. *coram* Card. Sacrato, Card. *Seraph. decis.* 321. *num.*17. *decis.*801. *num.*8. & ratio est: quia legitimati continentur sub appellatione legitimorum, & naturalium & praesertim si legitimatio natiuitatem filiorum legitimorum, & naturalium praecessisset; secus tamen quando fuisset dictum de filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, vt ait *Seraph. dec.* 1329. *num.*6. & 7. Quinimmò extēde illos nedum comprehendi sub casibus mentionem specialem requirentibus. idem *Card. Seraphinus decisione* 325. *num.* 16. Verumetiam sub statuto de liberis simpliciter loquente ad exclusionem foeminarum, licet etiam si illud diceret de filiis legitimis, & naturalibus, & praesertim statutibus facultatibus dominorū de Cāpegiis, vt fuit resolutum *à Rota in Bononien. successionis Mercurii* 11. *Feb.* 1595. *coram Card. Pamph.*

204 Subextende primò, quòd immò duas quartas detrahit legitimatus, & praecipuè quādo per matrimonium subsequens fuisset legitimatus, vt ait *Alex. cons.* 139. *lib.*1. *Paris. cons.*55. *col.* 1. *lib.* 3. *Peregr. de fideicom. art.*23. *num.* 28. *Benedict. de Plum. in disputat. incip. statuto Pisano dubio* 3. *idem Peregrin. artic.* 24. *in princ. & Mangil. in tractat. de imputat. & detract. quaest.* 83. *num.*56.

205 Subextende secundò, eò magis procedere, quando ille fuisset legitimatus in amplissima forma, & cum plenitudine potestatis à Principe, siue à Papa, quia tunc ei legitima debetur perinde, ac si de legitimo matrimonio fuisset procreatus, vt ait *Rota decis.* 626. *num.*1. *par.*2. *in recentior. & in* 1. *par. in dicta decis.*653. *num.*5. Et tunc in ampla forma, & cum omni plenitudine potestatis legitimatus censetur, quando fuit derogatum legibus legitimationi contradicentibus, vt docet *Peregr. de fideicom. art.* 23. *num.* 57. *Costa in suo tract. de port. quaest.*238. *num.*9. *Rota ubi supra*, & *per Card. Seraph. dec.*1329. *n.*7. *cū seq. & in Bonon. successionis Mercurii* 11. *Februarii* 1595. *coram Card. Pamph.* licet sit benè verum, quòd si sit legitimatus aliquis tali modo à Papa, non ob id tamen talis legitimatio de spurio facta trahitur ad bona in Terris imperii sita, *Dec. consil.* 557. *n.* 9. *Cephal. cons.* 23. *num.*77. *HondED. cons.*63. *num.* 26. *lib.*1. *Ruin. cons.*67. *n.* 13. & *cons.*77. *num.*3. *lib.* 3. *Alex. cons.* 67. *num.*8. *lib.*1. *Socin. Iun. consil.*100. *num.*15. *lib.*2. *Anchar. consil.* 321. *in* 1. *quaest.* Rota per Put dec.86. *lib.*1

206 Extende id in tantum esse verum, vt propterea si à Papa fuerit facta legitimatio ad feuda ex pacto, & prouidentia, cum verbis generalibus, & amplissimis, & cum derogatione Bullae Pii V. tunc intelligeretur praeiudicatum agnatis etiam substitutis vocatisque sub ea conditione si grauatus decessisset sine filiis legitimis, & naturalibus, etiam si illi vigore cuiusuis Inuestiturae essent ad ea vocati, vt ait *Card. Seraph. dec.* 340. *n.*1.

Marescot.

Mascard. variarum resol. lib. 1. cap. 15. Peregrinus de fideicommiss. artic. 23. nu. 11. Hondedeus pulchrè ait consil. 37. lib. 2 Borell. in summa decisionum tit. 33. num. 49. latè Rota decis. 41. parte prima recent. Seraphinus decision 34. & *decisione 1321 & decisione 1358. per totam*, & pulchrè fuit deductum in *Sabinen. Montis Rotundi luna 1. Iun. 1627. coram Coccino.*

207 Alias si talis ampla facultas in legitimante non adesset, tunc legimatus ab emphiteusi ex pacto, & prouidentia, & præsertim ecclesiæ tanquam illi vti speculo honestatis odibilis excluderetur, & præsertim ex *Bulla Pii V. 120. in Bullario, ut ait Rota decis. 214. parte 2. nouiss. et d. decis. 41. par. 1. in rec.* & ibi Dñi latè discurrunt, & *Seraph. decis. 325. ferè per totam, sed in num. 4.* ait, quòd sufficit, quòd solum à Papa exprimatur illegitimum ad feuda habilitari ex pacto, & prouidentia; secus verò, quando ecclesia vellet illegitimum infeudare: quæ potest, cum id totum pendeat à voluntate Prælati concedentis, de qua enim satis constare diceretur, si ecclesia, cum illegitimo contrahat: quia tunc censetur habere notitiam suarum qualitatum, vt dicunt Doctores allegati in dicta *Sabinen. Montis Rotundi luna 5. Iulii 1627. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

208 Subextende eò magis procedere, quando in fine legitimationis adesset clausula generalis post specificata: quia tūc omnes casus cōprehenderentur, qui indiuidua expressione indigerent, vt ait *id. Seraph. dec. 325. n. 11.* Immo id procedere etiā, quando fuisset omissum narrare, quòd inuestiendus esset duplici modo spurius, & ratio est; quia ex prædictis amplissimis, & prægnantibus clausulis apparet Papā voluisse omnes defectus sanare, nec voluisse solum legitimationē ad expressa, sed etiam ad tacita restringere, veluti de huiusmodi clausulis id importātibus docet *Rota in d. Sabinen. Montis Rotundi coram Reuerendissimo Coccino Decano.*

209 Subextende secundò, quòd legitimatus hoc modo iura suitatis successionis ab intestato acquirit; nec non etiā ius dicē di nullū testamē tum patris ob præteritionē, vt ait *Rota dec. 653. n. 2. p. 1. recent.*

210 Animaduertendo insuper, quòd eadē ratio militat in legitimatis ab Imperatore respectu bonorū temporaliū, quæ militat in legitimatis à Papa respectu ecclesiasticorum, *vt ait Card. Seraph dec. 45. n. 3.*

211 Contrariū tñ quando fuisset legitimatus cum coarctione, & sic cum illa clausula (sine præiudicio venientium ab intestato) quia tunc eam legitimatus consequi non posset, licet addentes ad *Greg. in sua dec. 135. num. 20.* dicant hinc inde magnam controuersiam esse inter DD. in hac materia, quos cumulat præcipuè *Paschal. de patria potestate par. 2. cap. 4.* per totum. Item prædicti addentes testantur ibi supra huiusmodi articulum in Rota indecisum remansisse in illa *Romana legitima de Sotis coram* R.P.D. *Manzanedo*; licet contra legitimatum tenuerint *Gratian d. scept. forens. cap. 496. num. 37. & seq. lib. 3. cap. 567. num. 2. Costa de portione rata quæst. 157. num. 3. Castil. de quotid. controu. lib. 4. p. 1. Mantic. de coniect. & interpret. vult. vol. cap. 22. num. 158. Capyc. dec. s. 12. num. 4. Rota decis. 98. num. 1. cum seqq. par. 2. in recent. & decis. 2. 3. & 4. de testam. per Cas. de Grass. & in decis. 64. num. 4. p. 1. in recent.* & fuit quoque dictum in *Romana supplementi legitimæ 5. Iunii 1617. coram R.P.D. Vbaldo, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 3. & idem lib. 3. tit. 1. q. 20. eod. tit.* ponit, quando legitimatus ex rescripto principis excludat fœminas, stante statuto earū exclusiuo, quem per te videre poteris, item facit *decis. 667. num. 3. par. 1. in recent.*

212 Extende hanc clausulam adeò valere, vt propterea legitimatus cum ea nō excludat substitutum in testamento ad fideicommissum vocatum neque etiam transuersales, vt ait *Rota dec. 145. num. 15. & decis. 282. num. 8. & 9. & decis. 360. num. 6. par. 1. in recent.* & id tantò magis procederet stante Bulla Pii quarti super legitimationibus, quæ est in Bullario 86. in ordine, nec non quando legitimatio esset contra mentem testatoris: licèt tamen aliquando facultas legitimandi à Principe detur, vt legitimati succedant, etiam contra voluntatem testatoris. Secus autem si legitimationes illæ fierent ex testatoris voluntate:

quia tunc non prçiudicant vocatis in testamento, quia eo casu non est legitimatio, sed mens testatoris, quç successionem tollit; animaduertendo tamen, quòd exclusio substituti, quç fiat ex mente testatoris, non est contra ius, & çquitatem, sed secundum ius, & çquitatem, vt ait *Rota dec. 388. n. 1. cum seqq. p. 1. in recent.*

213 Et nota, quòd in dubio quis legitimatus semper censetur cum illa clausula sine prçiudicio venientium ab intestato, etiã si ea in legitimatione non reperiatur scripta qñ comes, qui legitimauit non habebat facultatem legitimandi sine ea, vt ait *Rot. dec. 64. num. 1. p. 1. in recent.*

214 Fallit tamen, quando spurius legitimatus fuisset à testatore illegitimo; quia tunc substitutum excluderet, & eo magis si in alia parte testamenti alium il. legitimè natum, sibi similem vocasset; quia tunc non censetur sibi similem abhorruisse; item si in altera parte testamenti qualitatem legitimorũ naturaliũ, postea adiecisset in vno alio ab eo ad successionem vocato, vt ait *Rota decis. 388. n. 10. & seq. p. 1. in rec. vbi multa ait in hac materia, & idem fuit decisum in eadem coram eodem 23. Martij 1609. & in alia Ianuen. Iurispatronatus 23. Ian. 1612. coram Card. Pamph.*

215 Sed tenendo illam secundam opinionem, restringe primò, eam non procedere, quando extranei essent instituti, quia tunc legitimatus cum illa clausula, sine præiudicio venientium ab intestato contratabulare posset, & sic illius legitimam, siue eius supplementum petere: quia eo casu nullum fit præiudicium venietibus ab intestato; nam solum legitimato istud Ius denegatur, quando venientes ab intestato sunt instituti, veluti eodem modo dicitur de filiabus à statuto, ob masculos exclusis, quæ solum excluduntur quando filii masculi, & agnati instituuntur, at secus, quando extranei, quia tunc legitimam suam consequi poterunt, vt dicunt infiniti DD. allegati à *Grattano lib. 3. disceptation. cap. 567. nu. 3. & 4. & præsertim Crot. Rom. Costa, Handed. & & alii.*

216 Restringe secundò non procedere quin filius legitimatus possit ex testamento capere, id quòd alias ab intestato contra testamentum capere non poterat, dummodo id, quòd capit filiis legitimis non præiudicet, veluti fieret quando legitimatus capiendo, id quòd fuit ei relictum ex testamento eorum legitimam minueret, vt ait *Rota ibi coram Vbaldo*, & *per Put. decis. 302. num. 1. lib. 3.* Secus autem in dispensato tantum: quia ei legitima non debetur, veluti filio naturali legitimato, *vt ait Rota in Romana legitima coram Card. Sacrato qua est penes Merlinum de legitima decis. 62. num. 1.* & *prius in eadem coram Card. Verospio qua est decis. penult. eund. Merlinum 53.* & *dec. 63.* & *67.* & quando verba in legitimatione importent dispensationem, siue potius legitimationẽ, vt in dubio semper est præsumendũ tradit *Rot. in d. dec. 62. n. 1. & seq. coram Sacrato.*

217 Et in omnem euentum ad hoc, vt legitimis dicatur in aliqua dispositione præiudicatum, specialis mentio est necessaria, cum generalis, etiam ex amplitudine verborum non sufficiat: quia clausulæ amplissimæ non plus comprehendunt quàm principalis dispositio, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 1358. nu. 5.* & fuit dictum *à Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 15. Maii 1620. coram R. P. D. Manzanedo, qua est apud Merl. de legitima decis. 81.* vbi habetur id quoq. procedere in legitimatione facta à summo Pontifice, nec ibi fuit illud habitum in consideratione, quòd Papa cogitasset, vel cogitare potuisset in genere, sed specifica mentio erat necessaria, iuxta resolutionem Dñorum.

218 Contrarium tamen illi secundæ restrictioni diceretur, quando filius esset legitimatus, sed tamen ab intestato exclusus: quia tunc nullo modo testamentum patris impugnare valeret; vt fuit dictum in *Bonon. Apothecarum luna 24. Nouembris 1603. coram Gregor. XV. qua est in eius impress. decis. 135. num. 15.* & *Grattan. lib. 3. discept. cap. 496. num. 38. & Rota dec. 98. n. 7. par. 2. in rec.* Neq. minus taliter legitimatus supplementum legitimæ vllo modo petere potest; nam præterquã quòd meritur ius, tàm in causa testati, quàm in illa intestati, de

dè esset valdè inconueniens, quod legitimatus esset melioris conditionis veniens contra voluntatem expressam testatoris, quàm si veniret præter eam, & sic igitur semper intellige verum, vt prima opinio procedat in legitimato simpliciter. Secunda verò in legitimato cum illa clausula sine præiudicio venientium ab intestato, vt benè distinguit *Rot. per Gregorium decimumquintum in dicta decis.* 135. *num.* 15. *cum sequentibus*, & *decis.* 201. *& ibi per addentes num.* 10. vbi firmat, quòd legitimatus cum illa clausula habilitatur solum ad succedendum secundum voluntatem patris dispositiuam, non autem contra, vel præter illius voluntatem, vt fuit dictum in illa *Rom. de Sotis coram Manzanedo*. Quinimò facultas concessa simpliciter legitimandi, adeò est fauorabilis, vt propterea sit de sui natura ad descendentes transitoria, vt ait *Rot. penes Merlinum de legitima dec.* 62. *n.* 23. *coram Card. Sacrato*.

219 Sed in proposito nota, quòd legitima istorum legitimatorum hodie est aucta de Iure codicis de triente ad semissem, habito respectu ad numerum filiorum, & id habet locum non solum in filijs legitimatis ex rescripto Principis, & per oblationem Curiæ, qui in legitima succedunt, vt faciunt illi verè legitimi, dummodo consensus patris, & ille filij concurrat, vt ait *Rosel. lib.* 3. *de legit. num.* 2. *& seq.* Verum etiam, & multò magis in legitimatis, per subsequens matrimonium, cum isti nullo modo differant, à verè legitimis, & ratio prædictorum ea est; quia per legitimationem omnis macula tollitur, tàm in natis ex damnato, & punibili coitu, quàm in non damnato, & non punibili, vt ait *Rota decis.* 195. *num.* 6. *part.* 2. *in recent. & in* 1. *part. decis.* 98. *num.* 8. & 388. *num.* 8.

220 Fallit tamen veluti si legitimati per subsequens matrimonium essent nati ex incestuosis nuptijs, non facta mentione incæstus: quia tunc dicta legitimatio non valeret, nisi Papa dispensasset, cum decreto legitimationis prolis, tàm susceptæ, quàm suscipiendæ, vt ait *Rota decis.* 280. *num.* 4. *& prius decis.* 251. *nu.* 6. *par.* 2. *in recent. & per Greg. dec.* 460. *n.* 7.

221 Restringe tertiò non procedere respectu matris, cui filius etiam naturalis simpliciter succedit in legitima, vt ait idem *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 637. *n.* 21. & 22.

222 Quod tamen secus esset si filius esset ex damnato coitu procreatus: quia tunc ille neque ad legitimā matris succedit, vt ait *Rota per Cassad. decis. vnica tit. de success. ab intestato num.* 1. & 3. *& Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 35. *numero* 5. licet tamen secus sit de Iure Canonico, cuius enim dispositione illis alimenta debentur, vt dixi in verbo Alimenta, *ampliatione* 15.

223 Amplia, quòd immò naturalis possit in hæreditate matris succedere cum filiis legitimis, & naturalibus, quod tamen intellige procedere, quando mater non esset Illustris, at secus si esset talis, quia tunc cum legitimis filius naturalis non concurreret, veluti faceret respectu aliorum per lineam maternam, & sic igitur filius in prędicto primo casu posset de inofficiositate testamenti matris dare, & ab ea alienata in illius fraudem vsque ad legitimam reuocare, vt ait *Gratian. dicto capitulo* 35. *numero* 5. *cum sequentibus*: licet secus in secundo casu idem *Grat. ibi supra*, & *Rota per Burat. in sua dec.* 520. *n.* 1. & 9. *& veluti dixi in concl.* 89. *n.* 185.

224 Extende quintò, quòd legitima debetur, etiam filiis natis in figura matrimonii, vt puta si matrimoniū fuisset legitimè cōtractū, sed illud inter cōiuges ob aliquod impedimentū sustineri nō posset, vt ait *Hond. consi.* 87. *n.* 5. *lib.* 1. *Pereg. de fideicom. art.* 24. *n.* 7. & *seq.* & præsertim quādo cōiuges per 10. annos in figura, & colore iusti matrimonij vixissent.

225 Subextende primò, quòd isti etiam in fideicom. veniunt appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, vt ait *Thes. decis.* 199. in vltimis verbis, & *Rota Auenionen. decis.* 70. *Senat. Pedem. & Rota Rom. mox alleg.*

226 Subextende secundo, quòd illi etiam admittantur ad omnes, & quoscūq. ecclesiasticos honores, nec non ad feuda, & dignitates temporales, & præsertim

quando Papa dispensaret in radice matrimonij, quia tunc dicuntur agnati, & in quacunque dispositione cum legitimis succedunt, etiam in præiudicium tertij, cui medio tempore ius esset quæsitum *cap. peruenit*, & ibi *glos. Hostiens. Anchar. Butr.* & *cæteri tit. qui filij sint legitim. Honded. dicto consil.* 87. *in princ. Cephal. cons.* 647. *num.* 13. *lib.* 5. *Parif. conf.* 15. *num.* 44. *lib.* 2. & *Rota in Hispalen. legitimationis lunæ* 4. *Februarii* 1613. *coram* R. P. D. *Vbaldo, quæ est penes Merlinum decis.* 52. *num.* 10. *cum seqq.*

227 Et hic nota, quòd dispensatio dicitur facta in radice matrimonij quando Pontifex procedit ad legitimationem prolis susceptæ, & suscipiendæ. Item quando in ea adest dictio (ex tunc) vt ait *Rota ibi supra n.* 22. & 23. & tunc talis dispensatio legitimat prolem susceptam, etiam ex incestu, vt ait *Rota per Greg. dec.* 461. *n.* 7.

228 Sed est benè verum, quòd ad hoc, vt filij putatiui dicantur legitimi, opus est, vt interueniat bona fides, saltem in vno ex coniugibus, ad quam enim inducendã error Iuris, etiã supini, & multò magis si esset facti sufficeret, vt ait *Sanchez. de matrim. disput.* 34. *n.* 46. *Gutierez. de matrim c.* 81. & *Rota per Card. Seraph. dec.* 1099. *n.* 1. *et Greg. dec.* 461. *n* 1. in hac materia viden. & in vna *Pampilon. Matrim.* 19. *Feb.* 1607. *coram Card. Caualerio.*

229 Et licet aliqui sint qui tenent prolem effici legitimam, licet contrahentes impedimentum sciant quos recenset, *Put decis.* 77. *num.* 11. *lib.* 2. tamen contraria opinio est verior, vt ait idem *Put. ibidem, & in decis.* 115. *per totam lib.* 2.

230 Et ratio est, quia bona, & mala fides coniugum attenditur de tempore contracti matrimonij, ad hoc, vt proles suscepta legitima dicatur, vt ait *Put. ibi supra in dicta decisione* 77. *num.* 1.

231 Licet tamen in dubio bona fides præsumatur in coniugibus, & præsertim in matrimonio publicè, & in faciem Ecclesiæ contracto Immò contrahens palam in casu prohibito errare præsumeretur, vt ait *Rot. per Gregor. dicta decis.* 461. *num.* 5.

232 At secus in matrimonio inter cohabitantes, & consanguineos contracto: quia si postea inter eos impedimentum detegatur, tunc filij non essent legitimi, & successibiles, quia inter eos mala fides argueretur, & præsertim si non fuisset seruata forma *c. finali de cland. despons. vt ait Put. decis.* 256. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. veluti dicitur è conuerso ad effectum legitimitatis prolis, vt scilicet ad id cohabitatio sufficiat, vt ait *Put. decis.* 103. *in fine lib.* 2. licet secus, quando constaret de malo initio, nempè de concubinatu præcedenti, quia tunc cohabitatio esset leuis coniectura, *Caputaq. dec.* 210. *par.* 2. *Rot. per Greg. dec.* 147. *num.* 4. & in addit. vbi aliæ decisiones allegantur *Rot. dec.* 244. *num.* 2. *inter crim. Farinac. post vol.* 2. *cons.* & *Card. Caual. dec.* 142. Quinimmò id procederet etiam si dubitaretur de eo concubinatu, licet tunc essent necessariæ plures coniuncturæ, & præsumptiones, vrgentiores, vt ait *Card. Caual. decis.* 79. *nu.* 1. & *Seraph. decis.* 978. *nu.* 7. *et* plura congerit *Menoch. de præsump. præsumpt.* 1. *nu.* 67. *cum seqq. lib.* 3. & *Veral. dec.* 210. *p.* 2.

233 Præterea quamuis ex lapsu triginta annorum dispensatio præsumatur in hoc contractu, vt ait *Aret. cons.* 36. & *Cassad. dec.* 3. *de procur.* Id tamen non sufficit in illis casibus, in quibus de facili dispensatio à Papa concedi non solet, veluti si essemus in professa, cui nisi cum magna causa dispensatio concedi non solet, & tanto minus, quando non inter Magnatos, sed inter priuatas personas illud Matrimonium contractum reperiretur, vt ait *Put. decis.* 256. *num.* 1. & *sequentibus lib.* 3. & veluti de hoc latè dixi in verbo *Apostata.*

234 Extende regulã, vt. §. sextò, etiam filijs emãcipatis legitima debeatur, quia licet quoad effectum acquisitionis pro mortuis habeantur, nec non extraneis æquiparentur; nihilominus emancipatio Iura sanguinis, nec naturalem affectionem, immò neq. etiam ius patriæ potestatis in totum tollit, & præsertim hodie per Iura Codicis ob quę fuit sublata differẽtia inter emancipationem, & patriam potestatem §. *nulla in auth. de hæred. ab intest. Las.* & *Alex. in l. Gallus*

in

in verbo agnationis ff. de lib. & posthum. cum alijs pulchrè traditis per D. meum *Merlinum de legitima lib. 1. tit. 2. quaest. 3.*

235 Modo reassumendo illam tertiam regulam, vbi fuit firmata conclusio, quibus personis debeatur legitima, Declara primò, eam non procedere in eo, qui ab intestato non succedit, cum ea sit portio portionis venienti ab intestato debitę, vt fuit dictum in illa *Romana legitime 16. Dec. 1616. coram Card. Sacrato, quae est apud Merlin. de legitima dec. 62. n. 34. & seqq.*

236 Subdeclara tamen, id non esse verum (vt superius diximus) quando vnus omninò non reperiretur inhabilis ad succedendum ab intestato, sed tantum in gratiam alterius excluderetur, vt est legitimatus, quia tūc si ille in cuius gratiā excluditur, non reperiretur scriptus in testamento, siue ex alia causa non institutus, tunc ille qui alias non esset successurus ab intestato suam legitimam facto testamento petere poterit, vt ait *Decius cons. 295. num. 6. vers. & sic in praedictis, Cuccus de legitima in rubr. si quatuor vel potiores n. 10. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 16. in fine,* & *Rota in d. Romana legitima coram* Sacrato *dec. 62. penes Merl. nu. 35.* & *sub n. 37.* praedictam regulam alio modo limitat.

237 Declara secundò, quòd legitima nulli debeatur, qui si esset praeteritus querelam, siue alio modo ius querelandi testamentum non haberet: quia tunc istis nullo modo legitima debetur, vt fuit dictum in dicta *Bonon. Apothecarum lunae 24. Nouembris 1603. coram Greg. quae est in eius impress. decis. 135. num.* 8. & *Rota decis. 64. num. 3. & 4. part. 1. in recent.* & *in secunda parte dec. 98. n.* 3. & 4.

238 Declara tertiò non procedere in filia à statuto exclusa, cui pater aliquid in testamento reliquisset: quia tunc ea non posset legitimae supplementum petere, reprobata opinione contraria, vt ait *Gratian. lib. 3. disceptation. dicto cap. 496.* & *Rota in dicta Bonomen. Apothecarum coram Gregor, quae est in eius impress. decis. 135.* Et praecipuè quando filia à statuto prohiberetur vltra dotes datas aliud petere: quia tūc etiam quòd dicta dos esset minor legitima: nihilominus aliud in bonis patris praetendere non valeret; licet tamen id fallat si magnus excessus daretur, vt ait *Grat. decision. 27. nu. 1.* & 2. & ibi docetur quomodo laesio probetur in dote.

239 Subdeclara tu tamen, quòd quando filia à statuto excluditur à petendo supplementum legitimae ab haeredibus, tunc illud erit intelligendum, quoad heredes descendentes, non autem quoad arrogatos, & adoptiuos: quia illi non sunt verè filij, vt ait *Rota decis. 425. part. 4. in nouissimis,* & *penes Merlinum de legitima in decision. 70. num. 1. & seqq. Marta in compilatione decisionum in verbo legitima capitulo 71. tom. 5.*

240 Extende igitur primò, quòd pater per huiusmodi statutum, (vt est in Vrbe capit 141. lib. 1.) non potest in testamento excludere filiam à sua legitima ob filium adoptiuum, vt fuit dictum à *Rota in Romana legitima 23. Iun. 1597. coram Card. Pamph.*

241 Extende secundò procedere etiam si dicta filia tacitè patris testamentum approbasset, veluti exigendo legatum sibi in illius testamento relictum, vt fuit dictum à Rota *ibi supra coram Pamphilio quae est penes* D. *Merlinum de legitima dec. 41.*

242 Extende tertiò, etiam si in dicto legato per filiam exacto, ei onus esset iniunctum quod ea plus petere non posset ex illius haereditate, vt ait Rota ibi supra, licet ibi videatur dubitare quando pater dixisset, quòd filia plus petere non posset pro legitima.

243 Extende quartò, quòd neque illud statutum excludat filiā foeminam ob filium spurium legitimatum, *Rota dec. 303 par. 3. diuers.* quae licet non loquatur in terminis propriis istius statuti, nihilominus illud huic conuenit, & propterea potest illi applicari.

244 Extende 5, quòd neque adoptiui, siue arrogati excludūt filias legitimas, & naturales à legitima, neque ab illius supplemento, etiam si esset amplissime facta adoptio à Papa, cum ea filijs naturalibus praeiudicare non possit, *Rota ibi coram Card. Pamp. n. 7.* & *in alia Romana legitima 8. Nou. 1595. corā Card. Arigonio quae*

est apud dictum Merlinum decision.70. num.5.

245 Sed declara tamen, quòd quoties essemus extra casus prædictas, & dolum patris, siue verũ, siue presumptum, tunc illud statutum tollit querelam inofficiosi testamenti, nec non supplementi legitimæ, cum valeat argumentum de vno casu ad alium, vt fuit dictum in vna Rom. *donationis de Iacomellis* 10. *Dec.* 1610. *coram Card. Sacrato.*

249 Declara quartò prædicta non procedre in filio adoptiuò cum limitatione successionis, cui legitima non debetur, vt dicunt Doctores allegati *à Grat. d. c.* 496. *num.*38.

247 At secus, quando essemus in adoptiuis simpliciter, quibus legitima debetur, si in potestatem adoptantis transierunt. Quinimò tunc nedum eis esset relinquẽda legitima titulo institutionis, veluti fit legitimis, & naturalibus, sed etiam illi eodem modo concurrunt ad faciendam partem in legitima: immò ea quoque ad eorum fauorem est aucta de quarta ad trientem, nisi forsan essemus in Impuberibus: quia tunc ex constitutione Diui Pij non est aucta, sed quarta esse debet, vt dicunt *Bero.cons.* 159. *lib.* 2. *Salicet. in authentica nouissima in quæst.* 2. *num.*7. *C. de inoff. testam.* Bart. *Angel.* & *alii in auth. de Trien.* & *semiss. Gabr. cons.*113. *num.*22. *lib.* 1. *Mathesil. in tractat. de success. ab intestato* 3. *membr. art.*1. *col.*1. *Iacob. Beluiss. in auth. nouissima in* §.1. & *ibi in glos. in verb. hoc obseruandum.*

248 Extende, quòd neque impubes ex prædicta constitutione querelam habet: quia illa non datur, nisi contra patrem naturalem, vt est tex. in *l. cum in adoptiuis, C. de adopt.* & *ibi* DD. *omnes* & *Rot. ibi sup.*

249 Declara quintò, quando mater transiret ad secunda vota: quia tunc filiis ab intestato non succedit, nec per consequens etiam in legitima aliis fratribus existentibus, vt ait *Boer. dec.*185. allegata *à Riccio in sua collect.*841. *p.*4.

250 Extende eam declarationem procedere etiã si esset mater à filio instituta; quia transeundo ad secundas nuptias amplius legitimam prætẽdere non potest, si tamẽ illi post eius mortem dati fuissent substituti, quorum contemplatione, tunc mater excluderetur à statuto, & sic solum eam portionem haberet ei prætaxatam à statuto, vt fuit dictum *à Rota in vna* Fauentina *leg tima* 13. *Mar.*1590. *coram Card. Blanchetto, quæ est penes Merlinum de legitima dec.*42. *n.*10. *cum seqq.*

251 Declara sextò, vbi mater reperiretur instituta à filia in duabus partibus suæ hæreditatis quas consuetudo agnatis dare solet, vt ait idem *Boër. d. dec.* 185: & *Riccius ibidem.*

252 Declara septimò non procedere quã do filius, siue filia haberet filios, licet essẽt naturales, vt superius diximus; quia tunc matri non deberetur legitima; nam habemus regulam; quòd ascendentes ab hæreditatibus excluduntur quoties descendentes extent, vt ait *Frãch. dec.*47 *n.*2. & Rota *per Cassador. dec. vnica tit. de success. ab intest.* & *Ricc. in præcitato loco coll.*841. Item, quòd filij naturales veniant appellatione descendentium, & è contra ait Rota *decis.* 388. *num.*7. *par.* 1. *recent.* vbi ait id procedere quia verbum descendentes est naturale, & per consequens aptum filios naturales comprehendere.

253 Regula quarta erit in videndo ex quibus rebus legitima detrahenda veniat, & ideò nota; quòd ea adeo est debita, & fauorabilis; vt propterea etiam ex relictis ad piàs causas ea sit detrahenda, ea ratione: quia nedum legitima dicitur quoque causam piam continere, sed etiam quia est fauorabilior, quam sit quævis Ecclesia, & propterea videmus, quòd patres relinquendo Ecclesiæ eam semper prædiligere in cunctis rebus videtur, excepta tamen legitima, & si secus fiat per patrem relinquendo Ecclesiæ, & filium priuando, tunc ei competit quærela inofficiosæ donationis, perindè ac si personæ priuatę donasset, vt fuit dictum à Rota *in* Romana *legitimæ lunæ* 6. Februarii 1612. *coram* Greg. XV. *quæ est in eius impress. decis.* 539. *num.* 5. & *seqq.* & *in* Romana *supplementi legitimæ* 28. *Iunii* 1613. *coram* Car. Sacrato *quæ est penes* Statil. *dec.* 161. *num.*4. & *Card.* Caual. *dec.*553. *per totam. Grat. lib.*5. *discept. c.*895. *n.*24. & Rot. *dec.*74. *n.*17. *p.*2. *diu. Put. dec.*97. *lib.*3 & *dec.*10. *de fide instr.* & *dec.*553. *n.*2. *p.*1 *diuers.* & *in Mediolanen. de Casatis*

4. Feb.

4. Februar. & *13. Mart.* 1600 *coram Iusio, & in* Romana *hæreditatis* 29. *Octobr.* 1616. *coram* Card. Sacrato. *& in eadem* 14. *Mart.* 1618. *coram* Cardinali Pamphilio.

Sed ad id nota, quòd pia causa dicitur instituta, si primo loco sit instituta: at secus, si in futurum euentum fuerit substituta, cum testamentaria dispositio ex hæredis institutione metitur, & sic igitur testamentaria dispositio diceretur ad pias causas facta, quando ecclesia fuit primo loco instituta, vt fuit dictum in *Zamoren. testamenti 9. Mart.* 1592. *coram Card. Arigonio*; Secus tamen, si legata ad pias causas maiorem partem bonorum testatoris absorberent; quia tunc testamentum diceretur factum ad pias causas, & sic etiam sine solemnitatibus sustineretur, vt ait *Rota per Cæsar. de Grass. decis. 5. de testam.* & *in Prænestina hæreditatis lunæ* 18. *Maii* 1620. *coram* Baratto.

254 Extende primò prædictam, eò magis procedere, & sic legitimam esse detrahendam ex illis bonis personis non priuilegiatis relictis: quia tunc facilius ex eis detractio legitimæ fiet, quando tamen alia bona non adessent, siue bona relicta essent meliora, & preciosiora: nam cum legitima ex bonis arbitrio boni viri sit detrahenda, igitur adimpleri id non posset, quoties alijs pretiosiora essent relicta, & sic per consequens filius deceptus remaneret; quod enim pari modo procederet in alijs rebus non pretiosis legatis, si alia bona non extarent, ex quibus detractio legitimæ fieri posset; alias secus: vndè alia bona non extare, ex quibus legitima detrahenda veniat allegans, illud probare tenetur, vt ait *Gratianus lib. 2. discept. cap. 334. num. 7. & seqq. idemque in sua decis. 181. & Surd. decisione 316. num. 2.*

255 Subextende id in tantum esse verum, vt propterea filij possint assignationem præiudicialẽ in rebus deterioribus allegare, & ex rebus fideicommisso oneratis melioribus legitimã detrahere: quòd tamen declara verum in filijs, at secus in eorum hæredibus, qui non possunt obijcere de huiusmodi grauamine, quòd scilicet res fideicommisso subiectæ essent de melioribus, & pretiosioribus bonis relictis à testatore; & per consequens id solum ab ipso filio prætendi potest; vt ait *Mangil. in suo tractatu de imput. & detract. quæst. 115. num. 50. Mandel. consil. 377. nu. 2. & seqq. Honded. in suo consil. 66. num. 11. libro secundo, & Rota decisione 763. num. 1. & sequentib. par. 1. nouissim.*

256 Declara tamen illam secundam partem in subextensione contentam procedere, quando hæredes essent extranei, secus autem si sui essent; quia si verbi gratia, pater moriatur viuo auo, nepotes locum sui patris subintrant; & sic habent eandem actionem ex propria persona ad legitimam ex testamento, & ad totum ab intestato, veluti ipse pater habuit, vt ait Marescott. *variarum resolut. lib. 2. c.* 105. *num.* 48. & *Rota decis. 653. num. 4* & ibi infiniti Doctores cumulantur *p. 1. in recentior.*

257 Vndè ex prædictis infertur, quòd regulariter solet legitima assignari in vno corpore, siue in duobus, nec de melioribus, nec de peioribus, vt fuit dictum à *Rota in Romana legitima ven. 12. Mart.* 1616. *coram Card. Verospio, quæ est penes Merlinum de legitima, decis. 55. num. 6. & seqq. & in alia Romana legitima Ven. 13. Nouemb.* 1620. *coram Pirouano, quæ est penes eundem Merlinum decisione* 113. *num. 2.*

258 Et quæ sint talia corpora, id arbitrio Iudicis venit remittendum; cum filius ex se eam eligere non possit, vt ait *Rota dicta decisione 55. num. 6. & 10. coram Card. Verospio.*

259 Amplia id in tantum esse verum, vt propterea à Iudicis assignatione, atque arbitrio nullo modo reclamari possit; *Vasq. de success. progress. §. 4. num. 37. conclus. 6.* Pic. *in l. in quartam, ff. ad l. falcidiam, concl. 6. n. 37. Argel. de legit. contr. q. 13. art. 2. nu. 25.*

260 Contraria tamen opinio est de iure verior, & sic, quòd appellatio ab ea assignatione detur, quando filius se grauatum sentiret, ait *Ripa in dicta l. in quartam num.* 122. & 125. Ruin. *cons. 59. nu. 21. lib. 4.* Picus *in d. l. in quartam, nu. 147. Crass. in §. legitima quæst. 17. num. 8. Menoch. de arbitr. cas. 163. num. 32. Alexan. cons. 113. num. 3. lib. 5. Rub. cons. 156. n. 11. & Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 9. num.* 1200.

1280. & dixi infra in *Regula 9. in versic. Extende quintò.*

261 Sed hanc secundam opinionem, vti veriorem tenendo, declara eam procedere, dummodo de læsione constaret, ad *tradit. per Bart. in l. filiusfamilias, §. 1. ff. de donat. Bal. in l. obseruare, §. proficisci. quæst. 26. ff. de offic. procons. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 14. num. 1. Becc. consil. 99. num. 20. Simon. de Pratis cons. 27. nu. 17. Rub. cons. 156. num. 11. Merlinus dec. Lucen. 2. n. 17. & in dec. 96. nu. 30.*

262 Extende secundò, quòd legitima ex bonis donatis, etiam detrahenda veniat, & ratio est, quia per voluntarias alienationes nulla fit legitimæ diminutio, vt ait *Surdus consil. 332. num. 14. Peregrin. de fideicommiss. artic. 35. Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 247. num. 58. & lib. 4. c. 751. num. 14* & *seq.* & ita fuit dictum à *Rota in Romana legitima 13. Iun. 1614. coram Verospio*, & *in alia Romana census de Mutis 24. maij. 1619. coram Coccino Decano.*

263 Vndè si pater donans, non sibi reseruasset tantum in patrimonio, quantum importare potest legitima suis filijs debita, tunc donatio, vti inofficiosa, vsque ad eam quantitatem legitimæ veniret reuocanda, veluti fuit dictum à *Rota per Gregorium XV. in sua decisione 539. num. 4. et ibi in additionibus, et apud Statilium decis. 161.*

264 Subextende id quoque procedere, licet donatio non esset in tanta quantitate, vt de inofficiositate redargui posset, vt ait *Surdus dicto cons. 332. num. 15. et Rota penes dictum Statilium de Saluiano in d. dec. 161. nu. 2.*

265 Subextende rursus etiam procedere in donatione à Principe facta: quia licet sit ad instar peculij castrensis, nihilominus ex ea detrahitur legitima, veluti ex bonis castrensibus, tàm per filios, quàm per ascendentes ea hodie detrahenda venit, iuxta veriorem opinionem, vt fuit conclusum à *Rota in Romana legitime 27 Iunii 1614. coram Card. Verospio, quæ est in prima parte recentior. dec. 653.*

266 Declara tu igitur prædicta procedere, quando essemus in donatione, siue alijs alienationibus lucratiuis; quia illæ legitimam non minuunt; secus autem quando illæ essent onerosæ, licet tunc titulus onerosus non sufficeret, nisi etiã esset necessarius, vel voluntarius, quando tamen pretium, quod loco rei alienatæ succedit concurreret, & sic tunc lucratiuæ dicerentur, quando ex parte dantis nil reciperetur, vt fuit dictum à *Rota in decisione 488. num. 9.* & *16. par. 1. nouiss.* & *Menoch. consil. 691. num. 4.* & *Grammat. dec. 90. num. 3.*

Reciproca autem diceretur, quando in dante, & recipiente æqualitas seruetur, sed si fortè aliquis minus recipiat, tunc in eo plus deducitur legitima; quia intrat tituli lucratiui prætensio. Item lucratiua dicitur alienatio, quando pater vnam rem pro viliori pretio alienaret, & sic filius pro ea parte legitimam capit, veluti eodem modo diceretur, quando alienatio fuisset facta pro dote, vltra quantitatem debita. Quinimmò nota, quòd voluntariæ alienationes, etiam interueniente pretio, possunt per filium reuocari, si sint fraudulentes, & vtraque pars esset fraudis particeps: Licet tamen filius non possit dicere eas tales, nisi à principio se opponat, & nisi restituto pretio. Secus autem in ascendentibus, qui voluntarias filiorum alienationes non reuocant pro eorum legitima, vt latè ait *Merlinus de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 18. per totam, Couarruuias in cap. Raynutius, §. 10. sub num. 9.* & *seq. Bart. Bald. Angel.* & *Castrens. quos refert, et sequitur Peregrinus de fideicommiss. artic. 36. num. 37.* & *seq.*

Et illud quod fuit dictum de detractione ex prædictis alienationibus, & donationibus fienda, extende quoque procedere in ea alienatione facta ob delictum; quia ex ea deducitur legitima, cũ ea in confiscatione bonorum non comprehendatur, veluti eodem modo quoque dicitur de illa alienatione, quæ per ludum succedit; quia ipsam legitimam filij non minuit, quando in magna quantitate consisteret, vt ait *Crass. post alios in §. legitima, quæst. 44. num. 5. Picus in l. post contractum num. 34 ff. de donat. Menoch. de recuperan. remed. 9. num. 173 et Mangil. de imput. quæst. 10. num. 2.* vbi ait hanc esse communem opinionẽ, & ratio est, quia huiusmodi alienatio per viam ludi habet causam lucratiuam, vel-

ti do-

ti donario, vt ait *Merlinus de legitima lib. 2. tit. 1. quaest. 13. num. 8* Licet secus, quando ludus esset licitus, quia tunc ex iis bonis per patrem eo modo acquisitis detrahitur legitima, & in dubio ludus legitimus praesumitur, ad hoc, vt euitetur delictum, sed qui ludi dicantur legitimi, & qui prohibiti, ait idem *Merlinus ibi supra*, & Doctores ibi per eum allegati, Quamuis ego contrarium dixerim in verbo Amissum in ludo *concl. 101. per totã*.

Sed circa illud, quod fuit dictum de alienatione facta pro dote, licet aliqui dicant, quòd dotatio filiarum non possit à fratribus retractari, quando dos consisteret in pecunia, & quae per virũ fuisset consumpta, sed solum quando in stabilibus adhuc extaret, veluti dicitur de eo, quod fuit solutum in pecunia à debitore secundo creditori, quod per anteriorem repeti non possit, vt ait *Vrsil. ad Afflict. decis. 86. in fine. Capic. decis. 98. Afflict. decis. 190. Hondedeus consil. 16.* & 18. *num. 66. lib. 1. Marescott. variarum resolut. lib. 2. cap. 36.* & *Rota apud Seraphinum in dec. 29.* & veluti latè dixi in verbo Anterior, vbi habetur, quod ista aequiparatio non procedit per ea, quae ait *Cephal. in consil. 86. num. 12.*

Nihilominus contrarium ait verius esse *Franchus in sua decisione 104. num. 3.* dicens, quòd siue dos consistat in pecunia, siue alio modo soluta viro. Item siue vir sciuerit, siue ignorauerit qualitatem soceri, tamen semper isto casu retractari posset, & ea licet consumpta semper extare dicitur, & vir ad illius restitutionem semper obligatus censetur, quod enim procedit, etiam in legitima debita ascendentibus, veluti in matre in successione filiae praemortuae contra petitionem lucri dotis mariti, vt dicunt Doctores allegati à *Mangil. de legitima in quaestione 10. num. 27. & seq.* & *Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. quaest. 18. per totam*, & *q. 20. n. 15. et seqq.*

267 Extende tertiò, quòd ea quoque sit detrahenda ex dote, quando dos succedit loco legitimae, vt fuit dictum à *Rota in vna Perusina fideicommissi de Alfanis ven. 15. Iun. 1612. coram Gregorio XV. quae est in eius impress. dec. 565. num. 1.* & *in hoc vide Merlinum de legitima lib. 1. tit. 4. quaest. 6. num. 1. & seqq.* vbi multas opiniones in hac materia inuenies, quas hic recensere nõ curaui breuitatis gratia.

268 Sed in proposito nota, quòd dos loco legitimae succedere dicitur, quando statutum filias excludit non simpliciter, sed cum onere illas dotandi: secus autem si eas simpliciter excluderet, sed postea easdem dotari mandaret: quia tunc dos loco legitimae non succederet, vt ait *Soccin. sen. cons. 13. num. 12. lib. 3. Gabr. cons. 11. num. 4. et 5. lib. 1. Ioseph. Ses. dec. 26. num. 58. Card. Seraph. dec 959. num. 5. Rota dec. 540. par. 1. diuers.* & ita quoque fuit dictum in vna *Perusina dotis 21. maii 1602. coram Card. Mellino, & latè fuit deductum in Firmana legit. 30. Octob. 1617. cor. Vbaldo, & per Burat. dec. 215. n. 10.*

269 Amplia primò, quòd dos loco legitimae succedat, quando essemus in statuto foeminarum exclusiuo, & praesertim quando illud filiam dotatam, ob dotem datam, siue dandam excluderet, vt ait *Rota penes Greg. XV. in dec. 565. nu. 4.* & vide addentem ad *dec. Buratti 215.*

270 Secus autem, quando statutum prius excluderet (vt mox diximus) & postea filiam dotari mandaret, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino de legitima lib. 3. tit. 1. q. 6. n. 25.* & *addent. ad dictam decisionem Gregor. 565. nu. 11. et Rota coram Buratto in d. sua dec. 215.*

271 Amplia secundò, quòd pari modo dos loco legitimae succedat, quando à patre fuit relicta legitima iure institutionis in testamento, vt ait *Rota dec. 60. num. 30. et decisione 66. num. 3. par. prima diuersorum*, latè *Hondedeus cons. 53. num. 12 lib. 2.*

272 Amplia tertiò, dotem loco legitimae succedere, quando dos assignatur à statuto per modum quotae, cum ea conditione adiecta, ne filia plus praetendere, nec minus pater ex testamento minus relinquere valeat, iuxta tradita per Brunũ super statuto exclus. foem. *art. 11. num. 19.* vbi Doctores plures allegat.

273 Amplia quartò, eam loco legitimae succedere quotiescunque id masculis expediat, veluti quando ageretur, vt foeminae facerent partem, vt pinguior, & vberior detractio legitimae fieret, *Castren. cons. 52. colum. vlt. et cons. 286. num. 4. lib. 1. Rub. cons. 122. ferè in fine, Marescott. variarum resolut. lib. 1. cap. 28. num. 9. et*

Rota

Rota in vna coràm Fantuccio 5. Martii 1554, Costa de fact. scient. & ignor. dist. 37. num. 160.

274 Amplia quintò, quòd dos loco legitimæ succedat, quando in alio statuto disponeretur legitimam semper debere intelligi in omnibus testamentis, tàm ascendentibus, quàm descendentibus esse saluam, vt ait *Castrens. in cons.* 222 *num. 5. vers. Nam tunc, lib. 2.*

275 Amplia sextò, idem procedere, quando dos assignatur loco legitimæ post mortem patris: quia ea illo tempore assignatur, quo filijs est debita legitima, iuxta ea quæ ait idem *Castren. in l. Titio tentū, §. Titio genero, col. penul. ff. de cond.* & *demonstrat. Cephal. consil.* 502. *num.* 78. *lib.* 4. *& Rota per Card. Seraphinum decis.* 815. *nu.* 4.

276 Contrarium licet dicat *Peregrin. de fideicom. art.* 26. *num.* 23.

277 Amplia septimò, eam loco legitimæ succedere, quando statutum disponeret congruam dotem filiæ deberi, & quæ ad legitimam ascendat, vt ait *Cuman. cons.* 124. *quem sequitur* Bartolom. *Soccin. ad Rum. in consil.* 26. *num.* 35. *lib.* 3. *Surdus de alim. tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 56. *& in consil.* 393. *num.* 34. *lib.* 4. & nouissimè *Merlinus in præallegato lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 29.

278 Amplia octauò, idem procedere, quando dos arbitrio boni viri esset assignanda, vt ait *Cephal. consil.* 502. *num.* 9. *cum seqq. Surd. consil.* 393. *num.* 24. *& in tractatu de alimeut. titulo* 3. *quæstione* 1. *num.* 60.

279 Amplia nonò, quòd in dubio ea interpretatio est facienda, vt dos loco legitimæ succedat, vt ait *Laderch. Imol. consil.* 25. *num.* 4. & *Corn. consil.* 40. *n.* 13. *lib.* 3. & in hac materia videndi sunt *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 689. *num.* 44. *& lib.* 5. *cap.* 707. *num.* 9. *& num.* 30. & *Rota in Romana de Marganis vener.* 9. *Decembr.* 1616. *coram Buratto, & in alia Firmana legitimæ* 30. *Octobris* 1617. *coram Vbaldo. Mart. voto* 47. *Ioseph. Sest. decis. Aragon.* 26. *& addentes ad Gregor. decis.* 565. *num.* 11. *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *c.* 10.

280 Fallit tamen principalis conclusio pluribus modis, & primo, quando dos esset in pecunia taxata à statuto. Secundò non succedit, quando dos præseruatur in casu, quo filia nubet. Tertiò, quando à statuto de ea esset facta mentio. Quartò quando dos capitur ex statuto de manu hæredum, licet secus quando iure directo à statuto datetur: quia tunc eam propria authoritate caperet, vt dicunt multi DD. *allegati à Merlino de legitima lib.* 3. *quæst.* 6. *tit.* 1. *num.* 15. *cum seqq. & Brun. super statuto exclus. fœm. art.* 11. *num.* 18. & in hac materia vidēdus est *Surd. d. cons.* 393. *num.* 35. *& Menoch. in cons.* 88. *num* 23.

281 Sed modo reassumendo dictam quartam regulam, vbi agitur ex quibus rebus detrahatur legitima, extēde quartò, quòd scilicet ea sit quoque detrahenda ex fideicommisso paterno, prius tamen ære alieno deducto, tàm pro dote danda, quā ea constituenda, vt fuit dictum a *Rota in Montisfalisci fideicommissi Veneris* 6. *Iunii* 1606. *coram. Greg. XV. quæ est in eius impress. dec.* 266. *num.* 3. *Fusar. de substit. quæst.* 532. *num.* 1. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. *Peregr. de fideic. art.* 42. *nu.* 1. *& seqq. Mantica de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 13. *Surd. decis.* 62. *num.* 5. *Cardinalis Seraphinus decisione* 678. *n.* 5. & *Rota in Bononien. nullitatis contractus* 11. *Decembris* 1628. *coram Merlino*, vbi ait id procedere etiā, quòd obligatio dotis sit fideicommisso posterior, veluti reprobatis tenentibus contrarium tenet *Fusar. dict. quæst.* 523. *num.* 6. *Rolan. cons.* 85. *n.* 29. *lib.* 1. *Card. Seraph d. dec.* 678. *nu.* 5. vbi ait id nedum procedere in muliere dotanda, verum etiam in hæredibus extraneis, qui habent huiusmodi bona fideicommisso subiecta pro restitutione dotis obligata, vt dic ūt *Peregr. et Rolan. in præcitatis locis.*

282 Subextende primò id quoque procedere in casu vbi, filia legitimam haberet, sed ea pro dote nō sufficeret; secus autē si ea aliunde haberet, vndè se dotare posset, vt fuit dictum a *Rota in Bononien. de Beroaldis lun.* 15. *Decembris* 1603, *coram R.P.D. Coccino, quæ est in* 1. *par. recentior. dec.* 66. *num.* 3. *et* 4.

283 Subextende secūdò idem parimodo procedere in Trebellianica, quæ ex fideicommisso detrahenda venit, licet eo casu fructus non computentur in eam, quādo tamen essemus in filijs primi gradus, at se-

at secus, si essent vlterioris, prout essent nepotes; quia tunc dicti fructus in eam essent imputandi, vt ait *Crass. in §. Trebellianica, quæstione* 11. *num.* 2. *Gabr. consil.* 122. *lib.* 1. & *consil.* 111. *num.* 1. *lib.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 3. *nu.* 112. & *Rota decis.* 517. *num* 8. *par.* 2. *in recent.* licet *Menoch.* dicat hanc opinionem multos contradictores habere in suo *consil.* 681. *num.* 18 & *seq.* & *cons.* 982 *num.* 14.

284 Quæ.n. subextẽsio procedit etiam si vltra trebellianicam esset quoq. debita legitimæ detractio, vt ait Rota *per Cassad. decis.* 2. *de testam.* & *per Gregorium decis.* 266. *num.* 7. Quia tunc fructus in filijs primi gradus non imputantur in legitimam, idem *Cassadorus, & Gregorius ibi supra.*

285 Subextende tertiò, procedere etiam si non fuisset confectum inuentarium: quia nihilominus dos ex fideicommisso paterno detrahenda veniret, iuxta veriorem opinionem quam tenuit Rota *in Bononien. de Cataneis* 10. *Martii* 1619. *coram* Pirouano *quæ est penes Merlinum de legitima decis.* 109. *&* Cacheran. *decisione* 148.

286 Fallit tamen primò illa quarta extensio, quando superesset legitima, & Trebellianica, ex quibus dos constitui posset: quia tunc ea ex fideicommisso detrahenda non veniret, vt ait *Honded. consil.* 76. *num.* 5. *lib.* 1. & latè fuit deductum à *Rota in* Perusina *dotis* 9. *Iunii* 1614. *coram Vbaldo*, & Rota *decis.* 66 *parte prima in recent. num.* 1. *Card.* Seraphin. *dec.* 481. & *dec.* 1483.

287. Et ratio est, quia dos non detrahitur vnquam ex fideicommisso, nisi in subsidium, & solum eo casu, quando alia bona, nisi ex fideicommisso subiecta restent, veluti fuit decisum in vna *Bononien. fideicommis. de formagliariis* 4 *Nouembris* 1585. *coram Card. Pamphilio*, & *in alia Romana dotium vener.* 17. *Nouembr.* 1597. *coram Card. Millino, et in* Portuen. *bonorum* 23. *Ianuar. et* 26. *Febr.* 1580. *coram Cardinali Seraphino, et in Interamnen. dotium lunæ* 14. Maii 1601. *coram eodem* Card. *Seraphino, quæ est in eius impress. dec.* 1388. *num.* 1. *et* Rota *decis.* 67. *sub num.* 4. *par.* 1. *in recent. et in alia Romana restitutionis dotis* 28. *Maii* 1607 *coram* Card. *Lancellotto, et in* Romana *dotis lunæ* 21. *Aprilis* 1608. *coram* Penia, *et dec.* 96. *n.* 1. *& dec.* 209. *n.* 2. *p.* 1. *in rec.* & nouissimè *Gratian. lib.* 3. *disceptat. cap.* 570. *num.* 10. *et* 13. *et prius lib.* 2. *cap.* 331. *num.* 25. *Fusar.* qui nouissimè plures allegat in suo tractatu *de substitut. q.* 531. *num.* 121. *et Rota in* Romana *fideicommissi de Victoriis* 2. *Iun.* 1627. *coram Merlino, et in alia Bononien fideicommissi de* Malueti *s* 31. *Mart.* 1628. *coram* Cardin. *Virili, et per Greg. dec.* 266. *nu.* 10. *et dec.* 543. *num.* 2.

288 Declara tñ. quod huiusmodi onus probandi alia bona extare, ex quibus legitima, siue dos detrahi possit, allegantii incumbit, vt ait *Barzius in sua decis.* 105. Rota *Bonon. &* Rota *in decis.* 66. *nu.* 4. *par. prima in recent. & penes Mantic. decis.* 152. *sub nu.* 5. *& Rota decis.* 210. *par.* 2. *diuers.* & *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 700. *num.* 25.

289 Subdeclara quod eo interim pro huiusmodi legitimæ, siue dotis detractione competit contra fideicommissarios retentio, *vt ait Rota per* Greg. *decis.* 185. *num. primo.*

290 Contrarium tamen dicitur de hærede, quando inuentarium non confecit: quia tũc in odiũ illius malæ præsumptionis subtractionis bonorum hæreditariorum, ille probare tenetur alia bona non extare, ex quibus detractiones fieri possint, *Surd. decis.* 316. *num.* 13. Gratian. *lib.* 3. *discept. c.* 570. *num. secundo, Card.* Seraph. *decis.* 609. *num.* 6. & 7. & Rota *in Romana de Herculanis* 7. Iunij 1581. *coram* R.P.D. *Brauo vbi fuit dictum aliã decisionem quæ reperitur in secunda parte diuers.* 210. in hac eadem causa fuisse factam cum præsupposito, quod inuentarium adesset, vndè si illud non sit factum, hæres probare tenetur, vt superius diximus, & veluti resoluit *Rota in Romana Legati* 29. *Aprilis* 1616. *coram* Card. *Caualerio*, [illegible] *Bonon. de Poetis* 4. Maij 1615. *coram* R.P.D. *Vbaldo*, & *in Romana de Stephanellis* 24. *Aprilis* 1617. *coram* R.P.D. *Remboldo*, & *Beltraminum ad decis.* 185. *Greg.* XV. *num.* 5.

291 Fallit secundò dicta quarta extensio, quando fructus rerum fideicommisso subiectarum sufficerent pro dote, quia tunc bona non esset alienanda; *vt ait*

Rota

Rota decisione sexagesima sexta, numero nono, parte prima recentior. quod tamen declara verum, quando dicti fructus extarent, at secus, quando essent consumpti, veluti ex mente *Rota ait Card. Seraph. dec.* 481. *num.* 3. *& decis.* 1483. *num.* 5. & *Peregrin. de fideicommiss. art.* 42. *num.* 71. *Fusar. de substitut. q.* 531. *n.* 120. *& Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 4 *tit.* 7. *nu.* 2.

292 Secus autem, quando testamentum patris (verbi gratia) sustineretur in vim fideicommissi ex clausula codicillari, & præsertim, quando illius restitutio deberet fieri incontinenti; quia tunc legitimam, & trebellianicam insimul filius detrahere non valeret; & sic eo casu non posset dici, quòd filia ex legitima, & trebellianica posset sufficienter dotari absque quod res fideicommisso subiecta deberet alienari, veluti fieret si in diem, vel sub conditione esset grauatus restituere; quia tunc duas quartas ei detrahere liceret, vt ait *Rota d. cita decis.* 66. *n.* 2. *Gratian. decis.* 112. *Rota Marthia Guidepap. decis.* 52. *& Anton. Thesaur. decis.* 141.

293 Extende idem pari modo procedere in parentibus, quando essent rogati restituere: quia tunc illi quoque duas quartas detrahere debent, vt ait *Franc. Viuius dec.* 405. & *Gerard. Maynard. dec.* 47. *p.* 5. *parlamenti Tolos.*

294 Sed ante detractionem dictarum duarum quartarum, quæ prius detrahenda veniant; & quando fructus in eas computentur, tradit Rota *decis.* 517. *p.* 4. *nouiss.* per te videnda.

295 Extende id, quod fuit dictum de detractione vnius quartæ tantũ, pari modo procedere, quando essemus in filio sine causa exhæredato; sed testamentum patris in vim prædictæ clausulæ codicillaris sustineretur; quia eo casu filius solum legitimam, & non trebellianicam detrahere posset, vt ait *Rota in decis.* 568. *nu.* 4. *par.* 1. *in recent.*

296 Subextende idem pari modo procedere, veluti si in testamento patris legitima filijs iure institutionis relicta non fuisset, sed illud sustineretur ex clausula (Omni meliori modo) in dicto testamento apposita: quia tunc solum posset filius petere supplementum legitimæ, & non alias, vt fuit dictum à Rota *in dicta decis.* 568. *num.* 1. *in recent.* & *Gratian. lib.* 4. *discept. c.* 702. *nu.* 8. *&* 11.

297 Vnde ad id erit notandum, quòd licet testamentum patris, ob filii præteritionem non rumpatur, nec minus per querelam impugnari possit: nihilominus filius potest legitimæ portionem petere sibi de iure naturali debitam, vt ait *Rota per Card. Seraphinum in sua decis.* 93. *num.* 2.

298 Et prædicta quæ fuerunt dicta de dote, procedunt etiam in lucro dotali, tàm ex pacto partium, quàm etiam in eo taxato per statutum, cum illud pars dotis dicatur, pro quo, veluti pro dote, bona fideicommissaria alienari poterunt in subsidium, vt fuit dictum à *Rota* in præallegatis decisionibus, & veluti fuit decisum *in alia Romana de Cuppis* 14. *Dec.* 1609. *coram Card. Marcomontio.*

299 Fallit tertiò dicta extensio, et si fideicommissum esset tale, quod detractionem legitimæ & trebellianicę pateretur: sed tamen dictæ quartę tempore restitutionis essent consumptæ: quia tunc dos ex fideicommisso non veniret detrahenda, sed illud veniret integrè restituendũ fideicommissario, vt ait Rota *in Montis Iulij fideicommissi, vener.* 10. *Iun.* 1606. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.* 266. *num.* 11.

300 Fallit quartò, quando dos ex fructibus constitui posset: quia tunc ea (vt superius dixi) ex proprietate rei fideicommissariæ detrahi non posset, vt fuit dictum in Romana *fideicommissi de Paluziis veneris* 24. *Februar.* 1612. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. dec.* 543. *n.* 4. *Card. Seraph. dec.* 481. *nu.* 3. & *decis.* 1483. *num.* 5. & *Rota decisione* 66. *par. prima in recent.*

301 Quod enim extende procedere, etiã si testator ordinasset filias fœminas dotari ex bonis fideicommisso subiectis; quia illud intelligi debet, quatenus aliunde congruè dotari non possint, & sic in subsidium, *Castrens. cons.* 64. *lib.* 2. *Molin. de primog. Hisp. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 2. & ita fuit dictum in vna Romana 12. *Decembr.* 1599. *cor. Card. Mellino, et in alia Rom. Ius de Mutis* 12. *Dec.* 1614. *corã Coccino Decano,* vbi fuit dictum ab hac opinione, vti veriori, & tutiori non esse recedendũ,

tam

tàm inconsulendo, quàm in iudicando, & postea in *Rom. fideicom. de Vectoriis 2. Iun. 1627. corā Merlino, idē dicūt Molin. Pereg. Fusarius in præcit. locis.* Sed pro totali intelligentia istius termini, quādo scilicet filia nō possit prætendere ex bonis fideicōmisso subiectis suā dotē detrahere, quando habet vndè se dotare possit, & sic quòd pater nisi in subsidium eā dotare teneatur.

Declarā illud solum procedere dicto patre defuncto: tum filia non possit tangere fideicōmissū, si aliundè habeat at secus in vita patris: quia tunc filia debet vtrūque habere, & ratio differētiæ ea est: quia pater suo officio satisfacit relinquendo post mortem legitimam filiæ suæ, nec valet dicere, quòd bona ad hæredes transeant cum onere dotādi: quia hæres tenetur solùm vsque ad legitimam; quę si non sufficit tenetur etiam vltra, si filia non habeat aliundè, vt pulchrè ait *Rota dec. 66. per tot. p. 1. in recent.* & prædicta quę fuerunt dicta de bonis fideicommisso subiectis pro dote alienādis procedunt etiam si per testatorem fuisset prohibita alienatio expressè in causa dotis; vt ait *Surd. dec. 62. n. 1. Ioseph. Ludouic. dec. 28. n. 78. & seqq. Peregr. de fideicōm. art. 42. n. 6. & seqq. Fusar. quæst. 531. n. 71. de substitut. Morescott. var. resol. lib. 2. c. 69. n. 16. Thes. dec. 192. n. 10. Rot. Bononien. decis. 47. n. 7. Grat. lib. 5. discept. c. 832. n. 38.* & ita fuit resolutū in vna *Rom. dotis 30. Mart. 1618. coram Card. Verospio.* Quinimmò id habet locum, nedum ad fauorem filiarum legitimarum, & naturalium, sed etiam ad fauorem neptum, ac aliarum descendentium, etiam naturalium, siue spuriarum tantum, vt ait *Fusar. dicta quæst. 531. num. 9.* vbi testatur nunquā vidisse contrarium seruari, quam enim opinionem tenuit etiam *Rota per Card. Seraph. dec. 461. n. 6. & dec. 37. n. 5. & seqq. p. 1. diuers. & in illa Rom. dotis corā Card. Verospio, & Hond. qui respondet contrarium tenentibus in cons. 89. lib. 1. Thes. dec. 192. n. 10. et Rot. in Rom. de remedijs 15. Dec. 1600. coram Litta, et in Rom. alimentorū 5. Dec. 1607. coram Penia, et per Coccin. dec. 120. n. 2. et in Bonon. fideicom. de desiderijs 15. Mart. 1627. coram Merlino, et in Florentina fideicom. de cambijs 9. Iun. 1629 coram Dunozetto.*

302 Regula quīta erit sup eo, quòd quādo prędictę detractiones scilicet legitimę, & Trebellianicę erunt debitę de iure, tūc fideicommissarius, etiam si in possessione sine vitio existeret non poterit immissionem impedire ab hęrede petitam, vt fuit dictum in vna *Romana de Salamonibus 14. Nou. 1575. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 271. n. 5.*

303 Extende, quòd neq. tūc fideicōmissarius erit legitimus contradictor ad dictā immissionem, per hęredem petitam impediendam, vt ait *Menoch. de adipiscen. remed. 4. n. 638. Gabr. cons. 45. n. 24. lib. 1. Surd. dec. 333. n. 8. cum seqq. Rota dec. 565. n. 3. p. 1. diuers. Card. Seraph. dec. 850. n. 1.* & *prius dec. 603. n. 4* & latè fuit deductum à *Rot. in dec. 115. n. 11. p. 1. in recens*, & ibi alię decisiones allegantur & *dec. 639. n. 8. p. 1. recent. latè Argelus de legit. contrad. q. 10. art. 9. n. 125. et postea Rota in Rauennaten. hæreditat. Ven. 14. Aprilis 1616. coram R. P. D. Pamph.*

304 Subextende, quòd neq; reseruatio iuris detractionū, neq. etiā cautio sufficeret ad hoc, vt fideicommissario immissio daretur, si detractiones nondum essent plenè factę, vt ait *Argel. de legitimo contradict. q. 8. n. 861.* & ratio est, quia actualis restitutio est necessaria in hac materia detractionum, vt ait *Surd. dec. 333. in fine et Put. dec. 471. lib. 2.* & predicta eò magis procederent, quando dictę detractiones fuissent reseruatæ in sententia: quia tunc ea exequi non posset, nisi prius factis detractionibus in ea reseruatis, alias possessio esset spoliatiua, *Fusar. de fideicom. quæstione 672. num. 16. et sequentib.* & *Rot. per Buratt. dec. 165. n. 2. & decis. 569. et Giurb. dec. 60. et ibi pulchrè.*

305 Licet secus esset, quando peteretur supplementum legitimæ, & ratio est, nedum ex eo, quòd illud capi debeat de manu hæredis, & prius deducto ęre alieno, & quòd per consequens id fieri nō possit nisi citato hęrede, & d. ære alieno liquidato, verūetiā, quia cū legitima sit in certa ratione loci, tanquam portio pro indiuiso, & ratione quotæ fundi; quia nescitur quota pars fundi debeatur; Vnde fit, vt propter istam incertitudinem, nulla possessio acquiri possit filio, qui propria authoritate, neque retinere, neque ingredi pōt possessionem alicuius rei vacātis, cū nemo possit, sibi ius dicere

Rota decisione sexagesima sexta, numero nono, parte prima recentior. quod tamen declara verum, quando dicti fructus extarent, at secus, quando essent consumpti, veluti ex mente *Rota in Card. Seraph. dec.* 481. *num.* 3. *& decis.* 1483. *num.* 5. & *Peregrin. de fideicommissi. art.* 42.*num.*71. *Fusar. de substitut. q.*531.*n.*120. *& Molin. de primogenit. Hispan. lib.*4 *tit.*7.*nu.*2.

292 Secus autem, quando testamentum patris (verbi gratia) sustineretur in vim fideicommissi ex clausula codicillari, & præsertim, quando illius restitutio deberet fieri incontinenti; quia tunc legitimam, & trebellianicam insimul filius detrahere non valeret; & sic eo casu non posset dici, quòd filia ex legitima, & trebellianica posset sufficienter dotari absque quod res fideicommisso subiecta deberet alienari, veluti fieret si in diem, vel sub conditione esset grauatus restituere; quia tunc duas quartas ei detrahere liceret, vt ait *Rota d. cit. decis.* 66.*n.* 2. *Gratian. decis.* 112. *Rota Marthia Guidepap. decis.* 52. *& Anton. Thesaur. decis.*141.

293 Extende idem pari modo procedere in parentibus, quando essent rogati restituere: quia tunc illi quoque duas quartas detrahere debent, vt ait *Franc. Viuius dec.*405.& *Gerard. Maynard. dec.*47.*p.*5. *parlamenti Tholos.*

294 Sed ante detractionem dictarum duarum quartarum, quæ prius detrahenda veniant; & quando fructus in eas computentur, tradit *Rota decis.*517. *p.*4.*nouiss.* per te videnda.

295 Extende id, quod fuit dictum de detractione vnius quartæ tantũ, pari modo procedere, quando esset reus in filio sine causa exhæredato; sed testamentum patris in vim prædictæ clausulæ codicillaris sustineretur; quia eo casu filius solum legitimam, & non trebellianicam detrahere posset, vt ait *Rota in decis.* 568. *nu.* 4.*par.* 1.*in recent.*

296 Subextende idem pari modo procedere, veluti si in testamento patris legitima filijs iure institutionis relicta non fuisset, sed illud sustineretur ex clausula (Omni meliori modo) in dicto testamento apposita: quia tunc solum posset filius petere supplementum legitimæ, & non alias, vt fuit dictum à Rota *in dicta decis.* 568.*num.*1. *in recent.* & *Gratian. lib.* 4. *discept.c.*702.*nu.*8.*&* 11.

297 Vndè ad id erit notandum, quòd licet testamentum patris, ob filii præteritionem non rumpatur, nec minus per querelam impugnari possit: nihilominus filius potest legitimæ portionem petere sibi de iure naturali debitam, vt ait *Rota per Card. Seraphinum in sua decis.* 93. *num.*2.

298 Et prædicta quæ fuerunt dicta de dote, procedunt etiam in lucro dotali, tàm ex pacto partium, quàm etiam in eo taxato per statutum, cum illud pars dotis dicatur, pro quo, veluti pro dote bona fideicommissaria alienari poterunt in subsidium, vt fuit dictum à *Rota* in præallegatis decisionibus, & veluti fuit decisum *in alia Romana de Cuppis* 14. *Dec.*1609.*coram Card. Marcomontio.*

299 Fallit tertiò dicta extensio, & si fideicommissum esset tale, quod detractionem legitimæ & trebellianicę pateretur: sed tamen dictæ quartę tempore restitutionis essent consumptæ: quia tunc dos ex fideicommisso non veniret detrahenda, sed illud veniret integrè restituendũ fideicommissario, vt ait Rota *in Montis falisci fideicommissi, veneris* 16.*Iun.* 1606. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.*266.*num.*11.

300 Fallit quartò, quando dos ex fructibus constitui posset: quia tunc ea (vt superius dixi) ex proprietate rei fideicommissariæ detrahi non posset, vt fuit dictum in Romana *fideicommissi de Palutiis veneris* 24.*Februar.* 1612. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. dec.*543.*n.*4. *Card. Seraph. dec.*481.*nu.*3.& *decis.* 1483. *num.*5. & *Rota decisione* 66. *par. prima in recent.*

301 Quod enim extende procedere, etiã si testator ordinasset filias fœminas dotari ex bonis fideicommisso subiectis; quia illud intelligi debet, quatenus aliundè congruè dotari non possint, & sic in subsidium, *Castrens. cons.* 64. *lib.* 2. *Molin. de primog. Hisp. lib.*4.*c.*7.*n.*2.& ita fuit dictum in vna Romana 12.*Decembr.* 1599.*cor. Card. Mellino, et in alia Rom. Iuris ac Mutis* 12. *Dec.* 1614. *corã Coccino Decano*, vbi fuit dictum ab hac opinione, vti veriori, & tutiori non esse recedendũ,

tam

tàm inconsulendo, quàm in iudicando, & postea in *Rom. fideicom. de Victoriis 2. Iun. 1627. corā Merlino, idē dicūt Molin. Pereg. Fusarius in praecit. locis.* Sed pro totali intelligentia istius termini, quādo scilicet filia nō possit prætendere ex bonis fideicōmisso subiectis suā dotē detrahere, quando habet vndè se dotare possit, & sic pater nisi in subsidium eā dotare teneatur.

Declara illud solum procedere dicto patre defuncto: tum filia non possit tangere fideicōmissū, si aliundè habeat at secus in vita patris: quia tunc filia debet vtrūque habere, & ratio differētiæ ea est: quia pater suo officio satisfacit relinquendo post mortem legitimam filiæ suæ, nec valet dicere, quòd bona ad hæredes transeant cum onere dotādi: quia hæres tenetur solum vsque ad legitimam; quę si non sufficit tenetur etiam vltra, si filia non habeat aliundè, vt pulchrè ait *Rota dec. 66. per tot. p. 2. in recent.* & prædicta quę fuerunt dicta de bonis fideicommisso subiectis pro dote alienādis procedunt etiam si per testatorem fuisset prohibita alienatio expresse in causa dotis, vt ait *Surd. dec. 62. n. 1. Ioseph. Ludouic. dec. 28. n. 78. & seqq. Peregr. de fideicom. art. 42. n. 6. & seqq. Fusar. quaest. 531. n. 71. de substitut. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 69. n. 16. Thes. dec. 192. n. 10. Rot. Bononien. decis. 47. n. 7. Grat. lib. 5. discept. c. 832. n. 38.* & ita fuit resolutū in vna *Rom. dotis 30. Mart. 1618. coram Card. Verospio.* Quinimmò id habet locum, nedum ad fauorem filiarum legitimatum, & naturalium, sed etiam ad fauorem neptum, ac aliarum descendentium, etiam naturalium, siue spuriarum tantum, vt ait *Fusar. dicta quaest. 531. num. 9.* vbi testatur nunquā vidisse contrarium seruari, quam enim opinionem tenuit etiam *Rota per Card. Seraph. dec. 461. n. 6. & dec. 37. n. 5. & seqq. p. 1. diuers. & in illa Rom. dotis corā Card. Verospio, & Hond. qui respondet contrarium tenentibus in cons. 89. lib. 1. Thes. dec. 192. n. 11. et Rot. in Rom. de remedijs 15. Dec. 1600. coram Litta, et in Rom. alimentorū 5. Dec. 1607. coram Penia, et per Cocein. dec. 130. n. 2. et in Bonon. fideicom. de desiderijs 15. Mart. 1627. coram Merlino, et in Florentina fideicom. de cambijs 9. Iun. 1629 coram Dunozetto.*

302 Regula quāta erit sup eo, quòd quādo prędictę detractiones scilicet legitimę, & Trebellianicę erunt debitę de iure, tūc fideicommissarius, etiam si in possessione sine vitio existeret non poterit immissionem impedire ab hęrede petitam, vt fuit dictum in vna *Romana de Salamonibus 14. Nou 1575. coram Card Seraphino, quae est in eius impress. dec. 271. n. 5.*

303 Extende, quod neq. tūc fideicōmissarius erit legitimus contradictor ad dictā immissionem, per hęredem petitam impediendam, vt ait *Menoch. de adipiscen. remed 4. n. 638. Gabr. cons. 45. n. 24. lib. 1. Surd. dec. 333. n. 8. cum seqq. Rota dec. 565. n. 3. p. 1. diuers. Card. Seraph. dec. 850. n. 1. & prius dec. 603. n. 4* & latè fuit deductum *à Rot. in dec. 115 n. 11. p. 1. in recent*, & ibi alię decisiones allegantur & *dec. 639. n. 8 p. 1. recent latè Argelus de legit. contrad. q. 10. art. 9. n. 125. et postea Rota in Rauennaten. hæreditat. Ven. 14. Aprilis 1616. coram R. P. D. Pamph.*

304 Subextende, quod neq; reseruatio iuris detractionū, neq. etiā cautio sufficeret ad hoc vt fideicommissario immissio daretur, si detractiones nondum essent plenè factę, vt ait *Argel. de legitimo contradict. q. 8. n. 861.* & ratio est, quia actualis restitutio est necessaria in hac materia detractionum, vt ait *Surd. dec. 333. in fine et Put. dec. 471. lib. 2.* & predicta eò magis procederent, quando dictę detractiones fuissent reseruatæ in sententia: quia tunc ea exequi non posset, nisi prius factis detractionibus in ea reseruatis, alias possessio esset spoliatiua, *Fusar. de fideicom quaestione 672. num. 16. et sequentib.* & *Rot. per Buratt. dec. 165. n. 2. & decis. 569. et Giurb. dec. 60. et ibi pulchrè.*

305 Licet secus esset, quando peteretur supplementum legitimæ, & ratio est, nedum ex eo, quòd illud capi debeat de manu hæredis, & prius deducto ęre alieno, & quòd per consequens id fieri nō possit nisi citato hęrede, & d. ære alieno liquidato, verūetiā, quia cū legitima sit in certa ratione loci, tanquam portio pro indiuiso, & ratione quotæ fundi; quia nescitur quota pars fundi debeatur; Vnde fit, vt propter istam incertitudinem, nulla possessio acquiri possit filio, qui propria authoritate, neque retinere, neque ingredi pōt possessionem alicuius rei vacātis, cū nemo possit, sibi ius dicere

X velu-

veluti vltra Doctores allegatos a *Gratiano* mox citando, & fuit resolutum à *Rota in Romana Saluiani inter dictis tertia Iulij 1600. coram Card. Lancellotto*, & melius decis. 115. num. 12. par. prima in recent. & Surd. dec. 333. n. 12. & seqq.

306 Verum etiam, quia cum pro supplemento legitimæ hypotheca non detur, nec per consequens actione ex testamento petatur, sed conditione ex lege, idcirco videmus, quòd ista exceptio supplementi legitimæ non impedit immissionem ex Saluiano; tanquam altiorem indaginē requirens; at secus in ipsa legitima, pro qua cum detur hypotheca, ideò filio competit, pro ea retentio antequam filius grauatus restituat cætera bona fideicommissario, *Rota Auenionen. per Laurent. dec.* 52. vbi de communi, & cæteri allegati à *Gratiano in cap.* 198. *num.* 18 *cum seqq. lib. primo suar. discept.*

307 Extende igitur regulam illam in tantum valere, quòd si fideicommissarius prędicto casu possessionem haberet, eam restituere tenetur, donec per heredem detractiones fierent, vt ait *Surd. dec.* 333. *num.* 4. & *Put. decis.* 471. *num.* 3. *lib.* 2.

308 Subextende id adeo esse verum, vt propterea eo casu filio, siue illius hæredi competeret retentio totius hæreditatis, donec detractiones fierent, *Cæsar. Argel. de leg. contrad. quæst.* 13. *art.* 5. *Captc. decis.* 17. *num.* 6. & *Rota in Foroliuen. fideicommissi* 1611. *coram* R. P. D. *Pamphil.* & *per Greg. XV. dec.* 185. & *decis.* 206. & *prius in Viterbien. Fideicommissi* 10. *Iunij* 1603. *coram Card. Sacrato.*

309 Subextende rursus, id quoque verū esse, etiam si per testatorem fuisset prohibita detractio in testamento, sed filius adiuerit: quia tunc donec disputatur, & fuerit terminatum negocium filius retentionem habere debet, vt ait *Argel. dicto art.* 13. *num.* 57. & ita fuit resolutum à *Rota in dicta Foroliuen. Fideicommissi coram* R. P. D. *Pamphilo*, sed tunc cautela erit pro fideicommissario, vt filius ei præstet cautionem de restituenda hęreditate, vt fuit dictum à *Rota per Greg. decis.* 185. in vltimis verbis, licet secus esset, quando detractiones nondum per filium essent plenè factæ, quia tunc, neq; reseruatio iuris detractionum sufficeret ad hoc, vt fideicommissario daretur immissio, sed ante illius restitutionem detractiones essent prius integrè faciendæ, vt ait *Argel. de acq. poss. quæst.* 8. *n.* 861. & 862.

310 Fallit igitur primò quando constaret detractiones, iam fuisse factas. Item quando illæ essent certæ: quia tunc illi non daretur retentio; & tunc, certę precipuè dicerentur detractiones, quando legitima in pecunia consisteret; secus autem, quando in genere sunt certę ex eo, quia optimè sciuntur, quòd dictæ detractiones semissem important, sed omninò incertæ ratione loci, cum quælibet pars quibus fuerit translata possessio pro indiuiso in qualibet gleba suam portionem habeat, *Surd. decis.* 333. *nu.* 12. & *Rota decis.* 185. *n.* 1. *penes Greg.* & *dec.* 562. *n.* 4. *p.* 2. *in rec.* & *in* 1. *p. dec.* 115. *n.* 12. & ibi pulchrè de hac materia ait.

311 Fallit secundò, quando filius fuisset requisitus ad detrahendam legitimam, & reliquum restituendum: quod enim fieri potest, sed tunc cautela erit, vt inferius dicā sub num. 325. quod quando legitima esset certa, detur fideicommissario immissio pro indiuiso, vt fuit dictum à *Rota in Tusculana fideicom.* 4. *Iun.* 1618. *coram Reuendiss. Coccino Decano quæ est penes Merlinū de legitima dec.* 7. *n.* 9. & 10. *et Rot. d. dec.* 562. *n.* 4. *vbi alia dec. alleg.*

312 Et rō est, quia alias hæres locupletaretur cū aliena iactura, q̄ non est tollerandum, vt fuit dictum *in Interamn. de Paradisi* 5. *Iul.* 1605. & *in alia Perusina fideicommissi de Bigazzinis* 1607. *coram* R. P. D *Pamphilio*, & *in alia Cæsenaten. de Aldinis coram Reuerendiss. Coccino, et in Foroliuen. fideicom.* 10. *Iun.* 1614. *coram* R. P. D. *Buratto*, & alia sæpè, vt fuit dictum in illa *Tusculana fideicom. coram Reuerendiss. Coccino.*

313 Contrarium tamen, quando (verbi gratia) dictæ detractiones non essent debitę, & sic de Iure fiendæ non venirēt, sed omne Ius hęreditarium veniret restituendum: quia tunc ad euitandum inanem circuitum, immissio hæredi erit denegonda, vt ait idem *Argel. in præcitato loco dicta quæst.* 10. *artic.* 16. *num.* 235. *Parif. consil.* 53. *num.* 113. *lib.* 3. & ita fuit decisum in *Senogallien. fideicommissi* 22. *Maij* 1606. *coram Card. Sacrato.*

314 Exten-

314 Extende è conuerso idem procedere ad fauorem hæredis contra legatarios, qui venirent in vim *l. final. C. de pet. hæred.* quia tunc illius legis dispositio sibi locũ non vendicaret, quando hæres qui inuentarium confecit incontinenti doceret hęreditatem soluendo non esse, vt fuit dictum à *Rota in vna Fauentina legati 24. Nouembris 1589. coram Cardinali Pamphilio, quæ est penes Pacif. de Salulano decisione 2. num. 7. iuxta antiq. impress.* & *Rota in nouis decisione 674. parte 3. num. 8.*

315 Immo subextende huiusmodi opinionem procedere, etiam si extaret statutum mandans pro legatis executiuè procedi, ac omnes ob id exceptiones repelleret: quia tunc istam non comprehenderet, quę excluderet hęredem esse debitorem, ex eo quia hęreditas soluendo non esset *Vero consil. 129. num. 5. lib. primo Rolan. de inuent. in 7. vtilit. p. 4. n. 1.*

316 Contrarium tamen, quando hæres incontinenti non doceret, quòd hæreditas non esset soluendo; quia tunc legatarijs immissio daretur, etiam si per dictum hæredem allegaretur hæreditatem esse varijs debitis oneratam, præstita tamen per legatarios cautione de eam restituendo quatenus æs alienum hæreditatem absorberet, vt fuit dictum in *Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1614. coram Cardin. Sacrato, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 18 num. 1. & in Senogallien. fideicommissi 22. Maij 1606. coram dicto Card. Sacrato, & dec. 674. lib. 3. par. 3. diuers.*

317 Sed tenendo illam secundam opinionem, declara tamen eam procedere, quoties clarè, & apparenter constaret nil penitus esse rem in suum penes hæredem, alias si aliqua difficultas esse posset in contrarium, dicta opinio non procederet, & sic immissio hæredibus, & non legatariis veniret concedenda, vt ait idem *Argel. dicto art. 16. num. 235. & Rota ibi coram Card. Sacrato in illa Senogalien. fideicommissi.*

318 * Licet valde difficile sit illam conclusionem practicare, cum hæres possit semper allegare vltra legitimam, & Trebellianicam, sibi quoque detractionem æris alieni competere, & sic post adeptam possessionem de illis postea docere, & per consequens in restitutione fideicommissarium diludere, vt uit dictum à *Rota in dec. 115. sub. num. 12. vers. tum quia par. 1. in recentior. & Gratian. lib. 1. disceptatione cap. 198. num. 27.*

319 Sed ad huiusmodi collusionem euitandã posset Iudex in hoc summariæ, & melius, quàm fieri possit se informare, & fideicommissarius hæredi iuramentum calumniæ prestare, quod per eum oppositum ab hærede non posset ommitti, etiam si essemus in Iudicio summario, quod enim remedium esset forsan valde potens ad huiusmodi collusiones tollendas, iuxta tradita à *Rota per Card. Manticam in sua decis. 33 num. 4.* Et quòd in huiusmodi cauillationibus, & tergiuersationibus si standum Iudicis arbitrio, ait *Franch. decis. 127. per totam.*

320 Licet huiusmodi difficultas cessaret quoties adesset pactum, cum obligatione omnium bonorum de ingrediendo possessionem propria auctoritate, & sine licentia Iudicis, cum clausula constituti; quia cum per illud esset in creditorem translata tàm ciuilis, quàm naturalis possessio, tunc detrahere debens posset ante liquidationem ingredi possessionẽ: quamuis ab alio esset occupata, & licet ageretur contra ecclesiam debitori succedentem, nec non etiam contra pupillum absque quòd ei curator daretur, & ratio ea est, quia in reali priuilegiatus non priuilegiato succedens priuilegio non gaudet, vt ait *Gratian. ibi supra in fine, & Gozad. consil. 28 num. 15. & Surd. consil. 216. num. 36. lib. 2. & decis. 100. num. 110.* licèt secus sit in materia præscriptionis pro eo tempore, quod cedit post successionem: quia eo casu priuilegio vteretur, vt ait idem *Surd. decis. 4. nu. 17.*

321 Declara secundo illa secundam opinionem multò magis procedere, quando filius, siue illius hæres in restitutione facienda fuissent negligentes; quia tunc posset ad instantiam fideicommissarij ad executionem procedi data per eum cautione prædicta de restituẽdo res suo,

vt ait Argel ibi ſupra num. 62. & Rota in dicta Viterbien. bonorum 1602. *coram* Card. *Sacrato.*

322 Sed ſi detractiones eſſent certæ, tunc ſufficeret, quòd fideicommiſſarius dictas illas portiones certas hęredi reſtitueret, vt ait *Corneus conſ.* 232. *num.* 15. *lib.*4. & *Menoch. de adipiſcenda remed.*4. *num.* 641.

323 Certæ autem non poſſunt verè dici portiones, niſi hęreditas in pecunia numerata cõſiſtat, at ſecus ſi in corporibus; quia tun portiones dicuntur incertę ratione rei ſibi pro illis arbitrio Iudicis con ſignandę, vt ait *Rota reſpondendo prædicto conſ. Cornet in deciſione* 565. *in fine parte* 1. *diuerſorum & deciſione* 115. *num.* 12. *parte* 1. *in recentioribus*, & *in illa Senogallien. fideicommiſſi* 22. Maij 1606. *coram* Card. *Sacrato*

324 Et propterea venit concludendum, quòd neque pro legitima, neque pro illius ſupplemento datur ingreſſus poſſeſſionis, quando huiuſmodi portiones non ſint certę, vel niſi ſit liquidatum ęs alienum, *vt ait Gratianus dicto cap.*198. *num.* 27. & ita quoque fuit deciſum à *Rota in Tuſculana fideicommiſſi mox allegan. quæ declarat dec* 58. *n.*4. *& dec.*59. *num.* 5. *par.*2. *nouiſſ.*

325 Licet ſit quoque verum, quòd quando ſecurę ſunt detractiones, veluti quia medietatem totius aſſis importarent, & hęreditas in corporibus conſiſteret, tunc Rota ſolet concedere immisſionem fideicommiſſario, & filio pro indiuiſo, veluti fuit deciſum in *Foroliuien. fideicommiſſi me ſcribente* 10. Iunij 1614. *coram* R. P. D. *Buratto*, vbi hanc opinionem valde ęquuam vocat, *& in alia Ferrarien. de Taſſonis* 28. *Nouembris* 1618. *coram* R. P. *D.* Pamph. & *prius in alia Recanaten. ſucceſſionis* 26. Iunii 1617. *coram eodem Buratto*, & *in Bononien. de Cataneis iuna* 16. *Februarii* 1623 *coram* R. P. D. *Pirouano, quæ eſt penes* Merlinum *de legitima dec* 2. *n.*13. *& prius in Tuſculana fideicommiſſi* 4. *Iunii* 1618. *coram* Reuerendiſſimo *Coccino Decano, quæ eſt pen. d.* Merl. *dec.*7. *nu.* 13. *& ibid. dec* 97. *n.*2. *quæ eſt illa de Taſſonis coram Pamph.* Greg. *dec.*185. *n.*1. & *Rota in d. Foroliuien. fideicom.*1619. *corã* Pamphilio, & *in Viterbien.* 10 Iunij 1603. *coram* Card. *Sacrato*, & *in eadem* 6. Iunii *eiuſdem anni corã* Card. *Lancellotto* Capic *dec.*17. *n.*6. & *idem* Greg *dec.*106. *n.*8. & *nouiſſ. Argel. de legit. contrad. q.*13. *art.* 5. *num.*55. vbi ait id in tantum valere, vt neque etiam ſufficiat cautio de reſtituendo detractiones: cum actualis reſtitutio ſit neceſſaria *Surd. deciſ.* 333. *in fine*, & Puteus *deciſione* 471 *lib.* 2. & Rota *in Caſenaten. de Aldinis* 24. *Iunii* 1611. *coram* Reuerendiſſimo Coccino *Decano*, & *in Interamnen. de* Paradiſis 5. Iulii 1607. *coram* Card. Pamph.

326 Extende, quòd tunc nedum fideicõmiſſario datur immiſſio reſpectu iuris vniuerſalis, ſed etiam cum perceptione fructuum; licet ſit bene verum, quòd ad hoc, vt detur iſta immiſſio communicatiua, & cum perceptione fructuum prius conſtare debet de fideicommiſſo, ac illius quantitate, vt ſciatur valor quotę; alias non daretur immiſſio, cum communicatione fructuum, vt ait Rota *ibi coram Coccino deciſione* 7. *num.* 16. *penes Merl.*

327 Vndè hic erit igitur notandum, quòd detractiones ſemper ſunt certę, quoties debeantur reſpectu quantitatis, ſed incertę ratione rerum, ex quibus ſunt detrahendę, vt ait Rota *deciſ.* 115 .*num.* 11. & *ſeq par.* 1. *in recent. et deciſ.*206. *nu.* 13. *coram Greg XV. et in Tuſculana fidei commiſſi* 4. *Iunii* 1618. *coram Reuerendiſſimo* Coccino, *quæ eſt penes* Merl. *de legitima dec.*7. *n.*11. *cum ſeqq.*

328 Et propterea iſto caſu, quando legitima ſit certa ratione quantitatis tantum datur, filię retentio; licet ſit incerta ratione loci, vt fuit dictũ à *Rota per Greg d. deciſ.* 206. *num.* 13. *& ibi per addentes, & facit deciſ.* 115. *num* 12. *parte prima recent.* & *Rota deciſ.* 59. *num.* 2. *par.*2. *nouiſſ.*

329 Sed ſi forſan vnus allegaret detractiones fuiſſe factas indeque conſumptas illud probare tenetur, quia cum filius habeat de Iure ſuam intentionem fundatam ſuper detractione legitimę, ſibi de Iure naturę debitę, hinc eſt, quòd ille onus probandi illius detractionem, & conſumptionem in aduerſarium transfert, vt fuit deciſum à *Rota in Peruſina bonorum de Antignola* 17. *Iunii* 1616. *coram* Cardinali *Caualerio*, *& in eadem coram eodem ſub die* 22. *eiuſdem menſis*

& *anni*

& anni, & Rota decis.641.num.18.par. 1. diuersor. & fuit quoque dictum in Romana fideicommissi de Seinis 18. Martii 1602 coram Card. Millino, & in alia Romana legatorum de Columna 27. Ian. 1614 coram Card. Sacrato, quæ est penes Merlin. in suo tract. de legit. dec. 18 num. 4. & Rota per Gregorium XV. dec. 185. num. 1.

330 Extende idē, pari modo procedere in allegante fuisse factas alienationes, quę legitimam, & trebellianicam absorbuerint: quia tunc illud allegans tanquam fundamentum suæ intentionis probare tenetur, vt fuit dictum in Romana Vineæ 29 Februarii 1618. coram R. P. D. Andrea, sed magis distinctè hanc materiam habebis interius in regula sexta, vers. Sed hic erit notandum. Licet multi dicant aliud contingere in hærede, qui tenetur probare valorem detractionum non excedere corpora alienata per eum, vt ait Argel. de acquirenda possessione quæstione 8. num. 855. sed sub num. 928. declarat, quomodo illi sint intelligendi, & est decis. Card. Seraphini 321. & Rota diuersor. dec. 628. par. 1. duas opiniones ponit, Seraph. autem ibi supra ait, quòd hæres teneatur illud incumbens probare, quando essemus in fideicommisso in aliqua re particulari consistente, quam tūc hæres alienare non potest pro sua legitima, nisi bona libera deficiant; & sic igitur erit è conuerso dicendum, quòd scilicet fideicommissarius illud incumbens probare teneretur, si tamen res alienata esset de comprehensis in fideicommisso vniuersali: quia id est permissum hæredi, vsque ad debitam suam ratam, vt ait Argel. ibi supra, cum alijs ibi per eum allegatis; sed omninò vide quę dicam interius in regula sexta, num. 410. cum sequentib. quia ibi plura inuenies.

331 Vndè ex prædictis infertur, quòd detrahere debenti non obstat, si ex aduerso allegaretur plura mobilia tempore mortis, fideicommittentis in hæreditate extare, si de eorum existentia ad præsens clarè non constaret, vt fuit dictū à Rota ibi supra coram R. P. D. Andrea.

332 Et licet hic obiter dubitari posset, an filius, qui adiuit hæreditatem non confecto inuentario, posset consequi detractiones quasi, quò d illud animo fraudādi omiserit; sic rota decidit eas deberi, & dixit hanc esse veriorem opinionem in Bononien. fideicommissi de Cataneis 30 Martii 1617. coram R. P. D. Pirouano, quæ est penes Merlinum de legitima decisione 109.

333 Sed est benè verum, quòd in odium illius ommissionis inuentarij, ei incumberet onus probandi, non extare alia bona, ex quibus detractiones essent fiendæ, si id à fideicommissario allegaretur: quod enim secus esset, quando inuentarium confectum fuisset; quia tunc ex quo illa sinistra suspicio surripiendi bona hæreditaria cessaret, igitur fideicommissario, & non sibi illud onus probandi competeret, vt ait Card. Seraph. dec. 609. nu. 6 & 7. latè Gratian. lib. 3. discept. cap. 570. num. 20. Et ita fuit dictū in vna Romana de Herculanis 7. Iunii 1581 coram Brauo. Et in alia Romana legati 29. Aprilis 1616. coram Cardinali Caualerio, & prius in Bononien. de Pretis 4. Maii 1615. coram Vbaldo, & demum in Romana de Stephanellis 24. Aprilis 1617. coram Remboldo, & in Bononien. de Cataneis 10. Martii 1617. coram Pirouano, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 109. num. 4.

334 Animaduertendo præterea, quòd licet filius legitimam non perdat, non cōfecto inuentario: nihilominus tenetur legatarijs refundere quicquid ab eis ratione legitimæ ademit, vt ait Surd. decis. 316. num. 16.

335 Sed quid si inuentarium fuisset per testatorem remissum? in hoc sunt constituendi tres casus, nempè, aut huiusmodi remissio inuentarii fuit à testatore ordinata in prœiudiciū legatariorum, & fideicommissariorum, aut respectu creditorum, aut quoad ipsum hæredem. Primo casu, remissio inuentarij erit licita, ita vt eo non confecto, nil per hęredem veniat ammittendum: quia veluti poterat testator nil fideicommissarijs, vel legatarijs relinquere, ita quoq. potest hęredi inuentariū remittere, & vt illud non fiat iubere, vt ait Couarr. in cap. primo. num. 17. colum. 4. & in fine versic. verum istbac ratio. Aym. consil. 174. nu. 11. Alexand. consil. 62. num. 15. lib. 2. Dec. consil. 418. n. 14. col. 3. propè medium.

idem *Alexan. in l. nemo potest, colum. 5. versic. etiam*, & ib: *Iason colum. 10. & Paul. de Castr. ff. de leg. 1.* & de communi testatur *Crass. in §. testamentum q 71. num. 4. Vasq. de success. creat. l b. 1. §. 10. de testat pot. num. 68. cum seqq. Fachin. lib. 6. controuers. cap. 25. vers. Ego sanè*, in priorem sententiam, qui omnes concludunt contra *Bald.* contrarium tenentem *in l. finali*, C. *de arbitr. tut.* Licet contra se dicat in *l. cum tale*, §. 1. *ff. de cond. & demonstr.*

336 In secundo verò casu, nempè respectu creditorum, communis conclusio Doctorum ea est, vt per testatorem non possit remitti inuentarium, nec per consequens, potest in hoc creditoribus vllum præiudicium inferre: quia eis plerè satisfacere tenetur. & licet sit verum, quòd quilibet possit ad libitum de re propria disponere: nihilominus id procedit dummodo dispositio non sit contra leges, & nulli inferat præiudicium, veluti in hoc casu cōtingeret, vt inferius dicetur

337 Vndè si hæres sine inuentario adeat vltra vires hereditarias tenebitur; quia tali modo adeundo, quasi cum illis contraxisse censetur, vt dicunt *Couarruuias, Alexander Baldus, Decius, Vasq. & Crass. in præcitat s locis.* Idemque ait *Gutier. de tutel. par. secunda, c. 1. n. 42. & in l. nemo potest, ff. de leg. 1. num. 410. Diaz regula 740. Afflict. decis. 44. num. 33. in fine*, & *Surdus in decis. 30. num. 1.* in vltimis verbis.

338 In tertio verò casu, hęres non potest huiusmodi beneficio inuentarij, vti, si testator illud non confici mandauerit, veluti de iure ei facere licet, quicquid dixerint aliqui, quia hęc est verior opinio ea ratione: quia quilibet rei suę illud onus, quod vult imponere valet, & quemadmodum non prohibetur, vt per statutum possit inuentarium remitti, ita quoque per testatorem fieri poterit, cum ille de re propria disponat, statutum verò de aliena, vt pluribus exemplificando, pulchrè ait *Surdus dicta decis. 30. num. 19. cum pluribus seqq. Bart. in dicta l. nemo potest, num. 12. Ripa nu. 80. Crot. nu. 30. Iason in 1. lect. nu. 51. & in 2. nu 65. Rolan de inuent. §. testator. Crass. Vasq. Bald. & alii in præcitatis locis Paris. cons. 69. nu. 37. & cons. 79. lib. 2. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 2 sect. 2. dub. 2. n. 22. & seqq. Gabr. concl. 1. nu. 32. de vsufruct. & Franc. Marc. dec. 845. nu. 8. p. 1.*

Sed animaduertas tamen, quòd licet testator inuentarium remittat, non tamē liberatur à descriptione bonorū ad faciliorem probationem, & ne bona cō.nutentur, *vt ait Grat. l b. 4. discept. c. 711. n. 51* Immò, neque consuetudo non describendi qualitates bonorum in inuentario est attendenda, idem *Grat lib. 4. c. 767. nu. 10.* & quando, & in quibus casibus possit remitti, vel non, item quādo possit à iudice ordinario etiam si testator illud remiserit, vide in *concl. 56. nu. 195.*

339 Sed redeundo ad materiam detractionis quartarum filio debitarum, rursus erit notandum, quòd si verè constaret per eum fuisse factas alienationes, tunc illæ censentur adæquare illas detractiones, quæ sibi debentur, nisi de contrario appareat, veluti fuit dictū a *Rota in dicta Bononien. de Cataneis coram Pirouano, & in alia Romana domus ad Peregrinum 11. Martii 1619 coram Coccino Decano.*

340 Contrarium, quòd scilicet filius allegando se solum alienasse tot bona, quot suam legitimam importent, & non vltra id probare teneatur, fuit dictum in vna *Anconitana de Rinaldinis luna 20. Februarii 1584. coram Cardinali Lancellotto seniore, & facit decisio Cardinalis Seraphini 321. num. 18.* Sed huiusmodi opiniones veniunt concordandæ, vt supra sub *num. 330.*

341 Extende præterea, quòd quando huiusmodi exceptio detractionum alicui competit, eadem quoque competeret ad fauorem emptorum illarum rerū pro alienatione in eos facta tuenda, vt ait *Grattanus lib. 2. discept. cap. 265. num. 5.* & latè *Argel. quæst. 8. art. 34. num. 833. cum seqq. de acquir. poss. & Surd. cons. 576 num. 41. & seq. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 4. Rota per Greg. dec. 580. n. 5.*

342 Sed quando huiusmodi detractiones semel fuerunt factæ, nota, quòd amplius prætendi non possunt, *vt fuit dictū à Rota per Greg. in d. sua decis 580. nu. 4.*

343 Regula sexta erit super quibus rebus fiat computatio legitimæ: licet prius sit animaduertendum, quod adhoc, vt aliquid in eam imputetur duo copulatiuè sunt necessaria primò, quòd res in pu-

tan-

tanda ex ipsius testatoris substantia prouenit; secundò, quòd de eius voluntate, & iudicio imputetur, vt fuit dictum in *Romana legitimæ lunæ 4. iun. 1612. coram Greg. XV. quæ est in eius impressis decis. 568. num. 10. & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ Ven. 11. Martii 1616. coram Reuendissimo Patriarcha Hierosolymitano, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 31. num. 1.*

344 Imputantur igitur in legitimam omnia, & singula habita ex testamento, & quæ de substantia testatoris sunt, vt fuit dictum à *Rota ibi supra in dicta dec. 568. num. 6 coram Greg.*

345 Quod enim extende primò procedere, siue in mobilibus, aut titulo legati, & alimentorum, aut in pecunia, & nominibus debitorum consistant. & propterea sub huiusmodi imputatione veniunt vasa argentea, & cætera, quæ æstimationem recipiunt, vt ait *Rota ibi supra num. 6. & Gratian. lib. 5. discep. cap. 983. num. 6. Card. Seraph. decis. 1365. per totam, & Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Mart. 1616. coram R. P. D. Manzanedo, & per Greg. dec. 186. num. 1. & seq. & prius decis. 115. num. 27.* quod tamen intellige verum; si filius voluerit eius legitimam sibi in mobilibus assignari, at secus eo inuito, vt dicam inferius *sub nu. 472. & seq.*

346 Quinimmò etiam in faciẽda æstimatione Castrorum, Palatiorum, & stabilium ad effectum calculandi legitimam debet haberi respectus ad picturas, & pulchritudines, cum similibus: quia hęc pretium augent, vt fuit dictum in Rom. *legitimæ 18. Ian. 1616. coram Card. Verospio, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 54 n. 3.*

347 Extende secundò, illud quoque esse imputandum, quòd hæredi ob ius accrescendi, ex bonis testatoris, & ex eius iudicio obuenit, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 1365. num. 13.* licèt contrarium dicant DD. es *Rota* allegata inferius *sub num. 486.* vbi habetur illud quod fuit acquisitum per ius accrescendi in legitimam non imputari; sed istæ opiniones hoc modo concordantur, vt scilicet prima procedat si illud à filio fuerit acceptatum in hanc causam, vt dicitur de vsufructu, secunda vero si secus, vt ait *Seraph. ibi supra dec. 1365.*

348 Extende tertiò, idem quoq. procedere in vsufructu, qui in legitimam imputatur, quando tamen filius eum sibi à patre in testamento relictum acceptasset, quia tunc illud legatum vsusfructus acceptando censetur oneri illius imputationis consensisse, ita vt amplius variare non posset, cum vsusfructus, quando est causalis, pars dominii dicatur. At secus si illud legatum nõ acceptasset. quia ea de iure in corporibus, & substantia filio debetur, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. dicta decision 1365 & in alia Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Mart. 1616. coram R. P. D. Manzanedo quæ est penes Merlinum dec 31.*

349 Subextende id, quod fuit dictum de vsufructu imputando in legitimam, multò magis procedere in legitima ascendentibus debita, vt ait *Card. Seraph. in d. dec. 1365. num. 5.* vbi ait hanc esse communem opinionem, quæ opinio communis videtur præcipuè fundata in *l. Papinianus §. unde si quis ff. de inoff. test.* vbi colligitur, quòd de iure antiquo digestorum fructus percepti, quibuscumque, etiam descendentibus in legitimam veniebant imputandi, sed sic est, quòd cum postea per ius nouum *Codicis in l. si mus §. repletionem de inoff. test.* fuerit illud ius antiquum respectu descendentium expressè correctum. & quo ad ascendentes in nihilo reperiatur immutatum, sequitur ergo vt hodie dispositio illius §. *unde si quis* quoad ascendentes inconcussa, & in suo robore firma remaneat, & ratio ea est: quia priuilegium descendentibus concessum, ad ascendentes extendi non potest iuxta tradita *per Rustic. in l. cum auus lib. 7. cap. 9. num. 15.* & hæc opinio quoque coadiuuatur *ex textu in l. fil. famil. ff. ad leg. falcid. & in dicta l. Papinianus § conditioni* vbi indistinctè, & simpliciter disponebatur fructus in Trebellianicam esse imputandos, qui textus, cum hodie solũ reperiantur correcti in liberis primi gradus, qui *per text. in l. iubemus* non tenentur illos in totum Trebellianicam imputare: vnde ex prædictis sequitur, quod

istud

istud priuilegium descendentibus concessum ad ascendentes non extendatur, & propterea videmus, quòd illi adhuc ad eam imputationem tenentur, veluti dixi supra *sub nu.30.& Bart. in dicta l. filiusfam tl. num. 3. & ibi Angel. pro ≀è med um vers. tamen parentes Imol. ibid. num. 3. Alex. num.4. Iason. in l.* qui se parris *num.62. vers. item liberi C. vnde liberi Pic. in l. in quartam num. 285. ff. ad l. falcidiam Menoch. de Arbitr. casu 256. num 49. Rimin. Iun. cons.244. nu. 103.* & sic igitur idem erit dicendum in legitima, cũ inter huiusmodi terminos, nulla ratio disparitatis assignari possit, vt ait *Surd. decisione 21. num. 11. cum seqq* & ita fuit vltimo loco firmatum à *Rota in vna Ariminen. legitima de Scarpontibus luna 5. Maij 1627. coram R.* P.D. *Durano*, & pro hac eadem opinione alias tenuit Rota *in decis. 186. num. 2. & 3. coram Greg. XV.* & ibi in *addit.* & in alia Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. *Mar. 1626 coram Mãzanedo.*

350 Contra tamen huiusmodi opinionẽ cco muneris prædictis non obstantibus fuit, magistraliter decisum à *Rota in illa Ariminen. legitima. de Scarpontibus coram* R.P.*D. Durano*, & ibi resoluit fructus in legitimã parentum nullo modo esse imputãdos, & ibi hanc secundã opinionẽ, vti veriorem, & æquiorẽ, canonizauit, subdens, quòd Rota in conflictu opinionũ ſẽ mper sequitur quæ est æquior, & humanior, vt ait *Card. Seraph. in dicta decis. 1365. & idem in decis. 668. part.1. diuers. cui opinioni Rota valdè adaptatus dispositio text. in l. prima, §. sed nec C. de vet Iu.enucl.* dum ait, quòd nõ ex multitudine auctorum est iudicandum, sed secundum id, quòd Iustius, & æquius videtur, & est quoque *text. in l. penult. C. quæ sit long. consi. cap. Cappellanus extra de ferijs Abb. in cap. tua nos. num. 8. de vsur. felin. in c. 1. in fi. de constit. & Rota per Coccinum Decanum in sua decis. 214. num. 2.*

351 Et propterea videmus, quòd ad hoc, vt dicatur vna opinio æquior, sufficit auctoritas *Rotæ Romanæ*, quòd scilicet ea pro tali hab. atur, veluti colligitur ex *Seraph. in d. dec. 1365.* vbi ait, quòd hanc opinionem humaniorem appellat istud su premum Tribunal, cui quantum sit tribuendum in verbo *Auditor Rotæ* clarè demonstrabo.

352 Rationes autem, quæ pro hac secunda opinione adducuntur sunt plures, ex quibus enim Rota ingeniosè conatur respondere contrarium tenentibus, & sic Bartoli, & sequacium opinionem improbare in *l. si quis à liberis § v l si parens ff. de liber. agnos.* qu is tamen rationes per te in ipsa decisione videri poteris.

353 Sed ego si verum fateat non prorsus huic secundæ opinioni Rotæ acquiesco, & hoc semper sit dictum ea reuerentia, quam tanti Tribunali debeo, & propterea quasdam rationes, quæ mihi videntur pro prima opinione vrgere in medium afferre proposui.

354 Et prima igitur ea erit, quòd cum amor descendat, & non ascendat ex quodam instinctu naturæ, ex eo præcipuè, quia per filios conseruatur memoria Patris, & non è contra; idcircò sequitur, quòd natura ipsa sit magis prona ad subuentionem filiorum, quam parentum, & propterea videmus in beluis ipsis vt. naturaliter parentes quærant victum filiis, & non è contra, & quòd amor descendat ait *Rota decis. 94. num. 14. par. 2. diuers.* item dixi in verbo Affectio.

355 Secunda ratio ea est, quia pater habet in sang uine pignus erga filium, quod non succedit in filio erga patrem, vndè licet *Rota in dicta Ariminen. legitima* dicat, quòd pater, & filius censeantur vna, & eadem persona in carne, & natura, non per hoc tamen negari potest, quin sanguis ex prædicta ratione potentius operetur in patre erga filium, quàm in filio erga patrem, & propterea *Arist. lib. 8.* ethicorum ad id dicere solebat, quòd parentes amant suos filios, sicut sui existentes, filij autem parentes, vt ab his aliquid existens. Item ratio cur Parentes plus amant filios, quàm è contra, ea esse videtur: quia magis sciũt, quòd filij sunt eis nati, quàm è conuerso, & propterea ait Philosophus, quòd illud dicitur tale, quòd magis, est tale.

356 Tertia ratio ea est quia eas res magis amare solemus, quas cum duriori labore

bore acquirimus, sed queso qualis labor fit regulariter à filijs in educando parentes? certè nullus, sed qualis labor è conuerso a parentibus omittitur in educando filios? herclè nullus; vndè ob id non erit mirum si aliquis habens filios, & patrem eodem tempore egentes, potius filijs, quàm patri subueniat: quia regulariter per natiuitatem filij illius amor Indies crescit, & ille patris decrescere videtur, & sic vbi maior est affectio, ibi cessat minor, & propterea videmus in belluis ipsis, quæ ex instinctu naturæ oblitæ paterni amoris solum quærunt victum pro filijs, & proprios parentes derelinquunt, quinimmò & quòd grauius est videmus, quòd sæpè filij audent insæuire in parentes paricidia committendo, vt filij ex proprio sanguine nati, quantò citius ditiores, ac commodiores in se benè tractando fiant, quod non contingit è contra quibus præterea accedat illud dictum Diui Pauli, quòd patres tenentur thesaurizare filijs, sed non filij parentibus præter alimenta tamen, vt ait Rota in hoc vltimo casu loquendo de alimentis parentibus per filios debitis in illa Ariminen. legitimæ coram Durano.

357 Contrarium tamen huic secundæ opinioni videtur sentire maior pars Theologorum, veluti dixi in verbo Alimenta in ampliat. 23. vers. altera verò opinio dicentium, quòd scilicet filius in conscientia potius tenetur subuenire patri, quàm filiis indigentibus, ob eas rationes quas ibi inuenies: cui enim opinioni valde congruit illud *Exod.* 20. *Eccles.* 7. & *text. in cap. quæritur 2. quæst. 7. & alitud Ciceronis lib. 1. de offic.* dum ait illud primum esse in officio, vt ei plurimum tribuamus à quo plurimum accepimus, imitantes agros fertiles, qui multò plus offerunt, quam acceperunt, vt fuit latè deductum à Rota ad corroborandam illius opinionem, quam tenet in illa Ariminen. legitimæ, vt scilicet plus patri debeamus, quàm filiis:

358 Ego autem opiniones prædictas tali modo concordarem & sic vt prima procedat iuxta veriorem Doctorum opinionem secunda verò secundu n æquiorem, & humaniorem, & quod hoc sit verum videmus, quòd *Rota in illa decis.* 1365. *coram Seraph.* illam opinionem in hac materia vocat humaniorem, sed non veriorem, vt dicunt etiam alij Doctores primam tenentes, & sic igitur ego tenerē primā opinionem extra Tribunal Rotæ, & vbi rigor attenditur: Secundam vero in Rota quę semper more Angelorum æquitati inhæret, & rigorem aufugit, rursus ego dicerem, quòd prima procedat in foro fori, secunda autem in foro Poli nec illud dictum Ciceronis illi primæ opinioni quicquam videtur præiudicare: quia illud forsan procederet si ageretur de retribuendo benefactori aliquid, quod esset pretio æstimabili considerandum, veluti faciunt agri fertiles de quibus ipse præbet exemplum; secus autem, vbi agitur de rebus à natura infinitis, quæ sunt imu abilia, *text. est apertus in l. Iura sanguinis, & ibi Doctores omnes de reg. Iur.*

359 Vndè huic ad aptatur ea regula, quòd quos natura nō obligat conscientia non ligat, vt dicunt communiter Theologi, & veluti dixi in verbo adulterium, & sic dum naturaliter cogor plus diligere filium, quàm patrem nimirum; igitur si plus illi, quàm patri subuenire quætam.

360 Rursus addo vltimo ego, quòd pro concordantia dictarum opinionum posset tali modo concludi, quòd scilicet maior reuerentia debeatur patri, quam filio, sed maior subuentio debeatur filio, quam patri ex eo præcipuè, quia filius potest longiori tempore indigere, quàm pater per regulam qui citius nascitur, citius moritur, licet tamen satis æquius esset si filius vterulque indigentiæ tempè patris, & filij subueniret, quando tamen vtrunque etiam cum aliqua sua incommoditate facere posset sin minus à prima opinione ego ex ordinata charitate non recederem.

361 Extende quartò procedere dictam regulam lestam etiam in legato alimentorum a filio acceptato: quia tunc illud in eam esset imputandum, vt fuit dictum à *Rota in Bonon. fideicommissi vltima Maij* 1600. *coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. dicta decis.* 1365. *& coram Gregorio in dicta sua decis.* 136. *num.* 2.

*num.*2. licèt secus in alimentis, iam factis filio, & nurui, quæ cum consumentur in legitimam non imputantur, etiam si matrimonium esset sine dote, & illi pater non consentierit, vt dicunt DD. citati à *Merlino de legitima lib.*2. *tit.*2. *q.* 17. *n.*11. *& seqq.*

362 Extende quintò pari modo procedere in eo, quod pater soluerit fisco pro delicto filij; quia illud in eam imputandum veniret, quod tamen intellige verum de ea, quod pater non voluntariè, sed coactè fisco soluit, veluti si ille esset fideiussor, siue à statuto loci illud soluere cogeretur: nàm tunc illud, quod tali modo à patre fuit solutum in legitimam filij esset imputandum; quod tamen secus esset, si fisco voluntariè soluisset, iuxta tradita per *Surd. in sua dec.*167. *num.*10. *Peregr. de fideicom. art.*36. *sub num.*37. *&* 38. & hanc distinctionem amplexa fuit Rota *in Romana legitimæ* 18. *Maij* 1616. *coram R. P. D. Verospio & in eadem* 31. *Maij* 1617. *coram Card. Sacrato*. Et voluntariè soluere dicitur pater, quando ante condemnationem filij soluit, vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana legitimæ coram Card. Sacrato, et prius in eadem* 18. *Mart.* 1616. *coram Card. Verospio*.

363 Contrarium licèt testetur tenuisse Rotam *Grat. lib.*1. *discept. cap.*50 *num.* 5. ex eo, quia hæc pietas censeatur in patre esse necessaria in redimēdo filium à condemnatione, quę opinio mihi magis placet ex duobus, & primò, quia necessariò, quis actum facere dicitur, quando poterat cogi ad illum faciēdum, (vt hic) condemnationem filij sequendo pro eo redimendo *Surd. dec.*305. *num.*28. Immò, quādo actus habet duplicē sensum semper ad necessariū refertur idem *Surd. decis.*15. *num.* 13. *Alciat præscript.* 24. & *Rot. in Romana Societatis officij* 20. *Maij* 1580. *coram Card. Lancellotto*. Secundò mihi placet ista opinio tantò plus: quia tendit ad æqualitatem seruandam inter fratres, dum agitur, quòd quicquid habuit filius a patre pro illius redemptione in legitimam imputare teneatur, & tātò magis id procedere debet ne filij morigerati sint infœlicioris conditionis, quàm sunt alij facinorosi, & delinquentes, quod nullo modo sequi debet, *velut dixi in verbo æqualitat.*

364 Subextende primam opinionem procedere: siue solutum per patrem fisco in magna, siue in pauca quantitate consisteret, quia id, quod differt secundum plus, & minus non facit differre substantia, vt ait *Grat. lib.*1. *discept. c.*50. *num.*3.

365 Sed est benè verum, quòd quando pater bona aduentitia filii penes se habe ret, tunc non de propriis bonis, sed de illis filii soluisse censetur, vt ait *Duen. reg.* 222. *num* 2. *Ruin. consil.*149. *num.* 14. *lib.*3. & *Rota in Spoletana legitimæ* 15. *Nouembris* 1596. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 1207. *num.*2.

366 Fallit tamen, quando pater tacitè, siue expressè delicto filij consensisset: quia tunc solutum fisco in legitimam non esset filio imputandum, vt ait idem *Grat. d. c.* 50. *n.*4.

367 Sed hic obiter nota, quòd quando pater soluit coactè legitimam pro filio: tunc eum instituere non cogitur, vt ait *Surd. decis* 167. *num.*12.

368 Item hic nota, quòd legitima pro delicto filii non deb tur quādo patet viueret siue proprii filii adessēt, & id in eorum solatium fieri solet, & propterea animaduertendum erit, quòd si adsit statutum, quod pro delicto filii capiatur legitima in bonis patris, id intelligendū venit, si alius non extet, qui rationabilius, quàm fiscus succedere posset, vt ait *Surd. decis.* 167. *num.* 2. & *decis.* 314. *Menoch. consil.* 102. *num.*13. *Clar. in §. finali quæst.* 78. *vers. sed quid Nonius cons.* 102. *Rimin. sen. cons.*775. *num.*1. & *seq. decis. Pedemont.* 94. *in princ. & Boer. decis.*15. *per totam Ludouic. dec.*11. *num.*27. *Rota Perus. & Rota in Spoletana legitimæ lunæ vltima Maij* 1596. *coram Card. Pamphilio*, vbi fuit dictum legitimam filii in confiscatione non venire quādo auo nepotes ex eo filio supersunt, animaduertendo tamen illud, quod fuit dictum de filio legitimam nō amittente dum vixit pater, non procedere eo mortuo: quia tunc filius fit incapax successionis, & legitimæ *Rota in Romana bonorum de Vitellis* 11. *Decembris* 1578. *coram R.P.D Bubalo*.

Sed declara tu tamen prędicta omnia

non

procedere, stantibus statutis fori totius Italiæ, & in Ecclesiastica iurisdictione per constitutionem Marchiæ *lib. 4. cap. 18.* & 19. licet aliquibus dura videantur, & præsertim *Surd. in decis. 167. num. 16.* & præcipuè talia statuta non haberent locum quando filius esset bannitus ob contumaciam: quia tunc legitima priuari non potest, vt ait *Rota in vna Ciuitati Castelli supplementi legitimæ coram R.P.D. Iusto, qua est inter crim. Farinac. dec. 191. in fine*.

369 Extende id quoque pari modo procedere, etiam patre mortuo: quia nepos ex filio bannito fiscum excludit a legitima, idem *Surd. decis. 314.* Immò *Farinac. in sua prax crim. quæst. 24. num. 19. tit. de delict. & pæn.* Ampliat id quoque procedere ad fauorem omnium in gradu succedentium, quibus per mortem patris legitima debetur, & non fisco: quia fiscus non capit successionem delinquenti delatas post condemnationem, sed tunc via aperitur venientibus ab intestato, *Rota in dicta Romana bonorum de Vitellis. Gomez. var. resol. tom. 3. de confiscat. bonorum num. 1. & sequenti. Couar. variar. resolut. cap. 8. lib. 2. num. 7. Alex. consil. 37. lib. 1. Soc. Iun. consil. 51. lib. 1.* qui dicunt procedere, etiam in omnibus delictis, quantùis atrocissimis, & propterea videmus, quòd licet in crimine hæresis, & læsæ maiestatis humanæ, filij priuentur legitima de iure Cæsareo, non tamen illis denegantur alimenta de Iure Canonico, vt ex mente Rotæ dixi in verbo Alimenta in principio, & velut nouissimè ait *Merlin. in tract. de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 30. & 31. per tot.* vbi ampliat, & limitat in quibus casibus, & in quibus personis id procedat. Item ait, idē procedere si filij accusarent patrē, siue quando pater de hæresi pœnitentiam egit quemadmodum etiam fieret, qñ ex sola suspicione fuisset in cōtumacia pater cōdēnatus; quia tūc filiis legitima nedum non aufertur, sed immò etiam auo, & aliis ascendentibus, ac transuersalibus isti filii succedunt, quòd enim extende multò magis procedere in parentibus, quibus ob delictum hæresis filiorum legitima in eorum bonis reseruatur, vt ait *Carer. de hæret. num. 170.* *Decian. lib. 5. cap. 47 nu. 9. & Farinac. de hæresi quæst. 191. num. 41.*

370 Et ratio est quia statutum loquens de filiis in confiscanda legitima non habet locum in patre, veluti nec etiam loquendo de filiis habet locum in adoptiuis, & naturalibus, siue arrogatis: quia cum statutum expressè non loquatur de legitima, nō admittit fiscum, licet generalissimè loquatur; nam tale statutum, vti crudele, & odiosum strictè venit interpretandum, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino in suo tract. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 11. & q. 34. per totam*.

371 Secus tamen quando adoptio, siue arrogatio in fraudem fisci fuisset facta, idem *Merlin. ibi supra quæstion. 28. num. 11. Rolan. consil. 97. num. 32.*

372 Amplia primò, quòd neque dicta confiscatio bonorum ob delictum filii extendatur ad bona per patrem ipsi filio donata, *veluti fuit decisum in vna Cæsenaten. de Caccaguerris luna 21. Februarii 1600. coram R. P. D. Litta, quæ inter crim. Farinac. dec. 145.*

373 Amplia secundò, quòd neque ea trahatur ad peculium Castrense, vel quasi, sed illud remanet patri in solatium delicti per filium patrati, vt ait *Rota ibi supra num. 1.* & id procedit etiam in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, vt ait *Farinac. de hæresi quæst. 190. num. 17.* & pulchrè ita fuit resolutum à *Rota in Romana confiscationis veneris 18. April. 1625. coram Merlino*, vbi extendit id quoque procedere, quoad illud profectitium, & aduentitium, & hanc opinionem esse communem, & veriorem dicunt *Rot. in Cæsenaten. de Caccaguerris 2. Februar. 1600. coram Litta, quæ est decis. 145. num. 1. inter crim. Farinac. post volumen. 2. cons. quam allegat Rot. ibi coram Merlino*.

374 Amplia tertiò, quòd ea donatio pari modo nō extendatur ad res vxori donatas, sed est benè verum, quòd cum talis donatio morte confirmetur, igitur ea debet stare in pendenti, ita vt si eam maritus non reuocauerit in vita sua morte confirmabitur fisco penitus excluso, alias secus, vt fuit decisum in vna *Venetiarum census luna 14. Martij 16.1. coram*

Rota decisione sexagesima sexta, numero nono, parte prima recentior. quod tamen declara verum, quando dicti fructus extarent, at secus, quando essent consumpti, veluti ex mente *Rota ait Card. Seraph. dec.* 481. *num.* 3. *& decis.* 1483. *num.* 5. & *Peregrin. de fideicommiss. art.* 42. *num.* 71. *Fusar. de substitut. q.* 531. *n.* 120. *& Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 4 *tit.* 7. *nu.* 2.

292 Secus autem, quando testamentum patris (verbi gratia) sustineretur in vim fideicommissi ex clausula codicillari, & præsertim, quando illius restitutio deberet fieri incontinenti; quia tunc legitimam, & trebellianicam insimul filius detrahere non valeret; & sic eo casu non posset dici, quòd filia ex legitima, & trebellianica posset sufficienter dotari absque quod res fideicommisso subiecta deberet alienari, veluti fieret si in diem, vel sub conditione esset grauatus restituere; quia tunc duas quartas ei detrahere liceret, vt ait *Rota d. cta decis.* 66. *n.* 2. *Gratian. decis.* 112. *Rota Marchia Gudepap. decis.* 52. *& Anton. Thesaur. decis.* 141.

293 Extende idem pari modo procedere in parentibus, quando essent rogati restituere: quia tunc illi quoque duas quartas detrahere debent, vt ait *Franc. Viuius dec.* 405. & *Gerard. Maynard. dec.* 47. *p.* 5. *parlament. Tolos.*

294 Sed ante detractionem dictarum duarum quartarum, quæ prius detrahenda veniant; & quando fructus in eas computentur, tradit *Rota decis.* 517. *p.* 4. *nouiss.* per te videnda.

295 Extende id, quod fuit dictum de detractione vnius quartæ tantũ, pari modo procedere, quando essemus in filio siue causa exhæredato; sed testamentum patris in vim prædictæ clausulæ codicillaris sustineretur; quia eo casu filius solum legitimam, & non trebellianicam detrahere posset, vt ait *Rota in decis.* 568. *nu.* 4. *par.* 1. *in recent.*

296 Subextende idem pari modo procedere, veluti si in testamento patris legitima filijs iure institutionis relicta non fuisset, sed illud sustineretur ex clausula (Omni meliori modo) in dicto testamento apposita: quia tunc solum posset filius petere supplementum legitimæ, & non alias, vt fuit dictum à *Rota in dicta decis.* 568. *num.* 1. *in recent.* & *Gratian. lib.* 4. *discept. c.* 702. *nu.* 8. *&* 11.

297 Vndè ad id erit notandum, quòd licet testamentum patris, ob filii præteritionem non rumpatur, nec minus per querelam impugnari possit: nihilominus filius potest legitimæ portionem petere sibi de iure naturali debitam, vt ait *Rota per Card. Seraphinum in sua decis.* 93. *num.* 2.

298 Et prædicta quæ fuerunt dicta de dote, procedunt etiam in lucro dotali, tàm ex pacto partium, quàm etiam in eo taxato per statutum, cum illud pars dotis dicatur, pro quo, veluti pro dote bona fideicommissaria alienari poterunt in subsidium, vt fuit dictum à *Rota* in præallegatis decisionibus, & veluti fuit decisum *in alia Romana de Cuppis* 14. Dec. 1609. *coram Card. Mantomontio.*

299 Fallit tertiò dicta extensio, et si fideicommissum esset tale, quod detractionem legitimæ & trebellianicę pateretur: sed tamen dictæ quartę tempore restitutionis essent consumptæ: quia tunc dos ex fideicommisso non veniret detrahenda, sed illud veniret integrè restituendũ fideicommissario, vt ait Rota *in Montis Iulij fideicommissi, vener.* 16. *Iun.* 1606. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.* 266. *num.* 11.

300 Fallit quartò, quando dos ex fructibus constitui posset: quia tunc ea (vt superius dixi) ex proprietate rei fideicommissariæ detrahi non posset, vt fuit dictum in Romana *fideicommissi de Polutiis veneris* 24. *Februar.* 1612. *coram Gregorio, quæ est in eius impress. dec.* 543. *n.* 4. *Card. Seraph. dec.* 481. *nu.* 3. & *decis.* 1483. *num.* 5. & *Rota decisione* 66. *par. prima in recent.*

301 Quod enim extende procedere, etiã si testator ordinasset filias fœminas dotari ex bonis fideicommisso subiectis: quia illud intelligi debet, quatenus aliundè congruè dotari non possint, & sic in subsidium, *Castrens. cons.* 64. *lib.* 2. & *Molin. de primog. Hisp. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 2. & ita fuit dictum in vna *Romana* 12. *Decembr.* 1599. *cor. Card. Mellino, et in alia Rom. Cuius ac Mutis* 12. *Dec.* 1614. *corã Cocino Decano*, vbi fuit dictum ab hac opinione, vti veriori, & tutiori non esse recedendũ,

càm

tàm inconsulendo, quàm in iudicando, & postea in Rom. fideicom. de Victoriis 2. Iun. 1627. corā Merlino, idē decūt Molin. Pereg. Fusarius in pract. lucis. Sed pro totali intelligentia istius termini, quādo scilicet filia nō possit prætendere ex bonis fideicōmisso subiectis fiā dotē detrahere, quando habet vndè se dotare possit, & sic ꝙpa ter nisi in subsidium eā dotare teneatur.

Declarā illud solum procedere dicto patre defuncto: tum filia non possit tangere fideicōmisū, si aliundè habeat at secus in vita patris: quia tunc filia debet verisique habere, & ratio differētiæ ea est: quia pater suo officio satisfacit relinquendo post mortem legitimam filiæ suæ, nec valet dicere, quòd bona ad hæredes transeant cum onere dotādi: quia hæres tenetur solum vsque ad legitimam; quę si non sufficit tenetur etiam vltra, si filia non habeat aliundè, vt pulchrè ait Rota dec. 66. per tot. p. 1. in recent. & prædicta quę fuerunt dicta de bonis fideicommisso subiectis pro dote alienādis procedunt etiam si per testatorem fuisset prohibita alienatio expresse in causa dotis, vt ait Surd. dec. 62. n. 1. Ioseph. Ludouic. dec. 28. n. 78. & seqq. Peregr. de fideicom. art. 42. n. 6. & seqq. Fusar. quæst. 531. n. 71. de substitut. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 69. n. 16. Thes. dec. 192. n. 10. Rot. Bononien. decis 47. n. 7. Grat. lib. 5. discept. c. 832. n. 38. & ita fuit resolutū in vna Rom. dotis 30. Mart. 1618. coram Card. Verospio. Quinimmò id habet locum, nedum ad fauorem filiarum legitimarum, & naturalium, sed etiam ad fauorem neptum, ac aliarum descendentium, etiam naturalium, siue spuriarum tantum, vt ait Fusar. dicta quæst. 531. num. 9. vbi testatur nunquā vidisse contrarium seruari, quam enim opinionem tenuit etiam Rota per Card. Seraph. dec. 461. n. 6. & dec. 37. n. 5. & seqq. p. 1. diuers. & in illa Rom. dotis corā Card. Verospio, & Hond. qui respondet contrarium tenentibus in cons. 89. lib. 1. Thes. dec. 192. n 11. et Rot. in Rom. de remedijs 15. Dec. 1600. coram Litta, et in Rom. alimentorū 5. Dec. 1607. coram Penia, et per Coccin. dec. 120. n. 2. et in Bonon. fideicom. de desiderijs 15. Mart. 1627. coram Merlino, et in Florentina fideicom. de cambijs 9. Iun. 1629 coram Dunozetto.

302 Regula quīta erit sup eo, quòd quādo prędictę detractiones scilicet legitimę, & Trebellianicę erunt dębitę de iure, tūc fideicommissarius, etiam si in possessione sine vitio existeret non poterit immissionem impedire ab hęrede petitam, vt fuit dictum in vna Romana de Salamonibus 14. Nou. 1575. coram Card Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 271. n. 5.

303 Extende, ꝙ neq. tūc fideicōmissarius erit legitimus contradictor ad dictā immissionem, per hęredem petitam impediendam, vt ait Menoch. de adipisc. en. remed 4. n. 638. Gabr. cons. 45. n. 24. lib. 1. Surd. dec. 333. n. 8. cum seqq. Rota dec. 565. n. 3. p. 1. diuers. Card. Seraph. dec. 850. n. 1. & prius dec. 603. n. 4 & latè fuit deductum à Rot. in dec. 115 n. 11. p. 1. in recent, & ibi alię decisiones allegantur & dec. 639. n. 8 p. 1. recent latè Argelus de legit. contrad. q. 10. art. 9. n. 125. et postea Rota in Rauennaten. hæreditat. Ven. 14. Aprilis 1616. coram R. P. D. Pamph.

304 Subextende, ꝙ neq; reseruatio iuris detractionū, neq. etiā cautio sufficeret ad hoc vt fideicommissario immissio daretur, si detractiones nondum essent plenè factę, vt ait Argel. de legitimo contradict. q. 8. n. 861. & ratio est, quia actualis restitutio est necessaria in hac materia detractionum, vt ait Surd. dec. 333. in fine et Put. dec. 471 lib. 2. & predicta eò magis procederent, quando dictę detractiones fuissent reseruatæ in sententia: quia tunc ea exequi non posset, nisi prius factis detractionibus in ea reseruatis, alias possessio esset spoliatiua, Fusar. de fideicom quæstione 672. num. 16. et sequentib. & Rot. per Buratt. dec. 165. n. 2. & decis. 569. et Giurb. dec. 60. et ibi pulchrè.

305 Licet secus esset, quando peteretur supplementum legitimæ, & ratio est, nedum ex eo, quòd illud capi debeat de manu hæredis, & prius deducto ęre alieno, & quòd per consequens id fieri nō possit nisi citato hęrede, & d. ære alieno liquidato, verūetiā, quia cū legitima sit in certa ratione loci, tanquam portio pro indiuiso, & ratione quotæ fundi; quia nescitur quota pars fundi debeatur; Vnde fit, vt propter istam incertitudinem, nulla possessio acquiri possit filio, qui propria authoritate, neque retinere, neque ingredi pōt possessionem alicuius rei vacātis, cū nemo possit, sibi ius dicere

veluti vltra Doctores allegatos à *Gratiano* mox citando, & fuit resolutum à *Rota in Romana Saluiani inter dictis tertia Iulij 1600 coram Card. Lancellotto, & melius decis. 115. num. 12. par. prima in recent.* & *Surd. dec. 333. n. 12. & seqq.*

306 Verum etiam, quia eum pro supplemento legitimæ hypotheca non detur, nec per consequens actione ex testamẽto petatur, sed conditione ex lege, idcircò videmus, quòd ista exceptio supplementi legitimæ non impedit immissionem ex Saluiano; tanquam altiorem indaginẽ requirens; at secus in ipsa legitima, pro qua cum detur hypotheca, ideò filio competit, pro ea retentio antequam filius grauatus restituat cætera bona fideicommissario, *Rota Auenionen. per Laurent. dec.* 52. vbi de communi, & cæteri allegati à *Gratiano in cap.* 198. *num.* 18 *cum seqq. lib. primo suar. discept.*

307 Extende igitur regulam illam in tantum valere, quòd si fideicommissarius prędicto casu possessionem haberet, eam restituere teneretur, donec per heredem detractiones fierent, vt ait *Surd. dec.* 333. *num.* 4. & *Put. decis.* 471. *num.* 3. *lib.* 2.

308 Subextende id adeo esse verum, vt propterea eo casu filio, siue illius hæredi competeret retentio totius hæreditatis, donec detractiones fierent, *Cæsar. Argel. de leg. contrad. quæst.* 13. *art.* 5. *Capic. decis.* 17. *num.* 6. *& Rota in Foroliuen. fideicommissi* 1611. *coram* R. P. D. *Pamphil.* & *per Greg. XV. dec.* 185. & *decis.* 206. & *prius in Viterbien. Fideicommissi* 10. *Iunij* 1603. *coram Card. Sacrato.*

309 Subextende rursus, id quoque verũ esse, etiam si per testatorem fuisset prohibita detractio in testamento, sed filius adiuerit: quia tunc donec disputatur, & fuerit terminatum negocium filius retentionem habere debet, vt ait *Argel. dicto art.* 13. *num.* 57. & ita fuit resolutum à *Rota in dicta Foroliuien. Fideicommissi coram* R. P. D. *Pamphilio*, sed tunc cautela erit pro fideicommissario, vt filius ei præstet cautionem de restituenda hęreditate, vt fuit dictum à *Rota per Greg. decis.* 185. in vltimis verbis, licet secus esset, quando detractiones nondum per filium essent plenè factæ quia tunc, neq; reseruatio Iuris detractionum sufficeret ad hoc, vt fideicommissario daretur immissio, sed ante illius restitutionem detractiones essent prius integrè faciendæ, vt ait *Argel. de acq. poss. quæst.* 8. *n.* 861. & 862.

310 Fallit igitur primò quando constaret detractiones, iam fuisse factas. Item quando illæ essent certæ: quia tunc illi non daretur retentio; & tunc, certę precipuè dicerentur detractiones, quando legitima in pecunia consisteret; secus autem, quando in genere sunt certę ex eo, quia optimè scitur, quòd dictæ detractiones semissem important, sed omninò incertæ ratione loci, cum quælibet pars quibus fuerit translata possessio pro indiuiso in qualibet gleba suam portionem habeat, *Surd. decis.* 333. *nu.* 12. & *Rota decis.* 185. *n.* 1. *penes Greg.* & *dec.* 562. *n.* 4. *p.* 2. *in rec.* & *in* 1. *p. dec.* 115. *n.* 12. & ibi pulchrè de hac materia ait.

311 Fallit secundò, quando filius fuisset requisitus ad detrahendam legitimam, & reliquum restituendum: quod enim fieri potest, sed tunc cautela erit, vt inferius dicã sub num. 325. quod quando legitima esset certa, detur fideicommissario immissio pro indiuiso, vt fuit dictum à *Rota in Tusculana fideicom.* 4. *Iun.* 1618. *coram Reuendiss. Coccino Decano quæ est penes Merlinũ de legitima dec.* 7. *n.* 9. & 10. *et Rot. d. dec.* 562. *n.* 4. *vbi alia dec. alleg.*

312 Et iõ est, quia alias hæres locupletaretur cũ aliena iactura, q̃ non est tolleranda, vt fuit dictum *in Interamn. de Paradisis* 5. *Iul.* 1605. & *in alia Perusina fideicommissi de Bigazzinis* 1607. *coram* R. P. D *Pamphilio*, & *in alia Casenaten. de Aldinis coram Reuerendiss. Coccino, et in Foroliuen. fideicom.* 10. *Iun.* 1614. *coram* R. P. D. *Buratto*, & alia sæpè, vt fuit dictum in illa *Tusculana fideicom. coram Reuerendiss. Coccino.*

313 Contrarium tamen, quando (verbi gratia) dictæ, detractiones non essent debitę, & sic de Iure fiendæ non veniret, sed omne Ius hęreditarium veniret restituendum: quia tunc ad euitandum inanem circuitum, immissio hæredi erit deneganda, vt ait idem *Argel. in præcitato loco dicta quæst.* 10. *artic.* 16. *num.* 235. *Paris. consil.* 53. *num.* 113. *lib.* 3. & ita fuit decisum in *Senogallien. fideicommissi* 22. *Maii* 1606. *coram Card. Sacrato.*

314 Exten-

314 Extende è conuerso idem procedere ad fauorem hæredis contra legatarios, qui venirent in vim *l. final. C. de per. hæred.* quia tunc illius legis dispositio sibi locũ non vendicaret, quando hæres qui inuentarium confecit incontinenti doceret hæreditatem soluendo non esse, vt fuit dictum à *Rota in vna Fauentina legati 24. Nouembris 1589. coram Cardinali Pamphilio, quæ est penes Pacif. de Saluiano decisione 2. num. 7. iuxta antiq. impress.* & *Rota in nouis decisione 674. parte 3. num. 8.*

315 Immo subextende huiusmodi opinionem procedere, etiam si extaret statutum mandans pro legatis executiuè procedi, ac omnes ob id exceptiones repelleret: quia tunc istam non comprehenderet, quę excluderet hæredem esse debitorem, ex eo quia hæreditas soluendo non esset *vero consil. 129. num. 5. lib. primo Rolan. de inuent. in 7. vtilit. p. 4. n. 1.*

316 Contrarium tamen, quando hæres incontinenti non doceret, quòd hæreditas non esset soluendo: quia tunc legatarijs immissio daretur, etiam si per dictum hæredem allegaretur hæreditatem esse varijs debitis oneratam, præstita tamen per legatarios cautione de eam restituendo quatenus æs alienum hæreditatem absorberet, vt fuit dictum in *Romana legatorum de Columna 27. Ianuarij 1614. coram Cardin. Sacrato, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 18 num. 1. & in Senogallien. fideicommissi 22. Maij 1606. coram dicto Card. Sacrato, & dec. 674. lib. 3. par. 3. diuers.*

317 Sed tenendo illam secundam opinionem, declara tamen eam procedere, quoties clarè, & apparenter constaret nil penitus esse rem insurum penes hæredem, alias si aliqua difficultas esset, posset incontrarium, dicta opinio non procederet, & sic immissio hæredibus, & non legatariis veniret concedenda, vt ait idem *Angel. dicto art. 16. num. 235. & Rota ibi coram Card. Sacrato in illa Senogalien. fideicommissi.*

318 * Licet valde difficile sit illam conclusionem practicare, cum hæres possit semper allegare vltra legitimam, & Trebellianicam, sibi quoque detractionem æris alieni competere, & sic post adeptam possessionem de illis postea docere, & per consequens in restitutione fideicommissarium diludere, vt uit dictum à *Rota in dec. 115. sub. num. 12. vers. tum quia par. 1. in recentior. & Gratian. lib. 1. disceptatione cap. 198. num. 27.*

319 Sed ad huiusmodi collusionem euitandã posset Iudex in hoc summariæ, & melius, quàm fieri possit se informare, & fideicommissarius hæredi iuramentum calumniæ prestare, quod per eum oppositum ab hærede non posset ommitti, etiam si essemus in Iudicio summario, quod enim remedium esset forsan valde potens ad huiusmodi collusiones tollendas, iuxta tradita à *Rota per Card. Manticam in sua decis. 33. num. 4.* Et quòd in huiusmodi cauillationibus, & tergiuersationibus sit standum Iudicis arbitrio, ait *Franch. decis. 127. per totam.*

320 Licet huiusmodi difficultas cessaret quoties adesset pactum, cum obligatione omnium bonorum de ingrediendo possessionem propria auctoritate, & sine licentia Iudicis. cum clausula constituti: quia eum per illud esset in creditorem translata tàm ciuilis, quàm naturalis possessio, tunc dettahere debens posset ante liquidationem ingredi possessionẽ: quamuis ab alio esset occupata, & licet ageretur contra ecclesiam debitori succedentem, nec non etiam contra pupillum absque quòd ei curator daretur, & ratio ea est, quia in reali priuilegiatus non priuilegiato succedens priuilegio non gaudet, vt ait *Gratian. ibi supra in fine, & Gozad. consil. 28 num. 15.* & *Surd. consil. 316. num. 36. lib. 2.* & *decis. 100. num. 110.* licèt secus sit in materia præscriptionis pro eo tempore, quod cedit post successionem: quia eo casu priuilegio vteretur, vt ait idem *Surd. decis. 4. nu. 17.*

321 Declara secundo illa secundam opinionem multò magis procedere, quando filius, siue illius hæres in restitutione facienda fuissent negligentes; quia tunc posset ad instantiam fideicommissarij ad executionem procedi data per eum cautione prædicta de restituẽdo rem suo,

vt ait Argel ibi supra num. 62. & Rota in dicta Viterbien. bonorum 1602. coram Card. Sacrato.

322 Sed si detractiones essent certæ, tunc sufficeret, quòd fideicommissarius dictas illas portiones certas hęredi restitueret, vt ait *Corneus cons. 232. num. 15. lib. 4.* & *Menoch. de adipiscenda remed. 4. num.* 641.

323 Certæ autem non possunt verè dici portiones, nisi hęreditas in pecunia numerata cõsistat, at secus si in corporibus; quia tun portiones dicuntur incertę ratione rei sibi pro illis arbitrio Iudicis consignandę, vt ait *Rota respondendo prædicto cons. Cornet in decisione 565. in fine parte 1. diuersorum & decisione 115. num. 12. parte 1. in recentioribus, & in illa Senogallien. fideicommissi 22. Maii 1606. coram* Card. Sacrato

324 Et propterea venit concludendum, quòd neque pro legitima, neque pro illius supplemento datur ingressus possessionis, quando huiusmodi portiones non sint certę, vel nisi sit liquidatum ęs alienum, *vt ait Gratianus dicto cap. 198. num. 27.* & ita quoque fuit decisum à *Rota in Tusculana fideicommissi mox allegan. quæ declarat dec 58. n. 4. & dec. 59. num. 5. par. 2. nouiss.*

325 Licet sit quoque verum, quòd quando securę sunt detractiones, veluti quia medietatem totius assis importarent, & hęreditas in corporibus consisteret, tunc Rota solet concedere immissionem fideicommissario, & filio pro indiuiso, veluti fuit decisum in *Foroliuien. fideicommissi me scribente* 10. Iunii 1614. *coram* R. P. D. *Buratto*, vbi hanc opinionem valde ęquam vocat, *& in alia Ferrarien. de Tassonis* 28. *Nouembris* 1618. *coram* R. P. D. *Pamph.* & *prius in alia Recanaten. successionis* 26. *Iunii* 1617. *coram eodem Buratto, & in Bononien. de Cataneis luna* 16. *Februarii* 1623 *coram R. P. D. Piroua no, quæ est penes Merl. num de legitima dec 2. n. 13. & prius in Tusculana fideicommissi 4. Iunii 618. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est pen. d. Merl. dec. 7. nu. 13. & ibid. dec 97. n. 2. quæ est illa de Tassonis coram Pamph. Greg. dec. 185. n. 1.* & *Rota in d. Foroliuien. fideicom. 1619. corã Pamphilio, & in Viterbien. 10 Iunii 1603. coram* Card. Sacrato, & *in eadem 6. Iunii eiusdem anni corã Card. Lancellotto Capic dec. 17. n. 6. & idem Greg dec. 206. n. 8. & nouiss. Argel. de legit. contrad. q. 13. art. 5. num. 55.* vbi ait id in tantum valere, vt neque etiam sufficiat cautio de restituen. do detractiones: cum actualis restitutio sit necessaria *Surd. decis. 333. in fine*, & *Puteus decisione 471 lib. 2.* & *Rota in Casenaten. de Aldinis 24. Iunii 1611. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & in Interamnen. de Paradisis 5. Iulii 1607. coram* Card. *Pamph.*

326 Extende, quòd tunc nedum fideicõmissario datur immissio respectu iuris vniuersalis, sed etiam cum perceptione fructuum; licet sit bene verum, quòd ad hoc, vt detur ista immissio communicatiua, & cum perceptione fructuum prius constare debet de fideicommisso, ac illius quantitate, vt sciatur valor quotę; alias non daretur immissio, cum communicatione fructuum, *vt ait Rota ibi coram Coccino decisione 7. num. 16. penes Merl.*

327 Vndè hic erit igitur notandum, quòd detractiones semper sunt certę, quoties debeantur respectu quantitatis, sed incertę ratione rerum, ex quibus sunt detrahendę, vt ait *Rota dec. if. 115. num. 11. & seq. par. 1. in recent. et decis. 206. nu. 13. coram Greg XV. et in Tusculana fideicommissi 4. Iunii 1618. coram Reuerendissimo Coccino, quæ est penes Merl. de legitima dec. 7. n. 11. cum seqq.*

328 Et propterea isto casu, quando legitima sit certa ratione quantitatis tantum datur, filię retentio; licet sit incerta ratione loci, vt fuit dictũ à *Rota per Greg d. decis. 206. num. 13. & ibi per addentes, & facit decis. 115. num 12. parte prima recent.* & *Rota decis. 59. num. 2. par. 2. nouiss.*

329 Sed si forsan vnus allegaret detractiones fuisse factas indeque consumptas illud probare tenetur, quia cum filius habeat de Iure suam intentionem fundatam super detractione legitimę, sib. de Iure naturę debitę, hinc est, quòd ille onus probandi illius detractionem, & consumptionem in aduersarium transfert, vt fuit decisum à *Rota in Perusina bonorum de Antignola 17. Iunii 1616. coram Cardinali Caualerio, & in eadem coram eodem sub die 22. eiusdem mensis & anni*

& anni, & Rota decis. 641. num. 18. par. 1. diuers. & fuit quoque dictum in Romana fideicommissi de Seinis 18. Martii 1602 coram Card. Millino, & in alia Romana legatorum de Columna 27. Ian. 1614 coram Card. Sacrato, qua est penes Merlin. in suo tract. de legit. dec. 18 num. 4. & Rota per Gregorium XV. dec. 185. num. 1.

330 Extende idē, pari modo procedere in allegante fuisse factas alienationes, quę legitimam, & trebellianicam absorbuerint: quia tunc illud allegans tanquam fundamentum suæ intentionis probare tenetur, vt fuit dictum in Romana Vineæ 29 Februarii 1618. coram R. P. D. Andrea, sed magis distinctè hanc materiam habebis inferius in regula sexta, vers. Sed hic erit notandum. Licet multi dicant aliud contingere in hærede, qui tenetur probare valorem detractionum non excedere corpora alienata per eum, vt ait Argel. de acquirenda possessione quæstione 8. num. 855. sed sub num. 928. declarat, quomodo illi sint intelligendi, & est decis. Card. Seraphini 321. & Rota diuersor. dec. 618. par. 1. duas opiniones ponit, Seraph. autem ibi supra ait, quòd hæres teneatur illud incumbens probare, quando essemus in fideicommisso in aliqua re particulari consistente, quam tūc hæres alienare non potest pro sua legitima, nisi bona libera deficiant; & sic igitur erit è conuerso dicendum, quòd scilicet fideicommissarius illud incumbens probare teneretur, si tamen res alienata esset de comprehensis in fideicommisso vniuersali: quia id est permissum hæredi, vsque ad debitam suam ratam, vt ait Argel. ibi supra, cum alijs ibi per eum allegatis; Sed omninò vide quę dicam inferius in regula sexta, num. 410. cum sequentib. quia ibi plura inuenies.

331 Vndè ex prædictis infertur, quòd detrahere debenti non obstat, si ex aduerso allegaretur plura mobilia, tempore mortis, fideicommittentis in hæreditate extare, si de eorum existentia ad præsens claré non constaret, vt fuit dictū à Rota ibi supra coram R. P. D. Andrea.

332 Et licet hic obiter dubitari posset, an filius, qui adiuit hæreditatem non confecto inuentario, posset consequi detractiones quasi, quòd illud animo fraudādi omiserit; in nota decidit eas deberi, & dixit hanc esse veriorem opinionem in Bononien. fideicommissi de Cataneis 30 Martii 1617. coram R. P. D. Pirouano, qua est penes Merlinum de legitima decisione 109.

333 Sed est benè verum, quòd in odium illius ommissionis inuentarij, ei incumberet onus probandi, non extare alia bona, ex quibus detractiones essent fiendæ, si id à fideicommissario allegaretur: quod enim secus esset, quando inuentarium confectum fuisset; quia tunc ex quo illa sinistra suspicio surripiendi bona hæreditaria cessaret, igitur fideicommissario, & non sibi illud onus probandi competeret, vt ait Card. Seraph. dec. 609. nu. 6 & 7. latè Gratian. lib. 3. discept. cap. 570. num. 20. Et ita fuit dictum in vna Romana de Herculanis 7. Iunii 1581 coram Brauo. Et in alia Romana legati 29. Aprilis 1616. coram Cardinali Causlerio, & prius in Bononien. de Pretis 4. Maii 1615. coram Vbaldo, & denique in Romana de Stephanellis 24. Aprili 1617. coram Remboldo, & in Bononien. de Cataneis 10. Martii 1617. coram Pirouano, qua est penes Merlinum de legitima dec. 109. num. 4.

334 Animaduertendo prætereà, quòd licet filius legitimam non perdat, non cōfecto inuentario: nihilominus tenetur legatarijs refundere quicquid à beis ratione legitimæ ademit, vt ait Surd. decis. 316. num. 16.

335 Sed quid si inuentarium fuisset per testatorem remissum? in hoc sunt constituendi tres casus, nempè, aut huiusmodi remissio inuentarii fuit à testatore ordinata in præiudiciū legatariorum, & fideicommissariorum, aut respectu creditorum, aut quoad ipsum hæredem. Primo casu, remissio inuentarij erit licita, ita vt eo non confecto, nil per hæredem veniat ammittendum: quia veluti poterat testator nil fideicommissarijs, vel legatariis relinquere, ita quoque potest hæredi inuentariū remittere, & vt illud non fiat iubere, vt ait Couarr. in cap. primo. num. 17. colum. 4. & in fine versic. verum istbac ratio. Aym. consil. 174. nu. 11. Alexand. consil. 62. num. 15. lib. 2. Dec. consil. 418. n. 14. col. 3. propè medium.

idem *Alexan. in l. nemo potest*, colum. 5. *vers. tetigit etiam*, & ibi *Iason colum.* 10. *&* *Paul. de Castr. ff. de leg.* 1. & de communi testatur *Crass. in §. testamentum q* 71. *num.* 4. *Vasq. de success. creat. l b.* 1. §. 10. *de testat pot. num.* 68. *cum seqq. Fachin. lib.* 6. *controuers. cap.* 25. *vers. Ego sanè*, in priorem sententiam, qui omnes concludunt contra *Bald.* contrarium tenentem *in l. finali*, C. *de arbitr. tut.* Licet contra se dicat in *l. cum tale*, §. 1. *ff. de cond. & demonstr.*

336 In secundo verò casu, nempè respectu creditorum, communis conclusio Doctorum ea est, vt per testatorem non possit remitti inuentarium, nec per consequens, potest in hoc creditoribus vllum praiudicium inferre: quia eis plerè satisfacere tenetur. & licet sit verum, quòd quilibet possit ad libitum de re propria disponere: nihilominus id procedit dummodo dispositio non sit contra leges, & nulli inferat praeiudicium, veluti in hoc casu cōtingeret, vt inferius dicetur

337 Vndè si hæres sine inuentario adeat vltra vires hereditarias tenebitur; quia tali modo adeundo, quasi cum illis contraxisse censetur, vt dicunt *Couarruuias, Alexander Baldus, Decius, Vasq. & Crass. in praecitat. s locis*. Idemque ait *Gutier. de tutel. par. secunda, c.* 1. *n.* 42. & *in l. nemo potest. ff. de leg.* 1, *num.* 410. *Diaz regula* 740. *Afflict. decis.* 44. *num* 33. *in fine*, & *Surdus in decis.* 30. *num.* 1. in vltimis verbis.

338 In tertio verò casu, hęres non potest huiusmodi beneficio inuentarij, vti, si testator illud non confici mandauerit, veluti de iure ei facere licet, quicquid dixerint aliqui, quia hęc est verior opinio ea ratione: quia quilibet rei suę illud onus, quod vult imponere valet, & quemadmodum non prohibetur, vt per statutum possit inuentarium remitti, ita quoque per testatorem fieri poterit, cum ille de re propria disponat, statutum verò de aliena, vt pluribus exemplificando, pulchrè ait *Surdus dicta decis.* 30. *num.* 19. *cum pluribus seqq. Bart. in dicta l. nemo potest, num.* 12. *Ripa nu.* 80. *Crot. nu.* 30. *Ias. in* 1. *lect. nu.* 51. *& in* 2. *nu* 65. *Rolan. de inuent. §. testator. Crass. Vasq. Bald. & alii in praecitatis locis Paris. cons* 69. *nu.* 37. & *cons.* 79. *lib.* 2. *Simon. de Pret. de vlt. vol. lib.* 2 *sect.* 2. *dub.* 2. *n.* 22. & *seqq. Gabr. concl.* 1. *nu.* 32. *de vsufruct. & Franc. Marc. dec.* 845. *nu.* 8 *p.* 1.

Sed animaduertas tamen, quòd licet testator inuentarium remittat, non tamē liberatur à descriptione bonorū ad faciliorem probationem, & ne bona cōmutentur, *vt ait Grat. l b.* 4. *discept. c.* 711. *n.* 51 Immò, neque consuetudo non describen di qualitates bonorum in inuentario est attendenda, idem *Grat lib.* 4. *c.* 767. *nu.* 10. & quando, & in quibus casibus possit remitti, vel non, item quādo possit à iudice ordinari etiam si testator illud remiserit, vide in *concl.* 56. *nu.* 195.

339 Sed redeundo ad materiam detractionis quartarum filio debitarum, rursus erit notandum, quòd si verè constaret per eum fuisse factas alienationes, tunc illæ censentur adæquare illas detractiones, quæ sibi debentur, nisi de contrario appareat, veluti fuit dictū a *Rota in dicta Bononien. de Cataneis coram Pirouano, & in alia Romana domus ad Peregrinum* 11. *Martii* 1619 *coram Coccino Decano.*

340 Contrarium, quòd scilicet filius allegando se solum alienasse tot bona, quot. suam legitimam importent, & non vltra id probare teneatur, fuit dictum in vna *Anconitana de Rinaldinis luna* 20. *Februarii* 1584. *coram Cardinali Lancellotto seniore*, & *facit decisio Cardinalis Seraphini* 321. *num.* 18. Sed huiusmodi opiniones veniunt concordandæ, vt supra sub *num.* 330.

341 Extende præterea, quòd quando huiusmodi exceptio detractionum alicui competit, eadem quoque competeret ad fauorem emptorum illarum rerū pro alienatione in eos facta tuenda, vt ait *Gratianus lib.* 2. *discept. cap.* 265. *num.* 5. & latè *Argel. quaest.* 8. *art.* 34. *num.* 833. *cum seqq. de acquir. poss. & Surd. cons.* 576 *num.* 41. & *seq. Peregr. de fideicomm. art.* 39. *num.* 4. *Rota per Greg. dec.* 580. *n.* 5.

342 Sed quando huiusmodi detractiones semel fuerunt factæ, nota, quòd amplius prætendi non possunt, *vt fuit dictū à Rota per Greg. in d. sua decis* 580. *nu.* 4.

343 Regula sexta erit super quibus rebus fiat computatio legitimæ: licet prius sit animaduertendum, quod adhoc, vt aliquid in eam imputetur duo copulatiuè sunt necessaria primò, quòd res ins putatur·

tanda ex ipsius testatoris substantia prouenit; secundò, quòd de eius voluntate, & iudicio imputetur, vt fuit dictum in *Romana legitimæ luna 4. iun. 1612. coram Greg. XV. quæ est in eius impressis decis. 568. num. 10. & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ Ven. 11. Martii 1616. coram Reuerendissimo Patriarcha Hierosolymitano, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 31. num. 1.*

344 Imputantur igitur in legitimam omnia, & singula habita ex testamento, & quæ de substantia testatoris sunt, vt fuit dictum à *Rota ibi supra in dicta dec. 568. num. 6 coram Greg.*

345 Quod enim extende primò procedere; siue in mobilibus, aut titulo legati, & alimentorum, aut in pecunia, & nominibus debitorum consistant. & propterea sub huiusmodi imputatione veniunt vasa argentea, & cætera, quæ æstimationem recipiunt, vt ait *Rota ibi supra num. 6. & Grattan. lib. 5. discep. cap. 983. num. 6. Card. Seraph. decis. 1365. per totam, & Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Mart. 1616. coram* R. P. D. *Manzanedo, & per Greg. dec. 186. num. 1. & seq.* & *prius decis. 115. num. 27.* quod tamen intellige verum; si filius voluerit eius legitimam sibi in mobilibus assignari, at secus eo inuito, vt dicam inferius *sub nu. 472. & seq.*

346 Quinimmò etiam in faciẽda æstimatione Castrorum, Palatiorum, & stabilium ad effectum calculandi legitimam debet haberi respectus ad picturas, & pulchritudines, cum similibus: quia hęc pretium augent, vt fuit dictum in Rom. *legitimæ 18. Ian. 1616. coram Card. Verospio, quæ est penes Merlinum de legitima dec. 54. n. 3.*

347 Extende secundò, illud quoque esse imputandum, quòd hæredi obius accrescendi, ex bonis testatoris, & ex eius iudicio obuenit, vt ait Rota *per Card. Seraph. decis. 1365. num. 13.* licèt contrarium dicant D D. *es Rota* allegata inferius *sub num. 486.* vbi habetur illud quod fuit acquisitum per ius accrescendi in legitimam non imputari; sed istæ opiniones hoc modo concordantur, vt scilicet prima procedat si illud à filio fuerit acceptatum in hanc causam, vt dicitur de vsufructu, secunda vero si secus, vt ait *Seraph. ibi supra dec. 1365.*

348 Extende tertiò, idem quoq. procedere in vsufructu, qui in legitimam imputatur, quando tamen filius eum sibi à patre in testamento relictum acceptasset, quia tunc illud legatum vsusfructus acceptando censetur oneri illius imputationis consensisse, ita vt amplius variare non posset, cum vsusfructus, quando est causalis, pars dominii dicatur. At secus si illud legatum nõ acceptasset, quia ea de iure in corporibus, & substantia filio debetur, vt fuit dictum à Rota *per Card. Seraph. dicta decisi on 1365* & *in alia Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Mart. 1616. coram* R. P. D. *Manzanedo quæ est penes Merlinum dec. 31.*

349 Subextende id, quod fuit dictum de vsufructu imputando in legitimam, multò magis procedere in legitima ascendentibus debita, vt ait *Card. Seraph. in d. dec. 1365. num. 5.* vbi ait hanc esse communem opinionem, quæ opinio communis videtur præcipuè fundata in *l. Papinianus §. vnde si quis ff. de inoff. test.* vbi colligitur, quòd de iure antiquo digestorum fructus percepti, quibuscumque, etiam descendentibus in legitimam veniebant imputandi, sed sic est, quòd cum postea per ius nouum *Codicis in l. si mus §. repletionem de inoff. test.* fuerit illud ius antiquum respectu descendentium expressè correctum. & quo ad ascendentes in nihilo reperiatur immutatum, sequitur ergo vt hodie dispositio illius §. *unde si quis* quoad ascendentes inconcussa, & in suo robore firma remaneat, & ratio ea est: quia priuilegium descendentibus concessum, ad ascendentes extendi non potest iuxta tradita *per Rustic. in l. cum auus lib. 7. cap. 9. num. 15.* & hæc opinio quoque coadiuuatur *ex textu in l. fil. famil. ff. ad leg. falcid. & in dicta l. Papinianus §. conditioni* vbi indistinctè, & simpliciter disponebatur fructus in Trebellianicam esse imputandos, qui textus, cum hodie solū reperiantur correcti in liberis primi gradus, qui *per text. in l. iubemus* non teneantur illos in eorum Trebellianicam imputare; vndè ex prædictis sequitur, quod

istud

istud priuilegium descendentibus concessum ad ascendentes non extendatur, & propterea videmus, quòd illi adhuc ad eam imputationem tenentur, veluti dixi supra *sub nu.30.& Bart. in dicta l. filiusfam il. num. 3. & ibi Angel. pro) è med um vers tamen parentes Imol. ibid. num. 3. Alex. num.4. Iason. in l.* qui se patris *num.62. vers. item liberi C. vndè liberi Pic. in l. in quartam num.* 285. *ff. ad l. falcidiam* Menoch. *de Arbitr. casu* 256. *num* 49. Rimin. Iun. *cons.*244. *nu.* 103. & sic igitur idem erit dicendum in legitima, cũ inter huiusmodi terminos, nulla ratio disparitatis assignari possit, vt ait *Surd. decisione* 21. *num.* 11. *cum seqq* & ita fuit vltimo loco firmatum à *Rota in vna Ariminen. legitima de Scarponibus luna* 5. *Maij* 1627. *coram R.* P.D. *Durano*, & pro hac eadem opinione alias tenuit Rota *in decis.* 186. *num.* 2. & 3. *coram Greg.XV.* & ibi in *addit.* & in alia Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. *Mar.* 1626 *coram Mãzanedo.*

350 Contra tamen huiusmodi opinionẽ communem prædictis non obstantibus fuit, magistraliter decisum à *Rota in illa Ariminen. legitimæ. de Scarponibus coram* R.P.*D. Durano*, & ibi resoluit fructus in legitimã parentum nullo modo esse imputãdos,& ibi hanc secundã opinionẽ,vti veriorem, & æquiorẽ,canonizauit, subdens, quòd Rota in conflictu opinionũ ĩ à semper sequitur quæ est æquior, & humanior, vt ait *Card. Seraph. in dicta decis.*1365.& *idem in decis.*668. *part.*1. *diuers. cui opinioni Rota valdè adaptatur dispositio text. in l. prima*,§. *sed nec C. de vet Iu.enucl.* dum ait,quòd nõ ex multitudine auctorum est iudicandum,sed secundum id,quòd Iustius, & æquius videtur, & est quoque *text. in l. penult. C. quæ sit long. cons. cap. Cappellanus extra de ferijs Abb. in cap. tua nos. num.*8. *de vsur. felin. in c.* 1. *in fi. de constit.* & *Rota per Coccinum Decanum in sua decis.*214. *num.*2.

351 Et propterea videmus,quòd ad hoc, vt dicatur vna opinio æquior, sufficit auctoritas *Rotæ Romanæ*, quòd scilicet ea pro tali hab. atur,veluti colligitur ex *Seraph.in d.dec,*1365.vbi ait,quòd hanc opinionem humaniorem appellat istud supremum Tribunal, cui quantum sit tribuendum in verbu *Auditor Rota* clarè demonstrabo.

352 Rationes autem, quæ pro hac secunda opinione adducuntur sunt plures, ex quibus enim Rota ingeniosè conatur respondere contrarium tenentibus, & sic Bartoli, & sequacium opinionem improbare in *l. si quis à liberis* § *v l si parens ff. de liber. agnos.* quas tamen rationes per te in ipsa decisione videri poteris.

353 Sed ego si verum fatear non prorsus huic secundæ opinioni Rotæ acquiesco, & hoc semper sit dictum ea reuerentia, quam tanti Tribunali debeo, & propterea quasdam rationes, quæ mihi videntur pro prima opinione vrgere in medium afferre proposui.

354 Et prima igitur ea erit,quòd cum amor descendat, & non ascendat ex quodam instinctu naturæ, ex eo præcipuè, quia per filios conseruatur memoria Patris, & non è contra; idcirco sequitur, quòd natura ipsa sit magis prona ad subuentionem filiorum,quàm parentum, & propterea videmus in beluis ipsis vt.f. naturaliter parentes quærant victum filiis, & non è contra, & quòd amor descendat ait *Rota decis.*94. *num.* 14.*par.*2. *diuers.* item dixi in verbo Affectio.

355 Secunda ratio ea est, quia pater habet in sang.ine pignus erga filium, quod non succedit in filio erga patrem, vndè licet *Rota in dicta Ariminen. legitima* dicat,quòd pater, & filius censeantur vna, & eadem persona in carne, & natura non per hoc tamen negari potest,quin sanguis ex prædicta ratione potentius operetur in patre erga filium, quàm in filio erga patrem, & propterea *Arist. lib.*8. ethicorum ad id dicere solebat,quòd parentes amant suos filios,sicut sui existentes, filij autem parentes, vt ab his aliquid existens. Item ratio cur Parentes plus amant filios, quàm è contra,ea esse videtur:quia magis sciũt, quòd filij sunt eis nati,quam è conuerso, & propterea ait Philosophus, quòd illud dicitur tale, quòd magis, est tale.

356 Tertia ratio ea est quia eas res magis amare solemus, quas cum duriori labore

bore acquirimus, sed queso qualis labor fit regulariter a filijs in educando parentes? certè nullus, sed qualis labor è conuerso a parentibus omittitur in educando filios? herclè nullus: vndè ob id non erit mirum si aliquis habens filios, & patrem eodem tempore egentes, potius filijs, quàm patri subueniat: quia regulariter per natiuitatem filij illius amor indies crescit, & ille patris decrescere videtur, & sic vbi maior est affectio, ibi cessat minor, & propterea videmus in belluis ipsis, quæ ex instinctu naturæ oblitæ paterni amoris solum quærunt victum pro filijs, & proprios parentes derelinquunt, quinimmò & quòd grauius est videmus, quòd sæpè filij audent insæuire in parentes paricidia committendo, vt filij ex proprio sanguine nati, quantò citius ditiores, ac commodiores in se benè tractando fiant, quod non contingit è contra quibus præterea accedat illud dictum Diui Pauli, quòd patres tenentur thesaurizare filijs, sed non filij parentibus præter alimenta tamen, vt ait Rota in hoc vltimo casu loquendo de alimentis parentibus per filios debitis in illa Ariminen. legitimæ coram Durano.

357 Contrarium tamen huic secundæ opinioni videtur sentire maior pars Theologorum, veluti dixi in verbo Alimenta in ampliat. 23. vers altera verò opinio dicentium, quòd scilicet filius in conscientia potius tenetur subuenire patri, quàm filiis indigentibus, ob eas rationes quas ibi inuenies: cui enim opinioni valde congruit illud *Exod.* 20. *Eccles.* 7. *& text. in cap. quæritur* 2. *quæst.* 7. *& aliud Ciceronis lib.* 1. *de offic.* dum ait illud primum esse in officio, vt ei plurimum tribuamus à quo plurimum accepimus, imitantes agros fertiles, qui multò plus offerunt, quàm acceperunt, vt fuit latè deductum à Rota ad corroborandam illius opinionem, quam tenet in illa Ariminen. legitimæ, vt scilicet plus patri debeamus, quàm filiis.

358 Ego autem opiniones prædictas tali modo concordarem & sic vt prima procedat iuxta veriorem Doctorum opinionem secunda verò secundum æquiorem, & humaniorem, & quòd hoc sit verum videmus, quòd *Rota in illa decis.* 1365. *coram Seraph.* illam opinionem in hac materia vocat humaniorem, sed non veriorem, vt dicunt etiam alij Doctores primam tenentes, & sic igitur ego tenerè primã opinionem extra Tribunal Rotæ, & vbi rigor attenditur: Secundam vero in Rota quę semper more Angelorum æquitati inhæret, & rigorem aufugit, rursus ego dicerem, quòd prima procedat in foro fori, secunda autem in foro Poli nec illud dictum Ciceronis illi primæ opinioni quicquam videtur præiudicare: quia illud forsan procederet si ageretur de retribuendo benefactori aliquid, quod esset pretio æstimabili considerandum, veluti faciunt agri fertiles de quibus ipse præbet exemplum; secus autem, vbi agitur de rebus à natura insitis, quæ sunt immutabilia, *text. est apertus in l. Iura sanguinis, & ibi Doctores omnes de reg. Iur.*

359 Vndè huic adaptatur ea regula, quòd quos natura nõ obligat conscientia non ligat, vt dicunt communiter Theologi, & veluti dixi in verbo adulterium, & sic dum naturaliter cugor plus diligere filium, quàm patrem nimirum; igitur si plus illi, quam patri subuenire quæram.

360 Rursus addo vltimo ego, quòd pro concordantia dictarum opinionum posset tali modo concludi, quòd scilicet maior reuerentia debeatur patri, quam filio, sed maior subuentio debeatur filio, quàm patri ex eo præcipuè, quia filius potest longiori tempore indigere, quàm pater per regulam qui citius nascitur, citius moritur, licet tamen satis æquius esset si filius vtriusque indigentiæ tempè patris, & filij subueniret, quando tamen vtrunque etiam cum aliqua sua incommoditate facere posset sin minus à prima opinione ego ex ordinata charitate non recederem.

361 Extende quartò procedere dictam regulam sectam etiam in legato alimentorum a filio acceptaro: quia tunc illud in eam esset imputandum, vt fuit dictum à *Rota in Bonon. fideicommissi vltima Maii* 1600, *coram Cardin. Seraphino, quæ est in eius impress. dicta decis.* 1365. *& coram Gregorio in dicta sua decis.* 156. *num.* 2.

num. 2. licèt secus in alimentis, iam factis filio, & nurui, quæ cum consumentur in legitimam non imputantur, etiam si matrimonium esset sine dote, & illi pater non consenserit, vt dicunt DD. citati à *M. rlino de legitima lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 17. *n.* 11. *& seqq.*

362 Extende quintò pari modo procedere in eo, quod pater soluerit fisco pro delicto filij: quia illud in eam imputandum veniret, quod tamen intellige verum de ea, quod pater non voluntariè, sed coactè fisco soluit, veluti si ille esset fideiussor, siue à statuto loci illud soluere cogeretur: nàm tunc illud, quod tali modo à patre fuit solutum in legitimam filii esset imputandum; quod tamen secus esset, si fisco voluntariè soluisset, iuxta tradita per *Surd. in sua dec.* 167. *num.* 10. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *sub num* 37. *&* 38. & hanc distinctionem amplexa fuit Rota *in Romana legitima* 18. *Maij* 1616. *coram R. P. D. Verospio & in eadem* 31. *Maij* 1617. *coram Card. Sacrato*. Et voluntariè soluere dicitur pater, quando ante condemnationem filii soluit, vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana legitima coram Card. Sacrato, et prius in eadem* 18. *Mart.* 1616. *coram Card. Verospio.*

363 Contrarium licèt testetur tenuisse Rotam *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 50 *num.* 5. ex eo, quia hæc pietas censeatur in patre esse necessaria in redimēdo filium à condemnatione, quę opinio mihi magis placet ex duobus, & primò, quia necessariò, quis actum facere dicitur, quando poterat cogi ad illum faciēdum, (vt hic) condemnationem filii sequendo pro eo redimendo *Surd. dec.* 305. *num.* 28. Immò, quādo actus habet duplicē sensum semper ad necessariū refertur idem *Surd. decis.* 15. *num.* 13. *Alciat præscript.* 24. & *Rot. in Romana Societatis officii* 20. *Maii* 1580. *coram Card. Lancellotto*. Secundò mihi placet ista opinio tantò plus: quia tendit ad æqualitatem seruandam inter fratres, dum agitur, quòd quicquid habuit filius à patre pro illius redemptione in legitimam imputare teneatur, & tātò magis id procedere debet ne filii morigerati sint infœlicioris conditionis, quàm sunt alii facinorosi, & delinquentes, quod nullo modo sequi debet, *velut dixi in verbo æqualitas.*

364 Subextende primam opinionem procedere: siue solutum per patrem fisco in magna, siue in pauca quantitate consisteret, quia id, quod differt secundum plus, & minus non facit differre substantia, vt ait *Grat. lib.* 1. *discept. c.* 50. *num.* 3.

365 Sed est benè verum, quòd quando pater bona aduentitia filii penes se habe ret, tunc non de propriis bonis, sed de illis filii soluisse censetur, vt ait *Duen. reg.* 222. *num* 2. *Ruin. consil.* 149. *num.* 14. *lib.* 3. & *Rota in Spoletana legitima* 15. *Nouembris* 1596. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 1207. *num.* 2.

366 Fallit tamen, quando pater tacitè, siue expressè delicto filii consensisset: quia tunc solutum fisco in legitimam non esset filio imputandum, vt ait idem *Grat. d. c.* 50. *n.* 4.

367 Sed hic obiter nota, quòd quando pater soluit coactè legitimam pro filio: tunc eum instituere non cogitur, vt ait *Surd. decis* 167. *num.* 12.

368 Item hic nota, quòd legitima pro delicto filii non deb tur quando pater viueret siue proprii filii deesset, & id in eorum solatium fieri solet, & propterea animaduertendum erit, quòd si adsit statutum, quod pro delicto filii capiatur legitima in bonis patris, id intelligendū venit, si alius non extet, qui rationabilius, quàm fiscus succedere possit, vt ait *Surd. decis.* 167. *num.* 2. & *decis.* 314. *Menoch. consil.* 102. *num.* 13. *Clar. in §. finali quæst.* 78. *vers. sed quid Nonius cons.* 102. *Rimin. sen. cons.* 775. *num.* 1. & *seq. decis. Pedemont.* 94. *in princ. & Boer. decis.* 15. *per totam Ludouic. dec.* 11. *num.* 27. *Rota Perus. & Rota in Spoletana legitima luna vltima Maii* 1596. *coram Card. Pamph lio*, vbi fuit dictum legitimam filii in confiscatione non venire quādo auo nepotes ex eo filio superfunt, animaduertendo tamen illud, quod fuit dictum de filio legitimam nō ami tente dum vixit pater, non procedere eo mortuo: quia tunc filius fit incapax successionis, & legitimæ *Rota in Romana bonorum de Vitellis* 11. *Decembris* 1578. *coram R. P. D Bubalo*.

Sed declara tu tamen prędicta omnia

non

procedere, stantibus statutis fori totius Italiæ, & in Ecclesiastica iurisdictione per constitutionem Marchiæ *lib. 4. cap. 18. & 19.* licet aliquibus dura videantur, & præsertim *Surd. in decis. 167. num. 16.* & præcipuè talia statuta non haberent locum quando filius esset bannitus ob contumaciam: quia tunc legitima priuari non potest, vt ait *Rota in vna Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ coram R.P.D. Iusto, quæ est inter crim. Farinac. dec. 191. in fine.*

369 Extende id quoque pari modo procedere, etiam patre mortuo: quia nepos ex filio bannito fiscum excludit a legitima, idem *Surd. decis. 314.* Immò *Farinac. in sua prax. crim. quæst. 24. num. 19. tit. de delict. & pœn.* Ampliat id quoque procedere ad fauorem omnium in gradu succedentium, quibus per mortem patris legitima debetur, & non fisco: quia fiscus non capit successionem delinquenti delatas post condemnationem, sed tunc via aperitur venientibus ab intestato, *Rota in dicta Romana bonorum de Vitellis. Gomez. var. resol. tom. 3. de confiscat. bonorum num. 1. & sequenti. Couar. variar. resolut. cap. 8. lib. 2. num. 7. Alex. consil. 37. lib. 1. Soc. Iun. consil. 51. lib. 1.* qui dicunt procedere, etiam in omnibus delictis, quàuis atrocissimis, & propterea videmus, quòd licet in crimine hæresis, & læsæ maiestatis humanæ, filij priuentur legitima de iure Cæsareo, non tamen illis denegantur alimenta de Iure Canonico, vt ex mente Rotæ dixi in verbo Alimenta in principio, & velut nouissimè ait *Merlin. in tract. de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 30. & 31. per tot.* vbi ampliat, & limitat in quibus casibus, & in quibus personis id procedat. Item ait, idē procedere si filij accusarent patrē, siue quando pater de hæresi pœnitentiam egit quemadmodum etiam fieret, quā ex sola suspicione fuisset in cōtumaciā pater cōdēnatus; quia tūc filiis legitima nedum non aufertur, sed immò etiam auo, & aliis ascendentibus, ac transuersalibus isti filii succedunt, quòd enim extende multò magis procedere in parentibus, quibus ob delictum hæresis filiorum legitima in eorum bonis reseruatur, vt ait *Carer. de hæret. num. 170. Decian. lib. 5. cap. 47 nu. 9.* & *Farinac. de hæresi quæst. 191. num. 41.*

370 Et ratio est quia statutum loquens de filiis in confiscanda legitima non habet locum in patre, veluti nec etiam loquendo de filiis habet locum in adoptiuis, & naturalibus, siue atrogatis: quia cum statutum expressè non loquatur de legitima, nō admittit fiscum, licet generalissimè loquatur; nam tale statutum, vt crudele, & odiosum strictè venit interpretandum, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino in suo tract. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 11. & q. 34. per totam.*

371 Secus tamen quando adoptio, siue arrogatio in fraudem fisci fuisset facta, idem *Merlin. ibi supra quæstion. 28. num. 11. Rolan. consil. 97. num. 32.*

372 Amplia primò, quòd neque dicta confiscatio bonorum ob delictum filii extendatur ad bona per patrem ipsi filio donata, *veluti fuit decisum in vna Cæsenaten. de Caccaguerris luna 21. Februarii 1600. coram R. P. D. Litta, quæ inter crim. Farinac. dec. 145.*

373 Amplia secundò, quòd neque ea trahatur ad peculium Castrense, vel quasi, sed illud remanet patri in solatium delicti per filium patrati, vt ait *Rota ibi supra num. 1.* & id procedit etiam in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, vt ait *Farinac. de hæresi quæst. 190. num. 17.* & pulchrè ita fuit resolutum à *Rota in Romanæ confiscationis veneris 18. April. 1625. coram Merlino*, vbi extendit id quoque procedere, quoad illud profectitium, & aduentitium, & hanc opinionem esse communem, & veriorem dicunt *Rot. in Cæsenaten. de Caccaguerris 2. Februar. 1600. coram Litta, quæ est decis. 145. num. 1. inter crim. Farinac. post volumen. 2. cons. quam allegat Rot. ibi coram Merlino.*

374 Amplia tertiò, quòd ea donatio patri modo nō extendatur ad res vxori donatas, sed est benè verum, quòd cum talis donatio morte confirmetur, igitur ea debet stare in pendenti, ita vt si eam maritus non reuocauerit in vita sua morte confirmabitur fisco penitus excluso, alias secus, vt fuit decisum in vna *Venetiarum census luna 14. Martij 16. t.* coram

coram Card. Marcomontio, quæ eſt inter dictas crim. Farinac. deciſion. 317. *num.6.*

375 Subamplia primò è conuerſo procedere nempe in confiſcatione parentũ ob crimen læſæ maieſtatis, ob quod nõ prohibentur filij ſuccedere in bonis, tàm emphiteuticis, & de dominio eccleſiæ, quàm etiam in feudis ex pacto, & prouidentia, vt ait *Peregr. de Iure fiſci quæſt. de publicat. bonorum titul.* 9. *num.*7. *Menoch. conſil.* 275. *num.* 46. Farinac. *quæſt.* 191. *limit.* 9. *num.* 42. & *Boich. in cap. vrgentibus n.*6. *verſ. hoc credo verum.*

376 Subamplia ſecundò, vt ſcilicet dicta confiſcatio non extendatur ad bona aucta, ac aliorum aſcendentium, nec non quorumcunque aliorum agnatorum tranſuerſalium, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſibi obuenientia, & præſertim, quando filij ante contractam per partem hæreſim eſſent nati, vel concepti, vt fuit dictum à *Rota in Romana donationis* 22. *Iun.* 1588. *coram Card. Seraph. quam allegat, & ſequitur* Farinac. *de hæreſi q.*16. *n.*92.

377 Contrarium licet communiter teneant legiſtæ, vt fuit dictum in *Conchen. penſionis* 6. Mart. 1598. *coram R.P.D. Peregrino idemque ait Penia in emeric. directi. inquiſit. part.*3. *comentar.*163. *Burſat. conſil.* 7. *nu.*31. *Farinac. dicta quæſt.* 191. & Rojas *in ſingul.* 68. qui omnes vno ore fatentur iſtud ius filijs ante delictum patris natis, & conceptis, & eò magis poteſt illud natis, & conceptis non competere, vt etiam dicunt cæteri DD. allegati à *Merlino de legitima lib.*3. *tit.*1. *cap.* 30. *num.* 17. & *cap.* 31. *num.*29.

378 Sed tenẽdo primã opinionẽ extende eã multò magis procedere de æquitate, quicquid ſit de rigore, quæ in terris chriſtianæ religionis in tantum pollere debet, vt propterea filijs ſit reſeruanda legitima, quando pater reus læſę maieſtatis Diuinę, & humanæ fieret. Quinimmò, quòd fiſcus in foro conſcientię iurè non poſſit filios legitima priuare, ait *Farinac. d. q* 116. *num.* 145. *de hæreſi*, & ita quoq; fuit dictum à *Rota in illa Romana donationis* 22. *Iunii* 1588. *coram Card. Seraphino*, & dixi in verbo alimenta In principio, vbi videre per te poteris.

379 Subextende dictam opinionem eò magis procedere, quando non perſona ipſa Principis ſupremi eſſet læſa, ſed alterius inferioris ab eo, licet tamen communiter videatur teneri contrarium à DD. vt ait *Boſſ. de crim. læſæ maieſtatis num.*51. & *ſeqq. cum alijs citati à* Farinac. *in ſua prax. crim. q.* 111. *n.*199 & *de hæreſi quæſtione* 116. *num.* 103. & *ſequentibus.*

380 Sed prima opinio eſt ęquior, ob differentiam, quę fieri debet inter ſupremum Principem, & alios inferiores ab eo, nec propterea mihi videtur rationabilis illa extenſio, quę fit contra mentem, *textus in l. Sancimus C. de pœn.* vt ſcilicet in delicto læſę maieſtatis pœna patris tranſeat in filios, quando Princeps læſus non eſſet ſupremus, ſed de inferioribus ab eo.

381 Secus autem, quando filius reperiretur exhęredatus à patre ob delictum ab eo perpetratũ, in cuius odiũ põt illũ ſua legitima priuare, quamuis adſit ſtatutum, quod mandet ob delictum filij illius legitimam fiſco applicari; nã pręueniendo pater poterit filium exhæredare, & ſic legitimę confiſcationem euitare *Merlin. de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 32. *in fine*, & *lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 4. *num.*11. *cum alijs DD. ibi per eum alleg.*

382 Licet tamen prędicta opinio non mihi placeat: quia ſi ea eſſet vera vtique diſpoſitio illius ſtatuti, quod mandat filium ob delictum ſuam legitimam ammittere, redderetur eluſoria: quia pater exhęredando filium ob illud delictum confiſcationem legitimę euitaret, quòd enim in maximum detrimentum Camerę Principis reſultaret, vltra quod eſſet hoc modo dare materiam delinquendi: quia quando filii certo ſcirent eos delinquendo non poſſe mediante eorum exheredatione legitimam ammittere; vtique facilius allicerentur ad delinquendum, quòd nullo modo ex vulgatis eſt tollerandum: quia, & quod peius, eſt, patres ſępe ad vlciſcendam propriã, vel filii iniuriam delictũ à filiis patrãdũ forſan annuerẽt, ſiue potius illud quoq; eis expręſsè iuberent, quod enim omnino ob bonum publicũ venit auferẽdum.

383 Item

383 Item in quibus casibus Fiscus possit condemnare filium ad amissionem peculij Castrensis, vel quasi, necnon bonorum aduentitiorum, ac vsusfructus ob delictum hæresis, siuè alio modo cōmissum videndus est, *Azor. in secunda parte Inst. Moral. lib. 2. cap. 22. fol.* 119 Et ibi docet, quæ bona dicantur Castrēsia, vel quasi, seù aduentitia, & quo modo ea in suo genere acquirantur. Itē quando vsusfructus finiatur, quem Pater habet in bonis filij, ob delictum hæresis patris, & an ad *Fiscum* transeat, siue penes filium remaneat.

384 Extende, sextò prædictam regulam sextam procedere in datis à patre filio Doctori, siuè militi, ob emptionem librorum; & armorum: quia si non cōstat ea filijs donasse, tunc in eorum legitimam sint imputanda, at secus si de contrario constaret, veluti docet *Azor. in secunda parte Instit. moral. lib. 2. cap. 22. fol.* 110.

385 Contrarium tamen *ait Gratianus lib. 4. discept. c. 643. num. 15.* vbi firmat expensas per patrem erogatas in honorem filij, in legitimam non imputari; licet secus in dote.

356 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende primò eam in tantum valere, vt propterea ne dum libros præsumatur pater donasse filio Doctori, sed etiam expensas pro consequenda Doctoratus laurea, siuè pro equestri dignitate obtinenda, nec isto casu valet illa in iure propositio super eo, quòd donatio inter patrem, & filium non valeat, cum quicquid acquirit filius patri acquirat: quia ea causa studiorum, & militiæ tenet, & sic libri, & expensæ, equi, & arma censentur data in peculium quasi Castrense filijs; nec propterea in diuisione conferuntur *Baldus consil. 21. num. 1. lib. primo*, & *consil. 347. lib. 2.* & *consil. 359. in fine lib. 3. & Mantica de tacit. lib. 13. titulo 14. num. 8. tom. 2. Menochius de præsumpt. lib. 30. præsump. 30. Bertrandus cons. 201. parte prima, Barbat. consl. 37. num. 17. lib. 2. Vasq. de succeß. creat. §. imputari, num. 204. Alex. in l. pactum C. de collat. Rebuff. de priuileg. scholarium priuileg. 57. parte prima Alexander consil. 142. lib. secundo in fine, Duenna reg. 222. num. 3. Gratian. lib. 1. discept. cap. 50.*

387 Subextende primò id eò magis procedere, quando filius adhuc viuo patre laurea Doctoratus fuerit insignitus ad tradita per *Alex. in cons. 142. in fine lib. 2. Rolan. cons. 11. num. 17. lib. 2.* vbi de magis communi testatur *Crass. in §. legitima quæst. 28. num. 3.* & multos allegat *Mangil. de imput. quæst. 30. num. 23.* & 24.

388 Subextende secundò idem procedere, quando filius adhuc viuente patre solùm fuisset, licētiatus sed nondū Doctoratus: quia ista duo in iure æquiparantur, nempè doctoratus, & licentiatus *Rolan. ibi supra num. 18. cum seqq. Mangil in præcitato loco num. 41. &* Ias. *in l. filia col. pen. C. de coll. & ibi Curt.* Sen. *in fine, Rip. in l. in quartam num. 170. ff. ad. l.* Falcid.

389 Subextende tertiò, quòd neque filius emancipatus imputat libros sibi à patre datos causa studij, *vt ait Ripa in dicta lege in quartam num 169. Crassus in §. legitima quæstione 28. numero 2.*

390 Subextende quartò, quòd talis donatio sit irreuocabilis *Cardinalis Mantica de tacit. lib. 13. tit. 14. num. 6. Iason. in dicta auth. quod locum C. de collat. num. 3. Alexander in dicta lege in quartam. nu. 22.*

391 Subextende quintò illam secundam opinionem in tantum procedere, quòd pater de iure tenetur subministrare expensas filio, vt studijs incumbat. Immò potest etiam compelli, & quando incæpit impendere adimplere tenetur, quod enim procedit, ne dum in adipiscenda scientia grammaticali, sed etiam in legali, siue quauis alia scientia, & præcipuè quando filius esset ingenij perspicax, & fœlicis expectationis, & pater diuitijs abundaret; quia tunc Iudex pro eius arbitrio potest patrem cōpellere ad prædicta peragenda, *Rebuff. de priuil. schol. ar. priuil. 53. Riminal. in lege si donatione columna pen. C. de coll. & ita fuit resolutum à Rota in via Romana alimentorum quinta Iunij* 1595. *Coram Cardinali Mantica, quæ est in eius impressis decisione* 335. *Idem tenent Baldus in sua Marga-*

*rita in uerbo filius quaſt.*24.Dec.*conſ*.177 *Menoch. conſ.* 685. *num*.10.*Surd de alim. tit.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 102. & *quaſt.* 15.*n.* 3. *idem* Menoch. *de præſumpt.lib.* 3. *præſumpt*.30.*n*.22.*et de arb.caſ*.501.*nu*.9. *& Duenna reg*.87. *n.* 1.

392 Extende ſecundò dictam ſecundã opinionem procedere quoq; in fratre, qui tenetur ad expenſas factas ab alio fratre in ſtudiis, quando tamen ſunt rationabiles, *Bart, in l.*1 §.*nec Caſtrenſe num*.2.*verſ. ſi verò pater licet ſub num*.12.dicat, quòd mortuo patre, fratres non tenentur ad expenſas ſtudiorum inchoatorum per filium viuente patre, *vt ait* Rebuff. *de priuil.ſchol. par.* 1. *priuil.* 59.*num.* 2.damnans opinionẽ Dyni *in dicto* §. *nec Caſtrenſe*, contrarium ſentientis, quamuis tamen prædicta extenſio ſine difficultate videatur procedere, quando fratres mortuo patre in comunione manerent: quia tunc fratribus non contradicentibus impenſa illa præſumitur de communi facta, nec per conſequens eo caſu venit conferenda, iuxta opinionem Sainzon. *in conſuetud. Turon. in rub. de. ſucceſſion. art.* 10. *et Bald. in leg. ſi patronus C. com. vtr. Iud.* contrarium licet dicat Roman. *conſil.* 155. ea ratione: quia cum filius ſit Dominus bonorum poſt mortem patris, poteſt ex eis ſe alere in ſtudiis abſque, quod fratres ad id compellatur.

393 Tenendo autem primam opinionem (vbi habetur data à patre filio cauſa ſtudii, ſeu militiæ eſſe in legitimam imputanda) extende primò eam multò magis procedere, quando libri, ſiue arma, & equi fuiſſent filio traditi, ſed non donati, & præſertim, quando in eorum traditione non concurrerẽt verba donationem includentia, ſed potius ſolum vſum importantia, *vt ait* Mangil. *in tractat. de imputat. quaſt.* 30. *num.* 33. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 30. *num*. 41. *verſ. verum*, & Ripa *in dicta leg. in quartam num.* 175.

394 Subextende id primò multò magis procedere, quando pater alios filios haberet, inter quos ob eam donationem maxima inæqualitas reſultaret; quia iſto caſu libri præſumerentur, quoad vsũ traditi, nõ autem donati, Menoch.*de arb.Iud.caſ.* 131.*num*.4. Barbat.*conſ.* 37.*num*.18.& 19.*lib*.2.*Crauet.conſ*.125.*n*.7.*Bald.conſ.* 356.*lib*.3.Rebuff.*de priuil.ſchol.lib*.1.*priuil*.53.*num*.12.& *priuil*.55.*num.* 13.

395 Declara igitur, quòd omnis interpretatio ſẽper eſt capienda, ad hoc, vt donatio excludatur, gratia ſeruãdæ æqualitatis inter fratres, vt ex mente Rotæ dixi in verbo æqualitas; idemq. ait *Alex. conſ*.185.*nu*. 8.*lib*.2.*Pariſ. conſ*.16.*n.* 34. *lib.* 2.*Corn. conſ*.81.*n*.12.*lib*.1.& *conſ*.221. *n*.4. *lib*.2. *Cephal.conſ*.185.*n*.4.*lib*.2.

396 Subextende ſecundò, quando filius bona aduentitia matris, ſiue aliorum haberet: quia tunc expenſæ factæ à patre pro filio in ſtudijs in legitimam eſſent imputãdæ, vel ſaltem in eam compenſandæ, *vt ait Bart. in dicta l.* 1.§. *nec Caſtrenſe n*.8.*ff.de coll.bonor.Bald.in rubr.col*.2.*extra de offic. Iud.de leg.Bart.in tract.de duobus fratribus n*.16.*Angel.in* §.*ſolius n*.12. *inſtit.de ſociet* Rebuff.*de priuil.ſchol.par*.1. *priuil.* 53. *num.* 11.*Bald. nouel. in tract. de dot.quæſt*.6 *priuil*.6.*Munoz.de eſcobar. in ſuo tract. de ratiocin.part.* 1. *cap.* 25. *num.* 56.

397 Subextende tertiò, quando pater in teſtamento mandaret imputationem prædictorum eſſe faciendam, vt ait idem Rebuff. *d.priuil*.55.*n*.16. *cum ibi allegatis*.

398 Subextende quartò, quando pater impenſas factas pro filio in ſtudio, ſiue pro emendis libris adnotaſſet in ſuo libro rationum: quia tunc eas non animo donandi, ſed ponendi ad debitum filiorum adnotaſſe præſumitur, iuxta tradita *per Rip.in l.in quartã n*.175.*Alex.conſ*.142. *lib*.2.*Crauet.conſ*.125.*lib*.1.*Caſtren.conſ.* 242.*lib*.2.*Crot.in l.frater à fratre n*.77.*ff. de cond.indeb.* Mantic. *de tacit.lib.* 13. *tit.* 18.*num.* 18.

399 Sed in omnem euentum nota, quòd quando eſſet locus collationi, tunc filius non poteſt cogi tradere libros; ſed ſolum eorum æſtimationem ſoluere tenetur; & id procedit ob affectionem ſingularem, vel memoriam in eis radicatam, & dicta æſtimatio debet fieri attento valore præſentis temporis, non autem eo, quo libri fuerunt empti, *Mangil.de imput.q*.30.*nu*. 48. & 49. *Rol. conſ.* 11.*num.* 11. *lib.* 2. *Ripa in dicta l.in quartam num.* 176. *ff. ad leg. falcidiam*, & *ibi* Salicetus & *Iaſon*, Ruinus *conſ*.101. *numero* 12. *lib.* 2.

lib. 2. Alex. in l. illud num. 3. C. de collat. & *Mantic. in precitato loco tit. 14. num. 12.*

400 Sed est benè verum, quòd in taxatione istarum expensarum, sunt excomputãda alimenta, quę tunc temporis sui studij ipsi filio à patre in illius domo erant debita ad *tradit. per Crauett. d. consil. 125. num. 9.* cum ibi allegatis, *& Bald. cons. 365. lib. 3.*

401 Extende septimò, illam regulam sextam procedere in eo, quod fuit primo loco alienatum per grauatum fideicommisso vniuersali: quia licet illa alienatio valeret, illud tamen censetur alienatum ad computum legitimæ, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 404. num. 19. Surd. decis. 170. num. 9.* & *decis. 316. num. 2. & 19. Peregr. de fideicommissi. art. 39. n. 4.*

402 Fallit tamen primò, dicta extensio, quando alienatio per grauatum mala fide facta fuisset; quia tunc talis alienatio sustineri non posset, in præiudicium fideicommissariorum; & tunc de mala fide constare videtur, quando bona pretiosiora vendidisset, seu plus legitima alienasset, vt ait *Surd. cons. 128. num. 21. & 22.* & ita fuit dictum *in Romana legitima 31. Maii 1617. coram Card. Sacrato*, idem *Surd. dec. 316. nu. 19.*

403 Fallit secundò, quando prohibitio alienationis fuisset facta de aliqua re particulari: quia tunc dicta res alienari non posset ad computum detractionis sibi debitæ de iure, vt ait *Gratian. lib. 2. disceptation. cap. 334. num. 5. & 6.* At secus si res de fideicommisso vniuersali alienata fuisset: quia tunc est permissum hæredi, vt de ea alienatio fiat vsque ad ratam legitimę, sibi de iure naturę debitæ, veluti dixi supra sub *num.* 330. & est *decis. Seraphini 321. & Argel. ibi allegatus.*

404 Hic nota, quòd ex prædicta extensione infertur, quòd ob huiusmodi alienationem, quis prohibitioni alienandi contrauenisse non censetur, si tamen per prius fructus ex illis bonis prohibitis non percipisset, alias secus, vt fuit dictum *a Rota in Romana domus de Vsazzis mercatur. 5. Maii 1608. coram Cardinali Caualerio.*

405 Quod tamen intellige verum id, quod fuit dictum de perceptione fructuum, quando essemus in hærede extraneo, & de Trebellianica ageretur: quia tunc fructus in eam imputare teneretur, veluti quoque succederet in filijs secundi gradus: at secus, quando essemus in primo gradu, & sic in suis hęredibus: quia tunc illos in eam imputare non tenerentur, vt ait *Magon. decis. 85. Rot. Lucen.* Gratianus *lib. 2. disceptation cap. 265.* omninò videndus, & vide quę dixi supra in hac concl. sub num. 30. & infra sub num. 488. & 731.

406 Item secus esset, quando ageretur de legitima, tàm ascendentium, quàm etiam descendentium, quia tunc fructus percepti non imputantur in eam, vt latè fuit superius deductum sub *num. 280. & seqq. ex decisione facta in dicta Ariminen legitima de Scarponibus luna 5. Maii* 1627. *coram* R. P. D. *Durano.*

407 Sed hic obiter nota, quòd licet prædicta distinctio de iure procedat, veluti quando Trebellianica per testatorem non fuisset prohibita, nihilominus potest ea, tàm filijs primi gradus, quàm secundi prohiberi, iuxta veriorem, & magis cōmunem opinionem, veluti testatur Amatus *in sua decis. 11. num. 8. cum seqq.* vbi multas decisiones Rotę Romanę allegat *Gratianus ibi supra Card. Seraph. decisione 570. num. primo Scacc. in tractat. de Iudic. caus. ciuil. ac criminal. cap. 9. num.* 1133. vbi allegat ipse quoque decisiones Rotę Romanę, *& Rota decisione 313. num. primo part. 2. diuers.* & *decisione 693. num. 4. & decisione 359. num. 4. parte 2. recentior.* & *decisione 66. num. 2.* & *decisione 318. num. 3. p. 1. in recent.*

408 Amplia quòd nedum expresſè sed etiam tacitè ea prohiberi possit, vt ait *Rot. per Greg. XV. decis. 421. num. 11.* & ita etiam fuit dictum in *Bononien. de Poetis 18. Mart. 1619. coram* R. P. D *Vbaldo Card. Mantic. dec. 348. nu. 2.* & *in Rom. Hereditatis 24. Ianuarii 1601. coram Lutta*, quę est pœnes Merlinum *de legitima dec. 21. num. 6.* & *apud Card. Caualer. dec. 441. n. 1.* & *in alia Perusina hareditatis de Alphanis 27. Mart. 1626. corā Coccino Decano.*

409 Sed declara tamen, quòd verba debent esse talia, quę pernecesse huiusmodi prohibitionem contineant, ita vt aliud ea importare non possint, vt ait *Rota in decis. 67. num 2. parte prima in recent.* &

veluti fuit dictum in vna *Viterbien. fideicommissi 11. Ianuarii 1606. coram R. P. D. Manzanedo*, & per *Cafa. Cauale. decis. 431. num. 4.* vbi aliæ decisiones allegantur, & in *Viterbien. fideicommissi 11. Ianuarii 1606. coram Pamphilio, & in illa Perusina hæreditatis coram Coccino Decano.* & quæ sint coniecturæ, quæ ad id sufficere possint, tradit *Gabr. concl. 3. ad Trebell. Meno. b de præsumpt. præsumpt. 198. num. 7.* & *seqq.* & *Mantic. de coniectur. l. 12. num. 13. Gratian. lib. 5. discept. c. 888. num. 1.* & de magis communi ait *Rota* tam posse coniecturis prohiberi in *Romana Trebellianicæ 9. Nouembris 1612. coram Vbaldo*, & absque vlla difficultate, quando testator mandat restitui hæreditatem absque diminutione, fuit dictum à *Rota in Romana fideicommissi 5. Iul. 1610. coram Reuerendissimo Coccino Decano*, & in illa *Romana Trebellianicæ coram Vbaldo, Gratian. & alii vbi supra*, & *Fusar. de substitutionib. quæst. 241. num. 76. Put. decis. 428. in fine lib. 2. Gregor. decisione 431. in fine*, & denique in *Spoletana hæreditatis 25. Iunii 1627. coram R. P. D. Dunozetto.*

Declara tamen, quod in casu detractionis Trebellianicæ, duo copulatiue requiruntur, nempè, vt quis restituat, & vt tanquam hæres restituat, & propterea ea non detrahetur, quando quis grauaretur, vti donatarius, sed solum quando vti hæres, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 247. num. 15.* & ibi docet ex quibus bonis, & quando detrahatur legitima, omnino videndus in hac materia.

410 Sed redeundo ad id, quod fuit dictum de alienatione per filium de re prohibita alienari ad computum suæ legitimæ facta, intellige procedere si filius probabit non nisi tot bona alienasse, quæ suam legitimam importent; quia tunc prohibitioni contrauenisse non diceretur, alias secus: quia vocatus ad fideicommissum habet suam intentionem fundatam in contrauentione filij mediate alienatione de dictis bonis facta, nec ei suffragaretur illa regula, quod scilicet sibi ex persona patris debeatur legitima: quia eo non obstante, illius valor per eum probandus venit, vt pulchre fuit deductum à Rota in vna *Anconitana de Rinaldinis lunæ 20. Februarii 1584. coram Cardinali Lancellotio Seniore*, & *Cardinalis Seraph. dec. 321. nu. 18.*

411 Contrarium, quod scilicet alienationes per filium factæ censeantur ad æquare eius detractiones, quæ sibi de iure debentur, nisi de contrario appareat, dicunt addentes *ad Gregorium Decimumquintum in sua decisione 185. num. 6.* & *in Romana census 10. Iunii 1613. coram Cardinali Sacrato, quæ est penes Dominum Merlinum decisione 17. num. 8.* & ita quoque fuit decisum in vna *Bononien. de Cattaneis 10. Martii 1617. coram R. P. D. Pirouano*, & in alia *Romana domus ad Peregrinum 11. Martii 1619. coram Reuerendiss. Coccino Decano.*

412 Sed tenendo primam opinionem, nota, quod æstimatio fienda ad effectum calculandi legitimā deberet fieri à filio, & illius expensis, & maximè si inuentarium ab eo confectum non fuisset, vt fuit dictum in *Perusina bonorum de Herculanis 2. Iunii 1581. coram R. P. D. Braud.* & *in Romana legati vigesimanona Aprilis 1613. coram Cardinali Cauallerio*, & *in Bononien. de Pretis 4. Martii 1617. coram R. P. D. Vbaldo*, & postea in *Bononien. fideicommissi de Cattaneis 10. Martii 1617. coram Pirouano, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 109. num. 4.*

413 Contrarium tamen repetitur decisum in *Romana Census lunæ decima Iunii 1613. coram Cardinali Sacrato*, & *coram eodem in Romana legatorum de Columna 27. Ianuarii 1614. quæ decisiones sunt penes Merlinum 17. num. 8.* & *decisione 18. num. 14.* & ratio ea est, quia filius habet suam intentionem fundatam de iure pro legitimæ consecutione, & propterea per aduersarium totum contrarium veniret probandum, vt ait *Rota d. decis. 18. sub num. 14.* & in pluribus alijs decisionibus, vt dixi in regula 5. vers. *sed si forsan, num. 229.*

414 Concorda tu tamen, quod prima opinio sit vera, si per filium non fuerit confectum inuentarium: quia tunc in illius odium illud onus ad ipsum filium spectabit; secunda vero, quando eo confecto: quia tunc cessat in eo præsumptio surripiendi bona fideicommisso subiecta,

vt dixi

vt dixi superius in regula quinta vers. *sed est benè verum*, & quæ sequuntur.

415 Rursus concorda, vt prima procedat, quando cõ ltaret de alienatione aliquorum bonorum; Secunda verò quando secus. Item prima opinio procederet, quãdo filius esset actor; Secũda verò quãdo reus, vt ait *Rota penes Merlin. d. dec.* 18. *n.* 14. *& d. dec.* 109. *n.* 5. 6. & 7.

416 Animaduertendo tñ, quod æstimatio in calculanda legitima, debet per peritos secundum veritatem, & non grosso modo fieri, vt ait *Rota penes d. Merlin. dec.* 73. *n.* 2. & in eorum electione, & relatione pars erit citanda, *Rota apud dictum D. Merlinum dec.* 1. *& decis.* 73. *num.* 1. & 8.

417 Declara tñ, quòd æstimatio debet per eos fieri secundũ valorẽ de tẽpore mortis testatoris: quia tunc ea filijs incipit deberi, & non prius, vt fuit dictum in *Rom. legitima* 13 *Nou.* 1620. *coram* R. P. *D. Pirouano, qua est penes Merlinum dec.* 113. *n.* 1. & *Grat. lib.* 4. *discept. c.* 743. *num.* 11.

418 Subextende primò illam septimam extensionem adeò procedere, vt propterea, si per filium essent alienata mobilia; nihilominus ea in legitimam venirent imputanda, vt ait *Soccin. Sen. consil.* 16. *num* 13. *lib.* 3. & *Honded. consil* 59. *num.* 12. *lib.* 1. *Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 983. *num.* 6. *Seraph. decis.* 1365. *per totum, & Greg. dec.* 115. *n.* 27. & *dec.* 186. *num.* 1.

419 Subextende secundò procedere etiã si fideicommissarius illorum alienationi contradiceret, quia nihilominus eorum alienatio valet, sed alienans alienata benè in legitimam imputabit, vt ait *Surd. dec.* 316. *num.* 2. & 8. & ita fuit dictum *in Romana legitima* 18. *Maii* 1617. *coram Card. Verospio*.

420 Subextende tertiò alienationem de rebus fideicommissariis per filium primo loco factam, adeò sustineri, vt propterea ius opponendi de huiusmodi detractionibus transeat in emptorem, siue singularem successorem, cõtra fideicommissarium ad sustinendam alienationem prædictam, vt ait *Surd. consil.* 576. *num.* 41. & 42. *Gratian. libro* 2. *discept. cap.* 265 *num.* 5. Cæterę verò alienationes à fideicommissarijs reuocari possunt, vt ait *Peregr. de fideicommissis art.* 39. *num.* 4. *& Rota apud Greg. decis.* 580. *num.* 5. intelligendo tamen de illis, quę excedunt portionem grauato debitam alias secus.

421 Subextende quartò, quòd dicta alienatio primò loco facta valet, etiam si bona alienata legitimæ portionem excedant, vt fuit decisum in *Romana legitima* 31. *Maii.* 1617. *coram Card. Sacrato, quæ est apud Merl. dec.* 59.

422 Contrarium, quòd scilicet alienatio non sustineatur in eo, quod excedit legitimam, sed quòd solum vsque ad illius valorem valida dicatur, fuit dictum à *Rota in Romana domus de Vsazzis Mercurii* 5. *Maii* 1608. *coram Card. Caualerio*.

423 Concorda prædictas opiniones, nẽpè, vt prima procedat, quando illa pars valorem legitimæ excedens pro fideicommissariorum assecuratione fuerit inuestita, vt fuit dictum in illa *Romana legitima* 31. *Maii* 1617. *coram Card. Sacrato, quæ est dec.* 59. *apud Merlinum n.* 3.

424 Secunda verò opinio procedit, quando secus, quia tunc eueniente conditione, siue restitutionis tempore, alienatio solum vsque ad portionem debitam sustineretur, vt fuit resolutum in illa *Romana domus de Vsazzis* 5. *Maii* 1608. *coram Cardin. Caualerio*.

425 Subextende quintò dictam alienationẽ prędicto modo factã, adeò sustineri, vt propterea illę res alienatę in legitimã imputẽtur, etiã si postea grauatus eas res alienatas redimeret, vt ait *Honded. cons.* 59. *n.* 12. *lib.* 1. *& Aldoui. cons.* 79. *n.* 70.

426 Subextende sextò, prędicta procedere, etiam inuito alienante, & propterea si grauatus (vt diximus) eam rem iam ab eo alienatam redimat, ei non suffragatur, si prætenderet eam detractionem super alijs bonis, quàm in iam alienatis, & postea redemptis fieri, vt fuit dictum à *Rota in Montis Falisci fideicommissi Mercurii* 13. *Iunii* 1612. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. dec.* 580. *nu.* 3. & ibi addens ait id pluribus modis nõ procedere, quos per te videre poteris.

427 Sed contrarium, quòd scilicet variatio detur, quoad bona capta pro sua legiti-

legitima, & sic quòd filio liceat res per eum alienatas redimere, ad euitandam imputationem legitimæ in hijs bonis; sed ex alijs illam dettahere dicunt DD. allegati à *Gratiano lib. 4. discept. cap. 743. num. 12. & seq.* & ibi hanc opinionem vocant receptiorem, æquiorem, & magis humanam, idque exemplificando in eo debitore, qui vnam domum assignauerat pro alimentis, cui fuit permissa variatio subrogando alteram pro illa.

428 Concordarem ego tamen prædictas opiniones hoc modo, nempè, quòd prima procedat, quando in damnum alterius redemptio illius rei fieret, veluti quia aliquo modo ea fuisset effecta deterior: secunda verò, quando secus: quia tunc illa regula resultaret, quòd tibi non nocet, & alteri prodest facile est concedendum, immò periniquum esset denegari, pro quibus faciunt ea, quæ ait idem *Gratian. in præcitato loco num. 13.* & id; quod fuit dictum de redemptione rei, quòd scilicet ea redimenti suffrageiur, procedit præcipuè in imponente censum super re prohibita alienari, quia secura illis redemptione non potest prætendi incursus alicuius pœnæ, & caducitatis, & præsertim si illa impositio fuisset facta, cum pacto expresso redimendi, vt fuit dictum *à Rota per Card. Seraph. decis. 819. num. 3.* licet ego contrarium crederem, si aliquo modo contemptus domini, argui posset: quia tunc per redemptionem rei alienatæ macula contemptus non deleretur, iuxta ea quæ ait *Natt. cons. 479.* per totum, & ibi plures alios allegat.

429 Subextende septimò, quòd impositio census, ob legitimæ detractionem sustinetur in re fideicommisso subiecta, illiusque æstimatio in legitimam venit imputanda, vt fuit dictum in *Romana census luna 10. Iunij 1613. coram Card. Sacrato quæ est penes Merlinum de legitima decis. 171. num. 5. & in alia Romana legatorum de Columna 27. Ianu. 1614. coram eodem quæ est penes eundem Merlinum decis. 18. num. 15. & prius in Romana census de Cincijs 17. Aprilis 1600. coram R.P.D. Penia, & in alia Romana census de Palutijs 2. Nouembr. 1600. coram Card. Sacrato, & prius in Romana Saluiani 18. Maii 1598. coram R.P.D. Orano, & in Romana Saluiani interdicti luna 13. Ian. 1603. coram R.P.D. Litta.*

430 Reassumendo rursus illam regulam sextam, extende octauò eam procedere in dote data filiæ, quę in legitimam imputanda venit, vt ait *Surd. in sua dec. 119. num. 1.*

431 Subextende primò dictam octauam extensionem procedere, etiã in dote ab auo suę nepti data: quia tunc ea censetur illi relicta intuitu sui patris, & filij respectiuè, non autem dictę neptis contemplatione, vt ait *Grat. lib. 1. discept. c. 50. nu. 6.* & ita quoque fuit resolutum à *Rota per Card. Speraph. in sua dec. 440. num. 2.*

432 Et ratio est: quia ad officium paternum filias dotare spectar, licet tamen secus esset, si pater patrimonium non haberet ex eo quia adhuc sub patria potestate viueret, siue aliundè bona non haberet. Nàm tunc filia ex illius legitima si sufficeret dotanda veniret, vt ait *Rota per eundem Card. Seraph in sua decis. 447. & decis. 451.* Et ad id nota, quòd allegans, quem esse diuitem ab eo diuitię sunt probandę. licet alii dicãt, quòd ad sciendum an quis sit diues, Iudicis arbitrio sit remittendum, vt ait *Magon. decis. 13. Flor. num. 9. & seq.*

433 Declara tamen id, quod fuit dictum, vt dos nepti data ab auo censeatur sui patris intuitu data; procedere, nisi de contrario, etiam per coniecturas appareret, veluti contingeret, si verè illud legatum dotis contemplatione neptis factum fuisset, licet in dubio legatum alicui relictum intuitu legatarij relictum censeatur, vt ait *Magon. dicta decis. 13. nu. 4. & 7. Rotæ Flor.* & *Card. Seraph. in dicta sua decis. 440. & in hoc viden. est Mascard. de probatione conclus. 156. volum. 1. per totam* vbi plura inuenies in hac materia aui dotantis.

434 Quinimmò hic erit etiam notandũ, quòd licet nepris sit ab auo dotata, non per hoc tamen prohibetur ex persona Patris legitimam suam petere, quando nec per testamentum, neque per statutum reperiretur prohibita, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 93. n. 1. & dec. 107. eodem n. 1.*

435 Et ratio est: quia non tenet consequentia si diceretur datum filio, vel filię ab auo imputatur in legitimam: ergo & datum nepti, veluti ait *Rota per dictum Cardinalem Seraphinum decisione* 561. *num.* 13.

436 Secus autem, quando de contraria mente testatoris constaret, quia tunc neptis non posset ex persona sui patris aliquam legitimam, siue Trebellianicam in bonis aui prætendere, vt ait idem *Card. Seraph. in sua dec.* 121. *n.* 1.

437 Subextende secundò illam octauam extensionem multò magis procedere, si puella non esset valdè dotanti dilecta: quia quando dilectio esset vrgens, est signũ institutionis, veluti odium est signũ exhæredationis, vt dicunt DD. allegati à *D. Merlino de legitima lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 3 *num.* 18. Vndè mirum non erit si datum puellæ parum dilectæ ad computum dotis datum præsumeretur; At secus, quando puellam dotatam penes se dotans alebat, & eam diligere ostendebat, siue eam bene mereri de eo ob illius accepta seruitia auus aliquando protestatus fuisset, vt ait *Menoch. cons.* 771. *num.* 3. & *Soc. cons.* 79. *num.* 51. *lib.* 3. veluti diceretur etiam si dotans esset diues, & dotati debens pauper *Surd. cons.* 534. *num.* 21. Item quando dotans viuens non declarasset illius repetitionẽ fieri velle *Barz. decis.* 102. *nu.* 7. sed in dubio censeri dotem donatam, & sic ob fauorem specialem dotis animum eam repetendi non habuisse dotantem, ait *Card. Mantica de tacit. lib.* 13. *tit.* 9. *num.* 18. dicens ita fuisse decisum à *Rota in vna Rom. compromissi* 8. *Maii* 1582. *coram R. P. D. Laurentano, & in alia Romana dotis* 26. *Apr.* 1619. *coram R. P. D. Vbaldo*.

438 Et ea quæ fuerũt dicta super eo, quòd scilicet datum à dotante puellę animo donãdi datum censeatur: extende eo magis procedere, quando essemus, verbi gratia, in auo materno, siue paterno, qui nepti dotem dedisset in vita, sed in testamento extraneos instituisset; quia tunc dicta dos in legitimam non esset imputanda, vt dicunt Doctores allegati à *Grasso in §. legitima quæstion.* 23. *numero* 5. vbi ait opinionem huiusmodi maximam ęquitatem sapere. Idem tenet *Vasq. allegat. à Grasso in præcitato loco*.

439 Subextende tertiò, dictam illam octauam extensionem quoq. procedere in iocalibus, & vestibus preciosis, sed non in quotidianis, & aliis accessoriis dotis, quę in legitimam imputanda veniunt, vt ait *Surd. dicta decis.* 119. *numero* 2. *Cuccus de legitima fol.* 60. *num.* 26. *Mangil. de imput. q.* 14. *num.* 37. *Honded. cons.* 63. *num.* 1. *Peregr. de fideicomm. art.* 36. & ibi multa ait in materia.

440 Subextende quarto dictam extensionem procedere, etiam in dote à Matre data filię, quę in suam legitimam imputanda venit, licet id onus dotandi nisi in subsidium ad ipsam spectet, vt ait idem *Surd. dicta decis.* 119. *nu.* 3. vbi ait id fieri per matrem, quodam naturali stimulo, & ex causa necessaria, & sic per consequens illud dedisse animo compensandi censetur, cum nemo in necessitatis liberalis existat, licet onus predictum dotandi matri iniunctum, solum procedat, quando ea esset diues, & maritus pauper, non obstante, quòd tunc bona matris essent fideicommisso subiecta, vt ait *Menoch. de arbitr. cas.* 460. *per totum*, & signanter à *numero* 2. *vsque ad octauum*, sed est bene verum, quòd dos, quę debetur ab aliquo in subsidium, non debet esse rigorosa, nec minus talis, quę pariatęgestatem in dotante, vt ait *Rota in decis.* 249. *part.* 2. *in recent. & in Anconitana dotis* 28. *Iunii* 1602. *coram Card. Mellino*.

441 Subextende quintò, quòd illud lucrum delatum à statuto in legitimam, quoq. sit imputandum, vt ait idem *Surd. dicta decis.* 119. *num.* 4.

442 Extende nonò principalem regulam procedere in officiis, & locis montium ad vitam duraturis: quia illa in legitimam sunt imputanda, quando de pecuniis patris empta fuere: quia tunc ea inter patrimonialia connumerantur, *vt ait Rota per Cardin. Seraph. in decis.* 539. *num.* 6. *& decis.* 1365. *num.* 16. *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 50. *num.* 15. & *idem Seraph. decis* 386. *num.* 6. & 7. *& decis.* 541. *num.* 10. *& Buratt. decis.* 24. *n.* 2. Sed hic nota, quòd etsi huiusmodi officia Romanę Curię vendantur ad

vitam

vitam, tamen censentur concessa etiam ad proprietatem, vt fuit decisum à *Rot. per Buratt. in sua decis.* 45. *num.* 3. *& prius in decis.* 24. *num.* 10. *& seq.* quòd tamen intellige verum, id quod fuit dictum de eorum proprietate, saltem respectu vtilis dominij: quia officiali mortuo redeunt ad Cameram, licèt eo viuente possint cum beneplacito Apostolico resignari. Immò à custodibus, & administratoribus societatū, & absque solemnitatibus alienari possunt, vt de his omnibus latè fuit deductum à *Rota in d. decis.* 24. *per Burattum*, & *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 276. *n.* 63. *& Franc. Marc. decis.* 617. *in fine, & decis.* 626. *num.* 8. *part.* 1.

443 Subextende dictam extensionem etiam procedere, quoad eorum pretia, quæ in legitimam imputari debent, vt ait idem *Card. Seraph. dec.* 100. *num.* 1.

444 Sed id ꝙ fuit dictum de dictis officijs, declara habere locum, quod æstimationem; non autem quoad titulum, vt ait *Card. Seraph. decis.* 1294. & *dictus Gratianus lib.* 1. *discept. cap.* 50. *num.* 15.

445 Subdeclara tamen non procedere quando in officijs erat reseruatum decretum ad fauorem patris, cum prohibitione, quòd ea per filium alienari non possent: quia tunc ea in legitimam imputari non debent, cum tali casu filius nudum nomen solum habere dicatur, at secus, qñ pater non sibi reseruauit dominium, siue decretum, & nomine filij acquiteret: quia tunc donare censetur, & sic in ipsum nominatum, vti in successorem, & ab intestato venientē, si non expressè saltē tacitè disponere videtur, *Surd. dec.* 272. *n.* 22. *Franch. decis.* 45. *& Thes. decis.* 97. *idem ait Rota decis.* 262. *p.* 1. *diuers.* & *in Romana officii scriptoria* 1. *Aprilis* 1588. *& in alia Romana officii* 4. *Iulii* 1601. *coram Card. Pamphilio idem ait Grat. lib.* 4. *disceptat. cap.* 794. *num.* 3. *& prius lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 21.

446 Rursus declara, ꝙ in imputatione fienda habetur ratio ad id, quòd officia vendi possunt tempore mortis patris; non autem ad illud, quod pater impendit, vt fuit dictum in *Romana bonorum* 17. *Aprilis* 1570. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 100. *per totam*. Et id, quod fuit dictum de officijs, extende quoque procedere in militijs nostri temporis, de quibus idem fit iudicium, quod fit de antiquis, & propterea ad instar illarum, officia in legitimam imputanda veniunt, vt ait *Card. Seraphin. d. decis.* 100. *num.* 1. *& in decis.* 541. *num.* 10.

Quo verò ad illud, ꝙ fuit dictum de æstimatione istarum militiarum inspecto tempore mortis patris, declara non procedere, si militia fuisset concessa ad computum legitimæ, pro vt ex tunc: quia eo casu esset attendendum tempus perfectionis contractus, in illius æstimatione consideranda, vt fuit dictum in *Romana legitima coram Card. Sacrato, quæ est penes Merl. de legit. dec.* 59. *in fine*.

447 Fallit tamen, quando militiæ, siue officia, solum commodum personale afferrent: quia tunc illa ad hæredes non transeunt, nec per consequens, ea in legitimā imputantur, nec minus in diuisione conferuntur. Immò nota, ꝙ militia potius dicitur peculium Castrense, vel quasi, & est nomen genericum in se officia, & dignitates continens, veluti quoque dicitur de Capitaneatu, Doctoratu, Episcopatu, Iudicatura, Commendatariatu, & Equestri dignitate, etiam cū redditu, quæ in legitimā non imputantur: secus autem, quando militia personalis in se contineret vtilitatem non ratione personæ, sed ex ipsa natura officij: quia tunc ea in legitimam essent imputanda, vt dicunt Doctores allegati à *Merlino de legitima libro* 2. *titul.* 2. *quæst.* 21. *per totam licet Rot. apud eundem Merlin. decis.* 59. *num.* 9. dicat, quòd militia data à patre filio in diuisione confertur, sed non imputatur.

448 Sed reassumendo illam regulam sextam, declara primò eam non procedere, quando filius de legitima liquidò non doceret veluti, quia inuentarium non confecerit; nàm tunc eam detrahere non deberet, vt fuit dictum à *Rota in Romana census* 15. *Mart.* 1577. *coram Card. Seraphino quæ est in eius impress. decis.* 321. *n.* 16.

449 Contrarium licet postea fuerit decisum

cisum in *Bonon. de Cataneis* 19. *Martij* 1619. *coram* R. P. D. *Pirouano*, vbi fuit dictum eam filio deberi, etiam inuentario non confecto, & ibi Rota testatur hanc esse veriorem opinionem.

450 Concordari tamen huiusmodi opiniones hoc modo possunt; secundum me, nempè, vt prima procedat, si de vsurpatione rei hæreditariæ constaret: secunda verò quando secus, licet suspicio surripiendi bona ex confectione inuentarij tollatur, iuxta ea, quæ ait *Gratianus lib. 3. discept. c. 570. n.* 20. *Card. Seraph. decis.* 609. *num.* 6. & 7. *Rota in Romana de Herculanis* 7. *Iunii* 1581. *coram* R. P. D. *Brauo*, & in alia *Romana legati* 29. *April.* 1616. *coram* *Card. Caualerio*, & *prius in Bonon. de Pretis* 4. *Maii* 1615. *coram* R. P. D. *Vbaldo*, & denique in illa *Romana de Stephanellis* 24. *Aprilis* 1617. *coram* R. P. D. *Remboldo*.

451 Sed est benè verum, quòd licet filius non confecto inuentario legitimam non perdat, in eo tamen grauatur, quòd scilicet teneatur legatarijs refundere, quicquid ab eis ratione legitimæ ademit, vt ait *Surd. decis.* 316. *num.* 16.

452 Sed tenendo secundam opinionem, extende eam, multò magis procedere, si testator confectionem inuentarij remisisset, vt dixi in præcedenti regula vers. *sed quid si inuentarium*, vbi recurras; quia vnam pulchram distinctionem in hac materia remissionis inuentarii reperies memoriæ mandandam.

453 Declara secundò dictam regulam sextâ non procedere in donatis inter viuos: quia ea in legitimam non imputantur, vt ait *Surd. cons.* 75. *num.* 5. & *seq.* & *num.* 11. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *nu.* 125. *Bursat. cons.* 178. *n.* 17. *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 485. *num.* 34. *Magon. decis. Lucens.* 84. *num.* 17. *Thes. dec.* 64. & *ita fuit dictũ à Rota per Card. Seraph. decis.* 568. *num.* 1. & *coram Gregorio decis.* 568. *nu.* 1. *in eius impress.*

454 Sub declaratur tamen primò id esse verum, quando titulus donationis fuit expressus, secus verò quando simpliciter ea data fuissent; quia tunc donata non præsumerentur, & per consequens in isto secundo casu illa in legitimam essent imputanda, vt ait *Peregr. de fideicom. dicto* *art.* 36. *nu.* 125. *vers. intellige.* & *Card. Seraph. dicta decis.* 568. *num.* 3. & 4. veluti eodem modo diceretur quando filius prædecederet patri, quia tunc datũ à patre inter viuos ad patrem filio præmoriente redije, & sic erit creditor hæreditatis filij, pro illa summa data, quasi quod non fuerit secuta causa in quam fuerunt datæ pecuniæ, quia scire debes, quod datum à patre filio inter viuos in legitimam imputatur conditionaliter, idest si filius superuixerit vt ait *Rota apud Merlinum dec.* 59. *num.* 20.

455 Extende in illa secunda parte sub declarationem quoque procedere in omnibus alijs datis inter viuos, ex causa necessaria, vt est dos, aut donatio propter nuptias, & similia, quæ in legitimam imputanda veniunt, cum nemo in necessitatibus liberalis existat, *l. magnam ff. de contr. & committ. stipul. Vasq. de success.* §. 30. *num.* 250. *Crass. in* §. *legitima quæstione* 23. *in princ. Peregr. de fideicom. art.* 36. *nu.* 131. *Crauett. cons.* 133. *nu.* 2. *Bursat. cons.* 71. *nu.* 18. *Menoch. cons.* 154. *n.* 7. *Mangil. de imput. quæst.* 14. *nu.* 44. *Port. cons.* 82. *nu.* 34. *Thes. dec.* 64.

456 Quod enim subextende procedere nedum in eo dato à patre, sed etiam à matre, & similibus, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec.* 568. *nu.* 12. Secus aut esset dicendum in eo quod fuit donatũ nepoti, vel nepti quibus non sit debita legitima, quia tunc de eo non fiet computatio, nam consequentia non tenet datum filio, vel filiæ imputatur ab eis in legitimam, ergo & datum nepti, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec.* 568. *n.* 12. & 13.

457 Item secus erit in illis donationibus quæ causa mortis fiunt, siue de illis rebus, quæ per viam vltimæ voluntatis alienata fuere, vt mox dicetur.

458 Subdeclara secundo, non procedere quando Pater expressè in donatione dixisset: Volo huiusmodi bona donata in Legitimam filij imputari, vt ait *Crass. in* §. *legitima quæstione* 22. & *Rota per Gregor. XV. in sua dec.* 568. *nu.* 3. & 4.

459 Nota tamen, quòd huiusmodi declaratio in ipso donationis limine fieri debet; alias ex post facto non valeret, vt ait *Surdus qui infiniros allegat in dicto cons.* 75. *nu.* 11.

Subdeclara

In hac pag. 261. *col.* 1. *lin.* 5. *ante nu.* 450. *adde hæc verba. Surd. dec.* 326 *nu.* 8. *Merlin de legit. lib.* 3. *tit.* 2 *q.* 34. *n.* 15. *Maresc var. res. lib* 1. *c.* 23 *n* 5. *cum seqq.* & *Rot. in Roman. domus* 3. *Mart.* 1617. *coram Andrea.*

ead. col. 1. *lin* 28. *ante nu.* 452. *adde.* Item grauatur filius in eo non cõfecto inuẽtario, vt. s. si ille asfereret alia bona nõ extitisse ex quib. detractiones fieri potuerint: tũc tenetur id cõcludẽter ꝓbare, ob eã sinistrã suspicionẽ q̃ cõtra se hẽt, ob nõ cõfectionẽ iuẽtarij vt ait *Cienagn. cõs.* 20. *lib* 1 & *ibi plures dec. Rot Rom. allegat Grat. lib.* 3. *discept. c.* 570 *n.* 10. *Pereg de fideic. art.* 39. *nu.* 14. *adden. ad decis Greg.* 266. *n.* 16 & *Rot dec.* 309 *n.* 4. *penes Merlin. de legit* & *in Tuderti prædij Lunæ* 1. *Iun.* 1615. *cor. Buratto.* & *cor. eodẽ in Rom. fideic. de Franzinis* 24. *Mart* 1623. & *in Rom. fideic. de Victoris* 2 *Iun.* 1627. *corã Merlino* & *in Macerat legit.* 14. *Maij* 1627. & 28. *Febr.* & 27 *Mart.* 1628. *coram Vbaldo.*

Secus aũt quãdo filius inuẽtariũ confecisset, quia tũc asserẽti detractiones fuisse factas de legitima onus ꝓbandi incũbit. & ideo est, quia filius hẽt intentionẽ fundatã super detractione legitimæ sibi cõpeten. de iure, vt ait *Rot dec.* 641. *n.* 8. *p.* 1. *div.* & *dec* 246. *n.* 3 & vide quæ dixi in hac materia sup. sub *n.* 329 & 410. *cũ seq vbi multas alias dec. inuenies.*

Extẽde eodẽ mõ ꝓcedere. & e cõuerso nẽpè, quãdo filius grauatus restituere, & alienare ꝓhibitus allegaret tot bona alienasse, quæ illius legitimam import ãt; q̃a tũc cũ fideicõmissarius eius intentionẽ fũdatã in prohibitione alienationis hẽat. Idcircò filio illud onus ꝓbãdi, & nõ fideicommissario compe tit, vt dixi sup. n. 410

460 Subdeclara tertiò dictam fallentiã non procedere, si donatio esset nulla à principio, sed morte donantis confirmaretur, quia isto casu ea saperet naturam donationis causa mortis, & propterea donata in legitimam venirent imputanda, vt ait *Rolan. cons. 11. num. 32 lib. 2 Surd. cons. 206. nu. 10. Peregr. d. art. 36. num. 124.*

461 Subdeclara quartò non procedere in eo, quod fuit donatum à Patre filio emancipato propter nuptias, siue à Matre suæ filiæ, quia illud donatum in legitimam imputatur, secus autem in eo, quod donaretur nepoti, vel nepti, quibus legitima non debeatur, & propterea (vt superius dixi) ex huiusmodi differentia non tenet consequentia, si dicatur illud datum filio, vel filiæ imputatur in legitimam, ergo & datum nepti, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 568. num. 12. & 13.*

462 Contrarium tamen venit dicendum de donatione per Patrem filio Clerico facta ad hoc, vt ad titulum beneficii ordinari posset: quia regulariter donata à Patre filio ad aliquam dignitatem cõsequendam, vt est ad obtinendum sacerdotium siue ad contrahendum, matrimonium in legitimam non imputantur, iuxta veriorem opinionem, de qua testatur Gratianus *lib. primo discept. cap 159. num. 31. & seqq. & lib. quarto cap. 643. num. 15. & 16. Roland. cons. 11. num. 6. lib. 2. Oldrad. cons. 5. Grauett. cons. 114. num. 17. Gabr. cons. 57. n. 13. lib. secundo Soccin. cons. 53. num. 2. lib. primo Decian. cons. 3. num. 13. & cons. 31. nu. 7. vol. primo idem Grauett. cons. 136. Crassus in §. legitima quæst. 27. num. 3. Fabian. in l. emancipati C. de collat. Suarez. in l. quoniam in prioribus quæst. 5. ad leges Regni C. de inoff. testam. Coras in l filium, quem habentem n. 237. C. famil. ercifcund. Rip. in l. in quartam num. 170. & ibi cæteri DD. ff. ad l. Falcid.*

463 Concordari possunt huiusmodi opiniones in ea parte, vbi dicitur, quòd donatum filio ob nuptias sit imputandum in legitimam, nempè, vt prima opinio procedat in filio emancipato; secunda verò in eo adhuc in patria potestate existente, & ratio ea esse videtur: quia emancipatus quicquid acquirit sibi, & non Patri acquirit; & propterea cum Pater nullum lucrum amplius ab eo in vita sua expectare possit, ita nec filius à Patre gratis donationem ob nuptias prętendere debet, & sic eo modo donatum in legitimam emancipatus conferre tenetur; At secus in filio sub patria potestate existente, qui veluti acquirendo aliquid Patri acquirit, ita pater ei donando ad prædictos effectus donatum in legitimam non imputabit, ob regulam, qui in vno grauatur, in alio releuandus est *iuxta tex. in l. Iure succursum, & ibi scriben. de iure dot.* & veluti multa alia dicam in verbo *filius &c.* & est *decis. Card. Seraph. 568. nu. 12.*

464 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam in tantum valere, vt propterea dicta donatio facta filio clerico, ob clericatum reuocari non possit, quando tamen vera, & non ficta traditio subsecura fuerit, immo nec eo casu dicta bona alienari possunt, sine licentia Episcopi, alias ille teneretur dicto Clerico, quem ipse ordinauit in casu indigentię subuenire, vt ait *Grat. lib. secundo discept. cap. 297. num. 8. & seqq.* & veluti ex mente *Rota multa dicã in verbo alimenta.*

465 Declara tertiò dictam sestam regulam non habere locum, quando prætium illius rei venditę inseruisset pro extinguendis oneribus hæreditarijs: quia licet eo casu alienatio valeat, alienata tamen in legitimam non imputantur, vt ait *Hond. cons. 59. num. 13. lib. primo & addens ad decis. Greg. 580. nu. 20.*

466 Contrarium licet dicat *Gratian. lib. quarto discept. cap. 743. num. 5. & 12.* vbi firmat alienata ex causa æris alieni in legitimam esse imputanda, quamuis *sub num. 7.* dicat quòd Iudex arbitrari non debet, vt alienata per filium, ei imputentur in legitimam, si illi non esset vtilis talis computatio, veluti quoque è conuerso procedit, quando fideicommissarius grauaretur, si per eum meliora corpora fuissent alienata, & propterea videmus, quòd est illi permissa variatio (vt superius dixi) adeò vt possit, si vult rẽ alienatam redimere, & super alijs bonis, pro sua legitima sibi consulere, cum filius non sit grauandus in bonis minus vtilibus suam portionem deducere, & hanc

hanc esse opinionem magis humanam re tepram, & æquam dicunt DD. allegati à *Gratiano ibi supra*.

467 Sed concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio sit vera, si æs alienum fuisset per patrem contractum; secunda verò, quando per ipsummet filium, vt ex iuribus superius deductis apparet. Itē prima procedit si imputatio esset inutilis filio: secunda verò, quando esset vtilis, & de ea esset contentus filius, alias secus.

468 Declara quartò illam regulam non procedere, quando dictus fideicommittens facultatem dedisset alienandi; nam in isto casu alienata in legitimam non imputantur, vt ait *Surd. cons. 71. num. 1. & seqq. Bart. in l. Marcellus §. res, quæ in princ. ff. ad Trebel.* & ibi *Soc. col. pen. nu. 14. Idem Soccin. in cons. 114. num. 2. lib. 3.* & *est decis. Greg. 580. num. 11.* & *Gratianus lib. 3. discept. c. 416. num. 9. & seqq.*

469 Et quamuis contrarium tenuerint Ripa Curt. & alii in præcitato loco allegati, nihilominus prima opinio est verior, vt ait *Surd. dicto cons. 71. num. 5.* quem allegat, & sequitur *Gratian. lib. 3. discept. d. c. 416. num. 9. & Rota ibi supra decisione 580. coram Greg.*

470 Sed tenēdo primam opinionem subdeclara eam non procedere, si in vna parte testamenti alienare permiserit, in alia verò prohibuerit: quia tunc ad euitandā contrarietatem, vltima ordinatio esset attendēda, iuxta *Doctr. Deciani in suo cons. 35. num. 4. lib. 3.* & *Peregr. de fideicom. art. 30. num. 45.* & *Gratian.* ibi supra vbi de veriori opinione testatur.

471 Declara quintò nō procedere in eo, quod fuit alienatum per viam vltimæ voluntatis, cum isto casu dici non possit, quòd eo modo alienatum pro sua legitima fuerit electum, & ratio est; quia per mortem grauati purificatur fideicōmissum, & sic amplius electioni legitimæ locus non erit, vt ait *Bald. in l. filius, quem num. 29. C. famil. hercisc und. Cuccus de legitima tit. vtrum legitima sit deducenda n. 75. fol. 105. idem Greg. d. dec. 580.* & ibi per addentes ad eam.

472 Declara sextò non procedere in illis rebus, quæ seruando seruari non possunt, quæ in legitimam imputari non debent, *Peregr. de fideicom. art. 5. num. 43. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. num. 2. idem Peregr. art. 10. num. 32. & seq.* & *Rota per Greg. in sua decis. 285. n. 3. & in alia Foroliuien. fideicom. 13. Nouembris 1595. coram* R. P. *D. Litta*, quod tamen intellige verum inuito filio, at secus eo volente; quia (vt in principio istius regulæ sextæ dixi sub *num. 345.*) legitima etiam ex mobilibus, aut in pecunia, siue nominibus debitorum solui potest, veluti quoque dixi suprà *sub num. 418.*

473 Immò extende, quòd si hæres grauatus superuixerit tantum tempus, intra quod verisimiliter dicta mobilia consumi potuerint, tunc ille ad eorum restitutionem non tenetur, vt ait idem *Peregr. dicto art. 10. num. 40. et ita fuit dictum in vna Senogallien. prædii 18. Martii 1616. coram* R. P. *D. Andrea, et prius in Romana Vineæ 29. Februarii 1616. coram eodem.*

474 Et nota, quòd ea in dubio præsumuntur consumpta, vt fuit dictum à *Rota per Greg. d. dec. 285. n. 3.*

475 Declara septimò non procedere in eo, quod capitur per filium extra patrimonium parentū, sed solū id venit, quod Iure hæreditario acquiritur, veluti quoque dicitur de falcidia, licet secus sit in alijs quartis, aut ex statuto, siue ex consuetudine debitis: quia tunc in iis imputantur ea quoque; quæ extrinsecus veniunt à substantia parentum, vt ait *Surd. dec. 119. n. 22. et 29.*

476 Declara octauò non procedere in lucro ex casu aduentitio, siue à futuro euentu dependenti, quod enim in legitimam imputari non debet: quia dicta bona mortuo patre, tàm in proprietate, quàm in vsufructu sunt filii; & ob id videmus, quòd filius post eorum alienationes à patre factas reuocare, & prodamnis, & interesse mortuo patre contra hæredes emptorum agere, vt ait *Mangil. Menoch. Crauet. et alii allegati à Merlino de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 27. num. 3. cum seqq. et vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 568. num. 8.* At secus in profectitio: quia illud subiicitur detractioni legitimæ, & tale dicitur, quod ex re patris acquiritur. Aduentitiū verò illud dicitur, quod filius acquirit ex contractū, etiam de bonis patris legitimæ initō, & illud in proprietate & vsu

& vsufructu acquiritur filio mortuo patre; nec ex eo legitima aliorum fratrum detrahi potest; quod tamen secus est de illo Castrensi, vel quasi: quia illud totum tàm in proprietate, quàm in vsufructu ad filium, etiam patre viuente spectat, nec propterea huic imputationi subiacet & nota quod in dubio, potius peculium aduentitium præsumitur, quàm profectitium, & præsertim si filius esset industriosus, & seorsum à patre viueret, vt late ait *Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 12. & lib. 2. tit. 2. quæst. 27.* Sed hic in proposito, nota quòd filius dicitur seorsum à patre viuere, nec cum eo cohabitare, licet inhabitet in eadem domo, sed illi fuerint assignata alimenta, nec sit patris comensalis, & parimodo si habeat separatas mansiones, licet aliquādo insimul conueniant: quia non per hoc ille dicetur cohabitare cum patre, *vt ait Bald. in l. 1. num. 10. C. de leg. quem sequitur* Rot. *in dec. 527. num. 6. par. 1. in recentior.* vbi multa ait in hac materia *Carpan. ad stat. Mediol. cap. 483. num. 135. p. 2.* Secus autem, quando filius habitaret simpliciter in eadem domo patris, & ab eo reciperet alimenta, etiam dicto patre absente, etsi omnibus mobilibus, & vtensilibus patris vteretur, vt ait Rota *per Greg. dec. 182. num. 4. quam sequitur Galganett. ad stat. Vrbis lib. 1. cap. 152. num. 30. & seqq. Rot. d. dec. 527. num. 6.* Immò extende id procedere, & sic quòd filius dicatur cohabitare cum patre, etiam si ille absit causa studij, vel negociationis *Carp. cap. 263. num. 2. & seqq. & cap. 416. num. 252.* & *Cuman. cons. 146. num. 5.*

477 Declara nonò nō procedere in lucro, quod filia consequitur per conuolationem matris ad secunda vota: quia illud in legitimam non imputatur; licet secus sit in eo, quod per matrem fuit filiæ relictum, vt ait *Surd. cons. 422. num. 20. & 23. lib. 3. et* Gratian. *lib. 4. discept. cap. 702. num. 32. et 33 et prius lib. 2. cap. 300. num. 47. et seqq. Curt.* Sen. *cons. 78. col. 4. num. 4. Gabr. cons. 13. num. 23. lib. 2.* Rim. *Iun. cons. 311. num. 15. et cons. 333. num. 3. Thes. decis. 184. num. 4. Surd. decis. 163. num. 6. et Rota decis. 706. nū. 3. par. 2. in nouiss.*

478 Extende eodem modo procedere in dotibus matris, & similium, ex quibus legitima detrahenda non venit; sed illæ vti æs alienum ante legitimam veniunt detrahendæ, licet secus esset in his, de quorum solutione, nisi per confessionem non constet, & præsertim, quando de promissione à principio non probaretur, vt fuit dictum *à Rota per* Greg. *dec. 421. n. 3. et 4. et ibi per addent.*

479 Extende quòd tunc neque alimentorum præstatio, neque lapsus biennii, atque iuramentū prodesset mulieri in præiudicium tertii, quicquid sit, quoad illud viri, vt fuit dictum *à* Ro*ta decis. 683. n. 2. et 13. par. 2. recent.* Gramat. *decis. 76. num. 19. et Buer. decis. 330. per totam*, licet habeamus, quòd regulariter dotis solutio præsumatur ex diuturnitate temporis, & ex præstatione alimentorum, vt ait Ro*ta per* Greg. *decis. 468 num. 8. et* Ro*ta decis. 155. num. 9. par. 2. diuers. et decis. 114. num. 2. part. 2. recent.* Sed quòd alimentorum præstatio non sit vrgens coiectura, quādo est sola, sed soiū, quādo est coniuncta cum alijs, & quòd tunc suffragetur, fuit dictū à Rota in *Terracinen. dotis 26. Aprilis 1619. coram* Pamph. *et in Bonon. dotis 25. Februarii 1619. coram Andrea, et* Ro*ta decisione 683. part. 2. recentior.*

480 Et ratio illius nonæ declarationis ea est: quia tale lucrum per dictam conuolationem acquisitum, ei vltra legitimam debetur, cum illa duo iura ex diuerso fonte proueniant, & propterea meritò si inuicem confundi non debent, veluti de veriori, & magis communi opinione testatur *Dec. cons. 245. num. 3. et* B*ald in l. hac edictali vers. modo super isto* C. *de secund. nupt. et in suo cons. 22. propè fin. lib. 5.* B*art. et Castrens. in l. 1.* C. *de inoff. donat. Soc. cons. 35. num. 19. lib. 4. & fulgos. cons. 96. col. 2. & prius cons. 89. col. 2.* omnes allegati à Rota ibi supra in *d. dec. 706.*

481 Contrarium licet tenuerit *Alex. cons. 158. num. 8. lib. 5.* G*abr. consil. 13. num. 14. lib. 2. vt ait Gratian. dicto cap. 702. num. 33.*

482 Declara decimò, quòd neque defalcatio ordinata ad fauorem liberorum primi matrimonij in legitimā sit imputāda, vt ait M*aynardus decis. 78.* & P*ut. decis. 16. lib. 2.*

Et propterea

483 Et propterea ad id erit notandum, quòd omne illud, quod reuocatur ob beneficium l. hac edictali, C. de secund. nupt. ad fauorem filiorum primi matrimonij, prius erit detrahendum, quia illud non imputatur in legitimam de iure naturæ debitam, deinde residuum erit diuidendum inter eos, & secundum virum, cui lucrum dotis debetur, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 463. num. 7. & seqq.* & *prius in lib. 2. d. cap. 300. num. 23. & seqq.* & hæc est comunis opinio, vt testatur *Dec. cons. 245. col. 2. post med. versic. Vlterius, & num. 3.* ait esse temerarium ab huiusmodi opinione recedere, & *Put. in d. decis. 16. lib. secundo. Phanut. de lucro dotis glo. 5. num. 43. Rol. de lucro dot. quæst. 27. num. 8. Cravett. cons. 194. num. 1. Rimin. Iun. cons. 311. num. 15. & cons. 333. num 3. idem Crauett. cons. 295. num. 5. Sard. decis 169 num. 6. Thes. dec. 184. num. 3. & Rota decis. 706. num. 3 par. 3 nouis.*

484 Et ratio est eadem, quæ superius allegata fuit, nempè ex eo, quia hæc iura ex diuerso iure proueniunt; Nam illud lucrum, quod per filios capitur in vim, l. hac edictali est super ratione ciuili fundatum propter offensam filiorum, ob eam consolationem ad secundas nuptias; lucrum autem legitimæ iure naturali debetur, idem *Gratian. d. cap. 463. num. 11. & seq.* & in dubio semper ea interpretatio est sumenda, vt legitima filiis primi matrimonii non diminuatur, vt ait *Grat. lib. 1 discept. cap. 197. num 6.*

485 Extende eodem modo procedere in reuocatione facta per filiū de bonis, per consolationem patris ad secundas nuptias, etiam si secus à patre fuerit ordinatum, quia cum id iure proprio, & non hæreditario fiat; idcircò filius voluntati patris in hoc morem gerere non cogitur, vt ait *Laderch. in suo cons. 27. & Bertran. cons. 867. lib. 1.*

486 Subextende quoque procedere in eo, quod capit filius ex substitutione pupillari, & in alio, quod per ius accrescendi à cohærede acquiritur, quia ea in legitimam imputari non debent, vt ait *Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. num. 115. Cuccus de legitima, fol. 44. num. 33.* & *Crass. in §. Legitima, quæst. 20. num. tertio, & sequentib.* vbi alios allegat; Et ius accrescendi, vel non decrescendi, quando inter fratres locum habeat, etiam, quòd à testatore fuisset prohibitum, vide *Peregrin. de fideicommiss. art. 38. Mangil. de imput. quæst. 5. Mantic. de coniectur. lib. 4. tit. 10. nouiss. Merlin. de legitima, lib. primo, tit. tertio, quæst. 5. & Rot. decis. 244. coram Greg.*

487 Declara vndecimò, quòd neque pecuniæ consumptæ per filium imputantur in legitimam, quod tamen subdeclara verum, quando ante earum consumptionem, nondum filius esset in mala fide constitutus; at secus si è conuerso. Item illud ego putarem posse procedere, quando pecuniæ consumptæ ad notabilem quantitatem non ascenderent, & fuissent ex fructibus redactæ; secus autem si è conuerso veluti, quia pecuniæ mala fide consumptæ ad notabilem summam ascenderent, siue si ex re immobili redactæ fuissent, quia tunc naturam rei immobilis assumerent, vt fuit dictum à *Rota in vna Terracinen. hæreditatis 29. Octobris 1576. & 12. Nouembris eiusdem anni coram Card. Blanchetto*, & sic vti res immobiles dictæ pecuniæ essent in legitimam imputandæ: Alias esset velle dare materiam, vt filij hac opinione suffulti pecunias in hæreditate adinuentas prorsus consumerent, in graue præiudicium vocatorum, & postea eorum legitimam saluam sub clypeo bonæ fidei consequi prætenderent; pro quibus faciunt ea, quæ ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 649. num. 10. Surd. cons. 4. num. 43. lib. 1.* & *prius idem Gratian. lib. 2. discept. c. 241. n. 6.* & *Corne. cons. 105. col. vlt. lib. 3. Boer. decis. 204. n. 13. Afflict. dec. 162. n. 2.* & *dec. 382. n. 2. & Guidopap. decis. 606. num. 1.* & *cæteri allegat. à Gratiano d. lib. 4. discept. cap. 743. n. 6. licet sub num. 4. & 11.* dicat, quòd credita exacta per filium sunt imputanda in legitimam, cum illa tamen distinctione, scilicet si ea fuerint alienata, ex causa necessaria veluti pro solutione æris alieni, pro dotatione filię, aut pro vtilitate rei, quæ seruādo seruari non pōt, & sic de similibus, quia tunc nec ille, nec illius hęres, neq; minus hęres hęredis de tali imputatione cōqueri posset, vt dicūt infiniti DD. allegati à *Grat. d. cap. 743. num. 5*

num. 5. & 11. *cum seq. Bom. decis.* 23. *num.* 20. *Franch. decis.* 153. *& decis.* 355. *num.* 7. *Barz. decis. Bonon.* 64. *nu.* 30. *& Put. decis.* 264. *lib.* 3. Et tunc mala fides in hærede inducitur, quando per creditorem, sed non ex interuallo temporis fuit petitum illius creditũ; itẽ si ille fuisset in inuentario descriptus, aliàs mala fides non posset considerari in debitore, qui non tenetur offerre, *vt ait Cappell. Tholos. in sua decisione* 74. & omnes alii allegati *à Gratiano in dicto capitulo* 649. *num.* 10. & *seqq.* vbi ait hãc esse veriorẽ opinionem. Item mala fides argueretur ex scientia creditorum, siue ex litis contestatione cum illis contracta, quo enim casu fructus per hæredem percepti, vti prouenientes à substantia testatoris, tenetur reseruare creditoribus, & vti illorum custos debet bonam rationem reddere de omni, & toto, quod ad eum peruenit, ac si hæreditas iaceret, & sic tales fructus mala fide consumpti, tanquã de dominio hæredis non facti, in hæreditate manent, eamquè augere dicuntur, ac si iacente hæreditate, & pendente tempore ad deliberandum percepti fuissent, quia in illis casibus fructus non percipiuntur ab hærede, vt latè fuit deductum *à Rota in Firman. seu Maceraten. dotis luna* 18. *Iunij* 1629. *coram Pirouano;* Secus autẽ quando hæres cum beneficio legis, & inuẽtarij hæreditatẽ adijsset, & postea bona fide fructus cõsumpsisset: quia tũc cũ illa hæreditas desinat esse talis, sed fiat propriũ patrimonium adeuntis, & sic id ratione dominij agat hæres, per consequens dictos fructus facit suos, neq; propterea illos creditoribus reseruare tenetur, nec minus hæreditatẽ augent, veluti in primo casu contingeret, nepè quando eos malitiosè percipisset, vt ait *Grat. disc.* 540. *n.* 6. *Rot. dec.* 680. *n.* 2. *p.* 2. *diuers. et à lis allegatis à Rot. in d. Firman. dot. corã* R. P. D. *Pirouano.*

488 Extende dictã vndecimã declarationem procedere, etiam in nepotibus eorũ patre defuncto, quibus istud priuilegium competit non cõputandi fructus, & pecunias in legitimam, retenta tamen prædicta distinctione, de qua supra, *vt ait Grat. d. lib.* 2. *c.* 265. *n.* 30.

489 Declara duodecimò, non procedere in expensis factis in acquirenda possessione pacifica beneficiorũ ad fauorẽ filij: quia illę in legitimã filij nõ imputãtur, sed est bene verũ, quòd si pater percepit fructus beneficiorũ tũc expẽsas per eũ factas excõputare põt, vt fuit dictũ *à Rot. in Carpẽ toraten. beneficiorũ* 11. *et* 15. *Martii* 1577. *corã R. P. D. Cotta;* secus autẽ si essemus in expẽsis, siue in melioramentis factis in bonis aduentitijs filij: quia tunc patet nõ tenetur cõpensare fructus dictorũ bonorũ cũ melioramentis; quia illa imputãtur per filiũ in legitimam, dũmodo nõ ea sint vtilia necessaria, & perpetua, quia qũ meliorameta sũt necessaria dicũtur pars rei; sed nota tamen, quòd ea talia nõ præsũmũtur, nisi de tpe mortis p allegãtẽ talia extare probetur, & his saltẽ in genere probatis, pro illis retentio datur; animaduertendo tamen, quòd eorũ liquidatio est facienda, non pro modo impensę, sed ratione vtilitatis; secus verò si melioramenta essent modica, & exigua: quia tũc donata censentur. Veluti neq; magna, & excessiua reficiũtur, nec in legitimam imputãtur, nisi tamen sint talia, quæ fecisset filius, vel quia possent abradi, licet tamen filius nõ teneatur necessariò talia melioramenta in legitimã sibi imputare, sed illa reficere põt, & legitimã in corporibus detrahere, vt de his omnibus latè dicunt DD. *alleg. à Merl. in tract. de legitima lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 27. *per tot.* & *Rota decis.* 6. & 7. *p.* 1. *in recent.* & *per Gregorium decis.* 197. & *Rota dec.* 398. *par.* 1. *nouiss. Merlin. decis. Lucensis* 28. *num.* 3. & *seqq. latè Marescot. variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 110. & ibi latè hanc materiam examinat *Rota decis.* 153. *apud Cinctium de cens.* & *in alia Terracinen. Palludum allegat. à dicto Marescott. variar. resolut. cap.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. & veluti eodem modo esset dicendum de expensis factis in lite pro defendendo peculio, quia illæ reficiuntur, & sic imputantur in legitimam, etiam si pater in lite succumberet, *Rota per Gregorium dicta decisione* 197. *& per Seraphinum decis.* 925. *num.* 5. & *in decis.* 517. *num.* 6. *par. secunda recent.*

490 Secus tamen erit dicendum, quando essemus in expensis pro funere patris factis, quia illæ præcellunt legitimã, & sic prius ex hæreditate subducũtur,

tur, ita vt legitimæ detractionem euitent, ac etiam creditoribus anterioribus præferantur, licet aliqui dicant, id solù procedere in creditoribus personalem actionem, non autem hypotecariam habentibus, vt ait *Surd. decis. 112. num. 5. & 6. sed Franch. in decis. 51.* omninò negat præferri habentibus expressam hipotecam.

491 Contrarium tamen, & sic quod impensæ prædictæ præferantur etiam expressam habentibus, ait Rota *decis. 421. penes* Greg. *& Grat. lib. primo discept. cap. 94. num. 2.*

492 Quod tamen declara verum, si priuilegio Inuentarij frui possit hæres, alias creditoribus anterioribus non præfertur, vt *dicunt DD. prællegati.*

493 Concorda igitur prædictas opiniones tali modo procedere posse, nempè, vt illud priuilegium anterioritatis aduersus creditores detur, quando expensæ fuerunt factæ ab hærede cum beneficio l. at secus si ab extraneo vt ait *Surd. ibid. num. 5.*

494 Et ratio illius priuilegij ea est: quia Reipublicæ interest, ne cadauera, ob deficientiam bonorum insepulta remaneant, vt ait *Costa de port. rata quæst. 73. Guidopap. decis. 496.*

495 Item, quæ expensæ istud priuilegium anterioritatis habeant, docent *Costa ibi supra Gratian. d. cap. 94. lib primo discept. Franch. decis. 51. & Surd. decis. 255. nu. 27. & seqq.*

496 Declara decimotertiò, non procedere, quando sumus in feudo, quia in eo solus primogenitus succedit, nec ex eo legitima detrahi potest; sed isto casu dari solet cæteris fratribus, vita, & militia, vt dixi in verbo, alimenta, & quemadmodum ait *Capic. in sua decis. secunda num. 8. & Rota decis. 463. parte secunda in recent. Surd. consil. 427. num. 41. lib. 3. Borell. in sua sum. decisionum tit. 40. num. 4. Franch. decis. 20. & decis. 542. & decis. 714. Afflict. decis. 43. num. 2. & decis. 138. num. secundo, & sequen. & decis. 212. num. primo & Mastril. decis.* Sicil. 85. *num. 14.*

497 Sed est bene verum, quòd illa vita, & militia tanquam alimentis similis ad hæredes non transit, vt ait *Borell. in tract. loco num. 14. Franch. decis. 61. num. 3. Afflict. decis. 252. & Capic. dicta decis. secunda*, & Rota *dicta dec. 463. par. 2. in recent.*

498 Contrarium tamen diceretur, quādo feudum esset nouum per patrem emptum: quia tunc legitima ex eo caperetur; sed in pecunia iuxta æstimationē feudi. Vndè concordari potest, quòd prima opinio procedat, quando essemus in antiquo; siue in eo per patrem acquisito aliter quàm per emptionem, veluti si ob benemerita illud acquisiuisset; secunda verò opinio procedit in nouo simpliciter per emptionem à patre acquisito, vt dicunt Doctores allegati à *Capic. in dicta decis. secunda ferè per totā.*

499 Declara decimoquartò, non procedere, vbi ageretur de Regno, & Ducatu, siue alia dignitate, per regulam illam Regnum in se diuisum desolabitur, & vt dici solet regnum, & amor non capit duos, & propterea huiusmodi dignitates, Regnum, & Ducatus dicuntur legitima primogeniti. Immò corona, quàm Reges, & Principes deferunt denotant successionem esse regalem, & indiuiduam, vt ait *Guidopap. decis. 476. 487. Boer. decis. 204. num. 14. Borell. in sua sum. decisionum titulo 34. num. 295. & Marta in sua compilatione decisionum in verbo legitima cap. tertio tomo quinto, & Capic. dicta decisione secunda per totam.* Vnde videmus etiam quòd in Regno Neapolis filiæ fœminæ excluduntur ab hæreditate patrum Comitum & Baronum ad hunc effectum, stantibus masculis, & sic ad successionē feudorum ipsis existentibus admitti non possunt, iuxta illius Regni constitutionē, quam in istis terminis interpretata fuit Rota Rom. in vna Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram Dunozetto, & sic tali casu sufficit, quòd fœmina fuerit congruè dotata, vt fuit decisum postea in alia Aquilana Cappellaniæ Veneris 16. Ianuarij 1629. coram Durano, licet sit bene verum, quòd fœminæ non excluduntur ab alijs bonis non feudalibus, ob eam rationem, ne in feudis diminutio detur, vt ait Rota *ibi coram Dunozetto.*

500 Et propterea circa prædicta dicere solebat Scrinus, quod sola virtus in Regibus imperare meretur; vnde cū Crœsus

Lydis imperans fratrem in consortium Imperii assumpsisset, quidam ex Lydis accedens dixit omnium in terra bonorum ò Rex Sol est auctor; At si gemini soles forēt periculum immineret, ne omnia conflagrantia in pessum irent; & ideo Regem vnum accipiunt Lydi, & seruatorem esse creduntiduos vero simul tollerare non possunt.

501 Subdeclara tamen, quod licet feudum, & dignitas sit de sui natura quid indiuiduum; tamen id fallit in Italia, vbi omnia feuda non sunt indiuidua, vt ait *Rota in Romana legitima Luna 22. Iunii 1611. coram Card. Verospio, qua est apud Merlinum de legitima decis. 67. num 13. & 14.*

502 Sed est benè verum, quod si alii fratres ius aliquod haberent in Regno, tunc illud non esset diuidendum, sed primogenitus per æstimationem supplebit, & ad eam inspiciendam tempus mortis esset attendendum, vt ait *Marta in sua decis. 115. Collegii Pisani, & idem ait in verbo legitima cap. 60. in fine in sua compillatione decisionum tom. 5. & Guido pap. dicta decis. 487. num. 2.*

503 Contrarium tamen veniret dicendum, vel uti si essemus in bonis primogenituræ subiectis, quia ex illis legitima detrahenda venit, etiam si ea expræsse fuerit prohibita, vt fuit dictum à *Rota in Romana legitima Ven. 27. Iunii 1614. coram Reuerendo Patre Domino Verospio, qua est decis. 653. numero quinto, parte prima in recent. & ibi multos DD. id intrepidè affirmantes allegat.*

504 Extende primò, hanc secundam opinionem procedere, etiam si alienatio reperiretur sub pœna caducitatis prohibita, quia ea non obstante legitima ex dictis bonis veniret detrahenda, vt ait *Peregrin. de fideicommissis art. 36. num. 67. Houded. consil. 72. num. quinto, lib. primo, Molin. de primogenit. Hispan. lib. secundo, cap. primo, num. 28. & 29. Aret. consil. 19. num. 14. Iason. in l. filius fam. §. diui in prima lectura vel secunda, num. 12. & in colum. tertia, num. 16. Ripa num. 27. de leg. primo, Rim. Iun. consil. 50. num. septimo, lib. primo, & Rota d. decis. 653. num. 5 in fine.*

505 Extende secundò eam procedere, etiam si facultas testandi amplissima à Principe fuisset patri concessa, quia non per hoc posset filium sua legitima priuare, nisi id expresse ei fuerit concessum; & ideo nota, quod quando Papa alicui concederet amplissimam facultatem de omnibus suis bonis disponendi; tunc ei non videtur esse concessum indultum constituendi primogenituram, & filios sua legitima priuare, nisi hoc exprese à Papa dicatur, iuxta tradita per *Menoch. consil. 411. num. 10. & per Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. limit. 18. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. primo, numero 28. versic. in secunda specie, & Rota in d. decis. 653. num. 6. cum ibi allegatis, & prius in alia Romana legatorum de Columna 16. Iunii 1613. coram Card. Sacrato.*

506 Subextende, quod neque minus Princeps possit, etiam volens ex particulari auctoritate legitimam in totum tollere, vt ait *Menoch. & cæteri supra citati, & præcipuè Suarez in præcitato loco*; secus tamen succederet è conuerso, quando de legitimę fauore ageretur, & propterea videmus, quod filius legitimatus à Papa in amplissima forma, ne dum iura acquirit suitatis successionis ab intestato, & ius dicendi testamentum nullum, ob illius præteritionem, sed etiam illi legitima debetur, ac si de legitimo matrimonio procreatus fuisset, vt ait *Rota decis. 653 numero secundo, & tertio, par. prima in recent. & prius fuerat decisum in vna Hispalen. legitimitatis 13. Februarii 1613. coram R. P. D. Vbaldo.*

507 Extende tertiò, eam habere locum, quando essemus in feudo ex pecuniis patris empto, & illius esset incapax pater, veluti, quia esset Cardinalis, siue Clericus, vt ait *Capic. decis. secunda, num. sexto, & septimo, & alii allegati à Rota in Romana legitimæ Veneris decimaquarta Ianuarii 1616. coram R.P.D. Verospio, qua est decis. 783. num. 1. & num. 6. vers. hic tamen sufficit par. 1. in recent.*

508 Contrarium tamen; quod scilicet in feudo empto à Patre Cardinali, filius, licet etiam Clericus succedat dicunt

cunt DD. *relati per Roland. cons. 23. n. 3. 4. 5. & 25. lib. 1. Rosental. de feud. cap. 7. quaest. 30. & Capic. decis. 10. & Rota dicta decis. 703. num. 6. in recent. par. prima*.

509 Extende quartò, procedere, etiam in quibuscis aliis bonis de pecunijs patris emptis, vt ait idem *Capic. d. decis. 2. n. 7. Franch. decis. 368. num. 5. & Rota d. decis. 703. num. 1.*

510 Subextende idem procedere in emphiteusi titulo oneroso acquisita, quia etiam ex ea detrahitur legitima, veluti pari modo diceretur de maioratu titulo oneroso acquisito, licet in eorum extimatione debeat haberi respectus ad onus iuxta formam *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* At secus, quando emphiteusis esset titulo lucratiuo acquisita, & tunc dicitur talis, quando gratia concedentis oneri præponderat, vt fuit dictum à *Rota in Perusina de Alphanis Vin. 2. Maii 1611. coram Reuerendiss. Coccino, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 126. num. 1. & seqq.* & ad id notandum erit, quod allegans priuilegium excedere causam onerosam ad effectum docendi, quod in eo, in quo causa n excedit sit mera gratia, illud probare tenetur, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 518. num. 3.* & ad optimum erit scire, quia Princeps nunquam solet de facili derogare priuilegio concesso ex causa onerosa, & sic ex quasi contractu acquisito, at secus, quando priuilegium esset ipsa causa pinguius, vt ait *Card. Seraph. d. dec. 1518. n. 6. & in alia decis. 1271. num. 2. & decis. 1293. num. 2. & priui decis. 1382. num. 3.*

Item in similí videmus etiã, quod legitima detrahitur quoque ex bonis ecclesiasticis, quæ postea ex iusto titulo, & cum solemnitatibus à laicis fuissent acquisita, cum ea tunc amplius non dicerentur ecclesiastica, sed merè sæcularia, quia bona semper assumunt naturam, & qualitatem personarum, quibus ipsa bona cohærent. Vnde cum ea merè patrimonialia fiant; idcircò ex illis venit detrahenda legitima, vt ait *Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 8. & ita fuit dictum à Rota in Rom. legitimæ 6. Decemb. 1616. & 10. Martii 1617. coram Card. Sacrato, Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 20. num. 68. Surd. cons. 358. num. 9. & seqq.* & *Ferentil. in add. ad dec. Buratt. 703*

511 Extende quintò, multò magis procedere in feudo Regni Neapolis à patre empto, quia illud in legitimam filii venit imputandum, vt ait *Franch. d. decis. 368. Capic. d. decis. 2. num. 7. & alii allegati à Rota d. decis. 703. num. primo in fine.*

512 Et ratio est, quia feudum emptum à Patre de propriis pecuniis dicitur peculium profectitium, & propterea videmus, quod potest illud pater vni ex filiis prælegare, illudque in præiudicium filiorum alienare, vt dicunt DD. *allegati à Rota ibi supra d. decis. 703. num. 4. & quinto, Franch. d. decis. 368. prope fin.*

513 Extende sextò, idem procedere in feudo ex pacto, & prouidentia, quia eo casu, etiam si illud esset dignitatis, nec non solum primogenitis deberetur, nihilominus ex eo detraheretur legitima, vt ait idem *Franch. d. decis. 368. num. 5. & infiniti alii DD. allegati à Rota in d. dec. 703. num. 2. & 3.*

514 Et ad dignoscendum, an feudum sit hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia, vltimus status venit attendendus, qui status transfert onus probandi in Aduersarium, & sic possidentem ab onere probandi releuat, etiam si de assensu Principis in acquisitionibus non constaret, si tamen de contrario non appareret, sed in dubio illud ex pacto, & prouidentia venit præsumendum, vt fuit dictum in *Romana legitimæ 22. Iunii 1615. coram Card. Verospio, quæ est penes Merlinum de legitima d. decis. 67. nu. 11.* & licet aliqui teneant contrarium allegati in d. decis. 67. penes Merlinum. Nihilominus cõtraria opinio est verior; sed est benè verum, quod dicta præsumptio super eo, quod feudum sit ex pacto, & prouidentia potest contrarijs præsumptionibus, & coniecturis elidi, vt ait Rota ibi coram Card. Verospio in d. Rom. legitimæ.

515 Vlterius hic erit notandum ad totalem intelligentiam istius materiæ, quòd feudum hæreditariũ illud dicitur, quod conceditur vni pro se, & hæredibus; illud vero ex pacto, & prouidentia est, quod filijs conceditur nulla facta mentione de hæredibus, & sic eis, etiam non hæ-

redibus debetur; Mixtum autem, quod vtramque qualitatem, & naturam habet, nempè, quia est hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, vt quando concessio esset filijs facta, sed hæredibus, & ex illo legitima non detrahitur, quia illud dicitur æs alienum hæreditatis paternæ, nec feudum tale, siuè talis emphiteusis venit in aceruo bonorum Patris, veluti veniunt castra, & bona feudalia hereditaria ad hoc, vt pinguior legitima fiat, & ratio est, quia filius illud feudū ex pacto, & prouidentia, siue emphiteusim non consequitur iudicio defuncti, si ea sint antiqua, & sic non dicuntur ea esse de bonis vltimi morientis, in quibus legitima debetur, sed bene à primo acquirente ea prouenire dicuntur, & propterea ex eis non detrahitur legitima veluti fieret dum in primis successoribus versaremur etiam, quod illud esset ex pacto & prouidentia, vt dicunt DD. allegati à *Merlino de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 4. per totam, & Rota in Perusina de Albanis Luna 4. Decembris 1624. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est apud eundem Merlinum decis.* 125. *num.* 1. *Franch. decis.* 368. *per totam*, & *Rota d. decis.* 703. *num.* 1. & 2.

516 Extende septimò procedere, etiam si de feudo fuisset facta donatio filio: quia nihilominus ex eo detraheretur legitima, licet etiam fuisset confirmata, & insinuata dicta donatio, vt fuit dictum à *Rota dicta decis.* 703. *num.* 8. *Bartol. in l. in quartam col. ante penult. vers. si vero donatio ff. ad l. falcid. & in l. etiam §. si mortis ff. de bon. lib. & Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 24.

517 Extende octauò, idem multò magis procedere in feudo hereditario, de quo idem venit iudicandum, quod de alijs rebus allodialibus, siue feudis; nam illud solum ab aliis rebus in modo succedendi distat, vt ait *Rota in dicta Romana legitima coram Cardinali Verospio decis.* 67. *n.* 18. *penes Merlinum de legitima*, quod enim procedit, siuè illud à patre, siue ab auo, siue à quolibet alio ascendente fuerit acquisitum, *vt ait Viuius in decis.* 528. *Regni Neapol.* Quod tamen declara verum, quando illud feudum hereditarium esset nouum: quia tunc ex eo detraheretur legitima; Alias secus esset in antiquo, *vt dixi superius sub num.* 498.

518 Extende nonò procedere in quocunque feudo, & emphiteusi ex consuetudine Regionis alienabili, & ad instar bonorum allodialium redacto, veluti feudum tale efficitur, si in inuestitura apponatur clausula illa, ponens &c. per quam dominium transfertur, & ea rem alienabilem reddit, vt fuit ita decisum *in Bononien. predij* 11. *Martii* 1614. *coram Cardin. Causlerio.*

519 Subextende id in tantum esse verum, quòd siue feudum sit nouum, siue hereditarium; tamen Dominus directus tenetur præstare consensum alienationi vltimi inuestiti, sin minus haberetur pro præstito, vt ait *Surd. cons.* 382. *n.* 73. *Alex. cons.* 57. *num.* 6. *lib.* 2. vbi dat modum vt tali casu facta prius requisitione apud Dominum Vasallus Iudicem adeat, vt consensum ipse præstet, quem illi Ecclesia denegauit; hunc enim modum approbauit *Rota per Card. Mantic. decis.* 238. *num.* 9. *& per Greg. dec.* 52. *num.* 3.

520 Secus autem, quando adesset, etiam pactum de nō alienando: quia tunc stante illa geminata prohibitione, nempè legis, & hominis, predicta alienatio non esset permissa, etiam si consuetudo alinandi feudum extaret in Regione: quia vna prohibitio addita alteri dispositionem augere, & ampliare debet, vt fuit dictum à *Rota per Greg. in decis.* 529. *num.* 13.

521 Et in omnem euentum allegans talē consuetudinem in aliquo loco extare, illam formiter probare tenetur, & sic eam inuito Domino directo, & contradicente inductam fuisse, *vt ait Honded. cons.* 31. *num.* 46. *& seqq. lib.* 2. *& Rota per Seraph. decis.* 153. *ferè in fine, & decis.* 1410. *num.* 6.

522 Extende decimò, ea, quæ fuerunt dicta de filio valente, vel non valente legitimā ex feudo detrahere, procedere etiam in patre, & matre, & sic in ascendentibus, vt ait *Borell. in sua summa decisionum tit.* 34. *num.* 342. cum alijs ibi allegatis.

523 Declarà decimo quintò, quòd neque legitima detrahatur ex fideicommisso vniuersali, facto tamen ab abscendente, vltra patrem, vel à transuersali: quia tunc legitima ex eo non detrahetur; quod tamen declarà verum in-

eo fideicomisso ab ascendente facto, quando bona patris libera extarent, aliàs secus, vt ait *Surd. decis. 62.* Marescott. *var. resol. c. 69.* & *Rota in vna Romana dotis 1618. coram Card. Verospio.*

524 Subdeclara tamen, prædicta nō procedere, quando fideicommissum esset à patre ordinatum, quia tunc ex eo dubio procul legitima venit detrahenda, vt ait *Rota per Greg. decis. 421. num. 8.* & tunc onus ab hereditate ipso iure reijcitur, vt ait *Rota in alia dec. 488. num. 2. par. 1. diuers.*

525 Extende parimodo procedere, quoad substitutiones reciprocas inter viuos à fratribus factas: quia licet eorum cōmodum, & incommodum sit commune; tamen cum reciproca in se onus cōtineat, auferendo liberam facultatem disponendi grauato, igitur ex eis fiet detractio legitimæ, vt ait *Rota decis. 488. num. 3. & 8. par. 1. nouiss.* & quomodo sit procedē pro ea consequenda ait *Merlin. de legit. lib. 2. tit. primo quæst. 9.*

526 Contrarium, quòd scilicet legitimæ detractio impediri possit per fideicommissum reciprocum, ex ea ratione, quia pactum continens prouisionem mutuam successionis, ad fauorem masculorum, æquiparatur emptioni spei, & euentus futuri, super quo de iure transigi potest, vt fuit decisū, *in Placentina euictionis luna 11. Iunij 1591. coram Card. Blanchetto & decis. 240. num. 28. par. 1. nouiss.*

527 Concorda tamen huiusmodi opiniones, *vt dixi in regula 8. in vers. Vnde erit concludendum* prope finem illius regulæ.

528 Declara decimo sextò, quòd neque etiam legitima detrahatur ex ludo, vsuris, & similibus illicito, si secus si ludus esset licitus veluti in dubio ad euitandum delictum talis venit præsumendus, vt latè *ait Merlin. de legitima lib. 2. quæst. 13. per totam per te viden.*

529 Regula septima, ex eo versatur, vt legitima tanquam speciali nota digna, sub generali renunciatione non comprehendatur, sed de ea fit mentio specialis renunciationis habenda, veluti fuit decisum à *Rota in Romana census de Cesis Vene. 17. Decembris 1610. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 489. num. 18. & decis. 419. par. 2. in recent. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 87. & latè Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 751. num. 19. idem Greg. dec. 539. num. 11.* & veluti nouiter fuit decisum *à Rota in Anconitana legitimæ luna 28. Ianuarii 1630. coram* R.P.D. *Dunozetto.* Licet secus tamen esset, vbi ageretur de acceptando onere iniuncto legitimæ, quia tunc tacita illius acceptatio sufficeret, nec specifica mentio, veluti in illius renunciatione, esset necessaria, vt ex mente Rotæ Romanæ, & aliarum dixi *in conclus. 17. sub num. 36. in verbo acceptatio*, & ibi recurrendo rationem differentiæ inuenies.

530 Extende primo, eam regulam procedere, etiam si renunciatio esset in quauis ampla, & lata forma concepta, *vt ait Rota d. decis. 539. num. 13. coram Gregor.*

531 Extende secundo procedere, si talis renunciatio fuerit facta à filio, eius patre mortuo, aut eo viuente, *Rota ibidem num. 14.*

532 Extende tertiò, idem procedere in illius supplemento, quod parimodo sub generali renunciatione non compræhenditur, *vt ait Rota per Greg. dicta decis. 489. num. 19.*

533 Extende quartò, procedere etiam si filius generaliter paternæ hereditati renunciaret: quia non per hoc legitimæ, siue illius supplemento renunciatum censetur, *vt ait Afflict. decis. 178. & Mising. obseruat. 36. cent. prima.*

534 Subextende id quoque procedere, etiam si renūciatio cum iuramento fiat: quia illud ad incogitata, & ad non expressa nō trahitur, vt ait *Barz. decis. 103 Rota Bonon, & Signorol. Paris. Butr.* & alij, quos allegat *Gabr. de legitim. conclus. prima num. 8. & Graff. §. legitima quæst. 38. num. 21. Guido pap. decis. 96. num. 3. & nouissimè Gratian. lib. 4. discept. cap. 637. num. 23. Bero cons. 63. num. 62. lib. 2. Rol. cons. 97. num. 13. lib. 2. & cons. 62. num. 11. lib. 3. Menoch. cons. 71. num. 24. lib. primo Ruin. cons. 27. num. 10. lib. primo & Surd. de alim. tit. 9. quæst. 15. num. 4. Ias. cons. 9. col. vltima lib. 3. Gratian. decis. 57. num. 27. decis. 102. num. 87.*

535 Contrarium, quòd scilicet legitima filio non debeatur, quando ille in vita patris

patris expreſsè, & cum iuramento renunciauit paternæ ſucceſsioni, ait *Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 247. num. 37.* & *Menoch.* ibi ſupra cum alijs per eum allegatis, & ſub dicto *nu. 24.* ait hanc eſſe magis receptam, & æquiorem ex ea ratione, vt iuramentum non ſit violandum, ſed illud ſemper eſſe ſeruandum, dummodo in diſpendium ſalutis animæ non vergat.

536 Concorda, vt prima opinio procedat in renunciatione ſimpliciter facta: quia tunc legitimæ renunciatum non cenſetur, vt ait *Rota deciſ. 449. num. 4.* & *deciſ. 653. num. 9. par. 1. in recent.*

537 Secunda verò opinio procedit, quando filius, ſiue filia, ob dotem, ſiue aliam rem habitam ſub hac conditione compenſationis, adhibitis ſtatuti ſolemnitatibus renunciaſſet, pactumquè deſuper de non amplius petendo, cum iuramento feciſſet, quia tunc ne periurijs via aperiatur, dicta renunciatio ſuſtineretur; vt ait idem *Barz. d. deciſ. 103.* & *Borr. deciſ. 62.* & *72.* vbi pulchrè de hac materia diſcurrunt, & *Menoch. ibi ſupra num. 15. & ſeqq.* vbi ampliat hanc opinionem procedere, quando filius renunciauit hæreditati patris integraliter, & ſine diminutione. Item quando filius ſiue filia promiſit plus non petere de ſubſtantia patris, adhibita, præſertim clauſula non obſtante diſpoſitione ſpecialem renunciationem requirente, ſiue etiam, quando renunciatio nil aliud operari poſſet, vt dicunt DD. allegati à *Menoch. d. conſ. 71. per totum*, & præſertim ſine vlla difficultate dicta ſecunda opinio procedere ſi renunciatio generalis fieret omnium iurium, quomodocumque, qualitercunque, & quacunque de cauſa competiturorum, quia tunc talis renunciatio compræhenderet iura futura, etiã ex quauis cauſa de futuro, vt ait *Menoch. conſ. 401. num. 119. Port. Imol. conſ. 142. num. 45. & ſeq. Pancirol. conſ. 62. nu. 8. Mandel. conſ. 11. num. 17.* & *ita fuit quoque dictum à Rota per Buratt. in ſua dec. 310. num. 8.* & *in Peruſina hæreditatis 7. Febr. 1628. coram Card. Virili.*

538 Prædicta tamẽ declara nõ procedere, quando filia in renunciatione reperiretur enormiſſimè læſa, quia tunc, etiam quòd ſolemnitates fuerint adhibitæ, nec non conſenſus ſui viri, ac ſoceri, cum multiplicatis iuramentis, de non illi contrauueniendo intercesserit; nihilominus ſtante enormiſſima læſione mulier, & præſertim minor poteſt illi renunciationi contrauenire, quia iuramentum nunquam ad ſtipulatur enormiſsimæ lęſioni, vt fuit dictum *in Tudertina, ſeu Romana nullitatis obligationis 4. Iulii 1614 coram* R.P.D. *Buratto*, & *in alia Ariminen. legatorum 26. Iunii 1619. coram R. P. D. Manzanedo.*

539 Amplia quoque prædicta procedere in terminis ſtatuti Vrbis in cap. 141. lib. 1. per quod, licet diſponatur, quòd filia dotata debeat eſſe ſua dote contenta, & quod plus petere non poſsit; nihilominus quando in aſsignatione dotis verus dolus, ſiue præſumptus interueniret, tunc non obſtantibus verbis concludentiſſimis, & prægnantiſsimis clauſulis in eo ſtatuto appoſitis ſemper de fraude patris conqueri poteſt, & inde ſupplementum congruę dotis petere, quia cum illud ſtatutum ſit fundatum in quadam pręſumptione, quam lex, vel ſtatuentes habent de patre, vt ſcilicet ille pręſumatur congruè dotare filiam; illud tamen locum non habet ſi contrarium probetur, vt ait *Rota per Caſ. de Graſs. deciſ. 2. de conſtit.* & *Rota in Romana ſupplementi dotis 12. Nouembris 1588. coram* R.P. D. *Orano, vbi reuocatur illa ſecunda deciſio Cæſar. de Graſs.* & *altera Laurenti*; vbi habetur, quòd ſi cortex verborum ſtatuti eſſet attendendus, illud abſurdum ſequeretur, quòd ſcilicet filię poſſent in vno aureo dotari, nec de tali iniquitate poſſent conqueri, veluti, quoque fuit deciſum in *Romana ſupplementi legitimæ 23. Iunii 1597. coram Card. Pamphilio, vbi confirmatur illa deciſio coram Orano* [illegible]

540 Et notà, quod tunc dolus patris in dotatione filię elicitur, quando ea enormiter lęſa reperitur, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Orano, & Pamphilio.*

541 Declara tamen, quòd ad illam læſionem probandam tempus dotationis, non autem mortis patris erit attendendum, vt dicunt DD. allegati in vna *Vlixbonen. legitimæ 27. Nouembris 1595. coram* R.P.D. *Penia, & in alia Romana ſupple-*

supplementi legitima 28. Iunii 1613. *coram* Card. *Sacrato*.

Sed an dos debeat dari iuxta patrimonii quantitatem, siue mulieris, atque familiæ nobilitatem, aut potius secundum qualitatem mariti, cui nupsit fuit dictum à *Rota in* Romana *dotis* 15. *Iunii* 1619 *coram* Pirouano, & *postea in alia Romana dotis Veneris* 11. *Decembris* 1620 *coram Buratto; licet Rota penes Gregor. in sua decis.* 33. *dixerit, vt filia aquè dotentur dummodo aquè bene locentur, sed in hoc viden. est* Sanchez *de matrim. lib.* 4 *disput.* 26. *num.* 14. *cum seqq.*

542 Secus verò quando essemus in filia moniali, quæ de incongruitate dotis non agit, vt fuit dictum in vna *Romanà dotis* 22. *Iunii* 1602. *coram Greg. quæ est in eius impress. decis.* 63. *per totam*.

543 Et ratio est, quia ei sufficit solũ assignari, id, quod alijs monialibus assignari solet, & ratio rõis est, quia de naturali æquitate minus datur nubẽti monasterio quã nubẽti seculo cũ ea ornamẽtis nuptialibus, nec filiorũ expẽsis indigeat, veluti de ista communi obseruantia testatur Card. *Mantica de tacitis lib.* 12. *tit.* 25. *n.* 30. & Rota *dec* 480. *par.* 1. *in recen.*

544 Et tenendo primam opinionem, vbi dicitur, quòd per renunciationem à filio, siue à filia factam legitimæ præiudicatum non censeatur. Amplia eam multò magis procedere, quando renunciatio esset meticulosa, & tunc nihil refert, siue metus sit magnus, siue sit modicus, vt est ille reuerentialis, sed est bene verum, quod metus ex sola reuerentia patris non sufficit ad annullandam renunciationem filij, nisi etiam sæuitia patris concurrat, & ea talis per filium erga patrem probari debet, quæ verè illum induxerit ad renunciandum, veluti fieret si ille probaret patris sæuitiam, puerilem ætatem filij, & consuetudinem patris in verberando filium, & similia; Alias his non probatis metus non esset admittendus, vt ait *Bart. in l.* 1. §. *quæ oneranda, ff. quarum rerum act. non detur* Ias. *in cons.* 3. *num.* 6. *lib.* 1. *Natta cons.* 589. *num.* 11. *Socein.* Iun. *cons.* 77. *num.* 154. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 1073. *num.* 3. *lib.* 11. *Surd. cons.* 513. *num.* 27. *Capic. decis.* 159. *num.* 33. & Greg. *decis.* 120. *num.* 22. *Beer. decis.* 100. *num.* 11. *Seraph. decis.* 818. *num.* 1. & *seq.* Rota *decis.* 341. *par.* 2. *nouiss.*

545 Et ratio quare metus actum annullet, ea est, quia metus libertatem voluntatis tollit, & perinde est, ac si actus gestus non fuisset, veluti videmus contingere, etiam in metu carceris, ob quem actus ibi gestus sit nullus, quia dici solet, quod vbi non est libertas corporis, ibi non est libertas mentis, & propterea cautela est, vt carceratus in tuto ponatur ad hoc, vt actus per eum gestus valeat: immo neque sufficeret etiam si esset extra carceres, sed sub custodia birroariorum, quia tunc dicitur, etiam causam metus durare, *Farinacc. in sua prax. Crim. tit. de carcer.* & *carcerat. quæst. vltima per totam Osasc. decis.* 179. *num.* 11. & *ita fuit latè deductum à Rota in vna* Romana *repetitionis indebiti tertia Aprilis* 1610. *coram* R. P. D. Pirouano, & *in alia forolivien. nullitatis obligationis Luna* 20. *Maii* 1613. *coram Card. Sacrato*.

546 Fallit tamen, quando quis iustè carceratus fuisset, quia tunc contractus factus in carcere valeret, & tanto magis ad fauorem tertij, cum eo casu allegatio metus non suffragetur, vt fuit decisum in illa Romana *repetitionis indebiti coram Pirouano, & prius in* Romana *census Luna* 3. *Iunii* 1602. *coram* Card. *Pamph.* & *Franc. Marc. decis.* 377. *par.* 2.

547 Fallit secundò quando quis contraheret extra carcerem penitus liberatus: secus autem, si fuisset ex eo extractus ad cautelam, vt contractus valeret, quia tunc talis cautela fraudolosa censetur, vt ait *Franc. Marc. d. decis.* 377. *num.* 1. Immo neque etiam (vt superius diximus) ratificatio post carcerationem approbaret contractum, si eadem causa metus duraret, vt ait *Surd. cons.* 501. *num.* 19. & Rota *in d.* Romana *repetitionis indebiti coram* Pirouano.

548 Extende, quòd eo minus ratificatio extra carcerem suffragetur, si prius carceratus ante obligationem fuisset protestatus in aliquo officio, quod ipse se obligare non intendebat: quòd enim pro cautela dat Rota *decis.* 490. *par. prima in recentior.*

549 Subextende, quòd neque clausula illa sponte, &c. neque iuramentum con-

purgat contractum ipso iure nullum, vt ait *Rota per Greg. decis.* 336. *nu.* 4.

550 Contrarium, quòd scilicet metus expurgetur ex superueniente ratificatione, & ex interuentu amicorum, vel cõsanguineorum, nec non ex clausula spõte &c. item ex probitate Notarij, & Iudicis præsentia, ait *Rota in vna Vienen. Archidiaconatus prima Iulij* 1580. *coram Cardin. Lancellotto*, quæ est inter *crim. Farinac. decis.* 20. *per totam*, & *per Greg. decis.* 120. *num* 15. & 25. & *Seraph. decis.* 818. *nu.* 4. vbi firmat metum excludi ex qualitate personarũ loci, & circumstantiarum, licet cum ea distinctione *ibidem num.* 5. *in dicta dec.* 818.

551 Concorda, vt prima opinio procedat, quando essemus in contractu, qui ipso iure esset nullus, vt est ille in carcere factus, siue quando aliquis actus positiuus, & vltroneus pro expurgatione metus non induceretur. Secunda verò quando secus; idest si contractus nõ ipso iure, sed ope exceptionis esset nullus, vel si aliquis actus positiuus, & vltroneus post ratificationem fuisset à ratificante gestus, & ratio istius differentiæ ea est, quia illæ qualitates, & circumstantiæ non purgant metum in contractu ipso iure nullo, cum non entis nullæ sint qualitates, vt ait *Rota per Greg. decis.* 336. *num.* 4. & *Seraph. dec.* 818. *num.* 4. & 5.

552 Extende quintò, dictam regulam septimam eò magis procedere, quando de tempore renunciationis nullum ius super legitima renuncianti competebat; quod enim ex duabus rationibus comprobari videtur, & primò, quia renunciatio (vt superius dixi) nunquam ad incogitata, & futura trahitur: Secundò, quia in generali renũciatione, nunquã id venit, quod specialem prouisionem requirit, vt ait *Rota per Greg. XV. in sua decis.* 568. *nu.* 4. & 3.

553 Extende sextò procedere, etiam si filius solum simpliciter patris iudicium agnosceret, veluti hæreditatem adeundo: quia non ob id sibi præiudicare censetur, quoad legitimæ supplementum, ob eam rationem: quia nunquam renunciatio legitimæ, neque alterius iuris præsumitur, quando alia coniectura capi posest, & propterea specialis mẽtis de ea est necessaria, *vt ait Rota decis.* 419. *nu.* 6. *par.* 2. *in recent.* & *decis.* 200. *num.* 5. & *decis.* 206. *num.* 4. & *seqq.* & *decis.* 449. *num.* 3. & *decis.* 479. *num.* 8. & *decis.* 653. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.* & ita quoque fuit dictum in *Foroliuien. Fideicommissi* 9. *Maii* 1612. *coram* R. P. D. Pamphilio me scribente, & obtinente, & nouissime *Argel. de legit. contradict. quæst.* 13. *art.* 5. *num.* 59. & *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 602. *num.* 6. & *seqq.* & *nouissimè fuit resolutum à Rota in Anconitana legitimæ Lunæ* 28. *Ianuarii* 1630 *coram* R. P. D. *Dunozetto*, vbi ampliat id quoque procedere, etiam si filius acceptasset testamentum expressè in ea parte, in qua fuerat prohibita legitima, referendo se ad illud in omnibus, & per omnia, quia non per hoc filio præiudicatur in legitima, *vt fuit decisum in præalleg. decis.* & *præsertim coram Greg. in decis.* 489. & *ibi coram Dunozetto*, dicens quòd huic non obstaret dicere, quòd ex quo nunquam filius viuens ab huiusmodi prohibitione non reclamauit, ergo nec per consequens istud ius poterit in eius filium transferre, & præsertim illud pro remouendo onere legitimæ iniuncto, cum istud ius personale dicatur, nec per cõsequẽs est in aliũ transmissibile; quia vltra, quod alij sunt qui contrarium tenent *allegati à Rota ibi coram Dunozetto*, Deinde quando onus ipso iure reijcitur, & sic quando lex de per se operatur, tunc hominis prouisio non est necessaria; nam frustra quis petit, quod intus habet, & tunc ipso iure lex operatur in hoc quando onus sit iniunctum legitimæ in testamento, at secus esset, quando illud per viam contractus imponeretur, quia tunc lex non operatur ipso iure, sed bene per viam exceptionis reclamando, *vt ait Rota in decis.* 488. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Card. Seraph. decis.* 416. *num.* 4. & 22. & *decis.* 539. *nu.* 3. & *in illa Anconitana legitimæ coram Dunozetto.*

554 Vnde videmus, quòd ad hoc, vt filius, siue filia dicatur agnita in suam, opus est, vt de legitima mentio fiat: adeò vt non sufficiat, etiam quòd eis fuerit aliquid iure institutionis relictum, veluti fuit decisum à *Rota per Greg. in sua*

sua decis. 565. *num.* 9. *Thes. decis.* 159. *num.* 17.

555 Et ratio est, quia agnitio specialis, & non generalis talem approbationem inducit, *vt ait Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 472. *nu.* 23. *& Rota decis.* 200. *num.* 5. & *decis.* 479. *num.* 8. *parte.* 1. *in recentioribus* Et propterea hinc fit, etiam, quod filius legitimam non ammittit, etiam si esset præsens donationi factæ à patre, & illi consensisset; siue restitutionem fideicommissi promisisset, *vt ait Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *n.* 27. cum alijs ibi per eum allegatis.

556 Subextende primò prædicta procedere, etsi pater dixisset filium debere esse tacitum, & contentum de eo, quod sibi fuit relictum, vt fuit decisum *à Rota in Romana Palatii dell' Aquila* 2. *Aprilis* 1609. *coram Card. Marcomontio, & in illa Forolmien. fideicomissi coram Pamphilio.*

557 Et ratio est, quia huiusmodi prohibitio à lege reiecta, & reprobata reperitur, & pro non scripta habetur. Immò filius isto casu agendo, factum Patris impugnare non dicitur, & sic illa simplex hæreditatis aditio, siue illa bonorum retentio, & acceptatio ei non præiudicat, quoad legitimam, quam si postea petierit, non ob id contra factum patris venire dicetur, *vt ait Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *num.* 73. *& ita fuit dictum in Romana supplementi legitima* 13. *Martii* 1579. *coram Clemente* 8. & in omnibus alijs decisionibus in extensione sexta allegatis.

558 Secus autem, quando filius aliquem in dicta hæredicare patris instituisset hæredem, quia tunc per eum diceretur agnita legitima, & sic per illã institutionem de ea disposuisse, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 594. *num.* 18. *lib.* 1, *Menoch. cons.* 1. *num.* 488. *& consil.* 77. *num.* 21. & 22. *& Aym. cons.* 261. *n.* 3. *vers.* 2. *addo*, & facit doctrinam *Peregr. de fideicom. artic.* 36. *num.* 95. & *Guidopap. decis.* 96. *num.* 2.

559 Contrarium illi primæ subextensioni, *ait Guidopap. dec.* 93. *num.* 1. & 2.

560 Concorda, quòd scilicet prima opinio procedat, quando filius accepit legatum à patre sine protestatione, veluti, quia non dixit illud acceptare, sine tamen præiudicio residui legitimæ portionis, sibi debitæ de iure naturæ, quia tunc de relicto deberet esse tacitus, & contentus, secunda verò procedit quãdo legatum cum ea protestatione recepit, vt *ait idem Guidopap. d. decis.* 93. & *Rot. per Greg. decis.* 489. *nu.* 27.

561 Subextende secundò, quòd si filius, siue ascendens fuerit prohibitus quicquam vltra relictum petere, non tamen censetur prohibitus legitimam prætendere ex persona cohæredis, qui noluit adire, & cuius ipse sit hæres, *vt fuit dictum à Rota in Romana domorum Luna* 13. *Ianuarij* 1625. *coram* R. P. D. *Remboldo*, quæ est penes *Merlinum de legitima decis.* 127. *num.* 7. Immò hic obiter notandum erit, quòd si adesset statutum, quod mandaret, vt filia nil aliud petere possit, nisi id, quod ei pater reliquit, tunc illud intelligendum venit, vt ea nil aliud petere possit ab hæredibus sanguinis, & sic à descendentibus masculis, at secus ab alijs, vt fuit declaratum *à Rota in Romana de Lante* 11. *Maii coram Clemente Octauo allegati in alia Romana Legitimæ* 23. *Iunii* 1597. *coram Card. Pamph. & prius in alia Romana supplementi Legitimæ* 23. *Octobris* 1581. *coram Cantuccio.*

562 Subextende tertiò, quòd licèt illud supplementum à filio non petatur, tamẽ peti poterit à nouerca, & sic à Coniuge secundi matrimonii, & ita beneficio filii hoc modo vti, *vt ait Put. decis.* 16. *num.* 1. & *seq. in fin. lib.* 2. & quæ portio tunc illi competat videndus est *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 300. *nu.* 23. quod tamen intellige verum, quando mater aliò modo illius legitimæ non esset incapax, veluti dixi supra sub *num.* 170. *cum infinitis seqq.*

563 Subextende quartò, idem patimodo procedere, quando essemus in prætensione maternæ dotis, quam filius consequi valeret, non obstante, quòd pater ei relinquendo dixisset, debere esse tacitum, & contentum de suis bonis: quia bona patris dicuntur deducto prius ære alieno, vt est dos matris; nec per consequens eam petendo filius diceretur contra factum patris venire, iuxta tradita per *Guidopap. in sua decis.* 93. *nu.* 2. *& Rota per Greg.* XV. *decis.* 102. *& in*

Ferra-

Ferrarien. de Tassonibus 17. Februarii 1617. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia nullius Vinea 11. Maii 1620. coram R. P. D. Pirouano.

564 Secus verò, quando expresse fuisset factum pactum de nõ succedendo Parti, aut Matri; quia illud esset validum, si filius, siue filia habuisset, plusquàm eius legitima importet, vt ait Grat. lib. 4. disc. c. 692. n. 17.

565 Subextende quintò, procedere etiam si per statutum repetitetur prohibitum, ne filius illud supplementum petere valeret cum id à statuto prohiberi nõ possit, vt fuit dictum à Rota in decis. 964. nu. 1. lib. 3. diuers.

566 Contrarium tamen fuit dictum in Rom supplementi dot. luna 14. Mart. 1575 coram R. P. D. de Grassis.

567 Et ratio istius secūdæ opinionis ea est: quia licet per statutū, siue per cõsuetudinem nõ possit legitima in totū tolli: potest tamen per illud minui, vt ait Mising. obseruat. 44. cent. 5. & cent. 6. obseru. 43. & Azor. in sua parte instit. moral. cap. 27. fol. 128. vers 6. quaeritur, Et propterea videmus etiam, quod si statutum mādaret filias esse sua dote contentas, tunc illud intelligitur eas excludere ab illius supplemento etiam si dos non esset congrua, sed minor legitima; dummodo tamē magnus excessus, & sic læsio enormissima extaret, quia tunc supplemento esset locus & ratio est: quia licet statutum prohibeat generaliter aliquid peti vltra dotem a patre assignatam, tamen verba generalia interpretationem legalem recipiunt, vt ait Grat. lib. 1. discept. cap. 148. num. 1. & 13. cum alijs allegatis, & Rota in Rom. de Theodolis 22. Mar. 1596. coram Card. Blanchetto, & in Roman. donationis de Grandis luna 10. Decembris 1601. coram Penia, & ratio rationis est: quia verborum generalium significatio debet ad intellectum sanum, bonum, ciuilem, & vitio carentem applicari Rota decis. 10. num. 4. & 5. de testamen. in antiq. & in vna Ferratien. societatis 1599. coram Card. Mellino.

Animaduertendo præterea, quod ad probandam congruitatem siue incongruitatem dotis, tunc est consideranda qualitas personarum loci temporis, & facultatum: quia dici solet, quod mulieres æquè bene dotantur, dummodo æquè bene locentur, vt ait Rota per Gregorium decis. 63. per totam & Grat. ibi supra num. 8.

568 Alias si statutū legitimā in totū tolleret, illud elusorium, & inualidum redderetur, vt ait idem Mysing. dicta obseruat. 44. Cappel. Tholosan. decis. 437. And. Gayl. dec. 122. lib. 2. & Ioachin. Mising dec. 43. lib. 5.

569 Sed est bene verum, quòd ea à statuto minui non potest: nisi de ea specialis mentio fiat, vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 93. & veluti dixi in principio conclusionis sub num. 22.

570 Sed tenendo primam opinionem extende primò in tantum eam procedere, vt propterea, neque pater possit mandare filio, vt illius legitimæ renunciet, vt ait Rota decis. 206. num. 3. part. 1. in recentior.

571 Extende secundò, eam quoque procedere respectu eorum bonorum, quæ à Principe patri donata fuere, in quibus dictus pater filio præiudicare non potest, & præsertim quando pro hæredibus, & successoribus donata fuissent; licet id aliquando fallat, vt ait Rota in decis. 653. num. 10. & seqq. part. 1. in recentior. per te videnda, vbi præcipuè habetur eodem modo esse iudicandum de bonis per Principem filijsfamilias donatis, quæ de iure nouo non sunt sub libera dispositione filiorum, & sic ad instar peculij Castrēsis non considerantur, sed illa quoque subiacent querelæ inoff. testamenti à filio fam. conditi, vt dicunt DD. allegati à Rota d. decis. 653. num. 11.

572 Extende tertiò, quòd neque pater sub prætextu amplissimæ facultatis sibi à Principe testandi traditæ, possit filium (vt superius dixi) sua legitima priuare, cum id nunquam intelligatur verum, nisi à dicto Principe expressè dicatur, vt ait Rota dicta decis. 653. num. 6. & in num. 12. subdit quòd neque per facultatem testandi amplissimam alicui alias ad testandum inhabili concessam donata censentur ea, quæ fuerunt ex testamento disposita à Principe ob solam illam facultatem illi concessam: quia ob illam videtur tantum habilitari a persona, quoad testamenti factionem, at secus quoad cætera, vt dicunt DD. allegati à Rota dicta decis. 653.

Extende

573 Extende quartò, quòd neque minus confessio patris præiudicet filio in materia legitimæ, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. decis. 609. num. 3.*

574 Tenendo autem secundam opinionē vti magis comunem, extende primò, eā multò magis procedere, quando duę prohibitiones concurrerent; nempè illa statuti, & altera testatoris, quia tunc ad illius supplementum nullo modo agi posset, vt fuit dictum in illa *Rom. supplementi dotis coram de Grasiis.*

575 Et licet aliqui dicant id non habere locum in dotata ab extraneo veluti testatur *Aym. in cons. 236. n. 4. & 5. allegatus à Rota in d. Rom. supplementi dotis coram D. de Grasiis.*

576 Contrarium tamen fuit dictum à *Rota in vna Balneoregien. 16. Maii 1594 coram Card. Pamph.* & *in alia Romana hæreditatis de Sellis Mercurii prima Iulii 1598. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1291. n. 1.*

577 Ratio autem istius vltimæ opinionis ea est, quia sufficit, vt sorores sint congruè dotatę à quocunque ad hoc, vt de fratribus illę conqueri non possint, vt ait *Thes. decis. 62.* & *Rota per Put. in dec. 277. num. 2. lib. 1.* vbi loquitur in materia statuti Vrbis *in cap. 24. de success. ab intestat.* vbi sorores excluduntur propter fratres, & *est dec. Card. Seraph. 1291. per totam*, & *Rota in d. Balneoregien. 16. Maii 1594. coram Card. Pamphilio.*

578 Secus verò, quando statutum vlterius procedendo specificaret personas, à quibus eas dotari voluerit, quia tunc filia ab hæreditate eorum non expressorum, à statuto exclusa non veniret, vt ait *Put. d. decis. 277. num. 2. lib. 1.*

579 Quod enim extende eodem modo procedere in legitima sibi debita in bonis matris, de qua non priuatur filia, etiam, quod sit dotata, vt ait *Franch. Viuius decis. 187.* & *Marta in verbo legitima tom. 5. cap. 44. in sua compilatione decisionum.*

580 Extende secundò, illam secundam opinionem in ea parte, vbi fuit dictum legitimam posse minui per statutum, multò magis procedere, quando illud prohiberet in specie, ne filia dotata aliquid petere posset, ratione legitimæ, vt est statutum Bononien. vt ait *Rota decis. 195. num. 5. par. 2. in recentior.* & *ita dicunt DD. allegati in dicta Romana supplementi dotis coram D. de Grasiis*, & in terminis dicti statuti Bononiæ tenuit *Rota in Bonon. fideicommissi de Ronco Luna 16. Ianuarii 1586. coram Comitulo.*

581 Extende tertiò, eam procedere stante prægnantia verborum statuti, id prohibentis, quia tunc non esset habenda ratio congruitatis dotis, & legitimæ, cū valcat argumentum de vno ad aliud, vt ait *Rota per Greg. XV. d. decis. 489. n. 17. cum aliis ibi allegatis.*

582 Extende quartò, quòd neque habeatur respectus ad qualitatem personarū, licet soleat in iure dici, quòd filiæ æquè benè dotantur, dummodo æquè benè locentur, veluti dicam in verbo dos, & ita quoque ait *Rota per Greg. decis. 63. num. 22.*

583 Extende quintò, quòd neque minus possit supplementum legitimæ peti habito respectu ad alimēta sub ea ratione, quòd dos, siue legitima loco eorum succedat, quia pręterquàm quòd valet argumentum de alimentis ad legitimam, siue illius supplementum; deinde facit quoque illa ratio, quòd scilicet legitima minui possit ex statuto, vt ait *Rota per D. de Grasiis in illa Romana supplementi Card. Seraph. decis. 93. n. 3. Cappel. Tholos. decis. 437. & Mysing. decis. 43. lib. 5.*

584 Et prędicta, quę fuerunt dicta de filia valente suam legitimam, siue illius supplementum petere, procedunt etiam in spuria legitimata à patre, quia deleta omni macula mediante legitimatione, illa potest legitimam in bonis patris petere; licet secus esset, si solum in legitimatione fuisset habilitata succedere in eo tantum, quod ei pater relinquere voluerit, cū clausula, nec alias, nec alio modo, quia tunc nō posset legitimā contra patris voluntatem prętendere, vt de veriori opinione testantur DD. allegati à *Rota decis. 195. n. 6. p. 2. in recent.*

585 Sed hic erit notandum, quòd quando fit locus huic petitioni supplementi legitimę, tunc tempus mortis patris erit expectandū, licet tamen secus esset respectu congruitatis dotis, quia tali casu tempus dotationis, & assignationis dotis esset attendendum, vt ait *Gramat. decis. 57. n. 30. Peregr. cons. 14. n. 14. & seq. lib. 2.*

num. 5. & 11. *cum seq. Bon. decis.* 23. *num.* 20. *Franch. decis.* 153. *& decis.* 355. *num.* 7. *Barz. decis. Bonon.* 64. *nu.* 30. *& Put. decis.* 264. *lib.* 3. Et tunc mala fides in hærede induicitur, quando per creditorem, sed non ex interuallo temporis fuit petitum illius creditũ; itē si ille fuisset in inuentario descriptus, aliàs mala fides non posset considerari in debitore, qui non tenetur offerre, *vt ait Cappell. Tholos. in sua decisione* 74. & omnes alii allegati *à Gratiano in dicto capitulo* 649. *num.* 10. & *seqq.* vbi ait hãc esse veriorē opinionem. Item mala fides argueretur ex scientia creditorum, siue ex litis contestatione cum illis contracta, quo enim casu fructus per hęredem percepti, vti prouenientes à substantia testatoris, tenetur reseruare creditoribus, & vti illorum custos debet bonam rationem reddere de omni, & toto, quod ad eum peruenit, ac si hęreditas iaceret, & sic tales fructus mala fide consumpti, tanquã de dominio hæredis non facti, in hæreditate manent, eamquè augere dicuntur, ac si iacente hæreditate, & pendente tempore ad deliberandum percepti fuissent, quia in illis casibus fructus non percipiuntur ab hęrede, vt latè fuit deductum *à Rota in Firman. seu Maceraten. dotis luna* 18. *Iunij* 1629. *coram Pirouano*; Secus autē quando hęres cum beneficio legis, & inuētarij hęreditatē adijsset, & postea bona fide fructus cōsumpsisset: quia tūc eũ illa hęreditas desinat esse talis, sed fiat propriũ patrimonium adeuntis, & sic id ratione dominij agat hęres, per consequens dictos fructus facit suos, neq; propterea illos creditoribus reseruare tenetur, nec minus hęreditatē augent, veluti in primo casu contingeret, nepè quando eos malitiosè percipisset, vt ait *Grat. disc.* 540. *n.* 6. *Rot. dec.* 68. *n.* 2. *p.* 2. *diuers. et à lis allegat à Rot. in d. Firman. dot. corã* R. P. D. *Pirouano.*

488 Extende dictã vndecimã declarationem procedere, etiam in nepotibus eorũ patre defuncto, quibus istud priuilegium cōpetit non cōputandi fructus, & pecunias in legitimam, retenta tamen prædicta distinctione, de qua supra, *vt ait Grat. d. lib.* 2. *c.* 265. *n.* 30.

489 Declara duodecimò, non procedere in expensis factis in acquirenda possessione pacifica beneficiorũ ad fauorē filij: quia illę in legitimã filij nō imputãtur, sed est bene verũ, quòd si pater percepit fructus beneficiorũ tũc expēsas per eũ factas excōputare pōt, vt fuit dictũ *à Rot. in Carpētoraten. beneficiorũ* 11. *et* 15. *Martii* 1577. *corã R. P. D. Cotta*; secus autē si essemus in expēsis, siue in melioramentis factis in bonis aduentitijs filij: quia tunc pater nō tenetur cōpensare fructus dictorũ bonorũ cũ melioramentis; quia illa imputãtur per filiũ in legitimam, dũmodo tñ ea sint vtilia, necessaria, & perpetua, quia qñ melioramēta sūt necessaria dicūtur pars teis sed nota tamen, quòd ea talia nō præsumũtur, nisi de tpe mortis p allegātē talia extare probetur, & his saltē in genere probatis, pro illis retentio datur; animaduertendo tamen, quòd eorũ liquidatio est facienda, non pro modo impensę, sed ratione vtilitatis; secus verò si melioramenta essent modica, & exigua: quia tūc donata censentur. Veluti neq; magna, & excessiua reficiũtur, nec in legitimam imputãtur, nisi tamen sint talia, quæ fecisset filius, vel quia possent abradi, licet tamen filius nō teneatur necessariò talia melioramenta in legitimã sibi imputare, sed illa reficere pōt, & legitimã in corporibus detrahere, vt de his omnibus latè dicunt DD. *alleg. à Merl. in tract. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 27. *per tot.* & *Rota decis.* 6. & 7. *p.* 1. *in recent.* & *per Gregorium decis.* 197. & *Rota dec.* 398. *par.* 1. *nouiss. Merlin. decis. Lucensis* 28. *num.* 3. & *seqq. latè Marescot. variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 110. & ibi latè hanc materiam examinat Rota *decis.* 153. *apud Cincium de cens.* & *in alia Terracinen. Palludum allegat. à dicto Marescott. variar. resolut. cap.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. & veluti eodem modo esset dicendum de expensis factis in lite pro defendendo peculio, quia illæ reficiuntur, & sic imputantur in legitimam, etiam si pater in lite succumberet, *Rota per Gregorium dicta decisione* 197. *& per Seraphinum decis.* 925. *num.* 5. & *in decis.* 517. *num.* 6. *par. secunda recent.*

490 Secus tamen erit dicendum, quando essemus in expensis pro funere patris factis, quia illæ praecellunt legitimã, & sic prius ex hæreditate subducũtur.

tur, ita vt legitimæ detractionem euitent, ac etiam creditoribus anterioribus præferantur, licet aliqui dicant, id solũ procedere in creditoribus personalem actionem, non autem hypotecariam habentibus, vt ait *Surd. decis.* 112. *num.* 5. & 6. *sed Franch. in decis.* 51. omninò negat præferri habentibus expressam hipotecam.

491 Contrarium tamen, & sic quod impensæ prædictæ præferantur etiam expressam habentibus, ait *Rota decis.* 421. *penes Greg. & Grat. lib. primo discept. cap.* 94. *num.* 2.

492 Quod tamen declara verum, si priuilegio Inuentarij frui possit hæres, alias creditoribus anterioribus non præfertur, vt *dicunt DD. præallegati.*

493 Concorda igitur prædictas opiniones tali modo procedere posse, nempè, vt illud priuilegium anterioritatis aduersus creditores detur, quando expensæ fuerunt factæ ab hærede cum beneficio l. at secus si ab extraneo vt ait *Surd. ibid. num.* 5.

494 Et ratio illius priuilegij ea est: quia Reipublicæ interest, ne cadauera, ob deficientiam bonorum insepulta remaneant, vt ait *Costa de port. rata quæst.* 73. *Guidopap. decis.* 496.

495 Item, quæ expensæ istud priuilegium anterioritatis habeant, docent *Costa ibi supra Gratian. d. cap.* 94. *lib primo discept. Franch. decis.* 51. & *Surd. decis.* 255. *nu.* 27. & *seqq.*

496 Declara decimotertiò, non procedere, quando sumus in feudo, quia in eo solus primogenitus succedit, nec ex eo legitima detrahi potest; sed isto casu dari solet cæteris fratribus, vita, & militia, vt dixi in verbo, alimenta, & quemadmodum ait *Capic. in sua decis. secunda num.* 8. & *Rota decis.* 463. *parte secunda in recent. Surd. consil.* 427. *num.* 41. *lib.* 3. *Borell. in sua sum. decisionum tit.* 40. *num.* 4. *Franch. decis.* 20. & *decis.* 542. & *decis.* 714. *Afflict. decis.* 43. *num.* 2. & *decis.* 138. *num. secundo*, & *sequen.* & *decis.* 212. *num. primo* & *Mastrill. decis. Sicil.* 85. *num.* 14.

497 Sed est bene verum, quòd illa vita, & militia tanquam alimentis similis ad hæredes non transit, vt ait *Borell. in pracit. loco num.* 14. *Franch. decis.* 61. *num.* 3. *Afflict. decis.* 252. & *Capic. dicta decis. secunda*, & *Rota dicta dec.* 463. *par.* 2. *in recent.*

498 Contrarium tamen diceretur, quãdo feudum esset nouum per patrem emptum: quia tunc legitima ex eo caperetur; sed in pecunia iuxta æstimationẽ feudi. Vndè concordari potest, quòd prima opinio procedat, quando essemus in antiquo, siue in eo per patrem acquisito aliter quàm per emptionem, veluti si ob benemerita illud acquisiuisset; secunda verò opinio procedit in nouo simpliciter per emptionem à patre acquisito, vt dicunt Doctores allegati à *Capic. in dicta decis. secunda ferè per totã.*

499 Declara decimoquartò, non procedere, vbi ageretur de Regno, & Ducatu, siue alia dignitate, per regulam illam Regnum in se diuisum desolabitur, & vt dici solet regnum, & amor non capit duos, & propterea huiusmodi dignitates, Regnum, & Ducatus dicuntur legitima primogeniti. Immò corona, quàm Reges, & Principes deferunt denotant successionem esse regalem, & indiuiduam, vt ait *Guidopap. decis.* 476. 487. *Boer. decis.* 204. *num.* 14. *Borell. in sua sum. decisionum titulo* 34. *num.* 295. & *Marta in sua compilatione decisionum in verbo legitima cap. tertio tomo quinto*, & *Capic. dicta decisione secunda per totam*. Vnde videmus etiam quòd in Regno Neapolis filiæ fœminæ excluduntur ab hæreditate patrum Comitum & Baronum ad hunc effectum, stantibus masculis, & sic ad successionẽ feudorum ipsis existentibus admitti non possunt, iuxta illius Regni constitutionẽ, quam in istis terminis interpretata fuit Rota Rom. in vna Beneuentana Iurispatronatus 26. Iunij 1628. coram Dunozetto, & sic tali casu sufficit, quòd fœmina fuerit congruè dotata, vt fuit decisum postea in alia Aquilana Cappellaniæ Veneris 16. Ianuarij 1629. coram Durano, licet sit bene verum, quòd fœminæ non excluduntur ab alijs bonis non feudalibus, ob eam rationem, ne in feudis diminutio detur, vt *ait Rota ibi coram Dunozzetto.*

500 Et propterea circa prædicta dicere solebat Serinus, quod sola virtus in Regibus imperare merectur; vnde cũ Crœsus

Lydis imperans fratrem in consortium Imperii assumpsisset, quidam ex Lydis accedens dixit omnium in terra bonorum ò Rex Sol. est auctor; At si gemini soles forēt periculum immineret, ne omnia conflagrantia in pessum irent; & ideo Regem vnum accipiunt Lydi, & seruatorem esse credunt; duos vero simul tollerare non possunt.

501 Subdeclara tamen, quod licet feudum, & dignitas sit de sui natura quid indiuiduum; tamen id fallit in Italia, vbi omnia feuda non sunt indiuidua, vt ait *Rota in Romana legitima Lunæ 22. Iunii 1611. coram* Card. *Verospio, quæ est apud Merlinum de legitima decis. 67. num 13. & 14.*

502 Sed est benè verum, quod si alii fratres ius aliquod haberent in Regno, tunc illud non esset diuidendum, sed primogenitus per æstimationem supplebit, & ad eam inspiciendam tempus mortis esset attendendum, vt ait *Marta in sua decis. 115. Collegii Pisani*, & *idem ait in verbo legitima cap. 60. in fine in sua compillatione decisionum tom. 5.* & *Guido pap. dicta decis. 487. num. 2.*

503 Contrarium tamen veniret dicendum, vel uti si essemus in bonis primogenituræ subiectis, quia ex illis legitima detrahenda venit, etiam si ea expræsse fuerit prohibita, vt fuit dictum *à Rota in Romana legitima Ven. 27. Iunii 1614. coram* Reuerendo Patre Domino *Verospio, quæ est decis. 653. numero quinto, parte prima in recent.* & *ibi multos DD. id intrepidè affirmantes allegat.*

504 Extende primò, hanc secundam opinionem procedere, etiam si alienatio reperiretur sub pœna caducitatis prohibita, quia ea non obstante legitima ex dictis bonis veniret detrahenda, vt ait Peregrin. *de fideicommissis art. 36. num. 67. Honded. consil. 72. num. quinto, lib. primo, Molin. de primogenit. Hispan. lib. secundo, cap. primo, num. 28.* & *29. Aret. consil. 19. num. 14. Iason. in l. filius fam. §. diui in prima lectura col secunda, num. 12.* & *in colum. tertia, num. 16. Ripa num. 27. de leg. primo, Rim. Iun. consil. 50. num. septimo, lib. primo,* & *Rota d. decis. 653. num. 5 in fine.*

505 Extende secundò eam procedere, etiam si facultas testandi amplissima à Principe fuisset patri concessa, quia non per hoc posset filium sua legitima priuare, nisi id expressè ei fuerit concessum; & ideo nota, quod quando Papa alicui concederet amplissimam facultatem de omnibus suis bonis disponendi; tunc ei non videtur esse concessum indultum constituendi primogenituram, & filios sua legitima priuare, nisi hoc expresse à Papa dicatur, iuxta tradita per *Menoch. consil. 411. num. 10. & per Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. limit. 18. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. primo, numero 28. versic. in secunda specie,* & *Rota in d. decis. 653. num. 6. cum ibi allegatis,* & *prius in alia Romana legatorum de Columna 16. Iunii 1613. coram Card. Sacrato.*

506 Subextende, quod neque minus Princeps possit, etiam volens ex particulari auctoritate legitimam in totum tollere, vt ait *Menoch. & cæteri supra citati,* & *præcipuè Suarez in præcitato loco*; secus tamen succederet è conuerso, quando de legitimę fauore ageretur, & propterea videmus, quod filius legitimatus à Papa in amplissima forma, nedum iura acquirit suitatis successionis ab intestato, & ius dicendi testamentum nullum, ob illius præteritionem, sed etiam illi legitima debetur, ac si de legitimo matrimonio procreatus fuisset, vt ait Rota *decis. 653 numero secundo,* & *tertio, par. prima in recent.* & *prius fuerat decisum in vna Hispalen. legitimitatis 13. Februarii 1613. coram R. P. D. Vbaldo.*

507 Extende tertiò, eam habere locum, quando essemus in feudo ex pecuniis patris empto, & illius esset incapax pater, veluti, quia esset Cardinalis, siue Clericus, vt ait Capic. *decis. secunda, num. sexto,* & *septimo,* & *alii allegati à* Rota *in Romana legitimæ Veneris decimaquarta Ianuarii 1616. coram* R. P. D. *Verospio, quæ est decis. 783. num. 1.* & *num. 6. vers. hic tamen sufficit par. 1. in recent.*

508 Contrarium tamen; quod scilicet in feudo empto à Patre Cardinali, filius, licet etiam Clericus succedat dicunt

cunt DD. *relati per Roland. cons. 23. n. 3. 4. 5. & 25. lib. 1. Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 30. & Capic. decis. 10. & Rota dicta decis. 703. num. 6. in recent. par. prima.*

509 Extende quartò, procedere, etiam in quibusuis aliis bonis de pecunijs patris emptis, vt ait idem *Capic. d. decis. 2. n. 7. Franch. decis. 368. num. 5. & Rota d. decis. 703. num. 1.*

510 Subextende idem procedere in emphiteusi titulo oneroso acquisita, quia etiam ex ea detrahitur legitima, veluti pari modo diceretur de maioratu titulo oneroso acquisito, licet in eorum æstimatione debeat haberi respectus ad onus iuxta formam *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* At secus, quando emphiteusis esset titulo lucratiuo acquisita, & tunc dicitur talis, quando gratia concedentis onera præponderat, vt fuit dictum à *Rota in Perusina de Alphenis Ven. 2. Maii 1611. coram Reuerendiss. Coccino, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 126. num. 1. & seqq.* & ad id notandum erit, quod allegans priuilegium excedere causam onerosam ad effectum docendi, quòd in eo, in quo causa n excedit sit mera gratia, illud probare tenetur, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 518. num. 3.* & id optimum erit scire, quia Princeps nunquam solet de facili derogare priuilegio concesso ex causa onerosa, & sic ex quasi contractu acquisito, at secus, quando priuilegium esset ipsa causa pinguius, vt ait *Card. Seraph. d. decis. 518. n. 6. & in alia decis. 1171. num. 2. & decis. 1293. num. 2. & prius decis. 1082. num. 3.*

Item in simili videmus etiã, quòd legitima detrahitur quoque ex bonis ecclesiasticis, quæ postea ex iusto titulo, & cum solemnitatibus à laicis fuissent acquisita, cum ea tunc amplius non dicerentur ecclesiastica, sed merè sæcularia, quia bona semper assumunt naturam, & qualitatem personarum, quibus ipsa bona cohærent. Vndè cum ea merè patrimonialia fiant; idcircò ex illis venit detrahenda legitima, vt ait *Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 8. & ita fuit dictum à Rota in Rom. legitimæ 6. Decemb. 1616. & 16. Martii 1617. coram Card. Serrato, Vela de success. creat. lib. 1. q. 29. num. 68. Surd. cons. 358. num. 9. & seqq. & Ferentil. in add. ad dec. Buratt. 703*

511 Extende quintò, multo magis procedere in feudo Regni Neapolis à patre empto, quia illud in legitimam filii venit imputandum, vt ait *Franch. d. decis. 368. Capic. d. decis. 2. num. 7. & alii allegati à Rota d. decis. 703. num. primo in fine.*

512 Et ratio est, quia feudum emptum à Patre de propriis pecuniis dicitur peculium profectitium, & propterea videmus, quòd potest illud pater vni ex filiis prælegare, illudque in præiudicium filiorum alienare, vt dicunt DD. *allegati à Rota ibi supra d. decis. 703. num. 4. & quinto, Franch. d. decis. 368. prope fin.*

513 Extende sextò, idem procedere in feudo ex pacto, & prouidentia, quia eo casu, etiam si illud esset dignitatis, nec non solum primogenitis deberetur, nihilominus ex eo detraheretur legitima, vt ait idem *Franch. d. decis. 368. num. 5. & infiniti alii DD. allegati à Rota in d. dec. 703. num. 2. & 3.*

514 Et ad dignoscendum, an feudum sit hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia, vltimus status venit attendendus, qui status transfert onus probandi in Aduersarium, & sic possidentem ab onere probandi releuat, etiam si de assensu Principis in acquisitionibus non constaret, si tamen de contrario non appareret, sed in dubio illud ex pacto, & prouidentia venit præsumendum, vt fuit dictum in *Romana legitimæ 22. Iunii 1615. coram Card. Verospio, quæ est penes Merlinum de legitima d. decis. 67. nu. 11.* & licet aliqui teneant contrarium allegati in d. decis. 67. penes Merlinum Nihilominus cõtraria opinio est verior; sed est bene verum, quod dicta præsumptio super eo, quod feudum sit ex pacto, & prouidentia potest contrarijs præsumptionibus, & coniecturis elidi, vt ait Rota ibi coram Card. Verospio in d. Rom. legitimæ.

515 Vlterius hic erit notandum ad totalem intelligentiam istius materiæ, quòd feudum hæreditariũ illud dicitur, quod conceditur vni pro se, & hæredibus; illud vero ex pacto, & prouidentia est, quod filijs conceditur nulla facta mentione de hæredibus, & sic eis, etiam non hæ-

redibus debetur; Mixtum autem, quod vtramque qualitatem, & naturam habet, nempè, quia est hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, vt quando concessio esset filijs facta, sed hæredibus, & ex illo legitima non detrahitur, quia illud dicitur æs alienum hæreditatis paternæ, nec feudum tale, siuè talis emphiteusis venit in aceruo bonorum Patris, veluti veniunt castra, & bona feudalia hereditaria ad hoc, vt pinguior legitima fiat, & ratio est, quia filius illud feudum ex pacto, & prouidentia, siue emphiteusim non consequitur iudicio defuncti, si ea sint antiqua, & sic non dicuntur ea esse de bonis vltimi morientis, in quibus legitima debetur, sed bene à primo acquirente ea prouenire dicuntur, & propterea ex eis non detrahitur legitima veluti fieret dum in primis successoribus versaremur etiam, quod illud esset ex pacto & prouidentia, vt dicunt DD. allegati à *Merlino de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 4. per totam, & Rota in Perusina de Alphonis Luna 4. Decembris 1624. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est apud eundem Merlinum decis. 125. num. 1.* Franch. decis. 368. *per totam*, & Rota d. decis. 703. num. 1. & 2.

516 Extende septimò procedere, etiam si de feudo fuisset facta donatio filio: quia nihilominus ex eo detraheretur legitima, licet etiam fuisset confirmata, & insinuata dicta donatio, vt fuit dictum à *Rota dicta decis.* 703. *num.* 8. *Bartol. in l. in quartam col. ante penult. vers. si vero donatio ff. ad l. falcid. & in l. etiam §. si mortis ff. de bon. lib. & Peregr. de fideicom. art. 36. num. 24.*

517 Extende octauò, idem multò magis procedere in feudo hereditario, de quo idem venit iudicandum, quod de alijs rebus allodialibus, siue feudis; nam illud solum ab aliis rebus in modo succedendi distat, vt ait Rota *in dicta Romana legitima coram Cardinali Verospio decis. 67. n. 18. penes Merlinum de legitima*, quod enim procedit, siuè illud à patre, siue ab auo, siue à quolibet alio ascendente fuerit acquisitum, *vt ait Viuius in decis.* 528. *Regni Neapol.* Quod tamen declara verum, quando illud feudum hereditarium esset nouum: quia tunc ex eo detraheretur legitima; Alias secus esset in antiquo, *vt dixi superius sub num.* 498.

518 Extende nonò procedere in quocumque feudo, & emphiteusi ex consuetudine Regionis alienabili, & ad instar bonorum allodialium redacto, veluti feudum tale efficitur, si in inuestitura apponatur clausula illa, ponens &c. per quam dominium transfertur, & ea rem alienabilem reddit, vt fuit ita decisum *in Bononien. predij 11. Martii 1614. coram Cardin. Caualerio.*

519 Subextende id in tantum esse verum, quòd siue feudum sit nouum, siue hereditarium, tamen Dominus directus tenetur præstare consensum alienationi vltimi inuestiti, sin minus haberetur pro præstito, vt ait *Surd. consil.* 382. *n.* 73. *Alex. cons.* 57. *num.* 6. *lib.* 2. vbi dat modum vt tali casu facta prius requisitione apud Dominum Vasallus Iudicem adeat, vt consensum ipse præstet, quem illi Ecclesia denegauit; hunc enim modum approbauit Rota *per Card. Mantic. decis.* 238. *num.* 9. *& per* Greg. *dec.* 52. *num.* 3.

520 Secus autem, quando adesset, etiam pactum de nõ alienando: quia tunc stante illa geminata prohibitione, nempè legis, & hominis, predicta alienatio non esset permissa, etiam si consuetudo alinandi feudum extaret in Regione: quia vna prohibitio addita alteri dispositionem augere, & ampliare debet, vt fuit dictum *à Rota per Greg. in decis.* 529. *num.* 13.

521 Et in omnem euentum allegans talè consuetudinem in aliquo loco extare, illam formiter probare tenetur, & sic eam inuito Domino directo, & contradicente inductam fuisse, *vt ait Honded. consi* 31. *num.* 46. *& seqq. lib.* 2. *& Rota per Seraph. decis.* 153. *ferè in fine, & decis.* 1410. *num.* 6.

522 Extende decimò, ea, quæ fuerunt dicta de filio valente, vel non valente legitimã ex feudo detrahere, procedere etiam in patre, & matre, & sic in ascendentibus, vt ait *Borell. in sua summa decisionum tit.* 34. *num.* 342. cum alijs ibi allegatis.

523 Declara decimo quintò, quod neque legitima detrahatur ex fideicommisso vniuersali, facto tamen ab ascendente, vltra patrem, vel à transuersali: quia tunc legitima ex eo non detraheretur; quod tamen declara verum in-

eo

eo si sicoinmisso ab ascendente facto, quando bona patris libera extarent, aliàs secus, vt ait *Surd. decis. 62. Marescott. var. resol. c. 69.* & *Rota in vna Romana dotis 1618. coram Card. Verospio.*

524 Subdeclara tamen prædicta nō procedere, quando fideicommissum esset à patre ordinatum, quia tunc ex eo dubio procul legitima venit detrahenda, vt ait *Rota per Greg. decis. 421. num. 8.* & tunc onus ab hæreditate ipso iure reijcitur, vt ait *Rota in alia dec. 488. num. 2. par. 1. diuers.*

525 Extende patimodo procedere, quoad substitutiones reciprocas inter viuos à fratribus factas: quia licet eorum cōmodum, & incommodum sit commune; tamen cum reciproca in se onus cōtineat, auferendo liberam facultatem disponendi grauato, igitur ex eis fiet detractio legitimæ, vt ait *Rota decis. 488. num. 3. & 8. par. 1. nouiss.* & quomodo sit procedendū pro ea consequenter ait *Merlin. de legit. lib. 2. tit. primo quæst. 9.*

526 Contrarium, quòd scilicet legitimæ detractio impediri possit per fideicommissum reciprocum, ex ea ratione, quia pactum continens prouisionem mutuam successionis, ad fauorem masculorum, æquiparatur emptioni spei, & euentus futuri, super quo de iure transigi potest, vt fuit decisū, *in Placentina electionis lunæ 11. Iunij 1591. coram Cardin. Blanchetto & decis. 240. num. 28. par. 1. nouiss.*

527 Concorda tamen huiusmodi opiniones, *vt dixi in regula 8. in vers. Vnde erit concludendum* prope finem illius regulæ.

528 Declara decimo sexto, quòd neque etiam legitima detrahatur ex ludo, visu, ris, & simili illicito, at secus si ludus esset licitus veluti in dubio ad euitandum delictum talis venit præsumendus, vt latè *ait Merlin. de legitima lib. 2. quæst. 13. per totam per te viden.*

529 Regula septima, ex eo versatur, vt legitima tanquam speciali nota digna, sub generali renunciatione non comprahendatur, sed de ea fit mentio specialis renunciationis habenda, veluti fuit decisum à Rota *in Romana census de Celsis Veni 17. Decembris 1610. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 489. num. 18. & decis. 419. par. 2. in recent. Peregr. de fideicomm. art. 26. num. 87. & latè Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 751. num. 29. idem Greg. dec. 539. num. 11.* & veluti nouiter fuit decisum *à Rota in Anconitana legitimæ lunæ 28. Ianuarii 1630. coram R.P.D. Dunozetto.* Licet secus tamen esset, vbi ageretur de acceptando onere iniuncto legitimæ, quia tunc tacita illius acceptatio sufficeret, nec specifica mentio, veluti in illius renunciatione, esset nec essaria, vt ex mente Rotæ Romanæ, & aliarum dixi *in conclus. 17. sub num. 36. in verbo acceptatio*, & ibi recurrendo rationem differentiæ inuenies.

530 Extende primo, eam regulam procedere, etiam si renunciatio esset in quauis ampla, & lata forma concepta, *vt ait Rota d. decis. 539. num. 13. coram Gregor.*

531 Extende secundo procedere, si talis renunciatio fuerit facta à filio, eius patre mortuo, aut eo viuente, *Rota ibidem num. 14.*

532 Extende tertiò, idem procedere in illius supplemento, quod parimodo sub generali renunciatione non comprahēditur, *vt ait Rota per Greg. dicta decis. 489. num. 19.*

533 Extende quartò, procedere etiam si filius generaliter paternæ hereditati renunciaret: quia non per hoc legitimæ, siue illius supplemento renunciatum censetur, *vt ait Afflict. decis. 178. & Mising. obseruat. 36. cent. prima.*

534 Subextende id quoque procedere, etiam si renunciatio cum iuramento fiat: quia illud ad incogitata, & ad non expressa nō trahitur, vt ait *Barz. decis. 103 Rota Bonon. & Signorol. Paris. Butr.* & alij, quos allegat *Gabr. de legitim. conclus. prima num. 8. & Graff. §. legitima quæst. 38. num. 21. Guido pap. decis. 96. num. 3. & nouissimè Grattian. lib. 4. discept. cap. 637. num. 23. Bero cons. 63. num. 62. lib. 2. Rol. cons. 97. num. 13. lib. 2. & cons. 62. num. 11. lib. 3. Menoch. cons. 71. num. 24. lib. primo Ruin. cons. 27. num. 10. lib. primo & Surd. de alim. tit. 9. quæst. 15. num. 4. Ias. cons. 9. col. vltima lib. 3. Gratian. decis. 57. num. 27. decis. 102. num. 87.*

535 Contrarium, quòd scilicet legitima filio non debeatur, quando ille in vita patris

patris expressè, & cum iuramento renunciauit paternæ successioni, ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 247. num. 37.* & *Menoch.* ibi supra cum alijs per eum allegatis, & sub dicto *nu. 24.* ait hanc esse magis receptam, & æquiorem ex ea ratione, vt iuramentum non sit violandum, sed illud semper esse seruandum, dummodo in dispendium salutis animæ non vergat.

536 Concorda, vt prima opinio procedat in renunciatione simpliciter facta: quia tunc legitimæ renunciatum non censetur, vt ait *Rota decis. 449. num. 4.* & *decis. 653. num. 9. par. 1. in recent.*

537 Secunda verò opinio procedit, quandò filius, siue filia, ob dotem, siue aliam rem habitam sub hac conditione compensationis, adhibitis statuti solemnitatibus renunciasset, pactumquè desuper de non amplius petendo, cum iuramento fecisset, quia tunc ne periurijs via aperiatur, dicta renunciatio sustineretur, vt ait idem *Barz. d. decis.* 103. & *Bottr. decis. 62. & 72.* vbi pulchrè de hac materia discurrunt, & *Menoch. ibi supra num. 15. & seqq.* vbi ampliat hanc opinionem procedere, quando filius renunciauit hæreditati patris integraliter, & sine diminutione. Item quando filius siue filia promisit plus non petere de substantia patris, adhibita, præsertim clausula non obstante dispositione specialem renunciationem requirente, siue etiam, quando renunciando nil aliud operari posset, vt dicunt DD. allegati à *Menoch. d. cons. 71. per totum*, & præsertim sine vlla difficultate dicta secunda opinio procedere si renunciatio generalis fieret omnium iurium, quomodocunque, qualitercunque, & quacunque de causa competiturorum, quia tunc talis renunciatio compræhenderet iura futura, etiã ex quauis causa de futuro, vt ait *Menoch. cons. 401. num. 119. Port. Imol. cons. 142. num. 45. & seq. Pancirol. cons. 62. nu. 8. Mandel. cons. 11. num. 17.* & *ita fuit quoque dictum à Rota per Buratt. in sua dec. 910. num. 8. & in Perusina hæreditatis 7. Febr. 1628. coram Card. Virili.*

538 Prædicta tamẽ declara nõ procedere, quando filia in renunciatione reperiretur enormissimè læsa, quia tunc, etiam quòd solemnitates fuerint adhibitæ, nec non consensus sui viri, ac soceri, cum multiplicatis iuramentis, de non illi contraueniendo intercesserit; nihilominus stante enormissima læsione mulier, & præsertim minor potest illi renunciationi contrauenire, quia iuramentum nunquam ad stipulatur enormissimæ læsioni, vt fuit dictum *in Tudertina, seu Romana nullitatis obligationis 4. Iulii 1614 coram* R.P.D. *Buratto, & in alia Ariminen. legatorum 26. Iunii 1619. coram R. P. D. Manzanedo.*

539 Amplia quoque prædicta procedere in terminis statuti Vrbis in cap. 141. lib. 1. per quod, licet disponatur, quòd filia dotata debeat esse sua dote contenta, & quod plus petere non possit; nihilominus quando in assignatione dotis verus dolus, siue præsumptus interueniret, tunc non obstantibus verbis concludentissimis, & prægnantissimis clausulis in eo statuto appositis semper de fraude patris conqueri potest, & inde supplementum congruæ dotis petere quia cum illud statutum sit fundatum in quadam præsumptione, quam lex, vel statuentes habent de patre, vt scilicet ille præsumatur congruè dotare filiam; illud tamen locum non habet si contrarium probetur, vt ait *Rota per Cæs. de Grass. decis. 2. de constit.* & *Rota in Romana supplementi dotis 12. Nouembris 1588. coram* R.P.D. *Orano, vbi reuocatur illa secunda decisio Cæsar. de Grass.* & *altera Lauretani*, vbi habetur, quòd si cortex verborum statuti esset attendendus, illud absurdum sequeretur, quòd scilicet filiæ possent in vno aureo dotari, nec de tali iniquitate possent conqueri, veluti, quoque fuit decisum in *Romana supplementi legitimæ 23. Iunii 1597. coram Card. Pamphilio, vbi confirmatur illa decisio coram Orano* [illegible]

540 Et notà, quod tunc dolus patris in dotatione filiæ elicitur, quando ea enormiter læsa reperitur, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Orano, & Pamphilio.*

541 Declara tamen, quòd ad illam læsionem probandam tempus dotationis, non autem mortis patris erit attendendum, vt dicunt DD. allegati in vna *Vlixbonen. legitimæ 27. Nouembris 1595. coram* R.P.D. *Penia, & in alia Romana*

supple-

supplementi legitima 28. *Iunii* 1613. *coram Card. Sacrato*.

Sed an dos debeat dari iuxta patrimonii quantitatem, siue mulieris, atque familiæ nobilitatem, aut potius secundum qualitatem mariti, cui nupsit fuit dictum à *Rota in Romana dotis* 15. *Iunii* 1619. *coram* Pirouano, & *postea in alia Romana dotis Veneris* 11. *Decembris* 1620 *coram Buratto*; *licet Rota penes Gregor. in sua decis.* 33. *dixerit, vt filia æquè dotentur dummodo æquè bene locentur, sed in hoc viden. est* Sanchez *de matrim. lib.* 4 *disput.* 26. *num.* 14. *cum seqq.*

542 Secus verò quando essemus in filia moniali, quæ de incongruitate dotis non agit, vt fuit dictum in vna *Romanà dotis* 22. *Iunii* 1602. *coram Greg. quæ est in eius impress. decis.* 63. *per totam*.

543 Et ratio est, quia ei sufficit solũ assignari, id, quod alijs monialibus assignari solet, & ratio rõis est, quia de naturali æquitate minus datur nubẽti monasterio quã nubẽti seculo cũ ea ornamẽtis nuptialibus, nec filiorũ expẽsis indigeat, veluti de ista communi obseruantia testatur *Card. Mantica de tacitis lib.* 12. *tit.* 25. *n.* 30. & *Rota dec.* 480. *par.* 1. *in recen.*

544 Et tenendo primam opinionem, vbi dicitur, quòd per renunciationem à filio, siue à filia factam legitimæ præiudicatum non censeatur. Amplia eam multò magis procedere, quando renunciatio esset meticulosa, & tunc nihil refert, siue metus sit magnus, siue sit modicus, vt est ille reuerentialis, sed est bene verum, quod metus ex sola reuerentia patris non sufficit ad annullandam renunciationem filij, nisi etiam sæuitia patris concurrat, & ea talis per filium erga patrem probari debet, quæ verè illum induxerit ad renunciandum, veluti fieret si ille probaret patris sæuitiam, puerilem ætatem filij, & consuetudinem patris in verberando filium, & similia; Alias his non probatis metus non esset admittendus, vt ait *Bart. in l.* 1. *§. quæ oneranda, ff. quarum rerum act. non detur Ias. in cons.* 3. *num.* 6. *lib.* 1. *Natta cons.* 589. *num.* 11. *Socin. Iun. cons.* 77. *num.* 154. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 1073. *num.* 3. *lib.* 11. *Surd. cons.* 513. *num.* 27. *Caputc. decis.* 159. *num.* 33. & *Greg. decis.* 120. *num.* 22. *Boer. decis.* 100. *num.* 11. *Seraph. decis.* 818. *num.* 1. & *seq. Rota decis.* 341. *par.* 2. *nouiss.*

545 Et ratio quare metus actum annullet, ea est, quia metus libertatem voluntatis tollit, & perinde est, ac si actus gestus non fuisset, veluti videmus contingere, etiam in metu carceris, ob quem actus ibi gestus sit nullus, quia dici solet, quod vbi non est libertas corporis, ibi non est libertas mentis, & propterea cautela est, vt carceratus in tuto ponatur ad hoc, vt actus per eum gestus valeat; immo neque sufficeret etiam si esset extra carceres, sed sub custodia birroariorum, quia tunc dicitur, etiam causam metus durare, *Farinacc. in sua prax. Crim. tit. de carcer. & carcerat. quæst. vltima per totam Osasc. decis.* 179. *num.* 11. & *ita fuit latè deductum à Rota in vna Romana repetitionis indebiti tertia Aprilis* 1610. *coram* R. P. D. Pirouano, & *in alia Foroliuien. nullitatis obligationis Lunæ* 20. *Maii* 1613. *coram Card. Sacrato*.

546 Fallit tamen, quando quis iustè carceratus fuisset, quia tunc contractus factus in carcere valeret, & tanto magis ad fauorem tertij, cum eo casu allegatio metus non suffragetur, vt fuit decisum in illa *Romana repetitionis indebiti coram Pirouano, & prius in Romana census Lunæ* 3. *Iunii* 1602. *coram Card. Pamph. & Franc. Marc. decis.* 377. *par.* 2.

547 Fallit secundò quando quis contraheret extra carcerem penitus liberatus; secus autem, si fuisset ex eo extractus ad cautelam, vt contractus valeret, quia tunc talis cautela fraudolosa censetur, vt ait *Franc. Marc. d. decis.* 377. *num.* 1. Immo neque etiam (vt superius diximus) ratificatio post carcerationem approbaret contractum, si eadem causa metus duraret, vt ait *Surd. cons.* 501. *num.* 19. & *Rota in d. Romana repetitionis indebiti coram Pirouano*.

548 Extende, quòd eo minus ratificatio extra carcerem suffragetur, si prius carceratus ante obligationem fuisset protestatus in aliquo officio, quod ipse se obligare non intendebat: quòd enim pro cautela dat *Rota decis.* 490. *par. prima in recentior.*

549 Subextende, quòd neque clausula illa sponte, &c. neque iuramentum con-

purgat contractum ipso iure nullum, vt ait *Rota per Greg. decis.* 336. *nu.* 4.

550 Contrarium, quòd scilicet metus expurgetur ex superuenienti ratificatione, & ex interuentu amicorum, vel consanguineorum, nec non ex clausula spōte &c. item ex probitate Notarij, & Iudicis præsentia, ait *Rota in vna Viennen. Archidiaconatus prima Iulij* 1580. *coram Cardin. Lancellotto*, quæ est inter *crim. Farinac. decis.* 20. *per totam*, & *per Greg. decis.* 120. *num* 15. & 25. & *Seraph. decis.* 818. *nu.* 4. vbi firmat metum excludi ex qualitate personarū loci, & circumstantiarum, licet cum ea distinctione *ibidem num.* 5. *in dicta de.* 818.

551 Concorda, vt prima opinio procedat, quando essemus in contractu, qui ipso iure esset nullus, vt est ille in carcere factus, siue quando aliquis actus positiuus, & vltroneus pro expurgatione metus non induceretur. Secunda verò quando secus; idest si contractus nō ipso iure, sed ope exceptionis esset nullus, vel si aliquis actus positiuus, & vltroneus post ratificationem fuisset à ratificante gestus, & ratio istius differentiæ ea est, quia illæ qualitates, & circumstantiæ non purgant metum in contractu ipso iure nullo, cum non entis nullæ sint qualitates, vt ait *Rota per Greg. decis.* 336. *num.* 4. & *Seraph. dec.* 818. *num.* 4. & 5.

552 Extende quintò, dictam regulam septimam eò magis procedere, quando de tempore renunciationis nullum ius super legitima renuncianti competebat; quod enim ex duabus rationibus comprobari videtur, & primò, quia renunciatio (vt superius dixi) nunquam ad incogitata, & futura trahitur: Secundò, quia in generali renūciatione, nunquā id venit, quod specialem prouisionem requirit, vt ait *Rota per Greg. XV. in sua decis.* 568. *nu.* 4. & 5.

553 Extendo sextò procedere, etiam si filius solum simpliciter patris iudicium agnosceret; veluti hæreditatem adeundo; quia non ob id sibi præiudicare censetur, quoad legitimæ supplementum, ob eam rationem: quia nunquam renunciatio legitimæ, neque alterius iuris præsumitur, quando alia coniectura capi potest, & propterea specialis mētis de ea est necessaria, *vt ait Rota decis.* 419. *nu.* 6. *par.* 2. *in recent.* & *decis.* 200. *num.* 5. & *decis.* 206. *num.* 4. & *seqq.* & *decis.* 449. *num.* 3. & *decis.* 479. *num.* 8. & *decis.* 653. *num.* 9. *par.* 1. *in recent.* & ita quoque fuit dictum in *Foroliuien. Fideicommissi* 9. *Maii* 1612. *coram* R. P. D. Pamphilio me scribente, & obtinente, & nouissime *Argel. de legit. contradict. quæst.* 13. *art.* 5. *num.* 59. & *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 602. *num.* 6. & *seqq.* & *nouissimè fuit resolutum à Rota in Anconitana legitima Luna* 28. *Ianuarii* 1636 *coram* R. P. D. *Dunozetto*, vbi ampliat id quoque procedere, etiam si filius acceptasset testamentum expressè in ea parte, in qua fuerat prohibita legitima, referendo se ad illud in omnibus, & per omnia, quia non per hoc filio præiudicatur in legitima, *vt fuit decisum in præalleg. decis.* & *præsertim coram Greg. in decis.* 489. & *ibi coram Dunozetto*, dicens quòd huic non obstaret dicere, quòd ex quo nunquam filius viuens ab huiusmodi prohibitione non reclamauit, ergo nec per consequens istud ius poterit in eius filium transferre, & præsertim illud pro remouendo onere legitimæ iniuncto, cum istud ius personale dicatur, nec per cōsequēs in aliū transmissibile; quia vltra, quod alij sunt qui contrarium tenent *allegati à Rota ibi coram Dunozetto*, Deinde quando onus ipso iure reijcitur, & sic quando lex de per se operatur, tunc hominis prouisio non est necessaria; nam frustra quis petit, quod intus habet, & tunc ipso iure lex operatur in hoc quando onus sit iniunctum legitimæ in testamento, at secus esset, quando illud per viam contractus imponeretur, quia tunc lex non operatur ipso iure, sed bene per viam exceptionis reclamando; *vt ait Rota in decis.* 488. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Card. Seraph. decis.* 416. *num.* 4. & 22. & *decis.* 539. *nu.* 3. & *in illa Anconitana legitima coram Dunozetto.*

554 Vnde videmus, quòd ad hoc, vt filius, siue filia dicatur agnita in suam, opus est, vt de legitima mentio fiat; adeò vt non sufficiat, etiam quòd eis fuerit aliquid iure institutionis relictum, veluti fuit decisum à *Rota per Greg. in sua*

sua decis. 565. *num.* 9. *Thes. decis.* 159. *num.* 17.

555 Et ratio est, quia agnitio specialis, & non generalis talem approbationem inducit, *vt ait Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 472. *nu.* 23. *& Rota decis.* 200. *num.* 5. & *decis.* 479. *num.* 8. *parte.* 1. *in recentioribus* Et propterea hinc fit, etiam, quod filius legitimam non ammittit, etiam si esset præsens donationi factæ à patre, & illi consensisset; siue restitutionem fideicommissi promisisset, *vt ait Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *n.* 27. cum alijs ibi per eum allegatis.

556 Subextende primò prædicta procedere, etsi pater dixisset filium debere esse tacitum, & contentum de eo, quod sibi fuit relictum, vt fuit decisum *à Rota in Romana Palatii dell'Aquila* 2. *Aprilis* 1609. *coram Card. Marcomontio*, *& in illa Foroliuien. fideicomissi coram Pamphilio*.

557 Et ratio est, quia huiusmodi prohibitio à lege reiecta, & reprobata reperitur, & pro non scripta habetur. Immò filius isto casu agendo, factum Patris impugnare non dicitur, & sic illa simplex hæreditatis aditio, siue illa bonorum retentio, & acceptatio ei non præiudicat, quoad legitimam, quam si postea petierit, non ob id contra factum patris venire dicetur, *vt ait Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *num.* 73. *& ita fuit dictum in Romana supplementi legitimæ* 13. *Martii* 1579. *coram Clemente* 8. & in omnibus al js decisionibus in extensione sexta allegatis.

558 Secus autem, quando filius aliquem in dicta hæredicate patris instituisset hæredem, quia tunc per eum diceretur agnita legitima, & sic per illã institutionem de ea disposuisse, *vt ait Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 594. *num.* 18. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 1. *num.* 488. *& consil.* 77. *num.* 21. & 22. *& Aym. cons.* 261. *n.* 3. *vers.* 2. *addo*, & facit doctrinam *Peregr. de fideicom. artic.* 36. *num.* 95. & *Guidopap. decis* 96. *num.* 2.

559 Contrarium illi primæ subextensioni, *ait Guidopap. dec.* 93. *num.* 1. & 2.

560 Concorda, quòd licèt prima opinio procedat, quando filius accepit legatum à patre sine protestatione, veluti, quia non dixit illud acceptare, sine tamen præiudicio residui legitimæ portionis, sibi debitæ de iure naturæ, quia tunc de relicto deberet esse tacitus, & contentus, secunda verò procedit quãdo legatum cum ea protestatione recepit, vt *ait idem Guidopap. d. decis.* 93. & *Rot. per Greg. decis.* 489. *nu.* 27.

561 Subextende secundò, quòd si filius, siue ascendens fuerit prohibitus quicquam vltra relictum petere, non tamen censetur prohibitus legitimam prætendere ex persona cohæredis, qui noluit adire, & cuius ipse sit hæres, *vt fuit dictum à Rota in Romana domorum Luna* 13. *Ianuarij* 1625. *coram* R. P. D. *Remboldo*, quæ est penes *Merlinum de legitima decis.* 127. *num.* 7. Immò hic obiter notandum erit, quòd si adesset statutum, quod mandaret, vt filia nil aliud petere posset, nisi id, quod ei pater reliquit, tunc illud intelligendum venit, vt ea nil aliud petere possit ab hæredibus sanguinis, & sic à descendentibus masculis, at secus ab alijs, vt fuit declaratum *à Rota in Romana de Lante* 11. *Maii coram Clemente Octauo allegati in alia* Romana *Legitimæ* 23. *Iunii* 1597. *coram Card. Pamph. & prius in alia Romana supplementi Legitimæ* 23. *Octobris* 1581. *coram* Cantuccio.

562 Subextende tertiò, quòd licèt illud supplementum à filio non petatur, tamẽ peti poterit à nouerca, & sic à Coniuge secundi matrimonii, & ita beneficio filii hoc modo vti, *vt ait Put. decis.* 16. *num.* 1. & *seq. in fin. lib.* 2. & quæ portio tunc illi competat videndus est *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 300. *nu.* 23. quod tamen intellige verum, quando mater aliò modo illius legitimæ non esset incapax, veluti dixi supra sub *num.* 170. *cum infinitis seqq.*

563 Subextende quartò, idem parimodo procedere, quando essemus in prætensione maternæ dotis, quam filius consequi valeret, non obstante, quòd pater ei relinquendo dixisset, debere esse tacitum, & contentum de suis bonis: quia bona patris dicuntur deducto prius ære alieno, vt est dos matris; nec per consequens eam petendo filius diceretur contra factum patris venire, iuxta tradita per *Guidopap. in sua decis.* 93. *nu.* 2. *& Rota per* Greg. XV. *decis.* 102. *& in*

Ferra-

573 Extende quartò, quòd neque minus confessio patris præiudicet filio in materia legitimæ, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. decis. 609. num. 3.*

574 Tenendo autem secundam opinionē vti magis comunem, extende primò, eā multò magis procedere, quando duę prohibitiones concurrerent; nempè illa statuti, & altera testatoris, quia tunc ad illius supplementum nullo modo agi posset, vt fuit dictum in illa *Rom. supplementi dotis coram de Grasiis.*

575 Et licet aliqui dicant id non habere locum in dotata ab extraneo veluti testatur *Aym. in cons. 236. n. 4. & 5. allegatus à Rota in d. Rom. supplementi dotis coram D. de Grasiis.*

576 Contrarium tamen fuit dictum à *Rota in vna Balneoregien. 16. Maii 1594 coram Card. Pamph.* & *in alia Romana hæreditatis de Sellis Mercurii prima Iulii 1598. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressi. decis. 1291. n. 1.*

577 Ratio autem istius vltimæ opinionis ea est, quia sufficit, vt sorores sint congruè dotatę à quocunque ad hoc, vt de fratribus illę conqueri non possint, vt ait *Thes. decis. 62.* & *Rota per Put. in dec. 277. num. 2. lib. 1.* vbi loquitur in materia statuti Vrbis *in cap. 24. de success. ab intestat.* vbi sorores excluduntur propter fratres, & *est dec. Card. Seraph. 1291. per totam,* & *Rota in d. Balneoregien. 16. Maii 1594. coram Card. Pamphilio.*

578 Secus verò, quando statutum vlterius procedendo specificaret personas, à quibus eas dotari voluerit, quia tunc filia ab hæreditate eorum non expressorum, à statuto exclusa non veniret, vt ait *Put. d. decis. 277. num. 2. lib. 1.*

579 Quod enim extende eodem modo procedere in legitima sibi debita in bonis matris, de qua non priuatur filia, etiam, quod sit dotata, vt ait *Franch. Viuius decis. 187.* & *Marta in verbo legitima tom. 5. cap. 44. in sua compilatione decisionum.*

580 Extende secundò, illam secundam opinionem in ea parte, vbi fuit dictum legitimam posse minui per statutum, multò magis procedere, quando illud prohiberet in specie, ne filia dotata aliqu d petere possit, ratione legitimæ, vt est statutum Bononien. vt ait *Rota decis. 195. num. 5. par. 2. in recentior.* & *ita dicunt DD. allegati in dicta Romana supplementi dotis coram D. de Grasiis,* & in terminis dicti statuti Bononiæ tenuit *Rota in Bonon. fideicommissi de Ronco Luna 16. Ianuarii 1586. coram Comitulo.*

581 Extende tertiò, eam procedere stante prægnantia verborum statuti, id prohibentis, quia tunc non esset habenda ratio congruitatis dotis, & legitimæ, cū valcat argumentum de vno ad aliud, vt ait *Rota per Greg. XV. d. decis. 489. n. 17. cum aliis ibi allegatis.*

582 Extende quartò, quòd neque habeatur respectus ad qualitatem personarū, licet soleat in iure dici, quòd filiæ æquè benè dotantur, dummodo æquè benè locentur, veluti dicam in verbo dos, & ita quoque ait *Rota per Greg. decis. 63. num. 22.*

583 Extende quintò, quòd neque minus possit supplementum legitimæ peti habito respectu ad alimēta sub ea ratione, quòd dos, siue legitima loco eorum succedat, quia pręterquàm quòd valet argumentum de alimentis ad legitimam, siue illius supplementum; deinde facit quoque illa ratio, quòd scilicet legitima minui possit ex statuto, vt ait *Rota per D. de Grasiis in illa Romana supplementi Card. Seraph. decis. 93. n. 3. Cappel. Tholos. decis. 437. & Mysing. decis. 43. lib. 5.*

584 Et prędicta, quę fuerunt dicta de filia valente suam legitimam, siue illius supplementum petere, procedunt etiam in spuria legitimata à patre, quia deleta omni macula mediante legitimatione, illa potest legitimam in bonis patris petere; licet secus esset, si solum in legitimatione fuisset habilitata succedere in eo tantum, quod ei pater relinquere voluerit, cū clausula, nec alias, nec alio modo, quia tunc nō posset legitimā contra patris voluntatem prętendere, vt de veriori opinione testantur DD. allegati à *Rota decis. 195. n. 6. p. 2. in recent.*

585 Sed hic erit notandum, quòd quando fit locus huic petitioni supplementi legitimę, tunc tempus mortis patris erit expectandū, licet tamen secus esset respectu congruitatis dotis, quia tali casu tempus dotationis, & assignationis dotis esset attendendum, vt ait *Gramat. decis. 57. n. 30. Peregr. cons. 14. n. 14. & seq. lib. 2.*

A a

lib. 2. & Rota dicta decis. 195. num. 3. & 4. par. 2. in recent. Et propterea hinc fit, quòd si postea valor rei dotalis crescat, tūc illud augumentum ad commodum, & vtilitatem eius resultare debet, cui res assignata fuit, vt ait *Rota per Card. Seraphin. in sua decis. 931. num. 3. cum aliis ibi per eum allegatis.*

586 Fallit tamen primò, dicta regula septima, veluti si pater in testamento de omni hæreditate disponeret ad fauorem filii, sed eum grauando in legitima diceret, casu, quo filius meus nolit dicto oneri, ac grauamini acquiescere, tunc censeatur solū institutus in legitima, quo casu, si filius simpliciter hæreditatem adierit, tunc illi oneri acquiescere, & per consequens, quoad detractionem legitimę, sibi præiudicare cēsetur, vt pulchrè distinguendo, ait *Rota decis. 653. n. 13. & prius dec. 200. n. 6. & dec. 209. n. 4. & dec. 479. n. 8. p. 1. in recent. & Grat. lib. 2. discep. c. 247. n. 32. & seqq. Afflict. decis. 178. Mysing. obseru. 36. cent. 1.*

588 Contrarium tamen, quando filius non solum nō fuit institutus in legitima in euentum, quòd hæreditati non renunciaret, nec minus in tota hæreditate fuerit institutus; sed immo potius omni commodo testamenti, & paternæ dispositionis fuerit priuatus, quia tunc filius de inoff. conquæri posset, vt hoc modo distinguendo fuit dictum à *Rota in Romana de Lante* 11. *Febr.* 1583. *coram Clemente* 8. *& in alia Rom legitima* 11. *Decembris* 1609. *coram R.P.D. Manzanedo, quæ est decis.* 200. *in* 1. *par. recent.* & *ibid. decis.* 206. *n.* 4. & *Mastrill. dec.* 181. & *Peregr. de fideicomm. art.* 36. *nu.* 62. & *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 245. *n.* 4. & *lib.* 5. *c.* 963. *n.* 4. & *Rota per Greg. dec.* 489. *n.* 21 & *Surd. de alim. q.* 15 *n.* 178. & denique fuit ita resolutum à *Rota in Anconitana legitima Luna* 28. *Ianuarii* 1630. *coram* R.P.D. *Dunozetto*, & ibi propterea ait, quod valdè differunt isti duo termini; nempè, vt filius in casu contradictionis remaneat solum institutus in legitima, aut, quod priuatus remaneat ab omni commodo hæreditatis. Nam in primo casu ex quo filius est institutus in legitima, & per consequens reliquatum super legitimam posse prætendi excluderetur; In secundo vero casu, ex quo filius fuit priuatus legitima, sub eo præcepto priuationis à tota hæreditate, & tunc id tanquam factum in fraudem legis corruit in totum; quod enim quoq; procedit, etiam, quod adesset clausula omni meliori modo, si tamen ea non fuisset apposita dispositioni propriæ legitimæ, sed solum in fine testamenti, quia tunc non posset illa clausula plus operari, quā illud, quod in testamento fuisset dispositū, vt ait *Rot. ibi coram Dunozetto, & dec.* 206. & 653. *p.* 1. *rec. & per Greg. dec.* 489

588 Concorda igitur, quòd doctrinæ allegatæ pro prima opinione procedant inspecto iure antiquo, iuxta cuius dispositionem filius agnoscendo paternam hęreditatem, eique se immiscendo, dictæ dispositioni, ac suæ legitimæ renunciare censebatur, nec eo casu erat locus quærelæ pro impugnādo patris iudicio; quia hoc modo filius acceptando legitimam, eam censebatur acceptare cū sua causa, & onere, necnon cum suis vitiis: Secūda verò opinio procedit de iure nouo, & sic de iure Codicis, *per text. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff test.* obquā omne ius, & grauamen venit reiiciendum, nec propterea erit sufficiens simplex hæreditatis agnitio, sed expressa renunciatio legitimę erit necessaria, vt dicunt *DD. alleg. à Grat. lib. 2. discept. c. 249. n. 5. & lib. 4. c. 731. n. 7. & Rot. in d. Rom. de Lante coram Clemēte, & in illa Rom. legit. coram Manzanedo, & per Greg. dec.* 489. & præsertim quando admixtio esset filiis damnosa, vt ait idem *Grat. lib. 4. discept. c. 602. n. 6.*

589 Prędicta tamen non procedunt dum hęc duo copulatiuè in renunciatione cō currerent. Et primò quando verba adeò essent generalia, vt specifice approbationi, ac legitimę renunciationi ęquipollerent. Secundò, si illa renunciatio ad aliud applicari non posset, iuxta Doctr. *Peregr. in consi. 68. n. 13. & 14. lib. 1. quem secuta fuit Rota in Ianuen. fideicommissi* 9. *Decemb.* 1613. *coram Pirouano, & nouiss. Grat. lib 4. discept. c. 751. num. 18. & seqq. & prius cap. 602. n. 8.* vbi ait, quod renunciatio legitimę nunquam est præsumenda, prout nec alterius iuris, quando alia coniectura capi potest, & *Surd. consi. 35. n. 2. lib. 1. & Menoch. consi. 71. n. 23.* & veluti ex mente Rotę dixi superius sub *num.* 553.

Vnde

590 Vndè ex prædicta distinctione infertur, quòd si pater prædictū modum in oneranda legitima filij non seruabit, vtique testamentum illud non valebit, nec filius teneretur fructus ex illius hæreditate perceptos in legitimam computare; alias secus, iuxta opinionem Cumani, qui tamen communiter reprobatus reperitur, veluti testatur *Rota in decis. 653. prope finem parte prima in recent. & per Gregor. dicta decis. 489. num. 21. & seqq. & pro hoc adest cautela Socc. Iun. consil. 212. alleg. à Rota in Romana legitimæ 11. Febr. 1609. coram* R. P. D. *Manzanedo; & in alia Anconitana legitima Lunæ 28. Ianuarii 1630. coram R. P. D. Dunozetto.*

591 Extende prædicta eodem modo procedere, quando testator vellet, vt legitima in vsufructu comprehenderetur, quia nisi id expressè dicatur legitimam esse compensandam cum eo, quod plus in proprietate relinquitur, ea vtique non comprehenderetur, licet quoque de magno esset facta institutio, cum in hoc sit necessaria specialis mentio, vt dicunt *Thes. decis. 184. num. 9. & prius decis. 137 per totam, & Lepid. decis. Lucens. 57. columna septima in fine; & Rota dicta decis. 653. num. 13. parte prima in recent.*

592 Subextende idem pari modo procedere in vsufructu omnium bonorum vxori relicto, in quo legitima filiorum contineretur, quando de ea esset expræssè facta mentio; alias secus, & tali casus illud onus adeò in ea sustineretur, vt nec illud à filio reiici vllo modo posset, veluti fuit ita decisum in *Romana legitima, 21. Decembris 1609. coram R. P. Domino Manzanedo, & in alia Romana Palatii 2. Decembris 1609. coram* Card. *Marcomontio.*

593 Rursus extende illud ius legitimæ adeò filiis competere, vt propterea sit quoque ad hæredes eorum transmissibile, vt ait *Ruin. consil. 22. num. 16. lib. 3. & ita quoq. fuit dictum in vna Rom. supplementi legitimæ 13. Martii 1579. coram Clem. 8. quæ est dec. 668. p. 1. nouiss. diuers.*

594 Subextende primo, quòd illud quoque, licet non agnitum sit ad quoscūq; hæredes, etiam extraneos transmissibile, & sic ab extraneo, siue illius auctore perti poterit, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. c. 743. n. 1. & prius cap. 602. num. 2. Aym. cons. 312. num. 5. Dec. cons. 218. num. 4. Ruin. cons. 26. num. 12. lib. 3. & Rota in d. Romana de Lante 9. Iunii 1578. coram Clemente Octauo.*

595 Et ratio est, quia transmissio legitimæ non fit ex iure suitatis, sed ex priuilegio legis, & propterea hinc fit, quòd ea sine vlla agnitione transferatur, vt ait *Bartol. in l. si arrogator num. 14. ff. solut. matrim. Ruin. cons. 107. num. 12. lib. 3. Crassus in §. legitima quæst. 37. & Rota decis. 688. par. 1. diuers.*

596 Secus autem contingit in hæreditate, quæ antequam adeatur nullam actionem tribuit, sed solum dat hæredi ius adeundi consistens in mera voluntate adire volentis, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano lib. 1. discept. cap. 118. num. 37.* & ita quoque fuit latè deductum in alia *Romana supplementi legitimæ de Vitellis 9. Iunii 1578. coram eodē Clem. 8.* licet tamen regula illa pluribus modis fallat: & Primò, ratione suitatis, Secundò, beneficio iuris deliberandi, Tertiò, ex beneficio l. Vnicæ, C. de his, qui ante apert. tab. Quartò, ex causa iustæ ignorantiæ, quia tunc ius illud per restitutionem in integrum transmittitur, *Ias. in l. 1. ff. de vul. & pupill. num. 35. & Rota in Vrbeuetana hæreditatis 24. Iunii 1594. coram Card. Blanchetto, & decis. 259. p. 2. in recent.*

597 Ratio autem illius differentiæ inter legitimam, & hæreditatem ea est, quia legitima est quota bonorum, non autem hæreditatis, & ideo tanquam certa bonorum portio in quolibet corpore hæreditario consistens, illicò filijs, ac eorum hæredibus debita censetur, vt est *text. in l. Papinianus, §. quarta de inoff. test. & Afflict. in decis. 381. num. 2.* & propterea videmus, quod filius institutus à patre in re propria filij censetur præteritus quia ex bonis patris illius legitimam detrahere debet, vt ait *Bald. in l. scimus n. 10. vers. quinto quæro, C. de inoff. testam. vbi Castr. n. 5. Ias. n. 3. vers. limita quando restitueret, Cassian. in consuetud. Burgundiæ tit. de success. §. 3. vers. sic cōsentiēs.*

598 Et sic igitur erit notandum ex superiori subextensione, quòd adeò incontinenti ac quiritur legitima filio, vt no-

que illam possit ipse in fraudem creditorum repudiare, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 271. num. 2.*

599 Declara id, quod fuit dictum de legitima in hac materia repudiationis procedere, etiam in illius supplemento, vt ait *Peregr. de fideicom. art. 3. n. 129.* & *de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 39.* Nec isto casu facit, quicquam in contrarium regula illa, quod scilicet in quærendis possit debitor creditoribus præiudicare, quia id procedit, quando factum illius voluntarium non est preordinatum ad damnum creditorum, veluti quando illud à lege proueniret; licet secus quando ad eorum damnum esset illud factum preordinatum, quia tunc debitor non posset creditoribus preiudicare, vt hic, & propterea videmus etiam, quod confessio debitoris anterioribus præiudicium non infert, etiam si in testamento fuisset emissa, sed tunc ea solum in vim legati sustineretur, vt ait *Costa de port. rata q. 74. n. 12. & in tract. de fact. scient. & ignor. par. 1. inspect. 54. num. 3. Neguss. de pig. parte quinta membr. 5. num. 45. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. quarto, num. 2.* Dec. *consil. 88. num. 3. Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. tertio, & in l. si rem ff. quibus mod. hipoth. solu.* & *Bald. in l. 2. num. 17. C. de rei vindicat.* & *Surd. dec. 150. & prius decis. 102. num. 14.*

600 Preterea erit animaduertendum, quòd legitima dicitur viuente patre filio debita ex dispositione legis, ita vt eo mortuo filius non dicatur de nouo acquirere, sed benè in eum dominium continuare, & propterea videmus, quòd filius viuente patre potest illius legitimam hypothecare, vt ait *Peregrin. de fideicommiss. artic. 3. num. 130. & seqq.* & *ita Rota decidit in decis. 563. num. 3. par. 2. in recent.*

601 Quod enim extende primo procedere, tàm in filio debitore hypothecario, quàm etiam chirographario, & sic personali, vt ait *Peregrin. dicto artic. tertio, num. 130.* licet *Anchar an. in suo consil. 101. colum. penult.* contrarium sentiat in habentibus personalem tantum, quod tamen non placet Peregrino per ea, quę ait etiam in suo tractatu *de iure fisci, dicto titulo septimo, numero 39. cum aliis ibi per eum citatis.*

602 Extende secundò, id quod fuit dictum de filijs non posse creditoribus pręiudicare, multò magis procedere in eorum hęredibus, vt dicunt DD. *præalleg.* & *præsertim Soccin. Iun. cõs. 124. n. 3. li. 3*

603 Fallit tamen illa conclusio in Trebellianica, & falcidia, quia illę ipso iure non debentur, vt legitima, & propterea in illis potest filius creditoribus pręiudicare, vt ait *Peregr. d. art. 3. num. 131. de fideicommiss.*

604 Fallit secundò in legatis, & lucro dotis, nec non alijs lucris a lege prouenientibus, veluti etiam in fideicommisso, ante illius purificationem, quia cum dilatio sit inducta ad fauorem hęredis grauati; idcircò ante aduentum purificatę conditionis potest ille grauatus saltem, quoad fructus illis bonis renunciare; & sic hoc modo creditoribus pręiudicare, vt dicunt *Mangil. de imputatione legit. quæst. 4. num. 21. Peregrin. d. art. 3. num. 128. & de iure fisci, lib. 2. tit. 2. num. 27. Dec. cons. 260. Paris. cons. 127. lib. 1.* & *Bald. in rubr. C. de reuocan. his qua in fraud.* Credit.

605 Fallit vltimò, quoad fiscum, in cuius pręiudicium potest per filium legitimę renunciari post patratum delictum, quod tamen intellige procedere si id fuerit actum ante sententiam; at secus si post eam, vt ait idem *Peregr. d. art. 3. & in suo tract. de iure fisci, dicto lib. secundo, tit. secundo, num. 27.* & *Mangil. d. quæst. 4. num. 6. cum seqq.*

606 Subextende tertiò, quòd illud ius legitimę multò magis sit transmissibile ad filium filij, & sic ad nepotem defuncti, vt ait *Rota dec. 653. n. 4. p. 1. in recent.*

607 Subextende quartò, quòd nedum illud ius sit transmissibile ad hęredes extraneos; verum etiam in fiscum, etiam si filius eam in vita non petierit, quia illa petitio ad aliud non inseruiret, quàm ad euitandam pręscriptionem; secus vero, quoad ius illud petendi legitimam; quod enim transfertur, licet filius in vita tacuerit, nec vllum actum pro illius consecutione fecerit, vt ait *Ludouic. in decis. Lucens. 28. n. 27.* & quamplurimi alij allegati à *Gratian. lib. 3. discept. cap. 594. num. 12. & 13. cum seqq.* & ita quoq; fuit decisum in vna *Foroliuien. fideicommissi*

2. Maii

2. *Maii* 1611. *coram Card. Pamphilio me scribente*, & *obtinente*.

608 Contrarium licet illi secundæ parti teneant multi, quos citat idem *Gratianus ibi supra num.* 11. *& in addit. ad suam decis.* 4. vbi dicunt, quòd si, verbi gratia, pater donando prohibuerit, ne in fiscum legitimam ratione delicti transeat, tunc si filius non reclamauerit in vita, vt illud onus legitimæ annexum reijceretur, ita nec eius hæres id facere poterit, cum illud priuilegium sit personale, nec per consequens in aliû sit transmissibile, & ratio est, quia cum transmissio legitimę differat à grauamine illi iniuncto, vnde nimirum si onus possit à filio reijci ex priuilegio personali, & non ab hærede, in quem illud onus non transit, veluti transmissio illa, quæ fit ad hæredes ratione suitaris, vt ait *Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 983. *num.* 16. & 19.

609 Extende eodem modo procedere in patrono hęrede instituto in legitima à suo liberto, quæ licet grauari non possit, tamē si forte fuerit grauata, & patronus non contradixerit, neque postea, etiam suus hęres id facere poterit, ex rationibus superius adductis, vt ait idem *Gratianus d. cap.* 983. *num.* 22. ibi animaduertendo, quod hodie talis legitima est tertia in bonis liberti.

610 Concorda tu tamen, quod scilicet dicta prima opinio procedat respectu hęredis, etiam extranei, ad quem illud ius transfertur. Secunda autem procedit respectu Fisci, quia vltra, quòd ille non est propriè hæres, sed dicitur hæres anomalus, cū succedat filio inuito: deinde illa donatio à patre facta, vt legitima in Fiscū nō transeat, nullū cōtinet grauamen; sed benè vnā prouisionē ipsi filio fructuosā affert. Nam est valde fauorabile filio, vt Fiscus illi non succedat, veluti etiam ei esset fauorabile, si post delictum restitutus, illemet sua quoq; bona recuperaret, vt ait *Surd. in consil.* 412. *num.* 52. *lib.* 3. *Grat. d. cap.* 594. *n.* 12. *& seqq. & Mastril. dec.* 181. *n.* 19. *lib.* 2. & multa dicam in sequenti regula *in vers. fallit* 2. *sub n.* 656. Et propterea fatuus quidē esset ille filius si patre viuente procuraret, illud onus legitimæ annexū, eam non transeundi ad Fiscum, ratione delicti, fore reijciendum, cum huiusmodi prouisio sit ei fructuosa

filio, vt superius demonstrauimus.

611 Vndè clarius cōcordari pōt, vt scilicet prima opinio procedat, quoad transmissionē iuris petendi legitimā; quod enim ne dum transit ad extraneos hæredes, sed etiam ad fiscum. Secundà verò procedit respectu oneris legitimæ iniuncti quod si filius illud non reiecerit in vita, tunc eius hæres illud onus agnoscere cogetur, cum tale ius reiiciendi onus legitimæ iniunctum sit personale, vt mox diximus, nec propterea illius personā egredirur, vt latè contrarijs respondendo, ait *Grat. d. lib.* 5. *discept. c.* 983. *n.* 13. & *seqq. & Mastrill. d. decis.* 181. *n.* 9. *cum seqq.*

612 Subextende quintò, illud ius quoq; ad creditores transmitti, vt ait *Magon. decis. Flor.* 20. *n.* 12. veluti etiam ius legitimam detrahendi potest cedi idem *Magon. decis.* 20. *n.* 7. *eiusdem Rotæ Flor.*

613 Subextende sextò, quòd illud, quod fuit dictum de transmissione legitimæ filiorum, procedit, etiam, quoad eam ascēdentium, cum nulla sit inter eas differentia, vt ait Rota *decis.* 668. *n.* 3. *par.* 1. *nouiss.* & *nouissimè ita fuit decisum in Ariminen. de Scarponibus Lunæ* 5. *Maii* 1627. *coram* R. P. D. *Durano*.

614 Subextende septimò, quòd illud ius quoq; transmitteretur in Monasterium, si filius esset Monachus, quamuis etiam illud ignorauerit, vt ait *Boer. decis.* 250. *num.* 4. *Castrens. cons.* 34. *num.* 4. *Menoch. cons.* 77. *num.* 8. *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 271. *num.* 15.

615 Secus verò, si filius Monasterium ingrederetur viuente patre, quia tunc patre, & non Monasterium in illius bonis legitimam habere debet, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano lib.* 3. *discept. cap.* 519. *n.* 22. & 24. *cum aliis ibi alleg.*

616 Quid verò, si pater Religionem ingrederetur? an filius eo casu post emissam professionem a patre, possit illius legitimam consequi eo viuente, siue potius mortem naturalem teneatur expectate? in hoc tali modo venit distinguendum, nempè aut Monasterium illud est capax acquisitionis bonorū, aut nō; in primo casu pater nō tenetur legitimam assignare filio, nisi eo mortuo, quia tunc Ecclesia illa vtitur iure communi, quod vult, vt pater sit Dominus legitimæ filij eo viuente, nec filius interim habeat,

In hac pag. 285. *col.* 2 *lin.* 15. *ante n.* 612 *adde hæc verba.*

Sed declara tamē illud, quod fuit dictum de fisco in legitima filij ob delictum succedere debente, non procedere in Vrbe Romæ ex *Constit. Innoc.* IX. facta de mense Dec. 1591. registrata in *tomo* 2. *Cherubini fol.* 714. vbi prohibetur fieri confiscationem legitimæ filij viuente patre in illius deportationis solatium, ob quam amplius ab eo nullum subleuamen sperare valet; Licèt tamen ea Constitutio tàm in sacra Consulta, quàm etiam in Tribunali Gubernatoris Vrbis non seruetur, quando sumus in atrocissimis; & meritò quidē, aliàs filij de illius nō amissione confisi, facilius ad delinquendum allicerentur, quod nullo modo venit tollerandum, Quemadmodum, neque etiā in alijs leuibus delictis, quando aliquo modo posset argui concurrentia patris ad delictum filij, veluti, quādo ageretur, aut de vlciscenda iniuria patris, siue totius domus in communi, & de similibus, *arg. eorum, quę dixi superius sub nu.* 373. & 382.

nisi ius in spe, sed est bene verum, quòd in illo interim Ecclesia, siue Monasterium tenetur præstare alimenta filio. In secundo vero casu, vbi Monasterium bonorum est incapax, vt contingit in Minoritis, qui neque in communi, neque in singulari, aliquid in bonis retinere possunt, & tunc filij statim suam legitimam consequi valebunt, cum isto casu mors ciuilis eundem effectum repræsentet, quem illa naturalis, vt dicunt DD. *allegati à Grat d.cap.102.n.1.cum pluribus seqq.et veluti dixi inferius sub.n.*688

617 Et licet idem *Gratian. lib.5. discept. cap.815.num.9* dicat, quod filius non possit suam consequi legitimam à Patre, nisi eo mortuo; nihilominus id venit concordandum fœdere prædictæ distinctionis, vt in eo contrarietas euitetur.

618 Prædicta tamen, quæ fuerunt dicta de transmissione legitimę, absque illius agnitione, declara non procedere, quando essemus in filijs emancipatis, & in matre, aut in adire non valente, cum in illis ratio suitatis cesset, vt ait *Surd.consf. 341. num.14. lib. 3. Magon. decif. Flor. decima, & Alex. consf.55. num. 150. lib. 2.Crauett.consf.312.num.5.lib.2.*& *Dec. consf.217. num.4.*

619 Contra autem illam rationem, vt scilicet suitas non patrocinetur in faciendo ius legitimæ transmittere, videtur sentire, *Rota in decif.668.num.2.par.1. diversf.*ex illa ratione; quia ea legis priuilegio transmittatur.

620 Sed in omnem euentum ille, qui vigore transmissionis prætendit habere legitimam, ad hoc, vt ea hoc medio illi debeatur, tenetur probare filium patri superuixisse, vti suæ intentionis fundamentum, vt ait *Tusc.lib.3. q.forensf.qq.77.*

621 Regula octaua est, vt legitima tanquam de iure naturæ debita, nullo onere, nec vlla conditione grauari possit, siue loquamur de potestatiua, siue de casuali, aut de mixta, veluti titulo institutionis filijs ea quoq; venit relinquenda, vt ait *Rota per Card.Seraph.dec.743 num.6. Grattan. lib.4. discept. cap. 702. num. 18. & 20.* & *cap.731. num. 5.* & *Rota per Greg. decisf.34. num. 4.* & *Rota decisf.179. num. 4.* & *decisf. 259. num. 4.* & *decisf.373. num.2. par. 2. in recent.* & *in prima parte decisf.653.num.5.* & *prius decisf.200. num.1.* & *decisf. 318. num. 3.* & *de.ij.449. num. 3. Azor. in 2. parte instit. moral.cap.27.fol.128.*

622 Extende primo, regulam illam procedere, etiam si conditio esset honesta, & fauorabilis filio, nec non si cum pia causa certetur, vt ait idem *Gratian. d. disc. 702. n. 20.* & *731. n. 5.* velutii id quoque procedit, siue in legitima tantũ, siue etiam in totum fuerit institutus filius, vt ait idem *Gratian.lib.2. discept. c. 249. num.8. vbi multi DD. allegantur.*

Subextẽde id, quod fuit dictũ de institutione fienda filijs titulo honorabili de sua legitima, procedere etiam, & è conuerso, nempè, quòd filius teneatur relinquere patri legitimam eodẽ iure institutionis, siue simus in legitima aucta per statutum, siue de Iure Canonico, etiam quòd pia causa fuisset instituta, siue si testamentum inter liberos fuisset conditum; licet secus, quando essemus in legitima sublata per statutum, vt quia per illud mandaretur alimenta loco legitimæ pręstari, quia tunc illa non essent titulo institutionis relinquenda, cum eo casu amplius non tractaretur de natura legitimę; nam subrogatum non sapit naturam subrogati, quando illi est aliquid specialiter attributum, neque illud per consequens extenditur, quod fuit specialiter concessum, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano lib.primo discept. cap.44. num. 1. cum sequentibus.*

623 Contrarium, quòd scilicet legitima recipere possit conditionem, & onus ad comodum filii, siue ille sit maior, siue minor, ait idem *Grattanus lib. 5. discept cap.983. num. 26.* & *in hoc videndus est Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quaest. 20. per totam,* & ibi ponit in quibus aliis casibus possit legitima grauari, & nouissimè, *Fusarius de substit. quaest. 297. num. 22.* & *Marescott. var. resolut. lib. primo, cap.28.*

624 Concorda huiusmodi opiniones eadem distinctione, quam superius adduxi in pręcedenti regula; nempe, vt prima opinio procedat, quando dicta conditio honesta, & fauorabilis posset aliquo tẽpore, etiam si illã filius reiiceret, damnũ afferre; secunda verò, quãdo è contra, veluti si essemus in ea conditione per patrẽ apposita, ne filius vllã actionẽ in legitima

filii

filii habere posset, quia tūc ea esset à filio tollerāda, ex illis rōibus superius deductis *in vers. concorda tu tamen num.* 488. Et sic igitur secūdum rationis diuersitatem, in vtroque casu prædictas opiniones procedere, & conciliari poterunt, vt colligitur ex eademmet doctrina *Gratian. in d. cap.* 983. *num.* 25. *& seqq.*

Rursus cōcorda, vt prima opinio procedat iuxta resolutionem vltimo loco factam à *Rota in Romana de Margarit Veneris* 9. *Decembris* 1616. *coram Buratto.* Secunda verò iuxta opinionem, quam prius tenuerat *Rota in hac eadem causa de Margarit* 18. *Maii* 1582. *coram Robusterio in vim statuti Vrbis in antiq. cap.* 81. *lib.* 1. *& in nouo in cap.* 141. *eodem lib.* 1. à qua fuit postea recessum per Dominos in illa coram Buratto.

625 Sed tenendo primam opinionem, ampliaprimò eā procedere, siuè loquamur de legitima descendentiū, vel de illa ascēdentiū, quia ambæ pari passu ambulant; licet tamen in multis sit diuersitas inter illas, vt ait *Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 448. *n.* 27. & 28. & *lib.* 4. *c.* 702. *n.* 7. & multa dixi de eorum diuersitate in principio istius tractatus vbi recurrere poteris,

626 Extende secundò, regulam illam quoque procedere in legato facto pro dote filię quando nubet, quia illud onus nuptiarum reiicitur, quando tamen legatum illud esset debitum loco legitimę, vt ait *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 275. *num.* 22. *& ita fuit dictum à Rota in Ciuitatis Castelli Castri Montonis prima Decembris* 1578. *coram Clemente Oclano, & in alta Romana donationis* 26. *Maii* 1603. *coram Greg. XV. quæ est in eius impressi. decis.* 217. *num.* 2.

627 Contrarium tamen videtur fuisse decisum à *Rota in Romana de Maximis* 5. *Iulii* 1599. *coram* R. P. D. *Iusto*, vbi fuit conclusum illud legatum dotis de sui natura esse conditionale, & sic solum ad illud tempus nuptiarū esse debitum, *vt ait Card. Seraph. in decis.* 959. & *Rota dec.* 450. *n.* 2. *p.* 1. *in recent.*

628 Et tenendo hanc secundam opinionem extende primò eam in tantum esse veram, vt propterea, neque ius illud ad hæredes sit transmissibile, vt ait idem *Card. Seraph. dec.* 959. & *Rota dec.* 450. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* & *in alta Bononien. successionis Mere.* 11. *Februarii* 1595. *coram Card. Pamphilio*, vbi fuit conclusum, quòd si filia ante tempus nuptiarum moriatur, ius suum legitimæ non transmittit.

629 Extende secundò, vt neque filia de eo legato ante tempus nuptiarum disponere valeat, nec illud cedere, vel alio modo de eo contrahere, vt fuit dictum *in d. dec.* 450. *p.* 1. *in recent.*

630 Subextende prædicta eò magis procedere, quando adesset statutum, vt est illud Bononiæ, per quod legitima minui possit ex causa: quia tunc ei onus, & dilatio iniungi non prohiberetur, vt fuit dictum in illa *Bononien. successionis coram Pamphilio*, Secus autem, quando illud statutū speciale (vt est Bononię) non adesset, sed solum illud extaret, vt est in vrbe, quo caueretur mulieres dote, sibi data, vel relicta debere esse cōtentas, quia tūc dos nō posset grauari, etiā si statutū verbis valde generalibus id impugnari prohiberet, vt fuit dictum à *Rota per Burat. in sua dec.* 215. *n.* 1. *& ibi per addentem.*

631 Iusta enim causa minuēdi legitimam, ea erit ob conseruandam agnationem. Itē quando filio, siue filiæ aliquid assignaretur, vndè viuere, vel dotari possent, etiam si id, quod assignatur loco legitimæ non reseruetur. Iusta pari modo causa erit si per statutum (vt viduæ facilius virum inueniant) filii prohibeantur ex bonis maternis legitimam detrahere, vt ait *Surd. cons.* 91. *num.* 24. *Gabr. cons.* 116. *num.* 33. *& cons.* 153. *num.* 14. *lib. primo* vbi de verissima, & receptissima opinione testatur, & *Grat. lib. secundo discept. cap.* 300. *num.* 1. *& seqq. & Zuccard. cons.* 43. *num.* 3. & *latius cons.* 77. *num.* 1. vbi ait ita seruare consuetudinem totius Italiæ, & *Decianus cons.* 6. *num.* 13. *lib.* 1.

632 Contrarium tamen ei, quod de transmissione legitimæ superiùs diximus, reperitur decisum à *Rota in Romana supplementi legitimæ* 13. *Martii* 1579. *coram Clemente Oclano, & prius* 9. *Iunii* 1578. *coram eodem, quæ est decis.* 668. *par.* 1. *nouiss. diuersorum*, & *idem ait Gratian. lib* 4. *discept. cap.* 743. *num* 1. vbi dicunt quòd ius petendi legitimam, siue illius supplementum est ad hæredes, etiam extraneos transmissibile; idemque in præcedenti

denti regula comprobauimus.

633 Extende, quòd immo talis transmissio iuri accrescendi præfertur, vt ait idem *Gratian. lib. 5. discept. cap.* 807. *n.* 33. & *cap.* 983. *num.* 15. *vbi plures alleg.*

634 Concorda tu tamen prædictas opiniones tali pacto; nempè, vt prima procedat, quando essemus in extraneo dotante: quia tunc illud legatum in tempore nuptiarum, & non ante debetur. Secunda verò procedit in legato dotis relicto ab eo, in cuius bonis de iure naturæ vxori legitima debetur, quo casu nullum onus, neque vlla conditio ei apponi potest, vt fuit dictum à *Rota in vna Bononien. legati Luna* 17. *Decembris* 1607. *coram Greg. quæ est in eius impress. decis.* 344. *n.* 1. *cum seqq.*

635 Et nota, quòd tunc dicitur factum legatum pro dote, quando sub commemoratione nuptiarum fuit relictum, vt ait Rota *ibi supra*, & *Crassus in §. legatum quæst.* 48. *per totum Honded. cons.* 53. *per totum lib.* 2. *Menoch. cons.* 455. *Gaspar. Ant. Thes. quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 43. *& Castil. de coniect. vltim. volunt. cap.* 55. *num.* 54. *qui infinitos allegat.*

636 Rursus concordare possumus, vt dicta prima opinio procedat, quando dos nondum inceperit assumere naturam legitimæ, vt puta, quando pater adhuc eo viuente aliquam conditionem solutioni dotis adiecisset: quia tunc filia nullum ius super legitima habere potest, vt inferius suis loco, & tempore dicam, & sic eo casu onus, siue conditio per patrem apposita non potest reijci sub prætextu, quòd legitima debeat esse libera: quia id non procedit, quando pactum suum effectum producit viuente patre, vt de communi testatur *Rot. per Card. Seraph. dec.* 815. *n.* 5.

637 Secunda verò opinio procedit, quando dos effectum legitimæ fuerit sortita, vt esset si pater apponeret pactum, vt post mortem filiæ dos suis hæredibus esset restituenda, quia isto casu, cum post mortem patris filia plenum ius super dote, siue legitima consequatur, meritò si de ea libere disponere valebit, omne ius ei per patrē iniunctum reijciendo, vt ait idem *Card. Seraph. ibi supra dicta decis.* 815. *ferè per totam, & Rota decis.* 193. *n.* 2. *& 3. par. 2. in recent.* & *in* 1. *p. dec.* 450.

638 Tertio loco concorda, vt dicta prima opinio procedat, quando dos naturam legitimæ non dum assumpserit; veluti quia illius loco non succedat, vt esset, quando statutum excluderet fœminam solum ob masculorum existentiam, & non ex alia causa; nam isto casu legitima sublata censeretur, & dos ob matrimonium, & alimenta, non autem loco legitimæ reseruata intelligitur, & per consequens ei onus, & conditio tunc per patrem addi posset.

639 Secunda verò procedit, quando statutum non solum filias ob masculos excluderet; verum etiam ex alia causa, veluti quia dos filiæ fuisset iam data, vel esset danda, quia tūc legitima non censetur sublata, sed dos illo casu loco legitimæ reseruata dr̄, & propterea, neq; diem neq; conditionem, siue aliud onus recipere poterit, iuxta distinctionem traditam à *Castrensi in l. Titio centum §. Titio genero col. pen. vers. ego pluries ff. de cond.* & *demonstr. Alex. cons.* 179. *nu.* 5. *lib.* 5. *Zuccard. latè in suo cons.* 77. *num.* 10. & *de statuto Vrbis lib.* 1. *multa ait* Gabr. *cons.* 5. *lib.* 1. & *cons.* 139. *lib.* 2. & *Gratian. lib.* 2. *discept. c.* 300. *n.* 3. & *seqq.*

640 Vndè ex prædictis infertur, quòd dos possit succedere loco legitimæ, tàm ex dispositione statuti, quàm etiam ex illa testatoris; & præsertim quando statutum exclusionem fœminarum contineret, ob dotem eis datam: siue (vt mox dixi) si illa iam esset data, vt fuit dictum *in Perusina fideicommissi de Alphanis Veneris* 15. *Iunii* 1612. *coram Greg. quæ est in* 2. *par. recentior. decis.* 408. *num.* 1. & 2. & *in eius impress. decis.* 965. *num.* 2. & *seqq. & Capic. dec.* 176. *num.* 8. *Card. Seraph. decis.* 1315. *num.* 1. & 2. & *fuit dictum in vna* Callien. *dotis* 12. Decembris et 21. *Maii* 1598. *et in Perusina dotis* 10. *Maii* 1601. *coram* Cardinali *Mellino, et Rota decis.* 540. *num.* 1. *par* 1. *diuers. et fuit latè decisum in Romana de Marganis* 9. Decembris 1616. *coram* R. P. D. *Bucatto*, vbi aliæ decisiones concordantes allegantur.

641 Secus autem, si statutum simpliciter filias excluderet, & posteà mandaret eas dotari: quia tunc dos loco legitimæ non succederet *Soccin. sen. cons.* 13. *num.* 12. *lib.* 3. *Gabr. cons.* 11. *num.* 4. *et* 5. *lib.* 1. *Ioseph. de sess. decis.* 20. *num* 59. *& seq.*

& seq. & *Rota decis.* 540. *par. prima diuers.* & *per Card. Seraph. decis.* 959. *num.* 5. *& in Perusina dotis* 10. *Maii* 1602. *coram Card. Mellino, & latè in firmana legitimæ* 30. *Octobris* 1617. *coram R. P. D. Vbaldo.*

641 Vndè in isto secundo casu põt pater grauare filiam in dote onere fideicommissi, & sic in ea illi substituere, vt fuit dictum in dicta *Romana de Marganis* 18 *Iunii* 1582. *coram* R. P. D. *Robusterio.*

643 Contrarium licet videatur fuisse resolutum in *Romana de Crescentiis* 17. *Februarii* 1570. *&* 13. *Ianuarii* 1572. *coram eodem.*

644 Cõcordãtur tñ huiusmodi opiniones *à Rota in Perus. dotis* 10. *Maii* 1602 *coram Card. Mellino, vbi loquitur de statuto Rocchæ Contradæ, illi Vrbis simili in c.* 141. *lib.* 1.

645 Animaduertendo tamen, quòd præ dictæ decisiones loquuntur in fratre, & patruo onus fideicommissi imponente, non autem in patre, vt ait *Gabr. cons.* 140 *lib.* 2.

646 Extende præterea, quod stante statuto prædicto fœminarum exclusiuo, si pater aliquid in testamento filiæ relinquat, tunc ea supplementum legitimæ petere non poterit, vt fuit dictum à *Rota decis.* 64. *num.* 10. *par.* 1. *in recent. & per Greg. in sua decis.* 135. *num.* 19. *& prius in Romana supplementi legitimæ* 8. *Februarii* 1593. *coram Card. Aragonio.*

647 Contrarium tamen esset, si illud statutum vlterius procedendo diceret, quòd filia dotata non succedat, nec aliquid petere possit, quia eo casu dos loco legitimæ succederet, & sic omne onus ab ea esset reiiciendum, nec non etiam transmitteretur, cum omnibus aliis priuilegiis dictæ legitimæ competentibus, vt dicunt infiniti DD. *allegati à Grattiano lib.* 4. *discept. cap.* 700. *num.* 29. *& prius lib.* 2. *cap.* 306. *num.* 3.

648 Extende hãc secundam opinionem, etiam procedere, veluti quando pater simpliciter agnosceret filias in suas, eis dotes iure institutionis relinquẽdo, quia dos loco legitimæ ex illius dispositione succederet, vt fuit dictum in *Albanen. legitimæ* 8. *Febr.* 1574. *coram* R. P. D. *Cotta & in alia Romana de Lante* 1. *Februarii* 1577. *coram Clemente Octauo*, & in hoc omnino recurras in verbo alimenta in ampliatione 28.

649 Extẽde secũdò prædicta, quoq; procedere ex dispositione statuti Vrbis, per quod dos loco legitimæ absolutè succedit, vt ait *Rota dec.* 381. *n.* 4. *p.* 2. *in recen.* & *decis.* 408. *num.* 1. *ibidem Card. Seraph. decis.* 1315. *num.* 1. *& in d. Rom. de Margantis coram Buratto.*

650 Declara tamen hanc secundam opinionem non procedere, si filia fieret vidua, & pater adhuc viueret, & ad illius domum reuerteretur, quia tunc dos loco alimentorum, & non legitimæ succederet, cum ea à patre ali deberet, sed per eundem illa dos pro secundis nuptiis esset conseruanda, vt fuit dictum in *Romana dotis* 8. *Martii* 1613. *&* 29. *Febr.* 1616 *coram Card. Verospio, quæ est decis.* 708 *par.* 1. *in recent.* & *in eadem* 26. *Aprilis* 1619. *coram R. P. D. Vbaldo.*

651 Secus verò si dicta viduitas filiæ post mortem dicti sui patris sequeretur, quia tunc dos loco alimentorum non succederet, sed illa ei esset assignanda, neque in tempore, neque in quantitate diminuta; sed si forsan ea post mortem patris amplius non nuberet, tunc illa dos inter eam, & fratres æquis portionibus hæreditariis esset diuidenda, vt fuit dictum *in dicta Romana dotis* 1619. *coram Vbaldo.*

652 Et redeundo ad dictam principalem regulam, extende tertiò, eam procedere, nempè, quòd legitima nullo onere grauari possit, etiam si filius hæres vniuersalis esset à Patre institutus, vt dicunt DD. *allegati à Rota in Romana legitimæ Veneris* 11. *Decembris* 1609. *coram* R. P. D. *Manzanedo, quæ est in* 1. *par. recent. decis.* 206. *num.* 1. *& seq.*

653 Fallit tamen illa regula, si pater reliquit legatum filio valde sua legitima pinguius, eidẽ illius detractiones prohibẽdo, cum hac tamen conditione, quòd in euentum contradictionis solum censeatur institutus in legitima, vt ait *Rota in dicta Romana legitima coram Manzanedo num.* 4. *& id ex cautela Soccin. Iun. in suo cons.* 212. *& ita quoque fuit dictum in alia Romana legitimæ Veneris* 27. *Iunii* 1614. *coram Card. Verospio, quæ est in* 1. *par. recent. decis.* 653. *num.* 13. *vbi fuit reprobata opinio Cumani in l. Filius famil.*

famil. ℞. diui, ff. de leg. 1. & *vt ait Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 65.* & *seq.* & *Rota per Greg. decis. 489. num. 21.* & *per addentes ibidem num. 27. Aegid. decis. Lucens. 57 col. 7.* & *Thes. decis. 137.* & *decis. 184. num. 9.*

654 Secus autem, si (vt iam diximus) pater diceret, quod illius voluntati contradicendo filius ab omni commodo paternæ dispositionis caderet, quia tunc, quoad onus legitimę iniunctum illud ipso iure reijceretur. Immo tunc filius posset de inofficioso testamento conqueri, vt ait *Rota in decis. 206. num. 2.* & *seqq. par. 1. in recent.* necnon in alijs decisionibus superius allegatis id comprobatũ reperitur, & veluti dixi supra *sub num.* 587.

655 Et ratio prædictorum ea esse videtur, quia pater relicta legitima filio potest de alijs suis bonis, tam in testamento, quàm in codicillis ad sui libitum disponere; vt fuit dictum in vna *Bononien. de Beroaldis Luna 15. Decembris 1603. coram R.P.D. Coccino, quæ est decisio 66 num. 1. par. 1. in recent.* & *Rota per Gregor. decis. 443.* & *ibi addentes,* & *nouissimè Gratian. lib. 5. discept. cap. 983. num. secundo.*

656 Fallit secundò, quando pater grauaret filium illi prohibendo alienationem legitimæ, vsque ad certum, & præfinitũ tempus, vtputa annorum triginta; quia tunc huiusmodi prohibitio valeret, tanquam ad fauorem; & vtilitatem filij resultans; vt ait *Gabr. qui infinitos allegat in concl. 1. num. 21. tit. de legitima, Roland. cons. 98 num. 25. lib. 2. Marta in sua decis. Pisan. 155.* & *in compil. decisionum in tom. 5. in verbo legitima, cap. 66* *Franch. decis. 14. num. 3. Magon. decis. 149* *Rotæ Flor. in fin.* & *Card. Seraph. decis. 1244. num. 9.*

657 Contrarium, quòd scilicet onus legitimæ ad tempus addi non possit, & quod eo non obstante possit per filium tantum vendi, quantum legitima importet, & sic huiusmodi vtilitati renunciauit *Gratian. lib. 2. discept. cap. 280. num. 37.* Veluti eodem modo dicitur de diuisione, quæ licet possit à testatore prohiberi, ne per aliquod tempus fiat, non per hoc tamen censetur prohibitum, quin diuisio fiat quando hæredes eam spontè facere vellent, vt ait idem *Gratian. ibi supra num. 38.* & *seqq.*

658 Extende idem pari modo procedere in prohibitione alienationis, puta ad 25. annos à testatore facta, quæ enim prohibitio non censetur compræhendere institutionem hæredis, nec minus alienationes necessarias; & ideo filius, cui fuit prohibita legitima, & grauata, poterit eã alienare, & sibi hæredem in ea instituere, vt dicunt infiniti DD. allegati à *Merlino de legitima, lib. 3. tit. 2. quæst. 12. num. 1.* & *seq. Rota decis. 10. num. 6. par. 1. in recent. Ossasch. decis. 49. num. 14.* Et ratio est, quia prohibitio, quando non est vetita ex aliqua causa hęredis institutionẽ non compręhendit, *Vinius decis. 187. num. 7. Caribar. decis. 70. num. 47. latè Decianus cons. 50. num. 12.* & *seqq* Veluti id non procederet, quando in prohibitione verba valdè generalia adessent, vt si diceretur, quauis causa, vel quouis modo, *Rot. decis. 323. num. 1. parte 1. allegat à Merlino ibi supra,* siue si illa verba extarent semper, & in perpetuum, *Cornaz. decis. 122. num. 7.* & *Rota decis. 121. num. 4. parte 1. nouiss.* Item si adessent etiam illa verba, quod bona conseruentur in sua agnatione, vel in suis descendentibus, vt dicunt DD. allegati à *Merlino ibi supra num. 9.* & *seq. Surd. decis. 84. num. primo, Thesaur. decis. 96. num. 29.* & *seq.*

659. Fallit tertiò, si pater prohiberet, ne ex delicto filij legitimam in fiscum transeat, quia tunc legitima non dicitur aliquod grauamen recipere; sed solum prouisionem filio fauorabilem continere censetur, cum sit valdè vtile filio, vt ei fiscus occasione delicti non succedat, vt ait *Surd. cons. 412. n. 52. lib. 3. Grat. lib. 3. discep. c. 594. n. 13. Cuccus de legitima tit. legitim. null. grau. admitt. num. 22. idem Surd. consil. 570. in fine,* & *Mastrill. dec. 181. num. 19. lib. 2. idem Gratian. lib. 5. discept. cap. 983. num. 25.*

660 Contrarium tamen, quòd scilicet dicta prohibitione non obstante, nihilominus fiscus succedat filio in legitima, quando locus confiscationi fiet, nulla habita distinctione, si filius eam petierit in vita, siue non, dicunt *Natta consil. 528. num. 26.* & *seq. Roland. consil. 31. num. 28.* & *33. lib. 1.* & *cons. 98. num. 11.*

lib. 2.

lib. 2. Clar. in §. final. quaest. 28. vers. Item quaero Rimin. Iun. cons. 50. num. 87. Menoch. cons. 77. num. 28. vers. Tertium casum, & Farinac. *in quaest. 25. num. 43. & latius in suo cons. 159. num. 39. cum seqq.* vbi testatur huiusmodi opinionem esse communiter à Doctoribus receptam, eamque in praxi non habere difficultatem.

661 Extende hanc secundam opinionem in tantum esse veram, quòd immo filius in legitima succedit, etiam si filius ei in vita renunciauit, & conquestus non fuerit, tanquam quid votum captandę mortis inducens, vt ait *Caphal. cons. 605. num. 21. lib. 4. Perege. de iure fisci lib. 3. tit. 10, num. 4. Gratian. lib. 4. discept. cap. 692. num. 73.* sed in hoc dedi cautelam supra *in reg. 6. in vers. Sed hic erit notandum sub num. 381.* ad hoc vt filius periculum confiscationis legitimę euadere posset, quam per te ibi recurrendo ad notare poteris, sed cum ea tamen declaratione ibi per me adiecta concordabis, & veluti ait *Farinacc. cons. 159. num. 39. cum sequentibus*.

662 Fallit quartò, quando pater huiusmodi prouisionem filio fecisset, ob illius imbecillitatē, immo ad id probandū tūc solum patris dictum sufficeret, vt ait *Roland. cons. 98. num. 29. Menoch. qui plures allegat in consil. 57. num. 6.* & *Farinacc. in quaest. 25. num. 44. & 45. Roland. consil. 98. num. 26. lib. 2. Natt. consil. 528. num. 1. Caphal. consil. 261. num. 30. Rimin. Iun. consil. 131. num. 58. & cons. 193. num. 13. lib. 2. Surd. consil. 412. num. 54. Ias. in d. l. Quoniam in prioribus in 1. limit. & ibi Bald. Salycet. Fulg. Castr. Alex. & omnes alii, C. de inoff. testam.*

663 Contrarium, quòd scilicet pater, ad hoc, vt ei credatur teneatur causam exprimere vtilitatis filii, & sic igitur, quòd illi simpliciter non credatur, tenent multi, quos allegat *Menoch. d. cons. 57. nu. 12. & consil. 939. num. 3. & seqq. Farinacc. consil. 159. num. 8. Alciat. consil. 635. num. 1. Bero quaest. 87. num. 13. Suarez in l. Quoniam in prioribus in 1. limitat. num. 5. & ibi Salicet. C. de inoff. testam. idem Alciat. in l. Cum proponas la prima, C. de pactis.*

664 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando filius esset minor, cui aliquod onus legitimę, ob illius imbecillitatem à patre iniungatur: Secunda verò, quando esset maior, quia in primo casu pater tenetur supplere iudicium filii, vti debile, & infirmum: quod secus est in secundo, quia tunc filius in tali ętate debilis ingenii non pręsumitur, vt ait *Farinacc. dicto consil. 159 num. 36. Decius consil. 100. num. 4. Aretin. consil. 22. num. 6. Alciat. regula prima de praesumpt. Bart. in l. Cum ex filio in princip. ff. de vulg. & pupill. Decius in l. In quartam, ff. ad l. Falcidiam, Alciat. in dicta l. Cum proponas; Crauett. de antiq. tempor. par. prima, §. propositum num. 69.*

665 Declara tamen, praedicta non habere locum, si pater illi prohibitioni legitimę non alienandę, aliquam poenam iniungeret, quia id minime facere posset, vt ait *Marta in compil. decisionum to tom. 5. in verbo legitima cap. 60.*

666 Sed redeundo ad principalem regulam, vbi dicitur onus non posse iniungi legitimae; Fallit quintò, quando per fideicommissum conuentionale, per antecessores factum, illius detractio prohiberetur; quod enim fieri posset de iure, vt fuit dictum in *Romana legitimae Lunae 1. Iulii 1591. coram Card. Seraphin. quae est decis. in eius impress. 963. num. 1.*

667 Fallit sextò, quādo essemus in mutua dispositione, & sic per fideicō missum reciprocum, quia pactum continens prouisionem mutuam successionis ad fauorem masculorum, aequiparatur emptioni spei, & euentus; quae enim spes, quando est radicata, de ea transigi potest, & propterea dici solet, quòd damnum dicitur amissio lucri, quando illud iam in spe esset radicatum, vt ait *Maceraten. var. resolut. resol. 111. num. 34. lib. 1. Rota in Placentina euictionis Lunae 11. Iunii 1591 coram Card. Blanchetto, & decis. 240. n. 28. par. 1. nouiss.*

668 Vndè venit concludendum, quòd per contractum onerosum praeiudicium legitimę fieri non prohibetur in iure, vt fuit dictum in vna *Portuen. bonorum de Columna Veneris 16. Octobris 1579. coram Card. Seraph. quae est in eius impress. decis. 416. num. 1. & seq. & num. 22.*

669 Contrarium, quòd scilicet legitima sit detrahenda ex bonis pacto comprae-hensis

hensis, non obstante reciproca conuentione. Item quod ea pari modo debeatur ex reciproca donatione, & quod illius respectu competat, etiam querela inofficiosę donationis, ait *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 257. *num.* 25. & 26.

670 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, quando intercederet pactum, quod contineret mutuam promissionem ex honesta, & onerosa causa, quia tunc legitimę detractio impediri posset: Secunda verò procedit vbi adesset admixtum lucrum, quia isto secundo casu diceretur causa, quasi lucratiua, nec per consequens ea posset legitimam impedire, cum adhoc, vt ius nullum filio competat pro legitima, alienatio debet esse titulo oneroso facta, vt fuit dictum à Rota ibi coram Card. *Seraph. quæ est de cis.* 488. *num.* 1. 3. *&* 6. *par.* 1. *diuers.*

671 Et ratio prędictorum ea est, quia per voluntarias alienationes legitima diminuenda non venit, vt ait *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 237. *num.* 58. *& lib.* 4. *cap.* 751. *num.* 14. *& seqq.* & *Rota penes Stat. decis.* 161. *num.* 1. *& seqq.* & *in Romana legitimæ* 13. *Iunii* 1614. *coram* Verospio, & *in Romana census de Mutis* 24. *Ma.i* 1619. *coram Coccino.*

672 Rursus concorda, vt dicta prima opinio procedat, quando essemus in cõtractibus, quia in illis legitima grauari põt: Secūdà verò in vltimis volūtatibus procedit, & ratio ea est, quia in vltimis voluntatibus lex omnem conditionem, omneq; grauamen reiicit, sed in contractibus querela requiritur ad eorū rescissionem, vt pulchrè ait *Rota d. decis* 488. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. &* Rota *per Gregor. dec.s.* 421. *num.* 8.

673 Sed primā opinionem tenendo extende eam procedere in Principibus gratia constituendę primogeniturę, quia tunc illi possunt legitimę pręiudicium inferre, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 347. *num.* 3.

674 Subextende eam quoque locum habere, licet consensus aliorum filiorum, de quorum interesse agitur non concurreret, vt ait *Suarez in l. Quoniam in prioribus*, *C. de inoff. test. in declaratione leg Regni* 2. *limit. num.* 8.

675 Subextende pręterea eam tanto magir procedere, quando consensus patris accederet, & reclamatio illorum interesse habentium cessaret; veluti eodem modo dicitur de collatione beneficii facta patronis non reclamantibus, quę ex eorum taciturnitate comprobatur, vt fuit dictum *in vna Tridentina coram Grato, veluti testatur Card. Seraph. in d. decis.* 416. *num.* 3. *& seqq.*

676 Tenendo verò secūdam opinionem extende eam quoque procedere, veluti si essemus in substitutionibus reciprocis, siue in donatione remuneratoria, ex quibus legitima detrahenda venit, quando tamen donatio esset immensa, & sic vbi legitima salua non remaneret, vt ait *Rota dicta decis.* 488. *num.* 8. *cum ibi allegatis.* & veluti dicunt addentes ad decisionem *Gregorii XV. decis.* 839. *num.* 3. 4. *&* 16. & ibi plures alię decisiones Rotę allegantur, quas superius ego allegaui in vers. *Et ratio prædictorum.* Item in quibus aliis casibus legitima à patre, & a matre grauari posśit, & in quibus non vide *Merlinum de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 20. *per tot. Vasqu. hac omnia congerit, & cumulat in l. Quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.*

677 Fallit septimo concurrente statuto de lucranda dote ęqualiter inter secundum virum, & filios primi matrimonii, & mulier eodem modo testamentum condidisset, omnes ęquis portionibus instituendo, quia tunc timor blandiriarum cessaret, & sic isto casu filius à legitima, ac illius supplemento excludi posset, vt ait *Thes. decis.* 84. & *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 300. *num.* 37.

678 At secus esset de iure communi, & vbi mulier relinqueret plus secundo virò, quàm filiis primi matrimonii, quia tunc licet mater non cogatur ęqualitatem inter illos seruare; tamen legitima filiorum inprimis detrahenda veniret; deinde, quod superest inter eos diuidendum foret, vt ait *Io. Paul. in sua dec.* 1. & *Rota mox allegan.* & *Grat. lib.* 4. *discept. c.* 702. *num.* 27. *cum seqq.*

679 In casu autem, quod dicta mater prohibuerit, ne filii plus petere possent, siue illud fuerit eis relictum pro omni eo, quod petere valerent, tunc id operatur, vt illud relictū marito ad eius filios suos transferatur, vt ait *Boer. decis.* 201. *Aym. consil.* 192. *num.* 13. *Rimin Iun*

Iun. cons. 1. & *cons.* 166. *num.* 2. *vers.* 2. *conclus. & Rota in* Bononien. *hereditatis* 9. *Iulii* 1576. *coram Card.* Blanchetto, *Crescent. dec* 5. *de testam. Mohed. dec.* 1. *eod. tit. et* Paul. *in d. sua decis.* 1. *per tot.*

680 Sed quòd hodie mater, siue pater possit plus relinquere vni, quam alteri ad libitum, dummodo filii sua legitima non fraudentur, fuit decisum in *Fauentina bonorum Veneris* 27. *Ianuarii* 1609. *coram Greg. et in alia Romana* Successionis *alimentorum Veneris* 11. Iunii. 1606 *coram* R.P. *Litta, et latè Franch. decis* 435. *Surd. cons.* 94. *num.* 68. *et* 69. *Thes. dec.* 170. *et* Rota *decis.* 432. *num.* 7. *par.* 1. *diuers.* Sed quid si mater, siue pater ad secunda vota transierint? an, & quando tunc poenæ secundò nubentium locum sibi vendicent ad fauorem filiorum, vide Rot. *pen. Burat. in decis.* 82. *per tot. et ibi per addentem.*

681 Regula nona, & vltima erit super eo; quod scilicet tempus mortis patris sit attendendũ in consequenda legitima, & id procedit, nedum respectu valoris illius, sed etiam numeri filiorum; vt ait *Iason. in l. cum quæritur C. de inoff. test. et idem in auth. nouissima* C. *eodem tit. Honded. cons.* 59. *num.* 9. *lib.* 1. Paris. *cons.* 45. *n.* 31. *lib.* 2. *Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 470. *n.* 31. *et seqq. et lib.* 4. *c.* 729. *n.* 25. *et lib.* 5. *c.* 950. *n.* 6. Guidopap. *dec.* 486. Mysing. *dec.* 25. *lib.* 4. *et* Card. Seraph. *decis.* 976. *num.* 5.

682 Et ratio est, quia sit impossibile, vt eo viuente illius valor sciri possit, dum ea filiis, non nisi patre mortuo debeatur, vt ait *Surd. qui infinitos allegat in tract. de aliment. quæst.* 37. *num.* 1. *et ita quoque fuit decisum in* Imolen. *successionis Lunæ* 22. Iunii 1620. *coram* Pirouano *idem Surd. decis.* 167. *per totam*, & *Put. decis.* 237. *num.* 5. *lib.* 2.

683 Licet tamen secus sit, respectu consignationis bonorum, quia tunc illud tempus erit attendendum, quo eorum consignatio fiet, vt fuit dictum in vna *Maceraten. bonorum* 11. *Aprilis* 1603. *coram Iustio.*

684 Vndè quando DD. dicunt, quòd filius per quandam representationem reputetur Dominus legitimæ patre viuente, non per hoc tamen filius talis dicitur, quoad dominium verum, & effectuale; sed benè quoad illud iterpretatiuum, & intellectuale; cum lex interpretetur filiũ esse eandem personam cum patre; & illi in dominio suarum rerum probabiliter, licet non necessariò succedere debere, & ratio prædictæ cõclusionis clara est, quia duo domini insolidum esse non possunt vno, & eodem tempore *l. si vt certo* §. *si duobus vehiculum ff. commod.* & *alii allegati à Guidopap. in dicta decis.* 486. *num.* 2. & *ibidem in addit.* Sed quòd re vera filius dicatur ius habere in legitima, etiam viuente patre, & quòd eo mortuo non dicatur de nouo acquirere, sed benè in eum illius dominium cõtinuare, & quod propterea possit filius viuente patre legitimã hipothecare, ait *Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 130. & *seqq.* & *Rota decis.* 563. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

Item quòd filius possit dici verus dominus pro indiuiso in tertia parte bonorum ex causa legitimę, vel saltem, iuxta aliã opinionè, ꝙ scilicet dicatur creditor & loco creditoris habeatur, ait *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 602. *num.* 12. *cum ibi allegatis.*

685 Vndè ex prędictis multę illationes elici possunt, & primò infertur, quod neque filius eius patre viuente possit inofficiosam donationem reuocare, vt ait *Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 247. *num.* 59.

686 Infertur secundò, eodemmodo è conuerso procedere, vt scilicet neque filius possit cogi legitimã patre viuente recipere, vt ait *Franch. in sua decis.* 133. *n.* 1. *seq.*

687 Infertur tertiò, quod neque filius possit petere legitimam, si pater religionem ingrediatur, & ibi professionẽ emittat, & hanc esse veriorem opinionem dicunt *DD. allegati à* Gratiano *lib.* 5. *discept. cap.* 815. *num.* 9. & 11.

688 Et ratio est, quia pater adhuc viuere dicitur; & propterea expectandum erit, vt ipse naturaliter, non autem per fictionem viuere cesset, vt ait *Felin. in cap. in præsentia num.* 56. *volum.* 25 *propè medium de probat. latè ait idem* Grat. *lib.* 1. *disceptat. cap.* 102. *num.* 2. & *seqq.* *Benedict. in cap.* Rainutius *il primo in verb. mortuo itaque testatore num.* 299. *de Testam*, *Gregor. Lopez* Panciroł. *Surdus*, & *alii allegati à* Gratiano *lib.* 5. *discept. cap.* 815. *num.* 11.

Contrarium tamen fuit decisum à *Rota in vna Tridentina legitima* 31. *Ianuarii* 1607. *coram Ortembergo*, & *in Nouarien. legitima* 15. *Decembris* 1628. & 4. *Aprilis* & 11. *Maii* 1629. *coram* R. P. D. *Ghislerio*, & *prius in eadem* 3. *Decembris* 1627. & 5. *Iunii*, & 3. *Iulii* 1628. *coram* R. P. D. *Pirouano*, In quibus fuit resolutum idem quoque procedere in legitima, quæ matri competit ob mortem naturalem filiorũ, quę illi pari modo competit, ob eorum mortem ciuilem, & sic per ingressum alicuius religionis, etiã bonorum in communi capacis; Quod tamen intellige verum post emissam professionem, & non ante. Quinmmò id sibi vendicat quoque locum, etiamsi mater ad secunda vota conuolasset, quia eo nõ obstante, quando filij professionem emiserunt in Religione bonorum capaci in communi, tunc parenti secundo nubenti ex bonis filiorum matris, legitima debetur, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Ghisslerio*, & *Pirouano*; Et ratio prædictorum ea est; quia mors ciuilis naturali æquiparatur in ijs, quæ eundem effectum reprę sẽtãt; Vnde veluti mors ciuilis per ingressum Religionis eundẽ effectũ, operatur quẽ illa per naturam, ergò, iuxta ingeniosè tradita per *D. Ferentillum in addit. ad decis.* D. *Baratti* 461. *num.* 15. & 16. Vbi id extendit quoque procedere in grauato sub conditione, si decesserit sine filijs, quia si ille ingrediatur religionem bonorum incapacem, & ibi emittat professionem, idem operatur, ac si naturaliter obijsset, in tantum, quod illius obitu naturali non expectato apertum dicitur substitutis, & post illius mortem vocatis fideicommissum, iuxta doctrinam *allegat. à D. Ferentillo in pract. loco*, & *veluti fuit decisum à Rota in Bononien. fideicommissi de Desiderijs* 20. *Martii* 1626. *coram Merlino*; Secus autem, veluti si essemus in societate officiorum, quia illa non dicitur extincta, ob professionem in religione illius, sub cuius vita tertius societatem contraxerat, quia tunc mors illa deducta in conditione ab homine, non intelligitur de ciuili, & sic de ficta, sed benè de vera, & naturali; vltra quod nũquam illa ciuilis naturali æquiparatur, nisi in casibus à iure expræssis, vt fuit dictum in *illa Bononien. de Desiderijs coram Merlino* & *est decis.* 543. *num.* 1. *par.* 2. *in recentior.* Siue et quando inter vnã, & alteram mortem eadem ratio militet, vt ait *Menoch. cons.* 388. *num.* 23. *Honded. cons.* 43. *num.* 40. *lib.* 1. *Card. Caualer. in decis.* 104. *num.* 9. Et quod in prædicto casu eadem ratio non militet, sed diuersa *trad. D. Ferrentil. in prac. loc. in fi.*

Dico ego benè, quòd re vera hæc secunda opinio mihi videtur verior; & ratio est, quia non ad alium finem legitima filio debetur solum post mortem patris, nisi vt eo viuente possit tota sua substantia pro illius indigentijs vti; sed cum huiusmodi causa indigentiæ patris, ob victum, quod habet à Religione cesset, ergo illius effectus quoque cessare debet, & sic meritò, si filio statim emissa professione patris legitima consignanda veniat, & præsertim quando essemus in religione bonorum non capaci, argumento eorum, quæ superius dicta fuere.

689 Sed tenendo primam opinionẽ declarata, quod mortuo patre legitima vna cum fructibus absque interpellatione filio debetur; etiam si legitima in pecunia fuerit constituta; & tunc quomodo taxentur fructus tradit *Seraph. decis.* 1406 *num.* 7. *idem ait Boer. decis.* 3. *num.* 17. *Benintend. decis.* 37. *propè medium*, & *cæteri allegati à Gratiano lib.* 4. *discept. cap.* 688. *num.* 3. & *cap.* 702. *num.* 17. *Peguer. decis.* 125. *Consilii Cathaloniæ*, *idem Grat. lib.* 2. *cap.* 241. *num.* 8. & 9. & *Alex. cons.* 127. *lib.* 6. *Natt. cons.* 156. *num.* 9. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *num.* 69. *Socein. cons.* 57. *in* 3. *quæst. n.* 39. & *seqq. lib.* 4.

690 Et ratio ea est, quia legitima, ac illius fructus non debentur ratione moræ, sed ex iure dominii, siue vlus rei pro legitima debitæ, vt ait *Baldus cons.* 222. *num.* 4. & ibi allegando *Dec. Corn. Curt. Sen. Tiraq. Vinc. de Franch.* & *Caphal*, ait hãc esse magis communem opinionem & *Dec. cons.* 79. *lib.* 2. & *Surd. dec.* 25. *num.* 25.

691 Extende procedere, etiam si fructus fuissent per heredem bona fide consumpti, vnde retinens legitimam, quæ est debita filio ipso iure, post mortem patris ad fructus tenetur, quamuis bona fide consumptos, & præsertim, quando qualitas legata pro legitima

legitima esset minor ipsa legitima, vt ait *Franch. decis. 16. num. 11. & seq. idem ait Cuccus de legitima in verbo cuius portionis vsusfructus num. 10. Soccin. consil. 57. num. 39. lib. 4.* Ruin. *consil. 55. num. 10. lib. 2.* & *consil. 26. num. 22. lib. 3. Cephal. consil. 109. num. 29. lib. 1. Gratian. lib. 2. discept. cap. 241. num. 7. & Boerius decis. 3. in fine, Capra consil. 6. n. 8. & consil. 153. per totam Alex. consil. 7. num. 8. lib. 2. Ruin. sibi contrarius consil. 26. num. 22.*

692 Et ratio est: quia bona fides non patitur, vt quis locupletetur cum praeiudicio alterius; quod tàm de iure ciuili, quàm Canonico procedit, *vt ait Vrsil. ad Afflict. decis. 240. num. 4. Viuius decisione 33. num. 11. Osasch. dec. 95. num. 33. Cornazan. decisione 134. Barz. decis. 53. Franchus decis. 31. num. 1. & Surd. decis. 45. num. 15.*

693 Immò id extende quoque procedere in foro conscientiae, *vt dicunt Siluester in verbo fructus 5. quaest. 1. Lessius de Iust.* & *Iure lib. 2. c. 14. dub. 11. nu. 9.*

694 Et nota quod in hoc semper possessor praesumitur in dubio factus locupletior, *Peregr. de fideicom. art. 49. nu. 116. & est glos. in l. vtrum, ff. de petit. haeredit. & Franch. in d. decis. 31.*

695 Item nota, quòd fructus taxantur ad rationem quinque pro centinario, & nedum in hac materia; sed in quauis alia: cum ista quãtitas fructuum valorẽ bonorum stabiliũ ad aequare videatur, vt ait *Merl. dec. Rota Lucens. 33. n. 28. & dec. 70. num. 12. Rota decis. 571. p. 2. in recent. & Seraph. dec. 1406. num. 7.*

696 Licet id fallat, quando consuetudo loci aliter disponeret, quae praecisè est attendenda, vt est Romae, vbi dotis fructus ex vi illius statuti taxantur ad rationem septem cum dimidio, pro quolibet centinario; Sed id tamen ordinatur ob sustentationem onerum matrimonij, cui magis leges deferunt, quàm legitimae *Rota dicta decis. 571. num. 2. p. 2. in recentior. & ibidem dec. 574. num. 2. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 52. & in materia legitima ait Card. Seraph. d. dec. 1406. num. 3. & 7.*

Quod tamen intellige verum in materia fructuum dotis, nempè illos taxari ad rationẽ septem cum dimidio, post quàm illius debitor fuerit interpellatus iudicialiter, & sic post morã nõ solutae dotis marito promissae, secus verò quando fructus peterentur, sub praetextu sustentationis onerum matrimonij, & sic interpellatione iudiciali non secuta; quia tunc fructus essent taxandi ad rõem quinquè procẽtenario, quia isto casu d. taxatio ad rationẽ septem cum dimidio videretur nimis rigida, cum non reperiantur res perpetuae, quae huiusmodi prouentum reddant; & propterea hinc fit, vt regulariter redditus bonorum stabilium ad rationẽ quinque taxentur, *vt superius diximus*, & *veluti ita distinguendo, fuit decisum à Rota in Rom. dotis Merc. 7. Nouembris 1629. coram Card. Virili.* Ratio autẽ illius differentiae ea est: quia mora facit nos teneri ad id, quod iam non tenebamur *Bart. in l. quod te num. 4. ff. si cert. pet. & Rot. in praal leg. Romana dotis coram Card. Virili.*

697 Secus aũt, si cõsuetudo loci extaret in cõtrariũ, quia tũc legitima vna cũ fructibus ipso iure, mortuo patre & absq; mora, & interpellatione haeredis, filijs acquiritur ad rationem iuxta valorem loci, vt ait idem *Grat. d. lib. 2. c. 271. num. 4. & prius in c. 241. num. 8. & 9. & Seraph. decis. 1331. num. 14. & Surd. decis. 25. num. 25. & caeteri,* quos superius allegaui & id procedit, etiam si ab haerede, siue ab alio, bona fide fuissent consumpti, quia nihilominus illi filijs debentur, tàm pro legitima, quàm pro illius supplemento, vt fuit dictum *à Rota per Burattum decis. 165. num. 12. & ibi per addentem, & in alia Rom. supplementi legit. de Candopolis 15. Ianuar. 1620. coram Vbaldo.*

698 Sed nota tñ, quòd si in iudicio fuerit petita legitima, vna cũ fructibus, & Iudex assignet legitimã tantum, & de fructibus nihil dicat, tũc illi amplius peti non poterunt; quod tamen declara procedere, qñ sententia esset lata in Carboniano, cum in eo iudicio fructus non veniant, & ita distinguendo fuit dictum *à Rota per Card. Seraph. decis. 1331. num. 7. & 13.*

699 Et ea, quae fuerũt dicta de fructibus, & interesse filio pro sua legitima debitis, extende eò magis procedere, quando legitima esset relicta in pecunia, & filius esset minor, & haberet promptam occasionem emendi, siue fructus, & legitimam ad honestum lucrum ponendi: quia tunc nedum fructus; sed etiam interesse lucri cessãtis reficiẽdũ venit, vt fuit deci-

in Romana Saluiani 20. *Nouembris* 1596 *coram* R. P. D. *Orano*, & *Merlin. in dec. Rota Lucen.* 48. *num.* 9. Sed in hoc proposito erit notandum, quòd quando filius est minor, cui legitima debetur, tunc debitor ad hoc, vt ad fructus, & interesse nõ teneatur, debet facere illi cum effectu curatorem dari, quia solũ minorem ad id monere, & requirere nõ sufficeret, & pręsertim, qñ debitor minoris in legitima esset illius curator, vel ad ipsũ spectaret successio, licet tñ ad illũ excusandum oblatio realis, & actualis esset potens remediũ vt ait *Grat. lib. 2. disc. c. 241. n. 24. et seqq. Rot. in Rom. bonor.* 14. *Ian.* 1600. *coram* R. P. *D. Penia*.

700 Extẽde pręterea, quòd illi fructus debiti pro legitima nũquã intelliguntur prohibiti à patre, nec minus in generali vsufructu cõprehenduntur, *Bald. in l. vxori meæ, ff. de vsufr. leg.* Dec. *cons.* 485. *cũ aliis alleg. per Mangil. de imput. quæst.* 48. *n.* 10. *cũ seqq.* & *Vasq. de success. lib.* 2. *§.* 20. *n.* 288

701 Infertur quartò, quòd legitima nedũ absq; vlla dilatione post mortẽ patris debetur; sed immò vbi hæres in illius solutione erit morosus, tũc eã duplicatã soluere tenetur; quod enim notandũ erit cõtra illã soluere renuẽtes, & cõtra eos, qui strepitũ iudiciorũ in illa dãda expectãt, vt dicũt *Bart.* Bald. Salic. & *alii in l. si quis in test. C. de inoff. test. Peregr. de fideic. art.* 36. *n.* 70. & *Grat. d. lib.* 4. *disc. c.* 698. *n.* 6. *et* 7. & *in c.* 241. *lib.* 2. *per tot.*

702 Infertur quintò, quod in illius assignatione suspensiua appellatio nõ admittitur, nisi lęsio esset notabilis, & notoria; *vt ait Ripa in l. in quartam n.* 147. & *seq. ff. ad l. falcid. Vasq. de success. §.* 4. *li.* 1. *concl.* 5. & 6. *n.* 37. *Crass. in §. legit. quæst.* 17. *n.* 8. *idem Grat. d. c.* 698. *n.* 38. *in fine*, & plures alios allegati superius in regula 4. vers. Amplia, id in tantum esse verum, vbi recurras.

703 Infertur sextò, quòd illius assignatio non impeditur ob incertitudinem bonorum, si tamen alia bona certa adsint; vt dicunt *Bald. Ias. Zas.* & *alii in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. pet.* & *Munoz. de ratiocin. cap.* 31. *num.* 1. *Soccin. cons.* 24. *num.* 36. *vers. nec debet idem Grat. d. lib.* 4. *discept. cap.* 794. *n.* 6.

Et ratio prædictorum ea est: quia executio rei alicui debitæ, nunquam retardari solet, quando est certa, iuxta præsentem statum, quamuis etiam posset alterari, vel minui, ob aliquam præexistentem causam, iuxta textum in *leg. pecuniam*, & *ibi Soccinius in vltimo notab. num.* 9. *ff. si cert. petit.* vbi ait ita praticari, & id sæpè obtinuisse, *Surdus ait in consil.* 38. *nu.* 25. *lib. primo*, & *alii allegati à Gratiano in dicto c.* 794. *num.* 7.

704 Infertur septimò, quod neque ea possit impediri ob affictus non finitos, ex quibus posset hæredibus vtilitas, siue damnum resultare, & præcipuè, si de illius assignatione post mortem patris ageretur: quia tunc ea neque minui, neque amplius augeri posset, sed omne contingens comodo, & periculo hæredis imputatur; secus autem, si illud in re particulari legata pro legitima contingeret, quia tunc periculo filij esset imputandum, vt dicunt infiniti DD. *allegati à dicto Gratiano in dicto cap.* 794. *num. primo*, & *prius lib.* 3. *c.* 570. *num.* 8. & *Rota per Cæsarem de Graff. decis.* 156. *alias* 6. *de testam.* & *decis.* 160. *alias* 10. *eodem tit.* & *Boerius in sua decis.* 62. *num.* 3.

705 Immò extende, quòd adeò pleno iure, & incontinenti, post mortem patris, filio debetur legitima, vt neque ille teneatur stare locationi patris, quando pro ea ageretur; at secus extra casum istum, cum filius teneatur seruare factum defuncti, si vti hæres agere intenderet: alias secus *Gratianus lib.* 2. *disceptat. cap.* 247. *num.* 45. *cum aliis ibi per eum allegatis Rota decisione* 265. *num.* 3. & *prius decisione* 169. *num. primo parte prima in recentioribus*, & *decisione* 520. *parte secunda*.

706 Licet sit bene verum, quòd ista incertitudo ex huiusmodi conductionibus contingens, debet verificari quatenus esset opus per æstimationem peritorum, veluti de vsufructu imputãdo fieri solet, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum decisione* 1365. *et ita quoque fuit dictum in vna Gratiatis Castello supplementi legitimæ* 1. *Martii* 1616. *coram* R. P. D. *Manzanedo et Grat. d. c.* 794. *num.* 8.

707 Amplia eodẽ modo quoque procedere, veluti si essemus in appaltibus Came[illegible] ralibus

libus, qui per viam æstimatorum verificantur, vt fuit decisum à Rota in decis. 534. par. 1. in recent. & in vna Romana accommandita coram Pirouano, & ebrii eodē in alia Rom. legit. V en 15. Nou. 1610. quæ est apud Merlin. de legit. dec. 113. num. 3. & Gratian. ibi supra

708 Declara tamen, quòd eorū æstimatio fieri debet, iuxta l. Hæreditatum. ff. ad l. Falcid. vt ait Rota in d. Romana legit. coram Pirouano d. decis. 113 penes eundem Merlin.

709 Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea filio posidenti, aut hæredi, ac heredi hæredis, etiam non habenti hypothecam, sit danda bonorum retentio, donec illius legitima liquidetur, vt ait Surd. cons. 248. n. 16. lib. 2. Bald. cons. 271. col. 1. vers. Similiter lib. 1. Purpur. consil. 104. n. 7. Grat. ibi supra cap. 731. num. 22. & prius cap. 602. num. 12 Surd. decis. 333. & Greg. decis. 185. & Rota in Foroliuien. fideicommissi 16 11. coram Pamphil. & in alia Romana census de Celsis 17. Decembris 1610. coram Greg. quod procedit etiam si detractio esset prohibita in testamento, Argel. de legit. contradict. q. 13. n. 57. & Rota ibi supra.

710 Subextende primò, eò magis procedere, quando essemus in aliquibus bonis pro legitima legatis, quia tunc legatario hypotheca competeret, & sic ei sa eilius eorum retentio daretur, quę, vt superius dixi, etiam sine hypotheca concedi potest, vt ait Fulgos. cons. 84. col. 2. vers. illud postremo, Gabr. de legitima cōcl. 5. num. 2. Negus. de pign. par. 2. membr. 4. num. 164. vers. Quam tamen Put. decis. 36. n. 4. lib. 2. quod tamen semper intellige verum, dummodo sit certa legitima, & quod ęs alienum sit liquidatum, vt dixi supra in num. 324.

711 Subextende secundò, quòd filius mortuo patre posit pro sua legitima possessionem bonorum capere pro indiuiso; licet id fallere dicat Merlinus de legitima lib. 5. tit. 4. q. 8. in princ. quando possessio prius verè esset occupata ab hærede, non obstante, quòd adesset statutum de continuanda possessione in hæredem, ex ea ratione motus, quia nec lex, neque consuetudo, atque Princeps operari naturaliter potest, vt talis continuatio à statuto concessa veram possessionem importet, absque reali, & corporali apprehensione, cū id prorsus à principiis naturalibus aberrare videatur, & ad canonizandā controuersiā, quę extat inter DD. in hoc pūcto testatur Merlinus non fuisse captam resolutionem in Rota in illa Romana hæreditatis de Fuschis 11. Iunii 1619. coram Pirouano, ob ingentes difficultates, quę Dominis in ea causa propositę fuere, & sic varii inter se eas indecisas reliquerunt.

712 Quo stante sequitur ergo, quòd filius, siue hæres vniuersalis in actuali possessione præueniendo, effectum dictæ continuationis statutarię potest interrumpere, ac vim illius ciuilissimę possessionis tollere: quod enim de iure fieri posse non negatur, vt dicunt DD. allegati à Merlino ibi supra num. 6. & ita fuit quoq; decisum à Rota in Romana Vineæ de Lucatellis 30. Octobris 1609. coram Coccino Decano, quæ est in eius impressi. decis. 488. per totam.

713 Contrariam tamen opinionem, nempè tale statutum effectum verę, & corporalis continuationis operari, etiam quoad effectum manutentionis, item, quod possessionis interruptionem impediat, fuit resolutum à Rota in vna Signina bonorum 22. Iunii 1615. coram Andrea.

714 Ratio aūt primę opinionis ea est, vt refert Merlinus vbi sup. quia quādo statutū cōtinuationem concedit, per consequēs operatur, vt detur medium inter mortem testatoris, & aditionem, ob quam efficitur patiens dispositum ad capiendam possessionem hęreditatis à statuto continuatam, vnde illa actualis continuationem impedit.

715 Ratio autē secundæ opinionis in potentia suitatis est fundata, quæ facit fieri filium hęredem necessarium ipso iure, quia suitas est quædam qualitas, quæ in hæreditate paterna primum locum obtinet, & necessitatem successionis, & dominij continuationem inducit, & sic operatur, vt non detur medium inter mortem patris, & successionem filii, & propterea hinc fit, vt idem operetur suitas in filiis, se in bonis patris immiscendo, veluti operatur, aditio in extraneis hęreditatem adeundo; nam adire est ad aliud ire, immiscere vero est in eo,

quod fuum est continuare, & propterea videmus, quòd possessio ab alio medio tempore capta non est manutenibilis, sed vitiosa, vt ait *Mohedan. decis. 7. de rest. spoli.* & *Rota decis. 390. par. 1. diuers.*

716 Vndè ex prædictis, eas opiniones ego tali modo concordarem; nempè, vt prima procedat, quando extranei essent instituti: Secunda verò, quando filij, cum qua distinctione vtique transisset Rota si de ea cogitasset in illa decisione facta *in dicta Romana hæreditatis de Fassolis coram Pirouano, vt ait Merlinus ibi supra num. 7.* cuius enim opinioni licet à me valde sit deferendum; ego autem id affirmare non auderem, quia cum illa distinctio sit facilis; vndè credo, quòd illa à Rota melius, quam à nobis fuerit excogitata.

717 Subextende tertiò loco, quòd incertitudo legitimæ non impedit acquisitionem dominij eorum bonorum, quæ pro illius solutione relinquuntur, nec non successionum, aut alterius augumenti ab effectu iuris prouenientium: nam licet legitima sit incerta ratione loci, & quotæ, non est tamen talis respectu dominij, vt dicitur de re legata, cuius dominium statim transit in legatarium, vt ait *Grat. lib. 3. discep. c. 570. n. 16. & 17. Natta cons. 531. n. 4. lib. 3.* Secus aût, quando legitima esset certa, quia tunc filius totum retinere non posset, sed solum ei legitima esset reseruanda, *Rota decis. 562. num. 4. par. 2. in recent. & decis. 115. par. 1. in recent. num. 12.* & *Greg. decis. 206. num. 13.*

718 Et ratio rationis omnium prædictorum est, quia legitima est quota bonorum, pro qua filius habet ius in qualibet gleba, vt ait *Gratian. in dicto cap. 694. num. 18.* Et propterea ante quam iudex eligat æstimatores, ad hoc, vt cognoscatur an ea sit assignanda in vna re, vel pluribus, siue in omnibus; tunc ille erit interim manutenendus in possessione illorum bonorum, donec de ea effectualis assignatio sequatur; quod enim arbitrio boni viri erit regulandum, qui pro rerum qualitate, & personarum conditione iudicare debet illud, quod erit æquum, absque alterius læsione, & præsertim ne ex ea totum patrimonium corrumpatur, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 698. num. 33. cum sequentibus*, & *cap. 743. num. decimo*, vbi propterea firmat, eam non esse detrahendã ex bonis magis preciosis in præiudicium fideicommissarii, neque ex illis minus vtilibus, sed regulariter ea est detrahenda in duobus, vel tribus corporibus, quæ non sint, nec de melioribus, nec de peioribus, vt fuit dictum in *Romana legitimæ Veneris 13. Nouembris 1620. coram Pirouano, quæ est apud Merlinum de legitima, decis. 113. num. secundo*, & *apud eundem est decis. 55. in dicta Romana legitima 12. Martii 1616. coram Card. Verospio.*

719 Declara tamen, quòd quando, verbi gratia, fuisset facta prohibitio, vt res preciosior non esset alienanda, tunc filius posset nihilominus ex ea suam legitimam detrahere, vt fuit dictum in *Anconitana fideicommissi Lunæ 16. Ianuarii 1584. coram Card. Blanchetto, quæ est penes Merlinum de legitima decis. 34. num. 6. & decis. 35. num. quinto in eadem coram eodem Card. Blanchetto.*

720 Secus autem, si testator mandasset, vt legitima de certis bonis detraheretur, ne diminuerentur legata, & fideicommissa; quod enim de iure fieri potest, quia tunc ex illis bonis prohibitis legitima detrahi non posset; licet tamen id non haberet locum in subsidium, vt dicunt *DD. allegati à Gratiano in cap. 570. num. primo, lib. 3. discept. forens. & sub num. secundo*, docet ex quibus verbis in hoc mens Testatoris deprehendatur; & fuit dictum à *Rota in dictis decisionibus 34. num. 3. & 35. num. 5. apud Merlinum.*

721 Quod tamen secus esset, quando hæreditas non in corporibus consisteret, sed in pecunia, quia tunc prædicta omnia cessarent, nec eo casu legitima diceretur incerta ratione loci, & quotæ, vt ait *Surd. decis. 333.* & *Card. Straph. decis. 271. & Rota in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Card. Lancellotto, quæ est in 1. par. recent. decis. 115. num. 12.*

722 Sed hic obiter erit notandum, quòd si fortè pecunia esset posita in locum bonorum debitorum pro legitima, tunc

ea

ea haberet priuilegia legitimæ, etiam quoad fructus, qui erunt soluendi, prout de ea soluerentur, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 759. num. secundo*. Immò si iudex aliter iudicaret, quòd scilicet bona subrogata pro legitima easdem qualitates, & conditiones illi competentes non reciperent, ab hoc arbitrio daretur appellatio *Gratian. lib. 4. discept. cap. 700 num. 26. & 28.* quod tamen secus esset in petitione à filio facta de legitima, in qua summariè, vt in causa alimentorum venit procedendum, siue ea fuerit iure institutionis relicta, siue non; veluti quoque in illa ascendentium ita erit procedendum, vt ait *Rota decis. 668. num. 3. par. 1. nouiss.* & *DD. allegati à Merlino de legitima lib. 5. tit. 4. quæst. 9. per totam, & quæst. 10. in fine*. Et propterea non admittitur appellatio suspensiua, nisi læsio esset enormis, & clara, vt ait *Gratian. & alij allegati superius sub num. 700 vers. Infertur quinto.*

723 Infertur octauò, quòd neq; fideicōmissario daretur immissio, quando certitudo solum probaretur, quoad substantiam fideicommissi in genere, sed circa probationem identitatis bonorum non extarent probationes eorum quantitatem, & qualitatem demonstrantes, quia tali casu non posset dicta immissio concedi pro indiuiso, respectu receptionis fructuum, sed solum in genere, absque eorum perceptione, vt fuit dictum in *Tusculana fideicommissi 4. Iunii 1618. coram Coccino, vbi declarantur decis. 58. num. 4. & dec. 59. num 5. par. 2. nouiss.* Secus vero quando essemus in legatario rei relictæ pro legitima, quia contra eū non daretur immissio pro ea re pro legitima relicta, etiam si illius summam excederet, vt fuit dictum à *Rota in Rom. hæreditatis à Valle 26. Februarii 1601. coram Card. Mellino.*

724 Infertur nonò, quòd executio facta super assignatione legitime sustineretur, donec variatio sequeretur iuxta Doctrinam *Soccin. in l. Pecuniam, num. 9. ff. si cert. petat. Surd. consil. 98. num. 25. lib. primo*, & ita fuit dictum in *Rom. legitimæ 13. Nouemb. 1620. coram Pirouano, quæ est apud Merlin. dec. 113.*

725 Infertur decimò, vt si postea diminutio legitimæ sequatur ex iure de præterito; nihilominus talis euentus in consideratione non est habendus, veluti eodem modo diceretur, si augumentum quoque ex eodem iure superueniret, quia illud neque eam auget, neque minuit, sed solum diminutio, vel augumentum ad hæredem vniuersalem spectat, & ratio ea esse videtur, quia legitima, cum sit quota bonorum, & non hereditatis, vt ait *Cæsar de Grass. dec. 6. de test.* propterea id solum, quod tempore mortis patris reperitur, in eam venit imputandum, & non id, quod postea accrescit, vel minuitur, & præsertim, quando essemus in filia iam congruè dotata, & quę cum iuramento hæreditati paternæ renunciasset, habita tamen in hoc consideratione ad facultates patris tempore dotationis, aut consignationis dotis, siue legitimæ; licet tamen secus esset, si tunc temporis læsa reperiretur, quo casu de patre conqueri posset, vt ait *Gramat. decis. 101.* & *Afflict. decis. 382. num. 2. & 3.* vbi loquitur de augumento superueniente ex bonis, quæ erant in lite, idemq: ait *Fachineus concius meus in suo consil. 65. numero quinto lib. 3. Menoch. lib. 4. præsumptionum, præsumptione 33. num. 10. Vrsill. ad dictam decis. 382. num. 1. & 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 20* vbi id ampliat procedere, etiamsi post augumentum superuentum, deductio legitimæ petita fuisset, idemq: ait *Franch. decis. 61.* & *Rota decis. 347. par. prima nouissim. diuers.* & *Boer. decis. 62. & 204. num. 13.*

726 Licet secus, quando industria filij in acquisitione interueniret, vt ait *Rota d. decis. 347. num. 2.* & *Cas. de Grass. dec. 6. de testam.*

727 Contrarium licet teneat *Vrsillus ad illam decisionem 382. per tot. & latè Petr. de fideicommiss. quæst. 15. num. 136. vers. Nec obstat, Salicet. in l. Scimus, §. repletionem in fine, C. de inoff. testam. Cas. de Grass. decis. 6. & 10. de testam. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. num. 25. & facit text. in l. Serui, qui apud hostes, ff. ad l. Falcid.* vbi dicitur, quòd si serui reuertantur post mortem testatoris, augent hæreditatem ad fauorē legatariorū, *Grat. lib. 1. discep. c. 165. n. 9. Boer. d. dec. 204. n. 13.* & idem ait *Afflict. ubi supra n. 4.* de debitore paupere post mortem patris effecto

fecto

fecto soluendo, qui auget patrimonium ad fauorem legatariorum.

728 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando patri nulla actio ad consequenda illa bona esset orta: Secunda verò procedit, quando actio iam esset in esse deducta, & sic in primo casu legitima, neque diminueretur, neque augeretur; veluti quoque diceretur, si res rediret ad hæreditatem iure post liminij, alluuionis, siue iure accrescendi, quæ nullo modo legitimæ, sed solum hæredi prosunt; idem quoque erit dicendum, si diminueretur patrimonium ex causa de præterito in vita testatoris, veluti ex euictione bonorum, & similium, quia tunc illud damnum ad fideicommissarium vniuersalem spectaret, & per consequens hæreditatem minueret, cum origo in omnibus rebus sit semper inspicienda, nec propterea illud, quod ab hærede fuit ablatum erit in eius detractiones computandum, vt dicunt DD. superius citati, *& ita fuit decisum in Romana diminutionis legatorum 5. Iulii 1596. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1202. num. 2. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 165. n. 8. & seqq.* & ita videtur concludere quoque *Vrsill: in dicta decis. 382. sub n. 1. & 2.* vbi ait valdè dubitare de opinione Afflicti, dum ait feudum acquisitum post mortem patris, de quo erat lis in vita, legitimam non impinguare.

729 Declara tamen illud, quod fuit dictum de ablato ab hæreditate, quòd scilicet illud non sit in filij detractiones cõputandum, non procedere, si aliud testatorem voluisse appareret, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 794. num. 11. & seqq. Franch. decis. 1. num. 39. & decis. 20. num 9. & decis. 61. num. 17. Card. Seraph. decis. 1202. num. 1. & seq. & ita fuit quoque dictum in Ariminen. legati 14. Octobris 1585. coram Orano.*

730 Rursus cõcordari potest, vt prædicta prima opinio procedat respectu legitimæ, quæ ex superuenienti iure, etiam ex causa de præterito augumentum non recipit: Secunda verò procedit respectu falcidiæ, quæ ad fauorem legatariorum ex superuenienti iure augetur, & id, ob differentiam magnam, quæ extat inter legitimam, & falcidiam, vt habetur in *l. In quartam, C. ad l. Falcidiam ex doctr. Afflict. in d. decis. 382. in fine,* & propterea videmus ex doctrina *Peregr. de fideicommiss. d. art. 36. num. 19.* quòd serui post postliminium reuersi non augent se gitimam filii, sicut augent hæreditatem ad fauorem legatariorum, vt ait *Cas. de Grass. decis. 6. de testam.*

731 Et in proposito de differentiis, quæ extant inter legitimam, & falcidiam, nota, quòd filius non potest renunciare legitimę in præiudicium creditorum, veluti potest renunciare falcidiæ, & ratio potissima ea esse videtur, quia falcidia & Trebellianica ipso iure filio non debentur, veluti legitima, vt ait *Peregr. & alii ab eo citati in tract. de fideicommiss. art. 3. n. 131.* Item falcidia ex legatis piis non detrahitur, idem *Peregrin. in eodem art. n. 61.* dicens quod sic se habet communis omnium traditio, tam in scholis, quã in Palatiis, licet contrarium verius esse probare conetur *Fachineus post illum controuers. iur. l. 5. cap. 17. in Roberto, & Fornerio,* quod tamen secus est in legitima, vt mox diximus, & ait *Card. Sera. d. decis. 1202. num. 3.* Et propterea fructus imputantur in falcidiam, quod secus est in legitima, vt ait *Amatus decis. 45. per totam, & vt dixi supra num. 30. & 488.*

732 Sed eam primam opinionem tenendo, declara eam primò non procedere, si damnum, siue augumentum contingeret legatario in re legata, quia tunc illud periculo, siue vtilitati legatarii esset imputandum, vt ait *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 165. num. 8. & postea lib. 2. cap. 247. num. 52.* veluti dicendum venit de augumento ex re legata pro legitima, quod lucro ipsius cedere debet *Rota decis. 347 parte prima diuers. in fine pulchrè Gratian. lib. 2. discept. cap. 250. per totum.*

733 Et ratio ea est, quia dominium illius rei legatæ, siue filio pro legitima relictæ in eos taliter transfertur, vt propterea, siue damnum, siue augmentum contingat, eorum commodo, & periculo cedit, vt ait *Gratian. d. cap. 165. num. 5. & seqq. & lib. 3. discept. cap. 570. num. 16. & 17.* quod tamen intellige verum illud, quod fuit dictum de augumento, aut diminutione legitimę, quando aliqua res particularis, & quæ potuerit relinqui fuis-

fet

set assignata pro legitima: siue fuisset petita; alias secus, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano dicto cap. 165. nu. 5. & prius num. 2.* ait id eò magis procedere, si diminutio citra dolum, & culpam hæredis eueniret, *Peregr. de fideicom. art. 4. num. 56. & Rota dicta decis. 347. p. 1. diuers. in fine.*

734 Declara secundò, eam opinionem nō procedere, si pater eo viuente alicui filio legitimam assignaret, habito respectu ad numerum filiorum, & ad qualitatem bonorum: quia tunc nō per hoc filius debe ret de ea portione, sibi in vita patris assignata, esse contentus, si patrimonium tempore mortis patris auctum reperiatur, sed illius legitima, tunc pro modo bonorum in hæreditate repertorum erit augenda, vt de magis recepta opinione testatur *Gabr. cons. 156 num. 23. lib. 1. & cons. 137. num. 10. lib. 2. Surd. cons. 128. num. 12. lib. 1. & cons. 488. num. 27. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 317. num. 1. lib. 3.* Item de communi testatur *Ias. in auth. nouissima num. 9. C. de inoff. test. & Gratian. dicto lib. 2. disicept. cap. 247. num. 54.*

735 Subdeclara tamen prædicta non esse vera, quando illud pactum super assignatione legitimæ in vita patris filio facta, esset iuratum: quia tunc illud iuramentum præcisè obligaret illum ad factum, ità vt tēpus mortis eo casu non esset amplius expectandum, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano in dicto cap. 247. num. 54. & Peregr. in loco mox allegan.* Immò si filius, cui fuit assignata legitima patre viuente prædecederet, tunc ea ad patrem rediret, nec imputatur, nepotibus, nec minus ad eos transmittitur ad aliquem effectum; sed est bene verum, quòd pecunia data à patre filio inter viuos, semper præsumitur data in peculium, non autem pro legitima, vt fuit dictum à *Rota in Romana legitima Mercurij 31. Maij 1617. coram Card. Sacrato, quæ est dec. 59. n. 2. & 15. & seq. apud Merlinum de legitima*

736 Declara tertiò, non procedere, quandò esset per iudicem filio sua legitima assignata: quia si ea eminatur ex aliqua iusta causa, tunc illa deberet suppleri, rem ablatam de calculo subducendo à quicquid aliud sit, quando filius legitimę dominium non fuerit assecutus, vt ait *Caccus de legitima, §. ex substantia in quæst. legit. an augeat. aucto patrim. n. 3. & Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 31. & seqq. & Gratianus dicto cap. 165. num. 7.*

737 Declara quartò, illā opinionē nō habere locum, qñ essemus in nominibus debitorum legatarijs assignatorum, quæ si efficiantur deteriora, id hæredis periculo euenire deberet; at secus si fierent meliora, quia tūc legatarijs prodesset, & ratio differentiæ ea esse videtur: quia quando certum est nomen debitoris esse soluendo, tunc æstimatio dicitur certa, cum res tanti valeat; & propterea periculum illud contingens ad hæredem spectat; secus verò, quando non esset soluendo: quia tunc in calculo non poneretur; sed si forte non appareret, an debitor sit soluendo, vel non, tunc dubius euentus veniret æstimandus, hoc modo, nempè pro quanto pretio illud vendi potuisset, siue pro quanto exactum fuisset; Dubio verò cessante, illud æstimandum venit quātum re vera esset; sed si fortè calculata detractione contingeret nomen effici bonum, eo casu illud legatarijs non prodesset, quasi tunc iam res esset finita, & ideò non amplius retractanda. Immò prædicta extende adeò contra hæredem procedere, vt neque ei confectio Inuentarij suffragetur, ad illam diminutionem patrimonij euitandam: quia legatarij cuiuscumque generis, siue sint in quātitate, siue in alijs aliquod damnum, etiam casu contingens, sentire non debent, vt bene, ait idem *Grat. dicto cap. 165. num. 10. cum seqq.* Et id, quod dicitur de augmento superueniente spectare ad legatarium, procedit, si illud proueniat à persona testatoris, vel eius facto; secus autem, si superueniret facto tertij in re aliena legata, quæ fuisset à vero domino aucta; quia tunc legatum non augeretur, iuxta doctrinam *Ias. in l. seruum filij §. si pocula ff. de leg. 1. in fine Surdus dec. 88. n. 11.*

Subextende eodē modo procedere de fructibus rei legatæ, quos legatarius acquirit post aditam hæreditatem; secus verò antè, quia tunc nedum fructus, sed etiam emolumenta, ac iura accessiones hæreditatem augere non desinunt, & sic non quæ illa ad legatarium spectant, & eò magis

magis quando illud legatum ad certam quantitatem taxatum fuisset, vt ait *Mastril. decis.* Sicil. 115. *num.* 1. *& seqq. Crass. in §. hereditas quæst.* 2. *num.* 2. *Gratian. omnino videndus in hac materia lib.* 2. *discept. cap.*250. *per totum, & ibi multas declarationes inuenies.*

738 Sed reassumendo regulam illam nonam, vbi dicitur, filium non posse suam legitimam consequi, nisi post vitam patris, limita primò eam non procedere, veluti, si pater in vita, propria bona dilapidaret: quia tunc filius, etiam eo viuente posset officium iudicis implorare, & contra eum petere, vt sibi legitima assignaretur, siue tot bona, ex quibus alimẽta recipere posset, iuxta tradita per *Bald. in l.* 2. *C. si quis in fraud. Patr. Peregr. de fideic, art.* 36. *n.* 16. *Mangil. de imput. & detr. quæst.*44. *n.*7. *Carp. ad statut. Mediol. cap.* 485. *num.* 85. *Marsil. in suo singul.* 613. *per totum* Gratian. *lib.* 1. *discept. cap.* 44. *num.* 18. & *seqq.* & Boer. *decis.* 61. *num.* 17. *&* 18. & *ita pluries fuisse decisum ait Vrsil. ad Afflict. in dec.* 393. *num. secundo,* & *prius in decis.* 86. & Capic. *decis.* 56. *& ibi in addit.* & *dec.* 158. Et veluti eodem modo dicitur de grauato bona fideicommisso subiecta dilapidanti, vt dixi supra *sub num.* 132 *cum seqq.* quia ille tenetur fideiubere de restituendo bona suis loco, & tempore, vel illi essent totaliter auferenda, si dilatio esset in gratiam fideicommissarij apposita, *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 247. *num.* 19. *&* 20. *& cæteri* DD. *allegati sub dicto num.*132. *cum seq vbi recurras.*

739 Contrarium tamen tenet *Ias. in l. lex Cornelia ff. de vulg.* & *pupil.* Bart. *in l. Is potest, ff. de acquir. hæredit.* Menoch. *cons.* 456. *num.* 17. *lib.* 5. & *cons.* 496. *num.* 87. *eodem lib.* & Comens. *cons.* 188. & *multi alii, quos allegat idem Menoch. in suo cons.* 71. *num.* 5. *lib.* 1. & Grat. *d. cap.* 44. *num.* 19. *& seqq.*

740 Concorda secundum me, vt prima opinio procedat attenta naturali æquitate, quæ non debet pati, vt filius ex iniquitate patris sua bona dilapidantis mendicare: siue pro victu furari, aut fame perire cogatur. Secunda vero opinio procedit attento iuris rigore; siue quando filius extra casum necessitatis, siue dilapidationis bonorum patris, vellet ad eius libitum, & vt dici solet, per capricio, suam legitimam in vita patris, & eo inuito consequi: cum filius de iure solum habeat spem succedendi post mortem patris in legitima, quæ enim spes illi nullum ius præbet de præsenti, vt latè superius dixi ex auctoritatibus multorum DD. & *præsertim Scaccia de Iud. caus. ciuil.* & *crim. in cap.* 9. *num.* 1614. vbi ait in proposito, quòd pater potest in vita sua filijs præiudicare in legitima, tàm titulo lucratiuo, quàm etiam oneroso; & sic tàm in contrahendo, quàm in delinquendo; sumendo argumentum de contractibus ad delicta, & è contra, quod est in iure validissimum, vt dixi in verbo argumentum.

741 Sed ego primam opinionem, si essem Iudex libenter amplecterer: cum iudices possint actus, siue contractus rigorosos ad æquitatem reducere, vt ait *Thes. in sua decis.* 226.

742 Vndè, quæ maior æquitas inueniri potest, quàm quærere, vt patres non prouocent filios ad iram, sed eos in mansuetudine, & modestia corripere, & educare queant? ad hoc, vt illis occasio tollatur insæuiendi in sanguinem, & vitam parentum, veluti id facile euenire posset, si patres illos desperarent non posse amplius in futurum ali, da pari loro; vltra quod Reipublicę interest, vt huiusmodi delictis siue improbis moribus via præcludatur ad hoc, vt Ciuitates hominibus diuitibus ac virtutibus pręditis repleantur: alias esset velle eas funditus subuertere, si Principes ita obseruati non curarent, & prædicta eò magis procedere debent, quia nedum legitima potest peti in vita patris de iure positiuo, suadente tamen eo naturę; sed etiam de iure diuino, iuxta illud diuinum dictum, quod legitur in Euangelio, de illo patre, qui duos filios habebat, & adolescentior dixit illi, Pater da mihi portionem substantię, quę me contingit.

743 Et illam primam opinionem tenendo, extende primò, eam procedere, si dilapidatio succedat culpa patris, siue per fraudem, vt ait *Caual. quæst.* 506. *in fine, & Gratian. dicto cap.* 44. *num.* 18. *lib.* 1. *discept. forens.*

744 Extende secundò eam procedere, etiam si per patrem offeratur cautio de con-

consulendo indemnitati filii, quia tutius erit aliquid assignare filio pro legitima, quam fideiussoris fragilitati incumbere; nam si contingeret, ob dilapidationem patris, contra fideiussores agere, interim grauaretur filius, prout dicitur de dote, & donatione propter nuptias, quas in tuto poni vxor pretendere potest, quādo maritus eis abuteretur: nec earum assecuratio, siue restitutio euitari potest, in casum vergentiæ mariti ad inopiam, vt latè dixi in verbo assecuratio dotis, & vt dicunt DD. allegati à *Gratiano dicto c. 44. num. 21. & seqq. & Put. decis. 359. in princip. lib. 3. & idem Gratian. in sua decis. 194. num. 13.*

745 Limita secundo illam regulam non procedere, quando pater magnam donationem fecisset in vita sua, ita vt per eam illius patrimonium valdè diminueretur, quia tunc non tempus mortis; sed illud factæ donationis esset attendendum, & sic eo casu legitima, tam de bonis donatis, quam de non donatis detrahenda veniret, vt dicunt *Bald. Ias. Castr. & alii in auth. unde si parens, C. de inoff. testam. & Peregr. Gratus Surd. & Cucçus allegati à Gratiano in lib. 2. discept. cap. 247. num. 55. & in cap. 751. num. 13. & seqq. & prius in cap. 729. num. 26. lib. 4. Surd. cons. 332. num. 14. &* Rota *apud statil. de Salmani decis. 161. num. 1. & seq. quæ est in vna Romana supplementi legitimæ Veneris 28. Iunii 1613. coram Card. Sacrato, & in alia Romana census de Musis 24. Maii 1619. coram* R. P. D. *Coccino, & in Romana legitimæ 6. Febr. 1612. coram Greg. & in eadem coram Remboldo 3. Martii 1617. & prius in illa Romana legitimæ 13. Ianuarii 1614. coram Card. Verospio.*

746 Quinimmò, extende id quoque procedere, etiam si donatio non esset in tanta quantitate; vt ea de inofficiositate redargui possit: quia nihilominus querela inofficiosæ donationis, vsque ad supplementum legitimæ competeret, vt ait idem *Surd. dicto cons. 332. num 15. in fin. & Rota d. decis. 161. num. 2. & seq. apud Statilium.*

747 Et ratio ea est, quia leges ad istum effectum inofficiositatis, non se restringunt ad eum casum, solum quando totum patrimonium fuerit donatum, vt expressè colligitur ex illo textu in *l. 1. & l. cum donationibus C. de inoff. donat.* sed sufficit, quòd ea aliquo modo sit inofficiosa, ita vt pater saluam legitimam filii in suis bonis non retinuerit, quia tunc, vt diximus, ei querela inofficiosæ donationis, vsque ad legitimæ supplementum competeret, vt fuit decisum *a Rota in d. decis. 161. num. 2. & 3. penes Statil.* licet secus qñ ea esset facta extraneo, & talis dicitur, quando non est filius; quando vero re, & consilio donatio esset inofficiosa, tunc in totum esset reuocanda; si tamen filius nil fuerit relictum, etiam si cum iuramento esset firmata, & hanc esse magis communem, veriorem, & æquiorem opinionem dicūt infiniti DD. *allegati à Gratiano lib. 4. discept. cap. 729. num. 1. cum seqq.*

748 Secus verò si quid minimum, etiam ab intestato filius habuisset a patre, vel à matre, quia tunc solum actio daretur ad supplementum, veluti idem veniret dicendum, si donatarius aliquid reliquisset vni ex filiis donantis, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano ibi supra num. 11. & 14. & seqq.* vbi docet, quando donatio dicatur re, & consilio inofficiosa, & quando non, idem dicunt *Gram. dec. 90. & Afflict. dec. 86. num. 1. & seqq.*

749 Declara prædicta præcipuè procedere, quando essemus in filiis iam natis, seu conceptis tempore donationis, quicquid sit in aliis nondum dicto tempore natis, & conceptis, vt ait *Gratian. dicto cap. 247. num. 56.* quia tunc in detractione legitimæ nondum natorum, & concepto rum, non habetur respectus ad bona donata; nec eo casu donationis inofficiositas esset attendenda. Et ratio est, quia cum pater adstringatur solum ad dandū bona filio, in quibus dominium continuat; idcircò nulla potest considerari continuatio, neque verè, neque fictè ad illorum fauorem, qui nondum erant nati, nec in ventre concepti. Amplius cum iam illa bona donata de patrimonio paterno exiuissent; propterea nullum ius in illis recuperandis filiis prædictis competere posset, vt dicunt *Cald. cons. 4. in princ. vers. & hæc puto vera de donat. & Aym. cons. 141. num. 5. prope medium.*

750 Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando pater post donationem illius

illius bona auxisset, quia tunc bona iam donata in computatione legitimę filiorum non essent consideranda, dummodo tamen illud augumentum dictis bonis iam donatis ęquiualeret; secus autem si res donata minus augumento esset; quia tunc sufficeret, quòd filius suam legitimam consequeretur in illis bonis auctis, & in patris hęreditate repertis; sed si augumentum forsan non esset tantum, quanta fuit donatio, tunc ea vsque ad ratam supplementi legitimę diminuenda veniret, vt ait *Bald. nouel. cons.* 148. *n.* 7. *vers. qua legitima lib.* 1. *inter consil. Soccin. et alii, quos allegat Surd. cons.* 332. *n.* 14. *lib.* 3. *Aym. cons.* 165. *n.* 5. *Bertran. cons.* 49. *in fin. lib.* 3. *Castrens. cons.* 354. *et cons.* 356. *lib.* 2. *Rolan. cons.* 65. *num.* 29. *lib.* 1. *latè Decian. cons.* 1. *num.* 48. *lib.* 4. & Rota *dicta dec.* 161. *num.* 3. *penes* Statil. *de Saluiano*, & *nouissimè Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 729. *num.* 24. & *prius sub num.* 21. ait, quòd hęreditas pręsumitur soluendo, adeò, vt hæres alienantis teneatur docere bona hæreditaria, rei alienatæ non æquiualere, & præsertim si de legitimo inuentario non doceretur, vt dicunt *Aym. Marzar.* & *Natt. allegat.* à *Gratiano ibi supra*, & Rota *decis.* 696. *num.* 2. *part.* 1. *in recentior.*

751 Et ratio prædictorum ea est, quia legitima non minuitur per voluntarias alienationes, vt sunt donationes, & similia, quę titulo oneroso fiunt, & quæ ad diminutionē patrimonii tendunt, vt dicunt præallegati DD. & alii citati à *Gratiano in d. cap.* 247. *num.* 58. & *lib.* 4. *cap.* 701. *num.* 15. & *seq.* & Rota *dec.* 539. *penes Greg. XV.*

752 Extende ea procedere, etiam si donatio esset pio loco facta; quia contra illum pari modo daretur querela inofficiosę donationis, cum legitima filiorum dicatur potior causa, quàm ea pii loci, vt ait Rot. *penes Statil. dicta decis.* 161. *nu.* 4. & *seqq.* & *coram Greg. in Romana legitima* 6. *Februarii* 1612. & *in eadem* 3. *Martii* 1617. *coram* Remboldo *allegata à Gratiano lib.* 4. *disceptat. cap.* 729. *num.* 38.

753 Declara tamen prædictam rationem non esse veram, quando donationes titulo lucratiuo fierent, siue illæ immēsę, non essent, vt ait idem *Surd. dicto cons.* 332. *num.* 14. *Peregr. de fideicom. art.* 35. & 36. *idem Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 751. *num.* 14. *et seqq. et Rota dicta decis.* 161. *num.* 1. *et in Romana legitima* 13. *Iunii* 1614. *coram Verospio, et in alia Romana census de Mutis* 24. *Maii* 1619. *coram Coccino.*

754 Rursus declara ea, quæ fuerunt dicta de eo, quod à patre pro legitima assignatur filio in eius vita, neque minui, neque augeri posse, solum procedere, quando pater solemniter, & legitimę illud filio pro sua debita portione assignasset; secus autem, si simpliciter fuisset facta illa assignatio, quia tunc illud non reciperet nomen legitimę irreuocabiliter, & sic eo casu posset dari euentus diminutionis, & augumenti, iuxta facti contingentiam, *ad tradit. per Cost. de portione rata quæst.* 164, *num.* 4. *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 112. *et Ojasch. in sua decis.* 125. *Gramat. decis.* 57. *num.* 34. *et Boer. decis.* 62 *num.* 14.

755 Et ratio illius subdeclarationis ea est, quia quando assignatio legitimæ non fuit facta validè, potest quandocunque a patre retractari, vt ait *Ojasch. in dicta decis.* 122. *et* 125. *et cæteri DD. superius allegati.*

756 Vltimò erit animaduertendum (super eo, quod fuit dictum de donatione, quę ob inofficiositatem reuocari tentatur) vt quemadmodum de illius nullitate dari non potest, veluti quia neque re, aut consilio inofficiosa reperiatur, ita quoque ea per donantem reuocari, aut modificari, siue qualificari non poterit, sub eo prætextu, quòd donatio fuisset facta absenti, & donatarius decessisset ante illius ratificationem, & ratio est, quia cum donatio acquiratur absenti per stipulationem Notarii, & ea fuerit perfecta, ante illius mortem; idcircò hæres donatarii eam ratificare valebit, *Oldrad. Bart. Clar. et alii allegati à Gratiano lib.* 4. *discept. cap.* 729. *num.* 19. *Surd. decis.* 206. *num.* 4. *Ojasch. decis.* 32. *num.* 4. *cum seqq. Card. Seraph. decis.* 427. *num.* 2. *decis.* 472. *num.* 3. *et ita fuit dictum in vna Romana donationis* 21. *Aprilis* 1614. *coram Vbaldo, et in alia Carpentoraten. donationis* 29. *Ianuarii* 1616. *coram Buratto.*

757 Quocirca ne mireris ò lector si (in exhibendo luci hominum hunc meum male com-

positum, tractatū post illum excellentiss. D. mei Mercurialis Merlini, tàm egregiè, atq; ingeniosè in hac materia lucubratū, forsan nimis audacter me gessisse videar, & sic vti fatuus voluerim quodammodo lumen ad splendidissimum solem afferre, quia scire debes, quòd licet ipse præuenerit me in Typis, ego tamē præueni illum in compositione, si in tàm breui tempore (vt ipse asserit) illum tàm pulchrè compleuerit; siue potius id mihi fecisse liceat ad instar galli, qui suo rauco cucullatu, alias oleres ad meliorem, ac suauiorem cantum excitare solet, & in summa qualisqualis sit, iste labor meus (ò benignissimè lector) illum tàm libenter excipe, quàm libentissimè illum tibi donaui, à quo si aliquid boni receperis, à Deo, & Diuo Thoma de Aquino aduocato meo recipies, sin minus totum imbecillitati ingenij mei imputabis, & hic est finis istius tractaus.

ARGVMENTVM.

ACTIO REDHIBITORIA QVOTVplex sit, & quando ei sit locus, & pro quibus rebus detur.

CONCLVSIO XLIIII.

1 Actio redhibitoria nota, quod duplex est, alia directa; alia verò vtilis, directa datur emptori, contra venditorem, quando in re uendita qualitas morbosa, seu vitiosa reperitur, vt est in animalibus. Vtilis verò datur eidem emptori, quando (verbi gratia) emit librum, quem ob aliquod eius latens vitium dictus emptor illum retinere, neque eo vti possit, & ratio, cur isto casu detur vtilis, & non directa actio, ea est, quia in eo non concurrit illa qualitas morbosa, quæ in re animata contingit, sed vitiosa *glos. in l. 1. ff. de edilit. edict. Azorius in sua summa eodem tit. de edilit. act. numer. 6. Odoff. Alban. & Bald. in l. vlt. C. eodem tit. Aret. in §. vltimo instit. de suspect. tut.* & hęc opinio est communis, ait *Gomes var. resol. lib. 2. c. 2. tit. de empt.* & *vendit. n. 48.* & *ita fuit decisum in Romana redhibitoria librorum Mercurii 2. Iunii 1599. corā Card. Mellino, quæ est inter crim. Farinac. decisione 136. num. 1. & Rot. in Romana remissionis pretii 3. April. 1610. Coram Reuendissimo Coccino.*

2 Amplia primò, id etiam procedere, si ille liber, seù alia res fuerit vendita talis, qualis erat, quando tamen vitium non erat tale, vt ab emptore facile cognosci posset; & ad docendum, quòd illud non esset tale, argumentum esset euidens, si pro eo vitio detegendo fuissent etiam adhibiti periti, veluti dicunt *Bald. in l. 1. C. de adilit. act. n. 4. vbi Salicet. n. 2. alleg. à Rota in d. Romana Redhibitoria coram Card. Mellino, & est decis. 833. p. 4. in nouiss. coram Lancellotto.*

3 Amplia secundò, procedere, etiam si per venditorem fuisset facta protestatio; quod res venderetur talis, qualis erat, quod tamen declara procedere, in venditore sciente vitium, quia tunc fuisset necessaria illius expressio in tempore, vt dicunt *Salicet. & Bald. sup. citati.*

4 Secus verò in ignorante vitium, quia eo casu generalis protestatio sufficeret, *idem Bald. ibidem, & Veronens. in l. 1. §. causa ff. eodem tit. & Rota ibi supra.*

5 Sed animaduertas, quòd in dubio scientia qualitatis rei in venditore præsumitur: eoquè maximè, quando etiam coniecturę scientiæ concurrerent, vt ait *Rot. ibi supra coram Mellino.*

6 Extende procedere, etiam si in huiusmodi venditione concurreret etiā ignorantia supina emptoris, cum scientia venditoris, quia licet suppina ignorantia neminem excusare soleat; nihilominus dolus, qui arguitur ex scientia venditoris in nō notificando vitiū rei preponderare debet culpæ emptoris, in non perquirendo qualitatem rei emptæ, vt benè distinguit *Surd. dict. decis. 146. num. 2. & ita fuit quoque decisum in Romana domus de Alicornis Luna 2. Martii 1598. coram Peligrino, & Aldobrand. cons. 19. nu. 55. & Rota in Rom. Vineæ 5. Iunii 1579. coram Orolen. quæ est decis. 281. num. 30. parte secunda diuers. & decis. 521. num. 5. par. 1. diuers. idem Surd. decis. 165. nu. 12. cum seqq. & decis. 253. & n. 49. & sequentibus et 285. sed in decis. 165. ait dictus Sardus*, quòd emptor potest agere, vt res restituatur, restituto pretio, si rem scienter vendidit, aut actione quanti minoris, etiam lite non

 mota

mota potest vti; sed est bene verum, quòd venditor ignoranter vendens rem aliquam vitiosam, & oneratam non tenetur ad totale interesse extrinsecum, licet secus quoad intrinsecum, Immò etiam quoad extrinsecum, quando illud fuisset promissum, vt ait *Rota per Card.Seraph. decis.* 787. licet ibi loquatur de re vendita prohibita alienari; sed in his terminis fuit decisum in *dicta Romana remissionis pratti coram Reuerendissimo* Coccino, & *Surd. dicta decis.* 146. *num.* 5. & 6.

7 Amplia tertiò, quòd neque sit imputandum emptori, si se benè non informauerit, quia nullus alius melius eum poterat informare super qualitate rei.quam ipse venditor, Immò neque etiam sufficeret, quòd emptor de tali vitiò dubitauerit; sed requiritur, quòd verè sciat, vel quòd sibi fuerit dictum à venditore, vt fuit resolutum à Rota *in dicta* Romana *remissionis pratti coram Reuerendissimo Coccino*.

8 Extende prædicta etiam procedere, in venditore sciente rem esse feudalem, & non exprimente eam esse talem; sed solum vendente ius, quod habet, qui tamen non excusatur, *Surd. ibi supra num.* 8. & ratio est eadem, quę in prædicta ampliatione, vt scilicet opus sit vitium rei expressè exprimere.

9 Limita tamen primò, conclusionem non procedere, & sic dictæ actioni locum non esse, quando vitium superuenisset, post rei venditionem, quia tunc intrat illa regula, quæ de nouo contingunt nouum iudicium expostulant, *Surd. decis.* 146. *num.* 4.

10 Limita secundò, non procedere, quando vitium erat patens, quia tunc huiusmodi actioni non erit locus, quod tamen declara procedere, quando signum est tale, quod per se manifestat vitium; & sic intelligendum est de eo signo, quod de sui natura signatum demonstrat; alias si ex eo vitium non manifestaretur, illud edictum non cessaret, vt pulcherrimè ait *Surd. ibi supra dicta decis.* 146. *num.* 1. & 19.

11 Limita tertiò huiusmodi edictum non habere locum, veluti si emptor ante venditionem noluit rem videre, & defectus esset talis, qui adhibita aliquali diligentia depræhendi potuisset, quia tunc vitium detegisse præsumitur, vt ait *Surd ibi supra num.* 3.

12 Sublimita tamen id non esse verum, quando emptor malè vidit rem, cuius vitium erat tale, quod poterat facilè cognosci, quia nihilominus ei non prohibetur, illa actione rei redhibitoria vti *Surd. decis.* 146. *num.* 24.

13 Immò si forte contigerit animal morbosum intra tertium diem V.G. post venditionem mori, tunc ex præcedenti morbo obiisse præsumitur, vt ait idem *Surd. dicta decis.* 146 *num.* 18.

14 Limita quartò, quando vitium fuisset modicum, quia tunc ex quo lex non curat de minimis; propterea huic edicto non erit locus, vt ex iuribus vulgatis, & ex prædictis colligitur, & *Surdus ibi supra*.

15 Declara insuper, quòd tempus præstitutū huic actioni incipit currere à die scientiæ *l. cum sex ff. de edilit. edicto glos. in l. cum proponas in verf. sex mensium C. de edil. act.*

16 Demum ad hoc, vt ista actio competat, nota, quòd quatuor concurrere debent, & primò, quod interueneris venditio, & sic post cō tractū perfectum, vt ait *Grat. li.* 3. *disc. c.* 534. *n.* 10. *l.* 1. *in princ. de euict. & permut. l sciendum §. deinde in verbo emptorem eodem tit. qui textus pro singulari notat Crem. in sing.* 138. *incip.* si res vendita; secundò, quòd animal sit morbosum *l. obqua §. idē Pomponius eodem tit.* Tertiò, quod morbus ille esset latens, nec appareret tempore contractus vēditionis *l.* 1. *§ sed si eod. tit* Quartò, quòd morbus erat ante venditionem *l. quaro, §. fin. eodem tit.* & *Cabalin. in tract. de euictione tit. de edilit. act. cap. secundo num.* 5.

17 Et huiusmodi occasione vnum nota, quod est, vt mercatores, qui hac redhibitoria actione conueniuntur, ex dispositione legis, vel quanto minoris tenentur constituere procuratorem, vt ait *Gratianus decisione Marchesan.* 107. *numer.* 10.

18 Addendo præterea, quòd ista actio quanto minoris nunquam exercetur, nisi quando res (quæ est vitiosa, vel deteriorata aliquo latente vitio, quod emptor ignorauit) est penes emptorem ad hoc

ad hoc, vt eius damnum resarciatur, veluti fuit decisum *in Romana Saluiani interdicti 15. Maii 1587. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 685. num. 10.*

19 Extende, quòd ista actio quanto minoris datur etiam, quando venditur res prohibita alienari, etiam quod euictio non fuerit secuta, veluti fuit decisum in *Romana census 15. Martii 1577. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 321. num. 7.*

20 Et si occasione istius venditionis rei non liberæ, emptor conqueratur, & instet pro rei liberæ traditione, & à venditore non liberatur, tunc omnia damna, ac interesse veniunt emptori restituenda, veluti fuit decisum in vna *Anconitana de Gozziis 25. Iunii 1584. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 671. num. 7.*

21 Extende præterea idem procedere, de eo, quod fuit solutũ nomine vectigalis, quod enim recuperandum venit ab agente huiusmodi actione redhibitoria, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 333. num. 22.* vbi ait id esse notandum pro gabellis equorum. Secus autem in fisco qui facta redhibitione, non tenetur restituere gabellam, quã pro cõtractu accepit; sed tũc venditor tenetur illã restituere emptori. Immò, si non fiat mentio in statuto, quis gabellam soluat tunc intelligitur, vt acquirens, & non venditor eam soluere teneatur, vt ait *Grat. ibi supra.*

ARGVMENTVM.

ACTOR QVIS DICATVR; ET QVIS reus, & quid vterque in iudicio facere teneatur, Item quando actor teneatur sequi forum rei, vel ille alios ad suum trahat.

CONCLVSIO XLIIII.

ACTOR nota, quod ille dicitur, qui alium prius ad iudicium vocat, vt ait *Afflict. in decis. 268. n. 4.* & sic actor dignoscitur ex modo procedendi à principio electo, vt ait *Rota per Put. in dec. 336. n. 1. lib. 1. & in decis. 423. num. 3. par. 1. diuers.* vbi ait de communi, & est *decis. Card. Mantic. 282. num. 1.*

2 Amplia primò, id in tantum esse verũ, quòd qui est actor à principio, nunquam desinit esse talis; sed semper pro tali habetur, vsque ad finem causæ, veluti fuit decisum in *Cæsaraugustana Cambimentor. 4. Mart. 1602. corã Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1422. num. 1.*

3 Et ex hoc propterea infertur, quòd ille actor dicatur in causa appellationis, qui fuit etiam in causa principali, vt ait *Benintend. dec. 32. num. 1. cart. 561* & *Magon. dec. Lucen. 64. num. 1.*

4 Limitat tamen id *Bellam. in dec. 156. tit. vt lit. pendens.* dum ait quòd actore mortuo, moriatur etiam sua petitio cum eo, & ibi docet, quo modo isto casu sit procedendum in iudicio.

5 Amplia secundò, quòd actor, etiam dicatur ille, qui pro nullitate sententiæ instat, veluti fuit decisum à *Rota in Fauentina Monasterii 15. Decembris 1603. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1484. num. 7.*

6 Amplia tertiò, quòd actor ille dicatur qui petit bona ab alio possessa, vt ait *Rota in decis. 237. num. 1. par. 1. diuers.*

7 Amplia quartò, quòd actor originarius, & voluntarius ille dicitur, qui manutentionem petit, veluti fuit decisum à *Rota in Signina Castrorum Mercurii 26. Iunii 1602. coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est decis. in eius impress. 64. num. 5.*

8 Amplia quintò, quòd actor, & non reus dicatur ille, qui comparet, quando fuit citatus, si sua putauerit interesse, *vt ait Afflict. decis. 2. num. 9. & decis. 24. nu. 7. & Seraph. dec. 957.* vbi propterea ait, quod sit actor voluntarius clericus comparens coram iudice sæculari) quando coram eo fuit citatus, quatenus sua putauerit interesse.

9 Vndè ex hoc infertur, quod si (verbi gratia) actor sit persona ecclesiastica, tunc iudicium diceretur versari inter personas ecclesiasticas, etiam si reus sit laicus, & ratio est, quia ex persona actoris, & non rei dignoscitur via agendi, nec solet diuersa fieri, etiam mutata persona, vt ait *Rota per Papam Ludouis. in dec. 335. nu. 13. et ibi in annot. num. 20 et in decis. 428. n. 12. et decis. 470. n. 6. et*

decis. 535. num. 23. eiusdem Gregorii Decimiquinti.

10 Amplia sextò, quod veluti actor ille, qui prius ad iudicium vocat, (vt superius dixi,) & vt ait Card. Seraph. in dec. 1415. n. 4. & sic quemadmodum ab eius persona iudicium regulatur, ita quoque ipsius iura prius inspici debent, veluti fuit decisum in Pamplonen. Parrocchialis di lauzi M.rè. prima Iunii 1594. coram Card. Mantica, qua est in eius impress. decis. 282.

11 Extende id adeò esse verum, vt propterea reus prius teneatur respondere positionibus actoris, quàm è contra; licet tamen, id non esset verum, quando positiones rei essent illis actoris praeiudiciales, quia tunc prius actor respondere teneretur, vt ait Benintend. decis. 32. nu. 4. & 10

12 Sed vnū singulare in actore addas, quod est, vt ipse iudiciū assecurare nō teneatur, vt ait Rota in dec. 326. n. 5 p. 2 in recent. & ratio est, quia in eo timor dilapidationis cessat.

13 Extēde primò, idē quoque procedere in reo, quando tamen habuit sententiā ad suī fauorem: Immò nec etiam sine sententia tenetur assecurare iudicium, de consuetudine tamen, quicquid sit de iure, vt ait Rota chi supra.

14 Extende secundò, quod nec etiam dictae assecurationi erit locus, quando pars post contractum deterioris conditionis non est effecta, vt ait Rota ibid. in fine, & in vna Veneta pecuniaria 7. Iunii 1605. coram Penia, & in alia Forolivien. nullitatis obligationis Lunae 20. Maii 1613. coram Card. Sacrato, & Ludouic. decis. Perus. 41. qui dicunt, quòd ad hoc, vt debitor possit iurari suspectus de fuga, debet creditor ostendere creditum, nec non deteriorationem post factam obligationem, ad eius fauorem, & postea suspicionem fugae cum iuramento asserere.

15 Extende tertiò, id eò magis procedere in actore immobilia possidente, vt ait Cappel. l. Tholosan. in decis. 138. num. 3 cart. mihi 413.

16 Fallit tamen in obligato solum actione personali, quia tunc ille satis dare tenetur de stando iuri, &c. Afflict. in decis. 109. n. 1. & in hac materia recurras, ad ea, quae dixi in verbo assecuratio iudicij.

17 Verum, quia intelligentia praedictorum non sufficit, nisi prius sciatur quomodo actor ire debeat instructus ad iudicium. Ideò nota, quod actor ad hoc, vt validè agere possit, prius tenetur illius personam legitimare, vt ait Rota in decisione 636. num. 5. lib. 3. diuersorum, & ibi multa ait in hac materia.

18 Et propterea dictus actor, vel eius procurator post commissionem obtentam debet intra terminum de iure suo, siue procurator de mandato, sine aliqua citatione docere, alias reus ab instantia iudicij esset absoluendus, per regulam actore non probante, &c. Rota in decis. 1153. num. 1. par. 3. diuers.

19 Declara tamen id, quod fuit dictum de mandato procurae per procuratorem ostendendo, procedere, dummodo de illo fuerit oppositum ex aduerso, cum e protestatione opponi solita in principio iudicij, nihil fieri ex aduerso, nisi docto de legitimo mandato, ita quod, &c. & quod praecipuè sit huiusmodi protestatio in quolibet actu repetita: alias ab ea desistendo pars illi acquiescere censeretur, licet id non sufficeret, nisi etiā procuratore de mandato procurae postea doceretur, alias talis defectus faceret oīa acta corruere, etiam si verè ille esset procurator, quia paria sunt aliquid non esse, & esse, sed non apparere, ita Guidobon. decis. 129. Card. Seraph. decis. 933. num. 1. & decis. 1407. & decis. 1465. & Rota per Greg. decis. 330.

20 Subdeclara tamen, quòd illa protestatio processum non vitiat, etiam si mandatum non exhibeatur, quando illud praesumi potest ex notabili impensa, & exhibitione iurium ad causam facientium, vt dicunt addentes ad illam decisionem Greg. 330. & prius in decis. 44. omnino videndum.

21 Extende hanc subdeclarationem, eò magis procedere, quando ex aduerso nō fuisset oppositum de mandato procurae, quia tunc illud, quandocunq; etiam post sententiam produci potest Seraph. decis. 502. n. 2. et decis. 1261. nu. 1. licet tū in Rota nō admittatur mandatum procurae post sententiā, etiā cum ratificatione gestorum, vt fuit dictum a Rot. in Firmana Iuris

Iuris patronatus Luna 28. *Ianuarii* 1602. *coram Card. Pamph. quæ est inter crim. Farinac. decis.* 171. quod tamen procedit, quoad conualidandam sententiam iam latam, quæ ex productione mandati post illius prolationem sustineri non potest; sed solum proderit in futurum, vt ait *Caualcan. decis.* 23. *num.* 17. *Put. decis.* 383. *num.* 9. *lib.* 2. & *Rota in vna Interamnen. officii* 27. *Febr.* 1576. *coram Card. Blanchetto.*

Quinimmò nec sententia lata ad fauorem non producentis mandatum, etiam si essemus in interesse minoris conualidari potest, ex productione mandati post sententiam, si tamen prædicta protestatio præcessisset, *vt fuit dictum à Rota in vna Romana artis fornatia Merc.* 9. *Iunii* 1574. *coram Robusterio*; & prædicta eò magis procederent, quando contra procuratorem fuisset oppositum nedum de mandato procuræ, verum etiam quòd non intendebat posse fieri ratificationem gestorum per principalem, *vt ait Benintend. decis.* 56. *per totam*, & *decis. Ianuen.* 100. *num.* 4. & *decis.* 176. *num.* 1. *Cephal. conf.* 586. *num.* 10. *lib.* 4. *Marches. de commiss. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *vbi decisiones Rotæ Romanæ allegat*: licet tamen contrarium in eo, quòd non possit fieri ratificatio gestorum ante sententiam per principalem tenent *Natt. conf.* 126. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. *Rota decis.* 1. *de procur. in antiq. Cassad. decis.* 40. *num.* 2. *de regul. Cancel.* & *Vant. de nullit. tit. quibus modis null.* &c. *num.* 102. qui dicunt posse, quandocunque fieri ratificationem ante sententiam. Et sic ad hoc, vt mandatum post sententiam productum in gradu appellationis suffragetur, debet illud producens reficere expensas, *vt ait Caualcan. in d. decis* 23. *num.* 17.

22 Secundo actor exprimere debet, qua actione vti velit, ad hoc, vt reus deliberare possit, an velit cedere, vel contendere, & ratio est, quia actori datur electio, vt actionem, quam velit, ad eius libitum eligere possit; & eò magis, quando à iure plura remedia alternatiuè introducta forent; quia tunc alterutram eligendi optio datur parti, & non Iudici; etiam si verba Iudicem tantum concernant. Immo isto casu etiam si actor à principio vnam viam elegisset, poterit tamen in remediis alternatiuis variare, tàm ante, quàm post litis contestationem, veluti fuit decisum à *dicta Camera Imperiali in dicta decis. Gayl.* 66. *in prima parte.* & *est decis. Gaspar Guliel.* 157.

23 Licet tamen id duobus modis non procedat, & primo de Iure Canonico, cuius enim vigore Actor exprimere non tenetur, sed solum sufficit ritè factum concipere *cap. dilecti filii*, & *ibi Bald. num.* 4. & *Abb. Felyn.* & *alii de Iudic. Innoc. in cap. examinatæ eodem tit. Bart. in l. prima in princ. ff. de aden.* & *ibi Bald. in princ.* & *in l. Gallus §. quidem rectè num.* 3. *ff. de liber.* & *posthum. Soccin. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poss* & ita quoque fuit decisum *in vna Bononien. de Pepulis Luna* 29. *Aprilis* 1591. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. decis.* 141. *num.* 4.

24 Secũdo nõ procedit, quãdo summariè agitur, quia tunc actiones possunt deduci, etiam contrariæ, & eo casu intelligun tur euentualiter, & ordine successiuo deductæ, (vt superius dixi,) & veluti quoque ait *Put. decis.* 21. *num.* 7. & *Rota in Romana donationis quinquaginta milliar.* 23. *Iulii*, & 15. *Augusti* 1574. *coram Aldobrandino, postea Clemente Octauo*, & *Mantica ibi supra num.* 5.

25 Tertiò actor tenetur plenè, ac concludenter id, quod est fundamentum suæ intentionis probare, quia propositum in mente retentum nihil operatur, *vt ait Rota pluries per Card. Manticam*, & *signanter in decis.* 68. *num.* 1. & 9. & *dec.* 86. *num.* 11. & *decis.* 211. *num.* 5. & *decis.* 278. *num.* 4. *Afflict. in decis.* 22. *num.* 2. *Card. Seraph. decis.* 1189. *num.* 1. & *Rota in recent. decis.* 409. *par.* 1. & *decis.* 618. *num.* 5. *in dicta prima parte recentior.* & *Rot. in Bonon. fideicommissi de Desideriis Mercur.* 14. *Martii* 1629. *coram Merlino.*

26 Et ratio est, quia solum actor in causis obtinere debet id, quod probabit; cum libellus ex probationibus declaretur, *vt ait Rota in dicta Bononien de Pepulis coram Card. Mant.* & *est doctr Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune num.* 51. *ff. de acquir. poss.* & *Purpur. conf.* 53. *num.* 26.

27 Amplia istud notabile tertium adeò

procedere, vt quando actor nihil probauit, tunc Reus nullo modo adstringi possit, etiam ad minimam probationem inducendam, vt ait *Rota in decis.* 284. *lib.* 2. *num.* 2. *diuers.* & *in decis.* 294. *num.* 2. *lib.* 3. *diuers.* & ratio est, quia actore non probante sententiam iustam, tunc dicitur reum condemnatum probasse illam esse iniustam; & propterea dictus actor tenetur producere processum, & sententiam pro se latam iustificare, vt pulchrè *ait Magon. decis. Lucen.* 64. *num.* 1. & 2. Item quod actore non probante reus absoluatur, etiam in beneficialibus, *ait Rota per Burat. in sua dec.* 380. *num.* 1. *sed in addit. sub num.* 9. habetur quomodo id procedere debeat.

28 Amplia secundò, multò magis procedere, quando reus conuentus probationes actoris offuscaret, illasque turbidas suis exceptionibus redderet, quia tunc illa actoris probatio, vti dubia esset, quoad dictum probantem irreleuans, veluti fuit decisum in vna *Romana Vinea* 2. *Decembris* 1616. *coram Card. Sacrato*,

29 Et propterea ad id nota, quòd si actor (verbi gratia) vellet agere ad rescissionem alicuius instrumenti iurati, tunc si non affert probationem suæ intentionis concludentem, dicta probatio dicitur dubia, & vti talis fit irreleuans; & tantò magis, si illud instrumentum in se veritatis primordium contineret, *vt ait Rota per Card. Seraph. in decis.* 940. *num.* 1. *&* 8. secus verò si ageretur de impedienda absolutione à iuramento petita sub prætextu, quòd ea sit subreptitia ex eo, quòd in petitione narrata læsio non ponebatur, quia id non potest opponi per modum subreptionis, vt absolutio iuramenti impediatur, etiam si allegaretur, quòd rescriptum alias non fuisset obtentum, si veritas fuisset narrata, quia id non impedit, quò minus absolutio concedatur, cum cognitio læsionis contractus ad negotium principale spectet, *vt fuit dictum in Signina Castrorum Veneris* 9. *Decembris* 1616. *coram Rembaldo*.

30 Contrarium, quòd scilicet per probationem a reo factam illa actoris dubia non reddatur, quando per eum fuit plenè probatum, dixit *Rota per Put. in dec.* 396. *num.* 1. *lib.* 2.

31 Quam enim secundam opinionem, multo magis extende procedere, quando exceptio, quam reus daret non esset, tam clara; sed potius altiorem indaginem requireret, veluti fuit decisum *in Nucerina assistus Luna prima Februarii* 1574. *coram Card. Sera. h. quæ est in eius impress. dec.* 314. *num.* 2.

32 Et ratio est, quia excipiens debet semper omnes qualitates deducere, quæ sufficiant ad hoc, vt exceptio eius intentionem concludat, *vt fuit decisum à* Rota *in Romana incendii Lunæ* 27. *Nouembris* 1606. *coram Ludouisio postea* Greg. *XV. quæ est in eius impressis decis.* 278. *num.* 1.

33 Amplia tertiò, quòd nec in præparatorijs Iudicij actor excusari possit, quia optimè scitur, quod ad Iudicium debet ire cum sacco paratus, & ad agendum instructus, *vt ait Afflict. decis.* 337. *num.* 2. & *Cassad. dec.* 1. *num.* 1. *de dilat.*

34 Fallit tamen, quando (verbi gratia) actor commisit causam contra reum super vno iure, & reus produceret pendente lite ius nouum, quia tunc dilatio esset ei danda ratione seruandæ æqualitatis, *vt ait Caputaq. dec.* 15. *p.* 1. *& Cassad. d. decis.* 1. *de dilat.*

35 Amplia quartò, id, quod fuit dictum de plena probatione per actorem facienda, multò magis procedere, quando dictus actor ius suum Canonizari petierit, veluti fuit decisum *in Vrgellen. Abbatiæ* 20. *Iunii* 1583. *coram Card. Serap. quæ est in eius impress. decis.* 631.

36 Amplia quintò, & è conuersò procedere, nempè quod veluti actor suam intentionem plenè, & concludenter probare tenetur, ita etiam reus suam exceptionem, vt ex iuribus mox allegandis apertè docetur, & veluti fuit præcipuè conclusum *in Bononien fideicommissi de Desideriis Mercurii* 14. *Martii* 1629. *coram Merlino*, & *prius in Romana depositi Mercurii* 24. *Ianuarii* 1618. *coram Buratto*, & *Rota decis.* 229. *nu.* 1. *par.* 2. *recentior.* & *in Elnen. Camerariæ* 10. *Decembris* 1610. *coram Card. Pamph. & in* Bononien. *Pænæ conuentionalis* 7. *Februarii* 1628. *coram Pirouano.*

37 Vndè nota, quòd si quis agere velit, ex statuto alienationem absque licentia in forensem prohibente, tunc actori sufficiet solũ probare alienationem, sed nõ tenetur

net ur docere licentiam non interuenisse, & ratio est, quia actor non tenetur probare id, quod rei exceptione elidi debet, *vt ait Rota in decis. 37. num. 5. in secunda par. recent.* & sic igitur tenebitur reus probare licentiam, *Put. decis.* 406. *lib.* 2. Rota *decis.* 748. *num.* 1. *lib.* 3. *diuers. Aegid. decis.* 602. *& millies fuit decisum a Rota, & signanter in Perusina bonorum de Galera allegata in alia Romana fructuum dotis de Paluzzellis Vin.* 28. Iunii 1602. *coram Litta, & in alia Parmen. fructus Ven.* 2. *Decembris* 1605. *coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 228. *& prius decis.* 201. *num.* 3. *eiusdem Ludouisii*; & *Rota ibi coram* M*erlino.*

38 Et ratio istius ampliationis est, quia reus excipiendo in sua exceptione fit actor, *Mohedan. decis.* 3. *de regular. & decis.* 1. & 7. *tit. de except.*

39 Fallit tamen dicta ampliatio, quando sumus in eo, quod incidenter deducitur, super quo non est pronunciandum, quia tunc sufficeret, quòd reus probaret suam exceptionem præsumptiuè, *vt ait Rota decis.* 628. *num.* 6 *par.* 1. *diuers.*

40 Amplia sextò, in materia probationis per actorem faciendæ, id adeò esse essentiale, quòd propterea, etiam si reus amiserit causam ob falsitatem, siue ob aliud caput delicti, nihilominus actor non potest sententiam ad sui fauorem obtinere, nisi plenè eius intentionem iustificet, vt pulchrè ait *Surd. in decis.* 282. *n.* 23. & *seqq.*

41 Contrarium licet teneant multi, quos allegat *idem Surd. ibidem.*

42 Amplia septimò, quòd neque actor releuetur ab onere probandi, etiam si reus in se onus assumpsisset probandi id, quod ab actore probari tenebatur, & eo magis quando adesset illa clausula non se adstringens, &c. quæ solet apponi in calce articulorum, *velut fuit decisum in Ciuitaten. fructuum* 6. *Februarii* 1579. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis.* 391. *nu.* 3. *& est decis. Magon. Flor.* 104. *num.* 8.

43 Amplia octauò, quòd nec minus actor postquã reus suæ petitioni acquieuit, possit a lite recedere; sed tunc de nouo requireretur cõsensus vtriusque: & sic cogitur suæ petitioni stare, vt ait *Salicet. in l. postquam liti num.* 11. & 12. *C. de pact.* & *ibi Dec. num.* 8. *Rimin. sen. cons.* 469. *num.* 22. & 26. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 2. *nu.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 135. *num.* 6. *lib.* 4. *& ita fuit quoque decisum in vna Romana Liberationis à molestiis Luna* 22. *Aprilis* 1602. *coram* Card. *Lancellotto.*

44 Amplia nonò, quòd actor prædictus teneatur probare, etiam si se fundet in negatiuam, quia ea vti fundamentum suæ intentionis, per eum probanda venit, *vt ait Rota in decis.* 426. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.* vbi ait, quòd id falleret, quando pro actore vehemens præsumptio induceretur.

45 Limita tamen prædicta non procedere, quando ageretur de probando contrarium eius, quod est de intentione rei, quia illud actor probare non tenetur, nisi prius reus suam exceptionem probasset, vt fuit decisum à *Rota in Taurinen. decimarum* 31. *Aprilis* 1604. *coram Seraph. quæ est decis.* 1497. *num.* 4. *in eius impress. Aegid. decis.* 76. *num.* 2. & *Rota in Anconitana de Rinaldinis* 20. *Februarii* 1584. *coram Card. Blanchetto, vbi ait* quòd Rotæ placuit opinio, *Franch. in cap. dilectus num.* 152. *de appellat.* & *in alia Vrgellen. Canonicatus Luna* 25. *Octobris* 1593. *coram eodem Cardinali Blanchetto.*

46 Quod tamen secus esset, quando actor in sua actione rei exceptionem includeret, quia suo ligone; tunc se percuteret, & sic partem aduersam adiuuaret, ita vt per eam rectè dici posset, Heù patior telis vulnera facta meis, &c quia eo casu eidem incumberet, postea onus exceptionem rei excludendi, quod nimis graue esset, vt ait *Ferret. cons.* 53. *num.* 11. *Cassad. decis.* 10. *num.* 10. *de rescript & ita fuit decisum in Burgen. Canonicatus Luna* 9. *Februarii* 1609. *coram Ortembergo, & Rota in alia Toletana Parrocchialis penes Garz. de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 342. *& Bellamer. decis.* 76. *nu.* 2. *& decis.* 222. *inter crim. Farinacii.*

47 Limita secundò, non procedere in materia obiectiua, vt exemplificando pulchrè ait *Oldrad. cons.* 229. *num.* 3. vbi ait actori sufficere homicidium probare, nec postea tenetur illam qualitatẽ verificare; quòd scilicet illud non fuerit commissum ad sui defensionem, veluti fuit decisum

sum *in dicta Vrgellen. Canonicatus* 19. *Ianuarii* 1594. *coram Card. Blanchetto.*

48 Sublimita tamen, id non procedere, in eo casu, quando (verbi gratia) aliquis impetrans illud narrasset in gratia, quod est de intentione, & exceptione rei, quia tunc ex vi illius narratiuæ, illud probare tenetur actor, siue impetrans, quia ita narrando suo ligone se percussit, *vt est decis. Ludouisii in eius impress.* 228. *& in alia decis.* 142. *nu.* 4. *coram eodem.*

49 Sed quatenus actor probaret contra exceptionem rei, hæc non diceretur propriè replicatio, sed tunc dicuntur probationes cōtrariæ ad inuicem se elidentes, re manente prima actoris probatione, vt *ait Rota in decis.* 237. *num.* 2. *par. prima diuers.*

50 Amplia decimò, quòd omne id, quod actori licet, debet etiā licere reo, ad hoc, vt paritas in iudicijs sit seruāda, *cap. non licet & c. in iudiciis de reg. Iur. in* 6. veluti etiam è conuersò contingit, nempè id, quod actori non licet, neque reo licere debebit, *vt ait Bellamer. decis.* 1. *tit. de caus. possess. num.* 1. *& fuit decisum in vna Anconitana Assecurationis Luna* 1. *Iulii* 1602. *coram Coccino, qua est in eius impress. decis.* 78. *num.* 7.

51 Extende primò, id adeò esse verum, quòd propterea veluti actori appellare licet, ita quoque reo appellare licebit, *vt ait Rota in decis.* 132. *num.* 1. *par.* 2. *diuers. Gratian. in decis.* Marchia 220. *n.* 1. & *seqq. & ita fuit decisum in materia Salutani in vna Anconitana hæreditatis* 11. *Martii* 1616. *coram Vbaldo.*

52 Extende secundò idē procedere, veluti si essemus in materia clausulæ (si quid exequendum,) quæ licet de sui natura non possit, nisi ex iam deductis iustificari, (veluti dicam in verbo clausula, si quid exequendum,) & ita ait Rota *in decis.* 64. *num.* 1. & 5. *& decisione* 162. *num. primo, & decisione* 260. *nu. quinto in impressi. apud Statil. Pacific. de Saluiano secundum nouam impressionem.* Nihilominus si contingat reo debitori nouas probationes producere, pari modo actori creditori licebit nouis rationibus vti, ad elidendas illas, iam a debitore deductas, *Rota in decis.* 168. *num.* 10. & 11. *impress. penes dictum Statil. & ita fuit quoque decisum in alia Anconitana bonorum* 22. *Maii* 1603. *coram Iusto, & in Papien. Pensionis* 19. *Nouembris* 1608. *coram Ortembergo.*

53 Limita tamen primò, non procedere dictam decimam ampliationem, quando essemus in dispositione statutaria, quia si statutum loqueretur in agente, tunc non vendicaret sibi locum in excipiente, *vt ait Caualcan. in dec.* 11. *num.* 58. & *Franch. in decis.* 136. & de hoc quoq; dicam in verbo statutum.

54 Limita secundò, quando actor, & reus iudicantur ad imparia, quod regulariter sequi non debet, *vt ait D. de Franch. decis.* 136. quia tunc non valet illa conclusio, quòd omne id, quod actori non licet, reo quoque licere non debeat, & id procedit, ob diuersitatem rationis inter eos existentis, veluti fuit decisum in *Hispalen. præeminentiarum Veneris* 24. *Ianuarii* 1614. *coram Cardinali Sacrato, qua est in recentior. decis.* 558. *n.* 7. *par. prima.*

55 Sed est bene verum, quòd semper fauorabiliores sumus reo, quàm actori, & propterea in dubio semper est iudicandum pro reo *l. fauorabiliores de reg. Iur. & est text. in l. inuito, §. cui damus eodem tit.* & ibi habetur, quòd actionem cui damus, multò magis exceptione defendimus, *Natt. cons.* 547. *num.* 16. *lib.* 3. *& fuit quoque decisum in Romana Vineæ* 26. *Iunii* 1609. *coram Ludouisio, postea Greg. XV. qua est in eius impress. decis.* 425. *num.* 2.

56 Limita tamen, & declara id esse verū, quando (ve ibi gratia) adessent duæ supplicationes diuersæ, sed pares in data quia tunc ex quo actor prius tenebatur probare suam gratiam esse efficaciorem, & meliorem; vndè hoc cessante reus venit absoluendus, vt ait Rota *per Verall. dec.* 236. *par.* 3.

57 At secus, quando actor haberet gratiam, cum certa data apposita, & reus aduersarius eam quoque, sed incertam haberet, quia tunc a actoris præsumitur anterior, ratione certitudinis dictæ eius datę, *vt ait* Rota *in decis.* 193. *n.* 5. *lib.* 3. *diuers.*

58 Declara prædicta regulariter procedere, ex eo quòd scilicet actore non probante reus sit absoluendus, veluti fuit decisum à Rota *per Card. Mantic. dec.* 68. *num.*

num. 1. *et* 9. *et decis.* 86. *num.* 12. *et decis.* 211. *num.* 5 *et decis.* 278. *num.* 4. *et Card. Seraph. in decis.* 1189. *num.* 1. *Assict. decis.* 22. *num.* 2. *et decis.* 409. *num.* 6. *et decis.* 613. *num.* 5. *par.* 1. *in recent.*

59 Extende idem procedere, etiam si constaret reum nullum ius habere, *vt ait Rota in decis.* 120. *in nouis.* & 460. *in antiq.*

60 Et ratio est, quia solum ius actoris consideratur, *vt ait Rota in decis.* 160. *in nouis* Quinimmò eo casu, quando actor non probat, non potest reus ad minimam probationem faciendam induci, veluti superius dixi, sed benè potest reus ad effectum absolutionis obtinendæ, dare obiectus, tàm in personā, quàm in gratiam, *vt ait dicta Rota in decis.* 160. *in nouis.*

61 Extende secundò, dictam vulgatam regulam procedere, etiam si actor aliquid probauerit, sed obscurè, & inconcludens, quia tunc vtri dubia probatio probantem non releuat, *vt ait Verall. in decis.* 11. *par.* 1. *& ita fuit decisum à Rota in Romana Vineæ* 2. *Decembris* 1616. *coram Card. Sacrato, & Surd. decis.* 75. *num.* 18.

62 Extende tertiò, regulam illam procedere, etiam si nihil reus prorsus probauerit, *vt ait Crescent. in d. decis.* 6. *tit. de donat.* quia vt alias dictum est, ius actoris, ac eius probatio solum attenditur, & non illa rei, *Rota in decis.* 160. *in nouis.*

63 Extende quartò, dictam regulam, etiam procedere, in causis beneficialibus, vt pulchrè ait *dictus Verall. in decis.* 47. *par.* 2. vbi fuit decisum, quòd si sint duę gratiæ eadem die duobus factæ, si de vnius anterioritate non appareat, tunc actore, qui probare tenebatur succumbente, reus venit absoluendus, *Rota ibidem dicta decisione.* 160.

64 Extende quintò, vt actore concurrente cum pari probatione, cum reo, tunc in dubio pro reo sit iudicandum, *vt ait Viuius in decis.* 238. *num.* 4.

65 Vlterius nota, quòd si contingat, vt reus contumax reperiatur, tunc dictus actor tribus modis contra reum procedere potest, & Primò ad poenam banni; Secundò ad immissionem bonorum secundum naturam intentatæ actionis. Tertiò id ei facere licebit in causa principali, vsque ad totalem causæ decisionem, *vt ait Andr. Gayl. in decis. Imper.* 60. *par.* 1. *& Guliel. decis.* 157. *Rota Spirensis.*

66 Hucusque fuit doctum, quis sit actor, & quæ in iudicio facere teneatur, modo restat videndum pro expeditione huius materiæ, quem forum sequi teneatur; & propterea est fundanda illa conclusio regularis, quòd scilicet actor forum rei sequi teneatur, veluti fuit decisum in vna *Veneta pecuniaria* 15. *Februarii* 1593. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1018. *num.* 2.

67 Amplia primò, id in tantum esse verum, quod etiam si ambo essent priuilegiati; nihilominus actor forum rei sequitur, & sic id remaneret in mera dispositione iuris communis, cum habeamus regulam, quòd scilicet priuilegiatus non vtatur priuilegio, contra alium priuilegiatum; sed tunc priuilegia conquassantur, & dispositioni iuris communis statur, *Viuius in decis.* 49 *& ita fuit decisum in Romana præsensi erroris calculi* 21. *Iunii* 1610. *coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 473. licet secus, quando vnus tractaret de damno, alter de lucro, quia tunc leges magis succurrunt tractanti de damno euitando, quàm tractanti de lucro captando, sed si forsan vterque de damno ageret, tunc potior causa est illius, qui conuenitur *dictus Greg. ibi supra, & post eius in decis.* 164. *& ibi per addent.*

68 Amplia secundò, quòd si actor ageret in suo foro, sententia esset nulla ex defectu iurisdictionis, *vt ait Rota ibi coram Card. Seraph. dec.* 1018.

69 Amplia tertiò, quòd actor tenetur sequi forum rei, siue simus in actione personali, siue in reali, *vt ait Borgn. in dec.* 2. & *decis.* 20. *vol.* 1. *Merlinus in decis. Rota Lucens.* 24. *quæ potest dari pro limitatione ad illam decisionem.* 2. *Borgh. Rota Patauia*, vbi ait actionem nascentem ex retractu esse realem, & propterea intentandam contra possessorem in loco, vbi res est sita, *vt ait Franch. decis.* 177. & *Franc. Marc. Rota Delph.* 402. *& Papon. lib.* 7. *aresi.* 56.

70 Limita tamen primò, regulam non procedere, quando solutio esset destinata in loco, vbi res est sita, quia tunc in

trarct

traret illa regula, quod actiones censentur esse in loco, in quo fieri debet executio, iuxta veriorem opinionem, vt testatur idem Card. *Seraph. in decis.* 352. *num.* 1. & *Rota in decis.* 546. *par. prima diuers.*

71 Quod tamen sublimita non procedere, veluti, si actor pro satisfactione sui crediti distrahere cœpisset rem, seu merces in loco, vbi est forum rei, quia tunc ibi iudicium est faciendum: Nam scire debes, quòd quis forum sortitur, vel ratione rei, vel contractus, aut domicilij, vt ait *Rota per Cardin. Seraph. in d. decis.* 1018. animaduertendo propterea, quòd quando quis non sortitur forum, tunc ille, neque etiam statutis ligatur, vt ait *Rota ibi supra in fine, coram Cardinali Seraphino.*

72 Quod tñ declara procedere, dũmodo in loco, vbi res est sita, conuentus inueniatur, vel per Iudicem loci rei sitæ in loco, vbi deget citatus reperiatur, vt optime ait *Franch. in decis.* 177. *n.* 1. & 2. vbi propterea ait, quòd promissio de citando vbiq; locorum intelligitur, si citandus ibi reperiatur.

73 Extende idem procedere, siue simus in actionibus in rem mixtis, siue in rem scriptis, aut hypothecarijs, ex quibus sortimur forum ratione rei sitæ; at secus in actione personali, vel reali, quia tunc quis non poterit declinare forum, vt ait *Franc. Marc. in decis.* 1056. *par.* 1. & *Papon. lib.* 5. *arrest.* 15. Item quod quis in actione personali in loco rei sitæ conueniri non possit, ait *Anan. in alleg.* 59. & 54. Item quod actio personalis fundum non sequatur, ait idem *Franc. Marc. decis.* 402. *par.* 1.

74 Quæ iterum declara esse vera, quando sumus in bonis stabilibus, secus autem in mobilibus in loco perpetuo non mansuris, vt ait *Caualcan. decis.* 3. *par.* 1. & *Milanen. in decis.* 23.

75 Limita secundo, quando essemus in miserabilibus personis, quia isto casu illæ trahunt, & non trahuntur, vt ait *Amat. in decis. March.* 105. cum ibi allegatis.

76 Et quæ dicantur personæ miserabiles tradit *Afflict. in sua decis.* 257. & *Marchef. de commiss. auocat. caus. cap.* 1. *n.* 22. & *seqq.*

77 Limita tertio, in Neapolitanis, qui de sua natura semper trahunt ad se, sed ab alijs non trahuntur, vt ait *Vinc. de Franc.* 416. vbi dubitabatur de muliere Neapolitan. originaria, quæ virum duxerat exterum, & fuit traducta ad domicilium sui viri.

78 Limita quarto, ob continentiam causæ, vt ait *Mising. cent. prima obseruat.* 4. & *Franch. in decis.* 426 *num.* 2. vbi ait quod crimen a diuersis commissum, debet ab vno cognosci, ne continentia causæ diuidatur, & sic, ne ex diuersis iudicibus oriantur, sibi inuicem sententię contrariæ.

79 Limita quintò, non procedere, quando essemus in iudicio iuris congrui, quia tunc actor potest conuenire reum in loco rei sitę, vt ait *Franch. decis.* 389. & ratio est, quia huiusmodi actio dicitur in rem scripta, quę quoad forum ęquiparatur reali; vt superius dixi ex opinione dicti *Franch. in decis.* 177. & *Franc. Marc. decis.* 402. *Rota Delphinati*, & *Papon. lib.* 7. *arrest.* 56.

80 Limita sextò, quando essemus in causa reconuentionis; nam tunc si clericus agit coram Iudice laico, laicus potest ipsum reconuenire coram eodem iudice, & non tenetur litigare coram iudice Ecclesiastico, sicut alias; quod enim extende procedere, etiam si postea vellet renunciare renunciationi, alias per eum factę, vt ait *Afflict. in decis.* 174. & *ibi Vrsill. & Franch. decis.* 193. *num.* 3. vbi ait id esse de stylo magnę Curię incipien. Item, quod si clericus; secus autem in statu Ecclesiastico, vt mox dicetur, & quando via criminali ageretur, vt ait idẽ *Franch. ibi supra d. num.* 3. & *seq.* Item quod in magna Vicaria remaneat habitu iurisdictio cõtra clericũ, sed nõ actu ait idem *Franch. dec.* 426. *sub n.* 4. quod enim inseruire potest pro concordantia prędictarum opinionum.

81 Sublimita prędicta ibi quoque in Regno non procedere, quando clericus cõpelleretur ad agendũ corã iudice laico (verbi gratia) ex causa furti, vel iniurię, sibi illatę, & similium ad eum finem, vt postea reconueniri potuisset coram eodem iudice; nam tunc debet reconueniri coram suo iudice Ecclesiastico, vt dicunt prealleg. DD.

82 Quinimò, quòd clericus, si non opponat de-

nat declinatoriam, quando conuenitur coram iudice laico excommunicatur, ait *Surd. decis. 26. num.* 5. licet secus sit, quando clericus esset a iudice laico citatus, quatenus sua putauerit interesse, vt ait *Card. Seraph. decis.* 957. *num.* 6. & *Ioseph. Ludouic. concl.* 5. *vers. ampliatur vbi allegat Afflict. Dec. & alios*; licet sit bene verum, quòd si compareat, & petat ad suum iudicem remitti, remittendus venit, cum clerici ad iudicium seculare trahi non possint, & iudices hanc libertatem violando, siue alii alio modo Prælatos impediendo, ne sua iurisdictione vtantur, in excommunicationem incidunt vt fuit dictum in *Oscen. Canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram Penia*.

83 Secus autem, si instantia esset incepta cum laico, qui postea clericus fieret, quia tunc illud priuilegium superueniens non suffragaretur, & sic coram laico litigare teneretur. Sed nõ potest tamen clericus huic priuilegio renunciare, vt ait *Guidopap. decis.* 77. & *Card. Seraph. dec.* 957. *num.* 4.

84 Contrarium tamen ait idem *Guidopap decis.* 562. *num.* 2. vbi firmat esse locum præuentioni in iniuria per laicum clerico illata, subdens, quòd iudex laicus in tribus casibus habet potestatem in causis clericorum, & in bonis suis, quos ponit *glos. in cap. tua de decim.* in alijs verò non, *vt ait idẽ Guidopap. ibi supra n.* 5. subdens prætereà sub *num.* 6. id sine difficultate transire, quando essemus contra clerici fideiussorem, quem iudex secularis ad illius Tribunal vocare potest, quod ego forsan crederem verum, si fideiussor esset solus vocatus ad iudicium; at secus, si coniunctim cum clerico iret vocatus ad iudicium, quia ratione concomitantiæ, quæ in iudicijs multum operatur, clericus tali casu vti magis dignus traheret correum, & debitores in simul ad suum forum, ob clericorum immunitates, & exceptiones, iuxta *text. in c. si diligenti, & c. significasti de for. cõpet.* & alia concilia prohibentia, ne clerici a laicis trahantur, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. decis.* 957. & *per Coccinum decis.* 101. *num.* 3.

85 Amplia id quoque procedere, etiam si ageretur de patrimonio clerici, *vt ait Rota per Seraph. ibi supra*, & faciunt etiam ea, quæ ait idem *Guidopap. dicta decis.* 562. *num.* 1. & multa dicam Deo dante in verbo clerici.

86 *Sed Franch. in sua decis.* 426. *num.* 4. ait quòd in delictis clericus remittitur ad suum iudicem, & laicus retinetur à suo seculari, quæ opinio valdè mihi placet, quia vtraquè iurisdictio, hoc modo saluaretur; licet idem *Franch in decis* 465. dicat, quòd clericus priuilegium clericale amittit, quando citatus ad informandum non comparet personaliter, cum bullis clericatum allegando; licet tamen ibi loquatur de clerico publicæ quietis perturbatore, & qui sit banitorum caput, & viarum crassator, quod tamen dicas tu procedere, iuxta morem illius regionis, alias secus. Sed in quibus casibus Iudex Ecclesiasticus possit cognoscere in causis laicorum, & quando Iudex laicus Ecclesiastico obedire; necnõ illi causam mittere teneatur, vidẽdus est *Affl. in suis decisionibus* 30. 173. & 219 & 220. & *ibi Vrsill.* in quibus decisionibus multa in hac materia inuenies.

87 Limita septimò, quando essent plures rei, sed diuersi fori, quia tunc non esset conueniens, vt actor sequatur forum singulorum reorum, contra quos, pro eadem causa ageretur, sed omnes possunt conueniri coram vno, eodemq. Iudice ip sorum omnium mediato superiore, vt dicunt *DD. allegati à Mesing. cent.* 1. *obseruat.* 4.

88 Limita octauò, quando ageretur super aliqua exceptione, veluti quãdo reus originarius antequam conueniatur, vellet super exceptione agere, vt potest exemplificari in casu *l. Diffamari, C. de ing. & man.* quia tunc poterit agere coram suo Iudice, non autem actoris futuri, vt ait *Capic. decis.* 18. vbi ampliat id procedere, etiam contra clericum, siue Prælatum diffamantem, qui eo casu potest à laico diffamato coram Iudice laico conueniri.

89 Contrarium tamen tenet *Afflict. in decis.* 268. & omnes alii quos allegaui supra *vers. Quintmo, num.* 82. & propterea ad id ait idem Afflictus, quòd excommunicatus non potest hoc remedio vti, quia non potest esse actor, veluti potest esse diffamatus, quando aliquem diffamantem vocat ad iudicium, sed bene

nè poteſt eſſe reus, & ſic excipere valet, licet ſit benè verum, quòd quamuis excommunicatus, ſiue bannitus illud remedium l. diffamari intentare non poſſit: non tamen ei denegatur iudicis officium implorare, ad hoc, vt perpetuum ſilentium imponatur, vt ait *Franc. Marc. decis. 493. num. 5. par. 1.*

90 Sed primam tamen opinionem ſæpius fuiſſe tentam dicunt addentes vtrobiq; & præſertim *Oſaſch. in decis. 151.* vbi reprobat opinionem Afflicti, quem per te videre poteris, & id ex ea ratione, quia originem naturalis cauſæ ſpectare debemus, & non accidentalem, vt ait *Mobed. decis. 5. de iudic.* quam paſsim amplexa fuit vt ait *Rota in dec. 424. n. 3. p. 1. diuerſ. et in Parmen. Prioratus 16. Ianuarii & 16. Februaris 1598. coram Orano, & in Taruiſina feudi 16. Decembris 1622 coram Pirouano*; Et propterea intentans remedium diffamationis, verè, & naturaliter reus eſt, & vocatus ad iſtud iudicium dicitur actor, qui tenetur neceſſariò probare, & ſic forum rei ſequi, quia diffamare nil aliud eſt, quàm ad iudiciũ vocare, & ob id diffamatus dicitur ad cauſam prouocatus, nec ad cognoſcendum quis ſit actor, vel reus, eſt conſiderandum quis fuerit ad iudicium vocatus, ſed potius ipſa petitio, & ſic cauſa originalis eſt inſpicienda, vt fuit decisũ a *Camera Imperiali per Miſing. in decis. 90. par. 6.* & *Capic. in decis. Neapolit. 18. Franch. decis. 657.* & *Rota in decis. 236. & decis. 237. par. 1. diuerſ.*

91 Vnde de intentante remedium dictæ leg. diffamari erit hoc modo diſtinguendum, vt ſcilicet, ille dicatur actor, quoad probationem, & ordinationem iudicii, non autem, quoad deciſionem cauſæ, vt ait *Grat. lib. 4. diſcept. c. 686. num. 11. 12. & 13.*

92 Extẽde idẽ parimodo eſſe in cõmittẽte cauſam ſuper moleſtationibus, & iactationibus, qui non actor, ſed reus vocatur *Cagnol. in d. l. diffamari*, *Mobed. decis. 229. Capic. decis. 18.* Vndè ad id notandum erit, quòd quando verba commiſſionis ſint apta comprehendere cauſam moleſtationum, (per illam clauſulam, quam, & quas,) & per alteram (item habereque, & mouere intendunt, item rebuſque alijs) tunc moleſtationes poſſunt ſpecificari, & ſic illę etiam cadere poterunt (verbi gratia) ſuper legitimitate, & incapacitate ad ſuccedendum, ſuper quo principaliter commiſſio fuit impetrata, *vt ait Rota per Caſar. de Graſſ. in decis. 1. de iudic.* & *Achil. dec. 13. de commiſſ.* & *dec. 9. de re iud.* & *7. de appell. Mobed. decis. 162. ſed idem Caſ. de Graſſ. decis. 22. de appell.* ait, quod ille, qui erit actor ob illam clauſulam (quam, & quas, &c.) poteſt ſpecificare eam, quam vult, & in hoc iudicio, quid actor probare debeat, vide *Rota in decis. 801. par. 1. in nouiſſ. quæ eſt Card. Seraph.*

93 Vltimò erit notandum, quod quando ſumus in vagabundo, & debitore de fuga ſuſpecto, tunc iſti poſſunt, vbiquè locorum conueniri: nec iſto caſu valet regula, quòd actor forum rei ſequi teneatur, *vt ait Franc. Marc. in decis. 1059. n. 1. & 2. p. 1.* ſed in loco, vbi deliquit puniri debet vagabundus *l. 1. C. Vbi de crim. agi oport. & DD. in l. heres abſens §. Proindè. ff. de Iudic.* & *ibi Curt. Iun. nu. 10. & plura habebis in regul. Iuris ciuilis, ac Pontificalis* in hoc verbo vagabundi *tom. 2.*

94 Sed quando forum competat ratione rei ſitæ, *vide Riccium in ſua collect. deciſionum 735. par. 4.* & quando ratione originis in *collect. 846.* & quando ratione delicti *collect. 854.* Item quando hæres teneatur ſequi forum defuncti *in collect. 1039.* Item quando illud poſſit declinari *in collect. 53.* & quando illud eligi *collect. 86. & collect. 300.* & vltimò, in quibus caſibus, quis ſortiatur forum, vide *in collect. 267.* in quibus omnem hanc materiam deciſam inuenies, quam hic per extẽſum, ne nimis longus fierem, ponere non curaui.

ARGVMENTVM.

ACTOR QVANDO PLVS DEBITO petit, ad quid teneatur.

CONCLVSIO XLV.

1 ACTOR petens plus debito adhoc, vt debitum illud ammittat, nota, quod quatuor concurrere debent, & primò quod cautio

tio fuerit extorta de maiori summa. Secũdo, quòd dolus in hac petitione subsit. Tertiò, quòd reus fuerit vocatus in iudicium, & sic quod fuerit lis contestata. Quartò, & vltimò, quòd in probationibus liqueat de dolo actoris, *vt ait Capic. in sua decis. 49. in fine; licet Thes. in decis. 231.* dicat quòd solum duo copulatiuè requirantur, ad hoc, vt petens plus debito causam amittat, & primum est, quòd dolosè plus debito petat actor, secundum, quòd de pluri cautionem exigat, *iuxta text. in l. vnica C. de plus petit.* vbi ait quòd si solũ plus debito, quis dolosè petierit, tũc in triplo expensarum condemnari debet, idem ait quoque *Iason. in §. sed hac quadam num. 8. instit. de action. Rolan. cons. 71. num. 39. lib. 1.* & *ibi alios allegat*, & *Thes. in dicta decis. 231.*

2 Amplia primò, dispositionem textus dictæ legis vnicæ, etiam procedere contra illos creditores, qui ante diem agunt, quia tunc plus petere dicuntur, cum dies pars summæ, & obligationis dicatur, *vt ait text. in l. 1. §. editiones de edend. Bart. in l. a diuo Pio §. sed si emptor num. 2. ff. de re Iud.* & *Surd. in sua decis. 120. num. 1. & 2.* vbi firmat, quòd soluens ante, vel post diem plus, & minus soluere dicitur.

3 Amplia secundò, idem quoque procedere, in his, qui agunt, siue petunt ante conditionis euentum, quia isti quoq; plus petere dicuntur, nam plus quatuor modis in iure dicitur, nempè re, loco, tempore, & causa, *Surd. in decis. 151.*

4 Su bamplia, quòd tunc neque etiam excusat ut actor per eam dictionem (in circa) *vt ait Guidop. in sua decis. 290.* & ratio est, quia illa dictio est incerta, & propterea videmus, quòd renunciatio expressa, & clara ea non dicitur, quæ fit per hãc dictionẽ (in circa) veluti nec ẽt testes probant certũ, & determinatum tempus quando deponunt per illud verbum (in circa) veluti ita exemplificando, *ait dictus Guidopapa in dicta decis. 290. per totam idemque ait Rauden. in decis. 30.* licet *Rota Rom. in Parmen. statut Veneris 5. Decembris 1608. coram Greg. & in eadem Vener. 30. Martii 1629. coram Coccina*, dicat, quod, testes deponentes de tempore (in circa) siue non benè recordor, siue parũ plus, vel parũ minus dicot dare non dicuntur, & tunc illa dictio (in circa) declarari potest arbitrio iudicis in quantũ se extendat, & testes tali modo deponentes posśunt reduci ad concordiã aliquid detrahendo, & aliquid augendo singulis testibus, quando essemus in iudicio ciuili, *vt fuit dictum in vna Tiburtina confinium Veneris 4. Martii 1611. coram Card. Sacrato*, licet non posśit negari, quin illi in causa criminali dicantur dubitatiuè deponere, veluti neque etiam in ciuili non probarent in casu, vbi esset opus scire tempus præcisè adeffectum approbandi, vel reprobandi aliquem actum, *vt fuit dictum in dicta Parmen. statut Mercurii 24. Iunii 1607. coram Gregorio, quæ est inter criminal. Farinaccii decisione 231 per totam.*

5 Amplia tertiò, procedere etiam in recipiente plus debito, quod tamen declara verum, si illud dolosè receperit; secus autem si ignoranter, quia errantis nullus est consensus, item animus, & intentio sunt, quę maleficia distinguunt, *Surdus in sua decisione 317. num. secundo*, vbi ait, quod petere idem est, quod recipere.

6 Amplia quartò, quòd statutum contra petentes plus debito, vendicat sibi locum etiã in petere indebitum, *vt ait idem Surdus in decis. 65. num. 2.* licet contrarium dicat *sub num. 8.* ea ratione, quia, cum statutum illud comparatiuè loquatur, nimirum si positiuum supponat. vndè non dicitur quis plus debito petere, quando petit indebitum, cum nihil sit debitum, cuius enim opinio, licèt de rigore iuris procedere debeat, cum statutum de vno casu ad alium odiosum non extendatur, per regulam *odia de regul. iur in sexto*, nec non quia statuta sint ad literam intelligenda, *vt ait Surdus in decisione 313. num. quarto, & decisione 330 num. octauo*; Nihilominus non mihi placet, quòd illa temeritas petentis indebitum impunita euadat, si tamen illud dolosè petatur; & ratio est, quia dolus nunquam alicui immunitatem præstat, *glos. in l. 1. ff de publ. & vectig.* & quod in hac petitione indebiti adsit dolus, ex eo clarè probatur, quia petens indebitũ, illud sub spe lucri petiit, quæ enim spes lucri dolum verum arguere facit, *vt dicunt DD. allegat. a Rot. in vna Rom. nullitat. oblig Lunæ*

 27. Iu-

27. *Iunii* 1605. *coram Ortembergo*.

7 Amplia quintò, conclusionem in tantum esse veram, vt si plus debito fuerit petitum, ille petens debet in expensis condemnari; licet secus, si debitor partem debiti fateretur, vt ait *Rota Auenionen. decis.* 40. *tom.* 3. *diuers.* & *Thes. in dicta decis.* 231. *num.* 1. & 2. *Viuius decis.* 346. *allegatus à Riccio in sua Collectan.* 209. *parte prima.*

8 Amplia sextò, quòd in odium illius mendacii in petendo plus debito, tunc licebit reo in totum negare, siue petitio sit de pluri in quantitate, siue in qualitate, & propterea videmus, exempli gratia, quòd si quis peteret ducenta, & solum esset creditor in centum. Item, si quis peteret catenam auream alicui datam librarum trium, quæ re vera erat duarum tantum; nam tunc, quia non dicitur amplius eadem catena, cum qualitas addicta enti, illud qualificet, & in diuersa specie constituat; idcircò illi in totum negare licebit, absquè, quòd de periurio opponi possit, cum ipse prius peierauerit, dum positiones plus debito continentes medio iuramento dederit, & sic isto casu intraret illa regula, quòd vnus eos mores, quos in se approbauit, non possit eosdem in aliis postea reprobare; sed benè isto casu intraret altera regula, vt paria delicta mutua compensatione tollantur, iuxta tradita per *Thesaur. in dicta decis.* 231. *num.* 1. & *seqq.* & *velutì dixi in conclus.* 56. *num.* 62. *idemque ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 246. *num.* 15. & 16.

9 Contrarium licet tamen fuerit decisum per Senatum Pedemontanum, vt testatur idem *Thes. ibi supra num. quinto,* hac ratione ducti illi DD. nempè, quia veluti Senatus iudicat vti Princeps, & Princeps vti Deus; ideo requiritur exuberantia bonæ fidei in proferenda veritate; cum Deus sit ipsa veritas, quæ nunquam fallit, neque fallitur; & propterea debet semper reus veraciter in positionibus respondere; & sic debebat dicere illum habuisse catenam, addendo, licet non illius qualitatis, quæ in positionibus supponitur, & eò magis, quia confessio in illis facta, debet semper acceptari cum sua qualitate, vt ait *Ioseph Ludouicus decis. Perus.* 51. alias alio modo respondendo reus in periurium haberetur, vt ait *Papon. lib.* 8. *tit.* 1. *arest.* 2. & *Riccius in sua collectan.* 209. *parte prima.*

10 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat de rigore iuris, & sic in foro exteriori, vbi si quis circa veritatem probandam aberraret in vna syllaba, posset reus negare totum, absque quòd cadat in periurium, ratione indiuiduitatis iuramenti, veluti dicam in verbo articuli, vbi recurras; secunda verò opinio procedit in foro animæ, vbi de apicibus iuris non disputatur, cum Deus inter simplicem, & solemnem loquelam facere non soleat differentiam, vt dicunt omnes summistæ.

11 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende eam in tantum procedere, vt propterea licet quis plus debito petat, sed solum in parte probet; tamen pro ea obtinere debet, & sic sententia ob id non dicitur nulla, vt ait *Guidopap. in decis.* 51. *Balb. decis.* 49. & *decis.* 99. & *Boerius decisio.* 74. & *Riccius in d. sua collectanea num.* 209. *parte prima propè medium.*

12 Et ratio est, quia vtile per inutile vitiari non debet, vt ait *Afflict. in decis.* 107. & *melius Vrsill. ad illum in decis.* 218. *Gam. decis.* 387. *Surd. decis.* 248. *Franc. Marc. decis.* 328. *par.* 2. & *Milanens. decis.* 52. *lib.* 2.

13 Contrarium licèt dicat dictus *Capic. in sua decis.* 51. vbi ait quòd decretum factum ex causa partim vera, & partim falsa in totum corruere debet, quia decretum, & sententia sunt indiuidua; & propterea non possunt pro parte valere, & pro parte non, vt fuit quoque decisum *in vna Romana spolij Lunæ* 21. *Februarii* 1600. *coram Iusto*, & *in alia Romana spolii coram Gregorio, quæ est in eius impress. decis.* 198. *num.* 1. & ibi aliæ decisiones allegantur, idemque tenet *Minad. in sua decision.* 23. vbi ait, quòd si vnus petierit multa bona in libello, & solum pro tertia parte probet, tunc debet actor in expensis condemnari in totum.

14 Concorda tamen, quòd prima opinio procedat, quando materia de qua age-

ageretur esset separabilis, & diuidua, quia tunc faceret illa regula vtile per inutile non vitiari, secunda vero opinio procedere quando secus, quia, tunc regula illa è conuerso procederet; nempè, vtile perinutile vitiari debere, vt pulchrè fuit dictum in *Larinen. frumenti Ven. 22. Iunii 1576. coram Robusterio, & in alia Perusina dotis Veneris 7. Aprilis 1606. coram Ortembergo, & prius in Lucana expensarum Lunæ 26. Februarii 1601. coram Iusto, et alias sæpe.*

15 Rursus concorda, vt prima opinio procederet, quando executio esset facta, vtputa in re maioris valoris, quàm fuerit debitum, secunda verò, quando decretum maiorem summam contineret, quã esset debitum, vt fuit dictum in vna *Romana spolii 9. Maii 1614. coram Buratto, & in Romana subhastationis 2. Iunii 1614. coram Vbaldo, & in alia Romana domus de Cardelis 1. Decembris 1617. coram Card. Caualerio.*

16 Sed tenendo secundam opinionem, & sic in terminis materiæ indiuiduæ extende procedere, etiam si excessus esset in vno obulo, quia indiuiduum, tàm in magna, quàm in modica summa lædi potest, quia illud est totum in toto, & totum in qualibet parte, *Iason. in l. si non sortem num. 2. de condic. indeb. & Rota in Assisien. subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano, et in Burgi sancti Sepulchri coram Greg. quæ est in eius impress. decis. 316. num. 1. et seq. et prius in decis. 198.*

17 Amplia septimò, quoque procedere in datione insolutum, quæ si fuerit facta plus debito in totum est nulla, vt ait *Marilian. in decis. octaua Surd. decis. 45. et Rota in omnibus prædictis decisionibus ita firmauit.*

18 Licet *Surd. in decis. 46. nu. 7. et Capic. in decis. 41. n. 9.* dicant quòd creditor habet ius retinendi pro summa debita, & rectè, quidem, quia vltra rationes adductas ab illis decisionibus, addo alterã ego, & est quòd ad euitandos circuitus inutiles facilius in re datur retentio, quã acquisitio de nouo, vt ait *Rota per Gregorium decis. 265. num. 3. et Card. Seraph. in decis. 878. num. 2.* vbi ait quòd si res non fuerit ritè, sed rectè data; idest pro debito, de quo liquide constat, tunc illa datio non est reuocanda, vt circuitus non multiplicentur inutiles, vt fieret, si res esset acquirenda de nouo. Quinimò adeò est fauorabilis retentio, vt propterea ea non solum detur in creditore pecuniæ, sed etiam in alia qualibet re. Item non dum in creditore chirographario, verumetiam sine chirographo, vt ait *Negusant. de pignorib. in prima par. 3. memb. quinta partis princ. num. 46. cum sequentibus, et Rota in vna Suarina bonorum 27. Iunii 1586. coram Card. Platto.*

19 Amplia octauò, id quod fuit dictum de petente plus debito, procedere etiam in petente iam solutum, quia si id scienter facit in crimen stellionatus offendit, ita vt iniuriarum actione teneatur; secus autem, si illud ignoranter petiisset, quia tunc ei opitularetur regula illa, errantis nullus est consensus, vt pulchrè ait *Farinacc. in suis Fragmentis, num. 725. cum sequentibus*; & ita quoque fuit decisum a *Rota in Interamnen. pecuniaria Lunæ 23. Iunii 1603. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ est in eius impress. decision. 123. & Magon. in decis. 88. Rota Flor. & ibi latè.*

20 Vndè hic erit notandum, quòd quando bis fuisset exactum creditum, tunc duplex actio oriretur; nempè ea ciuilis in factum, & altera criminalis in stellionatu, sed est benè verum, quòd quando prius de Ciuili fuit inchoatum, in Criminali erit supersedendum; & è contra, vt ait *Farinacc. & Rota ibi supra, & est decis. Franch. 469.* & latè dicam in verbo stellionatus fauente Deo.

21 Et pœna in hoc delicto non est corporalis, sed pecuniaria, vt ait *Rota in d. decis 123. per totam.*

22 Vlterius erit notandum, quòd istud crimen stellionatus non infamat, si actio criminalis non infamet, vt ait *Menoch. de arbitr. ind. casu 381.* immo satisfaciendo parti læsæ, criminaliter agi non posset, vt ait *Bossius in titulo de crimin. stellionat. & Rota ibi supra.*

23 Extẽdè præcipuè, si primordiũ veritatis haberemus, quia illud semper à quouis

decis. 535. num. 23. eiusdem Gregorij Decimiquinti.

10 Amplia sextò, quod veluti actor dicitur ille, qui prius ad iudicium vocat, (vt superius dixi,) & vt ait *Card. Seraph. in dec.* 141 *n. 4.* & sic quemadmodum ab eius persona iudicium regulatur, ita quoque ipsius iura prius inspici debent, veluti fuit decisum *in Pamplonen. Parrocchialis de* [illegible] *M. re. prima Iunii* 1594. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. decis.* 282.

11 Extende id adeò esse verum, vt propterea reus prius teneatur respondere positionibus actoris, quàm è contra; licet tamen, id non esset verum, quando positiones rei essent illis actoris præiudiciales, quia tunc prius actor respondere teneretur, *vt ait Benintend. decis.* 32. *nu.* 4. *&* 10

12 Sed vnũ singulare in actore addas, quod est, vt ipse iudiciũ assecurare nõ teneatur, *vt ait Rota in dec.* 326. *n.* 3 *p.* 2 *in recent.* & ratio est, quia in eo timor dilapidationis cessat.

13 Extẽde primò, idẽ quoque procedere in reo, quando tamen habuit sententiã ad sui fauorem: Imm̀o nec etiam sine sententia tenetur assecurare iudicium, de consuetudine tamen, quicquid sit de iure, vt ait *Rota vbi supra.*

14 Extende secundò, quod nec etiam dictæ assecurationi erit locus, quando pars post contractum deterioris conditionis non est effecta, *vt ait Rota ibid. in fine, & in vna Veneta pecuniaria 7. Iunii* 1605. *coram Penia, & in alia Foroliuien. nullitatis obligationis Lunæ* 20. *Maii* 1613. *coram Card. Sacrato, & Ludouic. decis. Perus.* 41. qui dicunt, quòd ad hoc, vt debitor possit iurari suspectus de fuga, debet creditor ostendere creditum, nec non deteriorationem post factam obligationem, ad eius fauorem, & postea suspicionem fugæ cum iuramento asserere.

15 Extende tertiò, id eò magis procedere in actore immobilia possidente, *vt ait Cappel. Tholosan. in decis.* 138. *num.* 3 *cart. mihi* 413.

16 Fallit tamen in obligato solum actione personali, quia tunc ille satis dare tenetur de stando iuri, &c. *Afflict. in decis.* 109. *n.* 1. & in hac materia recurras, ad ea, quæ dixi in verbo assecuratio iudicij.

17 Verum, quia intelligentia prædictorum non sufficit, nisi prius sciatur quomodo actor ire debeat instructus ad iudicium. Ideò nota, quod actor ad hoc, vt validè agere possit, prius tenetur illius personam legitimare, vt ait *Rota in decisione* 636. *num.* 5. *lib.* 3. *diuersorum*, & ibi multa ait in hac materia.

18 Et propterea dictus actor, vel eius procurator post commissionem obtentam debet intra terminum de iure suo, siue procurator de mandato, sine aliqua citatione docere, alias reus ab instantia iudicij esset absoluendus, per regulam actore non probante, &c. *Rota in decis.* 1153. *num.* 1. *par.* 3. *diuers.*

19 Declara tamen id, quod fuit dictum de mandato procuræ per procuratorem ostendendo, procedere, dummodo de illo fuerit oppositum ex aduerso, cum e protestatione opponi solita in principio iudicij, nihil fieri ex aduerso, nisi docto de legitimo mandato, ita quod, &c. & quod præcipuè sit huiusmodi protestatio in quolibet actu repetita: alias ab ea desistendo pars illi acquiescere censeretur, licet id non sufficeret, nisi erã procuratore de mandato procuræ postea doceretur, alias talis defectus faceret oĩa acta corruere, etiam si verè ille esset procurator, quia paria sunt aliquid non esse, & esse, sed non apparere, *ita Guidobon. decis.* 129. *Card. Seraph. decis.* 933. *num.* 1. & *decis.* 1407. & *decis.* 1465. & *Rota per Greg. decis.* 330.

20 Subdeclara tamen, quòd illa protestatio processum non vitiat, etiam si mandatum non exhibeatur, quando illud præsumi potest ex notabili impensa, & exhibitione iurium ad causam facientium, vt dicunt addentes ad illam decisionem Greg. 330. & *prius in decis.* 44. *omnino videndum.*

21 Extende hanc subdeclarationem, eò magis procedere, quando ex aduerso nõ fuisset oppositum de mandato procuræ, quia tunc illud, quandocunq; etiam post sententiam produci potest *Seraph. decis.* 502. *n.* 2. *et decis.* 1261. *nu.* 1. licet tñ in Rota nõ admittatur mandatum procuræ post sententiã, etiã cum ratificatione gestorum, *vt fuit dictum a Rot. in Firmana*

Iuris

Iuris patronatus Luna 28. *ianuarii* 1602. *coram Card. Pamph. qua est inter crim. Farinac. decis.* 171. quod tamen procedit, quoad conualidandam sententiam iam latam, quæ ex productione mandati post illius prolationem sustineri non potest; sed solum proderit in futurum, vt ait *Caualcan. decis.* 23. *num.* 17. *Put. decis.* 383. *num.* 9. *lib.* 2. *& Rota in vna Interamnen. officii* 27. *Febr.* 1576. *coram Card. Blanchetto*.

Quinimmò nec sententia lata ad fauorem non producentis mandatum, etiam si essemus in interesse minoris conualidari potest, ex productione mandati post sententiam, si tamen prædicta protestatio præcessisset, *vt fuit dictum à Rota in vna Romana artis fornatia Merc.* 9. *Iunii* 1574. *coram Robusterio*, & prædicta eò magis procederent, quando contra procuratorem fuisset oppositum de dum de mandato procutæ, verum etiam quòd non intendebat posse fieri ratificationem gestorum per principalem m:t, *vt ait Benintend. decis.* 56. *per totam, & decis. Ianuen.* 100. *num.* 4. *& decis.* 176. *num.* 1. *Caphal. cons.* 586. *num.* 10. *lib.* 4. *Marches. de commiss part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *vbi decisiones Rota Romana allegat*: licet tamen contrarium in eo, quòd non possit fieri ratificatio gestorum ante sententiam per principalem tenent *Natt. cons.* 126. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. *Rota decis.* 1. *de procur. in antiq. Cassad. decis.* 40. *num.* 2. *de regul. Cancel.* & *Vant. de nullit. tit. quibus modis null.* &c. *num.* 102. qui dicunt posse, quandocunque fieri ratificationem ante sententiam. Et sic ad hoc, vt mandatum post sententiam productum in gradu appellationis suffragetur, debet illud producens reficere expensas, *vt ait Caualcan. in d. decis* 23. *num.* 17.

22 Secundo actor exprimere debet, qua actione vti velit, ad hoc, vt reus deliberare possit, an velit cedere, vel contendere, & ratio est, quia actori datur electio, vt actionem, quam velit, ad eius libitum eligere possit; & eò magis, quandò à iure plura remedia alternatiuè introducta forent; quia tunc alterum eligendi optio datur parti, & non Iudici; etiam si verba Iudicem tantum concernant. Immo isto casu etiam si actor à principio vnam viam eligisset, poterit tamen in remediis alternatiuis variare, tàm ante, quàm post litis contestationem, veluti fuit decisum *à dicta Camera Imperiali in dicta decis. Gayl.* 66. *in prima parte. & est decis. Gaspar Guliel.* 157.

23 Licet tamen id duobus modis non procedat, & primo de Iure Canonico, cuius enim vigore Actor exprimere non tenetur, sed solum sufficit ritè factum concipere *cap. dilecti filii, & ibi Bald. num.* 4. & *Abb. Felyn.* & *alii de Iudic. Innoc. in cap. examinata eodem tit. Bart. in l. prima in princ. ff. de æden. & ibi Bald. in princ.* & *in l. Gallus §. quidem recte num.* 3. *ff. de liber. & posthum. Socein. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poss* & ita quoque fuit decisum *in vna Bononien. de Pepulis Luna* 29. *Aprilis* 1591. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. decis.* 141. *num.* 4.

24 Secūdo nō procedit, quādo summariè agitur, quia tunc actiones possunt deduci, etiam contrariæ, & eo casu intelliguntur euentualiter, & ordine successiuo deductæ, (vt superius dixi,) & veluti quoque ait *Put. decis.* 21. *num.* 7. *& Rota in Romana donationis quinquaginta milliar.* 23. *Iulii*, & 15. *Augusti* 1574. *coram Aldobrandino, postea Clemente Octauo, & Mantica ibi supra num.* 5.

25 Tertiò actor tenetur plenè, ac concludenter id, quod est fundamentum suę intentionis probare, quia propositum in mente retentum nihil operatur, *vt ait Rota pluries per Card. Manticam, & signanter in decis.* 68. *num.* 1. & 9. *& dec.* 86. *num.* 12. & *decis.* 211. *num.* 5. & *decis.* 278. *num.* 4. *Afflict. in decis.* 22. *num.* 2. *Card. Seraph. decis.* 1189. *num.* 1. & *Rota in recent. decis.* 409. *par.* 1. & *decis.* 618. *num.* 5. *in dicta prima parte recentior. & Rot. in Bonon. fideicommissi de Desiderius Mercur.* 14. *Martii* 1629. *coram Merlino*.

26 Et ratio est, quia solum actor in causis obtinere debet id, quod probabit; cum libellus ex probationibus declaretur, *vt ait Rota in dicta Bononien de Pepulis coram Card. Mant. & est doctr Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune alterum.* 51. *ff. de acquir. poss. & Purpur. cons.* 53. *num.* 26.

27 Amplia istud notabile tertium adeò

procedere, vt quando actor nihil probauit, tunc Reus nullo modo adstringi possit, etiam ad minimam probationem inducendam, vt ait *Rota in decis. 284. lib. 2. num. 3. diuers. & in decis. 294. num. 2. lib. 3. diuers.* & ratio est, quia actore non probante sententiam iustam, tunc dicitur reum condemnatum probasse illam esse iniustam; & propterea dictus actor tenetur producere processum, & sententiam pro se latam iustificare, vt pulchrè *ait Magon. decis. Lucen. 64. num. 1. & 2.* Item quod actore non probante reus absoluatur, etiam in beneficialibus, *ait Rota per Burat. in sua dec. 380. num. 1. sed in addit. sub num. 9.* habetur quomodo id procedere debeat.

28 Amplia secundò, multò magis procedere, quando reus conuentus probationes actoris offuscaret, illasque turbidas suis exceptionibus redderet, quia tunc illa actoris probatio, vti dubia esset, quoad dictum probantem irreleuans, veluti fuit decisum in vna *Romana Vineæ 2. Decembris 1616. coram Card. Sacrato*.

29 Et propterea ad id nota, quòd si actor (verbi gratia) vellet agere ad rescisionem alicuius instrumenti iurati, tunc si non affert probationem suæ intentionis concludentem, dicta probatio dicitur dubia, & vti talis sit irreleuans; & tantò magis, si illud instrumentum in se veritatis primordium contineret, *vt ait Rota per Card. Seraph. in decis. 940. num. 1. & 8.* secus verò si ageretur de impedienda absolutione à iuramento petita sub prætextu, quòd ea sit subreptitia ex eo, quòd in petitione narrata læsio non probetur, quia id non potest opponi per modum subreptionis, vt absolutio iuramenti impediatur, etiam si allegaretur, quòd rescriptum alias non fuisset obtentum, si veritas fuisset narrata, quia id non impedir, quò minus absolutio concedatur, cum cognitio læsionis contractus ad negotium principale spectet, *vt fuit dictum in Signina Castrorum Veneris 9. Decembris 1616. coram Remboldo*.

30 Contrarium, quòd scilicet per probationem a reo factam illa actoris dubia non reddatur, quando per eum fuit plenè probatum, dixit *Rota per Put. in dec. 396. num. 1. lib. 2.*

31 Quam enim secundam opinionem, multo magis extende procedere, quando exceptio, quam reus daret non esset, tam clara; sed potius altiorem indaginem requireret, veluti fuit decisum *in Nucerina affictus Lunæ prima Februarii 1574. coram Card. Sera. h. quæ est in eius impress. dec. 314. num. 2.*

32 Et ratio est, quia excipiens debet semper omnes qualitates deducere, quæ sufficiant ad hoc, vt exceptio eius intentionem concludat, *vt fuit decisum à Rota in Romana incendii Lunæ 27. Nouembris 1606. coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impressis decis. 278. num. 1.*

33 Amplia tertiò, quòd nec in præparatorijs Iudicij actor excusari possit, quia optimè scitur, quod ad Iudicium debet ire cum sacco paratus, & ad agendum instructus, *vt ait Afflict. decis. 337. num. 2. & Cassad. dec. 1. num. 2. de dilat.*

34 Fallit tamen, quando (verbi gratia) actor commisit causam contra reum super vno iure, & reus produceret pendente lite ius nouum, quia tunc dilatio esset ei danda ratione seruandæ æqualitatis, *vt ait Caputaq. dec. 15. p. 1. & Cassad. d. decis. 1. de dilat.*

35 Amplia quartò, id, quod fuit dictum de plena probatione per actorem facienda, multò magis procedere, quando dictus actor ius suum Canonizari peteret, veluti fuit decisum in *Vrgellen. Abbatiæ 20. Iunii 1583. coram Card. Serap. quæ est in eius impress. decis. 631.*

36 Amplia quintò, & è conuersò procedere, nempè quod veluti actor suam intentionem plenè, & concludenter probare tenetur, ita etiam reus suam exceptionem, vt ex iuribus mox allegandis apertè docetur, & veluti fuit præcipuè conclusum *in Bononien fideicommissi de Desideriis Mercurii 14. Martii 1629. coram Merlino*, & prius *in Romana depositi Mercurii 24. Ianuarii 1618. coram Buratto*, & *Rota decis. 229. nu. 1. par. 2. recentior. & in Elnen. Camerariæ 10. Decembris 1610. coram Card. Pamph. & in Bononien. Pœnæ conuentionalis 7. Februarii 1628. coram Pirouano.*

37 Vndè nota, quòd si quis agere velit, ex statuto alienationem absque licentia in forensem prohibente, tunc actori sufficiet solū probare alienationem, sed nō te-

netur

net ur docere licentiam non interuenisse, & ratio est, quia actor non tenetur probare id, quod rei exceptione elidi debet, *vt ait Rota in decis. 37. num. 5. in secunda par. recent.* & sic igitur tenebitur reus probare licentiam, *Put. decis. 406. lib. 2. Rota decis. 748. num. 1. lib. 3. diuers. Aegid. decis. 602. & millies fuit decisum a Rota, & signanter in Perusina bonorum de Galera allegata in alia Romana fructuum dotis de Paluzzellis Ven. 28.* Iunii 1602. *coram Litta, & in alia Parmen. fructus Ven.* 2. Decembris 1605. *coram Ludouisio postea Greg. XV. qua est in eius impress. decis. 228. & prius decis. 201. num. 3. eiusdem Ludouisii*; & Rota *ibi coram Merlino.*

38 Et ratio istius ampliationis est, quia reus excipiendo in sua exceptione fit actor, *Mohedan. decis. 3. de regular. & decis. 1. & 7. tit. de except.*

39 Fallit tamen dicta ampliatio, quando sumus in eo, quod incidenter deducitur, super quo non est pronunciandum, quia tunc sufficeret, quòd reus probaret suam exceptionem præsumptiuè, *vt ait Rota decis. 628. num. 6 par. 1. diuers.*

40 Amplia sextò, in materia probationis per actorem faciendæ, id adeò esse essentiale, quòd propterea, etiam si reus amiserit causam ob falsitatem, siue ob aliud caput delicti, nihilominus actor non potest sententiam ad sui fauorem obtinere, nisi plenè eius intentionem iustificet, vt pulchrè ait *Surd. in decis. 282. n. 23. & seqq.*

41 Contrarium licet teneant multi, quos allegat *idem Surd. ibidem.*

42 Amplia septimò, quòd neque actor releuetur ab onere probandi, etiam si reus in se onus assumpsisset probandi id, quod ab actore probari tenebatur, & eo magis quando adesset illa clausula non se adstringens, &c. quæ solet apponi in calce articulorum, *veluti fuit decisum in Ciuitaten. fructuum* 6. Februarii 1579. *coram Card. Seraph. qua est in eius impressis decis. 391. nu. 3. & est decis.* Magon. Flor. 104. *num.* 8.

43 Amplia octauò, quòd nec minus actor postquã reus suæ petitioni acquieuit, possit a lite recedere; sed tunc de nouo requireretur cõsensus vtriusque: & sic cogitur suæ petitioni stare, vt ait *Salicet. in l. postquam liti num. 11. & 12. C. de pact. & ibi Dec. num. 8. Rimin. sen. cons. 469. num. 22. & 26. lib. 3. Ruin. cons. 2. num. 6. lib. 1. & cons. 135. num. 6. lib. 4. & ita fuit quoque decisum in vna Romana Liberationis à molestiis Luna 22. Aprilis* 1602. *coram* Card. *Lancellotto.*

44 Amplia nonò, quòd actor prædictus teneatur probare, etiam si se fundet in negatiua, quia ea vti fundamentum suæ intentionis, per eum probanda venit, *vt ait Rota in decis. 426. num.* 10. *par. 1. diuers.* vbi ait, quòd id falleret, quando pro actore vehemens præsumptio induceretur.

45 Limita tamen prædicta non procedere, quando ageretur de probando contrarium eius, quod est de intentione rei, quia illud actor probare non tenetur, nisi prius reus suam exceptionem probasset, vt fuit decisum à *Rota in Taurinen. decimarum 31. Aprilis* 1604. *coram Seraph. qua est decis. 1497. num. 4. in eius impress. Aegid. decis. 76. num. 2.* & *Rota in Anconitana de Rinaldinis 20. Februarii* 1584. *coram Card. Blanchetto, vbi ait* quod Rotæ placuit opinio, *Franch. in cap. dilectus num. 152. de appellat.* & *in alia Vrgellen.* Canonicatus Luna 25. *Octobris* 1593. *coram eodem* Cardinali *Blanchetto*.

46 Quod tamen secus esset, quando actor in sua actione rei exceptionem includeret, quia suo ligone; tunc se percuteret, & sic partem aduersam adiuuaret, ita vt per eam rectè dici posset, Heù patior telis vulnera facta meis, &c quia eo casu eidem incumberet, postea onus exceptionem rei excludendi, quod nimis graue esset, vt ait *Ferret. cons. 53. num. 11. Cassad. decis. 10. num. 10. de rescript & ita fuit decisum in Burgen. Canonicatus Luna 9. Februarii 1609. coram Ortembergo, & Rota in alia Toletana Parrocchialis penes Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 342. & Bellamer. decis. 76. nu. 2. & decis. 222. inter crim. Farinacii.*

47 Limita secundò, non procedere in materia obiectiua, vt exemplificando pulchrè ait *Oldrad. cons. 229. num. 3.* vbi ait actori sufficere homicidium probare, nec postea tenetur illam qualitatẽ verificare; quòd scilicet illud non fuerit commissum ad sui defensionem, veluti fuit decisum

sum in dicta Vrgellen. Canonicatus 19. Ianuarii 1594. coram Card. Blanchetto.

48 Sublimita tamen, id non procedere, in eo casu, quando (verbi gratia) aliquis impetrans illud narrasset in gratia, quod est de intentione, & exceptione rei, quia tunc ex vi illius narratiuae, illud probare tenetur actor, siue impetrans, quia ita narrando suo ligone se percussit, vt est decis. Ludouisii in eius impress. 218. & in alia decis. 142. nu. 4. coram eodem.

49 Sed quatenus actor probaret contra exceptionem rei, hæc non diceretur propriè replicatio, sed tunc dicuntur probationes cōtrariæ ad inuicem se elidentes, re manente prima actoris probatione, vt ais Rota in decis. 237. num. 2. par. prima diuers.

50 Amplia decimò, quòd omne id, quod actori licet, debet ēt licere reo, ad hoc, vt paritas in iudicijs sit seruāda; cap. non licet &c. in iudiciis de reg. Iur. in 6. veluti etiam è conuersò contingit, nempè id, quod actori non licet, neque reo licere debebit, vt ait Bellamer. decis. 1. tit. de caus. posess. num. 1. & fuit decisum in vna Anconitana Assecurationis Lunæ 1. Iulii 1602. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 78. num. 7.

51 Extende primò, id adeò esse verum, quòd propterea veluti actori appellare licet, ita quoque reo appellare licebit, vt ais Rota in decis. 132. num. 1. par. 2. diuers. Gratian. in decis. Marchia 220. n. 1. & seqq. & ita fuit decisum in materia Salutani in vna Anconitana hæreditatis 11. Martii 1616. coram Vbaldo.

52 Extende secundò idē procedere, veluti si essemus in materia clausulæ (si quid exequendum,) quæ licet de sui natura non possit, nisi ex iam deductis iustificari, (veluti dicam in verbo clausula, si quid exequendum,) & ita ait Rota in decis. 64. num. 1. & 5. & decisione 162. num. primo, & decisione 260. nu. quinto in impress. apud Statil. Pacific. de Saluiano secundum nouam impressionem. Nihilominus si contingat reo debitori nouas probationes producere, pari modo actori creditori licebit nouis rationibus vti, ad elidendas illas, iam a debitore deductas, Rosa in decis. 168. num. 10. & 11. impress. penes dictum Statil. & ita fuit quoque decisum in alia Anconitana bonorum 21. Maii 1603. coram Iusto, & in Papien. Pensionis 19. Nouembris 1608. coram Ortembergo.

53 Limita tamen primò, non procedere dictam decimam ampliationem, quando essemus in dispositione statutaria, quia si statutum loqueretur in agente, tunc non vendicaret sibi locum in excipiente, vt ait Caualcan. in dec. 11. num. 58. & Franch. in decis. 136. & de hoc quoque dicam in verbo statutum.

54 Limita secundò, quando actor, & reus iudicantur ad imparia, quod regulariter sequi non debet, vt ait D. de Franch. decis. 136. quia tunc non valet illa conclusio, quòd omne id, quod actori non licet, reo quoque licere non debeat, & id procedit ob diuersitatem rationis inter eos existentis, veluti fuit decisum in Hispalen. præeminentiarum Veneris 24. Ianuarii 1614. coram Cardinali Sacrato, quæ est in recentior. decis. 558. n. 7. par. prima.

55 Sed est benè verum, quòd semper fauorabiliores sumus reo, quàm actori, & propterea in dubio semper est iudicandum pro reo l. fauorabiliores de reg. Iur. & est text. in l. inuito, §. cui damus eodem tit. & ibi habetur, quòd actionem cui damus, multò magis exceptione defendimus, Natt. cons. 547. num. 16. lib. 3. & fuit quoque decisum in Romana Vineæ 26. Iunii 1609. coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 425. num. 2.

56 Limita tamen, & declara id esse verū, quando (verbi gratia) adessent duæ supplicationes diuersæ, sed pares in data quia tunc ex quo actor prius tenebatur probare suam gratiam esse efficaciorem, & meliorem; vndè hoc cessante reus venit absoluendus, vt ait Rota per Verall. dec. 236. par. 3.

57 At secus, quando actor haberet gratiam, cum certa data apposita, & reus aduersarius eam quoque, sed incertam haberet, quia tunc ea actoris præsumitur anterior, ratione certitudinis dictæ eius datę, vt ait Rota in decis. 193. n. 5. lib. 3. diuers.

58 Declara prædicta regulariter procedere, ex eo quòd scilicet actore non probante reus sit absoluendus, veluti fuit decisum à Rota per Card. Mantic. dec. 68. num.

num. 1. et 9. et decis. 86. num. 12. et decis. 211. num. 5 et decis. 278. num. 4. et Card. Seraph. in decis. 1189. num. 1. Afflict. decis. 22. num. 2. et decis. 409. num. 6. et decis. 613. num. 5. par. 1. in recent.

59 Extende idem procedere, etiam si constaret reum nullum ius habere, *vt ait Rota in decis. 120. in nouis. & 460. in antiq.*

60 Et ratio est, quia solum ius actoris consideratur, *vt ait Rota in decis. 160. in nouis* Quinimmò eo casu, quando actor non probat, non potest reus ad minimam probationem faciendam induci, veluti superius dixi, sed benè potest reus ad effectum absolutionis obtinendæ, dare obiectus, tàm in personã, quàm in gratiam, *vt ait dicta Rota in decis. 160. in nouis.*

61 Extende secundò, dictam vulgatam regulam procedere, etiam si actor aliquid probauerit, sed obscurè, & inconcludens, quia tunc vti dubia probatio probantem non releuat, *vt ait Verall. in decis. 11. par. 1. & ita fuit decisum à Rota in Romana Vineæ 2. Decembris 1616. coram Card. Sacrato, & Surd. decis. 75. num. 18.*

62 Extende tertiò, regulam illam procedere, etiam si nihil reus prorsus probauerit, *vt ait Crescent. in d. decis. 6. tit. de donat.* quia vt alias dictum est, ius actoris, ac eius probatio solum attenditur, & non illa rei, *Rot. in decis. 160 in nouis.*

63 Extende quartò, dictam regulam, etiam procedere, in causis beneficialibus, vt pulchrè ait *dictus Verall. in decis. 47. par. 2.* vbi fuit decisum, quòd si sint duæ gratiæ eadem die duobus factæ, si de vnius anterioritate non appareat, tunc actore, qui probare tenebatur succumbente, reus venit absoluendus, *Rota ibidem dicta decisione 160.*

64 Extende quintò, vt actore concurrente cum pari probatione, cum reo, tunc in dubio pro reo sit iudicandum, *vt ait Vinitus in decis. 238. num. 4.*

65 Vlterius nota, quòd si contingat, vt reus contumax reperiatur, tunc dictus actor tribus modis contra reum procedere potest, & Primò ad pœnam banni: Secundò ad immissionem bonorum secundum naturam intentatæ actionis: Tertiò id ei facere licebit in causa principali, vsque ad totalem causæ decisionem, *vt ait Andr. Gayl. in decis. Imper. 60. par. 1. & Guliel. decis. 157. Rota Spirensis.*

66 Hucusque fuit doctum, quis sit actor, & quæ in iudicio facere teneatur, modo restat videndum pro expeditione huius materiæ, quem forum sequi teneatur, & propterea est fundanda illa conclusio regularis, quòd scilicet actor forum rei sequi teneatur, veluti fuit decisum in vna *Veneta pecuniaria 15. Februarii 1593. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1018. num. 2.*

67 Amplia primò, id in tantum esse verum, quod etiam si ambo essent priuilegiati; nihilominus actor forum rei sequitur, & sic id remaneret in mera dispositione iuris communis, cum habeamus regulam, quòd scilicet priuilegiatus non vtatur priuilegio, contra alium priuilegiatum; sed tunc priuilegia conquassantur, & dispositioni iuris communis statur, *Viuius in decis. 49 & ita fuit decisum in Romana pratensi erroris calculi 21. Iunii 1610. coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 473.* licet secus, quando vnus tractaret de damno; alter de lucro, quia tunc leges magis succurrunt tractanti de damno euitando, quàm tractanti de lucro captando, sed si forsan vterque de damno ageret, tunc potior causa est illius, qui conuenitur *dictus Greg. ubi supra, & potius in decis. 164. & ibi per addent.*

68 Amplia secundò, quòd si actor ageret in suo foro, sententia esset nulla ex defectu iurisdictionis, *vt ait Rota ibi coram Card. Seraph. dec. 1018.*

69 Amplia tertiò, quòd actor tenetur sequi forum rei, siue simus in actione personali, siue in reali, *vt ait Borgn. in dec. 2. & decis. 20. vol. 1. Merlinus in decis. Rotæ Lucensis. 24. quæ potest dari pro limitatione ad illam decisionem. 22. Peregr. Rota Patauina*, vbi ait actionem nascentem ex retractu esse realem, & propterea intentandam contra possessorem in loco, vbi res est sita, *vt ait Franch. decis. 177. & Franc. Marc. Rota Delph. 402. & Papon. lib. 7. arest. 56.*

70 Limita tamen primò, regulam non procedere, quando solutio esset destinata in loco, vbi res est sita, quia tunc in

tracet

traret illa regula, quod actiones censentur esse in loco, in quo fieri debet exactio, iuxta veriorem opinionem, vt testatur idem Card. *Seraph. in decis.* 352. *num.* 1. & *Rota in decis.* 546. *par. prima diuers.*

71 Quod tamen sublimita non procedere, veluti, si actor pro satisfactione sui crediti distrahere cœpisset rem, seu merces in loco, vbi est forum rei, quia tunc ibi iudicium est faciendum: Nam scire debes, quòd quis forum sortitur, vel ratione rei, vel contractus, aut domicilij, vt ait *Rota per Cardin. Seraph. in d. decis.* 1018. animaduertendo propterea, quòd quando quis non sortitur forum, tunc ille, neque etiam statutis ligatur, vt ait *Rota ibi supra in fine, coram Cardinali Seraphino.*

72 Quod tñ declara procedere, dũmodo in loco, vbi res est sita, conuentus inueniatur, vel per Iudicem loci rei sitæ in loco, vbi deget citatus reperiatur, vt optime ait *Franch. in decis* 177. *n.* 1. & 2. vbi propterea ait, quòd promissio de citando vbiq; locorum intelligitur, si citandus ibi reperiatur.

73 Extende idem procedere, siue simus in actionibus in rem mixtis, siue in rem scriptis, aut hypothecarijs, ex quibus sortimur forum ratione rei sitæ: at secus in actione personali, vel reali, quia tunc quis non poterit declinare forum, vt ait *Franc. Marc. in decis.* 1056. *par.* 1. & *Papon. lib.* 5. *arrest.* 15. Item quod quis in actione personali in loco rei sitæ conueniri non possit, ait *Anan. in alleg.* 59. & 54. Item quod actio personalis fundum non sequatur, ait idem *Franc. Marc. decis.* 402. *par.* 1.

74 Quæ iterum declara esse vera, quando sumus in bonis stabilibus, secus autem in mobilibus in loco perpetuo non mansuris, vt ait *Caualcan. decis.* 3. *par.* 1. & *Milanen. in decis.* 23.

75 Limita secundo, quando essemus in miserabilibus personis, quia isto casu illæ trahunt, & non trahuntur, vt ait *Amat. in decis. Marchi* 105. cum ibi allegatis.

76 Et quæ dicantur personæ miserabiles tradit *Afflict. in sua decis.* 257. & *Marches. de commiss. auocat. caus. cap.* 1. *n.* 22. & *seqq.*

77 Limita tertio, in Neapolitanis, qui de sua natura semper trahunt ad se, sed ab alijs non trahuntur, vt ait *Vinc. de Franc.* 416. vbi dubitabatur de muliere Neapolitana originaria, quæ virum duxerat exterum, & fuit traducta ad domicilium sui viri.

78 Limita quarto, ob continentiam causæ, vt ait *Mising. cent. prima obseruat.* 4. & *Franch. in decis.* 426 *num.* 2. vbi ait quod crimen a diuersis commissum, debet ab vno cognosci, ne continentia causæ diuidatur, & sic, ne ex diuersis iudicibus oriantur, sibi inuicem sententiæ contrariæ.

79 Limita quintò, non procedere, quando essemus in iudicio iuris congrui, quia tunc actor potest conuenire reum in loco rei sitæ, vt ait *Franch. decis.* 389. & ratio est, quia huiusmodi actio dicitur in rem scripta, quę quoad forum æquiparatur reali; vt superius dixi ex opinione dicti *Franch. in decis.* 177. & *Franc. Marc. decis.* 402. *Rota* Delphinati, & *Papon. lib.* 7. *arrest.* 56.

80 Limita sextò, quando essemus in causa reconuentionis; nam tunc si clericus agit coram Iudice laico, laicus potest ipsum reconuenire coram eodem iudice, & non tenetur litigare coram iudice Ecclesiastico, sicut alias; quod enim extende procedere, etiam si postea vellet renunciare renunciationi, alias per eum factę, vt ait *Afflict. in decis.* 174. & *ibi Ursill. & Franch. decis.* 193. *num.* 3. vbi ait id esse de stylo magnę Curię incipień Item, quod si clericus; secus autem in statu Ecclesiastico, vt mox dicetur, & quando via criminali ageretur, vt ait idẽ *Franch. ibi supra d. num.* 3. & *seq.* Item, quod in magna Vicaria remaneat habitu iurisdictio cõtra clericũ, sed nõ actu ait idem *Franch. dec.* 426. *sub n.* 4. quod enim inseruire potest pro concordantia prędictarum opinionum.

81 Sublimita prędicta ibi quoque in Regno non procedere, quando clericus cõpelleretur ad agendũ corã iudice laico (verbi gratia) ex causa furti, vel iniuriæ, sibi illatę, & similium ad eum finem, vt postea reconueniri potuisset coram eodem iudice; nam tunc debet reconueniri coram suo iudice Ecclesiastico, vt dicunt prælleg. DD.

82 Quinimò, quòd clericus, si non opponat de-

nat declinatoriam, quando conuenitur coram iudice laico excommunicatur, ait *Surd. decis. 26. num. 5.* licet secus sit, quando clericus esset a iudice laico citatus, quatenus sua putauerit interesse, vt ait *Card. Seraph. decis. 957. num. 6. & Ioseph. Ludouic. concl. 5. vers. ampliatur vbi allegat Afflict. Dec. & alios*; licet sit bene verum, quòd si comparet, & petat ad suum iudicem remitti, remittendus venit, cum clerici ad iudicium seculare trahi non possint, & iudices hanc libertatem violando, siue alii alio modo Prælatos impediendo, ne sua iurisdictione vtantur, in excommunicationem incidunt vt fuit dictum in *Oscen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram Penia.*

83 Secus autem, si instantia esset incæpta cum laico, qui postea clericus fieret, quia tunc illud priuilegium superueniens non suffragaretur, & sic coram laico liti gare teneretur. Sed nõ potest tamen clericus huic priuilegio renunciare, vt ait *Guidopap. decis. 77. & Card. Seraph. dec. 957. num. 4.*

84 Contrarium tamen ait idem *Guidopap decis. 562. num. 2.* vbi firmat esse locum præuentioni in iniuria per laicum clerico illata, subdens, quòd iudex laicus in tribus casibus habet potestatem in causis clericorum, & in bonis suis, quos ponit *glos. in cap. tua de decim.* in alijs verò non, *vt ait idẽ Guidopap. ibi supra n. 5.* subdens præterea sub *num. 6.* id sine difficultate transire, quando essemus contra clerici fideiussorem, quem iudex secularis ad illius Tribunal vocare potest, quod ego forsan crederem verum, si fideiussor esset solus vocatus ad iudicium; at secus, si coniunctim cum clerico iret vocatus ad iudicium, quia ratione concomitantiæ, quæ in iudicijs multum operatur, clericus tali casu vti magis dignus traheret correum, & debitores in simul ad suum forum, ob clericorum immunitates, & exceptiones, iuxta *text. in c. si diligenti, & c. significasti de for. cõpet.* & alia concilia prohibentia, ne clerici a laicis trahantur, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. decis. 957. & per Coccinum decis. 101. num. 3.*

85 Amplia id quoque procedere, etiam si ageretur de patrimonio clerici, *vt ait Rota per Seraph. ibi supra*, & faciunt etiam ea, quæ ait idem *Guidopap. dicta decis. 562. num. 1.* & multa dicam Deo dante in verbo clerici.

86 *Sed Franch. in sua decis. 426. num. 4.* ait quòd in delictis clericus remittitur ad suum iudicem, & laicus retinetur à suo seculari, quæ opinio valdè mihi placet, quia vtraquè iurisdictio, hoc modo salua retur; licet idem *Franch in decis. 465.* dicat, quòd clericus priuilegium clericale amittit, quando citatus ad informandum non comparet personaliter, cum bullis clericatum allegando; licet tamen ibi loquatur de clerico publicæ quietis pertur batore, & qui sit banitorum caput, & viarum crassator, quod tamen dicas tu procedere, iuxta morem illius regionis, alias secus. Sed in quibus casibus Iudex Ecclesiasticus possit cognoscere in causis laicorum, & quando Iudex laicus Ecclesiastico obedire; necnõ illi causam mittere teneatur, vidẽdus est *Affl. in suis decisionibus 30. 173. & 219 & 220. & ibi Vrsill.* in quibus decisionibus multa in hac materia inuenies.

87 Limita septimò, quando essent plures rei, sed diuersi fori, quia tunc non esset conueniens, vt actor sequatur forum singulorum reorum, contra quos, pro eadem causa ageretur, sed omnes possunt conueniri coram vno, eodemq. Iudice ipsorum omnium mediato superiore, vt dicunt *DD. allegati à Mising. cent. 1. obseruat. 4.*

88 Limita octauò, quando ageretur super aliqua exceptione, veluti quãdo reus originarius antequam conueniatur, vellet super exceptione agere, vt potest exemplificari in casu *l. Diffamari, C. de ing. & man.* quia tunc poterit agere coram suo Iudice, non autem actoris futuri, vt ait *Capic. decis. 18.* vbi ampliat id procedere, etiam contra clericum, siue Prælatum diffamantem, qui eo casu potest à laico diffamato coram Iudice laico conueniri.

89 Contrarium tamen tenet *Afflict. in decis. 268.* & omnes alii quos allegaui supra *vers. Quintimo, num. 82.* & propterea ad id ait idem Afflictus, quod excommunicatus non potest hoc remedio vti; quia non potest esse actor, veluti potest esse diffamatus, quando aliquem diffamantem vocat ad iudicium, sed benè

nè poteſt eſſe reus, & ſic excipere valet, licet ſit benè verum, quòd quamuis excommunicatus, ſiue bannitus illud remedium l. diffamari intentare non poſſit: non tamen ei denegatur iudicis officium implorare, ad hoc, vt perpetuum ſilentium imponatur, vt ait *Franc. Marc. decif. 493. num. 5. par. 1.*

90 Sed primam tamen opinionem ſæpius fuiſſe tentam dicunt addentes vtrobiq; & præſertim *Oſaſch. in decif.* 151. vbi reprobat opinionem Afflicti, quem per te videre poteris, & id ex ea ratione, quia originem naturalis cauſæ ſpectare debemus, & non accidentalem, vt ait *Mohed. decif. 5. de iudic.* quam paſsim amplexa fuit vt ait Rota *in dec. 424. n. 3. p. 1. diuerſ. et in Parmen. Prioratus 16. Ianuarii & 16. Februarii 1598. coram Orano, & in Taruiſina feudi 16. Decembris 1622 coram Pirouano*; Et propterea intentans remedium diffamationis, verè, & naturaliter reus eſt, & vocatus ad iſtud iudicium dicitur actor, qui tenetur neceſſariò probare, & ſic forum rei ſequi, quia diffamare nil aliud eſt, quàm ad iudiciũ vocare, & ob id diffamatus dicitur ad cauſam prouocatus, nec ad cognoſcendum quis ſit actor, vel reus, eſt conſiderandum quis fuerit ad iudicium vocatus, ſed potius ipſa petitio, & ſic cauſa originalis eſt inſpicienda, vt fuit deciſum a *Camera Imperiali per Miſing. in decif. 90. par. 6.* & Capic. *in decif. Neapolit. 18.* Franch. *decif. 657.* & Rota *in decif. 236. & decif. 237. par. 1. diuerſ.*

91 Vnde de intentante remedium dictæ leg. diffamari erit hoc modo diſtinguendum, vt ſcilicet, ille dicatur actor, quoad probationem, & ordinationem iudicii, non autem, quoad deciſionem cauſæ, vt ait *Grat. lib. 4. diſcept. c. 686. num. 11. 12.* & 13.

92 Extẽde idẽ parimodo eſſe in cõmittẽte cauſam ſuper moleſtationibus, & iactationibus, qui non actor, ſed reus vocatur *Cagnol. in d. l. diffamari, Mohed. decif. 229. Capic. decif. 18.* Vndè ad id notandum erit, quòd quando verba commiſſionis ſint apta comprehendere cauſam moleſtationum, (per illam clauſulam, quam, & quas,) & per alteram (item habereque, & mouere intendunt, item rebuſque alijs) tunc moleſtationes poſſunt ſpecificari, & ſic illę etiam cadere poterunt (verbi gratia) ſuper legitimitate, & incapacitate ad ſuccedendum, ſuper quo principaliter commiſſio fuit impetrata, *vt ait Rota per Cæſar. de Graſſ. in decif. 1. de iudic.* & *Achil. dec. 13. de commiſſ.* & *dec. 9. de re iud.* & *7. de appell* Mohed. *decif. 162. ſed idem Caſ. de Graſſ. decif. 22. de appell.* ait, quod ille, qui erit actor ob illam clauſulam (quam, & quas, &c.) poteſt ſpecificare eam, quam vult, & in hoc iudicio, quid actor probare debeat, vide *Rota in decif. 801. par. 1. in nouiſſ. quæ eſt Card. Seraph.*

93 Vltimò erit notandum, quod quando ſumus in vagabundo, & debitore de fuga ſuſpecto, tunc iſti poſſunt, vbiquè locorum conueniri: nec iſto caſu valet regula, quòd actor forum rei ſequi teneatur, *vt ait Franc. Marc. in decif. 1059. n. 1. & 2. p. 1.* ſed in loco, vbi deliquit puniri debet vagabundus *l. 1. C. Vbi de crim. agi. opport. & DD. in l. hæres abſens §. Proindè. ff. de iudic.* & *ibi Curt. Iun. nu. 10. & plura habebis in regul.* Iuris ciuilis, ac Pontificalis in hoc verbo vagabundi *tom. 2.*

94 Sed quando forum competat ratione rei ſitæ, *vide Riccium in ſua collect. deciſionum 735. par. 4.* & quando ratione originis in *collect. 846.* & quando ratione delicti *collect. 854.* Item quando hæres teneatur ſequi forum defuncti *in collect. 1039.* Item quando illud poſſit declinari *in collect. 53.* & quando illud eligi *collect. 86. & collect. 300.* & vltimò, in quibus caſibus, quis ſortiatur forum, vide *in collect. 267.* in quibus omnem hanc materiam deciſam inuenies, quam hic per extẽſum, ne nimis longus fierem, ponere non curaui.

ARGVMENTVM.

ACTOR QVANDO PLVS DEBITO petit, ad quid teneatur.

CONCLVSIO XLV.

1 ACTOR petens plus debito adhoc, vt debitum illud ammittat, nota, quòd quatuot concurrere debent, & primò quod cautio

tio fuerit extorta de maiori summa. Secũdo, quòd dolus in hac petitione subsit. Tertiò, quòd reus fuerit vocatus in iudicium, & sic quod fuerit lis contestata. Quartò, & vltimò, quòd in probationibus liqueat de dolo actoris, *vt ait* Capic. *in sua decis.* 49. *in fine; licet* Thes. *in decis.* 231. dicat quòd solum duo copulatiuè requirantur, ad hoc, vt petens plus debito causam amittat, & primum est, quòd dolosè plus debito petat actor, secundum, quòd de pluri cautionem exigat, *iuxta text. in l. vnica* C. *de plus petit.* vbi ait quòd si solũ plus debito, quis dolosè petierit, tũc in triplo expensarum condemnari debet, idem ait quoque *Iason. in* §. *sed hæc quædam num.* 8. *instit. de action.* Rolan. *cons.* 71. *num.* 39. *lib.* 1. & *ibi alios allegat*, & Thes. *in dicta decis.* 231.

2 Amplia primò, dispositionem textus dictæ legis vnicæ, etiam procedere contra illos creditores, qui ante diem agunt, quia tunc plus petere dicuntur, cum dies pars summæ, & obligationis dicatur, *vt ait text. in l.* 1. §. *editiones de edend.* Bart. *in l. a diuo Pio* §. *sed si emptor num.* 2. *ff. de re iud.* & Surd. *in sua decis.* 120. *num.* 1. *&* 2. vbi firmat, quòd soluens ante, vel post diem plus, & minus soluere dicitur.

3 Amplia secundò, idem quoque procedere, in his, qui agunt, siue petunt ante conditionis euentum, quia isti quoq; plus petere dicuntur; nam plus quatuor modis in iure dicitur, nempè re, loco, tempore, & causa, *Surd. in decis.* 151.

4 Subamplia, quòd tunc neque etiam excusatur actor per eam dictionem (in circa) *vt ait Guidop. in sua decis.* 290. & ratio est, quia illa dictio est incerta, & propterea videmus, quòd renunciatio expressa, & clara ea non dicitur, quæ fit per hãc dictionẽ (in circa) veluti nec ẽt testes probant certũ, & determinatum tempus quando deponunt per illud verbum (in circa) veluti ita exemplificando, *ait dictus Guidopapa in dicta decis.* 290. *per totam idemque ait* Rauden. *in decis.* 30. *licet* Rota Rom. *in Parmen. statuti Veneris* 5. *Decembris* 1608. *coram* Greg. *& in eadem Vener.* 30. *Martii* 1629. *coram Coccina*, dicat, quod testes deponentes de tempore (in circa) siue non benè recordor, siue parũ plus, vel parũ minus discordate non dicuntur, & tunc illa dictio (in circa) declarari potest arbitrio iudicis in quantũ se extendat, & testes tali modo deponentes possunt reduci ad concordiã aliquid detrahendo, & aliquid augendo singulis testibus, quando essemus in iudicio ciuili, *vt fuit dictum in vna Tiburtina confinium Veneris* 4. *Martii* 1611. *coram Card. Sacrato*, licet non possit negari, quin illi in causa criminali dicantur dubitatiuè deponere, veluti neque etiam in ciuili non probarent in casu, vbi esset opus scire tempus præcisè ad effectum approbandi, vel reprobandi aliquem actum, *vt fuit dictum in dicta Parmen. statuti Mercurii* 24. *Iunii* 1607. *coram Gregorio, quæ est inter criminal. Farinaccii decisione* 231 *per totam.*

5 Amplia tertiò, procedere etiam in recipiente plus debito, quod tamen declara verum, si illud dolosè receperit; secus autem si ignoranter, quia errantis nullus est consensus, item animus, & intentio sunt, quę maleficia distinguunt, *Surdus in sua decisione* 317. *num. secundo*, vbi ait, quod petere idem est, quod recipere.

6 Amplia quartò, quòd statutum contra petentes plus debito, vendicat sibi locum etiã in petẽre indebitum, *vt ait idem Surdus in decis.* 65. *num.* 2. licet contrarium dicat *sub num.* 8. ea ratione, quia cum statutum illud comparatiuè loquatur, nimirum si positiuum supponat. vndè non dicitur quis plus debito petere, quando petit indebitum, cum nihil sit debitum, cuius enim opinio, licèt de rigore iuris procedere debeat, cum statutum de vno casu ad alium odiosum non extendatur, per regulam odia *de regul. iur in sexto*, nec non quia statuta sunt ad literam intelligenda, *vt ait Surdus in decisione* 313. *num. quarto, & decisione* 330 *num. octauo*; Nihilominus non mihi placet, quòd illa temeritas petentis indebitum impunita euadat, si tamen illud dolosè petatur; & ratio est, quia dolus nunquam alicui immunitatem præstat, *glos. in l.* 1. *ff de publ.* & *vectig.* & quod in hac petitione indebiti adsit dolus, ex eo clarè probatur, quia petens indebitũ, illud sub spe lucri petiit, quæ enim spes lucri dolum verum arguere facit, *vt dicunt* DD. *allegat. a* Rot. *in vna* Rom. *nullitat. oblig Lunæ*

ageretur eſſet ſæparabilis, & diuidua, quia tunc faceret illa regula vtile per inutile non vitiari, ſecunda vero opinio procedere quando ſecus, quia tunc regula illa è conuerſo procederet; nempè, vtile perinutile vitiari debere, vt pulchrè fuit dictum in *Larinen.frumenti Ven.* 22. *Iunii* 1576. *coram Robuſtrio, & in alia Peruſina dotis Veneris* 7. *Aprilis* 1606. *coram Ortembergo, & prius in Lucana expenſarum Luna* 26. *Februarii* 1601. *coram Iuſto, et alias ſepe*.

15 Rurſus concorda, vt prima opinio procederet, quando executio eſset facta, vtputa in re maioris valoris, quàm fuerit debitum, ſecunda verò, quando decretum maiorem ſummam contineret, quã eſſet debitum, vt fuit dictum in vna *Romana ſpolii* 9. *Maii* 1614. *coram Buratto, & in Romana ſubbaſtationis* 2. *Iunii* 1614. *coram Vbaldo*, & *in alia Romana domus de Cardelis* 1. *Decembris* 1617. *coram Card. Caualerio*.

16 Sed tenendo ſecundam opinionem, & ſic in terminis materiæ indiuiduæ extende procedere, etiam ſi exceſſus eſſet in vno obulo, quia indiuiduum, tàm in magna, quàm in modica ſumma lædi poteſt, quia illud eſt totum in toto, & totum in qualibet parte, *Iaſon. in l. ſi non ſortem num.* 2. *de condic.indeb. & Rota in Aſſiſien. ſubbaſtationis* 15. *Nouembris* 1596. *coram Orano, et in Burgi ſancti Sepulchri coram Greg. quæ eſt in eius impreſs.deciſ.* 316. *num.* 1. *et ſeq. et prius in deciſ.* 198.

17 Amplia ſeptimò, quoque procedere in datione inſolutum, quæ ſi fuerit facta plus debito in totum eſt nulla; vt ait *Marilian.in deciſ. octaua Surd. deciſ.* 45. *et Rota in omnibus prædictis deciſionibus ita firmauit.*

18 Licet *Surd. in deciſ.* 46. *nu.* 7. *et Capic. in deciſ.* 41. *n.* 9. dicant quòd creditor habet ius retinendi pro ſumma debita, & rectè, quidem, quia vltra rationes adductas ab illis deciſionibus, addo alterã ego, & eſt quòd ad euitandos circuitus inutiles facilius in re datur retentio, quã acquiſitio de nouo, vt ait *Rota per Gregorium deciſ.* 265. *num.* 3. *et Card. Seraph. in deciſ.* 878. *num.* 2. vbi ait quòd ſi res non fuerit ritè, ſed rectè data; ideſt pro debito, de quo liquide conſtat, tunc illa datio non eſt reuocanda, vt circuitus non multiplicentur inutiles, vt fieret, ſi res eſſet acquirenda de nouo. Quinimò adeò eſt fauorabilis retentio, vt propterea ea non ſolum detur in creditore pecuniæ, ſed etiam in alia qualibet re. Item nedum in creditore chirographario, verumetiam ſine chirographo, vt ait *Neguſant. de pignorib. in prima par.* 3. *memb. quinta partis princ. num.* 46. *cum ſequentibus, et Rota in vna Suarina bonorum* 27. *Iunii* 1586. *coram Card. Platto*.

19 Amplia octauò, id quod fuit dictum de petente plus debito, procedere etiam in petente iam ſolutum, quia ſi id ſcienter facit in crimen ſtellionatus offendit, ita vt iniuriarum actione teneatur; ſecus autem, ſi illud ignoranter petiiſset, quia tunc ei opitularetur regula illa, errantis nullus eſt conſenſus, vt pulchrè ait *Farinacc. in ſuis Fragmentis, num.* 725. *cum ſequentibus*; & ita quoque fuit deciſum a *Rota in Interamnen. pecuniaria Luna* 23. *Iunii* 1603. *coram Reuerendiſſimo Coccino Decano*, *quæ eſt in eius impreſſ. deciſion.* 123. & *Magon. in deciſ.* 88. *Rota Flor.* & *ibi latè*.

20 Vndè hic erit notandum, quòd quando bis fuiſset exactum creditum, tunc duplex actio oriretur; nempè ea ciuilis in factum, & altera criminalis in ſtellionatu, ſed eſt benè verum, quòd quando prius de Ciuili fuit inchoatum, in Criminali erit ſuperſedendum; & è contra, vt ait *Farinacc.* & *Rota ibi ſupra*, & *eſt deciſ.* Franch. 469. & latè dicam in verbo ſtellionatus fauente Deo.

21 Et pœna in hoc delicto non eſt corporalis, ſed pecuniaria, vt ait Rota *in d. deciſ* 123. *per totam.*

22 Vlterius erit notandum, quòd iſtud crimen ſtellionatus non infamat, ſi actio criminalis non infamet, vt ait *Menoch.de arbitr. iud. caſu* 381. immo ſatisfaciendo parti læſæ, criminaliter agi non poſset, vt ait *Boſsius in titulo de crimin. ſtellionat.* & *Rota ibi ſupra*.

23 Extẽde præcipuè, ſi primordiũ veritatis haberemus, quia illud ſemper à quouis

na falsitatis excusat, & facit, vt quis mitius puniatur, vt ait *Menochius, & Rota ibi sup.*

24 Crimen autem stellionatus illud demque dicitur, quod nullum speciale nomen delicti habet, & propterea si prius (vt mox diximus) fuerit ciuiliter actum, interim erit in criminali supersedendum, vt ait *Rota ibi supra.*

25 Limita tamen primò principalem conclusionem non procedere, si actor post petitionem de pluri se offerret, postea eam partem recipere, quę non erat in controuersia, quia tunc reus, siuè debitor excusari non posset; nam habemus, quòd iusta causa in vna parte non tollit moram in alia, *vt ait Bartolus in l. Qui solid. ff. de leg. secundo, & Guidopapa in sua decis. 496. per totam in hac materia videnda.*

26 Extende id eò magis procedere, quando actor plus debito petijt, & reus versa vice plus debito negauit, quia tunc inuicem compensatio fieret; nam vt dici solet, paria delicta pari compensatione tolluntur, argumento *leg. si duo, & ibi Doctores, ff. de dolo, &c. & Guidopapa in dicta decis. 496.*

27 Contrarium licet dicat *Ioannes de Lignan. in cap. extra. de plus peten.* vbi firmat, quòd reus nullam pœnam pati debet, quia per petitionem de pluri ab actore factam simpliciter, licuit reo negare totum, argumento notatorum in *cap. primo de lit. contest. & cum eo tenet Angelus de Aretio in §. si quis agens in gloss. in verbo cadebat instit. de action.*

28 Concorda tu tamen vnà cum *Anton. de Butr. in dicto capit. primo de plus petend.* vbi ait compensationē fieri, quoad expensas; quoaturn verò ad alias pœnas concordat cum *Iason. in §. sed hac quidem in fine de action. in instit. ibi subiungens, quòd Ioannes de Lign.* dicit verum; sed in hac materia videndus est *Scaccia de Iudic. caus. ciuil. & criminal. in capit. 7. num. 696.* & ibi latè hanc quęstionem ad partes examinat, *& Guidopapa in d. decis. 496.*

29 Limita secundò, conclusionem non procedere, quando, (vt faciunt cauti procuratores) fuisset apposita clausula ll la saluo iure verioris calculi, aut illa saluo iure superflui, cum facultate addendi, vel minuendi, aut altera omni meliori modo, &c. quia tunc dictę clausolę preseruant à pœnis petentis plus debito, veluti in simili fieri debet in materia specificandi veri valoris in beneficialibus, *vt ait Crescentius in decisione septima de rescriptis Ioseph. Ludouic. in decis. 51. & decis. 117. Rota Perus.*

30 Limita tertiò, eam non procedere in eo, qui plus debito petijt Fisco, quia ille non punitur, *vt ait Rubin. in decisione 99. siue 49. vbi allegat Iason in §. si quis agens num. 8. instit. de action.*

ARGVMENTVM.

ACTV IMPVGNATO, QVANDO QVIS se iuuare possit, & quando non.

CONCLVSIO XLVI.

1 ACTVM impugnatum nota, quòd quis regulariter pro se adducere, & eo vti non potest, iuxta ea, quæ ait *Felin. in cap. capitulum sancta Crucis num. 8. limit. 6. de rescript. Gabr. in conclus. prima num. 4. & 5. de regul. Iur. Menoch. cons. 320. num. 24. & 25. Surd. decis. 285. num. 22. & ita fuit quoque decisum à Rota in vna Romana Pecuniaria 10. Martii 1586. & in alia Meliten. seù Portugallen. commendæ Luna 23. Iunii 1614. coram Dunozetto, quæ est inter recent. decis. 636. num 8. p. 1. & prius in alia Mediolanen. pensionis, Lunæ 12. Maii 1614. coram Vbaldo, quæ est inter recent. decis. 596. in dicta par. 1. & Grat. lib. 5. discept cap. 941. num. 20.*

2 Amplia primò, dictam conclusionem procedere, & è conuerso; nempè in eo, qui aliquem actum iam approbasset, quem postea amplius reprobare non poterit, etiam si ille actus postea reperiatur inualidus, quia nihilominus ille ab agente, amplius impugnari non posset, *veluti fuit decisum a Rota in Cenceten. Iurispatronatus Mercurii 10. Maii 1616. coram Marcomentio, quæ est inter recentiores decisione 174. num. 5. parte secunda, & est etiam decisione Card. Seraphinus 334. num. primo.*

3 Amplia secundò, quod id quod fuit dictum

ctum de eo, qui impugnat actum iam approbatum, procedit etiam in alio, qui actum non implet, quia tunc ad sui fauorem eum allegare non poterit, veluti fuit decisum in illa *Mediolanen. pensionis coram Vbaldo.*

4 Amplia tertiò, quòd quis non possit etiam se iuuare titulo possessionis decennalis sui auctoris, quando eius titulum semel impugnauit, veluti fuit decisum in *Toletana Parrocchialis* 24. *Febr.* 1591. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 974. *num.* 5.

5 Amplia quartò, è conuerso procedere quòd scilicet nemo possit amplius actum impugnare, quem ad probandum ius suũ deduxit, veluti fuit decisum *à Rota in Terdonen. Abbatiæ* 20. *Febr.* 1615. *coram Buratto, quæ est inter recent. decis.* 652. *num.* 4. *par.* 1. *& dec.* 456. *n.* 4. *par.* 2. *in recent. et* Card. *Seraph. decis.* 750.

6 Limita primò, dictam conclusionem principalem non procedere, quando quis ab impugnatione destitit, seu super impugnatione aduersarius non obtinuit, quia tunc in eo actu negato, seu impugnato, fundare se poterit, veluti fuit decisum in illa Romana *pecuniaria, idemque ait Card. Seraphinus decisione* 709. *num.* 3

7 Animaduertendo, quòd quis ab impugnatione desistere potest, nisi impugnatio sit sortita suum effectum, *vt ait Card. Seraph. decis.* 169. *num.* 2. *et Put. decis.* 337. *lib.* 2. tradit, quòd impugnatio possit reuocari, vsque ad sententiam *Fel. in cap. capitulum de rescript.* & impugnatio suum effectum sortita censetur si pars aduersa impugnationem acceptauerit; alias ea non acceptata impugnans nõ prohibetur actu impugnato se tueri, vt fuit dictum *à Rota in Romana releuationis à molestiis* 11. *Maii* 1601. *coram Card. Lancellotto.*

8 Vndè hic erit notandũ, quod si quis desisterit ab impugnatione testamenti, dicta impugnatio non præiudicabit, *vt ait idem Card. Seraph. in decis.* 773. *n.* 1.

9 Sublimita tñ prædicta non procedere, quãdo impugnatio fuit aliquo modo habita pro bona, & vera, quia tunc ex actu iam impugnato, quis se iuuare, amplius non poterit, *veluti fuit decisum in Toletana Parochialis* 24. *Februarii* 1592. *coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione* 974. *num.* 6. *idem in decis.* 620. *num.* 6. *& in dec.* 736. *num.* 2.

10 Et ideo nota, quod si V. G. aliquis impugnaret confessionem ab alio factam, & super ea impugnatione obtineret, tunc dicta confessio, postea contra confitentem ad fauorem impugnantis, non probaret, veluti fuit decisum in *Bononien. pensionis Veneris* 4. *Decembris* 1609. *coram Ludouisio, postea Gregorio Decimo quinto, quæ est inter recentior. decis.* 270. *par.* 2. *& in eius impress. est decis.* 440. *num* 2.

11 Extende, quòd neque etiam quis possit propriam confessionem impugnare, quia non auditur, veluti fuit decisũ à *Rota in Romana de Rusconibus Luna* 14. *Nouembris* 1614. *coram Card. Sacrato.*

12 Limita secundò, principalem conclusionem non habere locum, quando impugnatio fuit facta in alio iudicio, & inter diuersas personas, quia tunc eo actu iàm impugnato se iuuare non prohibetur, & rõ est quia impugnatio facta ad vnũ effectum, non operatur, quoad alium *Rota per Buratt. in sua decis.* 447. *num.* 7. *& ait Gabr. in dicta conclus. prima num.* 48. *de regul. iur.* & *ita fuit decisum à Rota in Romana cessionis* 9. *Martii* 1607. *coram* Card. *Lancellotto,* & *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 287. *num.* 20. *& seqq. & Butr. in cap. cum olim colum.* 5. *de censib. & Felin. in cap. capitulum colum.* 8. *de rescript. Achil. decis.* 2. *num.* 3. *de confess.* & ratio est, quia confessio est tacita, quæ ex impugnatione oritur, & propterea in alio iudicio facto confitenti non nocet.

13 Limita tertiò, conclusionem non procedere, quando impugnatio fuisset facta pendente lite, & nulla declaratio super ea fuerit facta, veluti fuit decisum à *Rot. in d. Romana cessionis,* & *Gratianus dicto lib.* 2. *discept. cap.* 279. *num.* 37. *cum seqq. Viuius decis.* 370. *nu.* 7. *Franc. Marc. decis.* 44 *p.* 1. *Giurb. decis. Sicil.* 55. *n.* 11. *& ita fuit resolutum à Rot. in Rom. releuationis à molestiis* 11. *Maii* 1601. *coram Card. Lancellotto.*

14 Sublimita tñ dictã tertiã limitationẽ esse verã, dũmodo nõ impugnetur in vno & codẽ negotio, vt ait *Sarnen. in reg. de ã nal*

nal. quaest. 16. *in fine Abb.*Felin. & *Rom. allegati à Rota in vna Taurisina Parocchialis* S. *Theonisti Veneris* 19. *Iannuarii* 1602. *coram Ludisio postea* Gregorio XV. *qua est in eius impress. decis.* 37. *num.* 7. & 8.

15 Limita quartò, non procedere in consentiente actui nullo, qui non sibi praiudicat, quo minus possit dare de nullitate illius actus, veluti dr̃ de cōsētiente pensioni nullae; licet secus sit in faciente actū nullum, & ratio est, quia inter se differūt actū facere nullum, & actui nullo cōsentire, ēt quoad iuris effectū, vt ait *Rota per Seraph. in decis.* 356. *nu.* 20. & 21. & Rota *in decis.* 175. *num.* 14. *par. prima diuers.*

16 Limita quintò, quando quis impugnaret actum de iure, quia tunc posset impugnans illo actu impugnato se tueri, *vt ait* Rota *in decis.* 118. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*

17 Extende idem procedere in eo, qui non actum, sed illius solemnitatem impugnaret, quia eo casu dicto actu se tueri non prohibetur, *vt ait Gratian. in pra citato loco num.* 23.

18 Limita sextò, quòd si ex impugnatione instrumenti nulla vtilitas impugnanti resultaret, saltem dicta impugnatio excusaret debitorem a negligentia non soluēdi debitum illud, quod solueret, si ab impugnatione illius instrumenti pars aduersa cessaret, veluti fuit decisum *à Rota in Ariminen. fructus dotis* 21. *Iunii* 1591. *coram* Card. *Seraph. qua est in eius impress. decis.* 958. *num.* 4. *in fine*, & *Gratianus mox allegatus dicto cap.* 279. *num.* 36.

19 Limita septimò, quòd exceptio impugnationis non attenditur, quando (verbi gratia) aliquid fieret de vnanimi consensu, quia tunc illud eo modo factum non operatur impugnationem actus, veluti fuit decisum in *Burgen. Iurisdictionis* 18. *Aprilis* 1586. *coram* Card. *Seraph. qua est in eius impress. decis.* 733. *num.* 4.

20 Extende praedictas limitationes multò magis procedere, quando impugnatio nō fuit a parte acceptata, quia tūc nō impedit quò minus pars impugnās possit actu impugnato se defēdere vt dixi superius, & veluti fuit decisum *à Rota in d. Romana cessionis corā Card. Lancell.* & *prius coram eodem in Romana relenationis à* [illegible] 11. *Maii* 1601. & *Grat. ait ibidem d. cap.* 279. *num.* 36.

21 Sed est benè verum, quòd si quis impugnaret actum, & postea praetenderet eo actu vti, tunc nota, quòd id nullo modo facere posset; nisi illud acceptaret cum suis qualitatibus, veluti fuit decisū in vna *Pamplonen. Parrochialis Auegen.* 7 *Iunii* 1610.

22 Extende idem quoque procedere, quando quis vellet actum, seù transactionem impugnare, quia tūc ille nō auditur, nisi oīa restituat, quae ex illo actu impugnato recepit, veluti dixi in verbo transactio, & nisi laesio ab eam allegante probetur, vt fuit decisum in *Bonon. census Veneris* 20. *Februarii* 1609. *coram Marcomontio, qua est in recent. decis.* 177. *num.* 3. *par.* 1. & *Rota decis.* 539. *nu.* 2. *dicta par.* 1. *in recent.*

23 Declara tamen id esse verum, vbi agitur de rescissione actus; secus autem quando actus ex nullitate impugnatur, quia eo casu minor (verbi gratia) non tenetur illud restituere, quod ex illo contractu recepit, nisi prius probetur, quòd sit factus locupletior, vt pulchrè distinguit, *Rota ibi supra coram Marcomontio*, & *in Romana Nullitatis obligationis* 16. *Ianuarii* 1626. *coram Durano.*

24 Declara secundò, esse verum, quòd regulariter impugnans transactionem non audiatur, nisi eo restituto, quod ex illa transactione recepit; sed id fallit tamen quando ex iusta causa potest impugnans retinere id, quod ex alia iniusta recepit, *vt ait Negusant. de pignor. par.* 3. *num.* 17. *Achil. decis.* 4. *tit. de caus. poss.* & *propr.* sed de hac causa iusta apparere debet, veluti fuit decisum *à Rota in Bononien. transactionis de Capacellis Luna* 2. *Decembris* 16 13. *coram Card. Pamphilio, qua est in recent. decis.* 539. *num.* 5. & 6. *par.* 1.

25 Animaduertendo, quòd si quis impugnaret transactionem ex illo capite (verbi gratia) quod lis nulla erat, tunc non ipse tenetur probare litem non extare; sed istud onus ad eam spectat, qui vult sustinere transactionem, vt pulchrè ait *Sard. in decis.* 104. *num.* 3. quod diligenter nota.

26 Praeterea erit quoq; notandum, quòd quis

quis actum duobus modis impugnare potest, & primò vti persona propria, Secundò, veluti persona alium ræpresentans, & sic veluti tutor, seu vti persona creditorum, a quibus ipse cessionem habuisset, quo stante optimè scimus inconuenіens non esse, quòd legatarius (verbi gratia) testamentum impugnet, vti tutor hæredis absque quòd cadat tamquam indignus a iure legati, quemadmodum dicitur etiam de ipso herede, qui si ex iure proprio testamentum impugnaret, seu veniret contra factum defuncti, vti à lege improbatum, tunc absque quòd à iure hereditario cadat, id ei facere licebit, veluti fuit decisum *à Rota in Romana Castri Carbognanti* 10. *Decembris* 1584. *coram Robusterio, & in alia Romana supplementi legitimæ* 3. *Martii* 1579. *coram Aldobrandino, postea Clemente Octauo*, & de hoc late dixi in verbo hęres tenetur approbare factum defuncti, vbi recurras.

27 Extende id procedere, etiam in eo, qui vti persona creditorum veniret, cui ex eorum iure id licebit, quod alias ex proprio haud liceret *text. est in l. si pater §. qui duos ff. de adopt. l. Cum quadam C. de administr. tut.* cū multis ad id cumulatis per Euerardum in loco de tanquam, siue de correspectiuis, quem allegat, & sequitur *Rota in vna Romana de Mutis Luna* 17. *Maii* 1604. *coram Card. Sacrato.*

28 Limita tamen dictam regulam duobus modis non procedere, & Primò, non procedit in his, quæ sunt obiectus intellectus, quia tunc non potest, quis aliud intelligere ex vna persona, aliud verò ex alia, vt est *glos. in cap. si quis §. porro in verbo nihil agit de elect. in 6.* vbi ait, quòd quis non potest vnum eligere tanquam meliorem, & alium nomine Domini sui, & ad id ait *Felin. in cap. cum olim num. 3. de sent. et re iud* quòd quis non potest tanquam iudex delegatus vnam sententiam ferre, & tanquam subdelegatus alteram. Item non potest quis tanquā testis vnū asserere, & tanquam principalis aliud *vt ait Butr. post Innoc. in cap. super inquisitione num.* 17. *de elect.* & propterea est concludendum, quòd quis diuersum intellectum habere non potest, veluti fuit decisum *à Rota ibi supra coram Cardinali Sacrato.*

29 Limita secundò, vt dicta regula non procedat in volūtarijs, veluti si ex vtraq persona agit, quis de proprio comodo, & ex vna iam declarauit eius voluntatem aliquo facto, quia non poterit postea velle contrarium ex alia *l. si non sortem §. filius familias, vbi notat Bart. in summ. ff. de cond. indeb. l. si proponas §. 1. ff de inoff. test. et faciunt ea, quæ Castr. ait in l. Qui stipendia num.* 5. *C. de procurat. et in l. in rem ff. de compens. cum aliis per Ruin. in cons.* 148. *num.* 3. *lib.* 1. *et ita decidit Rota ibi supra.*

30 Declara tamen, quòd non prohibetur Iudex se fundare super scriptura, siue actu impugnato, etiam ad fauorem impugnantis, *vt ait Grattan. lib. 2. discept. c.* 279. *nu.* 42. *et lib.* 5. *cap.* 967. *num.* 29. *et Bald. in l. Vnica nu.* 5. *et ibi Castr. col.* 2. *in fine C. vt quæ desf. aduoc. et Felyn. in cap. capitulum num.* 10. *de rescript. et Rot. in Foroliuien. census Ven.* 2. *Maii* 1614. *coram Buratto.*

ARGVMENTVM.

DE QVALITATIBVS ACTVVM, QVI fiunt in iudicio, vel extra: & de eorum validitate, seu inualiditate cum suis declarationibus, & exemplis.

CONCLVSIO XLVII

1 ACTVS quilibet in dubio præsumitur validus, *vt ait Surd dec.* 233. *num.* 6. *et ita fuit decisum in vna Cæsaraugust. dedicationis Lun.* 24 *Ianuarii* 1611. *coram Ludouisio, postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 321. *lib.* 3. *et decis.* 375. *lib.* 2.

2 Amplia primò, id in tantum esse verum, quòd propterea actus semper præsumatur factus ex ea causa, ex qua valere, ac substineri potest, veluti fuit decisum *in Maceraten. dotis* 10. *Aprilis* 1581. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 509. *num.* 1. *et* 2. & ideò nota, quòd quando A. C. se restringit ad eius facultates ordinarias, tunc actus sustinetur ex eo capite, quo sustineri potest.

Amplia

3 Amplia secundò, quòd pro validitate actus, etiam verba sunt improprianda, veluti fuit decisum in *Calaguritana census* 20. *Ianuarii* 1602. *coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1418. *num.* 10. vbi habetur, quòd pactum factum, vt censuarius teneatur ad omnes casus fortuitos, ex quibus bona diminui, & deteriorari contigerit, non debet intelligi de ea deterioratione totius rei, vel partis, sed de ea per quam tota res, vel pars in totum perimatur, & infructuosa reddatur, ad hoc, vt census sustineri possit, & non dicatur contra Bullam Pii Quinti factus, sed huiusmodi occasione erit notandum, quòd census extinguitur, si fundus suppositus reddatur sterilis, & infructuosus, veluti etiam extingueretur pro rata, quando pars fundi redderetur perpetuò infructuosa, si tamen pars fundi, quæ remanet fructus sufficientes non redderet *Cinc. de cens. par.* 3. *cap.* 1. *q.* 2. *art.* 1. *num.* 1. *cum seqq.*

Subamplia, id in tantum procedere, vt propterea, nedum census extinguatur pro rata, quando pars fundi censuati infructuosa redderetur, verum etiã per compensationem cum credito liquido census in totum, siue pro parte, inuito, etiam censuario extingui potest, vt fuit dictum in *Prænestina census quarta Martii* 1630. *coram Coccino*, & ratio est, quia compensatio vim solutionis habet, veluti fuit resolutum a *Rota in alia Romana census quinta Martii* 1614. & 17. *Februarii eiusdem anni*, & *postea* 19. *Nouembris* 1619. *coram eodem Coccino*, & sic hæc via compensationis, vti ea dationis in solutum, fuit a Rota existimata æquipollens illi actui retrosimili numerationis pecuniæ, necnon dicti census disdictæ, per duos menses ante restitutionem sortis, quia cum ea fiat in gratiam emptoris, ad effectum, vt posset occasionem inuestiendi inuenire id propterea cessaret dũ dictus emptor census totam pecuniarum quantitatem, siue earũ partem in manibus haberet, & ideò ad euitãdos iuanes circuitus in Rota pluries resoluit, census extinctionem hoc modo fieri posse, veluti ait in *decis.* 290 *num.* 1. *apud Cincium de censibus & in illa Roman. census* 1630. *coram Coccino Decano.*

4 Amplia tertiò, quòd actus factus a furioso, vel mente capto rirè, ac rectè scuti à quolibet prudente valet, ac tenet, veluti testatur de communi, *Rota in decis.* 129. *num.* 15. & 16. *par.* 2. *diuers.*

5 Declara tamen, id procedere in habẽte dilucida interualla, ad quæ enim inducenda plures actus successiui, & per aliquod tempus continuati sunt necessarii, vt ait *Rota ibi supra num.* 10. & 17. & fuit dictum in *Romana de Gracchis prima Decembris* 1618. *coram Remboldo*, & *in Romana donationis* 11. *Ianuarii* 1619 *coram Dunozetto*, & *in Romana hæreditatis de Arigoniis* 13. *Nouembris* 1624. *coram Manzanedo*, & *denique in Romana successionis* 19. *Ianuarii* 1629. *coram Durano*. Alias si quis non habuisset dilucida interualla, sed prorsus demens fuisset, tunc licet talis testamentum, siue alium actum ordinatè fecisset, nihilominus nulliter egisse diceretur, quia illa ordinata dispositio non à prouidentia personæ, sed potius casu facta diceretur, vt fuit dictum in dicta *Romana successionis coram Durano*. Sed in dubio quis sanæ mentis esse præsumitur, itaut dicenti contrarium onus incumbat probandi dementiam plenè, & concludenter; & propterea videmus etiam, quòd magis creditur testibus deponentibus de sanitate mentis, quam aliis deponentibus de insania; quamuis etiam essent numero plures. Quinimmò id est adeò fauorabile, vt propterea dicta testium, quorum aliqui super actibus dementiæ, alii verò super mentis sanitate deposuerunt tali modo sunt concordanda; nempè, vt disponens præsumatur pro validitate actus habuisse dilucida interualla, & sic quòd aliquando fuerit sanæ mentis, aut non prorsus alienatus a mente, vt ait *Soccin. cons.* 42. *num.* 10. *vol.* 1. *Corn. cons.* 219. *vol.* 1. *Boer. decis.* 23. *num.* 83. & ita fuit dictum a *Rota in præallegatis decisionibus in Roman. de Gracchis coram Remboldo, in Romana donationis coram Dunozetto, in Romana hæreditatis de Arigoniis coram Manzanedo, et in illa Romana successionis coram Durano.*

6 Amplia quartò, quòd ad hoc, vt potius actus valeat, quam pereat, non solum omnis interpretatio est facienda,

sed

ſed etiam illud prius in dubio præſumendum eſt, quod eſt poſterius, *vt ait Aym conſ.* 52. *Alex. conſil.* 112. *num.* 4. *lib.* 5. *& ita fuit deciſum à Rota in vna Romana Inuentarii Luna* 19. *Ianuarii* 1604. *coram Coccino, & prius in alia Peruſina fideicommiſſi de Fumaiolis Veneris* 10. *Decembris* 1597. *coram Litta, & illa deciſ. prealleg. coram Coccino, eſt in impreſſ. eiuſdem Coccini* 151. *num* 4. *&* Rota *deciſ.* 675. *num.* 5. *par.* 3. *diuerſor.*

7 Amplia quintò, procedere in actu facto, vigore mandati inualidi, qui ſuſtinetur, quando de alio valido conſtaret, veluti fuit deciſum in vna *Clauaren. grani* 13. *Martii* 1593. *coram Commitulo, alleg. in alia Romana affictus Veneris* 27. *Ianu.* 1612. *coram Eminentiſſimo Card. Caualerio.*

8 Extende idem procedere in actu geſto ab habente duplicem poteſtatem, qui præſumitur factus ex illa facultate, per quam actus ſuſtineri poterat, vt ait *Grat. in dec. March.* 51. *num.* 3.

9 Contrarium videtur ſentire *Put. deciſ.* 383. *lib.* 2. *Magon. deciſ.* 51. *num.* 17. *Rota Luceuſ.* Rom. *conſ.* 446. *num.* 7. *& conſ.* 496. *Caſſad. deciſ.* 7. *de appel. & ita fuit deciſum in vna Ariminen. cenſus prima Iulii* 1588. *coram Card. Seraph.* vbi dicunt, quòd ſi procurator vtitur mãdato inſufficiẽti, actus poſtea nõ ſuſtinetur ex alio ſufficienti, per eã regulã, quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui, cui quidẽ regulæ poteſt addi quoque altera, quòd ſcilicet actus nunquam operetur vltra intentionem agentis, vt eſt *deciſ. Card. Seraph.* 89. *num.* 2. *idem ait Magon. dec. Flor.* 55. *num.* 19. *& Coccin. deciſ.* 318. *num.* 6. *&* Rota *deciſ.* 397. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* ſed in hoc recurras ad diſtinctionem, quam dedi in verbo actiones plures, &c. *verſ. contrarium licet videatur cum ſeqq. idẽ ait Rota in Foroliuien. Societatis* 16. *Martii* 1626. *coram Merlino.*

10 Sed concorda ſecundum me, quòd prima opinio procedat, quando quis à principio ſuam voluntatem, circa vſum vnius ex illis duabus poteſtatibus non declarauit, ſecunda verò quando ſecus, quia quis vnum remedium eligendo facit intrare illam regulam. Quod potui nolui & quod volui adimplere nequiui, vt ex prædictis fuit probatum, & veluti dixi in præcedenti concluſione 46. num. 23.

11 Amplia ſexto, procedere in hærede, qui poſſedit bona vigore teſtamenti inualidi, qui poſtea non prohibetur ex teſtamento valido hæreditatem adire, & nouum inuentarium conficere, *gloſ. & DD. in l. ſi is apud quem ff. de acquir. poſſ. iuncta l. nec is* §. 1. *ff. eod. tit. & ita fuit quoque deciſum in vna Vrbeuetana legati* 13. Iunii 1588. *coram Card. Blanchetto.*

12 Amplia ſeptimò procedere in actu facto eadem die, qua emanauit inhibitio, quia ſi non conſtat de prioritate temporis in dubio præſumitur eum inhibitionem præceſſiſſe, *vt ait Theſ. deciſ.* 49. *Achil. deciſ.* 37. *tit. de appel. & ita fuit deciſum in vna Vicentina prioratus Mercurii* 20. *Nouembris* 1613. *coram Pamphilio, quæ eſt in recentior. deciſ.* 487. *par.* 1. vbi loquitur de poſſeſſione capta.

13 Amplia octauò, procedere etiam in ſententia lata eadem die, qua fuit executa inhibitio, quia ſi non conſtat de prioritate inhibitionis ſententia ſuſtinetur, & erit valida, *vt ait Theſ. in dicta deciſ.* 49.

14 Amplia nonò, procedere in poſſeſſione capta eadem die, qua fuit inhibitio emanata, quæ poſſeſſio præſumitur ante inhibitionẽ capta, ad euitandum attentata, vt ait *Rota ibi ſupra in dicta deciſ.* 487. *& per Coccinum in deciſ.* 252. *num.* 4.

15 Declara tamen, quòd poſſeſſio, in concurſu plurium, ea ſemper præſumitur prius capta, quando in inſtrumento fuit appoſita hora adeptionis, quam ea, pro qua fuit appoſita dies tantum, veluti fuit deciſum *in Salamantina Praſtimonii Veneris vltima Ianuarii* 1614. *coram Buratto, quæ eſt in recentior. deciſ.* 514. *num.* 1. *part.* 2. *& dec.* 19. *n.* 2. *par.* 2. *diuerſ. & in Romana quarta* 27. *Aprilis* 1624. *coram Durano, & in Ariminen. bonorum* 26. *Maii* 1627. *coram eodem, & prius in Firmana hæreditatis* 27. *Iunii* 1614. *coram Buratto, & in Iadren. Canonicatus* 5. *Iulii* 1621. *coram Vbaldo, & Grat. lib.* 3. *diſcept. cap.* 542. *num.* 6.

16 Amplia decimò, idem procedere, quando in eodem die reperirentur facti duo actus, quia tunc ille præſumitur prius qui pro validitate vtriuſque præcedere debebat, & propterea ſi in eodem inſtrumento, vel in diuerſis contineatur donatio patris in filium, & emancipatio eo

fu-

casu præsumitur, quòd emancipatio præcesserit, quia id facit vtrumque valere, *Bald. post Cynum in l. cum in testamentis §. 1. ff. de hered. instit.* cuius enim Baldi dictum reputat notatu dignum *Iaf. in l. stipulationes non diuiduntur n. 19. de verb. obligat.*

17 Quod enim procedit, etiam quando essemus in illis actibus in termino citationis factis, qui præsumuntur facti ante sententiam, ad eam validandam, vt fuit decisum in *Aquen. pensionis Veneris 2. Decembris 1611. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marches. de commiss. in p. 3. §. 3. num. 4. cart. mihi 25.* idemque dicendum erit de actu possessorio in contumaciam deducto, qui vt sustineatur mors ex fictione iuris præcessisse præsumitur, *vt ait Rota in decis. 377. par. 3. diuers.*

18 Amplia vndecimò, quòd quando actus potest esse libitus, & illicitus, tunc in dubio est præsumendus licitus, *vt ait Rota per Put. decis. 216. num. 2. lib. 1. & est etiam decis. Papa Ludouisi 204. nu. 17.*

19 Amplia duodecimò, quòd pro validitate actus omnia præsumuntur in eo interuenisse, quæ ad illius existentiam erant necessaria, vt ait *Rota per Put. decis. 219. num. 6. lib. 1. Surd. decis. 212. num. 15. & decis. 231. num. 25.*

20 Amplia decimotertio, quòd ad validitatem actus omnia præsumuntur fuisse iustificata, vt ait idem *Put. decis. 356. lib. 1.* vbi dicit, quòd quando Iudex ad executionem procedit, omnia iuridicè præcessisse præsumuntur, & sic pro executione semper est iudicandum.

21 Amplia decimoquartò, quòd actus ad sui sussistentiam semper in tẽpore præsumitur factus, *vt ait Put. dicta decis. 219. lib. 1. & decis. 231. lib. 3.* vbi ait, quòd non creditur ei, qui allegat consensus infra triduum non fuisse extensos; sed ille tenetur benè probare consensum post triduum fuisse præstitum, quia in dubio præsumitur pro expeditoribus, *vt ait Rota per Coccinum in decis. 252. num. 4. & in decis. 675. num. 3. par. 1. diuers.*

22 Amplia decimò quintò, quòd actus semper in dubio præsumitur iuxta iuris communis dispositionem, *Rota in Hispalen. Iuris nominandi Luna 29. Aprilis 1613. coram Pamphiliȩ, quæ est in par. 1. recent. decis. 480. num. 3.* vbi habetur beneficiatos, ac eorum seruitores percepisse omnes obuentiones, vti per Archiepiscopum ad curam animarum deputatos, ratione administrationis sacramentorum baptismi, & matrimonij, & sic licitè, ac eo modo, quo percipere debebant.

23 Amplia decimosextò, id adeò esse verum, vt propterea, si Iudex enunciet se ordinarium, nihilominus vti delegatus processisse, præsumitur, quando alias iuxta ordinariam iurisdictionem actus non valeret, vt latè ait *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 17. num. 6. et 7. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. nu. 171. et seqq. Rota decis. 96. num. primo par. 2. diuers. Abb. in cap. cum ex officiis num. 2. de præsump. Card. Seraph. decis. 549. num. 2. & fuit decisum in Spoletana hæreditatis 2. Aprilis 1618. coram Pamphilio, et coram eodem in alia Tarusina Anniuerariorum 17. Februarij 1620.* in quibus enim decisionibus concluditur verbum illud (ordinarius) in tali casu demonstratiue extare.

24 Ex sede præd. eò magis procedere, quando quis ad certam facultatem non se restrinxerit, *vt ait Rota per Papam Ludouis. decis. 204. num. 18. & per Coccinum dec. 321. num. 6. & veluti fuit decisum in dicta Romana Saluiani interdicti coram Card. Sacrato*, vbi fuit dictum, quod licet Buratius (cui a Papa fuerat commissum, vt procederet ad executionem mandati per A C. relaxati) se in sententia subscriberet, vti locumtenens, & commissarius non se restringendo ad iurisdictionem delegatam tantum; tamen dicta sententia sustinetur in vim ordinariȩ iurisdictionis, nec illa qualitas addita, commissariatus, redditur inutilis, nec operatur, quominus actus in vim ordinariȩ iurisdictionis factus dicatur, quia habemus quòd, quȩ ex abundanti adduntur, numquam obesse solent *Rom. consi. 343. num. nono, & decimo, Curt. Iun. consil. 20. sub num. septimo, versic. & ad hoc lib. 3. Aym. cons. 282. vers. Quinto respondeo;* & quòd ordinaria iurisdictio per delegatam non cessauerit, *ait Bart. quæst. 5. nu. 2. Bald. in cap. primo num. 3. de contro. uers. inuest. inter masc. et fœm. Crauett. cons. 318. nu. 4. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 5. num. 1. omnes allegati a Rota ibi coram Card. Sacrato.*

Extende

Subextende prædicta eò magis procedere, quando vltra expressionem vtriusque nominis, scilicet ordinarij, & delegati in subscriptione actus, addidit etiam clausulam omni meliori modo, &c. *vt ait Rota per Papam Ludouisium dicta decis. 204. num. 19.* quia illa clausula facit actum valere, potest valere, potest de iure.

26 Contrarium tamen, quòd scilicet actus regulatiter, tanquam a delegato factus in vim ordinariæ iurisdictionis non sustineatur, fuit decisum in *Tuden. beneficij de Rosal. Luna 12. Decembris 1594. coram Penia, quæ est apud Marches. in par. prima de commiss. §. 2. fol. mihi 649. Vant. de nullitat. ex defectu iurisdicionis num. 170. specul. tit. de sent. probat. §. quoniam vers. quid si Bart. in l. 1. vers. tu dic. C. qui pro sua iurisdictione vide glos. auream in cap. ex litteris de offic. deleg. in glos. finquam ibi notat.* Abb. & extollit Imol. & *Caualcan. decis. 21. num. 2. par. prima* & *Rota in dicta Tuden. beneficij Luna Decembris 1594. coram Penia, quæ est apud eundem Marches. par. 3. §. 3. fol. 88. nu. 6. de commiss.* Et ratio est, quia iudex delegatus nisi sit certus de sua iurisdictione per litterarum exhibitionem, tunc vti persona priuata se gerere diceretur, & sic vti talis attentaret, *vt fuit dictum in Tridentina beneficij 12. Decembris 1594. coram Penia, & in decis. 214. pari. 2. in recenti. num. 1. & seq. Put. decis. 387. lib. 3. & Bisig. decis. 4. num. 5. de concess. preb.*

Quinimmò neq; delegatio potest per testes probari, sed per litteras patentales originarias de ea doceri debet, siue per rescriptum ipsum, nisi tamen literæ patentales fuissent deperditæ, quia tunc bene earum tenor per testes probari posset alias secus; *vt ait Rota in decis. 21. vers. vtrum propè medium de concess. preb. in nouis,* & *decis. 6. de off. deleg. in nouis,* & *Bisignet. decis. 4. de concess. preb.*

27 Amplia decimò septimò, quòd neque etiam, quando essemus in actu dubio, possit ille inducere simulationem, nec alicui nocere, veluti fuit decisum in *Maceraten. Retractus Mercurij 4. Iulij 1612. coram Vbaldo, quæ est inter recentior. decis. 413. par. 2. num. 5.* vbi habetur, quod ante perfectionem instrumenti, non dicitur stabilitus, contractus, quia multa tractātur, quę non concluduntur; & ideò licet ibi ageretur de actu, qui validè, vel inualidè de iure esse posset; nihilominus stante imperfectione, ac dubietate illius, alicui nocere non debet: nec vllam simulationē arguere, *vt ait Rota in d. Macerat. Retractus coram Vbaldo,* & quod conclusio non autem tractatus in contractibus sit attendendus, in tantum quòd testis de tractatu deponens non probet, *ait Rota per Gregor. decis. 165. num. 5. & 6. & decis. 178. & in Rauennaten. diuisionis societatis 28. Maij 1603. coram Card. Sacrato, & per Burattum in decis. 471. nu. 1.*

28 Amplia decimò octauò, quòd actus sēper pręsumatur factus tpe licito, ad hoc vt delictum aufugiatur, *Rota decis. 675. par. 1. diuers.* & *veluti fuit decisum in Cremonen. pratensa confidentia Veneris 15. Apr. 1611 coram Card. Ludou. postea Gregorio XV. quæ est in recent. decis. 358. num. 7. in 2. par.* vbi habetur, quod ad euitandam simoniam præsumitur, quòd conuentio resignationem non processerit, quæ enim simonia non inducitur, si non probetur aliquid fuisse datum, vel factum in vim, & executionem præcedentis tractatus, *vt ait Mohed. in decis. 1. de simon.* & *ita alias fuit decisum in Romana, seù Hispalen. pratensa simonia 7. Februarii 1596. coram Card. Blanchetto, & in alia Lucana pratensa confidentia 27. Febr. 1606. coram Papa Ludouisio, quæ est in eius impress. decis. 238. num. 8.*

29 Licet sit quoque verum, quòd actus sequens semper præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, *vt ait Rota in decis. 104. num. 5 par. 2. diuers.* quod tamen non procedit, quando agetur de præsumendo delicto; secus autem esset, quando tractaretur pro actus sustentatione, *vt ait Rota per Burat. decis. 113. num. 19.*

30 Amplia decimò nonò, quòd etiam actus in æquiuocis debet censeri factus, prout melius facienti expedit, *vt ait Rota in decis. 329. num. 2. par. 1. diuers.* vbi habetur, quòd nominatio, quæ non potest fieri, nisi in vim alicuius statuti, alio modo facta non censetur. Item quòd verba ambigua sint interpræetanda, iuxta mentem proferentis dicunt Doctores *in l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. & in l. in ambiguo ff. de reb. dub.* & *Rota in vna Calaguritana Canonicatus*

30. Maii

38 Amplia decimoseptimò, quòd actus, qui prouenit ex lite nulla, sustineatur saltem, vti actus extraiudicialis, vt ait *Aretin. post Bart.* & alios ab eo allegatos in *consil.* 149. *col.* 1. *prope finem*, *Dec. in l. Iurium num.* 14. *et ibi Rub. et Alex. num.* 163 *ff. si cert. pet. & ita fuit quoque decisum in vna* Egitanen. Canonicatus *Luna* 12. *Maii* 1578.

39 Veluti etiam videmus, quòd ex actu nullo transfertur possessio, si tamen consensus non deficiat, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 1200. *num.* 3. Item quod ex actu nullo voluntas, etiam alicuius deprehendatur, *ait Greg. decis.* 76. *num.* 3.

40 Licet tamen, id quòd fuit dictum de eo, quod ex actu nullo transferatur possessio, procedat quando ad actum facti fuerit deuentum, *Rota decis.* 612. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. et decis.* 92. *num.* 5. *par.* 1. *in recent. et decis.* 768, *num.* 9. *par.* 2. *recent. et in Placentina beneficiorum* 6. *Iunii* 1605. *coram Pamphilio*.

41 Itē declara id procedit, qñ (vt superius diximus) nullitas non ex defectu consensus, sed ex eo solemnitatum fuerit causata, vt distinguendo ait *Rota decis.* 93. *par.* 2. *num. secundo, diuers. et dicta decis.* 768. *num.* 9. *par.* 2. *recent. Seraphin. decis.* 638. *num.* 3. *et dicta decis.* 1200. *num.* 3. latè *Honded. cons.* 23. *num.* 26. *et seqq. et Gabr. cons.* 36. *nu.* 23. *lib.* 1. *Rot. per Greg. decis.* 194. *num.* 23. sed est benè verum, quòd id procedit, veluti, si essemus in actu simpliciter nullo; at secus, si vltra nullitatem, adesset quoque conditio, quæ faceret, vt voluntas non esset voluntas, vt ait *Rota per Card. Seraph. in decis.* 838. *num.* 14. veluti ea conclusio non procederet in actu resoluto, vt ait *Put. in dec.* 290 *lib.* 3.

42 Amplia decimòoctauò, præcedentes ampliationes multò magis procedere, qñ in actu esset apposita clausula, omni meliori modo, &c. quæ facit valere actū omni titulo, ac iure, prout valere potest, vt dicam in verbo clausula, omni, &c. & est *decis. Papa Ludouisii* 204. *num.* 19.

43 Amplia decimònonò, quòd actus factus tēpore pestis minori numero testiū, quàm requirat statutum, valet, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 113. *num.* 2.

44 Limita tamen principalem conclusionem procedere (vbi dicitur, quod actus semper in dubio validus præsumatur) dūmodo hæc tria concurrant, scilicet modus, potestas, & voluntas; alias vno eorum cessante actus redderetur elusorius, vt ait *Surd. decis.* 243. *num.* 6. & ita fuit decisum *in Portuen. bonorum* 20. *Martii* 1579. *coram Card. Seraphino, qua est in eius impress. decis.* 398. & fuit decisum in alia *Romana Accomandita Mercurii* 10 *Decembris* 1614. *coram Pirouano, qua est in recent. par.* 1. *decis.* 640. *num.* 6. *idem Card. Seraph. decis.* 942. *num.* 3. & *Rota decis.* 452. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* Et propterea videmus, quòd actus voluntarij non plus ligant, quàm voluntas sit, vt ait *Bellam. decis.* 741. *num.* 17. *cart. mihi* 184. *Surd. decis.* 71. *num.* 11. & *Mantic. decis. quarta*, & *decis.* 267. & *Card. Seraphin. decis.* 201. *num.* 16. Vndè si coactè fiat actus in quo libera voluntas requiratur non valet, vt ait *Rota decis.* 561. *num.* 2. *par. prima diuers.* & propterea actus, qui allegatur ad probandam voluntatem spontaneam, non habetur in consideratione, non data plena libertate, quia est impossibile posse dare spontaneam voluntatem, nisi detur plena libertas, vt ait *Card. Seraph. dec.* 873. *num.* 2. & *tertio*; licet sit benè verum, quòd voluntas, etiam non spontanea possit habere locum, tàm in matrimonio carnali, quàm spirituali, & sic tunc intraret illa regula, quòd voluntas, etiam coacta dicatur voluntas, vt ait idem *Card. Seraphin. decis.* 1350. *num.* 9.

Item, nota quòd aliquid coactè fieri dicitur, quando metu coactionis fieret, & propterea videmus, quòd quis coactè soluere dicitur, quando soluit sciens se vigore statuti, siue Bullæ Baronum posse compelli; Nàm statutum, siuè Bulla, cum continuò terreat; idcircò continuum inducit metum, vt fuit dictum à *Rota in Romana supplementi legitimæ, Luna* 15. *Iunii* 1620. *coram Buratto*.

45 Declara tamen, quòd præsumptio voluntatis coactæ tollitur ex actu geminato sine protestatione; coacta verò probatur ex protestatione tradita notario, veluti ēt ex querelis, & lacrimis, vt ait *Card. Seraph. d. decis.* 1350. *n.* 10. & *prius decis.* 859. *nu.* 4. Necnō ēt qñ actus fierent respectu blanditiarum, & illi ex vrbanitate non sunt censendi, omninò

spontanei, & voluntarij, vt ait dictus *Card. Seraph. in decis. 863. num. 6. & in decis. 1371. num. 2.* docet quando præsumatur perseuerantia voluntatis, & quando secus.

46 Vndè redeundo ad illud requisitum voluntatis in agente actum, nota, quòd si actus non habeat effectum, secundum intentionem agentis, tunc debet reiterari, donec effectum consequatur, *Baldus in l. inuitus in fin. C. de procurat.* & ideò Procurator constitutus ad appellandum, intelligitur non solum de prima vice, sed etiam de secunda, quia per primam appellationem non est causa totaliter finita, idem *Baldus in consil. 9. incip. in casu propositæ quæstionis,* & *Anton. de Butr. in consil. 30. incip. dubium, & Rota decis. 685. num. 5. dicta parte prima diuers.* Licet contrarium dixerim in *conclus. 129. num. 100 in verbo appellatio,* quando mandatum procuræ datum ad appellandum expressè non legeretur.

47 Limita secundò, quòd licet actus semper sit præsumendus validus; id tamen non procedit, veluti quando essemus in materia probatoria, quia tunc non per præsumptiones, sed per veras probationes erit procedendum, vt fuit decisum in *Romana compromissi 17. Aprilis 1573. coram Card. Seraph. quæ est decis. 201. in eius impressi. num. 29.* & *Rota dec. 125. nu. 6.* & *19. par. 1. diuers.*

48 Limita tertiò, conclusionem non procedere, quando ex facie illius actus de contrario constaret, quia tunc actus non præsumeretur legitimè factus, etiam si lapsus longi temporis interuenisset, vt ait *Castrens. in cons. 81. num. 3. Alex. cons. 1. num. 2. lib. 4. Gabr. conclus. 4. num. 57. de præsumpt.* & ita fuit decisum in *Mediolanen. bonorum Sancti Mazarii 1586. coram Decano, & in alia Auximana pretii, Luna 29. Ianuarii 1595. coram Orano.*

49 Limita quartò, quòd actus inualidus dicatur, veluti si aliquid fiat præter, licet non contra formā mandati, vt ait *Surdus in decis. 187. num. 4.* Vndè soluens alij, quā vero creditori male soluit; secus verò, si solueret creditori vero, veluti si solueret creditori sui creditoris, quia tunc liberatur; licet solutio esset facta principali creditore inuito, vt ait *Surdus ibi supra num. 5. & 6.*

50 Secus autem, quando quis solueret vno procuratori, qui re vera non erat talis, sed pro tali communiter reputabatur, siuè soluisset vni, cum signo, quem ita missurus dixerat creditor, quia tunc rectè illi tali soluisse diceretur; at secus quando quis haberet iustam causam credendi illum non esse procuratorem, vt fuit dictum in *Romana pecuniaria, Veneris 15. Octobris 1593. coram Orano, quæ est decisio. 76. per totam inter criminal. Farinacc. vide Ias. in l. Si quidem, C. de transact. & Crauet. consil. 129.*

51 Extende primò, quòd diceretur solutio quoque legitimè facta procuratori, aut per mortem Domini, aut alio modo reuocato, morte tamen, siuè reuocatione ignorata, quia tunc esset creditori imputandum, si illius reuocationem debitori non notificauit, vt ait *Rota decis. 681. parte 1. recent.* & *per Buratt. dec. 364. in fine,* & *Cassad. decis. 2. num. 14. de appellat.*

52 Extende secundò, idem procedere, quando solutio esset facta illi, cum quo fuit celebratus contractus, quia tunc ei rectè soluisse diceretur, vt fuit dictum in *Perusina census 1. Iunii 1616. coram Remboldo.* & *Rota per Burat. dec. 1.* & *ibi addit.*

53 Subextende, id quoque primò, procedere in præiudicium aliorum creditorum absentium, & in quorum fauorem esset facta stipulatio, vt ait *Rota ibi supra coram Remboldo.*

54 Subextende secundò, procedere etiam, si stipulatio fuisset iuramento concepta, & illius verba obligatoria, & executiua stipulationis essent directa in contrahentem, & absentem *Surd. decis. 229. et Rota ibi supra,* & licet prius in eadem causa Perusina census fuisset decisum totum huic prædictæ opinioni contrarium sub *die 13. Februarii 1625. coram eodem,* tamen fuit decisum contrariū in illa sub *die 1. Iunii 1616. coram eodem.*

55 Subextende tertiò, procedere etiam si soluens sciuisset pecuniam ad alium spectare, vt dicunt *DD. allegati in illa Perusina census 1615. et 1616. coram Remboldo.* & *adden. ad Buratt. d. dec. 2.*

Et ratio omnium prædictorum ea est, quia, qui est præpositus ad contrahendum

dum videtur etiam præpositus ad recipiendam solutionem, *vt ait Rota ibi supra* veluti quoque dicitur de procuratore cōstituto ad locandum, & vendendum, qui censetur etiam constitutus ad recipiendū prætium, absque alio speciali mandato. *Franch. decis. 699.* & ibi ait hanc opinionem esse magis æquam licet *Cardinal. Seraphin. in decis. 548. num. 4.* dicat contrariam opinionem esse de rigore veriorem.

56 Limita tamen primò supradictam conclusionem non procedere, veluti si solutio esset facta vni ex creditoribus alicuius rei, ex cōmuni pecunia emptæ, quia tunc solum pro medietate erat illi facienda solutio, vt ait *Rota ibi coram Remboldo.*

57 Limita secundò, veluti si ea fieret coniunctæ personæ, vel alicui personę, etiam stipulationi adiectæ: quia non ob id soluens liberatur, quod tamen declara verum, quando stipulatio copulatiuè esset concepta; & sic dispositio esset æqualiter in personam omnium collata; at secus si per alternatiuam fuisset stipulatio concepta, quia tunc soluendo vni, liberaretur soluens quoque, respectu alterius, vt fuit dictum in dicta *Perusina census 1615. coram Remboldo.*

58 Limita tertiò, non procedere, quando quis solueret metu mandati, & illud fuisset præuia cognitione emanatum, quia tunc illud iustum metum insoluente non inducit; licet tamen secus esset, quando soluens fuisset de metu protestatus, & iura quæ habebat omni meliori modo illæsa conseruasset, quia tunc soluens excusandus veniret, & à solutione liberaretur; licet secus, si terminum postea susciperet, quia tunc non excusaretur, quando iudex relaxando mandatum, non cogat ad confitendum, sed ad soluendum tm̄. quia tūc d. solutione non obstante, posset principalis debitor in gradu appellationis se defendere, & iàm solutum repeterè, quod post susceptionem termini fieri non posset, vt fuit dictum à *Rota decis. 773. num. 5. parte secunda recentior.* & fuit quoque decisum in materia solutionis de mandato iudicis factæ in *Foroliuien. census tertia Iunii 1589. coram Orano*, & prius in alia *Romana census 16. Iunii 1586. coram Gypsio*, & in alia *Romana census 16. Februarii 1616. coram Vbaldo*, & *Card. Seraph. dec. 436. num. 2.*

59 Declara quòd quando per soluentem fuerunt adhibitæ omnes diligentiæ contra mandatum iudicis de soluendo, tunc etiam si creditori putatiuo, & non vero soluisset, adeò excusatur, vt neque à vero creditore amplius molestari possit, vt fuit dictum in *Romana pecuniaria prima Iulii 1580. coram Card. Blanchetto.*

Veluti eodem modo dicitur de soluente canonem Prælato intruso; siue putatiuo, si cum ipso fuisset celebratus contractus, siue soluens habuisset iustam caussam credendi eum esse verè Prælatum, vt dicunt *Addent. ad decis. secundam D. Buratti num. 16. & 17. cum sequentibus* Et ratio est, quia quando quis soluit illi, cum quo contraxit, rectè soluisse censetur, etiamsi soluens sciat pecuniam ad alium pertinere, vt ait *Surd. in decisio. 229. num. 10.* & *cons. 150. num. 104. cum sequentibus lib. primo, & Afflict. decis. 147. numero secundo.* Et propterea videmus, etiam quòd soluens alicui pecunias furto subtractas, & à fure consignatas de mandato iudicis, conueniri non potest à Domino pecuniarum subtractarum, si furtum ignorābat; quod enim procedit etiam in depositario, qui soluendo cui non debuit, liberatur, si dolus, vel lata culpa absit, licet secus tamen esset in deposito iudiciali, quia tunc si depositarius ipsi deponenti pecuniam restituat, siuè alteri de illius mandato, non liberatur, sed obligatus remanet, nisi id de licentia iudicis parte citata faceret, quicquid sit in deposito de facto recepto, vt dicunt *Doctores allegati à Rota per Burratt. decisio. secunda, et ibi in addition. numero 15. et sequentibus, viden.*

60 Limita quintò, principalem conclusionem; nempè, quòd actus dicatur inualidus, quando forma non fuit seruata, quod procedit etiam, si minima esset dictæ formæ ommissio, quæ vti indiuidua, si in vna parte non sit seruata in totum corruit actus, vt ait *Surd. decis. 268. num. 8. et 9. et prius in decis. 144. num. 17.*

61 Extende quòd actus peccans in for-

ma, neque ex eo oritur ciuilis obligatio, vel naturalis, etiam si de consensu partium ea forma fuerit ommissa, vt ait *Surd. decis.* 268. *num.* 8. *&* 9.

62 Contrarium nempè, quòd actus contra formam à lege traditam valeret, quando in eo non adest clausula annullariua, ait *Rota decis.* 750. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* licet contra faciens veniat puniendus, vt ait *dicta* Rota *ex communi ibi supra in dicta decis.* 750.

63 Secus verò, quando dicta clausula annullatiua concurreret, sed nota, quòd quãdo consensus pro forma requireretur, tunc ille esset præstandus de tempore, quo actus inesse producitur, vt est consensus in matrimonio, vt ait *Rot. per Greg. decis.* 395. *num.* 6. & 7.

64 Limita sextò, quòd actus in dubio debet potius iudicari nullus, quàm, quod tendat contra voluntatem testatoris, quæ semper inuiolabiliter, vti lex est seruanda; veluti dicunt DD. & præsertim *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 4. & *ita fuit decisum in Senogalien. fideicommissi Veneris* 16. *Nouembris* 1607. *coram Ludouisio, postea* Gregor. *Decimo Quinto, quæ est in eius impress. decis.* 338. *num.* 11.

65 Animaduertendo hic tamen, quòd quando actus erit nullus, non procedit lex diuersa C. *de transact.* veluti dicam in verbo transactio, & veluti ait *Rota per Papam Ludouisium decis.* 271. *num.* 16. *licet num.* 28. ibi addentes tali pacto distinguant, nempè, quòd agi posit ad nullitatem transactionis, prius quàm fiat restitutio accepti, sed postquàm ea est detecta, tunc non potest agi ad executionem, nisi prius facta iam accepti restitutione, veluti declarauit *Rota in vna Mediolanen. Legati* 15. *Decembris* 1593. *coram Giptio*, & ad id infinitos cumulat, *Menoch. in suo cons.* 644. *num.* 14. *lib.* 7.

66 Extende primò, id, quod fuit dictum de nullitate actus, adeò esse verum, vt propterea, quando ille est nullus, eo casu non fit retrotractio, quia tunc non inuenit principium conseruabile, veluti fuit decisum in *Hispalen. Matrimonii de Alcalà Luna* 26. *Ianuarii* 1609. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 395. *num.* 12.

Et sic igitur nota, quòd quando actus est ipso iure nullus, nunquam cõualescere potest, veluti fuit decisum *à Rota in Calaguritana beneficii del Burgo septima Maii* 1574. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decisione* 229. *num. secundo.*

67 Sed ad hoc, vt reconualescat requiritur nouus consensus, vt ait Rota *apud Cencium in tractatu de censibus decisione* 153.

68 Extende secundò, quòd neque actus nullus ob fragilitatem sexus, tempore conualidari posit, vt ait *Surd. decis.* 278. *num.* 28. veluti etiam dicitur de actu nullo ex defectu consensus, qui ratificatione non validatur, quando consensus requirebatur certo tempore, vt ait *Rota ibi coram Ludouisio.*

69 Secus autem, quando actus est nullus simpliciter ex defectu consensus, qui certo tempore non esset necessarius, quia tunc dictus actus ratificari posset, *vt ait Rota in decis.* 65. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & Card. Seraph. decis.* 1338. *num.* 2. *& prius decis.* 351. *num.* 4. veluti dicitur de eo, qui requiritur non ad authorizandum, & ad validandum actum, sed ratione præiudicij, quia tunc ille potest capi ex interuallo, *Mantica in decis.* 238. *nu.* 8. & *Rota in Com. hæreditatis* 14. *Martii* 1603. *coram Litta.*

70 Quod tamen limita procedere in actu priuatorum, secus autem in his, in quibus Principis actoritas esset necessaria, quia tunc ex superueniencia consensus non conualidatur, veluti inter priuatos fieret vt resoluit *Rota ibi coram Seraph.* Immò quando consensus est præstandus ab aliquo, & non adest iuxta causa illum denegandi, tunc habetur pro præstito, quod tamen declara verum in eo, qui per eundemmet esset præstandus; at secus si essemus in tertio, ex cuius consensu actus esset perficiendus, quia tunc non potest cogi, veluti alio modo cogi posset, *vt ait Cardinalis Mantica decis.* 238. *& Greg. decis.* 117. *num.* 8. *&* 9.

71 Extende tertiò, quòd quando actus est nullus tàm fauore minoris, quàm etiam tertii, tunc non potest minor solus dictum actum approbare, *vt ait idem Surd. decis.* 108. *num.* 11.

72 Quod tamen restringe procedere, quãdo

do essemus in actu, cui lex à principio resistit, alias valeret fauore minoris ipso volente; sed quando aliquo modo posset actus sustineri, tunc ratihabitione retrotracta valeret, sed prout nunc, non autem prout ex tunc, veluti etiam dicitur de actu non perfecto, qui ex superueuienti causa retractari potest, vt pulchrè ait *Surd. decis. 70. num. 22.* & *decis. 230. num. 9.* & idem quoque procederet quando actus deueniret ad eum casum, à quo poterat incipere, quia tunc reconualescere poterit, vt ait idem *Surd. in decis. 278. num. 12.*

73 Declara idem quoque è conuerso procedere; nempè, quando actus non esset ex omni parte perfectus, quia tunc deueniens ad eum casum, à quo incipere nō poterat, corruit, idem *Surd. in decis. 51. num. 7.* sed eo casu, quo actus confirmaretur, nota, quòd tunc vti nouus actus iudicatur, *Surd. in decis. 33. num. 14.* quod secus tamen esset, quando actus solueretur ex conuentione inter contrahentes, ab initio facta ante traditionem, quia tunc contractus non diceretur nouus, vt ait idem *Surdus in decision. 305. numero 20.*

74 Limita septimò, quòd actus, qui dederunt causam liti, non tribuunt ius considerabile, nec in aliqua consideratione sunt habendi; & ideò quis non potest se fundare super illis, nec possunt deduci ad aliquid probandum, veluti fuit decisum in *Hispalen Iurispatronatus 16. Iunii 1586. coram Robusterio, & in alia Burgen. Iurisdictionis sancti Ioannis quarta Decembris 1591. coram Orano, & in alia Abulen. Iurisiurandi Mercurii 28. Iunii 1600. coram Papa Ludouisio, quae est in eius impress. decis. 4. num. 2. & coram eodem in Caesaraugustana dedicationis Mercurii 20. Iunii 1612. quae est in eius impressis decisione 569. numero quarto, & est in recentioribus decisione 409. numero quarto parte secunda.*

75 Limita octauò, quòd nullitas actus resultet ex poena apposita in aliquo actu de iure prohibito, veluti fuit decisum in *Romana pignorum Veneris 14. Iunii 1602. coram Cardinali Mellino, quae est inter impress. criminal. Farinaccii decisione 182. numero sexto, & 7.* vbi habetur quod haebrei in pignus aliorum bona furata recipientes teneantur ad eorum restitutionem Dominis veris non restituto pretio, quando ob nō formā in pignorum descriptione seruatam, fuit locus poenae appositae.

76 Sed pro maiori intelligentia istius quaestionis tres casus sunt distinguendi, iuxta *Dec. in cap. cognoscentes num. 16. de constit.*

77 Et primus est, quando actus annullatur in odium personae, secundus, quando in fauorem, tertius, quando propter formam, vel solemnitatem, ob publicam vtilitatem introductam non seruatam.

78 In primò casu si inhabilitetur persona dicitur poena, secundò casu, quando actus annullatur in fauorem alicuius, tunc non est poena, quia respectu illius, in cuius fauorem actus annullatur, nulla potest considerari poena, quia licet tendat in praeiudicium alterius partis, id in consequentiam venit, & propterea actus non poenalis, sed fauorabilis dicitur. In tertio casu, quando annullatur actus secundum regulas iuris communis, non dicitur poena; & ideò videmus, quòd iura, quae testamenta, siue sententias annullant non seruata solemnitate de iure communi requisita, non dicuntur poenalia, veluti dicunt DD. *allegati in Imolen. bonorum Veneris 4. Decembris 1615. coram Coccino, quae est in recent. decis. 693. in prima parte.*

79 Limita nonò, quòd poena in aliquo actu apposita ex verisimili mente disponentis, actus nullitatem resultare facit, veluti fuit decisum à *Rota ibi supra coram Mellino num. 8.*

80 Licet sit verum, quòd poena committitur, etiam si actus sit nullus, quando lex considerat factum, seu facientis animum, veluti dicitur de falsificante literas, qui punitur etiam, quod literae sint nullae. Item reatus periurij punitur ex iuramento nullo, & inualido, eodemque modo dicitur de notario, qui punitur si falsificat instrumentum, etiam si illud esset ex alia causa nullum, & ratio est, quia vbi est poena legis, quae factum abhorret tunc committitur ex solo facto, licet non sequatur iuris effectus, vt pulchre ait *Surdus in decisione 102.*

num. 25. vbi dat exemplum.

81 Limita decimò, quòd actus dicatur nullus, quando fuit factus contra alicuius expressam prohibitionem in tantum, quod actus eo modo factus dominij translationem impedire faceret, veluti fuit decisum in Portuen. *bonorum* 24. *Octobris* 1580. *coram Card. Seraph quæ est in eius impreß. dec.* 477 *n.* 2. vbi habetur, quòd regula *l. cum a matre* C. *de re iudicat.* & *l. vendicantem ff. de euict.* non habet locum, quando actus est nullus, & sic eo casu non tenetur seruare factum defuncti.

82 Declara id, quod fuit dictum, quoad translationem dominij per actum nullum impediendam, procedere dummodo actus non fuerit factus a prohibito prohibitionem ignorante, quia tunc dicta translatio domininij non veniret impedienda, contra regulam errantis nullus est consensus, & ignorantia pro validitate actus sēper in dubio est prēsumenda, veluti exēplum dari potest de alienatione rei alienari prohitæ, quæ sustinetur si fiat ab ignorante ignoranti, veluti dicam in verbo alienatio, & *idem ait* Rota *ibi supra coram* Card. Seraph. *in dicta* Portuen. *bonorum*.

83 Limita vndecimò, quòd actus remanet nullus, ac deficit, quando substantia deficiat, ex qua causatur, quia tunc illa regula vulgaris intrat, quod scilicet, remota causa remouetur etiam effectus, *cap. cessante de appel.* & *fuit decisum a* Rota *in decis.* 11. *inter crim. Farinac.* vbi loquitur de societate officij, qua non existénte, neque fructus de ea debentur; secus verò si non deficeret causa primaria, propter quam fit ille actus, quia tunc non redderetur nullus, vt ait *Rota decis.* 181. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* & *Seraph. decis.* 1575. *num.* 2.

84 Limita duodecimò, quòd actus, quando legitimè non est factus, perindè habetur, ac si vnquam factus non fuisset, & sic vti nullus æstimari debet, veluti fuit decisum *à Rota in Lucen. Parochialis Veneris* 17. *Aprilis* 1587. *coram* Card. *Mantica, quæ est decis.* 2. *in eius impress.* vbi loquitur de processu, qui non fuit extractus à notario actuatio primi iudicis, sed ab illo iudicis compulsoris. Vndè ex prædictis inferri potest, quod iudex nulliter iudicans, item suam non facit, neque vllam pœnam meretur, veluti quoque dicitur de hęrede, qui ex actu nullo vllam pœnam exhæredationis mereri non potest, & de similibus; & ratio est, quia ex nihilo nihil fit, *vt ait Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 213. *num.* 3. & *seqq.*

85 Contrarium tamen esset, quando statutum, siue alia dispositio solum considerasset factum per se malum, etiam sine vllo effectu, & animum facientis, quia tunc ad incurrendam pœnam sufficeret actus, etiam si esset nullus, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano ibi supra num.* 8. Et eodem modo dicitur de actu nullo, ex quo possessio transfertur, si tamen consensus non deficiat, *Rota per Card. Seraph. decis.* 1200. *num.* 3. & *ita fuit quoque dictum in alia Caualliccn.* 7. *Maii* 1571. *corā eodem*, & ratio differentię ea est, quia in ciuilibus etiam ex actu nullo, voluntas alicuius depræhenditur; at secus in pœnalibus, vbi strictè venit procedendum, & ad pœnam aufugiendam omnis interpretatio est facienda, veluti dixi superius in hac materia *sub num.* 44. & *seqq.* & *Rota per Greg. in sua decis.* 351. *num.* 19.

86 Limita decimotertiò, quòd quando actus est impossibilis, tunc approbari, ac ratificari non potest, quia impossibilium nulla est obligatio, vt ait *Surd. decis.* 289. *num.* 20. vbi loquitur de sententia, quæ impossibilitatem continet, quę vitiatur, neque vllo pacto confirmari potest.

87 Limita decimoquartò, quòd si actus erit nullus, tunc in dubio non est prēsumendum, quòd quis sit illum ex superuenienti consensu confirmaturus; sed immo potius impugnaturus, *vt ait Magon. decis. Flor.* 26. *num.* 40. vbi loquitur de contractu inualido ex defectu formę.

88 Limita decimoquintò, quòd actus dicatur nullus, quando fuit factus alia hora, quàm hora citationis, quia isto casu dicitur factus parte non citata, *vt ait Marsil. in sing.* 48. vbi exemplificando ait, quòd si iudex dixit se velle ferre sententiam tali die, & ego constitui procuratorem pro illa die ad audiendam sententiam; & sic ad illum actum tantum, si iudex non eo die, sed alio (citato tamen meo procuratore) sententiam protulerit, ea non valebit, quia dicitur lata parte non citata; nam mandatum meo procuratori factum

pro

pro illa die tantum, eodem die expirauit, vt ait *Bartol. in l. fin. §. fin. ff. Quod vi, aut clam.* & egregiè ait *Ioan. Andr. in addit. specul. in tit. de procuratore in §. ratione forma, versic. Quid si constitutus.* Item, quando actus ex defectu citationis posset aliquo adminiculo adiuuari, vide *Rota in decis. 281. num. 19. parte secunda diuers.*

89 Limita decimosextò, quòd actus quando est nullus fauore publico, tunc neque iuramento validari potest, veluti dicitur de donatione omnium bonorum, quæ licet sit iurata, tamen vti contra bonos mores, quia aufert liberam facultatem testandi, non valet, veluti ex mente *Rota Romana* dicam in verbo donatio, & vt ait *Seraph. priuil. 29. num. 4. Papien. in forma libell sup. restitutione in integr. in verb tunc iurauit, Guidopap. decis. 214. num. 5. Gratian. in decis. 31. num. 6. & decis. 39. num. 1.*

90 Et id quod fuit dictum de nullitate donationis, quando ea de omnibus bonis fuerit facta, declarā non procedere, quando donans tempore donationis aliquid haberet de quo per testamentum disponere posset, etiam si postea illud amiserit, quia sufficit, quod illud tempore donationis haberet, & qui dixerit donantem alia bona præter donata non habuisse, id per allegantem erit probandum, quia negatiua est probanda per eum, cuius intentionis est fundamentum, vt fuit dictum in *Romana donationis de Iacomellis, Ven. 10. Decembris 1610. coram Card. Sacrato.*

91 Et ratio, quare donatio omnium bonorum iuramento non conualidetur, ea est, quia quando actus est ipso iure nullus, nunquam iuramento validatur, quia iuramentum semper sequitur naturam actus, super quo interponitur, & ideò si actus erit nullus, non ob id iuramentum illum conualidare potest, vt dicam in verbo iuramentum, & *Seraphin. de priuileg. iur. priuil. 129. num. 10. vbi alios allegat.*

92 Contrarium licet dicat *Bald. in l. 3. C. pro Dom. & Doctor. in cap. cum contingat de iur iuran.* vbi habetur, quòd quando actus est prohibitus ex eo, quia sit contra bonos mores ciuiles, iuramento conualidatur, quod est de iure naturali, & facit illum firmum remanere, & ratio ea est, quia ius canonicū aliud nō cōsiderat, nisi vt iuramentum seruetur, dum modo non vergat in dispendium salutis animæ, vt ponderat *text. in dicto cap. cum contingat, & est quoque textus in cap. licet mulieres eodem tit. & cap. 2. de pact. in 6.*

93 Sed tenendo illam primam opinionem, vbi habetur, quod actus factus contra legem annulletur, nota, quod si dicatur nullus, quoad quosdam, erit quoque nullus, quoad omnes, *vt ait Magon. in decis. Flor. 36. num. 11.*

94 Licet sit quoque notandum, quod dictus actus contra legem factus possit valere in odium contrahentium; sed non in præiudicium tertij, & sic igitur idem actus potest esse validus, respectu eorum, & inualidus quoad alios, veluti fuit decisum in *Bononien. bonorum de Zauallis Veneris 12. Decembris 1614. coram Vbaldo, quæ est apud Cinc. in tract. de censibus decis. 87. num. 8. & 9. & pulchrè ait Gratianus lib. 2. discept. cap. 213. num. 12. & 23.*

ARGVMENTVM.

ACTVS A QVO PRESVMANTVR facti, ac de eorum exemplis, & declarationibus.

CONCLVSIO XLVIII.

1 ACTVS nota, quòd semper præsumitur factus ab eo, cuius interesse concernit, *vt ait Card. Seraph. in decis. 1075. Rota decis. 396. num. 2. par. prima diuers. et in decis. 529. par. prima in. recent. et ita fuit decisum in Romana incendii Luna 27. Nouembris 1606. coram Papa Ludouisio, qua est in eius impress. decis. 278. num. 8.* vbi habetur, quòd ignis præsumatur immissus in stipulis à ministris hospitalis, ex quibus ortum fuit incendium, & ratio est, quia interesse dicti hospitalis combustionem dd. stipularum respiciebat.

2 Amplia primò, id in tantum esse verū, quòd procedit etiam, si essemus in materia pœnali, vt ait *Rota in dicta decis. 529. num. 4.* quæ loquitur in materia recursus

curſus à Clerico ad Iudices ſeculares intentari.

3 Amplia ſecundò, in ablatione proceſſus facta ab aliquo, quæ præſumitur facta de ordine, & ad inſtantiam illius, cuius intereſſe dicta ablatio tangebat, veluti fuit deciſum in *Hiſpalen. Primitiarum, ſeu Attentatorum* 24. *Ianuarii* 1614. *coram Pamphilio*, & veluti latius dicam in verbo amiſſio ſcripturarum, & *Rota inter crim. Farinac. deciſ.* 368.

4 Amplia tertiò, procedere in muliere dotata, cui præſumitur dos data ab eo, à quo erat dotanda, veluti quoque dicitur de alito, cui alimenta præſumuntur præſtita ab eo, à quo erant præſtanda, & ſic de ſimilibus, veluti fuit deciſum in *vna Romana hæreditatis de Sillis Mercurii* 16. *Ianuarii* 1608.

5 Amplia quartò, eò magis procedere, quando aliquid reperitur factum cum aliqua impenſa, quia illud præſumitur factum expenſis, et opera illius, qui illud facere tenebatur, dummodo tamen non conſtaret, à quo factum fuiſſet *Corn. conſ.* 81 *num.* 10. *lib.* 4. & *conſ.* 110. *num.* 10. & *conſ.* 120. *num.* 8. *lib.* 1. *Cordub. in repet. l. ſi quis à liberis* §. *item reſcriptum num.* 68. *ff. de alen. vel agnoſcen. lib.* & *Menoch. in conſ.* 384. *num.* 14. *Surd. in deciſ.* 15. *num.* 12. *cum ſeqq. Card. Seraph. in deciſ.* 1075. *num.* 2. & ibi habetur, quòd Eccleſia Parochialis præſumitur conſtructa ex oblationibus parochianorum, et eſt etiam *deciſ.* 631. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* & *par. prima deciſ.* 396. *num.* 2. & *Put. deciſ.* 314. *lib.* 3.

6 Amplia quintò, quòd actus ſemper præſumatur potius factus nomine proprio, quàm alieno, veluti fuit deciſum in *Cæſarauguſtana dedicationis Veneris* 18. *Iunii* 1610. *coram Papa Ludouiſio, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 472. *num.* 4. *& eſt deciſ. Rota* 613. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſor.* & *in recentioribus deciſ.* 299. *num.* 2. & 3. *par.* 2. & *deciſ.* 245. *num.* 4. & *deciſ.* 364. *num.* 6. *in* 1. *par. recent.*

7 Limita tamen id eſſe verum, dummodo actus poſsit ſubſiſtere vti nomine proprio geſtus, at ſecus ſi non nomine proprio, ſed alieno competeret, *vt ait Rota in dicta deciſ.* 299. *num.* 3. & *in alia deciſ.* 245. *num.* 6.

8 Amplia ſextò, idem procedere in procuratore, qui ſemper cenſetur proprio nomine actum gerere; quod tamen reſtringe, quando præcedebat ſolum mandatum generale ad negotia; ſecus verò ſi procedebat mandatum particulare ad alicuius particularis actus expeditionem, quia tunc non nomine proprio, ſed procuratorio ſe ingerere dicitur, veluti ita diſtinguit Surd. *in ſuo conſ.* 19. *num.* 29. & 30. & *de hac materia latè tractat Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 46. *Alciat. de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 24. & *Maſcard. de probat. concluſ.* 38. *num.* 1. *cum ſeqq.*

9 Extende ampliationem, multò magis procedere, quando tractaretur de excludendo aliquo delicto ſeu de excludendis attentatis, veluti fuit deciſum in *d. deciſ.* 531. *num.* 8.

10 Sed nota, quòd regulariter actus ſemper cenſetur a procuratore factus in executionē præcedentis mandati, *vt ait Rota in deciſ* 640. *num.* 11. & 12. *parte prima recent.*

11 Amplia ſeptimò, quòd actus ſemper potius præſumitur geſtus ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria, & neceſſario, quis actum facere dicitur, quando ad illum faciendum cogi poterat, *vt ait Surd. in dec.* 15. *num.* 13. & *deciſ.* 305. *num.* 28. & *veluti fuit deciſum in vna Calcien. fructuum Veneris* 28. *Februarii* 1603. *coram Card. Ludouiſio, poſtea Gregorio Decimo Quinto, quæ eſt in eius impreſſ. deciſ.* 92. *nu.* 7. & *Rota in dec.* 491. *p.* 1. *diuerſ. Card. Seraph. deciſ.* 339. *num.* 5. & *deciſ.* 1425. *num.* 2. & *Card. Mantica in deciſ.* 313. *num.* 11.

12 Vndè ex hoc infetti poteſt, quòd quando aliquis reperitur obligatus in cauſa propria, & ex cauſa fideiuſſionis, ſi ipſe aliquā ſummam ſoluat, tunc potius præſumitur ad extinctionem proprij debiti facta ſolutio, qua alieni; & ſic in cauſam magis aontiquam, & neceſſariam, & ratio eſt, quia ſecundum Philoſophum illud dicitur tale, quod magis eſt tale, vt eſt *doctr. Bart. in l. cum ex pluribus ff. de ſolut.* & *l.* & *magis, ff. eodem tit. Rota in* Romana 4000. 27. *Februarii* 1587. *coram Card. Blanchetto, & coram eodem in alia Cremonen. pecuniaria* 4. *Maii* 1588. Secus autem quando ſolutio fieret a principali debitore, quia tunc illud in dubio

præsumitur solutum in causam duriorem, & causa durior illa dicitur, in qua fuerunt dati fideiussores, vt ait *Rota per Gregor. decis. 554. num. 1. Card. Caualer. in decis. 99. num. 4. & Rota in Romana fideiussionis coram Card. Lancellotto, quæ est apud Marches. de commiss. tom. primo fol. 770. num. 2. & in Romana Saluiani coram Manzanedo, quæ est apud Pacificum de Saluiano decis. 278. num. primo, Rota decis. 113. num. quinto, & decis. 679. nu. 6. par. prima diuersorum, & decis. 695. num. 2. par. 2. recentioribus.*

Quod tñ intellige verũ cæteris paribus cũ in concursu ad istum actum potius attendatur qualitas executionis magis promptæ, quàm fideiussionis, *vt fuit dictum in Romana pecuniaria, seu cambiorum* Veneris prima Decembris 1617. *coram Buratto, & in dicta decis. 695. num. 2.* licet tamen possit etiam creditor eligere in aliam causam, si id faceret præsente, & non contradicente debitore, & incontinenti, dummodo tamen eo modo eligat, prout in re propria fecisset. Item quando tota summa non fuisset integrè soluta, quia tunc cessaret illa regula, quòd solutio censeatur facta pro liberando fideiussore, vt fuit dictum *in illa Romana pecuniaria coram Buratto.* Sed id, quod fuit dictum super eo, quòd solutio in dubio præsumatur facta in debitum antiquius, declara d. debiti antiquitatem considerari, non respectu celebrationis contractus, sed benè solutionis faciendę, quod subdeclara verum quando res esset omnino dubia; at secus quando vrgerent aliquę coniecturę in contrarium, vt ait *Rota decis. 92. num. 2. & 3. & decis. 679. num. 6. par. prima diuersor. Grat. lib. 5. discept. cap. 962. num. 4. & cæteri allegati ab addente ad decis. Buratt. 541. num. 6.* & 7. & in euentum dubietatis, debitor potest declarare, in quam causam soluere voluerit, vt ait *Gratian. lib. primo discept. cap. 105. num. 6. & seqq.*

13 Et ad dignoscendum, quando actus sit necessarius, vel voluntarius, tunc ipsius origo est inspicienda, vt ait *Rota in decis. 46. num. 2. par. 1. diuers.* licet causa necessaria ea dicatur, à qua si volumus recedere non possumus: voluntaria verò dicitur ea, à qua si volumus recedere valemus *vt ait Surdus in decis. 305. nu. 28.* & vt dicam plenius in verbo debitum &c.

14 Amplia octauò, quòd actus semper præsumatur factus de mandato illius, qui expensas subministrauit, veluti fuit decisum in *Viterbien. Castrorum Lunæ 29. Aprilis 1613. coram Card. Sacrato, quæ est in recentior. decis. 472. num. 6. par. 1.* vbi habetur, quòd lapis super sepulchro præsumitur positus de mandato eius, qui expensas fecit, et sub cuius nomine cantat inscriptio, *Castad. decis. 3. num. 4. de procurat. Cæsar. de Grass. decis. 3. eodem tit. et Rota in decis. secunda de caus. poss. et prop. in antiq.*

15 Amplia nonò, quòd actus semper potius præsumitur ex causa, quę est minus præiudicialis, quàm ex altera magis præiudiciali, quia nemo præsumitur velle suam conditionem deteriorem facere; sed illam meliorare, *vt ait Rota in decis. 121. num. 18. par. 1. diuers.* vbi habetur, quòd D. Gregorio causa inhibitionis erat minus præiudicialis, quàm esset causa declarandi eius voluntatem, circa verba nuptialia, cum ex illa causa ipse obligabatur, vt ait *Rota in decis. 596. num. 4. par. 2. in recent.*

16 Amplia decimò, quòd actus semper potius præsumatur factus ex capite verisimiliori non expresso, quàm expresso, *Rota in decis. 700, num. 7. par. 2. in recent. et penes Burattum est decisio 113. num. octauo.* Nàm verisimilitudo est maximè amica naturæ, & est valdè potens ad supplendam probationem imperfectam, *vt ait Surd. decis. 325. num. 5. et Rota per Greg. in decis. 273. Amatus decis. 32. nu. 21. et Card. Seraph. decis. 1211. num. 3.* Et propterea videmus, quòd testes in concursu illi præferuntur, qui verisimiliora deponunt, & præsertim si illi essent numero plures, vt fuit dictum in *Hipporegien. prætensi matrimonii Veneris 1. Octobris 1589. coram Comtulo, et Rota per Greg. decis. 239. num. 2. et decis. 189. nu. 2. par. 2. in recent.* Quinimmò verisimilitudo est adeò potens in iure, vt propterea sit magis adhibenda fides testi, absq; iuramento verisimiliora deponenti, quàm alteri iurato, non ita verisimilia deponenti *Marsil. in suo sing. 298. et 396. per totum et Rol. cons. 40. num. 13. vol. 1. Ias. in l. admonendi num. 196. de iur. iuran. vide Farinac. in tract. de testibus in quæst. 74.*

per

per rotam, vbi multa reperies in hac materia, & in specie ait id, quod non est verisimile imaginem falsitatis habet, idem *Marsil. dicto sing.* 298. Et propterea talis in verisimilia deponens, redditur suspectus de falso, itaut illius dicto nulla sit adhibenda fides, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in sua decis.* 175. *num.* 11. *& ibi multa per addent. Caputaq. decis.* 278. *num.* 6. *par.* 3. *& Rot. in Perusina Laudi* 23. *Ianuarii* 1629. *coram Verospio*, vbi ampliat id procedere, etiam si testes sint plures, quia nihilominus illis, vti in verisimilia deponentibus, non creditur, vt dicunt etiam *Farinac. Dec. & Mascard. allegati ab addent. ad Buratt. in d. decis.* 175. *num.* 23. *&* 24.

17 Amplia vndecimò, quòd actus præsumatur factus ex illa causa prouenire, sine qua non; & sic ad eã semper referri debet, *vt ait Rota in decis.* 82. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Surd. decis.* 118. *num.* 13. & *Card. Seraph. decis.* 468. *num.* 2.

18 Amplia duodecimò, quòd actus semper præsumatur factus ex titulo, & causa præambula, cum actus subsequens à titulo præambulo semper interpretationem recipiat, veluti fuit decisum in *Hispalen. legitimitatis Luna* 5. *Nouembris* 1612. *coram Vbaldo, quæ est in recent. decis.* 434. *num.* 3. *par. prima Surdus decis.* 71. *num.* 9. *& decis.* 288. *& decis.* 325. *num.* 7. *& Benintend. in decis.* 76. *num.* 15. ait quod actus sequens declarat qualis fuerit intentio præcedens, & quo iure aliquid fuerit actum *Rota in Bononien. de Bonsignoribus Veneris* 3. *Aprilis* 1609. *coram Eminentissimo Card. Caualerio, & prius in alia Segobien.* 20. *Maii* 1598. *coram Corduba, quæ est apud Pacificum de Saluiano decis.* 129. & Rota *in decis.* 615. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & ibidem in decis.* 365. *num. primo*.

19 Subamplia id eò magis procedere, quñ vnus actus esset incontinenti, post alium factus, quia tunc multum facit ad declarationem alterius, *vt ait Card. Seraph. in decis.* 932. *num.* 8. & in casu quo actus fiat vigore præcedentis contractus, tunc in multis dicitur necessarius, *vt ait Surd. in decis.* 305. *num.* 34. Veluti actus illi dicuntur correspectiui, quorum natura est, vt vno eorum cessante, alter quoque cessare dicatur, cum correspectiua indiuidua dicantur, & vnum censetur factum contemplatione alterius, vt ait *Card. Mantica in dec.* 238. *n.* 5. sicuti ẽt tales dicuntur, qui fiunt ex vicinitate, & non ex interuallo, & sic facti eodem loco, & tempore, & coram eodem notario, & testibus, alias secus, *vt ait Rota dicta dec.* 238. Licet sit tamen verum, quòd correspectiuitas cessat ex vicinitate actuum in vno casu, & est, quando agitur de præsumendo delicto, *vt ait Put. decis.* 167. *& decis.* 479. *lib.* 2. & Rota *in Bonenien. census Luna* 24. *April.* 1600. *coram Penia*.

20 Amplia decimòtertiò, quòd actus qui sine fraude fieri potest, nunquam dicitur in fraudem factus, iuxta tradita per *Surd. in sua decis.* 30. *num.* 38. & ratio est quia omnis interpretatio semper est facienda, vt dolus, & delictum excludatur, & in omnem euentum dolus euidentissimis probationibus venit probandus, vt ait *Rota in Meliten. reuisionis computorum* 30. *Octobris* 1595. *coram Cardinali Pamphilio, & per Gregor. decis.* 351. *num.* 19. *& in decis.* 9. *inter crim. Farinac. & idem Greg. in decis.* 169. *num. primo, & seqq.*

21 Declara tamen primò, quòd actus semper præsumitur talis, qualis à partibus denominatur, quia actus gestus, qualis dicatur, solet attendi quomodo partes eum nuncuparunt, vt ait *Card. Seraph. in decis.* 258. *num* 4. *& decis.* 492. *num.* 2. *& decis.* 1103. *num.* 3. & *decis.* 1362. *num.* 4. *& Rota in alia Romana dotis de Trinciis Luna* 29. *Iunii* 1606. *coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. decis.* 267. *num.* 2. & ratio est, quia voluntas nunquam præsumitur à verbis aliena, *vt ait Card. Seraph. decis.* 794. *num. primo, & dicunt addentes ad decisionem Buratti* 640. *num.* 5.

22 Restringe tamen, id non habere locum quãdo substantia, & effectus aliud suaderet, quia magis est attendenda substantia, quàm denominatio, & semper actus est interpretandus, secundum subiectam materiam, etiam si verba essent improprianda, vt ait *Surd. in decis.* 283. *num.* 20. & 21. *Neuizan. cons.* 92. *num.* 12. *Crauet. cons.* 15. *num.* 7. & *cons.* 20. *num.* 5. *Caphal. cons.* 603. *num.* 14. *Honded. cons.* 35. *num.* 10. *lib.* 2. *Dec. cons.* 305. *num. primo, & seq. Natt. cons.* 194. *num. primo*

mo Bellon. Iun.conf. 8. *num.* 35. *Rolan. consil.* 96. *num.* 15. *volum.* 2. *Riminal. Iun.consf* 779. *num* 50. *cum seqq. Castr. in l. Aristo num.* 4. *ff de donat.* & *Rota penes Pacificum de Saluiano decis.* 275. *num. primo*, & *per Buratt. decis.* 640. *nu. primo*.

23 Et propterea habemus de iure, quòd verba inseruiunt mēti, & nō mens verbis, & licet mens à verbis non presumatur aliena, sed ex illis declaretur, nota tamen, quòd in dubio contractus præsumitur talis, qualis appareret in figura, vt ait *Card. Seraph. decis.* 794. *num.* 2. *& Rota in Romana societatis Veneris* 16. *Februarii* 1596. *coram Iusto, & Amatus decis.* 41. *num.* 24. & 25. vbi ait, quod res sermoni & non sermo rei est subiectus, quia voluntas est illa, quæ dominatur,

24 Sed est benè verum, quòd semper illa voluntas sit potentior, quæ declaratur facto, quàm animo, *Rota decis.* 811. *nu.* 18. *& seqq. par.* 1. *diuers.* & *in vna Auersana beneficii, seù iurispatronatus* 23. *Iunii* 1603. *coram Litta*.

25 Declara secundò, quòd actus semper præsumitur factus, iuxta qualitatem, quam ille gerit, vt ait *Surd. in decis.* 166. *num.* 35. *& Card. Seraph.* 524. *num.* 3. *& Rota in recent. in decis.* 129. *num.* 2. *par.* 1. & propterea videmus quoquè, quòd cum actus debeat iudicari a sua causa, & non ab euentu: idcircò si constitues procuratorem ad exigendam pensionem fraudolenter, id egerit, idest animo postea illam extinguendi, non ob id poterit impediri quin dictam pensionem alienet, quia id de iure fieri ab eo potest, vt ait *Rota in dicta decis.* 129. *coram Marcomontio par.* 1. *in recent.n.* 2. & *decis.* 174. *num.* 4. *in* 2. *par.*

26 Declara tertiò, quòd actus restrictus ad vnam causam, vltra illam operari non debet, quia limitata causa producit limitatum effectum, vltra quod actus nunquàm operatur, vltra intentionem agētis, vt ait *Rota in Recanaten. Pradii Lunæ* 14. *Aprilis* 1614. *coram Pamphilio, quæ est in recentioribus decis.* 534. *num.* 3. *par. secunda*.

27 Fallit tamen, quando subiecta materia aliud suaderet, quia tunc secundum eam actus est intelligendus, etiam si verba essent impropria nda, *Surdus decis.* 283. *num.* 20. & 21. & veluti dixi superius sub *num.* 22.

28 Declara quartò, quòd actus vnius alteri non præiudicat, si illius scientia non concurrat, & ideò sententia lata non afficit eos, inter quos lis non pendebat, veluti fuit decisum in *Oueten. Mercedis Veneris* 5. *Maii* 1606. *coram Coccino, quæ est decis.* 172. *num.* 7. *par.* 2. *recentioribus & in eius impress. est decis.* 288.

29 Extende id procedere, quoquè in actis gestis, & testibus in partibus examinatis, qui non afficiunt, quando ille, de cuius interesse agebatur, citatus non fuit, vt ait *Rota in decis.* 271. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.*

30 Declara quintò, quòd actus consequutiuus in consideratione non est habendus, veluti fuit decisum à *Rota ibi supra in dicta decis.* 172. *num.* 4. & ibi habetur, quòd multiplicatio patronorum, vti actus euentualis, & in consequentiam gestus, in consideratione non erat habendus.

31 Declara sextò, quòd actus nunquam attribuitur exequenti, sed consētienti, & ordinanti, & ideò nota, quòd si quis in captura resistat, tunc ille non exequenti, sed Domino ordinanti resistere, videtur vt dicunt *DD. allegati à Seraph. de priuil. iur. priuil.* 132. *num.* 27. & veluti fuit decisum *a Rota in Aquinaten. beneficii Veneris* 28. *Aprilis* 1606. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 252. *num.* 9. vbi habetur, quòd licet deputatio ibi fuisset à communitate facta, nihilòminus quia fuit facta de ordine Episcopi Aquinaten. Idcircò ei, siue Archipresbytero, qui dictæ deputationi consenserat, sed non communitati actus tribuendus venit, vt ait *Castrens.* & *alii allegati in dicta decis.* 252. *num.* 10. & *Surd. in decis.* 8. *nu.* 23. & *decis.* 292. *num.* 9. & *decis.* 297. *num.* 1.

32 Et propterea ad id animaduertas, quòd consentiens actui obligatur, ac si illum propriè gessisset, quoad illud ne possit amplius eum impugnare, vt ait idem *Surd. decis.* 268. *num.* 14. vndè in hoc intrat alia regula, quòd scilicet actum faciens censetur se obligare illis legibus de eo actu loquentibus, idem *Surd. decis.* 2. *n.* 14. & *decis.* 13. *num.* 5. & *decis.* 60. *nu.* 2. *& decis.* 290. *num.* 8. & *decis.* 220. *num.*

num. 18. & *decis.* 344. *num.* 28.

33 Declara septimò, quòd quando fit aliquis actus in tertij præiudicium potest declarari ante, vel post, dummodo tamen ante consumptionem, & non ex interuallo, & eo magis, quando præsumptio esset contra declarationem, veluti fuit decisum in *Romana census de Cardutiis Veneris* 27. *Octobris* 1600. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 7. *num.* 10. vbi habetur, quod declaratio facta ab aliquo super aditione, vel non aditione hæreditatis debet præcedere, & non sequi actum, qui aditionem importare solet.

34 Declara octauò, quòd actus licet sit validus, tamen dicitur nullus, quando suum effectum habere non potest, vt ait *Surdus decis.* 51. *num.* 22. vbi ait, quod non potest dici emptio contractus, qui non habuit emptionis effectum, quia factum non fuisse, & effectum non habuisse à pari procedunt, idem *Surd. dec.* 149. *num.* 2. *vide, quæ dixi infra sub num.* 90.

35 Declara nonò, quòd actus soluendi non debet diuersimodè iudicari, nempè vno modo quoad creditorem, & alio modo, quoad debitorem, *vt ait Surd. decis.* 308. *num.* 17. quia correlatiuorum eadẽ est disciplina.

36 Declara decimò, quòd actus vnus, & idem potest valere, vt contractus, & vt vltima voluntas; & ideo contractus factus pro executione vltimæ voluntatis, tunc censetur vltima voluntas; sed dum inesse deducitur censetur contractus, qui in vltima voluntate fieri potest, vt benè ait *Surd. in decis.* 149. *num.* 6. 13. & 14.

37 Declara vndecimò, quòd ambiguitas actus declaratur ex ijs, quæ fuerunt dicta in tractatu, vt ait idem *Surd. in decis.* 291. *num.* 10. & *decis.* 326. *num.* 81. & ambiguũ illud dicitur, quando verba accepta propriè, & impropriè diuersam interpretationem habent, vt ait *Card. Mantic. decis.* 54. *num.* 7. & quando ea ambigua, vel perperàm fuerunt scripta, benignè sunt accipienda, *vt ait idem Card. Mantic. in decis.* 59. *num.* 3. *et decis.* 249. *num.* 6. & præsertim, vbi essemus in pœnalibus idem *Card. Mantica decis.* 27. *in fine*.

38 Declara duodecimò, quòd actus resolutio est eiusdem naturæ, cuius est constructio, quia qualibet res dissoluitur eo modo, quo ligatur, licet sit bene benè verum, quòd res facilius destruitur; quã construatur, *Surd. decis.* 128. *num.* 11. *et* 15. & ideo hædem solemnitates requiruntur in vno, quàm in alio actu.

39 Declara decimotertiò, quòd vbi actus sunt inuicem incompatibiles se destruunt, etiam si non sint in totum incompatibiles, & propterea videmus, quòd quatenus non se compatiantur per secundum intelligitur à primo recessum, iuxta ea, quæ ait *Surd. in decis.* 51. *num.* 9. & quando actus plures sint incompatibiles, quid sit faciendum, vide infra sub *num.* 82.

50 Declara decimoquartò, quòd actus non potest pro parte valere, & pro alia parte non, nec minus pro parte approbari, & pro altera improbari, *Surd. decis.* 7. *num.* 38. & *decis.* 290. *num.* 9. vbi datur istud exemplum, quod scilicet emphyteuta non possit inuestituram acceptare, nisi etiam decretum iudicis super ea factum acceptet, quod enim decretum dicitur pars inuestituræ, & ideo, aut debet in totum acceptari, aut in totum repudiari, idem *Surd. decis.* 110. *num.* 7.

41 Declara decimoquintò, quòd actus potest quocumque tempore fieri, quando lex indeterminatè loquitur de tempore, vt ait *Surd. in decis.* 226. *num.* 4. vbi loquitur de nominatione facienda alicuius personæ in emptione nominandæ, quæ enim nominatio istius personæ, licet non fuerit ad aliquod tempus restricta, tamen debet ea sequi intra annum; alias eo elapso facultas nominandi perit, vt ait idem *Surd. ibi supra num.* 5.

42 Sed hic obiter nota, quod secuta nominatione statim dominium transfertur in nominatum, & idem est, ac si nunquã res fuisset penes emptorem, ita vt vnicus dicatur contractus, & vnica gabella sit soluenda, vt ait *Surd. decis.* 182. *in fine et decis.* 226. *num.* 1. & *seqq.*

43 Licet secus ante nominationẽ secutam, quia tunc dominium est in emente, sed est benè verum, quod non per hoc creditores ementis nominatus acquirunt hipothecam vllam, super illa re taliter empta; & propterea videmus, quod neque etiam talis emens post emptionem, potest rei

emptæ

emptæ noua onera apponere, sed remo modo, quo emit restituere, vt ait Rota per Greg. decis. 157. num. septimo, & ibi adden. n. 24. & seqq. & in alia dec. 227. n. 3

44 Immò si plures nominantur, tot emptores dicuntur, ita vt secuta nominatione non possit amplius nominans nominatis præiudicare, & sic plus vni quàm alteri tribuere, & quando dicatur facta nominatio, siuè ea præsumatur facta tradit Surd. decis. 325. per totam.

45 Et quando dicta nominatio sit facienda penes acta alicuius certi notarii, & ibi pöstea fiat, eo casu vlterius non est denunciandum venditori, quia tunc dictæ nominationis scientiam habuisse præsumitur, quia acta faciunt rem notoriam, & scientia semper præsumitur in eo, qui indagari tenetur, ita fuit dictum in vna Rauennaten. census Merc. 13. Iunii 1607. coram Card. Caualerio.

46 Declara decimòsextò, quòd actus conditionalis semper in suspenso stat, donec doceatur de adimplemento eorum, quæ in conuentionem deducta fuere, quia conditio nihil vnquam ponit in esse, l. Cedere diem, ff. de verborum significa:. veluti fuit decisum in vna Anconitana pradii 3. Martii 1586. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 724. num. 3.

47 Sed notatamen, quòd actus interim dicitur esse purus; licet sit sub resolutiua conditione positus, Rota per Magon. in decis. 1. num. 9. quod tamen secus esset, quando actus esset sub conditione suspensiua, per eandem rationem, quòd scilicet conditio nihil ponat inesse, dictus Mag. ibi supra in d. decis. 1. Rota Flor.

48 Declara decimòseptimò, quòd actus factus à minore extra locum sui statuti non indiget solemnitate illius statuti, veluti fuit decisum in Romana decisionis 13. Iunii 1586. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 746. num. 4. & in alia Pranestina hareditatis 17. Nouembris 1581. coram Cantuccio. Ideo, si actus fieret Perusiæ nō requirit solemnitates Romæ.

49 Et ratio est, quia statutum, veluti illud Vrbis, vbi loquitur de solemnitatibus minorum, quando primò respicit formā, & solemnitates, licet secundariò respiciat personam, non ob id eam cogit ad obseruantiam solemnitatum illius statuti, cum id solum agatur, quod principaliter sit, & non secundariò, vt ait Rot. ibi supra, & fuit etiam decisum in alia Romana pratensa donationis 29. Martii 1599. coram Orano, & Caputaqu. decis. 83. par. 1. & decis. 299 par. 3. & coram eodem Orano in Romana bonorum de Caulis 18. Martii 1599. & coram Card. Seraph. in Romana donationis 12. Februarii 1596.

50 Secus tamen, quando statutum domicilii contrahentis habilitaret personam ad aliquem actum, quia tunc illud suas vires porrigit extra territorium, maximè, si res, de qua ageretur, sita esset in territorio statuti, vt fuit dictum à Rota per Put. decis. 365. lib. 3. per Achil. de Graff. decis. 2. de constit. & per Seraph. d. decis. 746. nu. 3. Caputaq. decis. 206. par. 3.

51 Contrarium tamen in terminis statuti Vrbis cap. 149. de donationibus loquentis, quod cum solum respiciat solemnitates, non autem personarum habilitatem, idcircò non comprehendit donantes extra territorium, vt ait Caputaq. decis. 283 par. 1. & decis. 206. par. 3. & Rota in Romana bonorum de Ceulis 18. Martii 1587. & in Romana pratensa donationis 29. Martii 1599. coram Orano, sed est benè verum, quòd ligat donantes in Vrbe, ratione loci initi contractus, vt ait Rota per d. Caputaq. decis. 283. par. 1. & decis. 206. par. 3. & per Card. Seraph. decis. 1170. num. 1. Cæsar de Graff. decis. 2. num. 16. & 17. de donat. & fuit dictum in Perusina donationis 21. Iunii 1613. coram Card. Caualerio. Et præsertim vbi contrahens in loco initi contractus inhabitasset per decennium, & ibi bona stabilia emisset, quia tunc ibi domicilium contraxisse censetur, idem Card. Seraph. in d. sua decis. 1170. n. 1. & seq. sed in hoc oīo, vide quæ dixi supra in cōcl. 42. sub n. 129. & ibi multa inuenies in materia, qbus hęc iura cōcordabis.

52 Declara decimòoctauò, quòd vnicus actus sufficiat pro iustificatione consuetudinis, veluti fuit decisum in Meluen. præcedentiæ 5. Decemb. 1578. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. dec. 381. n. 2.

53 Contrarium ait Rota in decis. 438. n. 2. p. 1. diuers. vbi ait, quòd actus vnicus non sufficit pro iustificatione consuetudinis; quinimmò amplia hanc secūdā opinionē adeò esse veram, quòd neque duo actus sufficiunt pro inducenda consuetudine, nisi essent ita manifesti, vt verisimiliter

ad no titiam populi, vel maioris partis deuenerint, vt ait Rota *in decis.72. num.27 par. 2. diuers.*

54 Sed tenendo primam opinionem, extende eam in tantum procedere, vt ex actu vnico, quis constituatur in quasi possessione, vt fuit decisum in *Asculana Prioratus* 1. *Iulii* 1587. *coram eodem Card. Seraphin. qua est in eius impres. decis. 799. num. 4.*

55 Extende secundò, quòd vnicus actus in incorporalibus sufficiat, pro acquirēda possessione, & eò magis, quando agatur non de iure acquireñ, sed de eo conseruando, cum facilius concedatur alicuius rei retentio, quàm acquisitio de nouo, *Rota per Card. Seraph. in vna Gadicen. administrationis* 21. *Iunii* 1577. *qua est in eius impres. decis.* 339. *num.4. & in alia Hispalen. iuris expendendi* 21. *Octobris* 1580. *coram eodem, qua est in eius impres. decis.476. num.1.* & *Rota decis. 491.n.2 par.1.diuers.*

56 Extende tertiò, quòd quasi possessio ex actu vnius inducit quasi possessionem, quòad alios sub eadem specie, vt ait Rot. *in dec.17.n.4.p* 1*.diu.* & Grat. *lib.1.discep. c.113.n.27.* vbi subiungit, quòd præscribens decimas vnius prædij, intelligitur, etiam præscripsisse noualia.

57 Extende quartò, quòd actus vnicus solutionis sufficit ad acquirendam quasi possessionem iuris exigendi, vt ait *Rota in decis.196.nu.2. par.1. diuers.* & de hoc latius dicam in verbo, quasi possessio, vbi ad hoc plures allegantur *Rota decisiones.*

58 Extende quintò, quòd actus vnus possessorius sufficiat, quoad acquireñ possessionem, quòad omnia, vt ait *Rota in dec. 223.num.7.par.1.diuers.*

59 Extende sextò, quòd actus vnicus ex socijs præseruat ius, necnon etiam possessionem alterius, vt ait Rota *in decis.* 713. *n.6.par.1. diuers.* secus autem, si essemus in actibus celebratis ab vna parte, qui nō præiudicant alteri parti aduersę, ita vt ea sua possessione priuetur, vt ait Rota *decis. 210.lib.2.diuers. num.4.* sed prædicta procedunt, dummodo actus illi lite pendente non fierent, quia tunc in quasi possessione non cōstituerent, vt ait Rota *per Card. Manticam decisio.* 207. *num.* 10. & id quod fuit dictum de actu facto à socio, quòd prosit alteri, procedit etiam in præsentatione facta ab vno ex patronis de iurepatronatus, quæ conseruat ius alterius compatroni, vt ait *Caputaq. in dec.* 292. & *dec.*364. & *dec.* 419. *par.2. Put. decis.* 298. *n.3.lib.5.* Maceraten. *var.resol.*55. *n.* 8*.lib.1.* Rota *decis.229.n.5 par.1. nouiss.* Et propterea videmus, quòd in isto casu pręsentationis factæ ab vno tantum ex patronis, non potest denegari institutio ab ordinario, etiam si alij non presentent, & ratio est, quia iuspatronatus residet apud vnumquemque patronorum, quòad omnes effectus, vt fuit dictum à Rota *in Firmana benef.* 13. *Maii* 1596, *coram Card. Pamph. & in* Pistorien. *Parochialis* 17. *Iulii* 1619. *coram Pirouano*, & *in Veliterna Cappellaniæ* 27. *April.* 1622. *coram Manzanedo.*

60 Extende septimò, quòd ex vnico actu, quis dicatur latro, calumniator, & homicida; secus autem in illis rebus, quæ denominantur ab effectu resultante ex actu ipso, vt est meretrix, quæ dicitur à merendo stipendia libidinis, siue in fœneratore, aleatore, & lenone, qui denominantur ab exercitio, in quibus non sufficeret vnicus actus, ad hoc, vt dicerentur tales; licet tamen respectu vxoris, ad hoc, vt vir de lenocinio puniatur, vnicus actus sufficeret, *l.Mariti*, *§. qui quæstū, ff. ad leg. Iul. de adult.*; & *Couar. de sponsal. par.2. cap.8. §.11 col.2. vers. Hinc etiam num.5. Franch.decis.68. num. 7. par.1. & Grat. discept.lib.1.cap.135. num.7.* Et ratio est, quia consuetudo, & solitum non inducitur ex vnico actu in his, quæ habent tractum successiuum, nisi actus durauerit tempore apto ad inducendam consuetudinem, veluti dicitur de re solita dari in emphytheusim, aut in feudum, quia tūc ea non dicitur talis, nisi duę saltem locationes concurrant, cum cursu 40 annorū, vel vnica solemnis, vt fuit dictum in vna *Zamoren. Castri* 14. *Decembris* 1579. *coram Card. Seraph.* & *in alia Auersana Tenimenti* 22. *Nouembris* 1581. *coram Cantuccio, & in alia Senen. prædii Lunæ* 8. *Octobris* 1584. *coram Cardinali Pamphilio.*

61 Declara decimònonò, quòd actus geminatio tollit præsūptionē volūtatis coactæ, & eò magis, quando geminatio esset facta absque protestatione, veluti fuit decisum in *Rom. pecuniaria, seu prætensa arroga-*

roga-

rogationis 24. Aprilis 1600 coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1350. *num.* 10.

91 Extende primò, idem esse, veluti si versaremur in multiplicatione actuum, qui fuerint facti per beneficiatos in aliqua nominatione ad se spectare prætendentes, quæ excludit præsumptionem facultatis capituli in nominando, *Rota in Gerunden. Anniuersariorum 27. Ianuarii* 1574. *coram Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 212. *num.* 2.

63 Extende secundò, quòd scilicet ex multiplicatione actuum, & litis contestatione, per multos annos per procuratorem factorum, de ratificatione principalis con stare dicitur, veluti fuit decisum in *Burgen iurisdictionis 7. Febr. 1586. cor. Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 720. *n.* 1.

64 Declara vigesimò, quòd si actus aliqui iudiciales fuerint facti præsentibus procuratoribus, & postea verba continuata aliorum actuum sequantur; tunc cæteri actus præsumuntur in præsentia dictorũ procuratorum facti, vt fuit decisum in *Romana domus 1. Februarii 1591. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 932. *num.* 12.

65 Declara vigesimòprimo, quòd quando fuerint conuocati, aliqui ad faciendum actum, si non contradicunt consentire videntur; licet hoc procedat in dubio; at secus, quando clarè de contradictione appareret, veluti fuit decisum in *Burgen. iurisdictionis 15. Nouembris 1585. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 708. *num.* 4.

66 Sed nota quòd actus non potest dici factus nemine contradicente, quando appareret de protestatione ab aliquo facta, vt ait *Rota ibidem num.* 1. *in d. decis.* 708. *Card. Seraph.*

97 Declara vigesimòsecundò, quòd actus quando spectat ad vnam personam, & ad alios plures nomine collectiuo comprehensos, tunc illud collectiuum vnam dimidiam constituit, & alia persona alterã, vt ait *Rota decis.* 408. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

68 Declara vigesimòtertiò, quòd actus vnus, & idem si fiat à pluribus personis, respectu diuersorum finium, tunc à qualibet persona actus ille principaliter fieri dicitur, respectu illius finis, per eum intellecti *Rota decis.* 51. *num.* 5. *par.* 2. *diuers.*

69 Declara vigesimòquartò, quòd actus ille confitendi peccata, & communicandi est considerabilis ad eliciendam mentis sanitatem, nisi tamen proueniret ex confessoris inaduertentia, vt ait *Rota in decis.* 129. *num.* 13. *par.* 2. *diuers.*

70 Et adhoc nota, quòd imbecillis, & indiscretus potest facere actus extraiudiciales, non autem in iudicio, & ideò, si iudex deputaret alicui, vti imbecilli, vel debilis ingenii curatorem, ille intelligitur deputatus, quoad causas, non aũt, quoad bonorum administrationem, nec imbecillis, seu indiscretus vtitur priuilegio pupilli, vel minoris in extraiudicialibus, vt pulchrè ait *Rota in decis.* 577. *num.* 1. & *vlt. p.* 1. *diu.* & *in hoc inde concl.* 72. *n.* 28.

71 Extende, quòd actum faciens limitatum ad imbecillem solummodo, tunc censetur illum facere, prout ius disponit, & sic se restringere, & limitare ad leges de ipso actu imbecillitatis loquentes, vt dicunt *Bald. in l. Duo de acq. hæred. Gemin. cons.* 47. *n.* 3. *cũ aliis per Felin. in c. cũ inter priorem n.* 11. *de excep.* & *Aym. cons.* 186. *n.* 9. & *Rota in decis. prædicta.* 577. *num.* 5.

72 Sed tamen nota, quòd actus loquendi ad propositum non excludit dementiam, quando demens est constitutus in conspectu vmbratæ quietis, vt ait *Rota decis.* 107. *n.* 21. *par.* 2. *diuers.*

73 Declara vigesimòquintò, quòd actus accedendi ad Ecclesiam, seu exitus è domo potest stare cum veritate infirmitatis *Rota in decis.* 77. *p.* 2. *diuers. n.* 10. & 15.

74 Declara vigesimòsextò, quòd actus si fuerit explicatus non sponte, sed rõe officij sui proprij, præmiũ cõsequi nõ debet, vt ait *Rota decis.* 167. *num.* 5. *par.* 2. *diuers.*

75 Declara vigesimòseptimò, quòd actus restrictus ad vnum modum tantum, non extendit vlterius effectum suum, quia limitata causa producit limitatum effectum *Rota dec.* 366. *n.* 29. *p.* 1. *diuers.*

76 Declara vigesimò octauo, quòd actus verus in materia correctoria non comprehendit actum fictum, *Rota in dec.* 794 *n.* 3. *par.* 1. *diuers.* & ratio est, quia vbi requiritur veritas fictio non operatur, item vbi opus est tacto, sola verba non sufficiunt, *Rota per Greg. decis.* 520. *n.* 6. *Guidopap. decisio.* 46. qui loquuntur de caducitate ab emphyteusi, quæ non incurritur per possessionem captam in vim consti-

tuti, sed per realem tantùm inducitur; licet tamen secus esset, quando essemus in re franca, & allodiali, quia tunc benè con stitutum operaretur, vt ait *dictus Guido-pap. ibi supra num. 2. & Rota in Beneuentana pecuniaria 16. Iunij 1606. coram Card. Sacrato*; vbi ait, quòd vbi actualis possessio est necessaria, illa per constitutum non sufficit, pulchrè *Card. Mantica in decis. 27. num. 6.* vbi ait, quòd per actum facti, & non per illud verbi deuolutio datur, cum in poenalibus non dicatur contrauentum, nisi formaliter contraueniatur.

77 Declara vigesimònonò, quòd actus clandestini nullum possunt conferre praeiudicium priori possessioni, & eo ipso dicuntur clandestini, quãdo sunt facti post anteriorem alterius possessionem, vt ait *Rota in dec. 612. n. 4. par. 1. diuers.* Vndè ad id nota, quòd protestatio clandestina protestantem non releuat, si ad notitiam partis non deuenerit, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 1085. num. 3.* & clandestina protestatio dicetur, si non coram eodem notario fuerit facta, vt fuit dictum à *Rota in Romana census Luna 18. Iunii 1601. coram Card. Mellino*.

78 Declara tertiò, quòd actus priuatorum vbi sunt nulli, ex defectu consensus, possunt conualidari ex superueniente; secus autem, quando essemus in his, in quibus debet interuenire auctoritas Principis, quia tunc consensus priuatorum non sufficit, *Rota decis. 614. num. 2. par. prima diuers.*

79 Declara trigesimòprimo, quòd actus solemnis, siue sit extraiudicialis, siue iudicialis semper sortitur naturam, secundũ legem loci, vbi fit, vt ait *Rota decis. 103. num. 2. par. 2. diuers.*

80 Declara trigesimòsecundò, quòd actus adhoc, vt valeat, debet quis scire suam iurisdictionem, vt ait *Rota dec. 750. par. 1. diuers. num. 17.* & ideò nota, quòd Parochus non probat matrimonij validitatem, nisi prius probet licentiam, & eam illud praecessisse, veluti in dubio praesumi debet, vt ait *Rota ibi supra, & decis. 459. in nouiss. & Cassad. decis. 21. de praeb. & Crescent. decis. 138. lib. 1.* aliàs licentia alienandi post factam alienationem, eam non validat, nisi constaret de noua voluntate post licentiam, vt fuit dictum *in Auximana bonorum Ven. 2. Iunii 1595. coram Card. Mellino*, veluti quoque non iuuaret, quando fuisset obtẽta ab eo cuius officium expirasset, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 1328. num. 3.* licet secus tamen esset, quando ageretur de iure verè concedentis, vt fuit dictum *in Camerinen. domus 23. Ianuarii 1586. coram Card. Blanchetto*, & quando est concessa ad vnam causam, non extenditur ad aliã maiorem, vel minorem, *Surd. decis. 220. num. 2.* & *Rota in Rom. de Piccionibus 12. Nouemb. 1582. coram D. de Rubeis*.

81 Declara trigesimòtertiò, quòd actus annullatio dicitur continere poenam, nisi ad fauorem Ecclesiae fiat, vt ait *Rota in decis. 457. num. 7. par. 1. diuers.*

82 Declara trigesimòquartò, quòd actus inobedientiae pendente termino factus, non est nullus ipso iure, nisi pars aduersa comparuerit intra illum terminum datum ad petendum illud, quod praetendebat, quia tunc actus inobedientiae fuisset commissus *Rota decis. 77. num. 3. par. 1. diuers.*

83 Declara trigesimòquintò, quòd actus à principio nullus non potest valere alio modo ob iuris resistentiam, *Rota decis. 366. num. 31. p. 1. diuers.*

84 Declara trigesimòsextò, quòd actus à principio validus facilius conseruatur, quàm si de nouo conualidetur vnus actus ab initio nullus, *Rota decis. 49. num. 21. par. 2. diuers.* vbi ait, quòd ratio iustae ignorantiae, qua nititur dispositio, *l. fin. §. fin. de leg. 2.* non est tantae efficaciae, vt possit operari effectum translationis dominii, quam expressa prohibitio à principio impediuit, & conualidare alienationem, quę ab initio propter expressam prohibitionem fuit nulla iuxta regulam praedictam.

85 Declara trigesimòseptimò, quòd actus extraiudicialis transit in rem iudicatam, vt ait *Franch. in cap. bona num. 14 vers. 8. debet de appellat.* sed quamuis idem tẽpus sit praefixum ad appellandum, tamen datur recursus per viam querelę *Abb. in cap. cum sit Roman. num. 19. de appellat. Franch. in cap. consuluit il secondo eodem tit. & ita fuit decisum à Rota in vna Salamantina Canonicatus 11. Febr. 1577. coram Card. Blanchetto*.

86 Declara trigesimòoctauò, quòd quãdo

actus

actus in se est perfectus, sed ratione effectus stat in pendenti, tunc statutum, siue lex noua ad illum non porrigitur, veluti dicitur, quando statutum inducit exceptionem, & exceptio tempore contractæ obligationis causatur, quia tunc statutū, siue lex talem exceptionem non extendit ad contractus præteritos, veluti fuit resolutum à *Rota in vna Romana fructuum dotis Ven.15.Nouemb.1596.coram Orano*, & vide in verbo lex noua, & ibi multa inuenies.

87 Declara trigesimònonò, quòd quando duo actus ad vnum finem terminantur, tunc ibi duo sunt propter vnum, & sic pro vno reputantur, veluti quando quis committit vnum delictum propter primum, & incontinenti sequitur secundum, quia vltra quod illa duo pro vno reputantur, deinde delinquens tenetur solum de secundo, vt aiunt, & firmant plures DD. *alleg. in Romana de Vrsinis super restitutione feudorum 3.Ianuarii 1596.coram Illustrissimis Dominis Cardinalibus Seraph. Blanchetto, et aliis*: licet secus esset, quando vnum esset alterò maius, vel ratione pœnæ, vel qualitatis, quia tunc delinquēs venit pœna maiori puniendus, vt ait *Rota iai supra in dicta Romana de Vrsinis.*

88 Extendo etiam, quòd quando sunt duo actus incompatibiles in eodem instrumēto celebrati, tunc ea interpretatio est facienda, per quam actus admittatur, qui minus ius possessionis, & dominij offendat, *l. Non solum, §. fin. ff. de vsucap. et l.Si quis ante, et ibi Bart. ff. de acquir. poss. et ibi Alex. et idem in consil. 121. lib. quinto.*

89 Declara quadragesimò, quòd actus semper regulari debet ab intentione agentis, & non ab euentu, *l. Verum, et l. Qui iniuria, ff. de furt. et l. Si seruus, §. si puerum ad l. Aquil. et Rota in Mediolanen. pensionis 5. Martii 1607. coram Illustriss. Card. Marcomontio*: Nàm habemus, quòd animus, & intentio distinguunt maleficia, item habemus etiam alteram regulā quòd scilicet verba semper inseruiant mēti, & non mens verbis, vt dixi in verbo animus.

90 Limita tamen conclusionem esse veram, quando essemus in materia indifferenti, secus vero in odiosa, quia tunc existente materia sua natura odiosa, tūc intētio disponentis eā mutare non potest, sicuti ait *Rota decis. 454. num.3. et 4. par. prima diuers.* & propterea videmus, quòd nominatio partium non immutat substantiam contractus, vndè licet contrahentes nominent locationem ad lōgum tempus emphiteusim, non ob id erit locatio, si qualitates, quæ concurrunt ei non conueniant, sed emphiteusi, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. in sua decis. 373. num. 2. et 3.* & ratio est, quia quando concurrunt ea, quę sunt necessaria ad actum ibi dicitur actus, & è contra, vt dicunt Philosophi, & etiam legistæ argumento eorum, quæ superius allegata fuere.

91 Declara quadragesimoprimò, quòd appellatione actus intelligitur de valido, & perfecto, non autem de imperfecto, vt ait *Caualcan. decis. 11. num. 54. et 59. et decis. 12. num. 53. vbi alios allegat.*

92 Et ideò ad id nota, quòd perfectum illud non dicitur, quando remanet aliquid peragendum, quòd tamen declara esse verum, vbi facti essentia requiritur; at secus in his, in quibus non requiritur verum factum hominis, & quando cogitatur solius animi consilium, vt supra dixi in principio istius conclusionis in hoc verbo actus, & est *Doctr. Ias. in l. Cætera, §. sed si patrauerit num. 19. de legat. primo*, & ideò, si actus esset partim factus, & partim non, tunc non dicitur perfectus, veluti fuit decisum in *Romana domorum de Roncionibus 14. Iunii 1615. coram Buratto, quæ est inter recent. decis. 725. num. 7. par. 2. et Card. Mantica in sua decis. 186. num. 3.*

ARGVMENTVM.

ADIECTVS SOLVTIONI, QVANDO quis dicatur, & quando ei rectè solui possit, & quando non.

CONCLVSIO XLIX.

1 Adiectus solutioni, nota, quòd dicitur ille, qui in contractu, vel post, dictæ solutioni adijcitur, & talis adiectus post contractū, cuius nomen in illo cōtractu solutioni

tioni fuit adiectum, dicitur vicem procuratoris gerere, ita vt inter eum & adijcientem actio mandati oriatur, *Text est in l. Iulianus, §. qui fundum, ff. de verb. obligat.* *Bald. consil.* 396. *num.* 6. *vers. Interdum lib.* 5. Animaduertendo, quòd adiectus ille dici non potest, qui contraxit, quia habemus illam regulam, quòd qui mecum contraxit mecum agat, vt ait *Magon. in decis.* 34. *num.* 6. *&* 7. *Rota Lucen.*

2 Extende in tantum teneri adiectum actione mandati aduersus adijcientem, vt teneatur cedere iura dicto adijcienti, vel ei, cui ipse placuerit, *l. id neque §. si cui, ff. mandati, Bald. cons.* 249. *num.* 2. *cap. à princ. vers. Interdum ex post facto, & Laur. decis. Auenionen.* 149. *num.* 6.

3 Amplia, quòd adiectus ille, quoque dicitur, qui ad stipulandum, vel chyrografandum adijcitur, sed si aliquis inutiliter stipuletur, tunc vicem procuratoris obtinet, *l. Si cum Cornelius, ff. de solut. & ibi* DD.

4 Secus si vtiliter stipuletur, & efficaciter sibi, quia tunc tres casus sunt constituendi, & primò, si constat eum esse adiectum, vt in eum transferatur obligatio, & creditum, quia eo casu in eum fit nouatio, Secundò, si adijcitur, vt in eum, vel in dominum transferatur creditum, & tunc vtrique solui potest, sed Dominus remanet creditor: Tertiò, aut dubitatur, & in hoc videndus est, *Baldus in cons.* 249. *num.* 2. *vers. Nam interdum fit lib* 1.

5 Declara tu tamen primò quòd adiectus non dicitur, quando dispositio esset æqualiter in personam omnium collata, vt ait *Bart. in l.* 2. *num.* 2. *&* 3. *ff. de duobus reis allegat. à Rota in Perusina censuum Veneris* 13. *Februarii* 1615. *coram Remboldo qua est apud Cenc. in tract. de censibus decis.* 172. *num.* 7.

6 Vnde adhoc, vt quis verè dicatur adiectus, & sit talis, debet fieri per alternatiuam, non autem per copulam, quia alternatiua disiungit, copula vero coniungit, vide *Surd. in sua decis.* 229. *num.* 29. & veluti late dixi in verbo alternatiua.

7 Declara secundò, quòd adiectus in obligatione soluendi non datur, nisi adsit principalis debitor, *l. fin. §. cum mihi in fine, ff. de verborum obligat. et Rota in Romana census, seu dotis Veneris* 11. *Februarii* 1583. *coram Cantuccio, et Rota in decis.* 741. *num.* 3. *par.* 1. *nouiss.*

8 Declara tertio, quòd adiectus nunquam datur, nisi ille adsit, qui petere possit, quia adijcere est vnum alteri addere, *Rota in dicta decis.* 441. *num.* 4. *nouiss.* nec propterea adiectus solutioni dici potest, qui contraxit *Magon. decis. Lucens.* 34. *num.* 7.

9 Declara quartò, quòd neque adiecto obligatio quæratur, vt ait *Decisio Parlamenti Delphinatus Franc. Marc.* 468. *par.* 1. & ratio est, quia adiectus procurator dicitur, qui per litis contestationem reuocatur, nec propterea de eo est facienda mentio in libello ad solutionem, idem *Franc. Marc. ibi supra num.* 1. *et* 2. *& Magon. decis. Flor.* 106. *num.* 3. *et Laurent. dec. Auenion.* 149. *num.* 3.

10 Declara quintò, quòd adiectus potest solum recipere solutionem, non autem innouare, vel acceptum ferre, seu aliter debitorem liberare, vt ait *Surd. in d. decis.* 229. *num.* 27. & *Gratian. lib.* 3. *discep. cap.* 401. *num.* 47.

11 Subdeclara id non procedere, quando quis esset vti in rem suam adiectus, quia tunc ratione sui interesse benè agere posset, vt fuit decisum à *Rota in Romana septem millium* 15. *Decembris* 1603. *coram Iusto*, & *Rota per Coccinum in dec.* 402. *num.* 2. & ibi docetur, quando quis dicatur adiectus in rem suam, *Magon. decis. Lucen.* 34. *num.* 8. *Carth. dec.* [illegible] 126.

12 Extende id in tantum esse verũ, quòd si talis adiectus non fuerit præsens confectioni apocæ obligatione Camerali vallatæ; tamen poterit validè agere, si aliquis pro eo fuerit stipulatus, vt ait *Rota in d. Romana septem millium coram Iusto*, & *Barzius decis. Bonon.* 26.

13 Secus autem, quando aliquo modo adiectus habet interesse, quia tunc agere posset, vt ait dictus *Ruin. cons.* 209. *num.* 9. *lib.* 1. *& ita fuit decisum in dicta Romana septem millium* 15. *Decembris* 1603. *coram Iusto.*

14 Et ratio illius declarationis est, quia solutioni adiectus simpliciter non acquirit actionem, vt est *Text. in l. Eum qui ita, §. qui sibi, ff. de verborum oblig. Ruin. cons.*

consf.209. num.9. lib.1. Parif.conf.103.n. 3.lib.1.& ita fuit decisum à Rota in d.Romana septem millium Luna 15.Decembris 1603. coram Iusto.

15 Declara Sextò, quòd neque etiam adiecto,aliud pro alio inuito creditore solui possit, vt ait Alex. cons.95. num. secundo, & tertio, libro tertio, & ita fuit decisum in Romana dotis 22. Iunii 1583. coram Card. Blanchetto.

16 Quinimo, si aliquid pro alio adiecto soluatur volente creditore,soluens nihilominus ipso iure non liberatur, vt ait Iason in l. Cum quis in princip. de verborum oblig it.et Rota ibi supra.

17 Contrarium licet dicat Surd. in decis. 229.num.18. vbi allegat text. in § si quis alii vers. Planè instit. de inutil. stipul. latè ait Stracc. de adiect. par. 3. num secundo, & seq. & ibi hanc regulam multis modis ampliat.

18 Et tenendo hãc secundam opinionem, extende eam in tantum procedere, vt si debitor adiecto soluat,rectè soluisse dicatur, & illius solutione liberatur, vt fuit dictum in Romana dotis 22. Iunii 1583. coram Card. Blanchetto, & Rota per Cocinum in d.decis.402.n.2.& Magon.decis. Flor.106. num. 1.

19 Subextende primò, idem procedere in fideiussore pro debitore obligato, qui rectè adiecto soluit; licet ipse fideiussor nihil dixerit, vt ait Castrens. in l.Si ita stipulatus sin mihi,et Titio in fine, ff.de solut. et Rota ibi supra.

20 Subextende secundò, quòd immò etiam inuito stipulatore potest rectè solui adiecto, vt Magon. dicta decis. 106.numero secundo.

21 Subextende tertiò, eo magis procedere, quando adiectus cauerit de rato, quia tunc ei rectè solui poterit,siue si cessio creditoris concurreret, quia illis duobus modis, absque difficultate solui potest, vt ait idem Magon. decis. Lucens.34. in fine.

22 Limita tamen primò, non procedere, si lis fuerit per creditorem contestata, quia tunc oritur tacita prohibitio,ne amplius soluatur adiecto, nisi postea adesset alter ordo de nouo, vt dixi sub num.9. & veluti ait Magon. decis. Florent. 106. num. 2. et Laurent. decis. Auenionen. 149. num. 3.

23 Limita secundò, quando adiectus in deterius suam conditionem mutauit, veluti dicitur de eo, qui in monasterium ingreditur, quia tunc respectu bonorum temporalium,dicitur in deterius incidisse, veluti eodem modo dicitur de procuratore, qui effectus fit vnus ribaldus, cuius enim mandatum procuræ eo casu reuocatum censetur, vt ait Bart. in l. Cum quis, et l. Si cum Cornelius, ff. de solutionibus, et Laurent.in decis. Auenionen.149. num. 3.

24 Limita tertiò,quòd ipse non possit acceptũ ferre Chirografum debitori tradendo, sed solum recipere potest à spontè soluente, vt pulchrè ait, & declarat Castrens.in l.Si vnus num.3.ff.de pact.allegatus à Magon. in decis. Lucen. 34. in addit.in prine. et Surd.d.dec.229.n.27.

25 Limita quartò,quòd ille nõ possit fideiussorẽ admittere pro solutione, vt est Text.in l. Si mihi, aut Titio decem, ff.de fideiuss et dicunt Addent. in addit. ad Magon.in d.decis.34. sub litera B.

26 Limita quintò, vt non possit ei suo nomine constitui, l. Sed et si filiusfamil. ff. de constitut. pecun. Magon. ibi supra in addit.

27 Limita sextò, vt nequè ei possit pignora obligari, l. Is qui promisit, ff.de pignor. et Magon.ibidem d. decis.34.

28 Sublimita tamen primo, dictam conclusionem principalem habere locum,in simplici adiecto, sed si sibi adiectus in Chyrographo stipulatus fuit,poterit omnia prædicta explicare, vt optimè resoluit Magon.dicta decis.34.in addit. vers. Et ideo.

29 Sublimita secundò, quoties adiecto creditor Chyrographum tradidisset, quia tunc non solum poterit prædicta facere, cum cautione de rato: verum etiam sine; nàm per Chyrographi traditionem,satis dicitur docuisse de eius legitimo mandato, veluti dicitur, etiam de eo, qui de longinquis partibus venit cum literis,vel vẽditoris mandato, seu Chyrographo, qui præsumitur esse ille, qui in instrumento, seu Chyrographo, aut literis nominatur, vt ait Abb. in cap. coram de offic. delegat. Felin. in cap.secundo num. 27. de testibus, Boer. decisio. 154. num.9. et Balb. decisio. 403.

30 Et in terminis,quòd exhibitor Chyrographi

graphi

graphi (in quo ipse adiectus est, vel specialiter, vel tacitè per verba scilicet, vel mihi, vel ei, qui per me chirographum exhibebit) possit prædicta agere sine cautione de rato tradidit *Boer. in decis.* 281. *num.* 6. *Beneuent. Strace. in tract. de ad. iect. par.* 3. *quæst.* 8. *num.* 8. *& seqq. & latissimè Tiber. Decian. cons.* 68. *lib.* 3. *per totam.*

31 Sed si contra venditorem aliquid excipiatur, vel recōuētio fiat, An tūc talis exhibitor chirographi teneatur illum defendere, & admittatur, dicas, quòd sic, vt concludit *dictus Decian. in dicto cons.* 68. *num* 15. *licet in numero* 17. dicat, secus esse, si ad instantiam aliarum personarum fierent contra creditores sequestra; Item quòd talis adiectus solutioni possit agere tanquam procurator eius, cui adiicitur ait *Simon. de Prat. cons.* 141. *num.* 26. & facit *decis. Surd.* 229. & *Franch. dec.* 699 *& Rota in dicta Perusina coram Remboldo.*

32 Declara præterea, quòd huiusmodi facultas soluendi adiecto, non est ad hæredes transitoria, *vt ait text. in l. Qui hæredi*, & *l. Meuius de condit. & demonstrat.* & ratio est, quia in adiecto est merum factum recipiendæ solutionis, sed non alicuius obligationis acquisitio, & propterea, veluti ea, quæ sunt facti ad hæredes non transeunt, *vt ait Text. in dicta l. Qui hæredi*, & *ibi Bart.* ita quoque solutio non hæredi, sed adiecto fieri debet; vltra quod in hoc cum fuerit electa industria, & bona qualitas personæ, igitur nimirum si ista facultas ad hæredem non transeat, quia sæpè bono succedit malus *Ias. in leg. Cum quis ff. de verborum obligat. Seraph. de priuil. iur. priuil.* 74. *nu.* 9. & *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 712. *num.* 9.

33 Deinde addi potest quòd veluti mandatum morte mandantis, & mandatarii reuocatur regulariter; Ita quoque facultas soluendi adiecto, per eius mortem expirat, qui mandatario æquiparatur, quam opinionem sequuntur *Angel. & Imol. veluti refert* Iason. *in dicta l. Cum quis de verborum obligat. sub num.* 1. & ibi aliam rationem quoque addit, & est quod si creditor est confisus de adiecto, non erit forsan ita confisus de eius hærede; Nam cōfidentia prouenit ex quadam animi affectione, quæ non migrat de subiecto in subiectum, & sic de persona in personā, vt dicunt *DD. in l. Nec non adiecit ff. Pro socio*, *& Franc. Marc. decis. Delphin.* 404. *sub num.* 4. *par.* 1.

34 Et id, quod fuit dictū de cōfidētia hæredis, extende procedere, etiam, si hæres esset filius, secus autem, si verbi gratia, factū esset executiuum obligationis, seù alterius iuris præambuli, & contrario ea est, quia veluti tunc illud ius præambulum transit ad hæredes, ita etiā transit illud factum, vt est *text. in l. Si stipulatus fuerim illud, aut aliud*, & *ibi Bart. in princ. de verbor. obligat* & *Ias. in. d. l. Cum quis eod. tit.*

ARGVMENTVM.

ADIMPLERE QVANDO QVIS PRIVS teneatur ad hoc, vt postea aduersarium pro adimplemento cogat.

CONCLVSIO L.

1 ADIMPLERE quilibet pro parte sua tenetur, & ideò nota, quòd quando quis adimpleuit, tunc potest agere, vt per alterum adimpleatur, vulgata *l. Iulianus § Offerri de act. empt. Gratian. in decis. Marchia* 52. *num.* 8. & *Put. decis.* 357. *num.* 1. *lib.* 3. & *ita fuit decisum in Mediolanen. Frumenti* 16. *Octobris* 1587. *coram Orano, quæ est decis.* 369. *num.* 2. *vers. Hoc enim par.* 4. *diuersor.* & *in alia Bononien. restitutionis dotis Mercurii* 22. *Iunii* 1594. *coram Card. Arigonio, & Card. Seraph. decis.* 225. *num.* 2. vbi subiungit id eò magis procedere, si quis aliter non fuisset contracturus, *Aym. cons.* 151. *num.* 10. & *cons.* 192. *num.* 15. *&* 20. & *idem card. Seraph. decis.* 673. *per totam Gratian. disceptation.* 301. *num.* 8. *Rota decis. prima apud Zacchiam num decimo.*

2 Sed est benè verum, quòd in contractibus correspectiuis, qui vult prius experiri prius adimplere tenetur *Grat. lib.* 2. *discept. c.* 307. *n.* 2. *Alex. cons.* 49. *n.* 4. *lib.* 2. *Aym. cons.* 151. *num.* 10. *in fine, & fuit ita resolutum a Rota in Romana societatis Aromatharia* 31. *Maii* 1585. *coram Bubalo.*

3 Extende id in tantum procedere, vt scili-

scilicet primus contrauenens cogatur seruare promissa, itaut interim secundus non adimplens de eo redargui nō possit, vt ait *Mathes. in suo sing.* 50. nec per consequens ille secundus non adimplens prohibetur agere ex contractu, quem ille non impleuit, iuxta tradit. per *Bald. in l.1. num. 22. C. de vsur. & fruct. leg. Bero. consil. 137. num. 7. lib. 2.* & *Rota in vna Romana executionis cōtractus 27. Maii 1594 coram Litta, & in Tirasonen. contrauentionis 19. Nouembris 1587. coram Bubalo, & in illa Mediolanen. frumenti 16. Octobris 1587. coram Orano.*

4 Sed vt magis ordinatè in hac materia procedatur, Hic erit fundāda regula illa, qui adimdlementum allegat illud probare tenetur, sed illa probatio fieri debet, per liquidissimas probationes, nec propterea admittitur iuramentum in supplementum, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. c. 346. num. 14. & Rota mox allegan.*

5 Immò isto casu alteri parti, cui est implendum sola negatio sufficiet, *Rota decis. 326. num. 2. par. 1. in recent.* & *decisio. 361. in 2. parte recent.* & optimè fuit decisum in *Calaguritana Cappellæ coram Gypsio, quæ est penes Marches. de commissi. t. m. 1. fol. 122.*

6 Quod enim extende procedere, etiam si implementum non esset faciendum principaliter ipsi neganti, sed tertio, dummodo tamen sit faciendum, ad ipsius negantis fauorem, & pro eius interesse *ad trad. per Rip. in l. Illa num. 15. versic. Et ista fallentia, ff. de verbor. obligat. & Rota ibi supra.*

7 Et quicquid fuit dictum de allegante implementum, idem procedit, etiam in eo, qui ad rescisionem contractus agere vellet, sub eo enim prætextu, quòd per aduersarium non fuerit adimpleta promissio, quia tunc ille eam non fuisse impletam, probare tenetur, vt ait *Rota decis. 238. num. 12. par. secunda diuersorum.* Licet adhoc, vt possit rescisio contractus intentari, sit necessarium apponi pactum resolutiuum, in euentum non adimpletæ conditionis; alias solum posset agi ad illius obseruantiam, Animaduertēdo, quòd illud pactum non suffragatur, nisi ei ad cuius fauorem fuit appositum, & propterea si apponatur ad fauorem emptoris, venditor eo, inuito emptore, vti non potest, vt ait *Rot. per Buratt. in decis. 110.* & ibi docet qn̄ pactum resolutiuum intret, & *addent. ad decisionem Buratti 640. nu. 26. Afflict. decis. 180. num. 6. Card. Seraph. decis. 1275. num. 1. Gregor. decis. 130. num. 1.* & *Rota in Senogallien. prædii 5. Iunii 1617. coram Andrea, & 10. Iunii 1619. coram Pirouano.*

8 Declara tamen istud remedium rescissionis contractus, non sibi vindicare locum, in contractu locationis, siue alterius nominati à quo resilire non permittitur, saltem agendo, sed agi debet ad implemētum; licet secus, si quis per viam exceptionis veniret, vt dicunt *Rolan. Becc. Mantica & Surd. allegati in additionibus ad Greg. decis. 130. num. 5. & ita fuit decisum à Rota in Romana pensionis domus 16. Nouembris 1611. coram Pironano, & prius in Romana Vineæ 3. Aprilis 1598. coram Orano,* Item secus fieret, si implementum causam finalem læderet, vt ait *Rota per Greg. ibi supra num. 4.* & *Rota ibi coram Pironano,* & causa finalis illa dicitur, sine qua, quis alias contracturus non fuisset, *vt ait Rota in dicta Romana pensionis domus, & Surd. cons. 563. num. 4. vers. & in prædictis, & melius in Fauentina dotis Lunæ 11. Martii 1624. coram Reuerendissimo Coccino Decano me scribente, & obtinente.* & *postea in Rom. donationis Veneris 26. Maii 1629. coram Merlino, & ibi allegat. Bero. cons. 180. num. 42. lib. 2. & Card. Mantic. de tacit. & amb. lib. 3. tit. 12. num. 29. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 96. num. 26.* vbi ait, quòd causa finalis, etiam dicitur, quando extaret in aliqua promissione dictio (pro) quæ causam finalem inducit, & idem operatur, ac si disponens dixisset se alias non fuisse facturum, Rursus causa finalis deducitur, etiam ex prohemio, vt dicunt *Doctores allegati à Gratian. ibi supra, & Rota in Romana domorum, seu spolii Veneris 16. Decembris 1603. coram Card. Lancellotto,* & *in Romana donationis 26. Iunii 1626. & 26. Maii 1628.* & *13. Februarii 1629. coram Merlino,* & veluti dicunt nouissimè addentes ad *decisionem Buratti 640. num. 28.* & *facit decis. Gregor. 130. num. 4.* & *ibi per addent. Surd. decis. 280. num. 19.* & *Rota in Senogallien. prædii 5. Iunii 1617. coram D. Andrea,* qui dicunt, id etiam procedere posse

per

per viam actionis, si causa finalis cesset, Licet sit bene verum, quòd vbi causa finalis non deficit in totum, sed solùm in parte, tunc contractus non cessat, veluti etiã succedit, quando partes verisimiliter, etiã absque illa causa contraxissent, *vt fuit dictum in Maceraten. Pradij Veneris 15. Maii 1615. coram Buratto.*

9 Et propterea videmus, etiam quòd nedum in censu, sed etiam in quolibet alio contractu nominato, ob non implementum solutionis fructuum, siue ob euictionem, potest agi ad restiturionem sortis loco damnorum, & interesse, *vt ait Rota dec. 741. num. 1. par. 1. diuers. & penes Cincium de censibus decis. 139. num. 2. & in Perusina dotis penes Marches. de commis. tom. 2. fol. 589. num. 4. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 301. num. 5. & Rot. per Gregor. decis. 88. num. 3. & decis. 741. num. 1. par. 2. diuers. & apud Pacificum de Saluiano dec. 139. n. 2. & apud eundem Cincium de censibus decis. 87. num. 5. & decis. 285. num. 2. Bellon. Iun. cons. 13. num. 39. idem Gregor. decis. 130. num. 1. Seraph. decis. 1275. num. 1, et Rota in Senogalien. pradij 5. Iunii 1617. coram Andrea, et 10. Iunii 1619. coram Pirouano.*

10 Vndè, d. id intrat illa regula, quòd scilicet multa concedantur indirectè, quæ non concederentur directè, in materia rescissionis contractus nominati, ob non implementum partis contrariæ, quia regulariter potest solum agi ad implementũ, *vt ait Card. Seraph. 591. num. 8. 9. et in decis. 1133. num. 1. Put. decis. 1. de transact. et latè Marescott. var. resol. libro 1. cap. 49.*

11 Declara tñ ea, quæ fuerunt dicta de contractu locationis nominato, qui ex nõ implemẽto rescindi nõ possit, solũ procedere regulariter, & post illius perfectionem, & quando conductor culpa locatoris non impediretur, vti frui re locata; secus autem quando è contra, & sic, quando illa duo copulatiuè concurrerent, nempè culpa locatoris in vtendo, & fruendo re locata per conductorem; & quando res adhuc esset integra, idest ante perfectionem contractus, quia tunc, ab eo vtrique resilire possemus, iuxta *doctr. Gabr. cons. 75. lib. 1.* & vbi ita distinguendo concordauit iura, quæ ex aduerso allegantur, & *Rota in dicta decis. 130. num. 3. & seq. pen. Greg.* & *Rota in Rom. affictus Lacus 3. Iulii 1623 coram Pirouano.*

12 Et ratio quare excipiens de non implemento teneatur probare exceptionem, ea est, quia ille fit actor, licet in principali iudicio esset reus, & propterea eius exceptionem probare tenetur, *vt ait Gratian. in lib. 5. discept. cap. 989. num. 3, Osacb. decis. siue cons. 4. num. 26. cum seqq. & vide addent. ad dec. Buratti 571. nu. 8.*

Rursus declara esse verum; quòd scilicet contractus nominatus rescindi nõ possit, neque agendo, neque excipiendo ex defectu nõ ad implemẽti, & sic causæ finalis, si accipiamus huiusmodi terminum simpliciter, & absolutè, itaut contractus nominatus nullam habeat admixtionem cum contractu innominato, quia tunc ille nullo modo rescindi potest, per viam actionis, quamuis illud non fuerit præstitum, quod mouit contrahentem, ad ita agendum. At secus, quando essemus in contractu, qui non esset simpliciter, & absolutè nominatus, sed in se etiam contineret aliquem contractum innominatum, veluti si ex parte emptoris aliquid promitteretur, ex quo aliquis contractus innominatus resultaret, & sine quo venditor rem aliter alienaturus non fuisset, quia isto casu si illud pactum non impleretur, contractus per viam actionis rescindi posset, *vt pulchrè declarat Bellonius iun. cons. 13.* & *alii allegati per addentem ad decisionem Buratti 640. num. 19, & seq.*

13 Fallit tamen conclusio, quando negatiua allegaretur ab eo, cui implendum veniebat, quia tali casu ea ab allegante, quoquè erit probanda, *vt dicunt DD. allegati in vna Bononien. pecuniaria de Tobaliis Veneris 24. Maii 1596. coram Cardinali Lancellotto.*

14 Sed tu dicas cum *Addent. ad dec. Greg. XV. 261. num. 7.* vbi tenet quòd communis conclusio in hac materia probationis adimplementi, sit taliter firmanda, nẽpè, aut ille, cui implendum venit, negat sibi fuisse impletum, & tunc debet implementum illud ab allegante probari, *vt ait dictus Ripa in l. In illa num. 13. de verbor. obligat. Corn. cons. 11. num. 8. vers. Et bonis allegetur lib. 2. Crauett. cons. 1. num. 10. latè Becc. cons. 45. num. 6. & 10 Rota decis. 361. par. 2. in recent. et dec. 362. sub. num. 2. par. 1. in recent. & fuit decisum*

sum in Calaguritana Capella de Algurite 14. Nouembris 1592. coram Gipsio.

15 Aut vero negantj non est implendum, sed tertiò; & tunc non implementum allegans tenetur probare negatiuam, *Corn. dicto cons. 11. num. 8. et* Rota *ibi coram Gipsio in dicta* Calagurritana *de Algurite.*

16 Immò coactio probationis istius adimplementi, procedit etiam quòd nihil intersit opponentis, *vt fuit decisum à Rota in decis. 24. qua est apud Peccum ad statutum, et* Gratian. *lib. 2. discept. cap. 301. num. 15. et cap. 302. num. 30. licet in num. 29. alleget.* Surd. *decis. 265. et alios contrarium tenentes, sed prima opinio est verior, vt ait ipsemet* Gratianus *ibi supra d. cap. 302. num. 29.*

17 Et ratio ea est, quia exceptio non adimplenti, nedum in interesse; verum etiã in violatione fidei est fundata, & propterea licet nullum interesse ex non adimplemento resultet; nihilominus ex prędicta ratione, id excipi poterit, Rota *decis.* 210. *n. 1. & 2. par. 1. diuers. et ita fuit quoque decisum in Perusina executionis 3. Decembris* 1599. *coram Penia*, licet in eadem coram eodem *Luna* 17. *Aprilis* 1600. videatur facere fundamentum, Rota *in decis.* Cre*scent. 17. de prob.* vbi ait, quòd ista exceptio non possit dari ab eo, cuius non interfit, veluti quoque dicitur de adimplemento promisso, pro renouanda fideiussione, quod non debetur, vbi interesse renouationis cessat, vt fuit dictum in *Roman. societatis officii scutoram mille* Luna 19. *Iunii* 1628. *coram Pirouano*, licet videatur sentire contrarium, *Rota in Romana societatis* 2. *Iunii* 1608. *coram Card. Lancellotto*, vbi concluditur, quòd recipiens pecunias ad societatem officij illas non lucratur, si non adimplet, licet aliquod interesse illius, cui erat implendum non concurrat, vt ait *dictus Grat. discept. cap. 725. num. 21. lib. 4. et prius dicto cap. 301. num. 15. et cap. 302. in fine.* Nam passim in promissione merè conuentionali, veluti de dando fideiussorem, aut faciendo ratificare, committitur stipulatio, ob non implementum, etiamsi nil intersit stipulatoris cõtractum principalẽ obseruari, quicquid sit in stipulationibus prætorijs, idest quæ iudicis præcepto concipiuntur, vt latè concludit O*sasch. decis.* 70. *num. 7. et seqq.* quod tamen intellige procedere, quando obligatus dare fideiussores, aut de faciendo ratificare fuerit requisitus; alias secus, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 302. num. 14. et facit decisio Coccini* 102. *num.* 3. Sed pro intelligentia illius differentiæ scire debes, quòd adimplementum in conuentionibus Prætorijs semper, & quandocunque fieri potest, etiam post executionem, sed non pignorum tamen deliberationem; vndè si quis erit obligatus de repræsentando aliquẽ in carceribus, sẽper poterit illũ repræsentare, & sic semper erit locus purgationi moræ, etiam si post moram, ille esset effectus deterior, ex causa de præterito; at secus, si de præsenti, vt pulchrè fuit decisum à Rota in *Viterbien. fideiussionis de repræsentando 22. Iunii* 1587. *coram* Card. *Plato, et melius in Romana fideiussionis de repræsentando 3. Iulii* 1617. *coram* Reuerendissimo *Coccino*, Quod secus tamen esset, quando essemus in obligatione merè conuentionali, quia tunc purgationi moræ locus non esset, vt ait Rota *ibi supra, et Afflict. viden. in decis.* 130. *num. 7.*

Contrarium ei, quod fuit dictum de adimplemento fiendo, etiam quòd nihil intersit opponentis, dicunt doctores allegati ab *Addent. ad Buratt. in sua decis.* 571. *num. 5.* vbi ait, quòd non releuat ista exceptio nõ adimplementi, quãdo ille cui implendũ venit nullũ damnũ passus est. *Surd. decis. 265. num. 38. Card. Seraph. decis. 1245. num. 2. Gregor. decis. 347. num. 11. & ibi per addent. & Rot. in* Ro*man. Societatis off. scutorum mille* 10. *Decembris 1625. coram Durano, et in alia Narnien. Frumenti 19. Nouembris 1629. coram eodem.*

18 Amplia principalem conclusionem super eo firmatam, quòd quilibet teneatur pro sua parte adimplere, in tantum valere, vt si quis fecerit quicquid pro adimplemẽto poterit, tunc ille adimpleuisse censetur, quia non est conueniens, quòd quis ex facto alieno in poenam, siue damnum incurrat, cum nemini per alterum inferri debeat iniqua conditio, *l. Arbiter colendis, ff. de arbitr. l.* Fin. *ff. de lege commis. l. Veer ex fratribus, ff. de cond. instit. l. Iure ciuili, ff. de condit. & demonstrat. l.* In iure, *ff. de regul.* Iur. & ita fuit decisum in *Tullen. Coadiutoria Luna 17. Februarii* 1614. *coram Card.* Sacrato, *qua est inter recent.*

decis.

decij. 567. in prima par. num. 1. et secundo, & nouissime Gratian. discept. forens. cap. 851. num. 2. et 10. lib. 5. et prius cap. 726. num. 6. et 5. 786. lib. 4.

19 Limita tamen id esse verum, dummodo duo copulatiuè concurrant, & Primò, quòd impedimentum sit tale, vt illud remoueri minimè potuerit, Secundo, quòd impedimentũ fuerit causa immediata, ob quam adimplementum non fuerit præstitum, vt ait *Menoch. de arbitr. Iud. casu 118. num. 7. & Rota in dicta decis. 567. num. 4.*

20 Secus verò, quando impedimentum prouenit ex culpa adimplere debẽtis, quia tunc illud non excusat, veluti si ignorantiam, siue absentiam allegaret, nam tunc est ipsi imputandum, si id non fecit, quod debere facere sciebat, vt ait *Gratian. in lib. 5. discept. cap. 853. num. 50.* veluti eodem modo dicitur, quando impedimentum nõ fuisset continuum, quia tunc illud allegatur non suffragaretur, *Verall. decis. 172. num. 6. & 7. par. 2. & alij allegati à Rota in decis. 493. num. 8. par. 1. recent.*

21 Et ratio est, quia licet impedimenta prædicta, nempe, ignorantia, & absentia possint à mora, & pœna excusare, non tamen operantur, vt absenti, & ignoranti, vel alio modo impedito, aliqua actio, antequam impleuerit, acquiratur; licet tamen, secus esset, quando impedimentum ab aliquo casu fortuito, siue aliqua culpa aduersarij proueniret, vt ait *Rota in dicta decis. 493. num. 2. part. 1. in recent. & Gratian. ibi supra num. 2.* vbi propterea subiungit, quòd impedimentum sit iusta causa restituendi in integrum, aduersus adimplementum non præstitum, etiã si de exclusione damni non agatur, sed de non amissione lucri tantum.

22 Extende præterea, quòd huiusmodi exceptio nõ adimplementi, adeò est potens, quod impedit omnem litis ingressum, & dicitur ipso iure opposita, immò potest per Iudicem suppleri, licet pars non opponat, etiãsi per statutum exceptionum oppositio prohiberetur. Immò ea etiam, post sententiam opponi potest, vt fuit dictum in *Romana Pratii fundaci Veneris 1. Iunii 1607. coram Manzanedo, idem ait Gratian. ibi supra num. 1. & Rota in Romana Castrorum, siue Transactionis Veneris 11. Nouembris 1590. & dec. 21. n. 3. par. 1. in. recent.*

23 Subextende, quòd ẽt aduersus obligationem Cameralem opponi possit, vt fuit decisum in *Romana affictus, seù damnorum Veneris 2. Aprilis 1593. coram Card. Mantic. quæ est in eius impress. decis. 221. num. 1. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 273. num. 19. et penes Zacchiam ad Galles ait Rota in decis. 18. num. 1.* sed est benè verum, quòd licet exceptio non adimplementi non impediat ortum obligationis, tamẽ illius exercitium suspendi, ita quòd dicto impedimento adimplementi cessante, statim actionem experiri valemus, vt fuit dictum in *Romana Pratii fundaci Veneris prima Iunii 1607. coram Manzanedo.*

24 Veluti eodem modo dicitur de exceptione periurii, quæ litis ingressum tollit, & propterea huiusmodi exceptiones dilucidè probari debent, *idem Card. Mantic. ibi supra num. 1.* alias secus, si non esset impedimentum clarum, sed controuersum, *vt ait Gratian. discept. cap. 989. num. 1. lib. 5.*

25 Sed quòad prædictum primum requisitum, satis videtur illi satisfactum, quando, (verbi gratia) aliquid, ob mortem alicuius non impleretur, quod est penitus inevitabile, vel quod tertius facere recusaret, cũ nec isto casu possit, etiã quis facere, quòd alter suam voluntatem muter, iuxta notata in *l. Quæ sub conditione, §. quoties, ff. de hæred. instit. l. Prima, C. de instit. & substit. & Rota ibi supra sub n. 4.* veluti etiam diceretur, si implementum ex aliquo casu fortuito cessaret, *vt ait Rota decis. 493. num. 2. par. 1. recent.*

26 Extende idem procedere, quando implementum non esset in potestate adimplere debentis, veluti quia dependeret à futuro euẽtu incerto, respectu tẽporis, vel cõcessionis, seù denegationis alicuius gratię. Immò isto casu, in quo poterat habere, vel nõ habere effectũ cõtractus, intra illud tempus inter partes conuentum; tunc dictum tempus non incipit currere ante adimplementum, *vt ait Tiraquel. de retract. §. primo, glos. 10. num. 47. cum aliis allegatis in vna Romana Retractus Palatii in monte Iordano 19. Nouembris 1604. coram Iusto.*

27 Subextende eodem modo procedere in

in contractu prefixo, quia illud non incipit currere, nisi post actū ex subiecta materia processurum, etiam si fuisset dictum, quòd illud incipere currere à die contractus, *text. est in l. Tali ff. de iure dot. Castr. cons. 217. lib. 1. Aret. cons. 94. num. 7. vers. Sed terminus* Corn. *cons. 244. num. 8. & seqq. lib. 1. latè Surd. cons 14. et cons. 335. num. 43. lib. 3. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 10. num. 66.* & 208. *& seqq.* Dec. *Pedemon. 119. num. 28.* latè, & amplè tradit *Giurbia in decis. 80. num. 15. cum seqq. Put. decis. 6, de transact.* Mohed. *dec. 1. de pact.* Corn. *cons. 245. num. 6. & seq. lib. 4. &* Card. *Seraph. decis. 149. num. 1.* vbi ait tempus non currere, nisi à die adimplementi, in his, quæ habent annexū onus adimplēdi, nisi tamen impedimentū fuerit adimplemento prestitū, vt ait *Put. ibi sup. alleg. à Seraph. ibidem, & Rot. decis. 493. num. 3. 1. par. recent.*

28. Quò verò ad secundū requisitum DD. dicunt, quòd tunc impedimentum dicitur causa immediata, quando ille, qui facere tenebatur accinxit se, deueniendo ad actus proximos, *vt ait Bartolus, quem alii sequuntur in l. 2. §. quod diximus nu. 2. ff. si quis caut.* vbi dat exemplum de eo, qui allegat se impeditū venire, propter maris tempestatem, qui vt excusetur debet probare, se accessisse ad litus maris, vt ait R*ota ibi supra coram* Card. *Sacrato.*

29. Ex quibus ergo inferri potest, quòd ille debitor in moram non incurrit, si non soluat, quando non adest, qui solutionem recipiat, vt ait *Alex. cons. 96. num. 9. lib. 1. Dec. cons. 566. in fine* Roland. *cons. 87. n. 29. lib. 1. & Rota ibid. coram Sacrato.* Itē videmus, quòd si quis sit debitor in frumento, tūc creditor probare debet, se misisse saccum, & bestiam, vel personam, pro eo asportando, alias non posset debitori imputari, quòd adimpleuerit, *vt ait Caualcan. mox allegandus*, & eodem modo dicitur, si vnus promiserit certa die, & incerto loco, aliquid soluere, quia si creditor non probet, se illa die, & in dicto loco, paratum fuisse solutionem recipere, tunc dubio procul, non dicitur debitor in mora constitutus, nec in adimplemento defecisse, *vt ait* Bart. *in l. Item illa num. 11.* C. *de const. pecun. Gabr. in hac materia viden. conclus. 9. de solut. Rol. cons. 57. num. 36. & 37. lib. 1. Menoch. cons. 132. num. 13. Dec. cons. 566. nu. 4. & 5. Caualcan decis. 43. num. 41. & seq. Magon. decis. 38. num. 2. & decis. 78. num. 3. Afflict. decis. 316. num. 2. &* Put. *decis. 7. in fine lib. 1.* & *vltimo loco fuit ita decisum a* Ro*ta in vna Rom. pretii grani* 10. *Decembris* 1628. *coram* Durano, neque propterea in prædicto casu debitor teneretur ad interesse quanti plurimi frumentum valuit, vt fieret, quando esset in mora, vt expressè, ait *Afflict. ibidem, & alii præallegati.* Immò elapso eo die, in quo creditor non venit ille teneretur postea debitorē in mora cōstituere, Et eò magis prædicta procederent, si ibi, vno de duobus locis esset faciēda solutio, quia tūc nisi creditor prius declarauerit, quo loci velit eam solutionē recipere, debitor in adimplemento non deficeret, nec per cōsequens in mora constitueretur, vt dicunt vltra prædictos DD. Gozad. *cons. 66. num. 2. Alex. cons. 45. lib. 5. Natt. cons. 670. lib. 4.* Menoch. *et Gabr. ibi sup.* licet tñ in dubio, solutio speciei sit facienda in loco, vbi reperitur, nisi de loco consignationis alio modo fuerit stabilitū, *vt ait Vrsil. in decis. 316. num. 2.* Sed erit tamen animaduertendum, quòd id procedit in reo, sed non in actore, & propterea videmus, quòd licet debitor, qui tenebatur aliquo particulari modo soluere, siue adimplere, nō possit dici morosus, ob non adimplementū; secus tamen esset si ille ageret, & sic tali casu non obstaret doctrina *Bart. in l. Item in illa col. fin. n. 23. ff. de const. pecun. veluti ait Osasc. in suo cons. 4. n. 26. cum seqq.* dicens, quòd doctr. Bartoli habet locū in oī contractu vltrò, citròque obligatoriò, quando debitor ageret, concludens tñ posttemò, quòd licet debitor non constituatur in mora, si non soluat in loco solutioni destinato, propter absentiam creditoris; non ob id tamen liberatur à debito, & propterea, si ille forsan ageret postea ad obseruantiam contractus, ipse prius adimplere teneretur; alias illi nulla actio competeret, iuxta *text. in l. Iulianus, §. Offerri, ff. de act. empt. &* hanc doctrinam Osaschi maximè commēdat, *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 314.* quam opinionem amplexa fuit *Rot. in d. Rom. pretii grani coram* Durano.

30. Extende primò idē procedere, si ex facto partis non fuerit facta liquidatio eius, quod implere debebat, vt ait *Grat. discep.*

forens. cap. 851. *n.* 2. *&* 10. *lib.* 5. *& Verall. decis.* 108. *num.* 9. *Afflict. decis.* 105. *num.* 1. *Magon. decis. Lucen.* 3. *num.* 3. *Rota Ianuen. decis.* 118. *in fine, & decis.* 164. *num.* 1. *Balb. decis.* 359. *Mathes. sing.* 187. *Dec. Rota Luca Duen.* 26. *nu.* 32. *decis. Neapol.* 23. *num.* 5. & *Achil. de Grass. dec.* 296. *alias* 2. *de locat.* & *conducto.*

31 Extende secundò, id habere locum etiã in emphiteuta, qui caducitatẽ non incurrit, si canonẽ non soluat, quando non aderat, qui illum reciperet, vt dicam in verbo emphiteuta, & ita ait quoq; *Hostiẽ. in sua summa tit. locat. n.* 12. *vers. Quid si hæreditate Rimin. cons.* 361. *num.* 16. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 150. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 1. *Mobed. in decis.* 15. *num.* 4. *tit. de locat.*

32 Extende tertiò, idẽ procedere in promittente granũ conducere sub poena, quia ad eam non tenetur promittens, nisi prius sibi fuerit adimpletum in solutione pretij, ad hoc, vt illud asportare posset, vt ait id. *Grat. in d. lib.* 5. *disc. cap.* 1000. *nu.* 15. *& prius c.* 758. *n.* 6. *lib.* 4. vbi ait, quòd venditor non tenetur cõsignare, si emptor in termino præfixo non soluerit, siuè deposuerit pretium, iuxta stilum Vrbis, licet contra ius cõmune esset, quia ille est seruandus, *Rota Ianuen. decis.* 84. *num.* 3.

33 Vndè pro resolutione istius conclusionis, hic erit notandum, quòd ad incurrendam poenam, ob non promissorum adimplementum, erit necessaria mora, licet secus tamen esset, vbi de lucro captando ageretur, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 275. *nu.* 5. *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 301. *num.* 35. & veluti eodem modo dicitur de mora, quæ in omittendo consistit, quia ea facilius purgatur, quàm ea in committendo, *Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 915. *nu.* 10. Sed quando etiam oblatio verbalis excusset à mora; siue potius debeat esse realis, & iudicialiter facta vide *Magon. dec. Flor.* 118. *Achil. de Grass. dec.* 296. *Bour. decis.* 124. *& Rot. decis.* 572. *nu.* 6. *p.* 1. *diuers.*

34 Extende quartò, pari modo procedere in beneficiato debitore pensionis, sub poena priuationis, qui quidem ex rationibus prædictis beneficiũ nõ ammittit, vt ait idẽ *Mobed. d. dec.* 15. *de locat.* & *Put. dec.* 8. *lib.* 1.

35 Contrarium, quod scilicet dicta exceptio adimplemẽti agentẽ repellat, itaut aliquod lucrũ ex eo contractu consequi nõ possit, licet implemẽtũ esset impossibile, ait *Grat. in lib.* 4. *discept. c.* 725. *nu.* 1. *&* ibi *num.* 3. rationẽ assignat, dicens, quòd adimpletio impossibilis solũ excusat à poena, & dãno sed nõ à lucri consequutione, & sic igitur non prodest ad agendum, vt ait *Surd. dec.* 141. *num.* 5. licet tamen id intelligendum veniat cũ ea distinctione, quam facit *Rot. dec.* 493. *nu.* 3. *p.* 1. *in recent.* vbi ait prædictam conclusionem non procedere, quoties causa impedimẽti procedat ex culpa, siue mala electione aduersarij, quia tunc illud pro præstito haberi debet, & in omnem euentum impedimentum est iusta causa restituendi in integrum, aduersus implementum nõ præstitum, etiam quòd non agatur de exclusione damni, sed de non amissione lucri, in spe, præcipuè radicati, quia ammissio talis lucri vtiquè damnum alicui inferre diceretur, vt ait *Marcaten. variar. resol. resol.* 111. *num.* 34. *lib.* 1. *et Rot. decis.* 240. *num.* 28. *par.* 1. *nouiss. et in vna Placentina euictionis Lunæ* 11. *Iunij* 1591. *coram Card. Blanchetto.*

36 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando in contractu pactum resolutiuum non fuisset oppositum; secunda verò, quando secus, quia tunc in isto secundo casu, nec etiam excusatio non adimplentem iuuaret, veluti fieret in primo, vt benè distinguẽdo ait *Rot. per Card. Seraph. dicta decis.* 225. *nu.* 2. 4. & 6. sed hic erit notandũ in proposito, quòd clausula (non alias) vim pacti resolutiui habet, & propterea ea stante, mora purgari non potest, *vt ait Gratianus lib.* 2. *disceptat. cap.* 307. *num.* 34. & quòd tunc in illo secundo casu, neque de iure canonico sit licita purgatio moræ, *ait Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 786. *num.* 31. licet tamen secus esset in primo, & vbi pactum resolutiuum non adesset, quia tunc æquitas canonica ad morã purgandã esset attendẽda, nisi tñ essemus in loco, vbi ius ciuile esset seruandũ; quia tunc illud canonicũ non attenderetur. *vt ait Grat. ibi supra n.* 22. vbi testatur ita in Vrbe in vim illius statuti seruari, *Seraph. de priuil. iur. priuil.* 48. *nu.* 23. Sed si essemus extra istum casum obseruationis iuris ciuilis, tunc illud Canonicum, vti nobilius esset attendendum *Doct. in cap.* 1. *de operis noui nunciat.* Præterea quòd nõ præstans adimplementum non possit ex eodem instrumento aliquod cõmodũ, siue lucrum percipere

&

& quòd id procedat in quocunq; contractu, & siue defectus sit in accidentalibus, aut naturalibus, vel in substantialibus, & siue in minimo, siue in magno consistat, itaut careat omni exercitio, tàm agendi, quàm etiam excipiendi, nec talis defectus ex eo sanari posset, quia in contractibus nominatis, non liceat à contractu resilere, sed detur actio ad obseruantiam, siue ad dãna, & interesse, ait *Rota in Romana societatis officii scutorum mille Luna 19. Iunii 1628. coram Pirouano*.

37 Amplia secundò, principalem conclusionem, quòd scilicet, quis adimpleuisse dicatur, quando præcisè non potest factum præstare, sed per æquipollens adimplet, iuxta regulam illam, qui facit, quod potuit rotam legem adimpleuit, & in hoc sufficit, quòd ille sit securus, cuius fauore, aliquid venit adimplendum, cum nõ sit curandum de modo dum habemus effectũ, vt ait *Grat. in dec. Marchiæ 54. nu. 10. in addit.* & *alias fuit ita decisum in Romana census 17. Aprilis 1598. coram Penia cum aliis allegatis à* Card. *Seraph. in Camerinen. Castri orbis 24. Aprilis 1598. quæ est in eius impressi. decis. 1275. num. 2. Afflict. dec. 171. in fin.*

38 Amplia tertiò, id quoque procedere, etiam, si aliquid requiratur pro forma, quia stante impossibilitate, ea per æquipollens venit adimplenda, veluti dicitur, quando aliquid requiritur ad aliquem effectum, ex eo resultantem, quia tunc etiam quòd id pro forma requiratur, tamen per æquipollens adimpleri potest, *Put. decis. 100. num. 4. lib. 2.* & *ad id faciunt ea, quæ ait Rota per Verall. in decis. 323. num. 2. par. 2.* Guidopap. *decis. 330.* & Capell. *Tholos. quæst. 63.*

39 Amplia quartò, quòd etiam per æquipollens posit adimpleri, stante iuramẽto, quod de sui natura solet præcisè obligare ad factum; licet tamen id sit verum, quãdo factum illud esset possibile, alias ille talis, promittens, soluendo interesse liberatur, vt fuit decisum in *Romana Palatii, seu census Luna 7. Maii 1590. coram Bubalo, quæ est apud Marches. de commissi appell. in caus. camer. oblig. car. 746. & 747 n. 4.* & *Grat. lib. 1. disc. c. 113. n. 39.* & *ita fuit decisum in Rom. non adimplementi 27. Nouembris 1597. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1243. num. 2.*

40 Amplia quintò, id habere locum, & in obligato in form. Cam. qui facta prius omni diligentia, si per æquipollens adimpleat, excusatur, vt benè fuit decisum in dicta *Romana Palatii, seu census coram Bubalo.*

41 Amplia sextò, multò magis procedere, quando quis per viam exceptionis, ad effectum euitandi pœnam, veniret, quia tunc ab implemento erit excusandus, & præsertim, quando ex parte volentis se excusare concurrerent ea requisita, de quibus dixi sub num. 19. ex mente *Rota in decis. 567. par. 1. in recent.* & *ita fuit etiam decisum in illa Romana Palatii coram Bubalo, & per Greg. decis. 130. num. 3.* licet secus sit dicendum, in casu, de quo superius dixi sub nu. 36. & sic quòad interesse.

42 Amplia septimò, quòd pœnam non adimplementi, quis euitaret, si iuxta illius obligationem, fideiussorem non renouauit, quatenus personaliter, ad id non fuerit citatus, iuxta tradit per *Grat. in lib. 5. discept. cap. 944. num. 36.* & veluti dixi sub num. 17. & ratio est, quia in pœnalibus scientia debet esse certa, & indubitata, non autem præsumpta, *Mohed. decis. 3. de dolo, & contumac. Put. decis. 6. de probat. Caputaq. decis. 110. num. 2.* & *Rota per Card. Seraph. decis. 972.* & *per Greg. decis. 425.* & *Surd. decis. 221.* licet secus sit in Gubernatore Vrbis, qui iuxta suas facultates, potest domi citare, etiam, quòd alias citatio personalis esset necessaria, dũmodo tamen in monitorio, non præscripserit certam formam executionis; quia tunc ea non seruata, citatio esset nulla: licet sit benè verum, quòd si personaliter fieri non posset citatio, tunc poterit fieri domi, factis tamen prius diligentiis, vt ait *Card. Seraphin. ibi supra num. quinto*, & *seq. cum ibi alleg.*

43 Amplia octauò, quòd licet adimplementum debeat ostendi, antequam res deducatur in iudicium; tamen si id fiat, inchoato iudicio, & antequam à parte opponatur, iuuabit, vt ait *Gratian. in lib. 3. discept. cap. 512. num. 14.* & *cap. 531. nu. 9.* & *Rota in Rom. pratii fundaci Ven. 1. Iun. 1607. coram Manzanedo, idem Grat. cap. 534. n. 28.* & *cap. 546. num. 14.* & *postea lib. 5. cap. 944. num. 27.* & *cap. 963. num. 67. & 69.* secus autem ex parte illius, cui erat implendum, quia tunc de eo opponi potest, etiam post sententiam,

Immò per solum iudicem suppleri potest vt fuit dictum in illa Romana pratii coram Manzanedo.

44 Vnde hic tu nota, quod de huiusmodi non adimplemento nõ potest dari, vel opponi, nisi per eum cui erat implendum, vel per alium ab eo, ad id specialiter deputatum, vt ait idem Grat. d. c. 944. num. 40.

45 Extende idem procedere in declaratione non adimplementi, vel perseuerantiæ, quę adeò personę cohæret, vt facultas principali competens, fideiussori non prosit, saltem antequàm fuerit ad actum redacta, vt ait idem Gratian. lib. 2. discept. cap. 302. num. 23. quia tunc tàm cedenti, quã cessionario obstaret, vt fuit decisum a Rot. in illa Rom. pratii fundaci Ven. 1. Iunii 1607. coram Manzanedo.

46 Amplia nonò, quòd ad hoc, vt dicatur adimpletum, sufficit adimplementum vnius modi, ex pluribus datis ad aliquid agendum, idem Gratian. cap. 946. num. 19. lib. 5.

47 Sed nota tñ, quod de adimplemẽto nõ est docendum in iudicio, in quo petitoriũ erat suspensum; Nam licet hęc materia, quando tractatur de adimplemento probando petitorium respiciat, in eo tamen non doceretur, quando (vt superius dictum est) illud fuit suspensum, vt ait Rota per Puteum in decis. 433. num. 1. & 2. lib. 2.

48 Amplia decimò, quòd sufficit in adimplemento semel impletum fuisse, etiam si postea illud non duret, veluti fuit decisũ in Rom. affictus, seu Casalis Butia Veneris 14. Martii 1603. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 102. num. 3.

49 Sed declara tu tamen, illam ampliationem esse veram, vbi essemus in illis conditionibus, quę temporis momẽto implẽtur & statim suum effectum operantur; at secus in illis causã permanentem, & tractũ successiuum habentibus, quia tunc implementum non debet esse momentaneum, sed durabile, vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 217. num. 84. et 85.

50 Vnde si quis reaptare promiserit, semel reaptando adimplet, & in omnem euentum, ille ad damna non tenebitur, nisi prius illi intimatio fiat, vt ait Rota ibi coram Coccino sub num. 3. decisione 102. et ad id facit doctr. Gratian. in lib. 2. discept. cap. 393. num. 14.

51 Sed nota, quod si concurrat probatio vnius testis super interpellatione adimplementi, tunc ea dicitur semiplena probatio, quę tali casu transfert onus probandi contrarium in aduersarium, vt ait Grat. in cap. 748. num. 18. et 32. lib. 4.

52 Quę enim interpellatio est necessaria, quando terminus ad aliquid faciendum esset collatus in eius voluntatem, cui erat implendum, siue voluntas ponatur respectu alicuius loci, siue temporis, cùm valeat argumentũ de loco ad tempus in materia morę, alias non facta ista declaratione per creditorem, promissor negligens dici non posset, vt optimè ait Gratian. in lib. 4. discept. cap. 748. num. 2. cum. seqq. et ita fuit quoque decisum in Bononien. Spolii 15. Decembris 1600. coram Cardinali Pamphilio, quæ est post tractatum de oblig. Camer. decis. 31. num. 8. et 9. apud Zacchiam.

53 Limita tamen primò, conclusionẽ principalem non procedere, quando sumus in eo, qui ex contractu aliquid facere promisit, quia tunc ille simpliciter adimplere tenetur, nec attenditur si status fuerit mutatus, quod tamen declara procedere, si aliqua culpa non posset imputari ei, ad cuius fauorem erat implendum, & nisi ex parte adimplere debentis, ea requisita sub num. 19. adducta concurrerent, Puteus decis. 258. num. 4. lib. 3. et Rota dicta decis. 567. in recentioribus par. prima, Seraph. decis. 149. ad. Put. dec. 6. de transact.

54 Extende primò, quod etiam in minimo agens ex contractu reciproco adimplere tenetur, vt ait Gratian. in cap. 826. num. 47. lib. 5. et Rota in Perusina Executionis Veneris 3. Decembris 1599. coram Penia, & propterea videmus, etiam quòd adimplementum pro parte non admittitur in conditione perpetuâ, & tractum successiuum habente, vt ait idem Grat in sua decis. 187. num. 2. Gregor. decis. 261. num. 3. et ibi in addit. num. 6. & Rota in Fanen. honorum 24. Nouembris 1628. coram Dunozetto, & prius in Rom. pratii fundaci coram Manzanedo, quę est apud Zacchiam de oblig. decis. 145. nu. 2.

Quod tamen intellige verum, id, quod fuit dictum, etiam in minimo, quem teneri adimplere, quando defectus etiam in minimo læderet ius alterius in substantia; alias faceret regula, quod de minimis non curat

curat Prætor, vt ait *Rot. per Greg. in decis. 261. & ibi per addentem num. 6.*

55 Vnde ex prædictis infertur, quòd non adimplens aliquid ex promissis in contractu societatis, non acquirit lucrum ex eo contractu societatis proueniens, etiam si in aliis adimpleuisset idem *Gratian. in d. cap. 944. num. 43. lib. 5.* Vndè eò non secuto fit, vt contractus resoluatur, tàm in vita socij, quàm post eius mortem, vt ait *idem Gratian. lib. 2. discept. cap. 301. num. 10.* quòd tamen intellige verum, ita creditore volente, & sic ad illius non autem alterius adimplere cessantis voluntatē, & ratio est, quia pactū resolutiuum solum operatur creditore volente; at secus eo inuito; deinde, quia non est conueniens, vt quis comodum ex eo contractu consequatur, quem non impleuit, veluti superius dixi *sub num. 7.* & veluti ait *Rota per Card. Seraph. decis. 209. per totam, & decis. 673. num. 1. & 2. & in Romana Societatis officii Luna 2. Aprilis 1601. coram Iusto*, sed quando dans pecunias censeatur remisisse præstationem fideiussionis, dixi in fine istius conclusionis *sub num. 74. & seqq.* Ita quod dato etiam, quòd fuerit recessum ab eo adimplemento præstationis fideiussionis, tamen societas subsistit, quia ea de sui natura fideiussorem non requirit, sed illius vera requisita ea sunt, vt non posit contrahi vltra valorem officii, & quòd officium sit vacabile, vt fuit decisum à *Rota in decisio. 177. inter crim. Farinacc. & in Romana prætensa Societatis 1. Iulii 1596. coram Corduba, & in Foroliuien. Societatis officii 23. Februaris 1611. coram Card. Lancellotto, & in eadem 16. Maii 1626. coram Pamphilio*, & super eo, quòd fideiussio non sit necessaria in societate, fuit decisum in *Romana Societatis officii Luna 2. Aprilis 1601. coram Iusto.*

56 Extende secundò, dictam limitationē, quòd neque etiam fructus debeantur, nisi quis prius totum adimpleuerit; licet tamen adimplemento postea secuto dicti fructus recuperentur, vt ait *Gratian. in lib. 4. discept. cap. 726. num. 2.* licet *sub n. 6 & 12.* dicat secus esse, quando essemus in marito, qui promisisset facere renunciare bonis paternis, & maternis, siue facere ratificare ab vxore, quia tunc docto per eum de diligentiis factis, necnō, quòd ipse onera matrimonii sustinebat, tunc illi non obstante illo adimplementi defectu per vxorem fiendo, fructus dotales, absque aliqua mora debentur, & præsertim quando summus in patre dotante, quidquid sit in extraneo, & ratio ea est, quia maritus alendo vxorem, illud officium exercet, quod ad patrem spectabat, & propterea tales vsuræ, vti recompensatiuæ onerum matrimonii, viro debētur, adsque alia petitione, vt ait *Capic. decis. 183. num. 2. Osasch. dec. 132. num. 1. & Rota in Maceraten. dotis 27. Iunii 1614. coram Andrea, quæ est in secunda parte recent. decis. 574. num. 1. & decis 471 n. 1. p. 1.* & hanc opinionē, vti magis cōem & æquiorem, ait idem *Grat. d. cap. 726. num. 4. & prius cap. 241. num. 58. & 59. & cap. 243. num. 30. cum sequentibus.*

Quamuis tamen, secus esset, quando in promissione mariti adesset iuramentū, cum clausula (ita quod, &c. alias ad damna, & interesse) vt ait idem *Gratian. ibi dicto cap. 726. num. 12.* licet *sub num. 13.* dicat iuramentum non obstare.

57 Et ratio illa, quare adimplere debens etiam in minimo teneatur ea est, quia, (vt mox diximus) huiusmodi exceptio, non solum in interesse, verumetiam in fidei violatione est fundata, vt ait idem *Gratian. in lib. 4. cap. 725. num. 23. & Rota decis. 210. nu. 1. & 2. par. 1. diuers. idem Gratian. lib. 2. discept. c. 301. num. 15. & c. 302. in fine.*

58 Et propterea, si adesset defectus impedimenti, quòad vnum, non impedit, quò minus pars aliud, licet minimum adimplere teneatur *idem Grat. d. cap. 725 num. 23.*

59 Declara tamen id, quòd fuit dictum de eo, qui in minimo adimplere teneatur, duobus modis non procedere, & primò, quando defectus adimplementi in minimo non læderet ius alterius in substantia, quia tali casu huiusmodi defectus non obstaret, iuxta regulam, de minimis non curat Prætor, & iuxta tradita per *Mantic. de tacit. tit. 16. num. 23. lib. 3. & ita fuit decisum à Rota per Buratt. in sua decis. 110. num. 20. & seq.* & ibi habetur quòd res inempta fieri non debet, ob nō adimplementum in minima parte contractus, & tunc minima pars dr summa scutorum 2000. respectu summæ scutorum

rum 14000. secundo modo quia licet regulâ illa, quòd quis in minimis teneatur adimplere, procedat, respectu contentorum in eodem capitulo, vel quando essemus in capitulis connexis, & indiuiduis; secus tamen esset in separatis, quia poena pro toto cõmittitur in indiuiduis, etiam quòd contrauentio fiat in modico, vt ait *Surd. dec. 7. n. 36. idem tenet Mantica decis. 238. num. 1. & de tacit. in pra allegato loco, & Rota in Romana de Cangiis 25. Iunii 1621. coram Buratto.*

60 Veluti eodem modo, & sic tertio loco declarari potest, quando implementum, quod deficeret, causam finalem non respiceret; alias secus, & causa talis dicitur, sine qua, quis non esset alio modo contracturus, *vt dicunt addentes ad Greg. decis. 130. num. 7. & ita fuit quoque dictum in Romana* Pensionis Domus 16. *Nouembris 1611. coram* Pirouano, & *Surd. cons. 563. num. 4. vers. Et in praedictis Rol. cons. 69. num. 38. lib. 4.* & *Dec. cons. 45. nu. 29. allegati ab addente ibi supra num. 7. & Card. Seraph. decis. 673. per totam Aym. cons. 151. num.* 10. *& cons. 192. num. 15. & 20.*

61 Limita secundò principalem conclusionem non procedere, veluti si prius ex conuentione aliquid per alteram partem veniebat adimplendum, quod adimpletum non fuit, quia tunc ordo erit, vt ille prius de adimplemento doceat, qui aliquid implendum ex conuentione habebat, quia prima mora in contractu vltrò citròquè obligatorio est illa, quæ nocet, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap.* 1000. *num.* 24. *& Rota coram Orano, mox allegan.* & id eò magis procederet, si iuramentum extaret, *vt ait Rota, & Gratian. ibi supra idem ait Bald. in l.* Prima *num. 22. C. de vsur. & fruct. legat. Soccin. cons. vltimo num. 3. vers. Non obstat lib. 3. Beroüs. cons. 200. in fine lib. 1.* & *cons. 136. nu. 7. lib. 2. Gratian. lib. 5. discept. dicto cap. 1000. num. 21. cum pluribus seqq.* & *lib. 2. cap. 307. num. 2. & ita fuit decisum in* Mediolanen. *Frumenti 16. Octobris 1587. coram Orano,* Immò antequam ille non adimpleat, tempus pro adimplemento partis aduersæ non currit, *vt dixi sub nu. 27.*

62 Vndè ex prædictis infertur, quòd qui prius contrauenit prius punitur, & si forte ambo contrauenerint, tunc culpa cum culpa compensatur; Nàm paria delicta pari compensatione tolluntur, *vt ait Gratianus lib. 2. discept. cap. 246. num. 15. et 16.* & quòd ea sit delictum, & culpa, *ait idem cap. 241. num. 53. et cap. 243. num. 51. eodem lib. 2.*

63 Limita tertiò non procedere in adimplemento conditionis, quæ si non adimpleatur per eam adimplere debentem, tunc illud implementum differens dicitur in culpa, quæ illi, & non alteri venit adscribenda, *vt ait idem Gratian. lib. 4. discept. cap. 748. num.* 10. nec mora, siue culpa purgatur in adimplendis conditionibus, *idem Gratian. lib. 2. discept. cap. 307. num. 31. & prius cap. 137. num. 3. lib. 1.*

64 Declara tamen, quòd licet exceptio non adimplementi, sit potens remedium, ad impediendum executionem, nec non obligationem in forma Cameræ, *vt ait Rota per Card. Mantic. decis. 221. nu. 1. & seqq.* Nihilominus id non procedit, quando sumus in capitibus separatis, etiã si exceptio ex eodem contractu orietur; quod secus tamen esset, quando capitula non essent separata, quia tunc exceptiò illa executionem impediret, *veluti fuit decisum in Roman executionis, seu non adimplementi Veneris 25. Iunii 1593. coram Cerd. Mantica, quæ est in eius impress. decis. 238. num. 2. & Natt. cons. 133. num. 5. Surd. cons. 101. num. 25. Rota in decis. 389. num. 3. par. 2. in recent. & decis. 286. num. 1. apud Statil. de Saluiano, & ita quoque fuit decisum in Romana de Cinciis 25. Iunii 1621. coram Buratto.*

Subdeclara igitur esse verum, quòd dicta exceptio sit apta ad impediendam executionem, & obligationem cameralem; si tamen de ea ex eodem instrumento liquidissimè appareat, & præsertim, quando ageretur de committenda poena, & tunc liquidum perfectè non dicitur, donec per sententiam non sit declaratum, *vt ait Card. Mantica ibi supra,* & *in decis. 221. num. 2. & 9.* & *Rota per Greg. in decis. mox alleg. 541.*

65 Extende prædicta eodem modo procedere in obligatione correspectiua, quia omnes promissiones correspectiuæ intelliguntur, quatenus hinc indè obseruetur, & non cesset obligatio respectu causæ, *Rota dicta decis. 389. num. 3. par. 2. in recent.*

cent. & decis. 428. *num.* 2. *& seq. in* 1. *par. recent.* & *idem Gratian. lib.* 5. *discept. cap.* 853. *num.* 31.

66 Et ratio illius declarationis,ea est, quia exceptio non implementi, tunc solum obstat,quando agitur ex eodem contractu, in quo adest implementi exceptio, at secus si ex diuerso, & separato,*vt ait Rot. per Gregor. XV. in decis.* 541. *num.* 1. *& Card. Mantic. decis.* 238. *num.* 2. *Mohed. decis.* 31. *&* 79. & *Cassad. decis.* 5 *de mutuat.pecun. & Buratt. decis.* 571. *num.* 2. Quòd enim procedit, etiam si simus in capitulis separatis eiusdem instrumenti at secus, quando exceptio ista daretur, circa idem capitulum, vel connexum, vt ait idem *Buratt. decis.* 54.*num.* 1. & *ibi in addit. num.* 17. & veluti si essemus etiam in contractibus correspectiuis, quia tunc implementum non secutum, respectu vnius obligationis,excludit aduersariũ agẽtem virtute alterius obligationis correspectiuæ, & tõ est,quia ex natura correspectiuorũ fit, quòd illud,quod inest vni alteri quoq; insit, perinde ac si vnus, & idem actus existeret, veluti ait *Rota decis.*428. *num.* 6. *par.* 1. *in recent. Felin. in cap.* 3. *num.* 5. *de iure iur. Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 853. *num.* 31. & *Rota decis.*488.*par.* 2. *recent. num.* 3. *Gregor. decis.* 541. *nu.* 2. & *ibi per addent. sub litera A. & per Buratt. decis.* 549. *& in Rom. societatis officii* 4. *Martii* 1619. *coram Pirouano.*

67 Quibus propterea addatur, quòd quando aliquis pro adimplemento agit, tunc ille videtur stare concordiæ, & nullitatibus, si quæ adessent, renunciasse, vt ait *Rota per Put. in decis.* 332. *num.* 2. *lib.* 1. *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 246. *num.*23.

68 Et nota, quòd in casu acquiescentiæ contractus, ille, qui acquiescit, tunc per eum amplius exceptio non adimplementi opponi non potest, quia illud remissum censetur, vt ait *Rota per Gregor. XV.decis.* 75.*nu.*2. & *decis.* 577.*n.* 10.*p.*1.*in recent.*

69 Declara tamẽ illud esse verũ,quòd scilicet tacita remissio implementi proueniens ex petitione, vel receptione canonis operetur,respectu inobseruantiæ,iam incursæ, at secus in ea, quæ nondum euenit, ita ait *Gratian. dicto lib.* 2. *discept. cap.* 301. *num.* 53. & ibi ratio assignatur, & est, quia,cum id ex tacita voluntate proueniat, ob id non debet extendi vltra illud, pro quo ex eo actu infertur,& propterea videmus, ẽt quòd recipiens fructus societatis officij,solum censetur non implemẽtum remittere, & sic sibi tantum præiudicare,pro eo tempore, pro quo recepit, sed non pro eo in futurum, vt ait *idem Grat. dicto lib.* 2. *discept. cap.* 302. *num.* 12. *& seq. & Rota per. Buratt. decis.* 674. *num.* 7. & *in Rom. societatis officii scutorum mille* 19. *Iunii* 1628. *coram Pirouano.*

70 Extende primò,quod neque etiam ista exceptio opponi possit ab eo, qui post non adimplementum soluit, dicto non adimplemento non obstante, *Rota dicta decis.* 577. *num.* 10. *par.* 1.*recent.* & *prius fuerat dictum im Mediolanen. Frumenti* 16. *Octobris* 1587.*coram Orano*.

71 Extende secundò,eodem modo procedere de adimplente relicti à testatore, qui eo casu præsumitur testamentum, & fideicommissum scire, & sic illud adeò approbare, vt amplius illud reprobare non possit, *idem Gratian. in dec. Marchia* 54.*num.* 2.

72 Extende tertiò, quòd etiam per processum ad vlteriora,implementum remissum censetur, veluti dicitur etiam, quando pars non opponit, quia pari modo per huiusmodi taciturnitatem illud remissum censetur, *vt ait Grat. eodem lib.* 2.*discep. cap.* 302. *num.*15. *&* 19.

73 Extende quartò idem procedere in recipiente post commissas pœnas, *l. Si quis maior. C. de transact.* quia tunc illis renunciasse, & caducitatem remisisse censetur. *idem Gratian.ibi supra cap.*301. *num.* 65. & *seqq.* licet secus sit in creditore, qui sortem peteret, & reciperet, quia non ob id ille censetur remittere pœnam, & præsertim, si adesset illa clausula, rato manente pacto, per quam admittitur receptio, & solutio contractus, ob illius in obseruantiam, & etiam si iuramentum appositum fuisset, cum illud habeat vim clausulæ, rato manente pacto, *vt ait Seraph. de priuil. iur. priuil.* 85. *num.* 2. & *Gratian. dicto lib.* 2. *discept. cap.* 302.*nu.* 3. & *seqq.*

74 Extende quintò, quòd in societate officij censeatur remissa datio fideiussionis, ac alterius implementi per petitionem, & receptionem fructuum, quamuis contrarietas, vel incompatibilitas non adsit, & etiam stante clausula rato manent pacto vel

In hac pag. 360. col. 2. lin. 1. ante nu. 77. adde hac verba.

** & in Rom. Societat. offic. Vener. 25. Iun. 1627. coram Merlino,* vbi fuit resolutũ recipientẽ pecunias eas non lucrari, etiam si illas dans fructus receperit post primum semestre, si tamen mortem primi fideiussoris ignorauit, & debitor aliũ in illius locũ non præstiterit, & rõ ea est, quia cum ius aliquod remittere à mera voluntate dependat, idcircò id cõsiderari nequit data ignorantia, veluti dicitur de domino directo, qui canonem recipiens non dicitur remittere caducitatem, si illam ignorasset, vndè allegans scientiam, eã probare tenetur, vt fuit sæpè resolutũ à *Rota & signanter in illa Rom. societatis coram Merlino, vbi alia decis. allegantur.*

vel iuramento; nec non scientia non præstitæ fideiussionis concurrente, quia per pactum contrarium, quis primo renunciasse censetur, *vt fuit dictum à Rota in Aquilana releuationis indemnitatis* 28. *Iunii* 1578. *qua est inter diuers. decis.* 113. *num.* 6. *par.* 1. & *in istis terminis*, & *melius in Romana Societatis officii* 2. *Aprilis* 1601. *coram Iusto*; & *ita quoque declarauit Card. Seraph. in vno voto de consensu* DD. *Co Auditorum in Romana Societatis* 9. *Iunii* 1585. & *nouissime Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 302. *num.* 1. *& seqq.* & *Rota in Romana Societatis Aromatharia* 5. *Iunii* 1587. *coram Bubalo, & in alta Mediolanen. Frumenti* 16. *Octobris* 1587. *coram Orano*, & *cæteri allegati a Gratiano ibi supra num.* 12. 13. & 21. *Boccac. de societ. officii num.* 145. *& Rota in Romana Societatis officii* 19. *Iunii* 1628. *coram Pirouano, & per Buratt. decis.* 674. *num.* 7.

75 Contrarium licet videatur tenuisse, *Rota per Card. Seraph. decis.* 209. *num.* 4. *sed melius in decis.* 673. *num.* 1. *& in illa Romana Societatis officii secunda Aprilis* 1601. *coram Iusto*, vbi decidirur, quòd recipiens pecunias ad societatem officij si promittit dare fideiussorem, & non dedit tunc ex hoc nõ adimplemento societatem non lucratur, si casus eam lucrandi eueniret, & ratio est, quia ista exceptio nedum in interesse, vt supra diximus, sed etiam inuiolatione fidei consistit, licet etiam plures habere obligatos valdè intersit.

76 Cõcordari tñ possunt prædictæ opiniones, nempè, vt prima procedat, quando quis fecit actum, ob quem necessariò cẽseatur a primo recessum, veluti recipiendo fructus, ac similia faciẽdo, cũ nõ posiit contractus pro parte approbari, & pro parte respui, & præcipuè, si ille, cui erat implendum, sciuit adimplementum non fuisse secutum, & tamen fructus recepit, vel aliud in signum perseuerantiæ contractus egit, secunda verò procederet, si quis actum non fecerit, per quem ab adimplemento partis aduersæ recesisse videatur, aut si illum fecit, ignorauerit tamen, illud non fuisse à parte adimpletum, quod per eam erat adimplendum, quia non ob id ex perseuerantia in contractu, fidei corruptela censeretur remissa; nam qui errat nõ consentit, *vt ait Grat. ibi supra dicto cap.* 302. *num.* 22. & *Rota in Mediolanen. Frumenti* 16. *Octobris* 1587. *coram Orano.**

77 Et tenendo primam opinionem, extende eam in tantum procedere, quòd immò nedum receptio fructuum, sed etiam eorum petitio sufficiat pro faciendo recedere à primo pacto, & ab onere parti aduersæ iniuncto, *vt ait idem Gratianus ibi supra num.* 26. *& Surd. decis.* 319. *num.* 1. & 2. *& alii per eum ibidem alleg.* Sed hæc opinio, quòd scilicet per simplex attentatum à contractu recessum dicatur; mihi valde dura videtur, ob illius actus imperfectionem, qui propterea verè actus vocari non potest, nec per consequens tale nomen mereri non debet, quia appellatione actus semper intelligitur de perfecto, & perfectum illud nunquã dicitur, quãdo aliquid ramanet perficiẽdũ, & præcipuè, vbi ageretur de faciendo vnum caderea iure suo, quia tunc simplex affectus non attenditur, nisi secuto effectu, *veluti dixi in verbo Actus, et text. est in l. Si quis non dicam rapere vbi DD. C. de Episcop. et Cler. Farinac. de homicid. q.* 124. *per totam p.* 1 *prax. crim.* licet tñ id non procedat, quando versaremur in atrocissimis; dũmodo tñ fuerit deuentũ ad actũ delicti proximũ; In atrocissimis aũt versari dicimus, qñ sumus in assassinio, ẽt ex solo mã dato, & in similibus, quia tunc etiam si delictum non sit secutum; nihilominus quis pœna ordinaria puniendus veniret, *vt ait Gutier. practicarum quæstionum quæst.* 7. *num.* 142. *& seqq. Gomez. ibi allegat. ab eo et Farinac. & cæteri DD. ab eo alleg. in prac. loco.* Et vide in verbo affectus & in verbo assasiniũ, & ibi plura inuenies.

78 Tenendo autem illam secundam opinionem, extende eam procedere, nedum quòad fideiussores, qui erant præstandi in principio societatis, verum etiam, quando fuisset inter partes conuentum, de dando alios fideiussores, in locum absentium, siue de mortuorum, & ratio est quia dans pecuniam, alio modo nõ fuisset cõtracturus, veluti vltimo loco fuit resolutum à *Rota in Romana Societatis officii secutorum mille* 24. *Maii* 1624. *coram Coccino, &* 10. *Nouembris* 1625. *coram Durano*, & 19. *Iunii* 1628. *coram Pirouano, et prius in decis. penes Statii. de Salu. decis.* 305. *et decis.* 307. *Card. Seraph. decis.* 225. *nu.* 2. *et Rota decis.* 331. *in quarta par. diuers. et per Buratt. decis.* 674. *num.* 3. *et* 6. *et*

ibi

ibi multa per addentem.

79 Subextende primò hanc opinionem in tantum esse veram, vt propterea sufficiat illi, qui pecunias ad societatem dedit ostendere mortem, siue absentiam fideiussoris iam dati, & debitor vice versâ tenetur suum adimplementum ostendere; & sic fideiussores præstitisse docere, *vt ait Rota dec. 361. in princ. p. 4. diuers. & in illa Romana Societatis 24. Maii 1624. coram Coccino,*

80 Subextende secundò eam procedere, etiam si socius, qui dedit pecunias, debitorem non interpellasset ad dandum aliũ fideiussorem, in locum de mortui, vel absentis, cum nõ sit opus, vnum in mora constituere, qui sciebat debere pro sua parte adimplere, & sic quòd illud facere debebat, si lucrũ ex eo cõtractu cõsequi vellit, alias secus qñ essemus in casu incurrende moræ, vt fuit dictũ in illa Rom. *Societatis officij coram Coccino in vltimis verbis, & Seraph. decis. 225. nu. 4. & Grat. dicto cap. 301. num. 11. et 35.*

81 Contrarium licet videatur sentijsse Rotam *in illa Romana Societatis officij scutorum mille 19. Iunii 1628. coram Pirouano,* vbi dicitur quòd ille, qui pecunias accepit debet eas superlucrari, etiam si fideiussorem non præstiterit in locum de mortui, vel absentis, ex defectu illas dantis eum non interpellando.

82 Concordare tamen conatur *D. addens ad Burattum in dicta decis. 674. sub n. 12.* dicẽs hoc modo videlicet, quod *Rota vltimo loco diuersimodè resoluerit coram Pirouano,* ex ea ratione, quia ille, qui pecunias dederat non curauit renouationem fideiussoris, certò sciens alium socium esse valde diuitem, & quòd ob id non potuisset, amplius non adimplementum allegare, ad id allegando, *Gregor. in decis. 75. num. 2. et decis. 527. num. 10. par. 1. recent.* licet ille male fecerit, dum fuit confisus solum diuitiis alterius consocij, qui pecunias receperat, quia vitta quod, vnus, qui sit ditissimus potest illico fieri mendicus, vt in multis amicis id euenisse viderim; Deinde interest semper plures obligatos habere, & propterea non mihi videtur absolutè verum, quòd per illius diuitias cessaret interesse renouationis conuentæ inter partes.

Vnde ego pro earum concordantia dicerem, quòd prima opinio procedat, quãdo ille, qui non dedit fideiussorem in locum de mortui illius mortem sciebat, secus da vero, quando illam ignorauit, quod in dubio præsumendum venit, licet ista difficultas ignorantiæ, oriti non possit, quando in societate fuerat conuentum, de faciendo accedere talem, ac talem, & propterea scientia in vtroque casu, mihi videtur essentialis; alias impossibilium nulla est obligatio, quemadmodum esset quoq; necessaria interpellatio, quando actor ageret ex capite non renouationis fideiussionis, ad restitutionem sortis principalis, ex eo quia talis esset mortuus, siue absens, & quòd proptérea fieret monitio aliũ præstari in locum alterius, vt *ait Grat. lib. 5. discept. cap. 944. num. 36. et seq.* & tunc nota, quòd legitimè quis interpellatus diceretur, quando ei obitus, siue absentia fideiussorum notificaretur, vt fuit dictum *in illa Rom. Societatis officij 24. Maii 1624. coram Coccino ex doctrina Bart. in l. Non solum ff. morte num 45. ff. de nou. oper. nunciat* vbi in hoc formam denunciandi tradit, siue dicas illud quod fuit dictum de non necessaria interpellatione in euentum de mortui, siue absentis fideiussoris, posse procedere, quando ille, qui prætenditur mortuus, siue absens esset de eodem loco, vbi tamen facilè & quotidie, se insimul videre possint, at secus si essemus in ciuitatibus, vt est Romæ, vbi homines moriuntur, & mors eorum, etiam per multum tempus, ab amicis ignorari solet, vt mihi sępè contigit, & præsertim, quando inter mortem fideiussoris, & inter casum superlucrande societatis, parum tempus intercessit, pro quibus faciunt ea, quæ dixi in *concl. 8. nu. 47.* vbi recurras.

83 Vltimò notandum est, quòd de non adimplemento nunquã constat, nisi id per tres conformes in iudicatum transactas fuerit declaratum, *vt ait Gratianus in lib. 5. discept. cap. 989. num. 15.* quod tamen intellige verũ, qñ quis vellet ob non adimplementum partis aduersę, obligationem cameralem retardare, quia cum ea dicatur liquida, & exceptionem implementi illiquida, ideo, donec per illas tres sententias de non implemento non constet, interim pensio, siue alia solutio non est retardanda, vt ait *Gratian. ibi supra,*

&

& Rota per Card. Mantic. decis. 222. n. 7. secus autem esset in resolutione contractus, super qua sententia non est necessaria, sed sufficit tantum, illo casu excipere de illius in obseruantia, vt ait idem Gratianus lib. 2. discept. cap. 307. num. 27 Animaduertendo, quòd dum agitur pro resolutione contractus, partes possunt etiam instare pro illius obseruantia, vt fuit dictum in vna Romana cessionis 9. Martii 1607. coram Card. Lancillotto, sed est benè verum, quòd illud pactum resolutiuum non operatur, nisi ad fauorem illius pro quo fuit appositum, & sic solum, eo volente, & non alias, vt ait Rota in Spoletana terrarum 15. Februarii & 15. Martii. & 21. Iunii 1599. coram Card. Mantica, & per Card. Seraph. decis. 209. & decis. 650. & decis. 1150.

3 Rursus nota, quòd ista exceptio adeò est potens, vt propterea, ea sublata non censeatur, etiam si per statutum nil posset opponi, vt ait Gratian. in sua decis. 26 num. 24.

ARGVMENTVM.

ADITIO HAEREDITATIS PER quos Actus inducatur, ac de eius effectibus.

CONCLVSIO LI.

1 Aditio hæreditatis, nota, quòd dicitur, quidam animi motus, cum determinatione acceptationis iuris, & facti, adminiculo, & potentia concurrente, vt ait Bald. in consil. 349. incip. filia lib. 4. in princ. & ideo ille, qui adire intendit, debet esse certus, & quòd concurrat veritas cum opinione, alias aditio non sustinetur.

2 Animaduertendo, quòd aditio vocatur in hærede extraneo: quia adire dicitur ad aliud ire, & tunc per aditionem acquiritur verum dominium rerũ hæreditariarũ, quod prius d. hæres extraneus non habebat; In hærede autem suo, veluti in filio, aditio appellatur immixtio, quia cũ per prius ille solũ dominiũ interpretatiuũ, & intellectuale haberet, hinc est, q̃ illud postea per immixtionẽ fit verum, & reale, cum suitas sit quædam qualitas, quæ in hæreditate paterna obtinet primum locum, & inducit necessitatẽ successionis, & continuationem dominii, & propterea in secundo casu quis dicitur immiscere, quia cõtinuat in eo, quod suum est, nec de nouo acquirit, licet sit benè verum, quòd filius non dicitur illud paternum ius habere, cum effectu, propter beneficium abstinendi, quod ei à Prętore conceditur, cuius vigore postea declarat, illum velle esse heredem, cum effectu, vbi prius sine effectu erat, siue etiam, quia poterat filium ex aliqua iuxta causa exhæredare, veluti diffusè tradit Castr. in cons. 363. incip. ad primum propè finem vers. Et si dicatur lib. 2. Alex. cons. 34. incip. viso processu in princ. lib. 3. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 732. num. 50. & seqq. & Guidopap. decis. 486. in addit.

3 Et propterea hinc fit, quòd in filio, qui sui iuris sit, non est necessaria aditio, vt ait Surd. decis. 138. num. 18. licet secus, sit, quoad creditores, qui tenentur aditionem filii probare, ob illud beneficium abstinendi, quod ipse habet, agẽdo cõtra eũ, vt ait Andr. Gaill. in sua dec. 128. p. 2.

4 Declara tamen, quod tunc non dicitur adita hæreditas à filio, quando se immiscuit hæreditati paternæ, cum ea protestatione recuperandi sua credita, quia in isto casu standum est illius declarationi, si habuerit animum adeundi, vel non, vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 706. num. 40. & 41. Mascard. de probat. in sua conclus. 44. num. 17. & Card. Caualer. decis. 631. num. 6.

5 Quæ enim hæreditatis aditio, nota, quòd solo animo fieri potest, etiam, quòd nihil hæreditarium attingatur, nec non etiam in absentia partis, vt ait Cæsar de Grass. decis. 90. num. 16. & decis. 161. Immò, nota, quòd iste animus, etiam inter personas, extraneas declarari potest, vt ait Aym. cons. 148. num. 10. & tũc animus satis diceretur declaratus, ex procuratoris constitutione, ad adeundũ, vt ait Bald. in consil. 200. lib. 1. & Rota in Romana de Magdalenis 8. Februarii 1577. coram Card. Blanchetto, & est tex. in l. Si Auia, C. de iur. delib. & ita fuit etiam decisum in Romana hæreditatis de Beuilacqua 13. Maii 1593. coram Orano, quæ est apud Statil. Pacific. decis. 87. num. 6 & Franch. decis. 60. num. 5.

De-

6 Declara tamen id esse verum dum ille animus postea facto, seu verbis declaretur, & ratio ea est: quia propositum in mente retentum, nihil operatur, vt ait Nonius consilio 27. numero 2. et 3. vbi alios allegat Menoch. cons. 115. num. 25. & cons. 186. num. 19. cum seqq. & ibi multa Magon. decis. Flor. 17. n. 15. Ioseph. Ludouic. in conclus. 16. mihi cart. 49. cum pluribus seqq. vbi ponit plures casus, ex quibus ipsa aditio arguatur, ad quem semper in hac materia recurras, & Menoch. ibidem ait, quòd aditio est quid facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur, Mantic. decis. 198. num. 5. Magon. decis. Flor. 64. num. 31. & decis. 148. num. 3. & Rota idem ait, ibi supra coram Orano, & in Tiburtina census ven. 4. Martij. 1616. coram Vbaldo, quæ est apud Cincium de censibus decis. 280. num. 3. vbi habetur quòd hæreditas adita non præsumitur, nec de ea doceri potest, nisi in actis producatur Rota decis. 635. lib. 3. num. 2. diuers. & est decis. Franch. 80. num. 8. Surd. decis. 154. num. 19. & Rota per Buratt. dec. 279. num. 3. & veluti inferius dicam sub num. 8.

7 Et ideò nota quòd dicta aditio est cõcludenter probanda per allegantem, & præsertim expedit illam probari, quando fideicommissarius (verbi gratia) habita verbali restitutione fideicommissi, velit postea bona, propria authoritate, capere, vt ait Gratian. lib. 1. discept. cap. 47. n. 8. & in lib. 2. cap. 330. num. 10. & lib. 4. cap. 752. num. 22. & seqq. & prius ibidẽ cap. 706. num. 36. & seqq. idem Franch. dicta decis. 60. num. 3.

8 Et licet aliqui dicãt, q̃ veluti ad eã probãdã præsũptiones, & cõiecturę sufficiũt, ita quoque dictum vnius testis in illius probatione sufficere, vt ait idem Grat. li. 1. discept. cap. 78. n. 15. 24. & 27. & Surd. decis. 221. num. 11. & Magon. dicta dec. 148. num. 4. tamen Rot. per Burattum in sua dec. 207. num. 1. cum seqq. ait quòd qui aditionem hęreditatis allegat, eam plenè & concludenter probare tenetur, per probationes explicitas, & necessarias, quia per præsumptiones, ea non probatur, etiam si hęreditas esset opulenta; vt ait Franch. dec. 60. num. 22. & Menoch. de præsumpt. 99. nu. 3. lib. 4. allegati à Rot. ibi coram Buratto & Card. Gaualer. dec. 431. num. 1.

9 Vndè si aliqñ contingeret factũ esse dubiũ, an scilicet illud importaret, vel nõ importaret aditionẽ, tũc erit recurrẽdũ ad hęredem, cui competit illius facti declaratio, vt pulchrè ait Crauett. cons. 147. num. 4. lib. 1. & idem Nonius dicto cons. 27. num. 4. & 5. Surd. decis. 267. num. 8. & Rota per Burattum in sua decis. 279. num. 12. & 20. & veluti etiam ad eum recurritur in materia declarandę voluntatis testatoris, vt fuit decisum à Rota in vna Bononien. bonorum de Mulettis mercurii 26. Iunii 1602. coram Card. Pamphil. & Magon. dec. Flor. 148. num. 10. & sic igitur nota, quòd ad illius animi declarationem hęres præsumptus cogi poterit, mediante citatione, cum quatuor illis solitis terminis, ad declarãdum, an sit, vel esse velit hęres; alias videñ deputari curatorem hæreditati iacenti, contra quem postea validè procedi possit; alias iudiciũ fieret alusoriũ; & tũc hæreditas dicitur iacens, quando non constat post factam diligentem inquisitionem, citatis prius illis, quorum interest, an quisquè eorum velit esse hęres (vt mox diximus) & ita fuit dictum in Toletana vullingatis professionis lunæ 12. Ian. 1598. coram Orano, & quando ea est iacens, tunc non currunt tempora, neque instantię, nisi prius ei curator fuerit deputatus, & ea dicitur ficta persona, quæ in pluribus vices defuncti sustinet; & in multis non, & propterea videmus, quòd non fit furtum hęreditati iacenti, sed illud appellatur crimen expillatę hereditatis l. hæreditaria de furt. & Rot. per Mohed. dec. 8. de appell. vndè in simili nota quòd aditio hęreditatis resultat, quando mortuo testatore non constaret de hęredibus testamentariis, nec aliis pretendentibus se hęredes, & quis diceret re integra, se esse hęredem, quod procedit etiam, post ipsum terminum iuris, vt fuit dictum in Aquilana Capellaniæ mercurii 14. Martii 1629. coram Durano.

10 Amplia, quòd etiam illud ius declarandi, extendatur ad hęredem hęredis, vt ait Aym. cons. 197. num. 4. vers. amplius, & ita fuit decisum in Romana de S. Magdalena 8. Febr. 1577. coram Card. Blanchetto, & Magon. decis. Florentina 17. num. 16.

Sed

11 Sed animaduertes tamen, quòd actus æquiuocus, & dubius debet ante, & non post aditionem hæreditatis declarari; quia declaratio debet præcedere, & non actum sequi, qui aditionem importare solet, vltra quod semper protestatio declaratoria, vbi agitur de præiudicio tertij, debet fieri, vel ante, vel post actum, sed ante tamen illius consumationem, & sic ante litis contestationem, & non ex interuallo, & maximè, quando præsumptio contra declarantem vrgeret, nàm quando declaratio est opportunè facta, nunquam adeunti nocet, vt fuit dictum in *Romana de Carduccijs Veneris 27. Octobris 1600. coram Greg. XV.*

12 Redeundo autem ad illam conclusionem, quando scilicet hæreditatis aditio inducta præsumatur. Amplia primò, quòd ea adita censeatur, quando (verbi gratia) filius post mortem patris domum paternam inhabitaret, veluti fuit decisum in *Romana hæreditatis de Beuilacqua Lunæ 13. Maij 1595. coram Orano*, & *Greg. XV. decis. 371. num. 8.* & *Magon. decis. Lucen. 61. num. 15. & est decisio Card. Caualer. 431. num. 2.* & 8. & *per Burat. decis. 207. num. 2. & seqq.* & *decis. 523. num. 1.* & *Grat. lib. 4. discept. cap. 707. num. 34. cum seqq.*

13 Limita tamen id non esse verum, quando posset dari possibilitas possidendi ex alio titulo, quia tūc ex aliquo actu possessionis, necessariò nō esset inferēda hæreditatis aditio; sed est benè verum, q. de illo titulo erit docendū, veluti fuit decisū in *d. Romana census de Carduccijs Veneris 27. Octobris 1600. coram Card. Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in recent. decis. 32. num. 5. p. 2. et in eius impress. decis. 7. et idem in dec. 460. num. 6. et Card. Caualer. dicta decis. 431. num. 3. et decis. 452. num. 7.*

14 Limita secundò, quando filius prius declarauit, se velle abstinere; quia tunc ex illa sola habitatione, aditio nō præsumitur, vt ait *Surd. decis. 267. nu. 4.* siue si hæres esset creditor, & protestatus fuisset, se velle suum creditum recuperare, vt ait *Card. Caualer. decis. 431. num. 7.* siue etiam, si talis esset vsufructuarius eorum bonorum hæreditariorum, quia tunc per eorum possessionem, aditio non induceretur, alias secus, *vt fuit dictum à Rota per Buratt. decis. 207. num. 2. et 3. et ibi per addent. et per Card. Caualer. decis. 431. num. 6.*

15 Limita tertiò, quòd ex habitatione domus hæreditariæ, necessariò non infertur aditio, quando ea potest referri ad titulum familiaritatis, veluti quando de nouo eam habitare non incæpit, sed illam inhabitare continuauit, vt fuit decisum in *Romana hæreditatis de Cancellariis Mercurii 5. Maii 1604. coram Papa Ludouisio, quæ est in eius impressis decis. 165. num. 1.*

16 Sublimita tamen illud non procedere, quā filius in domo paterna, inhabitaret, vltra portionē, sibi ex iure proprio competentem, cum fructus domus in habitatione consistant; aut si ille redditus ex hæreditate perciperet, siue credita hęreditaria exegisset, seu ex eleemosinis non necessariis, datis ex rebus defuncti, cum nemo de re aliena largiri possit, licet secus esset de celebratione exequiarum, quæ cum fieri possint extra nomen heredis, sed solū pietatis intuitu fiāt, ideircò aditionē necessariò non inferunt; at secus si probaret, ea nomine proprio fecisse, & paternā domū iure proprio possidere, veluti quia esset inuestitus, post mortē patris a directo Dño siue iure pignoris possideret, tāquā creditor pro dote matris, nā tunc ōnis aditionis pręsumptio tollitur, quia eam sola possessio non inducit, sed animus heredem facitr, vt pulchrè ait *Andr. Gail. decis. Imperial. 128. par. 2. et idem Greg. XV. dicta decis. 7. num. 5.*

17 Amplia secundò, quòd aditio inducatur in parte nomine filiæ, ex possessione bonorum eidem filiæ relictorum, veluti fuit decisum in *Romana hæreditatis, et paragii dotis Veneris 12. Iunii 1615. coram Buratto, quæ est in recent. decis. 723. nu. 14. par. 2. et Greg. dicta decis. 7. num. 5. quæ est in Romana census de Carduccijs.*

18 Extende multò magis procedere, quādo pater non posset in dictis bonis vsum fructum habere, veluti quia d. pater illum capere prohibitus fuisset, iuxta terminos *authentica excipitur, C. de bon. quæ liber.* & veluti quoque dicitur de illis bonis, in quibus pater habet consortium proprietatis, *auth. de hæred. ab intest. venien. §. si igitur defunctus, vers. Si verò auth. item hæreditas, C. de bon. quæ liber. Ang. in §. Præferuntur num. 9. vers. et nota, et Rota ibi supra coram Buratto*, Immò nota, quòd nomen hæredis potest etiam intelligi de vsu-

vſufructu, quod tamen declara verum, quando vſuſfructus eſſet titulo hæreditario relictus, vel in eo, in quo titulus hæredis verificari non poſſet, niſi reſpe. ad ſolius vſusfructus, ſecus autem, quando quis haberet vſufructum à lege, vt eſt in patre in bonis filiorum, & propterea in dubio verba ſunt in potiori ſignificatu accipienda, & ſic hæres magis eſt præſumendus proprietarius, quàm vſufructuarius, vt fuit ita diſtinguendo dictum à *Rota per Buratt. in ſua decis.* 279. *nu.* 7. *cum ſeqq.*

19 Extende ſecundò, quòd Pater matris hæreditatem adire cenſeatur, filio iam delatam, quando dotem ad filium ſpectantem retinuit, vt ait *Surd. decis.* 140. *num.* 1. & 10. & ita fuit deciſum *in Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi* 17. *Iunii* 1609. *coram Papa XV. qua eſt inter recent. decis.* 259. *num.* 3. *par.* 2. quod enim eò magis procederet, quando retentio fuerit per plures annos, vt ait *Rota ibi ſupra, & ibi coram Buratto*, ſed eſt benè verum, quòd ſi aditio fuiſſet inconſultò facta, tunc filio daretur electio, aut eundi contra adeuntem, aut per reſtitutionem in integrum eſſet illi ſuccurrendum, etiam ſi inter creditores hæreditatis alij minores extarent, licet hæreditas eſſet quoque locuples, quia ſolus timor litium eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, vt ait *Rota per Greg. in ſua decis.* 91. *per totam*, & *Rota in d. decis.* 723. *num.* 14. *coram Buratto.*

20 Amplia tertiò, quòd ea etiam inducatur ex poſſeſsione rei hæreditariæ, vltra partem antea ſibi competeñ, veluti fuit deciſum in dicta *Romana cenſus de Carducciis coram Greg.* XV. & *Surd. dec.* 339 *num.* 18. & *Rota decis.* 638. *ſub num.* 2. *verſ. Quia fuit reſponſum par.* 2. *in recent.* & *per eundem Greg. dec.* 7. & *dec.* 98. & *ibi per addent.* & *per Buratt. in decis.* 523. Vndè ad id erit notandum, quòd ſi fideicommiſſarius fuerit hæres grauati, & bona fideicommiſſaria poſſideat, tunc in dubio titulo hæreditario poſſidere cenſetur, non autem ex cã fideicommiſsi, niſi doceat ſe poſſeſsionem legitimè accepiſſe, nempè iudicis auctoritate, & non propria, niſi tñ eſſemus in illis caſibus in quibus eã propria authoritate capere poſſumus, adeò vt tali caſu hæreditatẽ grauati adiuiſſe cenſeatur *Rot. dec.* 2. *n.* 1. *p.* 4. *nouiſs.* & *in Rom. Caſalis* 19. *Iunii* 1593. *coram Card. Mellino, et in alia Rom. de Marganis* 13. *Iunii* 1603. *coram eodem.*

21 Amplia quartò, aditionem quoq; induci ex ea poſſeſsione, quam alio titulo cæpiſſe, eſſet inconueniens, vt dicitur de fratribus ſuperſtitibus, qui ſi noluiſſent eſſe hæredes, bona de quibus agebatur, alteri ab inteſtato ſpectaſsent, quo caſu præſumitur dd. fratres poſseſsionem adiuiſse, ne alias dicerentur bona aliena iniuſtè retinuiſse, vt ait *Bart. in l. gent. n.* 20. *ff. de acquir. hæred. Anchar. conſ.* 252. *n.* 3. *verſ. Ad huius deciſionem*, & *Rota in Romana hæreditatis de Gabriellis Lunæ* 26. *Ianuarii* 1615. *coram Pamphilio, quæ eſt in recens. decis.* 638. *n.* 2. *p.* 2.

22 Amplia quintò, quando filius vltra legitimam aliquid retineret de pluri, quia tunc hæreditatem adiuiſse cenſetur, veluti fuit deciſum in *d. Romana cenſus de Carducciis coram Greg. XV. quæ eſt* 7. *in eius impreſs. idem in decis.* 371. *num.* 8. & *Magon. decis. lucen.* 61. *n.* 15. & *Rota in d Romana hæreditatis de Gabriellis, quæ eſt in recent. p.* 2. *decis.* 638. *n.* 3. licet *per Card. Caualer. dec.* 504. *n.* 4. dicat per retentionem bonorum defuncti aditionem non induci.

23 Nota ꝙ d. poſseſsio probatur ex diuiſione hæreditatis, vt ait *Papa Ludouiſius in d. decis.* 371. *num.* 8. quòd tamen declara procedere, quando diuiſio fuiſset facta iuxta formam teſtamenti; ſecus autem, ſi contra, vel prçter eam, vt fuit deciſum in *Albanen. debitorum* 19. *Iunii* 1579. *coram Card. Blanchetto.*

24 Extende, (vt iam dixi) d. ampliationem procedere, etiam in patre, qui cenſetur adiiſse hæreditatem maternam pro filiis, quando dotem filiis non reſtituit: & præſertim ſtante curſu plurium annorum, quibus dictam dotem retinebat, veluti fuit deciſum *in vna Ciuitatis Caſtelli fideicomm. Mercurii* 17. *Iunii* 1609. *coram Greg. XV. quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 421. *num.* 7.

25 Amplia ſextò, quòd aditio præſumatur ex locatione rerum hçreditariarum, & fructuum perceptione, veluti fuit deciſum in dictis deciſionibus *Romana cenſus de Carducciis*, & *Romana hæreditatis de Gabriellis coram Ludouiſio, & Pamph.*

Hh ſuperius

superius citatis, & in alia decis.98.n.2. ibi in annot.n.8. penes Greg.XV.& Rota dec. 495.n.2.p.1. in recent.

26 Fallit tamen primò, dicta ampliatio, quando locatio potuisset fieri alio titulo, & quòd de eo doceretur, vt decidit Rota in d.dec 7. penes Ludouisium, & decis. 32.num.3.& 4. in p.2.recent.& Card.Caual.dec.431.num.2.& 3.& seq.vbi locatio fuerat facta ab vno, vti administratore, Item fallit dicta ampliatio, quando quis esset dictorum bonorum vsufructuarius, quia tunc talis tanquam hæres locando id, citra nomen hæredis proprietarij fecisse diceretur, & sic iste actus aditionem non induceret, quia vsufructuarius dicitur dominus, itaut ille veniat appellatione domini, cum ius in re habere dicatur, vt fuit dictum à Rota per Burat. dec.207.num.septimo,& sequentibus & per Card. Caualer. decis.431. num.2. & 8. & dec.452.num.2.

27 Amplia septimò, quòd aditio hęreditatis fiat, quando quis facit, seu vocat se dominum rei hæreditariæ, veluti in locãdo, seù alio modo de rebus hæreditarijs contrahendo, vt ait Rota ibi supra in dicta decis.7.penes Greg. XV. num. 2. & in alia decis. 98. penes eundem ibi in addit. num.8. & Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.12.tit.12.num.11.& Rota in recent.p.1. decis.495. num.2.vbi dicitur, id multò magis procedere, quando locatur res, vti propria, & cum assertione, eam ad ipsum spectare, quia tunc non esset opus probatione aditionis hæreditatis, ait Menoch.de adipiscen.remed.4.num.676.& facit decisio Buratti 279. num. 1. cum sequentibus.

28 Amplia octauò, quòd aditio præsumatur ex contractu inito super re hæreditaria, etiam si in minimo contractus existat, veluti fuit decisum in Romana prætensa hæreditatis Lun.10.Martii 1603 coram Papa Greg.XV. quæ est in eius impresi.decis.98.num.3.& Rota in d.decis.32 num.4.par.2.recent.Cæsar de Grasi. decis. 161.num.12.& 13. cart.186. vbi declarat id procedere, quando est clarum, quòd ille actus non poterat fieri citra nomen hæredis; alias secus idem Cæsar de Gras. d.dec.161. n. 12.&13.

29 Contrariũ licet teneant Laderch. Imol. cons.3.n.5.vers.Quinimmò, & Menoch.in cons.772.sub n.12. licet loquantur de solutione, vt mox dicam.

30 Extende, hanc secundam opinionem procedere, etiam in exactione fructuum, quando ea esset modica, Rota diuers. decis.362.num.8.p.1. quia tunc ex ea aditio non inducitur, vt ait Rota ibidem, licet prima opinio mihi videatur verior, & prę sertim, si illud exactũ in vsus improprios conuertatur, vt fuit dictum à Rota per Accoromb.dec.22.lib.2. in manuscript. & in Maceraten.bonorum 5.Iunii 1602. coram Iusto, Alex.cons.37.num.1. lib.3.Paris.cons.16.num.41.lib.2.Natt.cons.180.n. 12.lib.1.Card.Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.12. tit.12.num.13.& Rota per Buratt. in sua dec.279.num.19. secus tamen veniret dicendum, quando fructus prædictos ad creditum alterius poneret, quia tunc ex huiusmodi actu aditio hæreditatis nõ induceretur, vt fuit dictum à Rota per Card.Caualer.decis.431. num.6.

31 Amplia nonò, quòd aditio inducatur ex possessione rei hęreditariæ, veluti fuit decisum in dicta Romana census de Carducciis, & in alia Romana prætensa hæreditatis Luna decima Martii 1603. coram Greg. Decimoquinto, quæ est in eius impresi. decis. 98. num. 1. & Mantic. decis.245. num. 11. & Faber. decis. 1. C. de reb. hæred.

32 Extende, id quoque procedere, etiam si possessio fuisset capta de re modica hæreditatis, vt ait Rota decis.362.n.8.p.1.diuers.& Magon.in decis.148. n.5. ait idem Florentiæ seruari; alibi vero secus, vt ait d.Magon.in dec.10. n.46.

33 Limita tamen, dictam nonam ampliationem esse veram, dummodo non constaret de alio legitimo titulo posidendi, vt ait Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib. 12. cap.12.num.8. vbi aliæ tres limitationes habentur, Surd. cons. 456. num. 32. vbi ait quòd docto de alio titulo posidendi, tunc ex possessione aditio non infertur; Vrsill.ad Afflict.decis.372. n. 7. & fuit ita dictum in Romana aditionis hæreditatis 9. Nouembris 1610. coram Penia, & in alia Anconitana censuum 30. Aprilis 1621. coram Buratto, quæ est in eius impres. decis.523.num.1. & prius in dec.207.nu. 2.& seqq.

34 Licet sit benè verum, quòd ad docẽdũ de titulo, non potest allegari ille fideicõ-

missi

missi ad excludendam aditionem, quia illius possessio nō pōt propria authoritate capi, sed bene illa iudicis, vel de manu heredis capi debet, veluti fuit decisū in *Romana Casalis 16. siue 18. Iunii 1593. coram Card. Mellino, Puteus decis. 3. de testam. & in Romana de Margants 13. Ianuarii 1603. coram eodem Cardinali Mellino, quæ est in nouiss. decis. 2. in 4. par.* vbi ait, quòd secus esset, qñ de purificatione fideicōmissi constaret, vel fideicommissarius vniuersalis existeret, quia tunc propria authoritate possessionem validè capere posset, vt ait *Rota ibi supra*, veluti etiam, quando essemus in secundo fideicommissario, qui potest propria authoritate possessionem capere, quemadmodum dicitur de herede, qui propterea in dubio semper præsumitur, vti talis, non autem vti fideicommissarius possessionem capere, vt fuit dictum in illa *Romana Casalis coram Mellino*.

35 Rursus limita non procedere, quando essemus in hæreditate iacente, veluti quia nullus hæres adesset, à manu cuius posset bonorum possessio capi, vt requiritur, veluti eodem modo diceretur, quādo fideicommissarij vna cum defuncto pro indiuiso possidebant, quia tunc propria authoritate possessionem capere possunt, absque periculo alicuius vitij, *Rota decis. 115. sub num. 9. vers. Occupatio p. 1. in recentioribus, & in Romana de Santa Cruce 23. Maii 1608. coram Cardinali Sacrato, & in Antonitana Census 24. Ianuarii 1618. coram eodem, Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 7. titulo 6. num. quinto, Lancellot. de attent. par. secunda cap. 4. limita prim. num. 80. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 138. num. 36. Menoch. qui plures allegat de adipiscend. remed. 2. num. 66. Peregr. de fideicommiss. art. 47. num. 11.* Rota *decis. 565. num. 1. par. prima diuers. Argel. de leg. contra d. quæst. 10. ar. 14. nu. 207. vbi latè, pulchrè ait Rota inter crimin. Farinac. decis. 140. num. 1. & 2.* sed quomodo, & quibus modis talis restitutio fieri debeat, vide Simon. *de Pratis lib. 5. vlt. volunt. interpret. prima dubit. 3. num. 84. chart. mihi* 496. & Zuccard. *in l. fin. C. de edito diui Adr. toll. num. 213.* & ista restitutio est duplex, aut realis, aut verbalis, ait *Peregr. de fideicommiss. art. 2. num. 53.* vbi dat modum illam faciendi, quem per te videre poteris. Sed si vis hic obiter scire, quomodo fideicommissarius pro obtinendis bonis, quæ illi ex testamento hæres grauatus restituere tenetur, se gerere debeat, & qua via vti possit, erit distinguendū hoc modō, cum ad id plura remedia concurrere possint, & Primo datur interdictū Quorum bonorum, Quorum legatorum & remedium, *l. fin. C. de Edict. Diu. Adria. tollend.* Item Saluianum interdictum, vt ait *Peregrini de fideicom. artic. 46. in princ. Menoch. de adipiscend. possess. in primo, secundo, & quarto, remed. Fusar. de substitut. quæst. 691. num. 12. cum seqq. & Rota in Romana de Stocchis Lunæ 9. Martii 1598. coram Gipsio, & in decis. 794. num. quinto par. prima in recentioribus.*

Vndè quando fideicommissarius huiusmodi remedijs experiri intendat semper immissionem petere debet, quia sunt propriè remedia adipiscendæ possessionis, vt dicunt DD. & *Rota superius allegat.* Secundo competunt fideicommissarijs actiones ordinariæ, nempè personalis ex testamento, realis, & hypothecaria, vt est *text. in l. secunda, C. comm. de legat. latè Peregr. de fideicomm. artic. 45. num. 13. 18. & 33. Fusar. de substitut. quæstio. 611. num. primo, secundo, & decimo*, Sed isto casu fideicommissarius petere non debet immissionem, sed solum instare potest, possessorē condemnari ad restitutionem rei fideicommisso subiectæ, sed tamē via ordinaria agere debet, vt ex Doctoribus mox allegādis rectè probatur. Tertio loco, præter prædicta remedia, habet, quoque aliud fideicommissarius, quod est executiuum, per quod instare potest, vt hæredi fiat præceptum, de restituendis rebus fideicommisso subiectis, & pro adimplenda testatoris voluntate, iuxta disposita in testamento, & quando hoc remedio vtitur, tunc non tenetur immissionem petere, vt fit in prædictis possessoriis remediis, nec minus via ordinaria agere debet, vt fit in actionibus in secundo loco deductis, sed benè via executiua per eum procedi potest, in tantū quòd, si hæres, cui sit factū illud præceptū, nihil quod releuet allegauerit, vt potè contra testamētū, siue cōtra psonā fideicōmissarii, aut quo alio modo illius intētionē excludat, tūc executiuè eum iudex cogere debet ad relaxationē eorū bonorū, quę fideicōmisso

esse subiecta, fuerit probatum, veluti hoc modo distinguendo post *Angel. in §. illud, auth. de hæredit. & falcid.* benè declarat. *Gulielm. Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verbo, si absq. libris nu. 193. & seqq. de testamentis Simon de Prat. de interpretat. vlt. volunt. fol. 533. num. 144. & 152. & in cons. 177. num. 55. cum seqq. lib. 1. Fusar. de substitut. dicta quæst. 611 num. 17. Becc. cons. 17. num. 6. cum seqq. vbi de communi, Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 23. & Boer. decis. 295. nu. 12.*

Sed si forte bona restituenda non extarent, ita vt eorum præstatio fiat impossibilis, tunc nota, quòd eadem via executiua eorum æstimatio petitur, & rectè hæc petitio disiunctiuè concipitur, si præcipiatur bona relaxari, alias eorũ æstimationem præstari, vt latè comprobat *Simon de Prat. in præcit. loco fol. 534. num 170, cum seqq.* & quòd in casu bonorum alienatorum possit loco rei, pretium peti, tradit latissime *Peregr. de fideicommiss. quæstione 47. articulo secundo num. octauo, & sequenti.*

36 Amplia decimò, quòd aditio hæreditatis inducatur ex solutione debitorum defuncti, veluti fuit decisum in *dicta Romana prætensæ hæreditatis, quæ est in impressis Papæ Ludouisii 98. num. quinto, & in Romana hæreditatis de Gabriellis 26. Ianuarij 1615. coram Card. Pamphilio, quæ est decisio 638. in recentioribus parte secunda num. 5. Surd. decis. 303. num.* 10. & Rota *prius in decis. 82. par. 2. in recent.* & *Maynard. decis. 23. lib. secundo, & Coccinus decis. 168. num.* 1. & *Rota in alia Romana hæreditatis de Gabriellis 16. Martii 1626. coram Pirouano, et nouissimè Gratianus libro tertio disceptationum cap. 468. num. 79.* vbi ait id sine difficultate transire, quando aliæ præsumptiones pro eorũ admixtione in hæreditate testatoris concurrerent, quæ eũdem probationem facerent, vt talis admixtio ex alio titulo, quàm testamentario fieri non posset; & in dubio ille, qui se hæreditati immiscit, scientiam testamenti habere præsumitur, nec non illius qualitatis, & præcipuè in nuncupatiuo, ob consuetudinem illud publicandi mortuo testatore incontinenti, & id eò magis procederet, quando essemus in hærede sanguine coniuncto testatoris, & cum eo habitasset, dum ægrotauit, nec non testamentum coram testibus domesticis testator condidisset, *vt dicunt Baldus, Alexander, Castr. Surdus, Aym. Gozad. Roland. et alii allegati à Gratiano in præcitato loco num. 79. et seq.* qui de magis communi opinione testantur.

37 Extende idem etiam procedere in eo, qui se offerret soluturum debitum hæreditarium, vt ait *dictus Surd. decis. 317. num. 3.*

37 Contrariũ tamen dicit *Carthan. in sua decis. 30.* vbi ait, quòd si filii obtulissent soluere de bonis hæreditariis, non per hoc probare se hæredes, sed illos esse talesper aduersarium, alio modo erit probãdum, & re vera ille modus non mihi videtur sufficiens pro aditione, quia potest esse, quòd aut ex vrbanitate, siuè ad faciendam rem gratam amico, vel alio modo indigenti, id dixerit, vltra quòd hæc verba, vti curialia non obligant vnum, & præsertim in actu, in quo solus animus non sufficiat, nisi etiam facto fuerit declaratus, veluti superius fuit dictum, deinde poterat etiam in hoc penitentiã intercedere, quia actus voluntarij non plus ligant, quàm voluntas sit, vt dixi in verbo actus. Et præsertim, quando hæreditas non esset delata, vt mox dicetur.

39 Limita tamen dictam ampliationem decimam non habere locum, etiam quando solutio esset facta, sed de modico, quia tunc ex ea aditio non resultaret, vt ait *Laderch. in cons. 3. num. 5. vers. Quinimmò,* & *Menoch. in cons. 722. sub num. 12. superius allegati,* veluti neque ea resultaret, quando quis fructus ad alterius creditum poneret, *vt ait Card. Caualerius decisione 431. num. 6.*

40 Amplia vndecimò, quòd aditio dicatur facta ex cessione iurium hæreditariorum, vt ait *Surd. decis. 70. num.* 11. & tunc potest à creditoribus hæreditarijs hæres conueniri, *Ant. Faber. decis. 20. C. de iur. deliber. & Franch. decis. 32. nu. 10. qui Franch. in decis. 60.* ait quòd ius adeundi cedi non potest, vt mox dicetur.

41 Quam quidem ampliationem extende multò magis procedere in eo, qui hæreditatem donaret, vel renunciaret alteri, vt

ait idem *Surd. in decis. 38. nu. 25. Menoch. consi. num. 489. & Mascard. de probat. concl. 44. num. 1. & seqq.*

42 Et licet contrariũ dicat idem *Surd. in d. dec. 70. n. 3.* tamen sub num. 11. firmat primam opinionem esse veriorem; & ratio est, quia vnus non potest renunciare id, quod prius non habebat, quia non entis nullæ sunt qualitates; & propterea opus erat, vt eam prius adiret, vt postea de ea disponere valeret, veluti ex iuribus ibi per *Surd. & alios* DD. *allegatis* probatur, & veluti in sequenti ampliatione dicetur.

43 Amplia duodecimò, quòd aditio necessariò inducatur ex dispositione, seu venditione rerũ hæreditariarum, quando tñ erat delata hæreditas, immò id tunc haberet locum, etiam si ille esset creditor, qui disponit, vt ait *Put. decis. 437. lib. 1. & Rota apud Card. Ludouisium, postea Greg. XV. decis. 371.* & *Rota decis. 447. par. 1. Putei.*

44 Et ratio est, quia hæres, qui erat creditor, quando disponit, vel aliud gerit, semper potius præsumitur, vt agat vti hæres, quàm vti creditor, vt ait *Rota per Papam Ludouisium in decis. 32. in recent. p. 2.* & *in eius impress. est decis. 7. num. 7.*

45 Contrarium tamen esset, quando præsertim hæreditas esset damnosa, vt ait *Franch. in sua decis.* 80. quia tunc per venditionem non inducitur aditio, & eò minus, si creditor illud alia ratione facere potuerit, quia tunc etiam, si post adeptam possessionem, suum creditum non soluerit; nihilominus hæreditatem adiuisse non præsumeretur, *Rota per Cavaler. dec. 504. num. 4.*

46 Extende hanc secundam opinionem in tantum procedere, quòd actus, qui fit ab eo, qui hæres esse potuit, si habet respectum ad factum proprium, & ad hæreditarium, tunc in dubio præsumitur factum nomine proprio, veluti quoque dixi supra in verbo Actus, & *Rota decis. 365. p. 1. diuers. allegata a Riccio in sua Collect. 556 p. 1.* vbi ait quòd actus semper potius ab vno, vti extraneo, quàm, vti hærede, gestus præsumitur, & præcipuè, si alia ratione, quàm titulo hęreditario, id facere potuerit *Card. Caualerio decis. 504. num. 6.*

47 Subextẽde, q immò in hoc statur iuramẽto illũ actũ facientis, an scilicet eũ, vti hæredẽ fecerit, nec ne, vt ait *Mascard. de probat. concl. 44. n. 17.* & absq. difficultate prędicta procederent, qñ ille protestatus fuisset velle suum creditum recuperare, vt ait *Rota per Caual. dec. 431. num. 7.*

48 Amplia Decimòtertiò, quòd hęreditatis aditio inducatur, ob responsionem positionibus factam, per verba (credo esse hæredem) vt ait *Surd. in decis. 17. num. 10.* veluti è conuerso, etiam dicitur de eo, qui dixit, Nolo esse hæredem, vt ait *Menoch. in consi. 186. nu. 13.* vbi multa de hac materia ait, per te videndus. Rursus ea pari modo inducitur ex visu testamenti, per quem, quis hæreditatem adiuisse censetur, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 1407. n. 4.* & pręsertim, quando de aliorum aditione non constaret, veluti in dubio, alios hęredes extare non pręsumitur, nisi id ab allegante probetur *Rota ibi supra.*

49 Amplia decimòquartò, quòd ea inducatur etiam, ob constitutionem procuratoris ad adeundã hęreditatem iuxta *text. in l. Per procuratorem, ff. de acquir. hared. Marant. in l. Is potest num. 48. ff. eod. tit. & ita fuit decisum in vna Rom. hæredit. 4. Nouembris 1585. coram Card. Blanchetto, Franch. decis. 60. n. 5. & Rota per Bursat. in sua decis. 353. num. 1.* & præsertim quando in mandato procuræ adessent verba (Acceptauit, & acceptat) vt ait *Rot. ibi sup.* & *per Card. Caualer. dec. 244. num. 2.*

50 Extende ampliationem prædictam procedere, etiam in reuocatione procuratoris à defuncto instituti, per quam hæreditas adita præsumitur, veluti fuit decisum à *Rota in Beneuentana census Lunæ 13. Iunii 1594. coram Corduba, quæ est apud Cincium de censibus decis. 211. numero sexto.*

51 Declara tñ, quòd iste actus aditionis hæreditatis, nõ potest per procuratorẽ explicari; quia hęres ipse debet esse certus, ex quo iure ei deferatur hęreditas; an scilicet sibi tanquam agnato, vel cognato; seu potius ex testamento, vel ab intestato, vt dicunt *Bald. consi. 142. lib. 3.* & *Alex. consi. 121. col. 3. lib. 1. & ita fuit decisum in Vrbeuetana legati Ven. 28. Octobris 1587 coram Card. Blanchetto,* & postea in alia *Romana dotis Lunæ 8. Martii 1610. coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 460. num. 3.*

52 Quã enĩ declarationẽ amplia procedere, etiam in Tutore, per quem hęreditas adiri

non potest, sed per ipsummet hæredem iuxta doctrinam *Cephal. in consi. 316. nu. 32. lib. 3.* Immò neque etiam per procuratorem, etiam speciale mandatum habentem per *text. in l. Paulus respondit ff. de acquir. hæred. allegatus ad hunc effectum à Rota per Gregorium in sua decis. 460. num. 3.*

53 Contrarium, quòd scilicet sola tutrix possit pupilli nomine hæreditatem adire, fuit decisum *a Rota in Viterbien. fideicommissi Lunæ 5. Aprilis 1604. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 168. nu. 2.* quæ enim opinio est magis veritati consona, quia non potest iste actus, per pupillum explicari; nam cum ea, quæ videt ignoret; idcircò debet eius iudicium per tutricem suppleri, vt ait *Rota per Buratt. decis. 82. num. 8. & 12.* & sic ego credo, quòd istæ opiniones possint hoc modo concordari, nempè vt prima procedat, quando per principalemmet, posset iste actus explicari; veluti quia esset habilis ad hunc actum explicandum; secunda verò, quando secus: siue etiam quando hæres non esset præsens, pro adeunda hæreditate, sed in longinquis partibus extaret, quia tunc regula intraret, vt impossibilium nulla sit obligatio, & in omnem euentum mandatum debet esse speciale, vt ait *Rota. per Card. Caualer. decis. 272. num. 4.*

54 Amplia decimòquintò, conclusionem procedere ēt ex sola actione super hæreditate mota, ex qua aditio hæreditatis inducitur, vt ait *Text. in l. Si filius ff. de vulg. & pupill. Zuccard. in l. fin. num. 202. C. de ed icto diu. Adrian. tollen.* & ita *fuit decisum in vna Prænestina hæredit. 4. Nouembris 1581. coram Cardinali Blanchetto.*

55 Limita tamen primò dictā ampliationē non procedere, quando essemus in eo, qui sine certa solemnitate adire non potest, quia tunc ex illa actione, per eum mota, aditio non inducitur, vt dicunt DD. & *Rota ibi supra coram Cardinali Blanchetto.*

56 Limita secundò, quando protestatio præcessisset super eò, quòd adire non intendebat, quæ enim operatur, vt actus de sui natura aditionis inductiuus, eam non inducat, vt pulchrè ait *Surdus decis. 154. in fin.*

57 Contrarium licet crederem in sui præiudicium, quando protestatio esset de directo contraria facto, quia tunc non operatur ad fauorem protestantis, iuxta ea, quæ dicam in verbo protestatio, & est *decis. Card. Seraph. 1343. per totam* Alias quis agere posset ad caput saluum, quod enim in contractibus inconueniens videtur, veluti dicam in verbo Vsura.

58 Amplia decimòsextò, quòd hæreditatis aditio censeatur inducta, etiam ex verbis enunciatiuis, quem esse hæredem, vt ait *Bart. in l. Gerit sub num. 14. ff. de acquir. hæred. Ias. in l. Ex his verbis C. de testam. milit. sub num. 8. vers. 8. limita,* & *ita fuit decisum in dicta* Romana *dotis, quæ est apud Gregor. XV. decis. 460. num. 1. Caesar de Graß. decis. 161. num. 2. & Mantic. decis. 355. num. 8.* veluti; quando quis, vti hæres denominaretur in aliquo actu iudiciali, vt fuit dictum *à Rota per Buratt. in decis. 279. num. 2:* vbi ait, idem quoque procedere ex productione articulorum, in quibus, se hæredem fateretur, & alia prætenderet, quæ citra nomen hæredis, prætendi non possent, vt ait *Rota per Accoromb. decis. 22. lib. 2. in manu script.* & *in Maceraten. bonor. 5. Iun. 1602. coram Iusto.*

59 Limita tamen, & declara eam ampliationem esse veram, quando verba enunciatiua essent prolata ab eo, cui est delata hæreditas; & secus si à tertio, etiā, quòd esset legitimus administrator *Rum. cons. 113. num. 6. lib. 3. &* Rota *ibi supra in dicta decis. 460. num. 2.* & *Mantic. in dicta decis 355. num. 8.* & *pagina 563.* Et propterea videmus, quòd enunciatiua notarij dicentis aliquem esse hęredem, aditionem non inducit, veluti neque ex eo probaretur, si notarius diceret pro tali hęrede, quondam talis, comparuit idem citra, & cæt. & eò magis, si præcessisset declaratio in contrarium, à qua recessisse non præsumitur, vt fuit dictum *à Rota per Gregor. in sua decis. 207. num. 12. & 15. & ibi in addit. num. 19.*

60 Limita secundò, quòd enunciatiua hæredis, non inducit hæreditatis aditionem, quando is, qui enunciatur hęres potuit succedere ab intestato, vt ait *Rimin. Iun. cons. 204. num. 52. lib. 2. alleg. in vna Albanen. debitor. 19. Iunij 1579. coram Card. Blanchetto*, & ratio est, quia verba debent intelligi cum effectu, & sic hæ-

hæres debet intelligi, non solum ille, qui est verbis, sed etiam facto ipso, vt ait *Rota per Buratum dicta decis. 279. num. 2. & seqq.*

61 Amplia decimòseptimò, quòd hæreditatē adiuisse ille dicitur, qui alium hęredē fecit, & instituit in hæreditate, sibi delata vt ait *Menoch. in cons. 1. num. 490.* cum alijs ibi, per eum allegatis, quæ .n. hæreditas, quando est ab intestato delata, illius aditio facilius admittitur, vt ait *Rota per Papam Ludouisium in decis. septima num. 11.*

62 Amplia decimòoctauò, quòd aditio præsumatur ex solutione legatorum, veluti fuit decisum in *Tiburtina Census Veneris 4. Martii 1616. coram Vbaldo, quæ est apud Cincium de censibus decis.* 280. *num. 1. & Card. Serap. decis. 1407. num.* 4. & *Coccin. in decis. in eius impress.* 168. *num. 1.*

63 Amplia decimònonò, quòd veluti facilè aditio lucrosæ hęreditatis pręsumitur, ita facile fit è conuerso damnosę hæreditatis repudiatio: cum quilibet censeatur velle eius conditionem meliorare, non autem deteriorare, *Cæsar. de Graff. decis. 161. num. 8. cart. 186.* & *Rota decis.* 80. *num. 7. par. 1. diuers. & in decis. 460. num. 15.* & 16. *Papa Ludouisii*, & *Franch. decis.* 80. *num. 9. & prius decis. 60. num. 9. & 22.* & *Magon. decis. Flor.* 148. *nu.* 9. Sed in omnem euentum, hic erit notandum, quòd aditio non pręsumitur, ex eo, quia repudiatio non probatur, vt ait *Rota per Card. Caualerium decis.* 531. *num. 9.*

64 Amplia vigesimò, quòd ex actibus, tàm iudicialibus, quā extraiudicialibus, aditio hęreditatis probatur, veluti fuit decisum in *Viterbien. fideicomm. Luna 5. Aprilis 1604 coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 168 *num* 1.

65 Amplia vigesimò primò, quòd aditio hęreditatis, non solum potest probari ex actibus, qui eam necessariò inferunt; sed etiam ex illis, qui verisimiliter, & pręsumptiuè eam inducunt, veluti fuit decisum in *Romana census de Carduccis Veneris 27. Octobris 1600. coram Papa Ludouisio, quæ est decis. 7. in eius impressis num.* 8.

66 Amplia vigesimòsecundò, quòd aditio quandocunque, & indubitanter ex illis actibus inducitur, qui citra ius, & nomen hęredis fieri non possunt, vt ait *Surd. decis. 303. num. 11. & ita fuit decisum in Rom. pratensis hæreditatis de Caulis Luna 10. Martii 1603. coram Ludouisio, postea Gregor. XV. quæ est in eius impress. decis. 98. num. 4.* & *in recent. est decis. 82. par. 2.* & *Card. Seraph. decis. 816. num. 9.* & *Rota decis. 303. & 394. par. 1. in nouissi Iusti, et Card. Caualer. decis. 431. num. 1. et decis. 452. num. 1.*

67 Limita tamen, ampliationem prędictā non esse veram, veluti quando extrema essent actui ab hęrede facto contraria, vt puta, si quis diceret, ego adeo ex testamento; si illud valet; sed si non valet adeo ab intestato, vt ait *Bald. cons. 142. num. 3. lib. 3. Alex. cons. 121. col. 3. lib. 1. Anchar. cons.* 203. *Rimin. Sen. cons. 571. nu.* 165. & *ita fuit decisum in vna Vrbeuetana Legati 23. Octobris 1587. coram Card. Blanchetto, et in Albanen. administrationis 13. Nouemb. et 15. Decembris 1582. coram eodem.*

68 Sed ad id dignoscendū, qn̄ scilicet actus sint aditionis inductiui, & quando non, sciendum erit, quòd actus in aditione hæreditatis, vel sunt necessarij, vel indifferentes, necessarij sunt, qui citra nomen, & ius hæredis fieri non possunt, veluti quando (verbi gratia) quis locaret pręd ia hæreditaria, vel ea insolutum hæreditarijs creditoribus daret, & similia faceret, vt superius dictum fuit, Indifferentes verò illi dicuntur, qui possunt esse hęreditarij, vel non, veluti quando quis inhabitaret domum communem, quam ille prius inhabitare solebat, sepellire defunctum, & alios similes actus faceret, vt inferius dicetur, quia actus, pręsertim sepeliendi mortuos, vti pius ad omnes spectat, iuxta tradita per *Mascard. de prob. conclus. 44. num. 20. et 21.*

69 Et propterea videmus, quòd aditio hęreditatis necessariò non infertur ex actu possessionis, quia sufficit possibilitas possidendi ex alio titulo, vt ex supradictis demonstratum est, & veluti ait *Rota in decis. 32. in secunda par. recent.* Sed est bene verum, quòd de illo venit docendum.

90 Vndè, ex illis ergo primis actibus necessarijs, aditio hæreditatis necessariò inducitur; ex indifferentibus autem, nunquàm

quam, & hęc sufficiant ad facien. scire, quòd aditio hæreditatis potest expressè, & ex coniecturis induci *Natt. cons.* 448. *Menoch. de adipiscend. poss. remed.* 4. *num.* 676. *& seqq. & ita fuit decisum in Regien. bonorum* 27. *Nouembris* 1597. *coram Card. Blanchetto*, & *Coccinus in sua decis.* 285. *num.* 1. vbi animaduertit quòd renunciatio, ante delatam hæreditatem fiat; repudiatio verò post.

71 Limita tamen, & declara primò principalem conclusionem non procedere, & sic, quòd hæreditatis aditio non præsumatur ex eo, quòd frater possideat rem per prius communem, cum alio fratre, nisi tamen dicta hęreditate fratris vtatur vti Dominus totius, veluti fuit decisum à *Rota in dicta Romana census de Carduccijs Veneris* 27. *Octobris* 1600. *coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impress. dec.* 7. *n.* 6. & *quæ est in recent. in d.* 2. *par. decis.* 32.

72 Extende id, etiam procedere in filijs, qui possiderent domum paternam pro dotibus maternis, cuius enim retentio est eis licita tali casu, absque quòd aditio per eos inducta dicatur; & id procedit etiam quòd domus possessa pretium dotium excederet, quia non potest domus pro parte possideri, nec precisè pro concurrenti quantitate inhabitari, vt pulchrè ait *Rota Genuen. Flam. cart.* 124. & veluti dicam inferius sub *num.* 93. & quod per solam bonorum retentionem aditio non inducatur, ait *Rota per Caualer. in dec.* 504 *num.* 4.

73 Extende secundò, quòd neq; ēt filius adiuisse dicatur, si verbi gratia, solueret suum debitũ primipilare, ad cuius enim solutionẽ ipse tenetur, etiam si non sit hæres: primipilaris ašit hæres ille dicitur, qui honorem primipili gessit, & olim erat primipilus primus centurio, qui in prima acie militibus pręerat, hodie verò accipitur pro administratore militaris annonæ, quę primipili centurionibus mandabatur, vt eam annonam suis militibus pręberēt, eosque benè curatos Reipublicę, cum vsus foret prębstarent, vt videre est in lexicon iuris, in hoc eodem verbo, vndè iste actus soluendi primipilare, cum dicatur factus citra nomen hęredis, idcircò ei, quoad aditionem non nocet; secus autem (vt supra diximus) si heres simpliciter inhabitaret domum, & creditoribus patris solueret, vel alias solutiones ad hęredem spectãtes faceret, quia istis casibus immixtionem in hęreditate induxisse diceretur, vt optimè ait *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 733. *num.* 2. & *seqq. cum ibi alleg.*

74 Extende tertiò, quòd nec minus filij faciunt se hęredes, si verbi gratia, obtulissent creditoribus, de bonis hæreditarijs soluere; sed eos verè esse tales, per allegã. tem contrarium erit probandum; aliàs ad aliquid soluendum conuenni non poterunt, vt ait *Carthar. in sua decis.* 32. *Surd. decis.* 154. *num.* 17. *& Rota in vna Marsilien. pecuniaria* 29. *Ianuaris* 1607. *coram Card. Lancellotto Iuniore.*

75 Contrarium licet teneat huic extensioni *Surd. decis.* 317. *num.* 5. vbi ait quòd ille, qui offert se soluturum debitum hæreditarium, hæreditatem adire censetur.

76 Sed primã opinionẽ ego teneo esse verã: quia potest esse quòd soluens non vti hęres, sed vti extraneus soluere promiserit, vel ꝙ postea soluere pęnituerit, aut quòd solutionis promissio fuisset de modico, vt superius diximus; & propterea *Mascard. in dicta conclus.* 44. *num.* 17. ait quòd statur iuramento illius, si illud fecerit vti hęres, an nõ, & ratio ea est, quia actus aditionis inductiuus debet esse certus, & non ęquiuocus, vt ait *Rota per Greg. dec.* 165. *n.* 1. aliàs faceret illa regula, non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, & præcipuè, vbi in hęreditate penitus damnosa versaremur, *vt ex mente Rota dixi supra sub num.* 63. *& veluti mox dicetur sub num.* 79. & *num.* 81.

77 Limita secundò, quòd aditio non inducatur ex possessione, quę ad alium titulum referri potest; vt superius ostendi, quod tamẽ restringe procedere, quãdo de alio titulo possidendi doceretur, aliàs secus veluti fuit decisũ in *Rom. dot. lunæ* 8. *Martij* 1610. *coram Card. Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 46. *num.* 10. & multò minus ea inducta pręsumeretur, quãdo quis renũciaret ali quod ius, quod ab eo potuisset acquiri, vt ait *Rota per Card. Caual. dec.* 431. *num.* 5. & *Rota per Buratt. decis.* 207. *num.* 3.

79 Limita quartò in hæreditate, in qua nihil reperiatur, & sic in hæreditate damnosa, ac debitis implicita *Rota ibidem num.*

num. 15. & 16. & *Franch. decis.* 80. *num.* 9. quia nemo præsumitur velle suum iactare, & sic illius conditionem peiorare, vt ait Rota *decis.* 2. *de Caus. poss.* & *propr. Caßad. decis.* 3. *sub num.* 4. *de procurat.* & *Rota per Card. Seraph. dec.* 1397. *num.* 4. & *per Greg. decis.* 275. *num.* 3.

80 Limita quintò, quòd aditio non præsumitur, sed excluditur ex eo, quòd quis in iudicio nomine aliorum, vti heredum eiusdem hereditatis simpliciter compareret, absque aliqua preseruatione, veluti fuit decisum in *Romana hereditatis de Cancellarijs Mercurii* 5. *Maii* 1604. *coram Greg. XV. qua est in eius impress. decis.* 165. *num.* 3.

81 Limita sextò, quòd ea non solum non inducatur ex actu dubio; sed immò de adeuntis animo debet liquidè constare: aliàs actus dubius, & æquiuocus non probat, aliquem esse heredem *l. pro herede in princ. ff. de acquir. hered. Aret. cons.* 23. *num.* 11. *vers. secunda ratio est*, & *Rot. ibi supra in dicta dec.* 165. *coram Gregor.* XV. *num.* 2. & *Sued. dec.* 367. *nu.* 8. & *Magon. decis. Flor.* 64. *n.* 33. & *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 706. *num.* 34. & *Mascard. Conclus.* 44. *num.* 20. *et seqq.*

82 Limita septimò, quòd veluti ex actibus, qui non potuerunt fieri citra ius, ac nomen hæredis, inducitur hereditatis aditio, ita clarè excluditur ex illis actibus; qui alio iure, quàm hæreditario fieri potuerũt, veluti fuit decisum in *dicta Romana dotis coram Greg. XV. qua est in eius impress. decis.* 460. *num.* 6. *et Franch. dec.* 80. *num.* 10. *et* 40. *et Card. Cauaier. dec.* 431. *num.* 1. *et dec.* 452. *num.* 1.

83 Limita octauò, quòd ea non inducatur ab eo, qui non habuit animum adeũdi: quia actus nunquam operatur vltra intentionem agentis, *Surd. decis.* 154. *n.* 20. *et Put. decis.* 507. *num.* 2. *lib.* 2. *et Coccin. in decis.* 318. *in fine*, & propterea in hoc esset standum iuramento adeuntis, si voluerit adire, vel non, vt ait *Mascard. conclus.* 44. *num.* 37. *et veluti superius dixi sub num.* 47. Quinimmò, nedum circa aditionem hereditatis statur in dubio declarationi heredis; verùm etiam illi heredis heredis, vt ait *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. li.* 12. *tit.* 12. *num.* 26. *Tiraquel. de retract. lign.* §. 36. *glos.* 7. *num.* 3. *Aym. cons.* 197. *num.* 4. *Corn. cons.* 77. *n.* 7. *lib.* 3. *Alex. cons.* 126. *num.* 4. *lib.* 7. *Cas. de Grass. decis.* 11. *aliàs* 161. *n.* 1. *de testam.* & nota quòd huiusmodi declaratio, tanquam à solo animo pendens, potest fieri quandocumque vt fuit dictum à *Rot. in Rom. hæreditatis, seu paragij dotis luna* 20. *Nouembris* 1617. *coram Buratto*, *et* Card. *Caual. dec.* 452 *num.* 1.

84 Limita nonò, quòd actus de sui natura hæreditatis aditionem inductiuus, eam non operatur, quoties protestatio præcedat, quòd scilicet ille adire non intendebat; & ratio est eadem, quæ in præcedenti limitatione fuit assignata, & vt ait idem. *Surd. ibi in d. decis.* 154. *num.* 25. *Verall. decis.* 64. *par.* 2.

85 Sed tu vide tamen in ampliatione 15. *vers. Contrairum*, vbi habebis id iudicio meo in contrarium contingere posse.

86 Limita decimò, quòd aditio hæreditatis non inducatur, quando quis per errorem adiuit, & ratio est, quia, qui errat non consentit, & eo casu *l. fin. C. de iur. deliber.* locum non habet, *vt ait Rota per Put. in decis.* 421. *num.* 1. *lib.* 3. & *prius in decis.* 404. *eodem lib.* 3. quod amplia procedere, etiam in aditione, quando est simulata, vt ait Rota *per Verall. in dec.* 68. *par.* 2.

87 Et propterea omissio inuentarij heredi non nocebit, quando aditio detegeretur erronea, & sic vltra vires non teneretur, *vt ait Put. ibi supra num.* 1. & ratio est, quia, qui errat non consentit, vt iam dixi.

88 Quam enim limitationem declara procedere, siue error in quota, siue in corporibus existat, dummodo tamen ille error ex parte instituti, ex facto tamen ipsius testatoris, proueniat, *Caputaq. decis.* 68. *num.* 2. *par.* 2. *idem quoque ait Put. ibi supra num.* 2. & ad hoc nota, quòd quãdo aditio hereditatis erit nulla, tunc non est necesse, quòd in impetratione gratiæ de ea vlla mentio fiat, *vt ait Rota in dec. diuers.* 313. *num.* 4. *lib.* 3. & ratio prædictorum est, quia verba, siue actus debent intelligi cum effectu, vt fuit dictum, *à Rota in præallegata Rom. hæreditatis coram Buratto.*

89 Declara, quòd nec hæres eo casu tenetur ad aliquod factum defuncti, vt ait *Put. d. decis.* 404. *num.* 3. *lib.* 3.

90 Contrarium autem, si hæres adiuit hæredi-

reditatem, cum clausula omnibus melioribus modo via, &c. quia tunc amplius errorem in aditione allegare non posset, *Dec. in cons.* 14. *et idem in cap. cum super num.* 39. *de offic. deleg. et ita fuit decisum in Rom. donationis* 6. *Mart.* 1581. *coram Card. Blanchetto*.

91 Limita undecimò, quòd per solam inuentarij confectionem adire nō censetur, quia actus confectionis inuentarij est dubius, cum illud ad recognoscendum vires hæreditarias fieri permittatur, vt ait *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 101. *num.* 94. *lib.* 4. *et Franc. Marcus in decis.* 29. *par.* 1. & *Doctor Marta in decis. Pisan*, 134. & *Rota decis. nouiss.* 692. *parte* 3. *lib.* 3.

92 Declara tu tamen, hanc limitationem esse veram, quando hæres simpliciter inuentariū fecisset; quia tunc per illud verus hęres non diceretur; at secus, si vti hęres illud confecisset, & à notario pro tali fuisset descriptus, quia tunc etiā, si ipse non se nominasset hæredem, nihilominus hæreditatem adiuisse censetur, vt ait late *Mascard. de probat. conclus.* 45. *num.* 4. *par.* 2. & ratio istius declarationis est, quia illa denominatio à notario facta, de consensu partium facta præsumitur; & pręsertim, quando partes erant præsentes, *Rota apud Gregorium Decimum Quintum, decis.* 7. *num.* 4.

93 Limita duodecimò, quòd non inducatur aditio, per quemcunque actum, existente tamen protestatione, per hęredem institutum facta, de non volendo adire, *vt ait Verall. decis.* 64. *par.* 2. & dixi superius ex mente *Serafi in decis.* 154. *num.* 25. *vers. Limita* 9. *sub num.* 84. Secus autem, si protestatio fuisset specialiter per protestantem reuocata, quia tunc illa amplius aditionem non impediret, vt ait *Franch. in decis.* 80. *nu.* 10. vbi subdit, quòd tacita reuocatio primam protestationem de non volendo adire, nō tolleret, sed ea specificè reuocari deberet.

94 Limita decimòtertiò, quòd aditio non censeatur facta, quando filius possideret bona paterna pro matris dote, *vt ait Faber. in decis.* 9. *C. de reb. hæred.* & sic qñ alia causa possidendi assignari posset, vt superius bene deduxi, secus autem; si essemus in casu vbi filius dotē maternā retinuisset, quia tunc ex ea retentione inducitur aditio; & pręsertim; si retentio fuit per plures annos, *vt ait Magon. dec. Flor.* 148 *num.* 11.

95 Limita decimoquartò, quòd ex sola aduersarij confessione hęreditas adita non censetur, quia posset esse erronea, *vt dixi sub num.* 86. & per consequens nulla; *idem Faber. in decis.* 7. *eodem tit. C. de repud. hæred.* quē admodū nec inducitur aditio per quętelam de expilata hęreditate, *vt ait idem Faber. in decis.* 14. *eodem titulo*; & ratio est, quia id potuit facere, tanquam vnus de populo.

96 Limita decimosextò, quòd aditio non inducatur per venditionem bonorum, ac rerum hęreditariorum; vt ait *Franch. in decis.* 8. & *Marta Rota Pisan. decis.* 233. Contrarium licet dixerim supra in duodecima ampliatione ex mente *Rota Romana*.

97 Concordari tamen possunt opiniones istæ, vt scilicet prima procedat, quando quis venderet rem non vti Dominus, sed quia erat peritura, secunda verò procedit quando è contra, vt optimè colligitur ex illa *decis.* 80. *nu.* 1. & 4. *Vinc. de Franch.*

98 Hactenus fuit ostensum, quando aditio hæreditatis inducatur, & quando nō. Modo restat, viden. super quibusdam notabilibus in materia.

99 Et primo nota, q̄ hæreditatis aditio ab instituto in re certa particulari, fieri non potest, nisi repudiatio hæredis vniuersalis præcedat *Rota in decis.* 800. *par.* 1. *diuers. num.* 9.

100 Quæ enim repudiatio nunquam inducitur, nisi ex actibus proximis, ex quibus alia coniectura sumi non possit; veluti fuit decisum in *Albanen. fideicommissi de Sabellis Veneris* 1. *Decembris* 1606. *coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 318. *num.* 1. *&* *in num.* 4. *&* 5. & 6. ponit quosdam actus, ex quibus aditio, seu repudiatio induci potest, quos per te videre poteris.

101 Secūdo nota, quòd, qui adire nō potest facto, seu impedimento alterius, tunc hæreditatē transmittit, etiam ad extraneū veluti fuit decisū in *Lucana Iurispatronatus Ven.* 8. *Iunij* 1607. *coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 351. *num.* 5.

102 Extende id adeò esse verum, quòd si hæreditatis aditio ab aliquo per calumniam impediatur, ille ad interesse tenebi-

tur

tur, vt ait *Franch. in decis. 60. num. 23. vbi allegat text. in l. 1. §. penult. ff. si mulier ventr. nom.* in quo habetur mulierẽ, (quæ per calumniam fingens se prægnantem, hæredem adire impediuit, & hæres obiit, non adita hæreditate) teneri ad interesse responsum fuit, quia hæres institutus locupletiorem hęredem reliquisset dictus *Franch. ibi supra d. dec. 60.*

103 Tertiò, nota, quòd quis hæreditatẽ adeundo, censetur acceptare prohibitionem alienandi à testatore factam, prout inest, & secundum suam naturam, veluti fuit decisum à *Rota in Romana fideicommissi de Iacobatiis Ven. 12. Maii 1606. coram Greg XV. quæ est in eius impressi. decis. 256. num. 7.* & ratio est, quia acceptans rem censetur quoq; acceptare onus illi iniunctum, vt ait *Rota per Card. Caualer. dec. 582. num. 3.*

104 Quartò, nota, quòd si quis adiuerit hæreditatem, vti legitimus, censetur tacitè legitimationem ratificare, veluti fuit decisum coram dicto *Greg. XV. in Bononien. apothecarum Luna 13. Ianuarii 1603 quæ est in eius impressis decisio. 82. num. septimo.*

105 Quintò, nota, quòd hæredi potest præfigi tempus ad adeundum, ad instantiam creditorum, quod enim fit per viam eorum quatuor terminorum, de iure seruari solitorum, nempè, eũ citãdo ad declarandum, an sit, vel esse velit hæres, veluti fuit decisum in *Albanen. fideicommissi de Sabellis Luna 24. Aprilis 1606. coram Coccino, quæ est in eius impressi. dec. 285. num. 8.* Alias si aditio non probaretur, hæres conueniri non posset, *Rota per Card. Caualer. dec. 325. num. 1.*

106 Sed si intra illud tempus non adeatur, vel non declaret eum velle esse hæredem, tunc dari solet curator hæreditati iacenti, veluti superius dixi, & vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 732. num. 55.* sed nota, quòd, si hæreditatis repudiationem fieri contingat, ea non inducitur, nisi ex verbis dispositiuè prolatis, quod intellige verum, etiam si ea verba prolata fuissent præcedente interrogatione iudicialiter facta, & propterea, si hæres diceret, Volo esse hęres, quatenus adsint bona, tunc ex his verbis repudiatio non inducitur, veluti quoque non induceretur, si diceret (nolo adire) quia ea declaratio posset intelligi, pro nunc, & postea aliter deliberare, vt in istis terminis fuit resolutum à *Rota in Romana hæreditatis de Gabrielis 9. Decemb. 1613. coram Manzanedo Patriarca Antiocheno, & in eadem coram eodem 20. Februarii, & prima Decembris 1617. Surd. cons. 398. num. 37.* & *seq.* & *Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 102. num. 5. versic. Cæterum allegat. à Buratt. in sua decis. 13. num. 4.* Licet secus quando quis renunciaret illud ius, quod habere potuisset ex ea, quia tunc aditio hoc modo exclusa censeretur, vt ait *Rota per Card. Caualer. decis. 431. num. 5.*

107 Extende præterea, quòd quãdo quis esset institutus hæres, & esset minor, seù mulier potest cogi per creditores, vt adeat solemniter, & sic cum requisitis statuti, vt ait *Ioseph. Lud. in sua dec. Perus. 45.* licet ea aditio duret 30. annis in prophanis, sed cũ Ecclesiis 40. durat, vt ait *Rota per Card. Caualer. dec. 346. num. 2.*

108 Limita tamen, quòd pupillus solus hęreditatem adire non potest, ne creditoribus. & legatariis obligetur, immò, si pater recusaret adire pro eo hęreditatem aduentitiam, tunc pupillus, cum authoritate Tutoris, ad id specialiter deputati, eam adire poterit *Franch. Marc. decis 42. par. 2.* & *Rota apud Greg. decis. 181.* sed nota tamen, quòd aditio pręsumitur in pupillo ex tutelari inuentario, vt ait *Rota per Card. Caualer. dec. 392. num. 2.*

109 Notandũ igitur erit, quòd ex cursu temporis 40. annorum, hæreditatem solemniter fuisse aditam pręsumitur, ait *Rota decis. 800. num. 8. parte 1. diuers.*

110 Quòd amplia multò magis procedere, quando cum longitudine temporis, essemus etiam in hęreditate proximiorum, & non ęre alieno grauata, vt ait *Gratian. lib. 1. discept. c. 78. n. 18. cum ibi alleg.*

111 Declara tamen, quòd licet id sit verum, quòd pręsupposita substantia aditionis, pręsumatur etiam, illam solemniter aditam fuisse, stante longi temporis lapsu, cũ antiquitas pręsumere faciat solemnitatẽ extrinsecã interuenisse, tamen dicta opinio non prodest, quoad substantiam actus, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. c. 218. num. 39. & 38.* & *lib. 3. cap. 447. num. 37. & cap. 474. num. 18.*

112 Licet secus tñ sit in beneficialibus, & spiritualibus, in quibus possessio diuturna

Rectoris

Rectoris inducit tituli præsumptionem, cum non sit verisimile, quòd superior in visitando noluerit scire titulum, & quod patrimodo subditi voluerint intruso obedire, vt ait idem *Gratian.d.cap.318. nu. 39 & 40.*

113 Sextò, nota, quòd hæreditas postquam est adita non dicitur amplius hęreditas, sed patrimonium adeuntis, licet largo modo loquendo dici possit hęreditas, veluti fuit decisum à *Rota in Romana fideicommissi de Iacobatiis Luna 20 Iunii 1605. coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 219. num. 6. Decian. cons. 25. num. 14. lib. 3. Surd. cons. 562. sub num. 8.* & ita quoque fuit decisum *in Romana de Gathaneis 4. Maii 1609. coram Marcomontia.*

114 Extende ét, quòd adita hæreditate per filiū patris, vel matris non dicuntur amplius bona paterna, vel materna, sed fraterna, vt ait *Afflict. decis. 178. & alii plures allegati à Franch. decis. 171. num. 3.* quod procedit etiam, si essemus in filia, quæ bonis tàm paternis, quàm maternis, cum iuramento renunciasset, quæ non prohibetur succedere fratri, qui paternā, vel maternā hæreditatem adiuisset, quia tunc ea amplius non dicitur hæreditas patris, sed fratris, & propterea renunciatio facta ab eo in vno, non extenditur ad aliud, vt ait *Maceraten. var. resol. resolutione 59. casu 16. lib. 2. Menoch. cons. 115. num. 49. & cons. 416. num. 3. & seqq. Simon de Prætis de vlt. vol. lib. 3. cart. 184. num. 3. & 4.* & ita fuit quoque resolutū *à Rota in vna Rauennaten. hæreditatis, Ven. 14. Aprilis 1606. coram Pamphilio.* Vndè videmus, quòd statutum excludens fœminas ab hæreditate patris, non vendicat sibi locum in hęreditate fratris, etiam quoad bona paterna, ex prædicta ratione, veluti neq; illud intraret, nisi hęc duo copulatiuè concurrerent, nempè, personarum, ac rerum subiectio, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua decis. 310. per totam.*

115 Septimò, nota, quòd aditio hęreditatis ab intestato delatę facilius admittitur, quia ea dicitur verior aditio, veluti fuit decisum *in Romana census de Carducciis 17. Octobris 1600. coram Greg. XV. quæ est decis. 7. in eius impress. n. 11.*

116 Octauò, nota, quòd qui non potest adire, neque potest etiā nolle adire, neq; repudiare, vt ait *Surd. decis. 317.* veluti etiam dicitur de eo, qui non potest contrahere. qui neque poterit hęreditatem adire, veluti fuit decisum à *Rota Ianuen. per Flam-Cart. in decis. 74.*

117 Nonò, nota, quòd ius adeundi non compręhenditur sub donatione omnium bonorum, iurium, & actionum, quia vti quid nondum formatum, sed formandū, illud cedi non potest, neque donari, sed in hoc prius esset probanda aditio, veluti quid facti, vt in principio istius conclusionis ex pluribus decisionibus probatum fuit, ita quoque ait *Franch. in decis. cons. Neapolit. 60.* & *Gratian. lib. 2. discept. cap. 330. num. 10.*

118 Decimò, nota, quòd aditio sub conditione facta, non dicitur aditio, quia vti actus legitimus non potest stare in suspenso, neque diem, neque conditionem recipere, vt ait *Rota in decis. 11. de testam. Cas. de Grass. & fuit decisum in decis. 638. n. 4. par. 2. in recent. & Card. Seraph. decis. 68. num. 3. & Surd. decis. 317.*

119 Extende idem procedere in aditione pro parte facta, & pro parte non, vt ex ratione superius assignata, ait *Franch. in sua dec. 32. & Surd. ibi supra.*

120 Contrarium tamen erit, quando venter fuisset prętеritus, quia tunc aditio in suspenso stare debet, vt ait *Magon. decis. Flor. 139. num. 1.* & interim aditione hęreditatis suspensa, datur curator bonis, *idem Magon. ibidem num. 3.*

121 Vndecimò, nota, quòd si hęres (assignatis executoribus) prohibitus sit hęreditatem adire, tunc censetur solum prohibitus possessionem appręhendere, nè illorum officium impediri possit, quod enim est optimum consilium pro exequeū voluntate testantium, & eo casu poterit hęres solo verbo adire, vt fuit decisum *per Senat. Burdegalen. in decis. Nicol. Boer.*

122 Duodecimò, nota, quòd materia aditionis hęreditatis dicitur diuidua, & ideò animaduertas, quòd restitutio in integrum minoribus concessa, non prodest maioribus, & sic portio minoris ad uersus aditionem restituti, maioribus inuitis non acrescit, nec ob id dicetur testator pro parte testatus decedere, iuxta *l. Qui ex duobus, §. qui semel, ff. de acquir. hæred.*

hæred. quod procedit, etiam si agatur de restitutione obtenta post aditionem hæreditatis; quia iste est casus specialis, vt optimè contrarijs respondeo, ait *Bald. in l. cum hæreditate, ff. de acquiren. hæreditate*, & *Rota mox citanda coram Coccino*. Quod igitur declara verum, vt scilicet restitutio, quę suffragatur minoribus, maioribus non prosit, quando materia esset diuidua; at secus si indiuidua, vt ait *Afflictus decisione 213. & decisione 216. & alii allegati à Rota in vna Viterbien. fideicommissi decimanona Ianuarii 1605. coram Reuerendissimo Coccino Decano*.

Et propterea hic nota, quòd ad hoc, vt maior priuilegio minoris vti possit, duo copulatiuè sunt necessaria, & primò, quòd sint litis consortes, & quòd res sit indiuidua, vt ait *Rota per Gregor. decis. 473. num. 16. & Afflict. decis 213. & dec. 216.* Sed, quando quis in ætate minori se fundat, illam probare tenetur, vt ait *Rota per Card. Seraph dec. 1155 per totam* & ibi docet quomodo testes, ad eam probandam deponere debent.

123 Secus igitur erit, veluti si essemus in materia inuentarij, quæ est indiuidua, vt ait *Phanus. de inuent par. 2. num. 31.* & tunc maior consequitur ex persona minoris, quod ex propria consequi non valeret, vt ait *Roman. cons. 195 n. 5.* & *ita pulchrè fuit decisum à Rota in d. Viterbien. fideicommissi Merc. 19. Ianu. 1605. coram Coccino, quæ est in recent. dec. 132. num. 4. 5. & 6. par. 2. & in eius impressi. est decis. 219. num. 11.*

124 Vndè ad hoc, vt minori restitutio aduersus aditionem detur, debet prius constare de minoritate, & læsione, nec per dationem curatoris, minor ætas in præiudicium tertij probata censetur, at secus si de ea doceretur per fidem, ex libro baptismi desumptam, quæ si esset administrata probat etiam descendentiam, & similia, vt ait *Rota in dicta decis. 132. nu. 1. cum seqq.* & optimè facit *decisio Cardin. Seraphin. 1155.* & multa dixi in verbo ætas in hac materia. Licèt contrarium dixerim infra *sub num. 150.* vbi habetur, quòd restitutio datur minori, aduersus aditionem, licèt læsio non fuerit probata, & ibi rationes istius opinionis inuenies; sed in casibus vbi læsio sit probanda, quo modò ea probetur, ait *Rota per Burat. dec. 116. & 323. num. 4.*

Et ratiò primæ opinionis ea est; quia læsio est fundamentum restitutionis, & quando ea forsan proueniret ex sententia iniusta, tunc id sufficeret, etiam quòd prorsus de eius notorietate non constaret, ad hunc effectum restituendi, vt fuit dictum à *Rota per Burattum ibi supra in dictis dec. 116. & 323. & per Card. Caualer. dec. 194. num. 2. & dec. 516. nu. 1. et decis. 132. num. 1. par. 1. recentiorum, et in Perusina Pecuniaria 13. Nouembr. 1624. coram Dunozetto, et decis. 731 nu. 1. par. 2. in recentioribus, et per Gregor. XV. decis. 459. et ibi in addition. num. 11. et in Romana Bonorum de Ceulis 31. Maii 1606. coram Cardinali Marcomontio, et in Ferrarien. bonorum 2. Aprilis 1618. coram Vbaldo, et coram eodem in Lucana Parochialis 7. Februarii 1620. et in Florentina pecuniaria 21. Iunii 1621. et in Perusina Societatis 20. Maii 1624. et prius in Recanaten. Separationis Thori 20. Maii 1620. coram Vbaldo seniori, et in Reatina bonorum 13. Iunii 1622. coram Pirouano*, & denique in *Romana restitutionis in integrum 17. Maii 1627. coram Vbaldo iuniori.* Vlterius hic erit notandū, quòd licèt restitutio in integrum sit priuilegium personale, non tamen illud est causa proxima eam concedendi; sed est læsio ipsa, & hinc fit, quòd illud beneficium etiam ad hæredes transit, tanquam competens causæ, & læsoni, & non principaliter personæ, vt dicunt *DD. allegati à Domino Ferentillo ad decisionem Buratti 12. vers. Quæ conclusio.* Et ibi à Rota declaratur, quando priuilegium dicatur personæ concessum, & non officio, vel dignitati, veluti etiam quando officium, & non persona dicatur contemplata, vbi per te recurrere poteris.

125 Decimotertiò nota, quòd aditio hæreditatis potest probari per testes singulares, vt ait *Magon. dec. Flor. 148.* ex ea ratione; quia est difficilis probationis, vt ait *Card. Caualer. dec. 431. num. 1.*

126 Decimoquartò nota, quòd aditio hęreditatis facit cessare vulgarē substitutionem, veluti dixi in verbo Substitutio, & vt ait *Magon. decis. 234. num. 6.* Et ratio est; quia habet locum tantum, respectu primi gradus institutorum, & substi-

tutorum, non autem respectu graduum sequentium, vbi intrant tot vulgares substitutiones in compendiosa, & vnaqueq. expirat per aditionem illius, qui in illo gradu est prius vocatus, non autem, per aditionem solius primi hæredis, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 145. n. 3.*

127 Decimoquintò, nota, quod aditione hæreditatis nõ reuiuiscit hipotheca semel extincta, idem *Magon. dec. Flor. 124 num. 11. & ibi multos allegat.*

128 Decimosextò, nota; quòd hæreditatis aditione, omnia iura confundũtur, & fit vnum patrimonium adeuntis, vt ait idem *Magon. dec. Flor. 148. num. 12.* & veluti dixi supra in verbo actionum confusio, vbi recurras, quia ibi, ad hoc declarationes inuenies, idemq. ait *Surd. decis. 224. n. 4.* vbi subiungit, quòd hæreditatis aditio vim solutionis habet; idemq; comprobat in *decis 144. n. 16.* & propterea videmus, quòd hæres aditione hæreditatis dominium acquirit, vt ait *Card. Mant. in decis. 41. num. 5.*

129 Decimoseptimò, nota, quòd quando hæres adiuit hæreditatem, & erat creditor, tunc id operatur extinctionem crediti pro rata, pro qua d. hæres creditor erat; & non vltra, quia quis non debet in plus grauari, quàm honoratus sit, *l. Ab eo, C. de fideicomm. & ita fuit decisum in Camerinen. donationis Lunæ 13. Maii 1613. coram Manzanedo, quæ est in recen. p. 2. decis. 45. num. 2.*

130 Decimòoctauò, nota quòd hæres adeundo hæreditatem, censetur se adstringere ad omnia onera in testamento contenta, & ex statutis prouenientia, *Rim. sen. cons. 261. n. 24. lib. 4.* & *ita fuit decisum in vna Albanen. & postea repetitum in alia Romana legitimæ 21. Iunii 1583 coram Card. Blanchetto.*

131 Limita tñ primò, id non esse verum, quoties hæreditatẽ adierit, cũ beneficio Legis, & inuentarii; quia tunc non tenetur vltra quòd vires hæreditariæ patiantur, quia illud beneficiũ operatur, quòd actiones non confundantur, cum hæreditariis, adeò vt adhuc hæreditas res diuersa censeatur, veluti dixi in verbo hæres, &c. & in verbo inuentarium, &c. & ita quoq fuit decisum in *Romana pecuniaria Lunæ 10. Martii 1614. coram Card. Sarato, quæ est in recent. decis. 324. num. 2. par. 2. & Seraphin. decis. 40. num. 2.*

132 Limita secundò, quòd hæres non censeatur approbare, nisi ea quę testator validè disponere potuit, ad tradita per *Simon. de Prat. in tract. vlt. volunt. lib. 2. dub. 3. num. 25. fol. 193.* & ideò, ad id nota, quòd heres, post aditam hereditatem potest contrauenire facto defuncti, quãdo testamentum erat nullum, & inualidum, veluti dicunt, *Afflict. decis. 240. num. 8. Gabr. conclus. 10 de reg. iur. Paris. cons. 33. num. 96. lib. 3. & Menoch cons. 1. num. 102.* & alii quos allegaui in verbo hæres, & dixi superius in limitatione decima, versic. Item, &c.

133 Et ratio est, quia habemus illam vulgatam regulam, vt scilicet, non entis nullę sint qualitates, aut quod nullum est, nullum parit effectum, *Bald. in l. Non dubium in octaua opposit C. de testam. & Rota per Greg. decis. 496 n. 9.*

134 Decimonono, nota, ꝙ qñ aditio hereditatis, existit in diuersis territoriis, tunc ea est facienda, iuxta statuta loci, vbi maior pars bonorum hæreditatis est sita, *Gozad. cons. 49 num. 12. Castr in l. Si fideicommissum num 3 cum seqq ff. de iudiciis, & ita fuit resolutum in vna Balneo regien. bonorum 11. Februarii 1594 coram Card Pamphilio.*

135 Et ad id scias; quòd plures dicuntur hæreditates, quando bona sunt sita in diuersis territoriis, veluti fuit decisum a *Rota per Card. Seraph. decis. 1392.* & *veluti dixi in verbo* Legitima *filiorum*, & *ibi recurras.*

136 Vigesimò, nota, quòd tempus aditionis hereditatis durat spatio triginta annorum, licèt in Ecclesiis 40. vt dixi superius sub n. 107. & quemadmodũ fuit decisum in *Albanen. fideicommissi de Sabellis Lunæ 24 Aprilis 1606. coram Coccino quæ est in eius impress. dec. 285. num. 7.* & *in alia Romana, seu Perusina pecuniaria, Ven. 20. Nouembris 1615. coram Buratto, quæ est in recent. decis. 766. n. 4. p. 2. & per Card. Caualer. dec. 346. num 2.*

137 Declara tamen, illud notabile esse verum in aditione hereditatis, per extraneos fienda, cui spatio triginta annorum præscribitur; secus autem, si essemus in iure immiscendi, quod suis heredibus competit; quia tunc illud nullo vnquam tempore præscribitur, & ratio est,

est, quia hæres suus, de iure ciuili dicitur hæres necessarius, & sic de præscriptione quæri non potest, & propterea videmus, quòd abstinendi beneficium, quod est de iure prætorio, fit vtile filio, quod enim, si posset præscribi, ei vtique damnum afferet, vt pulchrè ait *Mising. decis. 71. imper. p. 2.*

138 Animaduertendo, autem quod illud ius prætorium, ad agnoscendam hæreditatem paternam, concedit annum filijs, quod enim procedit, siue filii succedant ex capite liberorum, siuè ex capite agnatorum, vel cognatorum, quia semper annum habent in succedendo; extraneis verò datur tempus centum dierum, vt fuit decisum *in Romana fideicommiss. de Paluzzellis Ven. 8. Iunii 1612. coram Manzanedo qua est in 2. p. recent. dec. 403. n. 4.*

139 Vndè pro intelligentia illius, quòd fuit dictum, de hæreditate paterna in præscriptibili, notandum erit, quòd filij possunt patri, ex triplici capite succedere, & primo ex capite vndè liberi, secundò ex capite vndè legitimi, tertio ex capite vndè cognati, & ideò si filius steterit per triginta annos, ad petendam hæreditatem patris, & sic ex vno capite sit exclusus, tamen ex alijs capitibus admitti poterit *Non. cons. 26. num. 16. & 17. & cons. 27. num. 21. & seqq. Bald. Corn. Castr. & Ias. in l. Licet, C. de iur. delib. Alex. cons. 90. lib. 2. Guidopap. decis. 89. & ita fuit quoquè decisum in dicta Romana fideicommissi de Paluzzellis 18. Iunii 1612. coram Manzanedo*, licet sit benè verum, quòd quamuis filius habeat tempus 30. annorum ad adeundum, nihilominus potest iudex abbreuiare huiusmodi tempus, ad instātiam creditorum, & si non adiret, tunc deputaretur curator hæreditati iacenti, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 732. num. 55.*

140 Vigesimoprimò, nota, quòd minoribus conceditur restitutio in integrum, aduersus aditionem hæreditatis, inconsultò aditæ, veluti fuit decisum *in Viterbien. fideicommissi Mercurii 19. Ianuarii 1605. coram Coccino Decano, qua est dec. 132. n. 1. in 2. par. recent. & in eius impress. decis. 219.*

141 Amplia primò, id eò magis procedere, quando hæreditas esset pluribus litibus implicita, vt fuit dictum in *Romana nullitatis obligationis de Vrsinis coram Greg. qua est in eius impress. decis. 181. nu. 2.* quia tunc hæreditas tali modo debitis onerata, non potest dici locuples, sed damnosa, vt ait *Rota ibi supra numero quinto.*

142 Amplia secundò, idem procedere, etiam si hæreditas sit locuples, & id ob rimorem vexationū, vt ait *Rot. ibi sup. n. 6.*

143 Amplia tertiò, procedere, etiam si fuerit confectum inuentarium, quo mediante, ab omni damno præseruatur hæres, & ratio est, quia sua intereft, ne litibus, & sumptibus vexetur, & propterea de hoc est valdè habenda ratio, etiam si hæres, ob inuentarium, non teneatur creditoribus hæreditarijs, vltra vires *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 98. num. 11 & sequenti, Surd. cons. 96. num. 1. & cons. 365. num. 14. & seqq. & Rota ibi supra num. 7. & seq. coram Gregor.*

144 Amplia quartò, habere locum, etiam quòd inter creditores adessent alij minores, & Ecclesia, ex ea ratione, quia tunc minor de damno euitando tractat, vt ait *Rota ibi supra n. 10. & 12. in addit.*

145 Amplia quintò, quòd ista restitutio detur minori, etiam si, ex aditione læsio non probetur, vt puta, si hæreditas esset, ne dum locuples, quæ solet afferre opes, cum incommodo, verum etiam, quando illa hæreditas esset opulenta, quæ affert commodum, sine incommodo, quia si hæreditas non haberet aliam obligationem annexam, haberet saltem eam, ad sepeliendum mortuum, *l. Si quis sepulchrum §. funus, ff. de religionis, & sumpt. fun.* & propterea videmus, quòd neque minor potest, absque tutore huiusmodi hæreditates adire, vt pulchrè ait *Porc. in instit. §. auctoritas, num. 9. & 21. vsque ad 30. tit. de auth. tut. & Rot. ibi sup. n. 3. Put. dec. 404 n. 5. lib. 3. Rot. dec. 177. p. 1. in recent.*

146 Contrarium licet dicat *Natta cons. 548. num. 16. lib. 3.* vbi ait, quòd minor non restituitur aduersus actum, vbi quis potest damnum, sicut lucrum consequi, licet postea casualiter, ei damnum afferri contingerit, & ratio ea est, quia præiudicium occasionale, & euentuale, à futuro euentu dependens, non est habendum in consideratione, *lege Flamin. §. finali, cum l. Sequen. ff. de damn. infect. l. prima, §. denique, ff. de acqua. pluu.*

plau. arcend. Abb. consil. 84. num. quinto lib. primo, *Felinus in cap. quæ in eccles. num. 45. de consuetud. Sarnen. in regul. de iure quæsito quæstione tertia in principio*, & *quæst. 4. & ita fuit dictum in vna Perusina bonor. Mercurij 1. Febr. 1589. coram Card.* Platto, & *fuit etiam ita decisum in Camera in vna Interamnen. successionis Perdiſ luci Ven. 9. Iunij 1606. coram Maluasia*, & *denique in vna Mantuana Pensionis 4. Decembris 1626. coram Merlino*.

147 Concorda, vt prima opinio procedat, quando futurus euentus, inspecto statu præsenti, magis verisimiliter ad damnum, quàm ad lucrum tendat, & in proposito, *Rota per Card. Seraph. in sua dec. 855. nu. 3.* ait, quòd casus ille, qui nondum euenit, sit in consideratione habendus, si aliquo modo, illius contingentia præuideri possit, alias secus, vt pulchrè distinguit in hac materia, *Bart. in l. Inter stipulantem*, *§. Sacram num. septima*, *ff. de verb. obligat. & ita quoque fuit dictum in vna Auximana bonorum Veneris secunda Iunij 1595. coram Cardinali Mellino*, & *Cuman. in consil. 114. in hac materia videndus*. Secunda vero opinio procederet, vbi actus, tàm ad damnum, quàm ad lucrum tenderet, vt ait *Nat. & alij prallegati*.

148 Amplia sextò, prædictam conclusionem adeò esse, minori fauorabilem, vt propterea sit in illius electione, aut eundi contra curatorem, cuius auctoritate adiuit hæreditatem damnosam, aut petendi restitutionem aduersus aditionem, vt ait *Marescott. variarum resolutionum cap. 98. num. 55. lib. 2. Surd. cons. 95. & cons. 164. num. 25. & cons. 576. num. 27. & seq. Od. de restit. in integr. quæst. 22. art. 3. num. 16. et Rota in d. Rom. nullitatis obligationis de Vrsinis coram Gregorio, quæ est in eius impressis decis. 181. nu. nono*.

149 Contrarium, quòd scilicet minoribus non concedatur restitutio in integrum, aduersus aditionem hæreditatis, nisi hęc duo copulatiuè per eum probentur, nempè minor ætas, & læsio, ait *Bartolus in leg. de ætate in tertia quæstione num. duodecimo ff. de min. Abb. in capitulo in præsentia num. 32. de probation. & est text. in lege Nam, & postea §. si minor ff. de iure iuran. idem Bart. in lege Denique §. primo*, *ff. de min. &* Rota *in vna Viterbien. fideicommissi Mercurij 19. Ianuarij 1605. coram Coccino, quæ est in 2. par. recent. dec. 132. num. 1. & in eius impressis est decisio 219.*

150 Declara tamen, quòd in restitutione minor tenetur omnia restituere, quę de dicta hęreditate consumpsit, etiam in se alendo, & comedendo, vt pulchrè ait *Gratianus lib. quarto disceptat. cap. 720. num. 27. cum ibi alleg.*

151 Ad probandam autem minorem ętatem fides baptismi sufficiet, vt superius dixi, si cum ea adminicula cōcurrant, nec ea per deputationem curatoris probatur, sed id pro adminiculo inseruiet; licet secus fieret, in sui pręiudicium, quia dicta deputatio curatoris, contra eundem plenè probaret, vt ait Rota *ibi supra coram Coccino, & coram eodem in* Montis Regalis *Iurisdictionis 10. Decembris 1602. et prius in* Regien. *Prioratus 29. Apr. 1592. coram* Card. *Mellino, et in alia Aretina* Cap*pellaniæ 10. Maij 1591. coram* Comi*tulo*.

152 Animaduertendo, præterea, quòd qui se fundat in minori ętate, eam probare tenetur, quia quilibet, tempore contractus, maior, & non minor præsumitur, vt ait Rota *in decis. 525. num. 3. par. 1. in recent.* & late dixi in verbo ætas.

ARGVMENTVM.

ADIVDICATIO QVID SIT, ET quandò, & de quibus bonis fieri possit, & quæ sint ad eius validitatem necessaria.

CONCLVSIO LII.

1 ADIVDICATIO notat, quòd est quędam datio solo- lutum, quę fit per iudicem in iudicio, vt ait Baldus *in suo cons. 122. incip. Verum dictus processus lib. 3.* vbi docet, quę sint necessaria ad eius validitatem, & ita fuit etiam decisum in Romana *officij 3. Decembris 1607. coram* Scotto, *quæ est apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 137.*

2 Quod tamen declara verum, largo modo loquendo, quia re vera, quando ea fit in iu-

in iudicio, & propriè dicitur adiudicatio, quando verò fit per partem, & extra iudicium, dicitur datio insolutum, vt ait *Alex. consf. 52. lib. 1. in princ.* & tunc ea fit, præuia æstimatione per peritos, nō autem per subhastationem, vt ait *Grat. lib. 3. discept. cap. 489. num. 27. cum ibi allegatis.*

3 Rursus nota, quòd ea dicitur decretū, non autem diffinitiua sententia, & ideò non valet, si fit facta ex falsa causa, quia tunc esset ipso iure nulla, *Fulgos. in consf. 163. col. penult. in princ. vers. Sed etiā suppoſito num. 2. Alex. l. Iustè possidet num. 8. & seq. ff. de acquir. possess.* & *post. Bart. & alios ait plenè Roman. consf. 454. num. 12. Alex. consf. 69. num. 3. vers. Sed iis non obstantibus lib. 3.* & *Rota mox citanda coram Orano*, & *Greg. XV.*

4 Et rationes differentiæ, quare sit decretum, & non sententia diffinitiua, sunt plures, & præsertim, quia sententia diffinitiua, cum maiori deliberatione profertur, quàm decretum. Item quia decretum interponitur officio iudicis nobili, sententia autem diffinitiua fertur iure actionis. Item quia decretum fine scriptis, sententia autem in scriptis ferri solet. Item quia decretum licet habeat vim diffinitiuæ, tamen potest reuocari; sententia verò non, quia decretum ex officio fundatur, super sola æquitate, & propterea iniustitia reddit in totum decretum nullum, quod secus est in sententia, quæ contra ius partis de rigore valet, vt ait *Alex. in dicta l. Iustè possidet num. 10. & seq. ff. de acquir. possess.* Item quia decretum est indiuiduum, *leg. Si non sortem, §. Si certum ff. de condition. indebit. plenè. Rolandus consil. septimo num. 88. lib. tertio* vbi dicit communem opinionem *Romanius dicto consil. 454. num. 12.* & ita fuit decisum in *Asisien. subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano*, & *prius in vna Salamantina possessionis nona Maii 1583. allegata in dicta Asisien.* vbi aliæ allegantur decisiones, & *in Tiburtina Castri Sambuci 1579. coram Aldobrandino, postea Clemente Octauo*, & *in alia Romana spolii Lunæ 21. Februarii 1600. coram Iusto*, & *denique in Romana spolii Veneris 3. Decembris 1604. coram Ludouisio, postea Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 198. num. 1.*

5 Sed ad perfectè docendum de legitima adiudicatione facienda, quædam sunt de iure præmittenda, & in primis, quòd ea fiat pro concurrenti quantitate debiti, alias in totum corrueret, nec creditor à mala fide, & sic à fructuum restitutione excusaretur, vt ait *Rota per Cardinalem Cauallerium in decis. 539. n. 8. & 9.* & *veluti fuit decisum à Rota Flor. per Magonium in decis. 66. num. 25. & Gratian. lib. 3. discept. cap. 545. num. 5.* & *Rota per Gregorium Decimum Quintum decis. 319. num. 3.* & ita de nouo firmatum fuit à *Rota in Romana Siluæ 3. Iunii 1626 coram Durano*. & *vltimo loco in Romana dotis Veneris 15. Martii 1630. coram Motmanno me scribente.*

6 Contrarium licet dicat idem *Magon. in decis. 109. sub n. 6. & 7.* vbi firmat, adiudicationem pro concurrenti quantitate sustineri; Sed tu pro concordantia dictarum opinionum dicas, esse veram primam opinionem; nempè, quòd adiudicatio annulletur, si erretur in debito; secunda verò procedit, si erretur in re plurimi valoris, *Capic. decis. 41. num. 9. & Afflict. decis. 218. num. 2.* & hanc opinionem esse veriorem, ait *Apostil. ad Rom. in consil. 454. num. 12.* & ibi citat plurimos concordantes, licet contrarium teneat, *Pason. in l. Si sortem, §. centum ff. de cond. indeb.*

Rursus concorda, vt prima opinio procedat, si subhastatio esset facta, pro maiori quātitate, siue super re maioris valoris, & illius quātitas fuisset creditori cōsignata; secunda verò; quando illud plus fuisset debitori restitutum; vt fuit decisum in *Romana Palatii Lunæ 19. Ianuarii 1615. coram Buratto, quæ est in eius impressis decis. 91. & ibi per addent. num. 4. & 5.* & *Rota per eandem Buratt. in sua decis. 49. num. 13. & ibi in addit.*

7 Sed declara tu tamē, quòd eo casu, quādo adiudicatio bonorum est facta creditori, pro summa, & quantitate, sibi debita, semper importat adiudicationem, pro iusta æstimatione, veluti fuit decisum in *Rom. census 14. Decembr. 1592. corā Card. Seraph. quæ est in impress. dec. 1005. nu. 3.*

8 Extende quòd tunc adiudicatio tali modo facta, dicitur æstimatio certa, & à lege facta, veluti fuit decisum in *Bononien. de Guidalottis Veneris 14. Martii*

1614. *coram Verospio, qua est in recent. in 2. par. decis.* 528. *n.* 4. & *per Buratt. dec.* 675 *num.* 1.

9 Secus tamen, quando adiudicatio fieret pro concurrenti quantitate crediti, ante liquidationem, quia tunc diceretur incerta, nec eo casu, ex illa dominium trāsferretur, veluti fuit, decisum *in Romana domorum de Roncionibus Mercurij* 14. *Iunii* 1615. *coram Buratto, quæ est inter recent. decis.* 725. *num.* 2. *par.* 2. *& Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 545. *num.* 49. *& Rota in Romana Vineæ* 24. *Octobris* 1605. *coram Greg. XV. & in alia Romana pecudū* 14. *Nouembris* 1611. *coram Caualerio, & prius in Asculana prædii* 22. *Iunii* 1609. *coram Sacrato*, & *in Anconitana bonorum* 29. *Nouembris* 1610. *coram Papa Greg. quæ est in eius impress. decis.* 485.

10 At secus, quando crediti liquidatio adiudicationem, siue insolutum dationē præcederet, quia tunc diceretur certa, & ex ea dominium transferretur, absque dubio, vt ait *Rota dicta decis.* 725. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.*

11 Et propterea animaduertendū est, quod ad hoc, vt subhastatio legitimè sequatur, peritorū æstimatio rei subhastandæ præcedere debet, *Rota decis.* 528. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* & illi debent à partibus eligi, & cum iuramento deputari, & æstimatione legali, & de bono, & æquo facienda, cum citatione partibus fienda, ad interessendū tali die, ac tali hora; quatenus, &c. veluti ita erit agendum in eorum relatione, quia licet etiam, quòd illi à partibus non essent approbati, sed à iudice ex officio electi; nihilominus est necessaria eorum citatio, vt fuit dictum *à Rota in Narnien. fideicommissi Veneris* 3. *Iulii* 1622. *coram Merlino, quæ est apud Merlinum de legitima decis.* 1. *num.* 5. *& seqq.*

Licet contrarium dicat *Rota in adiudicatione, per Buratt. in sua decis.* 96. *nu.* 5. vbi ait nullo iure caueri æstimationem esse de forma, seu substantia adiudicationis, quæ fit creditori, sed eam solum fieri debere in subhastatione, quæ fit pro exactione publicarum functionum, vt ait *Rota in alia Romana annuæ præstationis* 1 *Febr.* 1613. *coram Card. Sacrato*. & nota quòd qn̄ æstimatio fit de bonis stabilibus, tūc fit ad rationem quinque pro centenario, veluti fit de annuis redditibus, vt ait *Rota per Buratt. decis.* 675. *num.* 9. licet *sub num.* 12. *&* 13. dicat, quòd prætium diminuitur, quando res sine cautione euictionis subhastatur, & debitor esset aliis debitis implicitus, & tali casu quantum prætium diminuatur, iudicis arbitrio venit remittendum,

12 Sed prædicta superius allegata intellige vera, qn̄, verbi gratia, de aliquo magno excessu constaret, inter prætium iustum, & illud pro quo facta fuisset subhastatio vel si essemus in d. subhastatione, quæ fieri solet, pro exactione publicarum functionum, qui casus publicæ exactionis est priuilegiatus; licet secus in casu prædicto, vel vbi essemus in debito priuatæ personæ, & quando licitatores adessent, quia tunc subhastatio fieri potest, nulla præcedente æstimatione, cum eo casu adiudicatio cesset, vt mox dicam, & vt ait *Afflict. decis.* 358. *num.* 6. *Rota in Romana Vineæ de Brunis* 10. *Decemb.* 1591 *coram Orano*, & *in alia Romana de Trincijs* 6. *Iunii* 1598. *coram Gipsio*, & ita seruari restatur *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 545. *num.* 24. & *in lib.* 4. *discept. cap.* 706. *num.* 4. & *sequentibus, & prius cap.* 686. *num.* 3. & *ad id allegantur dictæ decisiones in Romana annuæ præstationis prima Februarii* 1613. *coram Card. Sacrato, & in alia Romana domorum de Roncionibus* 9. *Februarii* 1615. *coram Buratto, quæ est in eius impress. decis.* 96. *num.* 7. *idem Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 7. licet *D. Ferentillius in additionibus ad dictam decis. Buratt.* 96. *sub littera* A. dicat adiudicationem factam, non præcedente æstimatione, non sustineri, quæ mihi magis tuta videtur, ad tollendas fraudes, quæ in huiusmodi adiudicationibus euenire possunt, super eo, quòd res magni valoris detur pro modico, & pro huiusmodi opinione allegat *Rotam in Romana officii* 3. *Decembris* 1607. *coram Scotto, quæ est apud Marchesan. de commiss. p.* 1. *fol.* 137. *num.* 6. *& aliam in Romana census* 21. *Maii* 1627. *coram Vbaldo*.

Et sic prædictæ opiniones possunt concordari, vt scilicet illa, quæ loquitur de æstimatione fiēda, procedat in ea, quæ fit pro exactione publicarum exactionū, secunda verò, quando essemus extra istū casum, & quando iudex extra acta de bono-

bonorum valore se informasset, quod sufficit, veluti ita fuisse factum à iudice, venit præsumendum, vt fuit dictum *à Rota per Buratt. d. decis. 96. num. 9.* *

13 Et id, quod fuit dictum super eo, quòd adiudicatio corrueret, quando concurrētem quantitatem excederet, declara esse verum in decreto Iudicis, pro maiori quātitate relaxato; secus autem, si essemus in Nuncio in maiori quantitate exequente, quia tunc licet sit verum, quòd actus diceretur iniustus, & quod propterea appellatione indigeret ab excessiua executione; tamen non esset nullus, vt decidit Rota *Flor. ibi supra per Magon. in dicta decis. 66. num. 16.* & *Capic. decis. 41. num. 9.* & veluti in materia excessus in exequendo latè dicam in verbo *Appellatio, versic. Amplia quarto,* & *ibi recurras omnino.*

14 Sed si contigerit adiudicationem fieri pro summa tantum debita, & non pro ea quantitate quanti re vera valeret, tunc nullū dānū coeteris creditoribus afferet, si res maioris valoris detegeretur, quia possunt offerre, veluti fuit decisum in *Rom. de Gaddis 21. Aprilis 1578. coram Seraph. qua est in eius impress. decis. 358. num. 3.* & *dictus Magon. ibidem dicta decisio. 109.*

15 Limita tamen, id non esse verum, quando adiudicatio fieret in Curia Capitolina, quia tunc, ex vi statuti Vrbis c. 154. *lib.* 1. adiudicationes fiunt creditoribus, pro eorum credito, pro tertia parte pluris, quàm res adiudicanda valebit, veluti fuit decisum *à Rota per Burattum in sua decis. 675. num. 2.* & *in alia Romana restitutionis in integrum 7. Nouembris 1603. coram eodem Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 1478. num. 2.*

Quinimmò nota, etiam q in adiudicatione fit augmentū, vltra creditū de iure communi, vt ait Rota *per Buratt. in sua decis. 96. num. 16.* & ratio est, quia sicuti creditor grauatur in eo, vt scilicet inuitus vnum pro alio recipiat, ideò releuatur in illo, quòd augetur, idem *Buratt. ibi supra;* animaduertendo, quòd illud statutum Vrbis in *capitulo* 154. & *capitulo 192. lib. primo,* loquens de tertia parte pluris, creditori danda in deliberatione rerum, vti ordinatorium, solum in foro Capitolino est seruandum, vt ait Rota *per Buratt. decis. 96. num. 18.* & *per Gregor. decis. 352. nu. 11. in addit.* & *Card. Seraph. decis. 208. num. 4.* & *in Assisien. bonorum emphiteuticorum 17. Aprilis 1600. coram Card. Sacrato,* & *in alia Romana domorum 23. Martii 1604. coram Card. Pamphilio.*

16 Declara præterea, quòd etiā praxis inoleuit, vt fiat citatio parti in subhastatione, vt infra duos dies veniat ad reluendum pignus, & soluendum debitum, alias ad allegandum causam, quare illud vendi non debeat, vel creditori dari insolutum, aut adiudicari non possit, vt de hoc testatur *Gratian. lib. 2. discept. cap. 375. num. 1.* vbi ait, quòd alias dicta subhastatio esset nulla, & id maximè procedit, ex forma statuti Vrbis, cuius dispositione, tempus ad reluendum concedendū venit, alias deliberatio esset nulla, ait Rota *in nullitatis subhastationis Luna 19. Iunii 1579.*

17 Extende, quòd parimodo diceretur nulla, ob non factas tres oblationes, nec non ob defectum citationis, & decreti ad deliberandum, veluti testatur idem *Gratian. lib. 4. discept. cap. 739. num. 22.* & *Rota per Greg. XV. decis. 416. n. 1.*

18 Qui quidē citationis defectus, nota, q est insanabilis, etiam stante clausula arbitrio *Rota,* quia ea fieri debet ad videñ mādari cōsignari pignora cursori, ad effectū ea deliberandi, quod .n decretim fit, nisi per totam, *vt ait dicta decis. 416. nu. 2. per Gregorium,* & id adeò est verū, quòd quando subhastatio, siue deliberatio esset nulla, respectu alicuius non citati, dicitur quoque nulla, quoad citatos ipsos, ratione indiuiduitatis, vt fuit dictum *à Rota per Greg. in decis. 319. num. 7. et Rota decis. 451. num. 7. par. 2. in recent.* & *in Maceraten. hæreditatis 13. Maii 1616 coram Card. Caualerio* & *in alia Romana spolii domus 15. Decembris 1617. coram Pirouano,* & *3. Iunii 1626. coram Durano* & præsertim, quando essemus in iudicio hæreditatis diuisorio, vt fuit dictum in *vna Meluitana conserua 17. Decembris 1610. coram Ortembergo.*

Licet tamen secus esset, si sententia, & mandatum exequi posset super portione citati, absque quòd præiudicetur portioni non citati, quia tunc processus

valeret

In hac pag. 383. col. 1. lin. 4. ante nu. 13. adde hæc verba.

* Rursus, & melius cōcorda, vt dicta peritorū æstimatio, tūc fit necessaria, vbi agitur de rei adiudicatione creditori fiēda; quia ea non nisi p iusto pretio per peritos declarādo fieri pōt; altera verò opinio pcedit, quādo essemus in subhastatione; quia tūc illius rei æstimatione opus nō esset, ex ea sanè ratione, quia quādo res plus offerēti deliberatur, tūc p iusto pretio ea vēdita præsumitur, in qua .n. subhastatione pōt creditor, vti tertius ad licitandum admitti, vno ex his duobus modis, sēpè, aut in defectū aliorū oblatorū vt fuit dictū in *Mediolanen. euictionis 4. Febr. 1600. cor. Card. Mellino,* & *Afflict. in decis. 318. n. 5. alleg. in Mediolanen. prædij 29. Nouemb. 1610. coram Verospio.* Secūdo modo pōt ad licitādū admitti creditor post omnes alios oblatores, pinguius offerendo, veluti ita de differentia inter primā, & secundam opinionem distinguit *Surd. in suo cons. 256. n. 6. & prius cons. 39. nu. 26. Castr. cons. 156. nu. 1. & Rot. per Greg. decis. 32. alleg. à Rot. in d. Anconitana prædij 29 Nouemb. 1630. coram Verospio.*

valeret respectu citati, siuè etiam, quando interesse non esset connexum, quia tunc defectus citationis, quoad vnum non noceret, quoad alterum legitimè citatum, vt fuit dictum in *Romana pecuniaria de Columna* 21. *Aprilis* 1617. *coram Dunozetto*, & *Rota decis.* 561. *num.* 13. *parte prima in recent.* Item videmus etiam quod quando possessores bonorum in eorum subhastatione non sunt citati, tunc non datur manutentio ei, qui illa per viam subhastationis emit, vt ait *Rota per Buratt. decis.* 614. *num.* 1. & ratio est quia tali casu possessio emptori non acquiritur.

19 Et prædicta eò magis procederent vbi commissum fuisset spolium, quia non est confouendus spoliator in spolio, *Rota decis.* 365. *nu.* 9. *par.* 1. *in recent.* & *in Macer aten. hæreditatis* 13. *Maii* 1613. *coram Card. Caualerio*, & *in Romana spolii* 26. *Iunii* 1618. *coram Manzanedo*, & quando eo casu non sit locus arbitrio ad sanandam nullitatem, vide *addentes ad Gregor.* XV. *in dec.* 416. *num.* 7.

20 Et ad probandum quòd citatio, nec alia necessaria non interuenerint, id fiet ex inspectione, & reuolutione actorum, vt ait *Rota ibidem & Caputaq. decis.* 186. *par.* 3. & *Rota decis.* 455. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* & *in par.* 1. *decis.* 611. *num.* 2. & *fuit dictum in Romana pecuniaria coram Card. Caualerio, quæ est penes Marches. de commiss. tomo* 3. *fol.* 88. & in specie de illo defectu citationis, ait *Rota decis.* 64. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* & *in Ferrarien. Legati* 8. *Febr.* 1610. *coram Card. Marcomontio*. Animaduertas tamen, quòd illa conclusio, vt scilicet negatiua probetur ex inspectione actorum, non procedit, vbi affirmatiua aliter, quàm per scripturam probari possit, vt fuit dictum *in Foroliuien. census Veneris* 14. *Iunii* 1613. *coram Buratto*, & *in Spoletana dotis* 4. *Decembris* 1617. *coram eodem*, & *postea in Bononien dotis* 9. *Decembris* 1619. & 22. *Martii* 1621. *coram Remboldo*.

21 Immò extende quòd quando alias præsumeretur de iure aliqua solemnitas, tunc ea præsumptio cessat, quando ex reuolutione scripturarum, & ex facie actorum, eam non interuenisse appareret, vt fuit dictum in *Asloricen. beneficii* 11. *Decembris* 1585. *coram Card. Pamphilio*.

22 Vndè postquã citatio erit facta, ad videndum mandari consignari pignora cursori, ad effectum ea deliberandi, quod enim fit, nisi per totam; Deinde subsequitur decretum deliberari, quod fit, nisi infra mensem, vt ait *Rota ibi coram Gregorio* 416. *num.* 3. *cum aliis ibi per eum allegatis*.

23 Fallit tamen, veluti si essemus in exactione publicarum functionum, quæ cum ipso facto, & incontinenti debitorem, absquè vlla interpellatione, in mora constituant; idcircò in eorum subhastatione, non est necessaria alia intimatio, vt ait *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 375. *num.* 12. & *seqq.*

24 Et ad id, quod fuit dictum de citatione necessaria in subhastatione, declara non procedere, quando appellatio esset deserta, & executio fieret super eadem re, & causa non esset appellabilis, neque personæ, neque Iudicis mutatio adesset, quia tunc sententia potest executioni demandari, non citato vlterius appellante, vt dicunt *DD. allegati a Cassad. decis.* 6. *de caus. possess.* & *propr. Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 40. *num.* 52. & 53. *Rota decis.* 365. *num.* 5. *par.* 1. *in recent.* & *in Romana S. Thomæ* 17. *Decemb.* 1604. *coram Coccino*, & *in alia Romana spolii domorum* 27. *Nouembris* 1617. *coram Verospio*, & *prius in Romana spolii* 21. *Iulii* 1606. *coram Card. Lancellotto, idem ait Marches. par.* 2. *fol.* 157. *de commiss.*

25 Et prædicta declaratio eò magis procederet, quando citando nulla alia defensio competeret, quia tunc citatio redditur elusoria, si citatus comparendo actum impedire non posset, *Surd. decis.* 276. *nu.* 4. & *Rota Lucen. per Magon. decis.* 41. & *fuit decisum in Romana Emphiteusis* 25. *Februarii* 1589. *coram Card. Blanchetto*, & *in alia Romana Vineæ de Pannellinis* 26. *Februarii* 1603. *coram Cardinali Mellino*.

26 Secundo præsupponendum erit, quòd ad hoc, vt adiudicatio à iudice facienda valeat, est necessaria prius subhastatio, & sic in subsidiũ, ea fieri debet, quando scilicet oblator, seù licitator non inuenitur, siue minus idoneus reperiretur, quod idem est, *vt ait Rota per Buratt. decis.* 96. *num.* 3. quia tunc bona pro iusto pretio creditori adiudicatur, & sic igitur adiudicatio fieri nullo modo debet, quãdo alterius

terius

terius oblatio adsit *Rota in decis. 725. n. 11. par. 2. in recent. et veluti fuit decisum in Roman. census 24. Aprilis 1592. coram Card. Seraphino, qua est in eius impress. decis. 984. num. 1. & quoque fuit decisum in Spoletana bonorum 1. Iulii 1615. coram Remboldo, qua est apud Statil. decis. 226. num.* 1. & iustum pretium arguitur, ex subhastatione, saltem præsumptiuè, vt ait *Gratian. ibi supra dicto cap. 545. num.* 10. & in casu, quòd creditor admittatur in subsidium, ad licitandum, admittitur, etiam, per suppositam personam, veluti extraneus fieret, vt fuit dictum in *Mediolanen. Euictionis Veneris 4. Februarii 1600. coram Card. Mellino*, Sed nota tamen, quòd oblatio, post adiudicationem non valet, vt ait *Rot. per Burat. dec. 96. num. 2.*

27 Declara tamen, quòd quando sententia adiudicat aliquam rem, pro debita quantitate, tunc est intelligenda, pro iusta æstimatione, non autem in solutum *Rota ibidem per Card. Seraph. dicta decis. 984. num. 2.*

28 Vndè hic potest cognosci, quantum differat venditio facta à iudice plus offerenti, ab adiudicatione, seù datione in solutum, creditori facienda, veluti quoque fuit decisum in *Romana Prælationis 19. Nouembris 1604. coram Greg. XV. qua est in eius impress. decis. 193. nu. 9.* quòd enim est bonum scire in materia retractus vt ait *Beltram. ibidem in additionibus.*

29 Subdeclara tamen primò, veluti il est semus in adiudicatione rei, quæ sit minoris valoris, quàm debitum, quia isto casu subhastatio non est necessaria, veluti fuit decisum à *Rota per Card. Seraph. in Romana census 14. Decembris 1592. qua est in eius impress. decis. 1005. num. prima.*

30 Subdeclara secundò, quādo iudex processit, veluti in notorio, si re vera notoriū erat, de valore rei, & quòd de illo postea appareat, quia tunc licet adiudicatio nō præcedenti subhastatione facta, sit nulla; nihilominus, si impetretur commissio, in qua probatum fuisset, quòd tempore adiudicationis pretium in nihilo excedebat rei valorem, & sic læsio excluderetur, tunc dicta adiudicatio valeret, vt ait *Rota per Put. in sua decis. 175. lib. 2. Afflict. dec. 368. propè fin.* & præcipuè dicta adiudicatio facta, super re maioris valoris quàm sit debitum, sustineretur, si illud plus, debitori restitueretur, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in sua decis. 49. num. 13. & ibi in additionibus* & *in decis. 91. num. 5.*

31 Tertiò erit notandum, quòd adiudicatio dicatur nulla, ex defectu consensus, quando fuit facta per verba (obtinuit mādari adiudicari) quę enim verba, cum non importent tempus pręsens, sed illud de futuro, operantur nullitatem adiudicationis, ex defectu consensus, vnde in simili videmus, quòd si aliquis in emptione, & vēditione (cū qua adiudicatio regulatur, vt mox probabo) diceret ego vellem tibi vēdere vnum ęquum, pro centum, & alter responderet, vellem illum emere pro centum, quia ponitur illud verbum (vellem) quod vti pręteriti imperfecti, facit venditionem non valere, ex defectu illius consensus, quia mandatum de adiudicando non est adiudicatio: prout nec mandatum de vendendo est venditio, veluti ait *Thes. decis. 234. num. 5. & 6.* & *alii quamplurimi D D. allegati in illa Romana domorum de Roncionibus, quæ est in recent. decis. 725. in par. 2. num. 3. & 4.* & *Gratian. viden. lib. 3. discept. cap. 545. num. 37. & seqq.*

32 Et propterea *Rot. d. dec. 725. num. 4.* de eo stylo restatur, qui inoleuit in facien. huiusmodi deliberationes, & adiudicationes, post decreta, de consignando, ad effectum subhastandi, & de adiudcādo, & ad id expediuntur mandata directa cursoribus, vel executoribus, de deliberando, & adiudicando, qui postea in dictorum mādatorum executionem deliberant, & adiudicant, vice partis fungentes, *leg. 1. C. si in caus. iudic.* & sic per verba pręsentis temporis, & deinde supe reo fiunt instrumenta publica, cum suis clausulis, et post hęc sequitur traditio, vel possessionis apprehensio, veluti ita procedtur, ex attestationibus Cursorum Romanę Curię; testatur *Rota in d. Rom. bonor. de Roncionibus coram Buratt. & idem tradit Grat. ibi sup. num. 49.*

33 Extende igitur, quòd decretum iudicis, bona creditori adiudicari mandantis, non sufficit, ad probandam adiudicationem, nisi etiam de effectuatione secuta doceatur, quod de stylo quoque procedit

dit, vt testatur idem *Gratian. dicto lib. 3. discept. cap. 545. num. 32. & 33.* & propterea hinc inferri potest, quòd solum mandatum de adiudicando non præbet sufficientem titulum, ad inducendam bonam fidem in creditore, itaut, ex eo posset fructus rei subhastandæ, siue adiudicandę legitimè percipere, & sic suos facere, & ratio est, quia cum malafides non excludatur à titulo putatiuo, quando ille non sit habilis ad translationem dominii, & sic, cum solum mandatum de adiudicando, ad id, de per se non sit sufficiens, ergo. vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana bonorum de* Roncionibus *coram Buratto, quæ est decis. 725. par. 2. recent. & in eadem coram eodem 4. Martii 1616.* vltra quòd, cum (vt mox dicam) adiudicatio inter venditionis reguletur, & sic, cum venditio eius perfectionem non recipiat, nisi à reali traditione, ergo solum mandatum, de adiudicando non est sufficiens, cum illud sit solum præparatorium ad actum, non aptum transferre dominium, vt de perfectione venditionis hoc modo fienda, ait Rota *in Anconitana Ciambellottorum Luna 1. Iunii 1592. coram Litta*, & veluti in istis terminis fuit decisũ à Rota *in Romana Silua 28. Iunii 1628. coram Verospio, & prius in alia Rom. census decimarum 10. Decembris 1627. coram Vbaldo*, veluti etiam, pari modo mala fides argueretur, vt quando res fuisset adiudicata, sed excederet creditũ in duplo, vel triplo, & solemnitates requisitæ fuissent omissæ, quia tunc prædictæ solemnitates præsumerẽtur dolosè omissæ, in gratiam creditoris, ne veniret, qui offerret, & propterea talis à mala fide excusãdus nõ esset, & sic fructus suos non faceret, vt *pulchrè distinguendo ait Castr. cons. 156. in princ. vers. 1. quia lib. 2.* & quòd læsio enormissima arguat actum, aut per metum, aut per aliam speciem doli factum, *ait Gratianus decis. 166. num. 9. & Rota decis. 461. nu. 3. parte 1. in recent, vt veluti dicam inferius sub. num. 57.*

> *In hac pag. 386. col. 2. lin. 24. post verbum* Manzanedo, *adde hæc verba.*
>
> & veluti eodem modo dicitur de emente, mediante subhastatione iudicis auctoritate facta, qui tamquam bonæ fidei successor facit fructus suos, neque ad eorum restitutionem tenetur. Quinimmò isto casu bona fides non est necessaria, sed sufficit malam abesse ad hoc, vt possessor fructus restituere non teneatur, animaduertendo, quod bona fides in dubio præsumitur, & talis potissimum arguitur in eo, qui publicè emit, mediante subhastatione iudicis auctoritate facta, quia tunc talis verè æquiparatur domino, quoad fructuũ perceptionem, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decis. 227. per totam, & prius fuit latè deductum in Auximana spolijs 3. Decem. & 4 Martij 1611. coram Pirouano, & in Bonon. de Guidalottis 14. Mar. 1614. coram Card. Verospio, & per eundẽ Buratt. dec. 184. n. 6.*

34 Quartò supponendum erit, quòd adiudicatio habet vim emptionis, & venditionis, & propterea iisdem terminis regulari debet, & sic in ea requisita vẽditionis interuenire debent, vt est in adiudicatione bonorum, insolutum creditori, fienda, vt mox diximus, & propterea videmus etiam, quòd fructus rei pendentes, per iudicem adiudicatę, ad creditorem, veluti illi quoque, ad emptorem spectant, vt ait *Surd. decis. 294. num. 1. & seqq. & Franc. Marc. decis. 374. num. 1. par. 2. & veluti fuit decisum in Bonon. de Guidalottis Ven. 15. Mart. 1614. coram Verospio, quæ est in recent. par. 2. decis. 428. num. 3 & ibidem in alia decis. 725. num. primo.* Quinimmò, prædictis illud erit addendũ, quòd scilicet adiudicatio est adeò emptioni similis, vt propterea, veluti prætiũ, loco rei succedit in venditionibus, & veluti factum iudicis, pro facto partis habetur, item sicuti venditor, qui prætium habuit, & rem emptori non tradidit, sed penes se adhuc retinet, tenetur ad fructus pro rata prætii soluti, ita quoque fructus debentur creditori, qui emptorem repręsentat, pro rata crediti, loco prætii soluti, à die factæ adiudicationis, vt fuit resolutum in *Bononien. de Pannolinis Veneris 27. Ianuarii 1617. coram Manzanedo.*

Quod .n. amplia procedere, et in adiudicatione facta, cũ conditione, iuxta æstimationem faciendam per peritos, quia tunc fructus pendentes pro rata prætii emptori, siue creditori debentur, non obstante ea regula, quod scilicet cõditio nil ponat inesse, quia ne dum in hoc vrget in contrarium altera regula, ne quis re, & prætio fruatur, verum etiam, quia talis adiudicatio, iuxta æstimationem fienda, est ab initio perfecta, cum censeatur facta arbitrio boni viri, cuius enim arbitrii quantitas, de iure est vera, sed solum per æstimatorem restat declaranda, vt fuit decisum in *Bononien. de Pannolinis Vener. 27. Ianuari 1617. coràm Manzanedo*, vbi fuit dictum hanc opinionem esse veriorem, quicquid dicant alii contrarium tenentes.

35 Quintò nota, quòd ordo iuris in adiudicatione est necessarius, alias illius præposteratio actum adiudicationis vitiaret, vt ait *Bald. cons. 122. in princ. vers. Et alius defectus lib. 3. & Surd. cons. 39. n. 2. & seq. lib. 1.*

36 Et propterea ex prædictis infertur, quòd citatio debitoris, super decreto, quòd bona vendantur, est de substantia iudicij, & ratio est, quia creditor immissus in possessionem, ex primo decreto non

effici-

efficitur Dominus, nec eo solo; fructus facit suos, in actione personali; licèt secus in hipothecaria, vt ait *Rota in Perusina bonor. Luna 17. Apr. 1617. coram Buratto.* & *in Leodien. dominii de Hollonia 24 Maii 1624. coram Merlino,* & *in Ariminen spolii 2. Iun. 1627. coram eodem.* Vndè si debitor, per adiudicationem iudicialē, & per venditionem executoris, debet dominio rei suæ priuari, erit quoque cōueniens; immò necessariū, q̄ citetur; aliàs si adiudicatio per Iudicē hoc modo subsequatur; & sic creditor dicta bona, in vim executionis debiti, & sic iure pignoris solum possideret, vtique suos fructus nō faceret; sed benè illi sortem principalem ad fauorēm debitoris extenuarent, vt ait *Rot per Card. Caualer. in dec. 534. n 8.* & vt pulchrè ait *Affl. dec. 358. n. 3.* & *4.* & *Rota ibi sup. coram Merlino.* & pulchrè *in Anconitana predii ven. 29. Nouem. 1630 coram Verospio.* Licèt, id quod fuit dictū de citatione necessaria debitori, fallat in casu, de quo dixi sub *num. 24. & seq.*

37 Secùs autem, quando postea pignora iudicialia exponuntur venalia, & vendūtur; quia tunc pars de necessitate nō debet citari; veluti qñ datur facultas vendendi, quia illa est quędam iudicis monitio, vt de magis cōi, ait *Surd. d. cons. 39. n. 22. & 23* Et tempus q̄ conceditur in istis subhastationibus, & adiudicationibus est arbitrarium iudici, excepto casu distractionis bonorum Ecclesię, minorum, & fisci, in quibus terminis, tēpus 30. dierū tolli non potest; secus verò in alijs: dummodo tñ aliud de cōsuetudine loci non seruetur; quia in hoc mos regionis, aut statutum prævalebit, vt ait *Grat. lib. 2. discep. c. 375. n. 15. & 16.* & *lib. 3. c. 545. n. 3.* sed *Rota per Greg. XV dec. 285. num. 9.* ait, quòd bona minorum debent stare subhasta, saltem per viginti dies, licèt *sub nu. 13.* dicat id non esse necessarium de iure Canonico, quia iuxta illud, sufficit, q̄ venditio fuerit facta bona fide, *Bald. in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacrosanct. Eccl. Rota dec. 446. num. 2. par. 1. in recent.* vbi fuit resolutum subhastationis omissionem, alienationem rei subhastandæ bona fide factam, non vitiare.

38 Declara tamen, quòd si fuerit lapsum tempus 30. annorum; tunc omnia solemnia interueniisse præsumitur, nempè æstimatio, citatio, & adiudicatio, & similia, etiam si non fuerint enunciata, vt ait *Rota decis. 143. num. 8. & seq. lib. 2. nouiss.* & *Afflict. decis. 369. per totam.* Et licèt ibi loquatur de tempore ferè centum annorum, tamen Rota Romana se restringit ad illud triginta tantum, vt ait *Puteus decis. 246. lib. 2.* & pulchrè *Gratian. lib. 2. discept. cap. 375 num. 7.* vbi firmat exceptionem intimationis omissæ, non obstare, stante lapsu temporis 20. annorum, & debitore non reclamante; quod enim omnem nullitatē excludere facit, in actis præcipuè iudicialibus, quicquid sit in extraiudicialibus, & præsertim vbi essemus in debito fiscali liquido, in quo nullus ordo iudiciorum est necessarius, ob particularem fauorem fisci; at secus, si de eo liquidè non constaret; quia primo casu talis debitor dicitur redactus in numero debitorum, ex contractu, tributo, vel delicto; quòd enim operatur, vt quis summariè, & incontinenti ad soluendum cogatur, vt benè declarat *Alex.* & *Bart. allegati à Gratiano ibi supra dicto cap. 375. num. 12. & 13.*

39 Sextò nota, quòd adiudicatio, quando est consumata, nil aliud à iudice venit agendum; sed ea non dicitur consumata ante intimationem decreti adiudicationis, de ordine iudicis faciendam, nec nō illius reproductionem, veluti fuit decisū in dicta *Romana domorum de Roncionibus coram Buratto, quæ est illa decis. 725. superius allegata num. 9.* & *in alia Romana pecudum 14. Nouembris 1611. coram Card. Caualerio,* & *Grat. lib. 3. disceptat. c. 545. nu. 53. & seqq.* vbi docet, in quibus casibus relatio, siue executionis reproductio non sit necessaria; sed qñ intimatio fit iudicis mandato, tunc debet ante actus executionem reproduci, vt iudex de illa sit certus, & vt pars deducat, si quid releuans habet, & tunc iudex potest, aut reponere, aut supersederi in adiudicando mandare, vt ait *Rota d. decis. 725. num. 8. & 9. par. 1. recent.* Licèt secus, quando subhastatio, & deliberatio esset facta, vigore executionis nullæ; quia tunc tanquam, ex radice infecta prouениens erit nulla, & irrita fiet, vt fuit dictum à *Rota in Romana Palatii Lunæ 19. Ian. 1615. coram Buratto, quæ est in eius impres. dec. 91. n. 3. Grat. ibi sup. plura ait.*

Septi-

40 Septimò nota, quòd adiudicatio contra pupillum indefensum est nulla, veluti quando in ea non fuit illi datus curator, nec minus consanguineis citatis. Et ratio est; quia si curator fuisset adductus forsan non succubuisset pupillus, vt ait *Mastrill. in decis.* 37. & pulchrè *Surd. consil.* 115 *num.* 4. *cum omnib. ibi alleg.*

41 Et propterea nota, quòd quando vna adiudicatio detegitur nulla, tunc est facienda secunda, vt dicitur, de executione semel facta, per quam si creditori non est benè consultum, iterum ea fieri potest, vt ait *Rota Genuen. per Flaminium Cartar. in decis.* 105. *cum ibi alleg.*

42 Octauò, animaduertas, quòd si fuerit per partem obtenta adiudicatio insolutum, & pars haberet anteriorem hypothecam, tunc non diceretur illius rei adiudicationem eum, vti hæredem habere, sed eam tanquam creditorem possidere, veluti fuit decisum à *Rota in decis.* 315. *lib.* 3. *num.* 2. *diuersor.* Nam aliud est possidere pro hærede, quàm possidere pro creditore; licèt tamen sit declarandum, quo iure possidens retinere intendat, vt ait *Rota ibi supra.*

43 Præterea hic notandū erit, quòd creditor non debet plures res diuersas debitoris insolutum accipere, sed vnā tantū, quæ eius credito æquiualeat, & propterea, ex vno prædio non potest facere æstimare vineā risi, ex alio verò oliuetū, sed totum prædiū æstimari debet, veluti cauetur Florentiæ, ex lege particulari emanata de anno 1551. vt ait *Bal. in authen. hoc nisi, C. de solut. et Salicet. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccl.* Veluti neque etiam potest vna res subhastari, quando ex eius redditibus, intra modicum tempus creditori satisfieri posset, vt fuit dictum à *Rota per Burat. dec.* 627. *nu.* 10. At secus, si quis per viam saluiani aliquam rem acquireret pro satisfactione sui crediti, & ob tenuitatem fructuum diù esset in sui graue præiudicium satisfaciendus, siue si fructus quantitatis debitæ essent maioris valoris, siue solùm æquiualerent valori illorum rei obtentæ in saluiano; quia tunc posset per creditorem à Principe obtineri commissio, de subhastanda illa re, ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 1110. *num.* 1. *et seqq.* Et ibi habetur quo modò sit formanda, vt valeat commissio.

44 Extende eodem modo procedere de creditore pignora habenre, cum facultate vendendi; quia licèt illud ab eo vendi possit, æquitas tamen seruanda venit, ita vt, si pars pignorum sufficiat, tūc omnia vendere non debet; & ideo, si viliora sufficiunt, preciosiora reseruantur, vt tradit *Neguzan. de pignor. in* 1. *memb.* 6. *par. col.* 6. *vers. Quinto limita.*

45 Declara tu tamen primò, quòd adiudicatio, per sententiam facta alicuius rei, vel plurium, ex spatio longi temporis rectè facta præsumatur, & sic in ea omnia interuenisse, quæ ad perfectam subhastationē, seu adiudicationē sufficiunt, necnon pretium iustum interuenisse censetur, vt superius dixi, & veluti ait *Grat. d. c.* 545. *n.* 30. Quod tamen limita procedere, si obseruantia pacifica concurrat, siue si solemnitates, saltem in genere fuerint enunciatæ, vt mox dicetur, aliàs secus, vt fuit decisum in *Romana census* 24. *April.* 1592. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impres. dec.* 984. *nu.* 4. Vltra quòd in dubio semper iudicis decretum in subhastatione interpositum, pro se præsumptionē habet, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. decis.* 538. *num.* 3. *et Rota dec.* 648. *num.* 1 *par.* 1. *recent.*

46 Declara secundò, non procedere, quādo essemus in adiudicatione, de qua processus non constaret, nec in ea solemnitates à iure requisitæ concurrerent, veluti fuit decisum à *Rota in dec.* 143. *p.* 2. *diuers.* quia tunc ea non attenditur, vt ait etiam *Flamin. Cart. dec.* 105. *et est dec. Garz. Mastrill. Regni Siciliæ* 73.

47 Et ratio ea est; quia Rota sententias, siue processus, sine eorum cognitione, nō curat, vt ait *Rot. ibid. n.* 5 *p.* 2. *diu* Et veluti latè dicam in verbo Auditor Rotæ.

48 Restringe tamen primò, huiusmodi rationem non esse veram, quādo adiudicatio deducitur non per viam actionis ad petendam illius executionem; sed per viam exceptionis, quo casu sententiæ sine processu probāt. Et ratio est; quia multa deduci possunt, per viam exceptionis, quæ non possunt per viam actionis, vt ait *Rota per Accoramb. eaum decis.* 35. *circa medium, versic. Et maximè, Bald. in l. post mortem n.* 3 *propè fin. vers. Aut irritatum, ff. de*

ff. de adept. Imola in l. Qui superstitis num. secundo circa medium vers. Aut non contingunt ff. de acquirend. hæreditat. Felyn. in cap. lator columna secunda vers. & *dicit Baldus de re iudic. & Rota in Portuen. bonorũ 14. Martii 1578 coram Card. Seraphino, qua est in eius impress. dec. 356. num. 14.*

49 Restringe secundò, quòd pro sententia, seù iudicis decreto, circa solemnitates necessarias, semper est præsumendũ, quando concurrit antiquitas temporis, & ipsarum solemnitatum enunciatio, saltem in genere, veluti contingit in casu illius decisionis 143. *par. 2. diuers. num.* 8. vbi in mandato Gubernatoris dicebatur seruatis seruandis, & cætera, *Aym. post alios de antiq. tempor. par. 2. §. ex præmissis num. 9. Gabr. lib. 2. de sent. conclus.* 4. *num.* 34. & 37. & veluti dicam in verbo antiquum tempus, &c.

50 Extende, quòd etiam, fine vlla enunciatione, præsumitur pro decreto, etiam causæ cognitione requirente, quando tamen tẽpus puta 30. annorũ præterijsset; ꝙ enim tempus in hoc casu longissimum vocatur, vt ait *Rota ibidem decis.* 143. *num.* 8. & *Alciat. de presumpt. presumpt.* 10. *num. quinto cum seqq. vers. Nisi præterijsset*, & vide in illo verbo antiquum tempus, & ibi plura inuenies in hac materia.

51 Restringe tertiò, quando essemus in executione, siue immissione in possessionem facta, vigore alicuius mandati, & præsertim stante lapsu 50. annorum, vt in casu dictæ *decisionis* 143. *num.* 9. & ratio est, quia non præsumitur, quòd ille contra quem fuit relaxatum mandatum, & executum, ac deinde eius hæredes, tàm diù ius suũ indiscussum distulissent, vt ait *Anchar. cons.* 40. *num. secundo. ver. Item ex temporis diuturnitate, Decius consil.* 375. *num.* 4. & *consil.* 409. *num. nono in fine Tiraq. de præscript. §. primo glosa quarta pagina* 61. *vers.* 33. *Acchil. decisione* 14. *de attentat. & fuit ita resolutum in Romana Palatii de Ioacchinis* 25. *Octobris* 1574. *coram Card. Seraph.* & pro hac opinione, facit etiam *Affl. dec.* 368 *num.* 3. & *seqq.* vbi habetur, quòd, ob vetustissimam possessionem, præsumitur approbationis solẽnitas, & *in n.* 9. assignat rationẽ eam esse, quia fuit possessum territorium, de quo agebatur per longissimum tempus præsentibus, & scientibus, & non reclamantibus, dicto tempore, aduersario, ac eius hæredibus, idemq. ait *Gratianus lib. 2. discept. cap.* 375. *num.* 1. & *seqq.*

52 Restringe quartò, veluti si acta adiudicationis fuissent deperdita, quo enim casu, si eorũ perditio probetur, tũc pro illis est præsumendum, vt ait *glosa finali in cap. Quando contra*, & *ibi Baldus numero* 27. *vers. Item fallit Butr. num.* 56. *vers. Hæc vera Abb. num.* 19. *post princ. vers. Prædicta procedunt, Felin. num.* 32. *vers. Idem de eo Berou. num.* 227. *ante med. vers Sed si dicerentur de probat. dictus Gabriel in d. conclus. 4. de sent. num.* 13. *& in istis terminis fuit decisum in vna Romana spolii domus de Cansacchis* 19. *Iunii* 1578. *coram Decano*, & 20. *Maii* 1580. *coram Card. Blanchetto.* Et ad id erit notandum, quòd acta præsumuntur ablata de actis ab eo, cuius illa non reperiri intererat, vt ait *Rota in decis.* 368. *inter crimin. Farinacci.*

53 Et ad probandam perditionem actorum sufficit, quòd appareat de diligentia facta in reperiendo processus in illis actis causæ, veluti latè dixi in verbo scripturarum ammissio, & dixi etiam supra in verbo actorum transportatio, & de hoc est *decis. Cassad. super reg. dec.* 5. *num.* 5. & *Rota mox alleganda.*

54 Et prędicta amplia multò magis procedere, quando, verbi gratia, adesset Breue Pontificis, iubentis mandata alicuius tribunalis, & omnia in eo contenta, debitę executioni demandari, vt est de Clemente VII. qui iubet in vno breui, mandata Gubernatoris modo prędicto fore, & esse exequeñ, veluti fuit decisum in *dicta decis.* 143. *num.* 12. *par. secunda diuers.*

55 Nonò, nota, quòd si adiudicatio rei, per iudicem fuerit creditori facta, eo casu, per appellationem, seu per restitutionem, vel per ius offerendi pręcium debitum, ab obligato reuocari potest, quia quandocunque potest offerri, vsque ad sententiam, illud, quod petitur, & offerens liberatur, nec isto casu, quando fuit appellatum à decreto adiudicationis, potest dici sententiatum: quia appellatio sententiam suspendit, & est, ac si nun-

nunquam sententia lata fuisset, veluti dixi in verbo Appellatio, & in terminis adiudicationis ait *Capic.decis.*202. *n.* 1. & 2.& *seqq.* Licet secus, quando fuisset præfixum tempus, ad releuandum à statuto (vt superius diximus) quia tūc eo elapso amplius oblationi prędictę locus nō esset.

56 Item nota, quòd licet appellatio, non detur regulariter in hac materia, quoad effectum suspensiuum, tamen id procedere non debet, in casu d. *decis. Capic.* 202. vbi, mediante oblatione, indemnitati vtriusque consulitur, & propterea isto casu satis æqua videtur appellatio, necnon conueniens rei adiudicatæ restitutio, per illud ius offerendi, quod habet ipse debitor, veluti etiam, secundus creditor; secus autem, si quis veniret per viam reclamationis, quia tūc ea, sicut appellatio pronunciatū non extinguit, vt ait idem *Capic.in pracit. loco num.* 5.& *seqq.* & *Grat. lib.* 2.*discept. cap.*375.*num.*39. Item quando debitor admittatur, ad recuperandam rem suam, datam creditori in solutum, per secundum decretum, rediens infra biennium, tradit idem *Capicius dicta decis.* 202. *num. septimo,* Sed quòd creditores, si illis citatis non reclamant in deliberatione, vel offerant, ius suum amittant, ait *Rota in Rom-nullitatis subhast.*14.*Martii* 1577. *coram Brauo,* & *Oldrad.cons.*3.*n.*8.

57 Decimò, nota, quòd si adiudicatio sit facta, pro paruo, & viliori prætio, ita vt res valeat in duplo plus, tunc ex quo pręsumitur mala fides, in gratiam creditoris; idcircò erit nulla, vel saltem rescindi debet; Et sic cum id, pro debito fiscali procedat, quod est magis priuilegiatum, ergo multò magis procedet, pro priuato, vt ait *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 545.*num.*26.& 27.& *Rota in Romana annuæ præstationis prima Februarii* 1615. *coram Card. Sacrato,* & *in alia Romana domorum de Roncionibus* 9. *Febr.* 1615. *coram Buratto, quæ est in illius impressis decis.* 96.*num.*10.& *ita quoq. ait Gratian cap.*7.*num.*20.*cum seqq. lib.primo,* & *Rota decis.* 648. *num. octauo, parte prima recent.* vbi ait læsionem debere esse vltra dimidiam iusti prætii, ad effectum rescindendi subhastationem.

58 Extende eodem modo procedere, quando in subhastatione, etiam iudicis decreto, firmata, lęsio enormis adesset, quia tunc reuocanda veniret, vt fuit dictū à *Rot.per Burat.dec.*675.*n.*5. & *in Camerinen.læsionis, siue subhastationis coram Penia, quæ est inter crimin. Farinacc. decisio* 259. *num.*3. sed si forsan subhastatio esset facta, vigore decreti nulli, tunc debitor, vti spoliatus esset ad pristinam possessionem reintegrandus, vt fuit dictum *in vna Romana Palatii* 19.*Ianuarii* 1615 *coram Buratto,* & *in Rom. spolii bonorum secunda Februarii* 1600. *coram Iusto*, sed est benè verum, quòd impugnans alienationem, ex defectu subhastationis, non auditur, nisi prius soluto prætio, vel realiter oblato, & cum effectu, cum refectione melioramentorum, *Grat.lib.*3.*discept.c.*479. *n.*45.

59 Animaduertas vndecimò, quòd adiudicatio dicatur nulla, si contra formam statuti fiat, quia in ea omnes solemnitates loci sunt adhibendæ, & propterea de nouo esset facienda, vt fuit dictum superius sub *num.*41. & veluti ait *Grat. lib.*3. *discept.cap.*545. *num.*2. & 3. sed nota, quòd de solemnitatibus in subhastatione requisitis, aliundè, quàm ex assertione Nuncii apparere debet, cum id ad illius officium non spectet, vt ait *Rota per Gregor. decis.*485. *num* 10.& *per Buratt. decis.*675. secus autem in his, quæ ad illius officium spectant, quia tunc assertioni Nuncii omninò standum erit, *Ias. in l. Properandum, §. & si quidem, num.*8. C. *de iudic. Plot. de in lit. iur. §.* 3. *num.* 33. *Card.Seraph.dec.*498.*num.*1. & *Rota in Auell. vnionis* 28. *Aprilis* 1595.*corā Gips.*

60 Vltimò notandum erit, quòd prætiū in adiudicatione debet esse præsens, vt ait idem *Gratian. ibi supra num.* 46. & 47. vbi ait, quòd veluti regulariter in venditione hæc tria necessaria sunt, nempè res, prætium, & consensus, ita, & in adiudicatione, sed quando possit esse, quòd prætium in ea, non interueniat, dicam in verbo Subhastatio, &c. & præsertim ea sine pecunia fieri potest, si creditor sit contentus habere fidem de prętio, vt fuit dictū in vna *Vrbeu.dom.*5.*dec.*1594 *corā Pamph.*& *in alia Perus.dot.*1.*Iul.*1598 *coram Penia per Greg. dec.*316.& *Rot.dec.* 257.*n.*5.*p.*4.*in recen. idem Greg.dec.*430 & *Rota decis.*464.*n.*1. *par.* 2.*in recent.*

61 Quod tamen declara procedere, qn̄ consensus creditoris, de habenda fide de prætio, fuisset in ipso actu deliberationis præstitus, quia non sufficeret, si ex

post

post illum præstaret, ea ratione, quia requiritur consensus talis, per quem in dicto actu deliberationis debitor à suo creditore liberetur, vt fuit dictum in *Asculana prædii* 22. *Iunii* 1609. *corã Card. Sacr.*

62 Extende idem procedere, quòd scilicet pecunia non sit necessaria in deliberatione, si ita esset de consuetudine Regionis, si tamen illa in specie probetur *Gratian. lib.* 1. *disceptat. cap.* 7. *num.* 5. & *seq.* & *lib.* 2. *cap.* 226. *per totam in hac materia viden.*

63 Et propterea creditum, quod est pretium rei adiudicandæ, debet esse certum, de per se, vel per relationem, ad aliud, si non exprimatur, idem *Grat. ibi sup. n.* 48. & ita fuit quoque decisum in *Romana Vinea* 24. *Octobris* 1605. *coram Greg.* & *in alia Rom. pecudum* 14. *Nouemb.* 1611. *coram Caualerio.*

ARGVMENTVM.

ADIVNCTVS QVANDO, ET QVIBVS sit dandus.

CONCLVSIO LIII.

1 ADIVNCTVS nota quòd potest dari Commissario examinanti testes in causa ciuili, etiã si nulla subsit causa iusta suspicionis, cum ille commissarius non sit iudex causæ, & ille adiunctus vocatur secundus commissarius, qui datur, quando primus est suspectus, & ita seruatur in senatu Pedem. teste *Thes. in dec.* 255. *n.* 1.

2 Amplia primò, quòd etiam datur adiunctus, iudici ordinario examinanti, quã do tamen subest iusta causa suspicionis, quia maior ratio viget in examine, quod habet præiudicium irreparabile, quàm in sententia, quæ appellatione suspenditur; sed si nulla suspicio vrgeret, tunc dari nõ debet, nisi iudex fortè esset ignarus in examinando, & causa esset ardua, veluti seruatur in d. senatu Pedemontano, vt ait *Thesaur. ibi supra num.* 2. Sed adiunctus, quando iudici ordinario datur, dicitur delegatus, vt ait *Grat. max allegandus cap.* 100. *num.* 49.

3 Subamplia, id non solum procedere, quoad examen, seu alium articulum, sed etiam quoad totam causam, vt ait *Capic. decis.* 107. *cum ibi allegatis.*

4 Et tunc dato adiuncto, non solum cessat statim iurisdictio iudicis causæ, ne solus procedat, vt ait *Riccius in sua decis.* 22. & *in sua collectanea* 1399. *parte quinta.*

5 Verũ etiã potest dicto iudici ordinario inhiberi, ac parti aduersæ, ne absquè adiuncto procedant, vt ait *Thes. ibi supra,* & *Riccius in dicta Collect.* 1399. & *Ruin. consi.* 5. *col.* 4. *lib.* 5. *Mandos. de for. commiss.* §. *adiunctum, col.* 3. *Stafil. in tract. signat. vers. Pro commissionibus iustitia,* & *d. Mandos. de inhib. q.* 6. *n.* 10. vbi ait isto casu regulam illam limitari, par in parem non habet imperium, *Grat. lib.* 1. *discept. c.* 100. *num.* 4. sed in hoc erit cautus procurator, si vna cum prædicta intimatione, ab vlteriori processu, quoque appellabit, quo casu omninò nullitas processus resultabit, vt ait *Card. Seraph. in sua decis.* 983. *Lapus alleg.* 1. & *Achill. decis.* 3. *de excepti.* & *Rota. in vna Tiburtina Castrorum Mercurii* 4. *Iulii* 1607. *coram Marcomontio.*

Quod tamen intellige verum, si prædicta appellatio fuerit in scriptis, & in particulari schedula interposita, alias sola protestatio, per recusantem facta, non sufficeret, veluti ex pluribus decisionibus *Rotæ dixi in concl.* 128. *sub n.* 639. & *ibi recurras.*

6 Amplia secundò, quòd etiam, post litem contestatam, peti possit adiunctus, & sic præstito iuramento, erit admittenda recusatio, quod tamen intellige verum, quando ante litis contestationem, non erat litiganti cognita recusationis causa, alias à iudice, coram quo fuit cœpta, erit terminanda, *Gratianus ibi supra numero* 31. & 34. & *veluti dixi in conclus.* 129. *num.* 673. *in verbo Appellatio.*

7 Amplia tertiò, quòd etiam post conclusum in causa, peti possit, dummodo post conclusionem, causa recusationis originem duxerit, & non prius, idem *Gratian. in præcitato loco num.* 32. & *postea in lib.* 5. *discept. cap.* 837. *num.* 20. & 21. & tunc sufficiet, si recusans iurabit causam suspicionis de nouo, ad illius notitiam deuenisse, vt ait *Caputaquens. decis. septima par.* 3. *allegat. à Gratian. d. cap.* 100. *numero* 12.

Amplia quartò, quòd coram vtroquè erit facienda citatio, ad comparendum, &c. cum vtrique iurisdictio communicetur, & id in tantum est verum, quòd vnus sine alterò procedere non potest, ac si à principio vnus, & idem insimul datus fuisset, & si secus fiat, quòd scilicet sententia, absque voto adiuncti feratur, tunc vti contra formam rescripti lata erit nulla, vt ait idem *Grat. in d.c.* 100. *num.* 41. *& seqq.*

9 Amplia quintò, quòd adiunctus datur tàm iudicibus Romanæ Curiæ, quàm etiam illis extra per viam signaturæ, & eo casu vnus sine altero priuatiuè procedere non potest, idem *Grat. d.c.* 837. *num.* 20. *lib.* 5.

10 Amplia sextò, quòd etiam adiunctus detur ad instantiam partis commissariũ eligentis, si tamen aliqua causa suspicionis suboriatur; alias eum semel approbatum, amplius recusare non posset, vt ait *Mandos. in tract. commiss. adiunct. in princ. in c. insinuante de offic. deleg. Thes. d. decis.* 255. *num.* 3.

11 Amplia septimò, quòd adiunctus quoque datur Senatori examinanti, sed est benè verum, quòd tunc erit dandus alter senator, veluti dicitur de adiuncto dando Cardinali, vt ait *d. Mandos. de for. commiss. adiunct. §. Auditoris Cameræ, Geminian. cons.* 24. *vers. Si Papa*, sed senatus Pedemõtanus rarò id obseruat, & in causis grauioribus, vbi ita faciendi aliqua legitima causa superuenit, tunc loco illius senatoris suspecti allegati, datur alius non suspectus, qui solus ad examen procedit, vt partium dispendio parcatur, veluti testatur dictus *Thes. in d. decis.* 255. *num.* 4. nec iudex, cui datur iste adiunctus, vllam iniuriæ notam incurrit, vt ait dictus *Gratianus dicto cap.* 100. *lib.* 1. *disceptat. num.* 39.

12 Amplia octauò, vt detur adiunctus commissario, etiam ex leui suspicione, aut nulla; vt fit de notario, qui solo iuramento suspectus allegatur, vt ait *Anan. decis. siue sing.* 489, *& Milanen. in decis. Siciliæ* 15. *lib.* 1. & veluti latius dicam in verbo Notarius, licet *Rota per Greg. XV in decis.* 327. *num.* 2. dicat, quòd in recusatione notarii, causæ suspicionis, si sint leues, possunt sperni, vel suspicio illius, ex datione adiũcti, potest tolli, immò calumnia in recusatione iudicis, arguit quoq. calumniam in recusatione notarii; vt ait *Rota ibi supra num.* 6. & 7. *sed inferius sub num.* 28. concluditur; in hoc esse procedendum iuxta stylum Curiæ.

13 Et id fit, vt æqualitas in iudiciis seruetur, nam veluti commissarius dari solet, ad electionem partis examinare volentis, ita quoque debet alteri parti concedi adiunctum præsentare, vt seruat *Senatus Pedemontan. veluti testatur Thes. ibi supra.*

14 Quinimmò, si contra cõmissarium vehemens suspicio vrgeret, tunc remoueretur in totum, nec eo casu, illi daretur adiunctus; licet secus esset in ordinario, vt est *text. in l. Apertissimi, cum authentica sequenti, C. de iudic.* & ratio est, quia tales commissarii, ad examinandos testes deputati, eam authoritatem non habent, quam iudices ordinarii, & ob id non possunt testem vacillantem torquere, prout potest iudex, nisi id in litteris patentibus, in specie ei fuisset concessum, *Bart. in l. Nullum in secunda lect.* C. *de testibus*, & *Thesaurus ibi supra num.* 5. *in fine.*

15 Amplia nonò, vt etiam in criminalibus detur adiunctus, quia cum illo casu de grauiori præiudicio tractetur, idcircò magis reo in deputatione iudicis est succurrendum, quàm actori, & ad id ait Cicero pro Cluentio neminem (inquit) voluerunt maiores nostri, non modo de existimatione cuiusq. sed ne pecuniaria quidem, de re minima esse iudicem, nisi inter Aduersarios conuenisset, vt refert idem *Thes. ibi supra num.* 6.

16 Amplia decimò, vt etiam, iam cœpta commissione possit dari adiunctus, vt ait *Mandos. d. §. adiunctum col.* 4. & dato huiusmodi adiuncto, & sic secundo commissario, testes iam examinati poterunt repeti, licet repetitio sit facienda, expensis requirentis, nisi tamen, alia pars esset in culpa nullitatis primi examinis, & id solet seruare senatus Pedemon. vt testatur *Thes. d. dec.* 255. *num.* 7.

17 Animaduertendo præterea, quòd quãdo petitur iudici adiunctus, non pro examine, sed pro tota causa à Principe, tunc debet fieri mentio de toto statu causæ, alias rescriptum non valeret, vt ait *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *centuria*

3. *casu*

3. *casu* 202. *num*. 6. *Lancellott. de attent. in* 2. *par. cap*. 4. *n*, 643. & propterea notã, quòd de stilo Curię solet apponi illa clausula (statum, & merita causæ) quæ huiusmodi expressionem supplet, vt ait *Grat. d.c*. 100. *num*. 35. & *seqq*.

18 Sed ea, quæ fuerunt dicta de adiuncto dando, limita non procedere de iure Canonico, cuius enim vigore, potest quilibet iudex, tàm ordinarius, quàm delegatus, vti suspectus remoueri, necnon etiã in totum tolli, vt ait *Gaill. obseruat*. 33. *lib*. 1. *Ofasch. in decis*. 15. & *decis*. 18. & *decis*. 84. & *Borgnin. in sua decis*. 28. dixi etiam multa in hoc proposito in verbo Iudex vbi recurrere poteris videndus est, *Seraphinus de priuil. iure priuil. septimo per totum*, & *Gratian. lib*. 5. *disceptat. cap*. 837.

19 Declara tamen, quòd quando recusatio esset notoriè frustratoria, tunc, & eo casu posset per recusarũ sperni, & si ad vlteriora procederet, attentata cassaret, vt ait *Cappell. Tholos. in decis*. 479. & *Franch. Marc. decis*. 705. *par*. 2. & *facit decis. Greg. XV*. 327. *num*. 1. & 13.

20 Extende pari modo, quòd neque esset admittendus adiunctus, quando verbi gratia, recusans haberet appellationem in promptu, vt ait *Polid. Rip. in obseru*. 197. & *Viuius in decis*. 363.

21 Extende secundò, quòd recusans non est audiendus, nec suspicio est admittenda, post conclusum in causa, quod enim procederet, etiam si id ex noua causa fieret, vt ait *Vinc. de Franch. in dec*. 431. qui in hac materia omnino est vidẽdus, & prius *in decis*. 8.

22 Contrarium tamen ait Gratianus, veluti dixi superius, *vers. Amplia tertio*.

23 Concorda, vt prima opinio procedat, quando causa suspicionis habuerit originem, post conclusionem, secunda vero, quando causa recusationis erat cognita, antequam fuisset in causa conclusum, licet mihi magis placeat prima opinio, per regulam multa facta tenent, quæ à principio fieri impedirentur, idem ait *Grat. in præcitato loco*.

24 Extende tertiò, quòd inimicitia, quæ ex facto partis prouenit, neque iudicem, neque testem repellit, & sic eo casu iudicis recusatio non erit admittenda, vt pulchrè ait *Franch. Marc. in sua dec*. 291. *par*. 2. & de hoc multa dixi ex mente *Rota Rom. in verbo testis inimicus*.

25 Item nota, quòd eo ipso, quod adiunctus est datus, tunc omnis suspicio iudicis tollitur, *auth. si vero, C. de iudic. latè Couar. pract. quæst. cap*. 26. *num*. 1. & *ita fuit decisum in Vscellen. spoliorum, seu donationis Luna* 10. *Maii* 1610. *coram Greg. XV. qua est in eius impress. decis*. 466. *numero octauò*.

26 Et ad tollendam huiusmodi suspicionem, quotidie per signaturam datur adiũctus iudicibus Rom. Curiæ, & etiam alijs extra, & tunc censetur priuariuè datus, adeò vt primus iudex solus iurisdictionẽ non habeat, veluti deputari solet post litem contestatam, si suspicio oriatur, vt testatur *Gratian. in lib*. 5. *discept. c*. 827. *n*. 20. & 21.

27 Amplia procedere, etiam in notario adiuncto, ex cuius enim datione, omnis erga notarium suspicio cessat, veluti fuit decisum in *Hispalen. decimarum de Aymonte, Veneris* 22. *Iunii* 1607. *coram eod. Greg. XV. qua est in eius impress. decis*. 327 *num*. 7.

28 Contrarium licet alias pluries tenuerit Rota, veluti testatur *Gonzal. super reg*. 8. *in verbo Contra nullitates num*. 105. & ibi testatur in Curia seruari, notarium recusatum omnino remoueri debere, quod quidem ad libitum partis fieri potest, & sic sine causa notarius suspectus potest, per solum iuramentum reddi, quòd secus est in iudice, veluti fuit superius dictum idemq. fuit decisum in vna *Gerunden. adiitionis* 6. *Octob*. 1573. *coram Robusterio*, & de hoc latius dixi in verbo Notarius, &c. & pro prædictis facit *decis*. 604. *parte prima diuers*. necnon cœteræ decisiones superius allegatæ *sub num*. 12. *vers. Amplia octauo*.

29 Et ratio istius secundæ opinionis ea est, quia per dationem notarii adiuncti, non ob id cessat, quin notarius suspectus dicta testium, si velit, reuelare possit, vt ait *Rota*, & *Gonzal. ibi supra*, & *in hoc multa ait Gratian. in d. cap*. 100. *num*. 54. & *seq*. sed quomodo id procedat dixi in *conclus*. 128. *sub n*. 683. & ibi prædictæ opiniones concordantur, & multa in hac materia inuenies.

30 Animaduertendo, quòd eo casu, quo datur notarius adiunctus notario actuario,

rio, tunc ipse non recipit acta, sed solum assistit, & ea subscribit, ad tollen suspicionem eius, cui ipse fuit adhibitus, veluti fuit decisum in *Carthaginen. iurisdictionis 16. Decembris 1596. coram Card. Seraphin. quæ est in eius impresß. decis. 1213. num.* 4.

31 Extende conclusionem procedere, etiam in eo adiuncto, qui vigore sacri *Concilii Tridentini ex cap. 6. sess. 25. de reformat.* datur Episcopo, in procedendo contra Capitulares, qui quidem adiunctus intelligitur datus, tàm in leuibus, quàm etiam in grauibus delictis; licet secus esset in illis leuibus, in quibus tela iudiciaria non esset necessaria, quia tunc Episcopus posset, contra Capitulares, ex officio procedere, veluti fuit decisum in *alia Carthaginen. iurisdictionis Mercurii 27. Nouembris 1585. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresß. decis. 710. nu.* 1. & 2.

32 Subextende, quòd neque Episcopus possit in arduis causis criminalibus procedere, immò nec etiam in minoribus negotiis criminalibus, sine consilio Capitoli aliquid statuere, secus autem in negotiis extraiudicialibus, vbi solemnitates iudicii non requirantur, vt ait *Put. decis.* 203. *num.* 4. 6. *&* 7. *lib.* 1.

33 Vndè sacra congregatio, ibi supra mandat, vt Capitulum duos eligat, de quorum consilio, vel assensu Episcopus, vel eius Vicarius procedere debeat, tàm informando processu, quàm etiam in aliis actibus coram eius notario, & in eius solito tribunali factis, vsq; ad finē causę inclusiuè, ita ordinante dicto Concilio Tridentino, nec est aliquid innouandum per Episcopum in illorum electione, vt ait *Grat. in loco mox citando num.* 26.

34 Amplia, quòd Episcous idem facere quoque possit, etiam in grauibus de iure communi tantum; secus autem ex dispositione *Sac. Conc. Trid. in dicto cap.* 6. & *sess.* 25. quia tunc in illis proceditur, per viam adhibitionis adiuncti, & quando delictum sit leuè, vel grauè, statur arbitrio iudicantis, vt ait *Rota ibi supra, num.* 1. *& Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 892. *num.* 22. *& ita fuit resolutum à Sacra Congregatione* Conc. 24. *Maii, &* Iunii 1584.

35 Limita tamen, & declara dictum Concilium, vbi loquitur de adiunctis, non habere locum in capitulis non exemptis, vt fuit decisum in *Gadicen. Statutorum Luna 16. Decembris 1580. coram Card. Seraph. quæ est decis. 493. num. 1. in eius impresß.* & *Rota decis.* 305. & 308. *par.* 2. *diuers. & alii alleg. à* Gratiano *ibi supra nu.* 26.

36 Subdeclara q̀ si totū Capitulū deliquerit, tūc adiuncti nō eliguntur, & isto casu an huiusmodi iurisdictio ad Archiepiscopum deuoluatur, item quo modo eo casu sit procedendum per Episcopum, ait Innoc. *in cap. irrefragabili de offic. ordinar. alleg. à* Grattan. *ibi supra num.* 25.

37 Animaduertendo tamen, quòd eligendi non debent esse inferioris conditionis cæteris, vt ait Gratian. *ibidem num.* 12. & propterea portionarij non comprehenduntur, cum non sint de Capitulo, nisi tamen contrarium cōsuetudo permitteret, veluti resoluit *Sac. Congregatio Concilii* 1. *Decembris* 1585. *&* R*ota decis.* 411. *p.* 1. *diuers. & ita quoque fuit decisum in Calaguritana* Fructuum 1. Iunii 1583. *coram Bubalo, & decis.* 713. *par.* 1. *diuers. & in Corduben.* Iurisdictionis 7. *Februarii*, & 17. *Maii* 1597. *coram Orano*, *Caputaq. dec.* 91. *p.* 1. & sic igitur erit concludendum, quòd Dñi loquantur de consuetudine, sed non de iure, dum dicunt, quòd Portionarij Ecclesiæ Corduben. habent ius votandi, cum Canonicis, & sic iuxta distinctionem illam, quam facit *Rota dicta decis.* 713 *item fuit decisum in vna Caduce. Portionis* 2. Februarii 1582. *coram Lauretano, & in* Calaguritana *iuris votandi* 27. Februarii 1595. *coram Orano*, & *in eadem* 25. Maii 1598. *coram* Pacen. *& denique in vna Calciaten.* 25. *Februarii coram Ortembergo Archiepiscopo Attrebaten.*

38 Et nota, quòd eo casu, quando datur adiunctus Episcopo, tunc sententia erit concipienda in numero singulari, iuxta priorem formulam, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dicta decis.* 1213. *num.* 1. & ratio est, quia adiuncti non dicuntur coniudices, vt ait Gratian. *in dicto lib.* 5. *discept. cap.* 892. *num.* 21. *& ita fuit decisum à Sacra Congregatione Conc. de mense Aprilis* 1584.

39 Vltimò erit animaduertendum, quòd *à Bart. in l. Duo iudices ff. de re iud.* quęstio mouetur, an scilicet adiunctus ordinario, dicatur delegatus, siue potius ordinarius

natius; sed quòd ipse sit delegatus, tenent *Ant. Faber. in sua decis.* 3. *C. de iurisd. omn. iud.* & *Rubin. in decis.* 21. & *ob id Anna in sua dec. siue sing.* 15. infert, quod quãdo aliqui, sacri Collegii, Regiæ Cameræ, adiunguntur, & è contra, tunc solo iuramento illi possũt allegari suspecti; nec propterea, per huiusmodi adiunctionem, intelligitur iurisdictio ordinarii alterata, vt ait *Thes. in sua decis.* 255. & *Gayl. obseruat.* 35. *lib.* 1.

40 Declara, quod si contingat adiunctum mori, tunc iudices, quibus ille fuerat adiunctus, poterunt in causa procedere, vt ait *Franc. de Castill. in sua decis.* 87. *Regni Siciliæ, et Ricc. in sua collect.* 1365. *par.* 4. sed in hoc omnino recurras, in verbo assessor, vbi pulchra inuenies.

41 Extende eodem modo procedere, quãdo essemus in duobus iudicibus remissorialibus, quorum vnus, sine coniudice, poterit validè in causa procedere, si alter ob impedimenta officium suscipere recusauerit, & in hoc, asserenti se impeditum, erit credendum, vt fuit dictum *in vna Hispalen. decimarum de Aymonte* 24. *Iunii* 1607. *coram Gregorio*, & *in alia Toletana iurisdictionis* 28. *Iunii* 1607. *coram Pirovano*, & *in alia Hispalen. præminentiarum Lunæ* 18. *Mart.* 1619. *corã Bunatto*.

42 Fallit tamen, quando appareret de mente Papæ, quòd non de vna persona tantum, sed de duobus fuerit confisus, veluti si in Breui dixisset, Dilectis filiis Archidiacono Ecclesiæ Canen. & Vicario Generali Episcopi, &c. Item si dixisset, Discretioni vestræ, & specificatis coram vobis coniunctim, & similibus, quia tũc vnus ex illis tantum, etiam si ille talis esset Archidiaconus, & Vicarius, procedere non posset, quia Papa in isto casu non contemplauit dignitates, sed pluralitatem personarum, & præsertim, quando essemus in materia maximi momenti, veluti decimarum, & similium, quia per plures oculos, magis perfectè veritas dignoscitur, cum plus videant oculi, quàm oculus, vltra quod interest Ecclesiæ plures consultores habere, & iudicium plurium virorum adhiberi, *vt fuit dictum in Nucerina Paganorum nullitatis confirmationis, Mercurii* 28. *Iunii* 1630. *coram Card. Virili*, & *vide, quæ dixi in hac materia concl.* 56. *num.* 148.

ARGVMENTVM.

ADIVTORIVM: SIVE SVBSIDIVM, ex quibus causis Domino, & Episcopo debeatur, & quantum esse debeat.

CONCLVSIO LIIII.

1 ADIVTORIVM, siuè subsidium nota, quòd dicitur, ab adiudicando, seù subueniẽdo & interdum etiam auxilium appellari solet, & duobus modis consideratur, nempè, aut est voluntarium, aut necessarium, voluntarium est illud, quod gratiosè conceditur, & quædam donatio esse censetur, quæ à mera liberalitate prouenit, & nullo iure cogente fit, veluti fuit decisum *Gratianopol. per Guidopap. decis.* 371. vbi refert, quòd in patria Delphinalis, Delphinus tallias, authoritate propria, imponere non potest, ob generales libertates ipsi cõcessas, & propterea videmus, quòd gentes trium statuum, aliquãdo gratiosa dona florenorum quadraginta millium, dare solent.

2 Necessarium autem illud dicitur, quod alicui homini, siue populo coactè imponitur, & denique omnibus illis, quibus iubendi est Domino attributa potestas, quod enim propriè vocatur indictum, vel superindictum, vt optime definit *dictus Guidopapa in allegata dicta decis.* 371. *num.* 4.

3 Et nota, quòd illud à Principe in tribus casibus induci potest, & primò, qñ ei filius nascitur. Secundò si facit filiũ militem. Tertiò quando ducit vxorem, vt ait *Franc. Marc. in sua decis.* 1025. *num.* 10. *par.* 1. sed ego addo quartum casum, & est quando pater, aut Deo, aut Seculo filias nubere vellit.

4 Quod. n. adiutoriũ nota, quod vassallũ debetur Dño, vti Dño, & sic prærogatiua dominii, non aũt, ex quo illi subsit, quia onus consideratur tantum, quando vtilis Dominus præstat seruitium Regi, vt ait *Vinc. de Franch. decis.* 131. *num.* 2. & 16. & *prius in decis.* 76. *num.* 5.

5 Et reassumendo secundam speciem adiutorii, quod necessarium vocamus, Amplia primò, quòd illud debeatur à subdi-

ditis, pro singulis filiabus maritandis, Immò id procedir, etiam si duæ filiæ eodem tempore nubant, quibus subuentio debebitur, vt ait *Franch. in decis. 306. in fine, & veluti fuit decisum à Senatu Burdegal. per Nicol. Boer. in sua decis. 119.* & *decis.* 130. & *dec.* 131. & *Guidopap. in decis.* 57.

6 Restringe tamen, id esse verum, si filià aliundè non habet, & consuetudo extet, vt potè si Dominus adiutorium exigere consueuerit, quia tunc subditi ad subueniendum cogi possunt, & ratio est, quia cum pater sit debitor dotis, *per text. in l. Qui liberos*, & *ibi DD. omnes ff. de rit. nupt.* ideò filia poterit à subditis patris subuentionem petere, veluti *dicunt Rota superius allegata*, sed in omnem euentum, qui paupertatem, seù necessitatē allegat, eam probare tenetur, vt ait *Franc. Marc. in sua decis. 65. par. 2.* & *Franch. dec.* 215. *num.* 18.

7 Amplia Secundo quòd nedum adiutorium debeatur à subditis, pro filia maritanda, verum etiam pro ea monachanda, quia argumentum à matrimonio carnali ad spirituale est in iure validissimum, *Marsil. in sing. 215. per totam Euerard. in sua cent.* in loco à matrimonio carnali ad spirituale, & *Simon. de Prat.* qui plures allegat *in cons. 72. num. 15. & ita fuit decisum in Bononien. Legati Luna 19. Martii 1607. coram Ludouisio, postea Gregorio XV. qua est in eius impress. decis.* 301. *& ibi in addit. num.* 16. & pro confirmatione istius ampliationis, tenet *Franch. decis.* 42. *num.* 1. vbi subdit illud tempore professionis deberi, & non ante, *& Boer. dec.* 126. & 127.

8 Sed est benè verum, quòd filia monachanda non indiget tanta dote, quanta illa, quæ nubet terrestri sponso, vt ait *Vrsil. ad Afflict. decis.* 136. *num.* 3. & propterea nota, quod ei non debetur ad rationem quinque Carlenorum pro quolibet foculario (iuxta illud, quod solet Dominus à Vasallis exigere) veluti debetur filiæ maritandæ, vt ait *Vrsil. ibid. nu.* 1. *& seq. & veluti dixi in concl.* 13. *num.* 2.

9 Amplia tertiò, quòd illud quoque debeatur pro dotæ filiæ spuriæ concurrentibus, tamen prædictis in dicto *vers. Restringe, vt ait Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 126. 127. & *decis.* 130. & *Vrsil. ad Afflict. decis.* 265. *num.* 58.

10 Et ratio ea mihi videtur, quia veluti pater tenetur alere filiam spuriam (quæ licet in peccato nascatur, tamen sine peccato alitur, veluti ex mente Rotæ Romanæ, dixi in verbo alimenta) ita etiam ipsa poterit ab eo, siuè eius subditis dotem (quæ loco alimentorum succedit) prætendere, *Vrsil. ad Afflict. dec. 99. num.* 75 & *seqq.*

11 Amplia quartò, quòd etiam illud debeatur pro sorore maritanda, veluti ait *Franch. decis.* 73. *& Boer. in decis.* 129. 130. & 131. & *idem ait Marta in compilatione decisionum in verbo adiutorium ca.* 3. *tom.* 4.

12 Et ideò nota, quòd auunculo decedente, superstitibus nepote, atque nepotibus ex eadem sorore, si nepos in illius antiquis feudis successerit, & sororem maritauerit, illud adiutorium, à subditis consequi valebit, & eò magis si de descendentibus primi acquirentis, & de compræhensis in inuestitura ageretur, quia licet frater de suo proprio, sororem dotare non teneatur, tamen benè potest ex bonis communis parentis, vt ait *Franch. in decis.* 73. *num.* 6. & 15. nec non etiā, quando dictus frater esset diues, vt dicam in verbo pater, &c. & veluti fuit dictum *à Rota per Coccinum in sua decis.* 77, *num.* 3. Licet secus sit, quādo pater omnes filios æqualiter instituit, & substituit, ita vt neque magis voluerit vno casu, quàm alio pro dote relinquere, quia tunc ille sororem dotare non tenetur vt ait *Card. Seraph. decis.* 120. *num.* 2.

13 Amplia quintò, idem procedere in auo neptes nubente, quia illud debetur, etiam si pater viueret, nam auus, qui filios in potestate habet, filias, & neptes respectiuè dotare tenetur, non autem pater, qui cum sit in potestate aliena, non potest alium habere sub se, nec quicquam facit, quòd istud ius dotandi dicatur onus, & per consequens non extenden. ad neptes, quia vltra quòd appellatione filiarum, etiam neptes continentur, deinde quando onus est rationabile (vt est in casu nostro, quia vtilitatem publicam respicit) tunc est extendendum, & eo casu neptes, non ex vi extensionis, sed ex vi compræhensionis venire dicuntur, veluti dixi in verbo odium, &c. & *Franchus dec.* 215. *num.* 1. *& seqq & Rota decis.* 454. *num.*

num. 10. *par.* 1. *diuersorum.*

14 Quod quidem extende procedere nulla facta distinctione, An pater sit pauper, vel diues, vt ait dictus *Franch. in d. decis.* 315. *num.* 19.

15 Amplia sextò, quòd adiutorium multò magis Regi debeatur, cum non sit conueniens, quod Rex non vtatur illis priuilegiis, quæ ab eo, personis priuatis, conceduntur; nam regulare est, quòd Princeps supremus, nunquam dat tantum, quantum sibi reseruat, nec vnquam aliquid priuatiuè, sed cumulatiuè concedit, vt fuit decisum in materia iurisdictio nis Baronum status Ecclesiastici coram *Robusterio, quæ est inter crimin. Farinacc. decis.* 27. *nu.* 3. *idemque ait Franch. in dec.* 131. *num.* 23. & veluti dicam in verbo Auditor Cameræ, & ibi multa inuenies in hac materia.

16 Amplia septimò, regulam quoque procedere in Vasallis subfeudatariis, qui tenentur feudatario maritanti subuenire, vt ait *Guidopap. decis.* 57. *cum ibi alleg.*

17 Amplia sextò, quòd adiutorium debeatur patri, etiam quando filia nubet, ob pulchritudinem, veluti quando nubet seni, vel ignobili, vt ait *Afflict. dec.* 136. *n.* 4. *& ibi Vrsil. & in alia dec. eiusdem Affl.* 265. *col.* 6. *n.* 58.

18 Extende, idem etiam procedere in matre dotante filiam, ob inopiam sui viri, vt ait *Bert. in decis.* 129. *cum ibi alleg.*

19 Declara tu tamen, quòd quando Vasallus duos dominos haberet, tunc antiquiorem adiuuare tenetur, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in dec.* 265. *n.* 55.

20 Amplia nonò, quod veluti adiutoriū debetur feudatario, ratione vtilis dominii, ita etiam, in emphyteuta, cum in multis valeat argumentum, de feudo, ad Emphytheusim, vbi eadem ratio militat, vt ait *Franch. in dec.* 131. *n.* 5. & *prius dec.* 76. *eodem num.* 5.

21 Amplia decimò, quòd Adiutorium Baroni debetur, etiam si sit concessum feudum, cum qualitate Burgensatica, & allodiali, quæ concessio isto modo facta, dicto Baroni non nocet, sed immò illi prodesse debet, cum ex eo vtile, & directū dominium trāsferatur in feudatariū, vt ait *Franch. d. dec.* 131. *n.* 21. & 24.

22 Amplia vndecimò, quòd Vasalli Burgenses præstant adiutorium Domino licet non teneātur in feudum, quod tamē declara procedere, si inhabitent in terra propria; at secus si in aliena, *Franch. in decis.* 131. *num.* 13. & 24. & *Capyc. sub rubrica feudorum adiutoria de iniust. & Vrsill. d. dec.* 265. *n.* 56. *& seq.*

23 Amplia duodecimò, quòd Vasalli teneantur solum præstare adiutorium, concessionario, non autem concedenti quia in hoc vtilis, dominus directo præfertur, vt ait *Franch. d. dec.* 131. *nu.* 26.

24 Et ratio est, quia vtile dominium, licet sit sicut chimera; nihilominus quandiu durat, vincit directum, à quo causam habet, idem *Franch. ibi supra num.* 27. secus autem in vsufructuario, cui non debetur adiutorium per Vasallos, sed benè Domino, cum illud, de sui natura, illi debeatur, vt ait *Capic. dec.* 185.

25 Amplia decimòtertiò, quòd illud etiā debeatur dicto directo Domino, quando dominium obtinuit, etiam si prædecessores, in suis casibus nō exegerint *d. Franch. ibi supra num.* 30. vbi habetur, quòd trāslato dominio, per concessionem Castri, ea omnia transferuntur, quæ ex ipso dominio resultant, inter quæ sunt præcipuè adiutoria, & subuentiones.

26 Declara tamen, quòd adiutorium, quando exigitur, ex consuetudine (*vt est in Regno*) tunc etiam illud non exactum debetur, vt ait idem *Franch. ibi supra num.* 36. vbi ait, secus esse, si ex præscriptione exigatur, quia tunc illud non exactum, non deberetur.

27 Amplia decimòquartò, quòd illud adiutorium Domino debeatur, etiam si ille steterit per triginta annos, & plus, quòd illud non exegerit, quia non militauit; nam eo casu præscriptio non obstat, idem *Franch. d. decis.* 131. *n.* 34.

28 Et ratio est, quia vnus, ob non vsum, priuilegium non amittit, quando casus illud exercendi non venit, vt ait *Rota per Cand. Seraph. decis.* 1410. *n.* 27.

29 Amplia decimòquintò, quòd adiutoriū debeatur Domino occasione adhoarum, quas Regi ratione releuii, & deuolutionis, quis persoluit, vt ait idem *Franch. d. dec.* 76. *n.* 3. 9. & 10.

30 Et releuium, nota, quod est medietas fructuum illius anni, quod, pro introitu, à possessore feudi dari debet, veluti habetur, ex *Foride de Patte in lib. de intigr.*

feud.

feud. quod enim releuium, quo iure debeatur, & quantum esse debeat, & an deductis oneribus soluatur, videndus est *Garzia Mastrill. in decis. Regni Siciliæ* 112 & illud etiā adhoc confunditur, quia quis duplici onere grauari non debet, *Vrsill. in dec.* 265. *num.* 96.

31 Amplia decimòsextò, quòd illud quoque debeatur Domino, per venditorem in venditione, cum pacto de retrouendendo *d. Franch. in d. decis.* 76. *num.* 1. veluti etiam potest peti ab emptore, cum eodem pacto, ait *Vrsill. ad Afflict. d. dec.* 265. *num.* 58.

32 Amplia decimòseptimò, quòd subditi pro prima vice, nunquam debent se, cum manu vacua præsentare coram Domino, & propterea in eius iucundo aduentu subsidium charitatiuum præstare tenentur, prout fuit factum Regi Carolo octauo in Ciuitate Gratianopolis ingredienti, veluti testatur, & refert *Franch. Marc. in sua decis. parlamenti Delphinalis* 1023. *parte prima*.

33 Amplia decimòoctauò, quòd adiutorium, siue subsidium charitatiuum debetur Episcopo de iure, & ideò illud præscribi nullo modo potest, vt ait *Rota in decis.* 3. *de censibus in antiq.*

34 Et istud adiutorium, siue subuentio, quam petit Episcopus, vt puta, pro consecratione, fuit taxata carlenorum quinque, pro quolibet focolario, vt ait *Afflict. decis.* 136. *n.* 1. *& Thom. Grammatic. dec. Neap.* 88.

35 Extende, quòd non solum Papa possit imponere subsidium, sed etiam Cardinalis, Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus; at secus, veluti si essemus in inferioribus Prælatis, qui illud imponere non possunt, etiam si sint exempti, vt ait *Nic. Boer. in decis.* 133. *Senat. Burdegalen. & dec.* 135. *idem ait Riccius in sua collectan.* 52. *par.* 1.

36 Limita tamen, id non esse verum, quando isti inferiores illud ius, vel ex priuilegio, siue ex consuetudine, haberent, vt ait *Boer. ibi supra.*

37 Sed nunc videndum restat, quæ sit iusta causa illud petendi, & iusta erit, quando Episcopus, & alii prædicti deberent ire, vel ad concilium generale, vel ad Papam, pro negotiis interesse publicum respicientibus, licet alias Episcopi subditos talliis, aliisque exactionibus grauare nō possint, sed si rationabilis causa succederet, si charitas non proficiet, potestas exhibenda erit, & si contendere contigerit, vtrum causa sit honesta, & rationabilis, aut collecta sit excessiua, tunc aut superior adeundus erit, aut arbitri super hoc erunt eligendi, vt ait *Franch. Marc. in decis. Parlamenti Delphinatus* 471. *parte prima, & Boerius decis. Senat. Burdegallen.* 136.

38 Amplia, quòd etiam Episcopus in initio promotionis, post adeptam possessionem, pro solutione bullarum annatæ, & aliis indigentiis, quibus grauatus erit, istud charitatiuum subsidium petere poterit, sed pro subsidio nō debet exigi plus quā procurationis, aut visitationis nomine, & si aliter petetur, appellatio dabitur, vt ait *Boer. decis.* 134. *cum ibi alleg.*

39 Quod enim subsidium debet esse de quarta parte annui valoris, verbi gratia, alicuius feudi, idest consistere debet in medietate seruitii, siue adhoc, quæ Curiæ Regiæ debetur, quando feudatariis, & Baronibus, à Rege imponitur, vt ait *Afflict. in decis. concilii Neapolitani* 136. *& ibi per Vrsil. & alios in addit.*

40 Extende, quòd Episcopus, pro solutione istius adiutorii, possit subditos, per viā censurarum coercere, vt ait *Boer. in dec.* 136. *cum ibi alleg.*

41 Et reuertendo ad primam conclusionem, in qua diximus, cui subsidium, & à quibus debeatur; limita primò, eam non habere locum, in consiliariis, in Curia parlamenti, quæ in administratione iustitię, & regimine Prouinciæ Delphinalis, instituta fuit, quia illi immunes esse debent, & ratio est, quia, cum plebeis illud imponi soleat; idcircò illi consiliarii, ob illud officium, tales esse desinunt, licet antea plebei essent, & ideò, tàm de iure, quàm de Principis indultu, immunes fiunt, ait *Guidopapa decis. Gratianopolis* 376. *n.* 1. *& decis.* 398.

42 Extende, id nedum procedere, de immunitatibus, dum consulatum, quis gerit, sed etiā, quando à loco fuerit remotus, quia priuilegiū cum persona extinguitur, dummodo amotio non fuerit vituperabilis, *Guidopap. decis.* 677. *num.* 1. *&* 2.

43 Extende, secundò, idem procedere, tam

tàm in subsidijs soluendis in loco consulatus, quàm etiam in illis patriæ soluendis, *idem Guidopap. decis.* 378.

44 Limita secundò non procedere in inferioribus iudicibus delphinalibus, qui ad contribuendum compelli non possunt, ob eandem prędictam rationem, quia eo ipso quòd iudices sunt, plebei esse desinunt; nam cum circa leges versentur; idcircò nobiliter viuere dicuntur, vt ait *d. Guidopap. in ead. dec.* 378.

45 Limita tertiò non habere locum in Doctoribus legum, & Medicis, ac eorum vxoribus, qui sunt immunes ab hospitum susceptione, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap.* 898. *nu.* 8. *& Guidopap. decis.* 394. *num.* 1. & id, quod fuit dictum de vxoribus, extende adeò procedere, vt illæ sint conueniendæ in foro sui viri, etiamsi illud sortiatur maritus, ratione alicuius exercitij, officij, vel dignitatis, & ratio est quia priuilegium concessum marito, censetur quoque concessum vxori, in necessariam consequentiam, licet in priuilegiis, nulla de vxoribus fuerit facta mentio, & id ob vnitatem personarum, deinde cum vxor pars corporis viri dicatur; idcircò inconueniens esset, quòd vir, & vxor iudicarentur ad imparia, quia correlatiuorum eadem est dispositio, vt nouissimè ait *Ioannes Maria Nouarius in suo tractatu electionis fori in quæst.* 47. *per totam, & ibi multos Doctores, ad id comprobandum, allegat* & *præsertim Franch. in sua decis.* 363. ibi extendendo idem procedere in vxoribus Clericorum coniugatorum, quę gaudent omnibus priuilegiis, quibus gaudent eorum viri, vt ait *Abb Felyn.* & *alii allegati à dicto Ioan. Maria in pracit. loco num.* 11. & quòd plus est, prædicta sibi locum vendicant, etiam in priuilegio singulariter, & dispensatiuè, contra ius concesso, vt ait *Amat. in decis. Marchia* 16. *num.* 36. *& cæteri allegati à dicto Ioanne Maria ibi supra num.* 4. & 5.

46 Restringe tamen, id non habere locum, in licentiatis, qui cum non habeant dignitatem, veluti Doctores, ideò contribuere coguntur, *Guidopap. decis.* 390. *num* 1.

47 Restringe secundò, non habere locum in nobilibus, qui mercaturam exercent, & quibus ea est prohibita, cum nobilitas, iuxta consuetudinem locorum, sit consideranda, & ideò contribuere tenentur, veluti etiam dicitur de nobilibus, qui officium procuratoris exercent, qui pariter huiusmodi oneri sunt subiecti, *Guidopap. decis.* 391. *cum ibi alleg.*

48 Limita quartò, in viduis conciliariorũ parlamenti, veluti etiam, in illis relictis Auditorum Cameræ, computorum Delphinalium, viduitate durante, ad contribuendum cogi non possunt, quia adhuc maritorum dignitatem retinere, & ea fulgere dicuntur, & ideò cum plebeis non sunt compellendæ, vt ait *d. Guidopap. dec.* 379. & *decis.* 380. Secus autem si dignitas, qua decorabatur maritus, habeat annexam administrationem, quia tunc censeretur contemplata illa administratio in marito, quà igitur per illius mortem cessante, cesseret quoq. priuilegium, illi administrationi iniunctum, & sic cum persona mariti extinctum diceretur, nec propterea ad vxorem viduam transire potest, vt ait *Ioannes Franciscus de Ponte mox citan. nu.* 34. *fol.* 503.

49 Restringe tamen, id nõ habere locũ in vidua, licet nobili, sed plebeio nuptam, nam illa quando plebeio nubet, non retinet patris dignitatem, quia siue in vita, siue in morte, maritum sequitur, & veluti ea radiis nobilitatis mariti illustratur, ita, & è contra, & propterea quandiù in viduitate plebei permanserit, interim contribuere tenetur, *idem Guidop. in dec.* 380. *Gratianopolit. parlamenti Ioan. Franc. de Pont. de potest. Proreg. fol.* 503. *num.* 31.

50 Limita quintò, id quoque non habere locum, veluti si essemus in rebus tributariis, quæ ad nobilium manus peruenerũt, & prius erant plebeiorum, de quibus nil nobiles contribuere debent, quia ex mutatione personæ, rei quoq; conditio mutatur, veluti per Dominos parlamenti decisum fuisse testatur, *Guidopap. in sua dec* 385. *num.* 1.

51 Sed si forsan contingeret, quòd aliquãdo aliquis nobilis soluat, tunc quia iste actus reiterationem recipit, non ob id, sibi in futurũ præiudicabit, nisi cursus 30. annorum fuerit lapsus, *idem Guidop. decis.* 387. *num.* 1. *Caputaq. decis.* 316. *num.* 3. & 4. & *Rota in Fauentina dotis Lunæ* 11. *Martii* 1624. *coram Reuerendissimo Coccino Decano me scribente, & obtinente.*

52 Restringe, id non habere locum, quando essemus in plebeis, in castra, & in homines

nes iurifdictionem habentibus; quia contribuere isto casu non tenentur, & ratio est, quia tale feudum ex sui natura possessorem nobilitat, secus autem si non Castra, sed feuda particularia teneant, videlicet census, & redditus de feudis Delphinalibus, quia tunc contribuere cogi possunt, vt ait idem *Guidopap. decis.* 385. & *decis.* 386. *per totam*.

53 Limita sextò, non habere locum in iudeis, qui immobilia non habent, quia cũ subuentio personis, pro rebus imponatur, ideò illis carentes contribuere non tenentur, nam illi solum mercaturam exercent, super bonis mobilibus, quæ publicè ad vsuram accomodant, secus autem si essemus, verbi gratia, in habitantibus in Delphinatu, quia etiam si in diuersis locis immobilia possideant, tamen in loco domicilij contribuere debent, veluti etiam dicitur de vxore, quæ si cum marito viuit de bonis parafrenalibus, soluere debet, idem dicitur de cæco, qui licet inter personas miserabiles nnmeretur, tamen si sit diues, tunc pro modo bonorum contribuere tenetur, veluti ait *Guidop. dec.* 395. & *decis.* 396. & *ibi multa*.

54 Quod tamen sublimita esse verum in orbato vtroque oculo, qui solum ab oneribus personalibus excusatur, at secus quoad patrimonialia, veluti etiam dicitur de surdo, & muto, vt est *Text. in l. honores §.* 1. *ff. de decurionibus. & in addit. ad Guidopap. decis.* 400. *per totam*.

55 Contrarium, quòd scilicet hebrei solũ mobilia possidentes ad onera teneantur, dum habeant aurum, & argentum, quæ publicè ad vsuram tradunt, cum illud plus sit, quàm stabilia possidere, ait *Guidopap. decis.* 395. *num.* 3.

56 Limita septimò, quòd neque etiam subsidium ab exemptis debeatur, quorũ enim exemptio acquiritur, aut priuilegio, aut consuetudine, vel præscriptione tanti temporis, cuius inirij memoria non exter, veluti fuit decisũm *ex Senatu Burdegalensi per Nicolaum Boerium in sua decis.* 135. *cum ibi allegatis*.

57 Animaduertendo præterea, quòd Bulla impositionis subsidij, quæ non soluentes priuat, debet intelligi de possidentibus, non autem de spoliatis, & ideò non incidit in Bullã, si nõ soluit ille, qui nõ possidet, vt ait *Rot. in dec.* 952. *p.* 3. *it.* 3. *nouiss.*

ARGVMENTVM.

ADMINICVLVM QVID SIT, ET VNdè sit deducendum, & quid in iure operetur.

CONCLVSIO LV.

1 ADMINICVLVM nota, quòd illud dicitur, sine quo res non subsistit, & licet non sit probatio tñ eã probationẽ, quæ de per se non est sufficiens, coadiuuat, & perficit *l.* 1. *§.* 1. *ff. Si vsusfruct. pet. l. Instrumenta C. de probat. & Rota decis.* 18. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.*

2 Et propterea ex hac conclusione infertur, quòd singula, quæ de per se non prosunt, insimul iuncta iuuat, vt ait *Rol. cons.* 43. *n.* 14. *lib.* 4. *Gabr. latissimè in sua concl.* 1. *tit. de probat. lib.* 4. *Mascard. de prob. concl.* 1223. *& ita fuit dictum in vna Romana domus Luna* 16. *Iunii* 1589. *coram Orano*.

3 Sed loquendo in materia criminali, declara, prædicta esse vera, quando vnumquodquè de per se separatum, in suo genere esset perfectum; & propterea videmus, quod ad hoc, vt testis vnicus de visu possit, cũ testibus de fama, nec non cum alijs probationibus coiungi, ad effectum, vt illius dictum probet, debet esse integer, adeò vt in aliquo illius fides vacillare nõ dicatur; secus autem, quando plures exceptiones pateretur, veluti si esset pauper, aut vilis persona, siue fuisset de aliquo homicidio imputatus, & damnatus, seù aliquo modo cõiũctus vt ait *Rol. d. cons.* 43. *n.* 49. *Gabr. d. concl.* 1. *n.* 33. *de prob. purpur. cons.* 228. *num.* 4. *lib.* 1. & *Rota in vna Bononien officii Luna.* 21. *Nouemb.* 1595. *& in alia Ariminen. Castrorum Luna* 15. *Nouembr.* 1599. *coram Card. Lancelloto, quæ est inter crim. Farinac. decis.* 38. *nu.* 3. & 4.

4 Extende etiam huiusmodi declarationem procedere, quando de crimine, nedũ criminaliter, verum etiam ciuiliter agetur, quia tunc probationes imperfectę, non coniunguntur, vt fuit dictum in vna *Cremonen. pratensa confidentia, Veneris* 1. *Iulii* 1611. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis.* 517. *num.* 28. *& seq.* & *Bursatt. consil.* 216. *num.* 63. *lib. secundo*,

&

& Gabr. d.concl.1.de probat. n.23.

5 Contrarium licet huic opinioni teneāt multi allegati à *Thesaur.in dec. Pedem.23. sub num. 5.*

6 Declara tamen primò, dictam primā opinionem procedere, quando ageretur de condemnatione facienda; at secus si super absolutione, per regulam *odia de reg. iur. in 6.* vbi habetur, quòd odia sunt restringenda, fauores verò ampliandi, vltra quòd semper magis exuberat authoritas iudicis in absoluendo, quàm in condemnando; secus autem quoad effectum torquendi, quia tunc probationes coniunguntur, quando, vt diximus ea, quæ iungenda forent essent in suo genere perfecta, alias secus, vt ait *Gabr. in pracit. loco num.27. Paul. Mcrenda in lib.2.con. sil.crimin.cons.88.num.74.& cons.90.nu. 26.cum seqq. Carrer. in sua praxi crimin. fol.mihi 39.num.7.Galeat. Maluet.cons. 100.num.10 lib.1.cons.criminal.Laurent. ab Oca cons.160 num.64.lib.2. consil. crimin.Hieron.Gabr.cons.183.in princip Bonacossa Ferrarien.in commun.opin. in verbo* Inditia, *fol.40. Marsil. cons. 20. num. 47.& cons.88. num. 22. Crauett. de antiquit.tempor.par.1.Lectura. Vidimus abundè num.25. Iason in l. Admonendi num. 253 ff. de iureiuran.& ibi Seuerinus num. 205.Paris.cons.15.num.37. lib.2. & cons. 79.num.14. & seq. lib.3. & cons. 59. num. 29. lib. 4. Honded. consil. 102. num. 83. lib.1. Thesaur.decis. Pedem. 23. num. 11. Magon.decis. Lucen. 41. num. 10.* vbi ait id, quod est in suo genere malum non potest vllo modo esse honestum, & *Rota inter crimin. Farinac.d.decis.138. num. 3. & seq.*

7 Declara secundò, eam opinionem præcipuè procedere, quando illa singula tenderent ad integrandum vnum totum; secus autem si venirēt ad perficienda diuersa facta, iuxta tradita per *Bald. in cap. licet causam num.11.de probat. Paris. cons. 15.n.37.lib.2.Eugen. cons.27.n.36.*

8 Contrarium tamen, quòd scilicet vnumquodque possit coniungi, etiam, quòd de per se non perfectè, sed imperfectè operaretur: licet secus, quando nihil de per se, quia tunc faceret illa regula, quòd non entis nullæ sint qualitates, ait *Bart.in l. Si quis ex argentarus, §. 1. ff. de eden.Iason.in l. Centurio num. 58. ff. de vulg.& pupill, Natta cons.522.num.9.lib. 3.& Rota per Card. Seraphin. in sua decis. 454. num.2.* vbi ait, quòd nihil refert, si singulis adminiculis aliquid desit ad perfectionem, quia ibi dicit, quòd si essent perfecta, in plenam probationem transirent, item, quod adminicula, & præsumptiones sint coniungendæ ad plenam probationem faciendam, ait *Gratian.lib. 3.discept.cap.505.num. 16.*

9 Còncorda tu igitur, quòd prima opinio procedat in materia criminali, vbi strictè proceditur, quando tamen de condemnando ageretur, quia tunc ad fauorem rei fit lata interpretatio, & sic ea non coniunguntur tali casu, etiamsi in suo genere essent perfecta: licet tamen secus esset, vbi ageretur ad effectum torquendi tm̄, quia tunc, qn̄ vnumquodque de per se esset in suo genere perfectum coniungitur ad prædictum effectum, quemadmodum, ex auctoritatibus prædictorum Doctorum, & Rotarum superius fuit demonstratum: Secunda verò opinio procedit, quando essemus in materia ciuiliter intentata, siue etiam in criminali, sed de absoluendo reo ageretur, quia tūc probationes possunt insimul coniungi, si in sua specie essent perfectè; at secus quando in suo genere singulæ essent imperfectè, quia vt adminicula suffragentur, debet aliquis gradus probationis præcedere, cui coniungi possint, vt fuit dictum *à Rota per eundem Card. Seraphin. in sua decis.1163.num.8.& in dec. 558. par. 2. in recent.*

10 Licet id, quoque falleret, quando adminicula essent vehementia, & vrgentia, quia tunc operarentur de per se, absque quòd vllus gradus probationis præcederet, quæ enim fallentia potest, pro concordantia earum opinionum inseruire, & sic quod prima procedat, quando adminicula essent debilia; Secunda verò, quando essent vehementia, vt ait *Rota decis.768.num. quinto parte secunda in recentioribus.*

11 Et quando adminiculum sit paruum, vel magnum arbitrio iudicis relinquitur, vt ait *Rota per Seraphin.decisio. 373. num. 8.*

12 Sed est benè verum. quòd adminiculum quamuis sit leue, si tamen ad graue accedat, facit illud tantò magis

valeret, vt ait *Rota per Card. Mantic. dec.* 323. *num.* 4.

13 Sed tenendo illam secundam opinionem in materia ciuili loquentem, extende primò, eam in tantum procedere, vt propterea in hoc iudicio numerus testium suppleat defectum eorum, etiam si aliquas exceptiones paterentur, vt fuit dictum à *Rota per Gregorium XV. in sua decisione* 351. *numero* 4. *& quinto*, *& prius decisione* 340. *num.* 7. & *decis.* 471. *num. vndecimo*.

14 Extende secundò, quòd testis inhabilis iunctus cum alio habili plenè probat, quia integra fides vnius supplet defectum alterius, quod tamen declara verum, dummodo non esset prorsus inhabilis, vt ait *Socinus consil.* 130. *in vltima columna*, *Nellus in suo tractatu bannitorum in prima par. tertii temporis xvi. q.* & *Alex. cons* 130. *vol.* 6. *Menoch. cons.* 342. *num.* 16. *lib. quarto*, & *Marsil. in suo sing.* 554. *& Rota decis.* 772. *num.* 5. *par.* 2. *in recentior.*

15 Fallit quoq. in criminalibus, quando ille testis esset prorsus inhabilis, quia tunc non posset vniri cum habili ad plenè probandum, vt puta, quando seruus deponeret contra Dominum, quia cum talis testis contra Dominum, neque faceret indicium; idcircò non potest ab alio valdè habili incrementum recipere, cum incrementum semper aliquid adesse præsupponat, vt ait *Marsil. dicto suo singular.* 554. & *Rota decis.* 558. *par.* 2. *in recentior.*

16 Extende tertiò, eam præcipuè procedere, veluti si essemus in facto antiquo; quia tunc illud valdè adminicula iuuant, & sic plures probationes imperfectæ, eo casu coniunguntur, vt ait *Hond. consil.* 17 *num.* 72. *lib.* 1. *Rota decis.* 357. *num.* 8. *par. prima diuersorum*, vbi fuit dictum adminicula non esse necessaria, vbi tractatur de probanda filiatione legitima antiqua. Et id eò magis procederet, quando essemus, vt potè, coram arbitratore, qui haberet potestatem procedendi secundum veritatem, & æquitatem, vt ait *Hondedeus consil.* 29. *num.* 27. *lib. primo*, & *Rota in vna Asculana pratensa nullitatis Laudi Lunæ quinta Iulii* 1599. *coram Litta*.

17. Extende quartò, procedere, quando essemus in probanda legitimatione, quia tunc adminicula iuncta cum fama, plenam probationem inducerent, vt ait *Rota decis.* 357. *num.* 4. *par.* 1. *diuersor.*

18 Subextende, quòd etiam adminiculum, cum fama iuuet ad probandam existentiam iurispatronatus, vt fuit dictum à *Rota in Marsicana beneficiorum decima Iunii* 1577. *coram Aldobrandino*, *postea Clemente Octauo*, *quæ est apud Marchesanum de commiss. parte prima tom.* 1. *fol.* 387.

19 Extende quintò, quòd adminicula, & verisimilitudines, tàm concedentis, quàm illius, cui conceditur, sunt æqua lance attendendæ, vt puta in transferenda commoditate pensionis, vt ait *Rota decis.* 401. *num.* 2. *par. prima diuersorum.*

20 Extende sextò, quòd adminicula possunt supplere defectum scripturarum ad effectum, vt illis sit adhibenda fides, vt fuit dictũ in *Hispalen. seu Nullius Decimarum de Aymonte Lunæ* 14. *Iun.* 1610. *coram Greg.* XV. *quæ est in secunda parte recentiorum decisione* 297. *numero tertio*, & *in eius impressis decisione* 469. *numero quarto Caputaq. decisione* 234. & *Rota in alia Gerunden. beneficii de Ceruiano quarta Iunii* 1604. *coram Litta.*

21 Subextende primò, quòd etiam adminiculum, pro fide alicuius scripturæ, potest desumi, ex alia scriptura minus legaliter extracta, vt fuit dictum à *Rota in Burgen. Quindenniorum Lunæ decima octaua Iunii* 1599. *coram Litta*, *quæ est in secunda parte recent. decis.* 18. *num.* 3.

22 Subextende secundò, quòd etiam testes nulliter examinati adminiculum, & robur præstent, pro fide alicuius scripturæ, vt ait *Rota d. dec.* 18. *num.* 3.

23 Declara tamen prædicta esse vera ad effectum, vt adminicula possint aliquem defectum scripturæ supplere, sed non possunt tamen substantiam mutare, & sic operari, vt de scriptura in formi fieret authentica, & legalis, vt fuit decisum à *Rota in dicta decision e* 469. *num.* 5. *coram Gregorio.*

Secus autem, quando essemus in teste, qui esset omni exceptione maior,

quia

quia tunc iunctis adminiculis plenè probaret, cōtra illud dictum, In ore duorum, vel trium stat omne verbum, & præsertim quando coniecturę, & circumstantię facti concurrerent, vt ait *Card. Mantica decis. 325. num. 4. Veral. decis. 271. num. 2. par. 3. Achil. de Graff. dec. 3. num. 6. de testib. Rota dec. 244. num. 4. par. 1. & decis. 119. nu. 3. par. 2. in recent. & per Coccin. decis. 426. & in Romana fideicommissi 12. Ianuarii 1625, coram Vbaldo, & priùs in Auenionen. Archidiaconatus, Ven. 5. Iunii 1615. & in Vrbeuetana dotis 3. Martii 1617 & in alia Romana pensionis domus 28. Nouembris 1618. coram Buratto.*

Licèt tamen prædicta sint vera in ciuilibus, at secus in criminalibus, vt ait *Farinac. de testibus quæst. 63. num. 35. & Rota per Gregor. in decisio. 172. & ibi in addit. num. 9. & decis. 242. num. sexto*, Item, quòd iuncta fama ille probet, fuit decisum in *Parmen. status 24. Martii 1628. & 30. Martii 1629. coram Coccino*, & hoc modo eum probare in omni materia, ait *Buratt. in decis. 117. & ibi per addent. sub littera B.*

24 Extende septimò, quòd adminicula coniuncta, cum instrumento locationis probant dominium, si, verbi gratia, ea desumerentur ex pluribus instrumentis venditionum rerum, de quarum dominio ageretur, & in illis appareret aliquis, qui diceret se dominum, & dicta bona ad se spectantia alicui vendidisse, & cætera, quæ deducuntur à *Rota in decis. 141. num. 7. & 8. parte secunda diuers. & dicam in concl. 78.*

25 Extende octauò, quòd enunciatiuæ, à non habentibus interesse prolatæ, inducunt probationem, si illis adminicula iungantur, vt ait *Rota decis. 130. num. 2. parte secunda diuers. & sub num. tertio* ponit adminicula, quæ ad id sufficere possunt, & *Franc. Marc. decis. 441. par. 1. num. 1.*

26 Extende nonò, quòd adminicula sufficiunt ad recognitionem manus scribētis, sed est benè verum, quòd debent esse plura, & qualia ait *Rota decisio. 181. numero septimo, parte prima diuersorum, & in decis. 177. num. septimo, parte secunda*, docet, quæ adminicula sufficiant, pro sustinenda confessione, aliàs non valitura; & multa dixi de hoc in verbo Apoca. vbi recurras.

27 Extende decimò, quòd adminicula sufficiunt pro verificatione partitarum mercatorum, vbi de earum fide ageretur, dummodo tamen aliunde, quàm ex illis partitis ea desumantur, aliàs nō suffragarentur, vt ait *Rota decis. 375. numero octauo, parte prima diuersorum, & in vna Romana pecuniaria, seu cambiorum Ven. 20. Maii 1611. coram Manzanedo.*

28 Quod tamen intelligo procedere, vt sci licet aliundè sint desumenda adminicula qñ illæ partitæ aliud continerent, quod propriè ad exercitium, & mercaturam non spectaret; quia statutum, siue alia constitutio tribuens fidem libris mercatorum debet intelligi de negotiis merè ad mercaturam, ac ad eorum officium spectantibus, non autem ad alia extrinseca; veluti, si quis esset Mercator pannorum, & vellet se ingerere ad facienda mutua, deposita, mandata, & similia, quia tunc eorum verificatio aliundè, quā ex illis libris veniret probanda, quemadmodum etiam dicti libri non probant, nisi inter præsentes, & propterea non potest scribere mercator, Titius habuit pannos pro Seio, vt ait *Card. Seraphin. decis. 442. num. 1. & decis. 1088. num. 4. & decis. 1390. num. 1. & alii allegati à Gratiano lib. 4. discept. cap. 727. num. 1. cum seqq.* sed si forsan dubitaretur circa partitarum verificationem, tunc sufficeret solùm verificatio aliquarum, quando tamen partitę essent annexæ, at secus in separatis, quia tunc ex verificatione aliarum fides libro non esset adhibenda, *Surd. decis. 199 num. 3. Rota per Greg. decis. 79. & ibi per addent. num. 7. & per Card. Caual. decis. 552. num. 2. & in Interamnen. censuum 15. April. 1622. coram Pirouano*, & *prius in decis. 388. num. tertio parte secunda in recentior.* licèt quando concurrerent adminicula, & coniecturæ, liber probaret, etiam in separatis, vt ait *Surdus dicta decisio. 199. numero duodecimo, & sequentibus, & Rota in d. Romana pecuniaria, seu cambiorum 20. Maii 1611. coram Manzanedo*; secus autem, si in aliquibus partitis liber falsus, siue erroneus deregeretur, quia tunc licèt aliquæ partitę verificarētur, nihilominus ad hoc,

vt libro fides adhibeatur, verificatio multarum partitarum esset necessaria, absque quòd de mendacio redargui possent, vt ait Rota *decis.* 743. *num.* 4. & *seq. par.* 4. *diuersorum* Soccinus *iun.conf.* 132. *nu.* 11. *lib.* 3. Riminal. *iunior conf.* 489. *numero* 35. *lib.* 5. *Castr. consilio* 301. *num.* 4 *lib.* 1. *Paris. consilio* 23. *num.* 253. & *conf.* 90 *n.* 26. *lib.* 1. *Natt. conf.* 59. *n.* 17. *cum seqq. allegati à Rota ibi supra*.

29 Subextende primò hic obiter quoque procedere in libris visitationum, qui solum probant in ijs, quę ad officium visitantis spectant; & quæ statum Ecclesiæ concernunt, vt ait *Caputaq. decis.* 158. *p.* 2. & Rota *decis.* 573. *num.* 4. *parte* 2. *in recentioribus*, & *in Mediolanen. Decimarum Sancti Donati* 19. *Martii* 1612. *coram* Pirouano.

30 Subextende secundò, idem pari modo procedere in libris Datariæ, quibus solum fides adhibetur in his, quę spectant ad negotia illius, tàmquam scriptis per officiales, ad id deputatos, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum decis.* 1088. & *decis.* 1108. *num.* 2. *Caputaq. decis.* 77. *par.* 1.

31 Subextende tertiò idem procedere de libris æstimi, qui non probant, nisi contra illos, qui dictæ descriptioni consenserunt & contra habentes causam ab eis, vt ait *Rota decisione* 706. *num. quarto parte secunda in recentioribus, et plures ad id cumulat Gratianus dicto cap.* 727. *num.* 20. *et seq*

32 Subextende quartò, quòd neque libri gabellæ venditionem probant; sed solum, quòd de ea fuerit soluta gabella; quod tamen intellige verum contra absentes; secus autem quoad præsentes, qui si asseruerint in libro gabellarij talem venditionem per eos fuisse factam, tunc eorum confessioni erit credendum, cum nulla sit maior probatio in mundo, quàm propria confessio, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano in præcitato loco num.* 17. *cum seqq.*

33 Declara pręterea, quòd licet libri Mercatorum non probent pro tertio, nec contra tertium, veluti ait *Rota per Burattum decis.* 119. *num.* 1. & *seq.* & *ibi per addent.* nisi sint adminiculati, id tamen non procedit in libris officialium de publico deputatorum, quia illi plenam fidem faciũt, vt ait *Rot. per Cardin. Seraph. decis.* 431. *num.* 3. *Grattan. in præcitato loco num.* 20. & 26. & veluti dicitur de libris Depositariorum Montium, qui cum sint publici probant *Rota per Buratt. decis.* 133. *num.* 6.

34 Extende vndecimò, quòd confessio facta ab vxore, sine solemnitatibus statuti ad fauorem viri valeat, quando pro ea adminiculum concurrat, quia tunc confessio mulieris sine solemnitatibus sustinetur *vt ait Achill. decis. prima de confess. Card. Seraphin. decis.* 1443. & Rota *in Romana de Marescottis* 14. *Decembris* 1615. *coram Card.* Sacrato, *quæ est in* 2. *par. recent. dec.* 771. *Gabr. conf.* 51. *in fine lib.* 2. *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 696. *num.* 21.

In hac pag. 404. *col.* 2. *lin.* 17. *post nu.* 34. *ante Argumentũ, adde hac verba.*

idem Seraph. dec. 617. & *dec.* 134. *num.* 3. Subextende primò, idem quoque procedere in confessione Prælati, quæ probat contra Ecclesiam, & curatoris testamentarij contra pupillum, si sit adminiculata, vt fuit dictum a *Rota per Burattum decis.* 230. *nu.* 2. & 3. & *veluti dixi in conclus.* 85 *nu.* 240. & *seq.* & *concl.* 148. *num.* 32. & *seq.* Subextende secũdò prædicto, eò magis procedere, quando Prælatus non haberet Capitulum, quia tunc illius sola confessio idẽ operatur, quod fit illa Prælati, & Capituli in collegiata, & præsertim quando esset facta de his, quæ ad suam administrationem pertinent, & sine vlla difficultate, quando adminicula concurrunt. *Rota dec.* 3. *de confess.* & *per Card. Seraph. dec* 442 *sub num* 2. & *per Gregor. dec.* 62. *num.* 3

ARGVMENTVM.

ADMINISTRATORES QVANDO DIcantur legitimi, & quando non & quid in eorum administrationibus facere teneantur, & plura alia in materia

CONCLVSIO LVI.

1 ADMINISTRATORES notã, quòd aliqui sunt nudi, & simplices, veluti sunt illi, qui simpliciter sunt constituti sine administratione à Collegijs priuatis, vel etiam ab officialibus Vniuersitatum, licet secus esset, si à tota Vniuersitate immediatè fuissent constituti, quia tunc haberent liberam, veluti etiam dicitur de administratoribus à lege, qui habent eã cũ libera, quod non est in illis ab homine, qui non habent eam liberè, nisi dicatur *Lanfranch. de Oriano de arbitr. tertia sect. principali in tertio volumine fol.* 51. *numero nono Alexand. in l. Præsens in principio versiculo Limita, C. de transactionibus.*

2 Alij verò sunt administratores non nudi, neque simplices, sed legitimi, qui iure proprio vtuntur, sed bonis alienis fruuntur, prout est patèr in bonis aduentitijs filij, in quibus vsumfructum habet, & dicitur de illis administrator, vt ait *Nicolaus Boerius decis.* 61. *num. quinto, et seq.*

Et

9 Et propterea maiorem authoritatem habet pater in bonis filij, quàm tutor in illis pupilli; quia plus iuris habet, cum habeat vsumfructum, vnà cum administratione, nec non etiam, quia in multis casibus, etiam alienat, vt ait *dictus Alexander ibidem*, & veluti ex mente Rotæ, multa dicam in verbo Alienatio.

4 Aliqui verò, sunt administratores cum libera, prout sunt tutores, curatores & similes, qui dicuntur legitimi, vt ait *Alex. cons. 22. num. 8. lib. 1. & Bart. in l. Inter bonorum ff. de administration. tutor.*

5 Item alteram distinctionem addas, quòd scilicet, alij sunt generales, alij verò particulares; generales tenentur conficere librum, veluti fuit decisum in *Marsicana Thesaurariæ Mercurii 15. Decembris 1604. coram Papa Ludouisio, quæ est in eius impressis decisione 199. num. quarto.*

6 Quod enim secus est in particulari administratore, prout est Aerarius, siue exactor, qui libros conficere non tenentur, vt ait *Rota ibi supra num. 4.*

7 Contrarium nempè, quòd non solum publicus administrator, sed quòd quilibet alius, siue generalis, siue particularis, siue publicus, siue priuatus teneatur conficere librum rationis, ex eo, quia sine eo ratio reddi non possit, latè defendit *Farinaccius in consilio 96. num. 45. & sequenti*, qui plures cumulat dicens, quòd opinio Rotæ est contra communem, & pro ista opinione facit *decisio Rotæ 218. numero primo parte secunda diuersorum*, vbi fuit decisum, quòd administratores tenentur conficere librum rationum, & in eo, cum appositione diei data, & recepta scribere, & *Greg. ibid. n. 8.*

8 Sed est benè verum, quòd si solutiones, quæ ab administratoribus prædictis fiunt, essent multũ verisimiles, tunc eos excusare debent, etiamsi non ita exactè libros retinuerunt, prout fieri debebat, & præsertim si essemus in tempore belli, quia tũc militibus soluere nõ potest administrator, & à singulis eorum receputam exigere, & eò magis si paghæ clandestinè darentur, vt ait *Rota ibi sup. num. 25.*

9 Qua enim Farinaccij, & aliorum opinione minimè obstante, ab ea Rotæ non est recedendum, quæ ait rationem absque libro rationum ẽt reddi posse, & hanc opinionem dicta Rota sequuta fuit *in Romana legatorum secunda Decembris 1619. coram Reuerendo Patre Domino Remboldo*, vbi propterea fuit resolutum, quòd alteratio in libris rationum facta, non poterat de falsitate argui; quia aliundè, quàm ex libris ratio reddi potest, & prius *in Romana Tutelæ 13. Ianuarii 1597. coram Gyptio, relata à Fariuaccio in consilio 99. sub num. 53. & alias sæpè, veluti testatur Beltram. in additionibus ad decisionem Ludouisii 279 num. nonò.* Item quòd administrator, quando est generalis, sed nõ publicus officialis, non teneatur conficere librum rationum, ait *Paul. de monte Pico cons. 67. numero quarto, & ita fuit decisum in Meliten. Reuisionis computorum 30. Octobris 1595. coram Cardinali Pamphilio, quæ est penes Fariuacc. post librum consiliorum secundum decisione 101. & in alia Romana redditionis computorum 29. Maii 1596. coram Cardinali Melliuo*, vbi fuit decisum, quòd magister domus, vulgariter dictus, Il Mastro di casa, non tenebatur conficere librum rationum, vt fuit etiam decisum in alia *Romana redditionis computorum 14. Maii 1593. coram Litta.*

10 Extende, quòd quando quis reddit rationem aliundè, quàm ex libris rationum, tunc contra eum iuramentum in litem cessat, veluti fuit decisum in *Bouonien. administrationis 16. Iunii 1603. coram Iusto.*

11 Et licet *Beltramer. in additionibus ad decisionem 274. Ludouisii*, dicat ab opinione Rotæ non esse recedendum, super eo, quòd scilicet administrator particularis librum rationum conficere non teneatur, sed generalis tantum; nihilominus inuenio ego, quòd eadem *Rota resoluit in Romana pecudum Lunæ secunda Decembris 1616. coram Reuerendo Patre Domino Vbaldo, quæ est in recentioribus decisione 540. num. quarto parte prima*, quemlibet administratorem teneri conficere librum rõum per *Text. in l. 1. §. Offero ff. ff. de tut. & rat. distraben.* qui licet loquatur

in tutore, tamen extẽditur ad quemlibet administratorem, vt ait *Rota ibidem.*

12 Quinimmò, id quoque amplia, quod scilicet non sufficiat loco libri rationum exhibere paginas manu administratoris confectas, & in hoc videñ est, *Surd. decisio.* 540. *num.*4. vbi loquitur de administratore particulari peculium.

13 Ad quarum enim opinionum Rotæ reconciliationem dicas, quòd prima procedat, in administratoribus ab homine, qui sunt sine libera, & qui propterea teneã tur librum rationum conficere, & rationem reddere, veluti sunt illi, qui (vt superius dixi) sunt simpliciter à collegiis priuatis, vel etiam ab officialibus vniuersitatum constituti, vt ait *Alex. in l. Præses, in princip. verſ. Limita, C. de transact.* & *Boer. decis.* 61. *num.* 5. *& seq.* necnon etiã, si sumus in administratore publico, vt ait *Corn. conſ.* 81. *num.* 4. *lib.* 4. *quem allegat, & sequitur Rota in Romana redditionis computorum, Veneris* 14. *Maii* 1595. *coram Litta, & Franc. Marc. in sua dec.* 441. *parte prima,* vbi loquitur de Thesaurariis, & receptoribus dicens, quòd isti rationes in scriptis reddere tenentur, & si erunt negligentes in exigendo, id quod sibi fuerat commissum, tunc illud soluere de proprio tenentur.

14 Secundà verò opinio procedit, veluti, quãdo essemus in administratore à lege, prout est pater in bonis filiis, & maritus in bonis dotalibus vxoris, iuxta ea, quæ ait *Rota decis.* 717. *num.* 15. *parte prima diuersorum,* & *Boerius in dicta decisio.* 61. *num.* 5. *& seq.* Idemquè procedit, quando sumus in his, qui officium publicum non habent, ac secus in tutore, & curatore, qui in tutela non possunt se ingerere, si prius inuentarium non conficiant, vt ait *Corn. ibi supra, & Rota in dicta Romana redditionis computorum, coram Litta.*

15 Quamuis etiam mihi, omni distinctione remota, videatur illa opinio magis tuta, super eo, quòd scilicet, quilibet administrator, siue sit generalis, siue particularis, siue publicus, siue priuatus, librum rationum conficere teneatur, ad hoc, vt facilius cuilibet, quod suum est tribuatur, & reddatur, & per consequens dicta opinio, vti minus apta, ad decipiendum, ab omnibus amplectenda venit, & ratio peculiaris istius opinionis ea est, quia adeò creuit malitia hominum, vt si illi in administrationibus, ad solertem diligentiam, non excitarentur, sæpè æternæ salutis immemores, pupillorum, ac viduarum bona, facilè dilapidare inclinarent. Nam vt ait scriptura sacra, nil scelestius auaro, nil iniquius, quàm amare pecuniam, quia isti sæpè faciunt animam suã venalem, quod quidem sacrum dictum, valdè congruit, cum altero profano, *Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?* & propterea optimum semper erit, vt per huiusmodi necessariam librorum rationis confectionem, via dolis, ac fraudibus præcludatur, veluti dicam etiã in verbo Dolus, &c. Quia videmus, quod administratores plerumque in eorum officio, & tutela delinquunt, & propterea sæpè ex illis ingentia obiurgia fiũt, ex quibus bonorum consumptio, & inimicitiæ capitales oriuntur, & quæ d eniq. in familiarum exitium prorsus tendunt, veluti de prædicta librorum rationis confectione latè ait *Menoch. de arbitrar. casu* 66. *in addit. num.* 9. *& Grat. lib.* 1. *discept. c.* 182. *num,* 30.

16 Amplia igitur primò, prædicta adeò esse vera, vt propterea quilibet administrator rationẽ suæ administrationis reddere teneatur, *l.* 1. *§. officio, & ibi Bald. ff. de tut. Aym. conſ.* 218. *lib.* 1. *& Festasius viden. in tract. de æstimo,* & *collect. in cap.* 1. *tit. de offic. execut. num.* 49. *tom.* 12. vbi expræssis verbis ait, id procedere in tutore, curatore, procuratore, patre, mat re, fratre, patruo, filio, commissario, Prælato hospitalario, capitulo, sede vacante, negotiorum gestore, socio, hærede, fideicõmissario, & in eo, qui se pro tutore gerit, & quolibet alio administratore, qui alterius negotia pertractauit, necnon etiã in collectarum exactore, vt ait quoque *Roland. in conſ.* 49. *per totum lib.* 1. *omnino viden.*

17 Extende primò, id nedum procedere in administratore necessario, sed etiam in voluntario, vt dicunt DD. *allegati à Gratiano lib.* 4. *discept. cap.* 760. *num. primo,* & 2.

18 Extende secundò, quòd nedum tutores, curatores, administratores, negotiorũ gestores, siue quouis alio nomine nuncupentur, tenentur conficere librum rationum, &

num, & ibi describere redditus, & fructus, qui ex bonis administratis percipiuntur, ita vt si in dicto libro nihil scriptum fuisset, tunc dolus, & deceptio præsumeretur, necnon contra eum iuraretur in litem, ac ad interesse teneretur, vt dicunt *infiniti Doctores allegati à Rota per Veral. dec. 157. num. 6. par. 2.*

19 Verùm etiam hæredes illorum, qui aliquid administrarunt, rationem reddere coguntur, ac librum administrationis edere debent, & si liber confusus producatur, tunc ex eo dolus administrationis argueretur, vt fuit decisum in *Romana liquidationis fructuum 4. Maii 1551. coram Augustino, prout est in eius libro fol. 113. vt refert Veral. ibi supra in fine.*

20 Amplia secundò, procedere etiam in amico administratore electo, qui pari modo tenetur reddere rationem suæ administrationis, sed est benè verum, quòd illā reddere tenetur, vt est solitus de rebus propriis, in tantum quod, si libros de rebus suis non conficiat, nec minus conficere tenetur eos in rebus alterius, per eū administratis, vt ait *Rota per Put. in decis. 323. lib. 3*

21 Quinimmò extende, quòd non teneatur amicus, etiam si maiorem diligentiam in rebus suis, quàm in illis pupilli, seu amici fecerit, vt ait *Paul. de Montepico in cons. 65. n. 29 alleg. in Rom. bonor ā de Cestis, Veneris 14. Ianuarii 1603. coram Penia.* cum ordinata charitas incipiat à seipso.

22 Amplia tertiò, procedere in eo, qui de facto administrauit, vt ait *Rol. d. cons. 49. num. 17. & Rota in Romana primogenitura, Veneris 14. Ianuarii 1603. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 93.*

23 Declara tamen, quòd talis administrator in huiusmodi administratione de facto, vti obligationi non cōformi, sed distā ti, non potest fideiussori præiudicare, vt ait *Grat. lib. 1. discept. c. 86. n. 52.*

24 Amplia quartò, procedere in tutela nulliter decreta, quæ à redditione rationis non excusat, alias sequeretur, quòd illegitimus tutor esset melioris conditionis, quàm legitimus, quod enim esset inconueniens, veluti fuit decisum *à Rota in Romana tutela 4. Iulii 1603. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 1473.*

25 Amplia quintò, idem procedere in matre tutrice de tempore, quo in monasterio permansit, quæ pari modo non excusatur à reddenda administrationis ratione, quod tamen declara esse verum, quando voluntariè, & non coactè fuerit ingressa *Rota in dicta Romana tutela coram Seraph.*

26 Amplia sextò, in administratore alios subministros deputante, quia tenetur reddere rationem eorum, quæ administrarūt substituti ab eo, veluti fuit decisum in *Ilerden. Visitationis, Luna 26. Nouembris 1612. coram Vbaldo, quæ est inter recent. decis. 440. num. 8. par. 1.*

27 Extende, idem procedere de tutore, & curatore, & similibus personis, qui si deputant factorem, vel alium administratorem, ista deputatio est voluntaria, & ab immediata authoritate tutoris dependēs, ideòque tutor non releuatur ab onere rationem reddendi pupillo, *text. est in l. Ita tamen, §. gessisse, l. Tres tutores, §. non solum ff. de administr. tutor. l. Solet, ff. de tutor. & Rota ibidem dicta decis. 440. sub eodem num. 8.*

28 Sed isto casu, nota, quòd tutor debet recipere rationem administrationis à suo ministro, & substituto, vt eam postea ipse reddat pupillo, veluti fuit decisum in *decisio. 455. num. quarto, parte prima in recent.*

29 Et ratio est, quia actio prius competit contra eum, qui principaliter negotium gessit, & eum quo pertractatum fuit, non autem aduersus substitutum, vt ait idem *Grat. d. c. 395. n. 16. lib. 2. discept.*

30 Et propterea ad id nota, quòd substituti fideiubent ad fauorem substituentis, non autem Domini, vndè si negligant negotia, & in eis dolosè versentur, tunc tantum æstimabitur, quantum interest Domini principaliter constituentis, vt ait *Grat. ibi supra num. 9. & 11.*

31 Subextende prædicta, procedere etiam in procuratore, cui si fuerit factum mandatum procuræ, ad exigendum pecunias à debitore mandantis, & mandatarius susceperit mandatum, ac ipse alteri mandauerit, dictas pecunias exigendas, qui quidem, iuxta formam suę substitutionis dictas pecunias exegerit, & postea antequā eas restituat decoxerit, ac non soluendo efficiatur, tunc primus mandatarius ad restitutionem pecuniarum mandanti tenetur

netur, veluti ait Rota *Genuen. decis.* 160. *per totam*, & ita fuit decisum *in Romana pecuniaria Luna* 1. *Decembris* 1585. *corā Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 759. *num.* 2. *& in eadem coram eodem, Veneris* 9. *Maii* 1587. *qua est in eius impress. dec.* 786.

32 Et ratio est, quia procurator constitutus ad exigendum à quibusuis personis, semper tenetur exigere, etiam à substitutis, nec vnquam excusatur, nisi ostendatur diligentia facta in exigendo, vt ait *Card. Seraph. in d. dec.* 759. *n.* 3. *& Grat. ibi sup. n.* 14. *& seq.*

33 Declara, tamen id non procedere, veluti, si mandans daret facultatem in mandato substituendi certam personam, quia tunc diceretur constitutus à Domino, cui isto casu de mala electione esset imputandum, & ei teneretur satisdare; secus verò, si indistinctè ille facultatē dedisset, quia tunc procurator primus excusaretur, si de eius negligentia non appareret, *Seraphin. in d. decis.* 759. *num.* 2. & 3. *idem Gratian. ibi supra num.* 11.

34 Extende, id, quòd fuit dictum de administratore, procedere etiam in Prætore, Depositario, & similibus, qui tenentur reddere rationem de gestis à suis officialibus, & deputatis, si tamen deponens, verbi gratia, non fuisset ille, ex cuius mandato depositum, quod fecit apud vnum, illud apud alterum fieri vellet, quia tunc primus liberaretur, alias secus, vt ait idem *Grat. d. c.* 395. *num.* 14. & *seqq.*

35 Amplia septimò, quod administratores locorū piorū ad ea omnia tenentur, ad quę tenētur tutores, quia isti tutoribus, & curatoribus æquiparātur, vt ait in terminis, *text. in clem. quia contingit, §. vt autem, vbi Vitalin. num.* 65. *de relig. domibus Rota in Illerden. visitationis Lunæ* 14. *Nouembris* 1611. *coram Coccino, quæ est in recent. dec.* 355. *num.* 4. *in fin. par.* 1. *& Gratian. lib.* 2. *discept. d. cap.* 395. *num.* 28. & 37. & *lib.* 4. *cap.* 601. *num.* 6. 17. & 24. *omnino viden.*

36 Limita tamen, quòd dicti administratores piorum locorum tenentur reddere rationem, sed soli Episcopo, nisi tamen consuetudo contraria vigeat, & eo casu, non Episcopus solus, sed vna cum illis, quibus de consuetudine ratio reddi soleat, rationes recipere poterit, veluti fuit decisum *in dicta Illerden. visitationis corā Coccino, quæ est decis.* 355. *in recent. num.* 1. & 3. & *Grat. lib.* 2. *discept. d. cap.* 395. *num.* 3.

37 Declara igitur huiusmodi limitationem non habere locum, nisi prius de dicta consuetudine, seu alia constitutione constaret, & secundariò, quando, verbi gratia, essemus in administratore principali, qui alios procuratores, seu ministros deputasset, quia tunc si principalis administrator, veluti Capitulum rationem reddit Episcopo, ita erit quoque dicendum de deputatis, à Capitulo, nisi tamen, vt superius dictum est, consuetudo, seu constitutio in contrarium vrgeret, vt distinguit pulchre *Rota ibi supra in d. decis.* 355 *num.* 4.

38 Sed est benè verum, quòd administratio eleemosinarum, & similium de iure est communis Episcopo, & Capitulo, veluti fuit decisum *in dicta decis.* 355. *num.* 5. *Cæsar de Graff. dec.* 4. *num.* 4. *de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* nisi tamen, vt dictum est, consuetudo Episcopum excluderet Rota *dec.* 391. *n.* 1. *par.* 1. *diuers.* & *Card. Seraph. dec.* 339. *cum ibi alleg.*

39 Extende primò, id etiam procedere in administratione bonorum Ecclesiæ inferioris à Cathedrali, & solum facta causa custodiæ, vt dixi inferius sub *num.* 152 quæ ad Episcopum, & Capitulum spectat, non autem ad beneficiatos, veluti fuit decisum in *Romana concordiæ sancti Petri Veneris* 3. *Aprilis* 1609. *coram Cardin. Canalerio, quæ est in recent. dec.* 183. *p.* 1. *num.* 1. secus vero, si essemus in deputatione administrationis cathedralis, quia tali casu, non nisi à Papa deputari potest, veluti inferius dicā in hac eadem *concl. sub num.* 152.

Qui enim administrator bonorū cathedralis Ecclesię, postquā erit talis declaratus, tunc ea omnia potest, quæ potest electus, & confirmatus, quod tamen intellige semper de deputato à summo Pontifice, veluti dicitur de œconomo, qui quando est deputatus à Papa, & illi esset data facultas administrandi res Ecclesiæ cathedralis, necnon ea instituendi, & destituendi, tunc isti possent omnia, quę iurisdictionis sunt, exercere, & sic beneficia quoquè conferre, necnon fructus

ex

ex causa, à Parochiali dismembrare, ac illos nouo beneficio vnire, veluti de hac materia latè, & pulchrè air *Puteus decis. 274. lib. 3. Peregr. decis. 272. lib. 3.* & *Franc. Marc. decis. 616. num. 7. par. 1. & Rota in Tolelana dismembrationis Veneris 20. Decembris 1619. coram Remboldo*, & ratio est, quia talis administrator loco domini habetur, vt fuit dictum in *Romana administrationis Lunæ 29. Ianuarij 1629. coram Quçipo*, & quando solutiones factæ à tali administratore constituant quem in quasi possessione exigendi contra verum titularē, ait *Rota decis. 184. num. 1. & 2. par. 1. diuers.* & *decis. 508. num. 4. par. 2. in recentior. & penes Pacific. de Salu. decis. 44. num. 2.* vbi loquitur de solutione facta sede vacante, & fuit dictum in alia *Vicentina pensionis 17. Iunij 1617.* & *Grat. lib. 1. discept. cap. 113. num. 5. cum seqq. & in hoc vide Riccium in sua collect. 1698. par. 5.* & *Veral. in sua decis. 62. par. 2.* ait, quòd œconomus, siue administrator sem per erit eligendus, quoties inter canonicos, & portionarios quæstio oriatur, & de illorum facultatibus, air *Rota dec. 363. lib. 3. diuers.* Licet illi nonnulla facere prohibeantur, vt ait *Iaffred. in sua decis. 191. & ibi latè.*

Vlterius nota, quòd licet œconomus detur ad conseruandum, non autem ad agendum; nihilominus si ageretur de priuanda Ecclesia sua possessione, si tali casu allegaretur dictum œconomum non esse citandum, ex eo quia non agit, sed conseruat, saltem erit deputandus legitimus defensor, siue curator si Ecclesia erit vacans, vt fit de hæreditate iacente, vltra quòd œconomus non posset tali casu cōseruare ius Ecclesiæ, nisi ageret, vt pluries fuit decisum à *Rota & præcipuè in Cesar Augustana dismembrationis Lunæ 16. Ianuarij 1623. coram Vbaldo, vbi alia decisiones allegantur.*

40 Extende secundò, prædicta procedere in administratore anniuersariorum, quæ ad capitulum priuatiuè, quoad beneficiatos, spectat, *Rota per Cæs. de Grassis decis. 131. num. 5. cart. 193.* & *ibi num. 4.* ait, quòd administratio etiam in arduis negotiis spectat ad Capitulum, & Episcopum, & non ad alios.

41 Quinimmò nota, quòd si administratio prius competebat beneficiariis, & Capitulo simul, si beneficiati postea permiserunt solum Capitulum, per tempus immemorabile administrare; tunc ea diceretur præscripta, quia reclamare debebant, vt ait *Veral. in decis. 16. num. 1. & 2. par. 1.*

42 Extende tertiò id, quod fuit dictum de administratore procedere, etiam in similibus, tàm bonorum Ciuitatis, quàm & multò magis Cathedralis, Confraternitatis, Hospitalis Eleemosinarum (vt superius dictum est) Montis pietatis, & aliorum quorumcumq; locorum piorum, qui tenentur singulis annis rationem administrationis, ordinario reddere, remotis, quibuscumque priuilegiis, & consuetudinibus in contrarium facientibus, nisi tamen aliud in constitutione, siue ordinatione talis Ecclesię, vel loci cautum fuisset, vt ait *Gratian. dicto lib. 2. discept. cap. 395. num. 1. & dicto cap. 601. num. 17. & 18. et id ex Sacr. Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. de reform.*

43 Animaduertendo, quòd si consuetudo erit 40. annorum, tunc illud tempus erit sufficiens ad id præscribendum, de iure etiam canonico, & quāuis essemus in materia, quæ consuetudini resisteret, vt ait *Ægid. decis. 1. col. vlt. vers. Modo ista regula num. 2. Roman. singul. 103. Abb. in cap. fin. num. 1. vers. Quantum verò tempus Bald. in l. De quibus in 1. lect. col. 8. vers. Quæro ergo num. 27. de legibus Alex. cons. 68. col. 3. n. 10. lib. 2.* & nota, quòd si sint tales administratores rerum, siue pecuniarū alicuius loci pii, veluti deputari pro maritādis, siue monachādis mi serabilibus puellis, tūc res dilationē nō recipit, sed sētētia executioni demādatur, veluti quoq; fit, quādo tractatur de salute corporis, & animæ, quia in his, quæ indigent celeri expeditione, appellatio non est admittenda. Quinimmò nedum administrator, neque etiam illius hæredes, ex causa administrationis condemnati, appel lant, & quòd plus est, neque immunitate Ecclesiæ gaudent, & eò minus, quando obligatio cameralis, & iuramentum con currerent, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 3. discept. cap. 665. nu. 2. cum sequentibus, & Boer. dec. 215. num. 7. Thes. dec. 26. num. 11. & dec. 253. num. 4. Rota dec. 741. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 686. num.*

num.1.par.2.in recent. Card.Seraph. decis. 736.num.1.& decis.1437.num.1.& Cassad.dec.vnica,num.2.de mut.petit.

44 Amplia octauò, quòd non solùm administratores teneantur cōficere librum, sed teneantur etiam de administratis red dere rationem,& reliqua restituere, veluti fuit decisum *in Romana pecuniaria, seu administrationis fundaci Mercurii 13. Nouembris 1613. coram Pirouano, quæ est in recent.par.1. dec. 522. num.3. & est decis. Coccini 242. num.11. & 15.*

45 Extende, id adeò esse verum, vt etiam ad custodiam dictorum librorum teneantur, nec admittuntur ad iurandum ad se purgandum sub amissionis prætextu, vt, ait *Grat.lib.1.discept.cap.71. num. 1. idem ait Rota vt dixi inferiùs in vers. Contrarium nempè.*

46 Sed declara tu tamen, quòd ad hoc, vt quis de administratis teneatur reddere rationem,opus est,vt priùs de deputatione constet,aut expressè, aut tacitè,quia non sufficeret, quòd quis se ingessisset in administratione,solùm pro commodo, & vtilitate negotii, veluti fuit decisum in *dicta decis.522. num.4. & in alia Bonon. de Bouiis, Lunæ 6.Februarii 1612. coram Card.Sacrato,quæ est in recent. d.par. prima decis. 377. num.* 3. & animaduertas, quòd dixi tacitè,vel expressè, quia administrator vno ex prædictis modis constitui potest, veluti fuit decisum *in dicta decis. 522. nu. 3. &* Rota adducit nonnullos actus, per quos fieri possit administrator talis.

47 Extende id in tantum esse verum,quòd nec etiam liber administratoris probet contra eum, qui deputauit illum in administratorem, nisi etiam appareat dictum librum nomine deputantis confecisse, veluti fuit decisum in *dicta decis. 377. num. 5.* licèt regulariter detur fides libris rationum in fauorem scribentiū quò ad expensas, quando illę sunt modicæ, *vt ait Mascard. de prob. concl. 976. num. 61.& seqq.* Immò quando sunt verisimiles, illis statur, etiam quòd essent magnę, vt fuit dictum in R*omana Tutelæ 27. Ianuarii 1612. coram Card. Pamphilio, et per Gregor. decis. 475. num. 5. et in alia Romana Vineæ 13. Nouembris 1623. coram Pirouano.*

48 Vndè in hoc concludendum erit,quòd ad hoc, vt quis de gestis,& per eum administratis teneatur, hęc duo copulatiuè cōcurrere debēt, nempè quòd negotia gesserit, & alterius contemplatione fecerit, veluti ait *Bart. in l. Si pupillus §. Item quæritur vers. Habet ergo ff. de negot. gest. Capic. decis. 180. num. 4. et ita fuit quoque decisum in Romana bonorum de Ceulis Veteris 14.* Ianuarii 1600. *coram* Penia, *quæ est inter ceter. Farinac. decis. 142. num. primo.*

49 Amplia nonò, quòd etiam pater teneatur reddere rationem de administratis sui filii, & conficere inuentarium, sicut extraneus; Animaduertendo, quòd pater potest esse administrator filii, etiam si in illius bonis vsumfructum nō habeat, veluti in emancipato, cui ipse voluntariè renunciauit, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano lib. 3. discept. cap. 365. num. 52. & seq.*

50 Fallit tamen in patre, qui à testatore acquirere esset prohibitus, quia tunc vti suspectus à lege, & testatore,posset remoueri, & filio dari curator; vltra quòd etiā in administratione non suspecta non cōpetit exercitium actionis in agendo, & defendendo,etiam quòd esset administrator, nisi interueniat consensus filii, si tamen non sit infans, vel absens, vt ait *Gratian. dicto lib. 2. disceptat. cap. 365. num. 52. & seq.*

51 Declara primò, quòd scilicet administrationis ratio non possit peti nisi ab eo, qui administratorem deputauit, nec non etiam ab eo, ad quem vtilitas rei administratę spectat, vt ait Rota *in decis. 2. num. 1. par. 2. recent. Card. Seraph.decis. 450. num. 7. idemque ait Glosa in l. Si creditor §. Duobus ff.Mandati, & in alia Romana Dobana Salis 8. Iunii 1592. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis. 993. num 1. Rota in Romana fructuum census Sabbati 23. Ianuarii 1599. coram Litta, quæ est apud Cincium de censibus decis. 178. num. 6. & in dec. Coccini 382. num. 1. & 2.*

52 Subdeclara tamen, quòd talis potest compelli ad reddendam rationem in eo loco, in quo administrauit, veluti fuit decisum *in Romana executionis Laudi 15. Nouembris 1596. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1205.&* pro sufficienti redditione rationis administra-

nistra-

nistrationis debet exhiberi inuentarium, & liber rationum, vt ait idem *Seraph. dec.* 1473. *num.* 1.

53 Sed quòd sit arbitrarium iudici, vbi reddi debeat administrationis ratio, ait *Gratian. decis.* 180. *num.* 9. & ibi assignat modum, quẽ in hoc iudex seruare debet.

54 Subdeclara tamen eam declarationem esse veram, quando, verbi gratia, essemus in administratore ab vna parte sociorum deputato, quia tunc altera pars, quę illũ non deputauit, neq. approbauit, nõ pot eũ dẽ ad rationem reddendam conuenire, & ratio est pulchra, quia veluti administrator nõ poterat partẽ non approbantẽ vnquam in aliquo conuenire, ita nec ille ab ea parte debet ad redditionẽ computorum cogi posse; secus tamen, veluti si essemus in societatis creditore; quia tunc antequã fuerit inter socios discussus, ille, qui administrauit, interim nõ prohibetur creditor societatis prius dictũ administratorem conuenire, vt distinguit *Rota coram Seraph. in d. decis.* 993. *num.* 1.

55 Declara secundò, quòd administrator non tenetur regulariter reddere rationem ante finitum officium suæ administrationis, veluti fuit decisum in *Romana primogenituræ Ven.* 4. *Ian.* 1603. *coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 93. *n.* 3.

56 Fallit tamen primò, quando sumus in administratore de facto, qui ante finitum officium rationem reddere tenetur, quia satis dicitur finitum officium, dum quis illud nunquam de iure incępit, iuxta doctrinam *Saliceti in l. aduersus nu.* 1. *vers. Et ideò ne dicatur alleg. et. à Rot. in dicta Romana primogenituræ coram Cocc. quæ est in eius impress. dec.* 93. *n.* 4. *Socin. sen. cons.* 2. *num.* 5. & *Dec. cons.* 49. *num.* 17. *lib.* 1.

57 Quod enim extende eò magis procedere, quando locus esset alterius deputationi, ita testatore volente, cuius enim mens, & dispositio pro lege haberi debet, iuxta §. *disponat. auth. de nupt.* & *ita ait Rota in dicta decis.* 93. *num.* 5. *coram Coccino*, & ad id quoque facit *dec.* 744. *n.* 1. *par.* 2. *in recent.*

58 Fallit secundò, quando essemus in pecuniis, quæ inuestiri deberent, quia tunc administrator, etiam ante purificatam fideicommissi conditionem, rationem reddere tenetur, vt ait *Ias. in l. Preses num.* 3. *C. de transact. Dec. cons.* 110. *num.* 7. *Roland. cons.* 49. *num.* 2. *lib.* 1. *Grat. in cons.* 131. *num.* 3. *lib.* 1. & *Rota ibid. corã Coccino num.* 2.

59 Et ratiò est, quia tunc ab eo non petitur, vti ab hęrede rationis redditio; sed benè tamquàm ab administratore, vel executore: cum in ea parte quæ inuestiri debebat, non potuit vti hæres, sed tamquam administrator, vel executor illud negotium gerere *Capr. in tract. de executorib. vltim volunt. membr.* 4. *num.* 7. & *ita fuit à Rota decisum in illa decis.* 93. *coram Coccino in fin.*

60 Extende, quòd eo casu ille tenetur ad interesse ratione fructuum, qui ex re emenda percipi potuissent, & tunc eorum liquidatio statim facta diceretur, quando probatur, tot fructus ex illo prædio emendo percipi potuisse, quod enim quoque procederet in eo, qui solitus negotiari nõ esset, vt ait *Grattan. lib.* 2. *discept. cap.* 240. *num* 36. *cum aliis ibi per eum allegatis.*

61 Fallit tertiò, quando constiterit de eius mala administratione, quia tunc vti dolosus remoueri poterit, veluti dixi in verbo Tutor, & ita ait *Rota ibi coram Coccino num.* 3.

62 Sed est benè verum, quòd dum causa illius suspicionis cognoscitur, ille administrare non prohibetur, vt ait *idem Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 28. *num.* 9.

63 Fallit quartò, respectu alicuius particularis actus, de quo administrator, ante finitũ officium, rationem reddere debet, quamuis non totalem, veluti fuit decisũ in *Romana administrationis Veneris* 11. *Ianuarii* 1608. *coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 382. *num.* 3.

64 Nec isto casu diceretur administrator reddere rationem, si super huiusmodi actu solum cõputa produceret, vt ait *Rota ibi in dicta decis.* 382. *n.* 4. *coram Coccino.*

65 Fallit quintò, ob administratoris decoctionem, per quam statim bonorum administratio cessat, veluti fuit decisum in *Romana censuum de Luraghis Veneris* 21. *Aprilis* 1600. *coram Iustio, quæ est decis. apud Cincium de censibus* 168. *num. decimo.*

66 Et ratio est, quia eo ipso, quòd quis decoctus efficitur, eo ipso pro mortuo habetur, vt fuit dictum à *Rota in Romana*

dotis

Luna 29. Februarii 1616. coram Verospio, quæ eſt deciſ. 708. par. 1. in recent. & veluti dixi in verbo debitor, decoctus, &c.

67 Extende idem procedere in patre, qui adminiſtratione bonorum filii priuatur, ſi illius filii bona dilapidet; licet ſecus ſi ſua propria tantum, vt ait *Grattan. lib. 3. diſcept. cap. 519. num. 36.*

68 Sed hic obiter notandum erit, quod eo caſu, quando pater propria bona diſſipat, tunc filius poteſt implorare iudicis officium contra patrem, vt ſibi legitimã aſsignet, vel tot bona, ex quibus alimenta percipiat, vt ait *Bald. in l. 2. C. ſi quid in fraud. patron. & Marſil. in ſuo ſing. 613. per totum*, quamuis multi teneant contrarium ea ratione, quia filius viuente patre nullum ius habet in legitima, vt ait *Put. in deciſ. 237. lib. 2.* & *veluti latè dixi in verbo Actio perſonalis ex teſtamento concluſ. 42 num. 738.*

In hac pag. 412. col. 1 lin. 21. ante nu. 69 adde hac verba.

Concordari tamen poſſunt huiuſmodi opiniones, & ſic ut prima procedat reſpectu adminiſtrationis bonorũ, quę ſpectat ad filium. Secũda verò reſpectu dominij, quod pater non amittit bona filio aſſignando, ſed penes eum illud remanere dicitur. Licèt ſit benè verùm, quod d. pater ea amplius obligare non poteſt, vt fuit dictum a *Rota per Burattum deciſ. 3. nu. 9.*

Secus autem extra prædictum caſũ; quia tunc filius, donec pater viuit, nil iuris, ſiue dominij in illius bonis habet: immò, neque etiam ſpem probabilem habere dicitur, vt fuit dictum à *Rota per Cardinalem Mãticam in deciſ. 289. num. 1.*

69 Subextende, quòd etiam filia, ob decoctionem patris, non teneatur ei ſuam dotem reſtituere, quando efficiatur vidua, *iuxta vulg. l. dos à patre, C. ſolut. matrim.* ob prædictã rationem; nempè, quia tali caſu pro mortuo reputatur pater, vt fuit dictum in illa Romana dotis coram *Verospio, quæ eſt deciſ. 708. par. 1. in recent.* Licet ſecus, ſi pater viueret, & decoctus non eſſet, quia tunc dos à patre data filię mortuo viro, ad eum, non autem ad filiã reuertitur, vt ait *Rota in d. deciſ. 708.* & *Theſ. pulchrè ait in ſua deciſ. 138. num. 1. & ſeq.*

Sed eſt benè verum, quòd filia poteſt in caſu conuolationis ad ſecũdas nuptias implorare officium iudicis, vt dos data primo viro, detur ſecundo, vt fuit dictum *in Rom. dotis 12. Ianuarii 1629. coram Card. Virili*. Secus autem, ſi pater eſſet mortuus, quando filia vidua efficeretur, quia tunc dos conſolidaretur in muliere, & ad eius hæredes tranſiret, ſed relictis filiis ad eos abſolutè ſpectabit, nemine excepto, ſtante conſuetudine Martini; quę tamen loquitur in dote data, ſed non in promiſſa, quæ indiſtinctè penes patrem remanet, vt latè fuit deductum in *Romana hæreditatis de Caſis 1. Febr. 1593. coram Card. Mellino.* & *pulchrè in dec. 708 & 710. p. 1. in recent. & nouiſſimè ita fuit deciſum in dicta Romana dotis Ven. 12. Februarii 1629. coram Card. Virili, & ibi plures aliæ deciſiones allegantur*, & prædicta eò magis procedent, quando pater ſtipulatus fuiſſet ſibi dotem reſtitui, ſiue filię, aut cui de iure, licet ſecus, ſi filię tantum, quia in primo caſu dos reſtitura fieret de patrimonio patris, ſed in ſecundo vti à patre donata fieret patrimonium filiæ; Neque huic concluſioni obſtat conſtitutio Martini, iuxta quam dos non reuertitur ad patrem, extantibus filiis, quia vltra quòd iſta opinio à Doctoribus eſt controuerſa, vt dixit *Rota in vna Romana dotis coram Vbaldo inferius allegandã*; Deinde illa conſuetudo Martini non habet locum, quando matrimonium diſſoluitur, per mortem filię extantibus liberis, vt ait *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 236.* At ſecus, ſi per mortem viri, quia tunc abſque dubio ad patrem reuerti debet, veluti quoque tunc non obſtaret allegare dotem fuiſſe donatam a patre, quia cum pater teneatur de iure dotare filiam; idcircò potius ex neceſſitate, quàm ex liberalitate eã dotaſſe præſumitur, cũ nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtat, vltra quod quando etiam in eo donatio veniret præſumenda, quod in dubio nõ creditur, id tamen procedere poſſet ad effectum, vt dos inſeruiret pro ſuſtinendis oneribus matrimonii, ſed eo diſſoluto, cum illius patrimonio conſolidanda veniret, ſecus verò ſi eſſemus in extraneo dotante, quia tunc facilius eſſet præſumenda donatio, vti ex illius liberalitate, & non aliqua neceſſitate prouenìens: Immò, vt ſuperius dixi, neque filia habet actionem contra patrem ad effectum illum cogendi pro dote danda ſecundo viro, quæ fuit data primo, veluti in dubio tali modo ſecundo viro data præſumitur, licet ex coniecturis contrarium probari poſſit, licet tamen maior dos dari debeat viduæ in ſolatium virginitatis ammiſſæ, cum ea altera dos dicatur, vt ait *Rota per Buratt. deciſ. 274. & ibi in addit.* & *deciſ. 340. n. 7 & in Rom. quarti dot. 11. Apr. 1617. coram Andrea, & in Bonon. dotis 30. Maii 1627. coram Merlino*, & ſic igitur tali caſu filia ſolum poteſt implorare iudicis officium, quod enim nullam actionem præſuppónit, vt latè fuit deductum in *Romana dotis, Veneris 26. Aprilis 1619. coram Vbaldo, & prius in eadem cauſa 8. Martii 1613. & 29. Februarii 1616. & 1. Iulii eiuſdem*

anni

omni coram Card. Verospio, in quibus pulchra deducuntur in hac materia.

70 Sed id, quod superius fuit dictũ de præsũptione dilapidationis cõtra administratorem vrgente, declara procedere, si dea manifestè doceatur, actusquè dilapidationis in specie ostendantur, vt pulchrò fuit dictum à Rota *in decis.* 115. *nu.* 5. *inter crimin. Farinac.*

71 Declara tertiò, quòd administrator non possit ad certam summam conueniri, nisi reddita administrationis ratione, veluti fuit decisum *in Romana pratensi spolii, Luna* 2. *Iunii* 1614. *coram Verospio, quæ est apud Statil. decis.* 68. *num.* 3. & *in Ciuitatis Castelli, seu Rom sequestri, Luna* 25. *Iunii* 1615. *coram Buratto, & in Asculana spolii* 10. *Ianuarii* 1620. *& in Spoletana hæreditatis* 31. *Ianuarii* 1622. & *in alia Romana liberationis à fideiussione* 23. *Iunii* 1623. *coram eodem Buratto.*

72 Et ratio est, quia debitum administratoris, seu socii nunquam potest dici liquidum, nisi administratione, seu societate finita, & calculis factis, & stabilitis, cum ex illis possit apparere, quòd ille sit creditor, & non debitor, veluti fuit decisum à Rota *in* Romana *pecuniaria, siue arresti, Luna* 28. *Aprilis* 1613. *coram* Pirouano, *quæ est dec.* 478. *n.* 2. *p.* 1. *in recent.*

Quod tamen secus esset, quando essemus in vna quantitate certa, & determinata, per eum soluenda, quia tunc in ea diceretur certus debitor, dum administrator staret in administratione, vt ait *Fràcb. decis.* 292. *num.* 2. Grammat. *decis.* 58. *num.* 10. *Soccin. in l. Pecuniam num,* 10. *ff. si cert. petat. quem sequuta fuit Rota in Aquitanien. Prioratus* 19. *Aprilis* 1624. *coram* Pirouano.

73 Extende idem procedere in compensatione, quæ aduersus socium, siue administratorem prætendi non potest, nisi prius fuerint solidata computa, ad hoc, vt vnusquisque scire possit quid; & quantum in societate, seu administratione habeat; nã esse potest, vt vnus sit creditor, non autem debitor, veluti dixi in verbo Compensatio, & ita fuit decisum à Rota *in* Romana *cambiorum, Veneris* 20. *Decembris* 1596. *coram* Cardin. *Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 1214. *num.* 1. *& in alia* Ciuitatis *Castelli, seu Romana sequestri, Luna* 15. *Iunii* 1615. *coram Buratto, quæ est in recent. decis.* 727. *num.* 3. *par.* 2.

74 Subextende idem procedere, etiamsi appareat eum esse debitorem in aliquo, quia id non potest, adeò asseueranter, & affirmatiuè dici, vt ex computorum redditione aliter euenire non possit, veluti fuit decisum in *Maceraten. domus Luna* 17. *Iunii* 1601. *coram Card. Mellino, quæ est apud Statil. de Saluian. decis.* 103. *num.* 4.

75 Fallit tñ id in matre tutrice, cui obiici non potest de tutela, si suas dotes petat; nam dicta administratione non obstante, eas consequi debet, iuxta *decis. Sarnen.* 65. *lib.* 1. *Put. decis.* 141. *lib.* 1. *& Rota in Romana Saluiani interdicti, Veneris* 19. *Nouembris* 1599. *coram Cardinal Lancellotto Seniore.*

76 Contrarium licet reperiatur decisum *in Romana hæreditatis de Beuilaqua, Luna* 13. Maii 1595. *coram Orano, & ibi allegatur text. in l. tertia, §. hæc actio de negot. gestis, & l. Omnes tutores, C. arbitr. tut.* Dec. *consil.* 110. *in col. fin. & Boer. decis.* 59. *num.* 1. Sed ego dictas opiniones tali modo concordarem, nẽpè vt prima procedat, quãdo nulla reliquatus vrgeret præsũptio; secunda verò, qñ secus.

77 Declara quintò, quòd administrator habens à testatore administrationem cum libera, tunc potest res minoris, sine solemnitatibus alienare, veluti fuit decisum *in Romana domus de Cuppis, Veneris* 10. *Nouemb.* 1600. *coram Card Sacrato, quæ est apud Statil. de Saluian. dec.* 110. *n.* 2.

78 Extende, quòd etiam talis administrator cum libera possit ea omnia expedire, quæ speciale mandatum requirunt, si tamen vltra mandatum illud cum libera, habeat quoquè amplissimam potestatem adiunctam, vt ait *Rota per Papam Gregorium in sua decis.* 274. *num.* 3. vbi de publico administratore loquitur.

79 Subdeclara tamen illud, quod fuit dictum de administratore valente rem minoris, sine solemnitatibus alienare, esse verum, quando constaret de enixa, & expressa mente testatoris, quia eo casu administrator illud non facit, vti persona propria, sed tanquam merus executor voluntatis testatoris, & ob id non cogitur solẽnitates obseruare, vt ait *Rol. cons.*

In hac pag. 413. *col.* 2. *lin.* 45. *ante nu.* 79. *adde hæc verba.*

Secus autem, quando in mandato cum libera adesset illa clausula In præmissis, & circa præmissa, quia tunc libera potestas fines præmissorum egredi non posset, vt dicunt Doctores allegati à *Rota per Cardin. Seraph. dec* 831. *num.* 5. Secus autem quando illa clausula addita non fuisset, quia tunc tantum importat mandatum cum libera, quantum clausula generalis ad omnia, vt ait idem *Card. Seraph. dec* 238 & præsertim, quando illud quibuscunque clausulis, & amplissimis facultatibus esset munitum, siue si haberemus verba clara, siue quando non possent aliud importare, nisi quod procurator posset dominum in alterius fauorem obligare, vt fuit dictum in *Romana Societatis officii Luna* 31. *Ianuar.* 1600 *coram Iusto, & Rota dec.* 149. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* aliàs clausulæ generales, & amplissimæ, restringerentur circa negocium vtile domino, ad quod semper officium procuratoris restringi debet, vt fuit dictũ à *Rota in illa Rom. Societatis officii coram Iusto.*

99. *numero* 39. *& Rota ibi coram Sacrato.*

80 Secus autem, quoties de huiusmodi mente testatoris non constaret, quia tunc testator censetur se cōformasse cum dispositione iuris communis, & sic adhibitis adhibendis, vt ait *Roland.d.conf.99. num.47.Alber.conf.35. num.30.* & *Rota in d. Romana domus coram Sacrato num. 21.*quod tamen intellige verum, quando agatur de alienatione immobilium, aliàs secus,vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in decis.526. num.1.*

81 Subextende, quòd huiusmodi administrator cum libera deputatus possit etiam pecunias Domini inuestire, nec eo casu, neque etiam, quando ex dispositione testatoris deberent inuestiri, est necesse requirere hæredem, licèt præsentē, quod tamen secus esset, si administrator rē hæreditariam, pro satisfaciendo creditoribus, & legatariis vendere vellet, vt ait *Rota per Card. Seraphin. in decis.* 1048. *num.*5. & 6.

82 Licèt sit benè verum, quòd administratores alienarum pecuniarum regulariter debent eas erogare ad vsum destinatum, vt fuit decisum in *Gerunden. distributionum*, *Luna* 16. *Februarii* 1604 *coram Ludouisio postea Greg. XV. quæ est in recent.decis.*107. *par.*2. & *in eius impress. decis.*154.*num.*5.

83 Vndè si quis pecunias Domini exactas in proprios vsus conuertat, tunc ad interesse tenetur, vt ait *Grat. lib.2. discept. cap.*240,*n.*11. Immò nota, quòd si esset tutor, qui id faceret,tūc furtum committere diceretur,idem *Gratian.ibi sup.n.*29 multa dixi in hoc proposito in materia depositarii re deposita vtentis, & eam restituere renitentis *in verbo Appellatio in limitat.* 15. *in versic. Extende sexto ex doctrin. Franc. Marc. in decis.* 443. & *Ioseph. Ludouic. in decis.* 21. *Rota Lucensis*.

84 Contrarium, quòd scilicet ex conuersione pecuniæ in proprios vsus,furtū non inferatur,*ait idem Gratian. lib.5.discept.c.* 935. *num.*12.

85 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat de iure ciuili; secunda verò de iure Canonico,vt ait *Rot.dec.*622.*n.*6. *p.*2.*in recen.*Item prima opinio procedit, quando vltra conuersionem pecuniæ etiam dolus concurrat; secundà verò, si, fraus, & dolus non adsit, & actio de dolo nunquam datur,quoties possit tolli velamine contractus; q̄ tñ falleret,quādo hæc tria concurrerent,& primò,quando dolus in aliam speciem delicti transit: secundò, quando materia sit potius ordinata ad criminaliter committendum, quàm ad nulliter contrahendum: tertiò, quando ex contractu ille, qui dolum commisit, esset factus locupletior, vt ait *Farinacc.conf.96. num.29. lib.* 1. *Osasch. decis.*137.*num.*17.*Gratian.ibi supra n.*16 *Bald conf.*14.*n.*15.*lib.*1.*Honded.conf.*109 *n.*59. *lib.*1.

Et ratio prædictorum ea est, quia quis passim actione furtiua tenetur non solum qn̄ contrectat rem alienam scienter inuito Domino,sed etiam fallendo asserit mendacium, & negat, quòd verbi gratia, pecuniæ non adsint, cum similibus circumuentionibus; licèt etiam res duxerit originem, ex contractu, vt dicunt DD.*allegati à Grat.d. cap.* 935.*n.*18 Et ratio rationis est, quia dolus est quædā machinatio, calliditas, atque fallacia adhibita ad alium circumueniendum, decipiendum, & fallendum, & ille nedum committitur veritatem tacendo, aut mentiendo, sed etiam quando arte verborum aliquid contraius, siue bonos mores inducatur, & præsertim, quando mendax ex mendacio, aliquod commodum consequatur, vt dicunt *Doctores allegati à Grattiano in præcitato loco num.* 13. & *sequentibus*,& veluti fuit sæpius decisum à *Rota, & signanter in Romana nullitatis obligationis*, *Luna* 27. *Iunii* 1605. *coram Ortembergo*; Sed est benè verū,quòd ille ex perspicuis probationibus est probandus, quia præsumptus, non sufficit, licèt ad illum excludendum omnis interpretatio sit facienda, Immò sufficit quælibet causa bestialis,& colorata, *Surdus decis.* 221. *num.*7. & *decis.*265.*num.* 68. & *prius decis.* 237. & *Rota in Melisen. reuisionis computorum* 30. *Octobris* 1595. *coram Pamphilio*, & *penes Farinacc. decis.* 58. *inter criminal.* Secus autem, vbi essemus in aliqua suasione, & suasio esset suadenti vtilis, & persuaso esset

dam-

damnosa, quia tunc dolus præsumendus veniret, & præsertim, si reticeatur aliquid quod commodum reticentis respiceret, & damnum ignoranti resultaret, & tantò plus, si insolita diligentia concurrat, *Hon ded. viden.consil. 105. lib. primo*, & *alii infiniti Doctores allegati in Romana societatis 20. Iunii 1583. coram Cardin. Blanchetto.*

86 Extende primò, prædictam primam opinionem procedere, etiam in quolibet alio administratore, qui deberet rem aliquam emere pro alio, vel ex dispositione iuris, vel ex promissione, siue ex vi mandati, quia iste ex inobseruantia ad interesse teneretur, & illud deberet considerari ad rationem fructuum, qui ex re emenda per administratorem percipi potuissent; Immò illud liquidatum dicetur, quatenus sciatur, quot fructus percipi poterant ex illa re emenda, vt ait idem *Gratianus ibi supra num. 34. 35. & 36.*

87 Extende secundò, idem procedere in administratoribus Ecclesiæ, Reipublicæ, fisci, & similium, qui ad interesse tenentur ex mora irregulari, si interim non soluunt id, in quo reliquati remanserunt, illius administrationis vigore; quia tales minoribus æquiparantur, quod tamen verum erit, quando isti haberent personam legitimam cui solutio reliquorum fieri posset, alias non tenerentur, vt ait idem *Gratianus lib. 2. discept. cap. 241. num. 55. & seqq.*

88 Extende tertiò prædicta adeò esse vera, vt propterea non soluens id, in quo est condemnatus immunitate Ecclesiæ non gaudeat, si ad eam confugiat; immò nec etiam eius hæredes, quia in materia reddendarum rationum dispositio in administratore, sibi locum quoque vendicant in eius hæredibus, licet tamen in hoc sit distinguendum, cum *Munoz. escobar. de ratiocin. administr. cap. 4. num. 5. cum seqq.* & *Boer. dec. 215. num. 7.*

89 Extende quartò, quod neque etiam administrator, siue eius hæredes possint appellare, quando ex hac causa administrationis fuerint condemnati, sed priùs soluere debent, & postea causam appellationis prosequi, vt dicunt multi *Doctores, quos allegat, & sequitur Gratianus cap. 665. num. 2. lib. 4.* & *est text. in §. oeconomos, vbi glo. in verbo repetitionem*, & *ibi Bart. num. 1. Angel. num. 28. in versic. Nota vltimo casum specialem, Auth. de sanctiss. Episcop. Duenas reg. 42. num. 21. versic. vigesimoseptimo fallit, Marant. in prax. par. 6. in 2. act. de appellat. num. 197. versiculo decimooctauo limita fol. 119. Azeued. cap. 10. prætor. par. 2. num. 30. latè* Gutierez. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 37. Didac.* Castill. *in l. 27. Taur. in. tract. euent. super glo. in verbo de restitution. num. 7. versic. Et nota quod calculatores, Ruginel. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 56. Manfred. de attentat. lib. 2. conclus. 112. tomo 5. fol. 251.* Et ratio illius extensionis est, quia in materia rationum reddendarum, quæ dicuntur de administratore procedunt, etiam in eius hæredibus, & ideò velut administrator appellare non posset, si viueret, ita neque eius hæredes ita *Munoz. de ratiocin. cap. 3. num. 11. Aym. consil. 218. n. 3.* & *text. est in l. 3. §. hac actio, de neg. gest. & omnes tutores, C. arb. tut. l. aliq C. in litem iur. Rom. consil. 413. num. 2. & Grat. d. cap. 665. num. 5.*

Licet tamen ego putem prædicta procedere debere in administratore alicuius pii loci, vt ait *Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 29. num. 1. quamuis sub eodem num.* subiungat, quòd condemnatus ad reddendam rationem non appellat ex sententia Borgnini, sed indubitanter in omnibus casibus procederet, quando in ea redditione rationum fuissent electi calculatores, & eorum relatio fuisset per sententiam iudicis confirmata, quia tunc non datur appellatio, siue vlla reductio suspēsiua, etiam si dicti calculatores fuissent electi ex forma statuti, & multò magis, si quia de consensu partiū, tunc videretur quædam transactio, à qua non datur appellatio, vt ait *Scacc. de appell. q. 17 limit. 35. n. 1. & seqq. Grat. lib. 4. discep. c. 665. n. 11. & Rot. in Terracinē. Molendini 2. Maii 1608. coram Caualerio*, & *prius in Rom. executionis Laudi 26. Octob. 1584. coram Paph. & in hac mat. vide in cocl. 128. n. 129.*

90 Subextende eam extensionem in tantum esse veram, quòd si iudex faciat sententiam exequi contra administratorem appellantem, attentare non dicitur, quia in

in huiusmodi materia via executiua est procedendum, vt ait Gratian. *ibi supra*, & *in dicto lib. 4. cap. 665. num. 3*, licet contrarium dixerim in verbo Appellatio in limitatione 15. vbi recurras, quia ibi concordantiam inuenies.

91 Declara tamen, quòd non tenetur administrator, nisi de his, quæ ad eius manus peruenerunt, veluti fuit decisum *in vna Signina administrationis 18. Martii 1613. coram Cardin. Sacrato*, sed id tamen intellige procedere, cum ea distinctione, quam inferius adducam *in versic. Licet secus esset, &c. sub num.* 118.

92 Extende præterea, quòd licet quis sit deputatus administrator, cum ampla auctoritate, nō ob id tñ à redditione rationis excusatur, veluti sepissimè fuit resolutum à *Rota, & signanter in vna Foroliuien. de Torellis 26. Aprilis 1599. coram Decano, & in alia redditionis rationis 12. Maii 1603. coram Lutta.*

92 Restringe tamen primò, quòd licet administrator liber possit ea omnia facere, quæ potest Dñs etiam alienando, nota tamen, quòd non potest, neq; donare neque legare, veluti dicunt, *Bart. in l. Procurator cum libera in princip. ff. de procurator. Bald. in l. prima ad fin. versic. Item adde, ff. de offic. procurat. Cas. Surd. in decisio. 229. num. 26. Cardin. Montic. de tacit. & ambig. lib. septimo, titulo secundo, num. 14.* & ita fuit quoque decisum *in Romana census Luna 18. Iunii 1612. coram Pirouano, quæ est apud* Cincium *de censibus decisione 270. num. sexto, & septimo; &* Gratianus *lib. secundo disceptationum capit. 533. num. 14.* & *Rota in Romana admininistrationis, Luna 29. Ianuarii 1619. coram Quespo.*

94 Et quamuis *Rota per Card. Seraphin. in decis. 1048. num. quinto*, dicat, quòd de prædictis dubitatur, tamen in *decis. 196. num. primo*, ait quòd regulariter administratio non importat dominium, sed recipit interpretationem secundum subiectam materiam.

95 Restringe secundo, quòd neque talis administrato cum libera potest diuidere creditum, & agere pro rata, veluti nec etiam id conceditur Procuratori eandem facultatem, cum libera habenti vt ait idem *Gratian. ibi supra cap. 359. num. 11.*

96 Sed potest benè prorogare tempus solutionis, quando est administrator, cum libera in recipienda solutione, idem *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 26. num. 11.*

97 Restringe tertiò, in administratore, cui esset data facultas disponendi de fructibus rerum administratarum, cui dicta facultas non suffragatur, si administrator tali facultate vsus non fuerit, neq; dicitur ea fuisse vsum per hæredis institutionem, *Rota in Bononien. de Bouiis, Luna 6. Februarii 1612. coram Sacrato. quæ est inter recent. decis. 377. num. 2. par. 1.*

98 Restringe quartò, quòd administrator ad vendendum, non potest habere fidem precio, vt ait *Grat. lib. 2. discept. c. 326. num. 11.*

99 Restringe quintò, quòd qui est verus tutor, si non sit administrator, non potest acquirere pupillo actionem, & obligationem, sed benè poterit solus tutor, absque quòd sit administrator recipere solutionem, & id fauore liberationis, vt ait *Gratianus disceptat. cap. 365. num. 51. lib. secundo,* & *ibi ratio assignatur.*

100 Extende prædictas restrictiones habere locum, etiam in administratore Ecclesiæ, qui dum vendit, non potest habere fidem de prætio, ita vt dominium transferat, veluti fuit decisum in *Lucana Terrarum, Veneris 1603. coram Ludouisio, postea Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impress. decis. 113. num. primo.*

101 Et fides habita de prætio tūc quoq; dicitur, veluti si fuerit constitutus censsus loco prætii, vt ait *Couarruu. variar. resolut. lib. tertio, cap. 11. num. 5.* & *Rota ibi supra coram Card. Ludouisio num. 9.*

102 Extende secundò, idem procedere in permutatione in qua administratores Ecclesiæ non possunt habere fidem de re in dicta permutatione facienda, & ratio est, quia permutatio est similis emptioni, & illius vicem obtinet, & secundum illius naturam regulatur, veluti fuit decisum

in

in dicta decisio. 113. *Ludouisii num.* 2. & 3.

103 Restringe vltimò, quòd administrator cum libera non potest renunciare appellationi, neq. alteri peremptoriæ exceptioni, vt ait idem *Gratian. lib. 4. discept. c.* 750. *num* 6.

104 Sed hic obiter erit notandum, quòd administratio, annexio, incorporatio, & similia, aliquando non important dominium, veluti dicitur de verbo tradere, quod habet admixtam naturam, cum verbo dare, per quod tamē dominiū nō transfertur, nisi præcedat contractus habilis ad illud transferendum, & propterea secundum subiectam materiam prædicta sunt intelligenda, vt ait *Rota in decis.* 146. *num.* 1. *par. prima diuers.* & *Gratian. ibi supra.*

105 Animaduertendo, quòd dum dicitur vt administrator Ecclesiæ, vel alterius similis possit habere fidem de pretio, & dominium transferre, id est speciale in eo, ac in similibus personis, vt ait *Bart. in l. à Diuo Pio,* §. *sed si emptor sub numero tertio, ff. de re iudic. Aretin. in* §. *Venditæ post numerum* 3. *inst. de rerum diuis. Felin. in c. cum olim sub n.* 5. *vers, Item nisi sit procurator Ecclesiæ de offic. de leg.* & *Rota in dicta decis.* 113. *num.* 6. *coram Gregorio.*

106 Vndè ex prædictis infertur, quòd si quis administrator siue tutor vendat absque facultate rem illius, cuius bona administrat, eo casu tenetur ad fructus illius, ac si res alienata non esset, vt fuit dictum *in vna Romana de Ceulis Mercurii* 26. *Iunii* 1602. *coram Penia.*

107 Quinimmò extende, quòd tutor in casu inualiditatis alienationis tenetur de euictione, quia tunc censetur esse in dolo, dum sine authoritate, ac solemnitatibus alienat, nisi tamen probaret pretium bonorum fuisse versum in vtilitatem minoris, vt ait *Boer. decis.* 80. *num.* 3. & 6.

108 Extende secundò, id multò magis procedere, quando in illo contractu pupilli obligasset se, & suos hæredes, quia tunc etiam, quòd gerat actum alienum, tamen dicitur quoque nomine proprio se obligare, cum enim sit sibi imputandum, si excedendo limites sui officii in huiusmodi necessitatem se coniecerit, quod enim facere non debebat, nec tenebatur; nam quis pro alio non tenetur propria bona obligare, alias esset inconueniens dicere, quòd quis officium susciperet, quod postea esset sibi damnosum, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano decis. Marchiæ* 182. *num.* 7. & *seqq.*

109 Extende tertiò, id in tantum esse verum, quòd licet contractus principalis alienationis non subsistat, non ob id tamen euanescit obligatio accessoria à tutore facta, pro se, & suis hæredibus, & id procedit in odium illius tutoris, vel curatoris contra prohibitionem legum alienantis, vltra quòd quando aliquis contractus prohibetur simpliciter, tunc licet verum sit, quòd non subsistente principali obligatione, nec etiam accessoria valeat; secus tamen, si respectiuè, vt hic, quia solum prohibetur alienatio respectu minoris, non autem tutoris, & curatoris in quorum odium alienatio ab eis tali modo facta sustinetur, vt pulchrè ait dictus *Gratianus decis.* 182. *Marchiæ num.* 7. & *seqq.*

Secus autem, si essemus in administratore Ciuitatis, vel Prælato Ecclesiæ, siue in tutore, & curatore; qui, verbi gratia, mutuò recepissent pecuniam nomine Ciuitatis, Ecclesiæ, aut pupilli, ob aliquam eorum vrgentem causam, quia, si appareret pecuniam illam ad eorum manus peruenisse, tunc in eandem causam conuertisse præsumitur, & præsertim stante huiusmodi administratorum probitate, & prudentia, quæ faciunt præsumere versionem pecuniæ, in causam enunciatam, vt ait *Gratianus lib. quarto disceptat. cap.* 632. *numero decimooctauo,* & *sequentibus.*

110 Declara sexto, quòd administratio nunquam debet dari alicui, nisi prius inuentarium conficiat, & iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere; licet administratio facta per tutorem ante confectum inuentarium valeat, & possit ante confectionē illius conueniri, quando tamen habetur pro perfecto, veluti fuit decisū à *Rot. in dec.* 89. *n.* 7.

par. 2. diuers. & Cappell. Tholos. decis. 289. num. 2. & seqq.

Et propterea videmus etiam in simili, quòd actus tutoris illegitimi sustinetur, quando pro tali reputabatur, & tunc opinio talis veritati præualet, ne contrahentes, cum eo decipiantur, & ne tot actus sub bona fide gesti irritentur; idquè eo magis procederet, quando actus essent vtiles, vt ait *Chisan. decis. 197. Caputaq. decis. 323. in fine par. 3. Accoromb. dec. 18 lib. 2.* & *Rota in Romana Lucri dotis 15. Decembris 1578. coram Cantuccio omnes allegati in Foroliuien. iuris patronatus, Luna 25. Octobris 1599. coram Card. Lancellotto*, & *facit decis. 320. num. 3. par. 2. in recent.* licet tamen dicat *Mohed. decis. 6. de præscript.* quòd communis reputatio, & publica vox, & fama, vt quis sit administrator, non probat ob id tutelam; & proptèrea videmus, quod tutor talis, qui non confecit inuentarium potest remoueri à tutela, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dec. 526. num. 8.* & *prius decis. 344. n. 20.* & *dec. 524. num. 7.*

In hac pag. 418. col. 1. lin. 25. ante n. 111. adde hac verba.

Quemadmodum etiã sententia lata cum illegitimo tutore, fit nulla, vt ait *Rota per Burat. dec. 524. nu. 5.* Licèt secus, quando gesta per tutorem illegitimum fuissent postea per pupillum maiorem factum approbata, veluti quoque fieret, quãdo sẽtentia fuisset lata cũ actore ad lites, seruatis seruandis, deputato; quæ de iure valeret, si tamen fuerint prius citati coniuncti, & amici; quia, si illi velint illius defensionem suscipere cęteris præferuntur, neque talis actor tenetur inuentarium conficere, nec minus cautionem præstare, vt de his omnibus ait *Rota per Burat. d. dec. 524. per totam.*

111 Vndè ex prædictis infertur, quòd confecto inuentario, administrator Pupilli, vel Reipublicæ tenetur tantum de lata, & leui culpa, & non de leuissima, vt ait *Caualcan. decis. 37. num. 12.* & *13.* Et sic quoties obligatus de fideliter administrando culpa careat, tunc legaliter, ac fideliter administrare censetur, veluti fuit decisum *in Romana relequationis indemnitatis 17. Maii 1502. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 576. num. 2.* Item quòd teneatur de mala administratione, etiam negotiorum gestor, ait *Rota in recentior. decis. 640. num. 3. par. 1.* si tamen concurrant illa quatuor requisita de quibus *in decis. 470. in fin. par. 1. in recentior.* & veluti dicam inferius *sub num.* 118. Et prædicta in tantum procedunt, vt propterea, etiam hæredes Tutoris teneantur reddere rationem administrationis, quam gessit illorum pater, licet sit benè verũ, quòd illi non tenentur de leui culpa eorũ patris, veluti ipsemet tenetur, vt fuit dictum à *Rota per D. Buratt. in sua decis. 557. num. 1. & postea in Cesenaten. prædii 30. Aprilis 1627. coram Manzanedo. & in eadem 30. Ianuarii, & 5. Iulii 1628. coram Dunozetto.*

ead. col. in penult. ante n. 112. hæc adde.

Secus autem venit dicẽdum de gestis post illius mortem; quia tunc hæredes de illis conueniri non possunt, vt fuit dictum à *Rota per Burat. decis. 348. num. 4.*

ead. pag. col. 2. lin. 11. ante num. 114 adde hac verba.

Et tunc vnus sine altero administrare nõ poterit, quando plures fuerunt constituti, vt simul & coniunctim administrẽt, & multò magis, si cũ prohibitione, vt vnus sine altero procedere non posset, vt fuit dictum à *Rota p. Burat. dec. 348. per totam, & prius dec. 344. nu. 18. & postea in Romana Argentorũ de Columna 12. Iun. 1620. coram Vbaldo.*

112 Sed in dubio administrator præsumitur fecisse id, quod veri administratores fecissent, *Afflict. dec. 13. sub num. 17.*

113 Si vero contigerit, quòd vnus administrator, seu officialis ex se ipso administrare non possit, sed cum alterius præsentia tantum, tunc contra eum non poterit iurari in litem, nec ei imputari de leui culpa, & eò magis, quando in administratione se gesserit, secundum morem loci, vt pulchrè ait dictus *Caualcan. in dec. 37 num. 9.*

114 Declara septimò, quòd administrator teneatur librum conficere, & in eo data, & accepta adnotare, ex qua causa, & nominatim, ex qua die, aliter non diceretur legitimè conscriptus, veluti fuit decisum *in Romana peculium, Veneris 20. Nouembris 1615. coram Vbaldo, quæ est in recent. par. 1. decis. 690. num. 5. & in decis. 540. d. 1. par. recent.*

115 Quinimmò hic nota modum, quem tradit *Borgn. in sua decis. 39. par. 1.* vbi ait quod administrator debet libros facere, & quolibet anno rationem administrationis reddere, alias contra ipsum potest in litem iurari, item tenetur fructus, & introitus exigere, eosque ad tempus congruum iusto precio vendere, alias tenetur ad interesse. Item nomina debitorum exigere, & si ob negligentiã debitores nõ soluendo effecti fuerint, tũc administratores in damno erunt, veluti etiam si tẽporis lapsu, debitum probari non posset, aut libros inordinatos, & non authenticos tenuerit, vel si in illis aliquæ partitæ falsæ reperiantur, quia tunc non probarent, & id esset sibi imputandum. Nam cum operas suas tamquam factor, & administrator locauerit; idcircò exactam diligentiam adhibere debet, alias non solũ de leui, sed de leuissima culpa redargui posset, & præsertim, quando inchoata exigere non finiuit, vel alia debita, neq. petiit, neque exegit, ita *Viuius in sua decis. 153.* & *Anna pulchrè in obseruat. 19. & Gratian. lib. 3. discept. c. 563. n. 35.*

116 Subdeclara tamen, id non procedere, veluti, si essemus in temporibus calamitatis, in quibus, verbi gratia, bella florerent, & esset opus, quòd solutio pagarum militibus clandestinè fieret, ne ipsi ad notitiam inimicorum deuenirent, quia tunc non esset mirum, si administrator à singulis scripturam de receptis non exige-

ret

ret, & sic his respectibus administrator non tàm exactè libros retinens, excusandus veniret,& præsertim, quando solutiones ab administratore factæ, essent valde verisimiles, veluti fuit decisum à *Rota in dec.* 2 18 *n.*2.*p.*1.*diuers.*

117 Subdeclara secundo, quòd administrator teneatur rationem reddere de administratis,non autem de non administratis per eum, vt ait *Rota inter crimin. Farinacc.decis.*342. *num.*1.*in vna Romana societatis coram Pirouano,*& ratio est,quia regulariter quis obligatur reddere rationem solũ,de his, quæ ad eius manus peruenerunt,vt ait *Gratian.lib.*1.*discept. cap.* 665.*num,*23.& *Rota in Segnina administrationis* 18.*Martii* 1613.*coram Cardin. Sacrato.*

118 Licet secus esset, quando hæc quatuor concurrerent, & primò,quando scilicet alius erat gesturus ea, quæ ipse neglexit. Secundò, quando ille alius erat diligens. Tertiò, quando ille omisit gerere, ex eo, quia iste quædam gerebat. Quartò, quando sciebat,alium esse gesturum; vt ait *Bart. in l. Si pupilli*, §. *videamus, ff. de negot.gest.Corn.cons.*81.*num.*6. *lib.*4. & *Rota in Signina administrationis,Luna* 18.*Martii* 1613.*coram Card.Sacrato,qua est inter recent.par.*1.*decis.* 470. *in fin.*

119 Restringe tamen hanc secundam declarationem non esse veram, quando iste administrator,siue potius negotiorum gestor accessit in administratione à principio non omnia gesturus, sed vt quædam gesturus, quia tunc si ignorabat, quòd alter esset,qui omnia gesturus esset,eo casu non tenetur, nisi de neglectis,& omissis; alias secus,si sciebat,quod alter esset, qui omnia gesturus erat, quia tunc etiam de non administratis teneretur, vt ait *Bart. ibi supra in d.l.Si pupilli*, §. *Videamus*, & *Rota ibi in d.decis.* 470.

120 Quibus addas, quòd illa regula, quę ait. Qui cæpit adimplere tenetur,procedit in eo,qui necessariò officium, aliquod suscepit, vt est in tutore, & curatore, qui valdè differunt à negotiorum gestore, & propterea in eo optimè facit illa regula, quòd scilicet actus voluntarii non plus ligant,quàm voluntas sit,licet *Bart.in l.Tutori,C.de neg. gest.* dicat, quòd sit intelligendum de ea voluntate, quam quis habuit ab initio, quando ad gerenda negotia accessit, nec illam distinctionem facit de tutore, & curatore, à negotiorum gestore; licet inter se,valdè differre videãtur, veluti dixi in verbo Actio negotiorũ gestorum, & dicam in verbo Tutor, &c. Quinimmò, quòd ratio administrationis sit reddenda, per quemlibet administratorem, nedum necessarium, sed etiam voluntarium, Item, quòd istud onus ad heredes etiam transeat, necnon per triginta annos duret, ait *Gratian.lib.*4.*disc. cap.*760. *num.* 1. & *seq. Boer.dec.*59. *n.*1. *Ludouic.dec.Perus.* 4.*num.* 3. & *Rot. Genuen.dec.* 20.& 203. & quòd plus est via executiua in ea reddenda est procedendum, & præsertim, quando essemus in depositario,qui non appellat,sed executiuè restituere tenetur, & eò magis, si obligatio cameralis adesset, ita ait *Grat. lib.*4 *discept.c.*665. *num.* 10. & *seq.*

121 Declara octauò, quòd scilicet administratio vni tantum sit concedenda, quãdo constat de voluntate testatoris volentis eam ad vnum tantum, non autem ad plures pertinere, fuit decisum *in Romana administrationis, Luna* 22. *Iunii* 1615. *coram Buratto,qua est in recent.decis.*744. *num.*6.*par.*2.

122 Contrarium verò, si id per testatorẽ non fuerit cautum,quia tunc si sint administratores, vel tutores plures,omnes administrare debent,sed si fortè inter eos cõuenerint, vt vnus tantum administraret, eo casu ille vnus tenetur aliis contutoribus fideiubere de indemnitate pupilli, & aliorum contutorum seruanda,vt ait *Gratian.lib.*1.*discept. c.*86.*num.*25.

123 Licet secus, erit dicendum in casu, quòd vnus esset electus per Dominum, quia tunc ille adeò approbatus censetur, vt quicquid per eum præstabitur periculo approbantis cedere diceretur, vt ait idẽ *Grat. lib.*2. *discept. c.*385.*n.*5.& 6.

124 Sed nota, quòd in dubio administratio debet illis deferri, de quibus erat electio facienda, vt ait *Rota ibi supra n.* 1. *d. decis.* 744.

125 Secus, si testator illam pluribus commiserit, quia isto casu, etiamsi maior pars electorum reddatur inhabilis; nihilominus administratio in vno solo remanere non debet, vt ait *Grat. lib.*3. *discept. cap.* 522. *num.* 18.

Extende

126 Extende, idem procedere in tutore, qui sub sua tutela haberet maiorem partem numero fratrum, quia tunc administratio bonorum, etiam aliorum fratrum penes eum extare debet, quod tamen declara verum, quando sumus in re indiuisibili, at secus, si in diuisibili, vt sunt loca montium, domus hæreditariæ locate, & huiusmodi, quæ in exactione pecuniarum diuisibilium consistunt, vt dicunt Bald. & alii allegati à *Gratian.lib.5.discep.c.914. num. 35. & seqq.*

127 Declara tamen, quòd licet administratio tutelæ fiat rectius per vnum, quã per plures ex ea ratione, quia communia negotia solent negligi, & seriùs expediri, tamen interest plures habere tutores obligatos, licet sit quoque verum, quòd quando essent plures, qui administrarent, tunc posset diuisio administrationis peti, & eam etiam inuitis contutoribus fieri, & tunc illi non tenentur, nisi pro rata; quod secus esset ante diuisionem, quia eo casu omnes tenentur in solidum; licet vnus tantum administraret, vt optimè ait *Magon. decis. florent. 74. per totam*, & fuit *decisum in Romana tutela de Masso, Veneris 17. Nouembris 1589. coram Gypso*, & multa de hoc dixi in verbo Tutela à testatore diuisa; licet tamen, vt inferius dicetur, rationis redditio diuisionem regulariter non patiatur.

128 Sed ad id notandum est, quòd alii conueniri non poterunt, qui non administrarunt, nisi prius eo excusso, qui administrauit, *Gratian.lib.1.disceptat.c.86. num. 41.*

129 Declara præterea, quòd si administrator occasione rationis reddendæ diceret se non administrasse, sed alium, tunc ei onus probandi incumbit, vt fuit decisum in *Romana societatis, Lunæ 14. Nouembris 1611. coram Pirouano, quæ est inter criminal. Farinacc.decis. 342. num. primo.*

130 Contrarium, quòd scilicet omnes tutores, siue administratores in solidum teneantur, etiam, quod fuerit diuisa administratio, ait dictus *Gratian.lib.1. discept. cap.86.num.23. & cap.194. n. 40.* & ratio est illa, quia ista diuisio administrationis, quæ fuit facta, vt commodius bona administrentur, non tollit ius obligationis omnium; nàm diuisio tutelæ non est iuris, sed iurisdictionis; vnde diuisa tutela, remanet tamen illius ius indiuisum & in solidum apud quemlibet tutorum; & propterea hinc fit, quòd si vnus tutor, qui habet administrationem bonorum alicuius loci, agat contra debitorem illius loci, poterit, per eum debitorem opponi compensatio de eo, quod sibi debetur ex administratione alterius contutoris, qui curam bonorum alterius loci haberet, & in materia conueniendi debitores, nota quòd si vni tutori fuerunt assignata bona existentia Bononiæ, alteri verò bona Mutinæ, si reperiatur debitor Bononiæ respectu rerum existentium Mutinæ, facultas conueniendi, eo casu spectabit ad tutorem Bononiæ, cum ille debitor ibi reperiatur, vt pulchrè ait *Gratian ibi supra num. 23. & 24.* Immò ad id erit notandum in proposito, quòd diuidens actiones quærendo reos trahere ad reddendam rationem coram diuersis iudicibus, punitur, idem *Grat.lib.4.discept.cap. 641.num.10.& seq.*

131 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat in socio administratore, quia ille non tenetur, nisi de administratis per eum: secunda verò procedit in tutore, vel alio simili. Rursus prima opinio procederet, quando diuisio esset facta à testatore; secundà verò, quando inter administratores, siue contutores fuisset facta illa diuisio, quia tunc omnes in solidum tenerentur, ex ea ratione, *sub num. 130.* assignata, & iuxta tradita per *Grat. dicto cap.194.& Rota in decis.342.num.1 inter crimin. Farinacc.idem Gratian.dicto cap.86.n.33.* Vltra quod habemus, quòd si ab vno promittatur rationis redditio; nihilominus diuisionem non recipit, quãuis essent mille successores, à quibus in solidum esset reddenda dicta ratio, vt ait idem *Grat. d.lib.4. discept. c. 641. num. 8. & 20. & 21.*

132 Secus verò si essent administratores in subsidiũ vocati, quia tũc illi admittuntur adueniente casu, aut voluntatis, siue aliorum impotentiæ, veluti fuit decisum in *dicta decis. 744. num. 3. in secunda par recent.*

133 Declara nonò, quòd administrator creditor præsumatur de suo credito sibi satisfecisse, nisi per redditionem computorum contrarium probetur, *l. Sed, & si dam num,*

damnum, §. *Praterea*, *& ibi Angel. ff. de pecul. Magon. decis. Flor.* 121. *num.* 6. *Afflict. decis.* 13. *num.* 16. & 18. *Aym. cons.* 129. *incip. Proponitur in facto num.* 5. *Neuiz. cons.* 57. *num.* 11. *Alex. in l. Venditores, ff. de verb. oblig.* & *ita fuit decisum in vna Romana administrationis tutelæ, Luna* 2. *Aprilis* 1590. *coram Penia, & in alia Romana Saluiani interdicti de Columna, Veneris* 19. *Nouembris* 1599. *coram Card. Lancellotto, quæ est apud Statil. de Saluian. decis.* 19. *num.* 4. *& vlt. loco, ita fuit dictum in Mediolanen. pecuniaria* 18. *Iunii* 1629. *coram Motmanno.*

134 Amplia primò, id adeò esse verum, vt propterea dictus administrator, ob huiusmodi præsumptionem non possit suum creditum petere, nisi prius reddita administrationis ratione, *Dec. cons.* 110. *col. fin. Boer. decis.* 59. *in princip. & ita fuit decisum in vna Romana hæredicatis de Beuilacqua, Luna* 13. *Maii* 1595. *coram Orano*, & *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 641. *num.* 23. *& seq.*

135 Sed quando sit facienda ista præsumptio, vide *Rot. in Romana de Lante* 23. *Iunii* 1602. *coram Iusto.*

136 Amplia secundò, huiusmodi declarationem multò magis procedere, quando sumus in persona diligenti, & solicitè curante iura sua exigere, *Bald. in l. Præsidi, C. de donat. ante nupt. Afflict. dicta decis.* 13. *num.* 18. & 19. *Aym. d. cons.* 129. *num.* 6. & *Rota in d. Romana administrationis tutelæ coram Penia.*

137 Amplia tertiò, quòd huiusmodi præsumptio habeat quoquè locum in administratore, qui intra tempus administrationis suæ curæ multa acquisierit, & diues effectus fuerit, & ante susceptionem administrationis, vel curæ esset pauper, quia isto casu præsumitur, ex bonis administratis, locuples factus, vt ait *Caualcan. d. tit. de tutor. & curator. select.* 233. *cas.* 129. *Menoch. cons.* 207. *num.* 25. *Gabr. de præsumpt. in concl.* 15. *idem Canalean. decis.* 27. *num.* 35. *& decis.* 39. *num.* 42. *& Gratian. lib. secundo discept. cap.* 204. *numero* 10.

138 Licèt tamen secus esset, quando administrator esset industriosus vir, & prius propria bona possideret, quia tunc ex proprio, & non ex bonis administratis, per eum diues factus præsumitur, vt ait *Surd. decis.* 15. *num.* 2.

159 Declara tu tamen, quòd administrator creditor illius, cuius bona administrat, non poterit propria auctoritate, sibi satisfacere de bonis administratis, præterquam de mobilibus, aut in pecunia, veluti fuit decisum in *Bononien. de Guidelottis, Luna* 28. Ianuarii 1613. *coram Card. Verospio, quæ est in recent decis.* 451. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. & *Magon. decis. Lucen.* 46. *num.* 36. vbi ait, quòd administratores minorum debent abstinere, ne sibi ipsis de proprio credito satisfaciant, ob timorem vsurpationis, & præsertim, quando illi essent creditores in specie, & nō in pecunia, & igitur sic id poterit inseruire pro earū opinionū concordantia; nempè vt prima procedat, quando satisfactio in mobilibus consisteret; secundà verò, quando in immobilibus, quia tunc solemnitates iuris, & statuti esset necessariæ, vt ait ipsemet *Magon. ibi supra in fine.*

140 Extende prædicta procedere, etiam in quolibet alio creditore, per longum tempus administrante, necnon etiam in hęrede testatoris creditore, veluti dixi in verbo hęres, & vt ait *Crauett. cons.* 129. *n.* 5. *Afflict. dec.* 13. Et ratio est, quia nemo potest, sibi ius dicere, nequè vllus potest esse iudex in causa propria, alias qui ius, sibi dicit beneficium legis perdit, vt ait *Roland. de lucro dotis quæst.* 63. *num.* 2. licet secus tamen diceretur, quando periculum est in mora, quia tunc prædictę regulæ locum non haberent, cū tali casu à regulis iuris, quis recedere possit, & sic sibi ius propria auctoritate dicere valet, absq; aliquo poenę incursu; veluti dicitur de creditore, qui potest suum debitorem de fuga suspectū capere, & postea eū iudici consignare, vt ait *Marsil. in consil.* 135. *num.* 20. *cum seqq. Rip. in c.* 1. *num.* 89. *versic.* 2. *intellige de iudic. Menoch. aliud exemplum exponit in remed.* 9. *num.* 193. & *latè Farinac. in suo tract. de carcer. & carcerat. q.* 27. *num.* 21. *& seqq.*

141 Contrarium licet dicat in hęrede, *Surd. decis.* 92. sicuti dixi in verbo Actionum confusio, *versic. Addendo vbi tecurras.*

142 Immò extende hanc opinionem, adeò esse veram, vt si tales administratores non exegerint, nequè sibi soluerint

dicantur

dicantur esse in culpa: Vnde videmus, quòd mulier tutrix eorum, qui tenentur soluere, si non curauit durante tpe administrationis tutelæ illud sibi debitũ exigere, sic alimenta, fructus dotis, & aliud interesse perderet, immò si debitor non soluendo fiat, tunc etiam fideiussores liberantur, vt ait *Gratian. lib. 1. discept. cap. 129. num. 27. & seqq. & cap. 214. num. 1. 2. & 5. lib. 2.*

143 Concorda igitur, quòd scilicet illa opinio, quæ tenet, vt administratores debeant se abstinere à satisfactione de proprio credito, sibi ipsis facieda, procedat, vt dixi in rebus immobilibus, in quibus solemnitates requiruntur; secundà vero procedit, quando essemus in mobilibus, veluti in fructibus, pecunia, & similibus, vt ait *Gratian. in d. cap. 129. n. 24. & seqq. & faciunt ea, quæ ait Rota in Romana administrationis tutelæ 2. Apr. 1592. coram Penia.*

144 Declara decimò, quòd administrator, veluti Episcopus potest duas Ecclesias regere; licet dici soleat, quòd vnus non possit esse sponsus duarum, nec cessat administratio, per electionem ad eandem, nec per ascensionem ad aliam, quę enim ecclesiarum electio ad Papam spectare solet, quia ad hoc, vt inducatur vacatio, per promotionem beneficiorum, & aliorum iurium, non solum est necessaria electio; verum etiam confirmatio, possessio, & consecratio, *cap. cum in cunctis, §. cum vero electus de elect.* & *Rota per Put. decis. 114. num. 1. lib. 2.*

Quod .n. sub declara verum, vt scilicet primum beneficium vacet per secundũ, si illud sit cum primo incompatibile, & quando promissus adeptus fuerit possessionem secundi pacificè, siue per eum steterit, quo minus eam adipiscatur, vt fuit dictum in *Calagaritana benefic. de brenta villa 13. Maii 1615. coram Buratto. & prius in Gennen. portionis 13. Nouembris 1613. coram eodem;* Animaduertendo; quòd adeptio possessionis secundi debet esse pacifica, nedum de facto, sed etiam de iure, & sic non litigiosa, & per consequens, absque vlla iuris, ac facti iudiciali, & extraiudiciali molestia, *Coram Seraph. decis. 853. num. 3. & decis. 997. num. 2. & decis. 1254. num. 1. & 2.* vbi habetur, quòd decretum de dimittendo ad dimissionem non obligat primi beneficii, nisi post possessionem captam secundi, & ad id etiam molestiæ extraiudiciales, ac de facto sufficiunt, vt ait *Rota per Greg. in decis. 451. & ibi in addit. num. 12. & in Corduben. Cappellania 27. Iunii 1606. coram Card. Pamphilio, & pro prædictis facit text. in c. commissam, & ibi glo. Arch. Io. And. & alii de elect. in 6. & c. Episc. de preb. in 6. Cassad. dec. 9. n. 1. de caus. poss. & propr. Bellam. decis. 82. & decis. 153. & decis. 597. Mascard. de probat. concl. 183. n. 40 Rebuff. de pacific. possessor. n. 165. Gomes. in reg. de triennal. q. 53. & Hoied. de incompatibil. benef. c. 13. num. 80.* licèt secus fieret, quando molestiæ essent procuratæ, & affectatæ à possessore vtriusque beneficii, vt fuit dictum *à Rota coram Nauarro allegat. à Dom. Ferrentillio in decis. 19. D. Buratti sub nu. 21.* Rursus declara, quòd possessio illa secundi beneficii, non solum debet esse de titulo, verum etiam fructuum, ac bonorum beneficii, siue maioris partis eorum, alias si fructus dicti secundi beneficii, siue eorum maiorem partem beneficiatus habere non posset, veluti quia ad alium aliquo priuilegio, vel alio modo spectarent ad tempus, tunc primum non vacaret, vt ait *Cassad. decis. 9. num. 2. de caus. poss. & propriet. & Rot. decis. 3. de preb. in nou. Card. Seraphin. decis. 953. & alii Doctores allegati à d. Ferentil. in addit. ad eam dec. Buratt. 19. sub num. 21.* Veluti quoque illud primo obtentum non vacaret per assecutionem alicuius officii, siue dignitatis, quæ fuisset data ad tempus, siue in perpetuũ non fuisset collata, vt est *text. in c. de multa de preb. & ibi omnes canonistæ; & ita fuit dictum in Seguntina Thesauraria 29. Aprilis 1596. coram Orano; & Garzias de benef. par. 1. cap. 5. num. 181.*

Sed est benè verum, quod datur tempus duorum mensium ad primum dimittendum, illud incipiendo à die adeptæ possessionis secundi, & sic ante illud vocatio non datur, quamuis nulla lis fuerit ei mota, alias elapso dicto tempore, illud beneficium primum dicitur vacare ab initio adeptæ possessionis, vt ait *Garz. vbi sup. num. 114. & 116. & Cassad. d. decis. 9. num. 2. Mascard. d. concl. 183. n. 147. Gabr. consil. 193. num. 8. & fuit dictum à Rota in Calaguritana beneficii de Arnedo*

22. Ianuarii 1622. *coram Merlino.*

145 Extende igitur primò, dictam decimam declarationem in tantum esse veram, vt propterea Prælatus administrationem habens in vita æquiparetur vsufructuario, & possit inter viuos de fructibus beneficii disponere, & ideò potest, imò etiam tenetur suas consanguineas, cum illis dotare, quando sunt pauperes, veluti fuit decisum à *Rota in vna Vsselen. Spoliorum, seu donationis Veneris* 13. *Februarii* 1609. *coram Card. Ludouisio, postea Gregorio XV. quæ est inter criminal. Farinace.* 269. *num.* 1. *& in eius impress. decis.* 401. *num. octauo*, & ratio est, quia Prælato ex causa remunerationis donare licet, ait *Rota ibidem dicta decis.* 269. *nu.* 2. *cum ibi allegatis.*

146 Extende secundò, quòd etiam possit esse administrator; nec non etiam Ecclesiæ procurator *capit. is cui procuratio, seu administratio*, & ibi *Gemin. in* 1. *not. de elect. in* 6. quia procurationes, & officia, quæ vice alterius geruntur incompatibilitatem non inducunt, cum ea non sint perpetua *d. Gemin. ibidem col.* 1. *ver. Nunquid vni Episcopo, & Rota per Put. ibi supra num.* 4.

147 Fallit tamen si loqueremur de officio Vicariatus, veluti tradit *Abb. in cap. de multa col.* 1. *de prebend.* & *de Vicegerentibus tradit Oldrad. cons.* 227. *col.* 3. *Gemin. in cap. deliberatione col.* 2. *& seqq. de offic. leg. in* 6. & *Put. ibi sup. in fine.*

148 Extende tertiò, quòd administrator Ecclesiæ datus possit Vicarium Generalem, cum potestate conferendi beneficia, deputare, quod tamen restringe procedere, quando administratio concederetur iurisdictionem habentis alias intraret illa regula, quòd scilicet si iurisdictio esset temporaliter concessa, tunc ipse vti delegatus censeretur, Nam scimus, quòd veluti ordinarius non potest deputari ad certas causas, ita nec ad certum tempus, & propterea alium in eo casu deputare non posset: licèt secus esset, quando administratio, siue iurisdictio esset perpetuò cõcessa, quia eo casu vti ordinarius pati modo subdelegare posset, vt dicunt *Doctores alleg. à Rota per Put. dec.* 218. *n.* 1. *& seqq. lib.* 2. *vbi allegat Text. in c. is cui procuratio in verbo confirmatus*, & *ibi Glos.* & *DD. sequuntur de elect. in* 6. quod enim procedit, etiamsi videretur electa industria personę veluti si in breui diceretur, confidentes, quòd tu sicut alias Ecclesias prædictas fideliter rexisti, ita & in posterum, id facere debeas, siue etiam industria personæ conferetur electa, ex quo fuerat deputatus ad vniuersitatem causarum, *Put. ibidem num.* 6. & *facit doctrina Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 389. *num.* 51. & in hac materia vide quæ dixi supra in *conclus.* 53. *in fine.*

149 Declara igitur prædicta posse procedere, dummodo in deputatione administrator non concederet ei omnimodam iurisdictionem, quia tunc neque ordinarius potest totam suam iurisdictionem in alium sine Principis auctoritate transferre, *l. penultima, ff. de offic. Præsid.* & *Abb. in cap. Clericos de offic. Vicarii, vers. Sed obstat prædictis*, ibi dummodo non ex toto committat vices suas, &c. & *Put. ibi sup. num.* 9.

150 Secus autem, si administrator non in totum à se abdicasset iurisdictionem, veluti quia ei cognitionem causarum ciuilium, & criminalium tantum, nec non etiam beneficiorum collationem commisisset, sed fructuum recollectionem, & similia sibi reseruasset, veluti *distinguit Put. ibi sup n.* 7. *& seqq.*

151 Extende eodem modo procedere de Vicario, & locumtenente, qui non possunt alium in eorum locum deputare, & præsertim quando locumtenens, & Vicarius in totum à se iurisdictionem abdicarent, & alium ordinarium facerent: secus autem, quando aliquid sibi reseruassent, vt mox dixi, & *Bald. in l.* 1. §. *à perfectis, ff. de legat.* 3. *Alex. in l. à iudice colum.* 2. *vers. Recepit*, & *ibi Iason col.* 3. *versic.* 2. *fallit in delegato, C. de Iudic.* & *idem Bald. in l. Aliquando, ff. de offic. Procons. & legat.* & *Put. ibi supra num.* 4. & 8. & *Crescent. decis.* 2. *de offic. Vicar.*

152 Subdeclara tamen eam declarationẽ, (vbi dicitur, quod in Ecclesiis solus Papa Visitatorem, & administratorem constituat) esse intelligendam de Cathedralibus, immò neque Capitulum sede vacante id facere posset; & ideò nota, quòd quando Papa Ecclesias Cathedrales, vel Regulares Cardinalibus in commendam dat, eos administratores quoque facit; In Ecclesiis autem inferioribus ius institu-

tio-

tionis,& custodię ad Episcopum pertinet, qui propterea deputare poterit, donec per Papam alio modo fuerit prouisum,vt ait *Franc. Marc.decis.parlamenti Delphinal.974.par.1.* vbi ait, quòd beneficium semota commenda remanet vacans,ibiq; subdens, quòd cōmendare nil aliud propriè est, quàm depositare,& quas facultates habeat talis administrator, siue œconomus, vide superius *sub num.39.*

153 Secus tamen esset in simplici administratore, cui veluti est prohibita alienatio, ita nec ab eo in emphiteusim res Ecclesiæ dari possunt,vt ait *Ant.Gam. in decis. 55.Regni Lusitaniæ cum aliis ibi per eum allegatis.*

154 Extende, quòd neque etiam dicti administratoris confessio præiudicet Ecclesiæ, veluti fuit decisum *in vna Patauina decimettæ, Luna 16.Ianuarii 1606.coram Coccino,quæ est in eius impress. decis.266. num. 3.*

155 Subextende prætérea, quòd quandoadministratio Episcopatus esset concessa, tunc nota, quòd intelligitur, etiam de simili administratione Ecclesiæ Cathedralis, vt ait *Rota in decis.217. nu.4.par.1.diuers.& ibi ratio assignatur.*

156 Sed si dicta administratio daretur in titulum, tunc haberet locum regula de valore, vt ait *Rota per Cæsar.de Graß.decis.97.num.2.cart.105.* & quando commenda dicatur titulus ait *Franc. Marc. dicta decis. 971. per totam par. 1.* & beneficia commendata nota,quod vacant in curia Romana, sed durante dicta commenda non currit tempus Episcopo illa conferendi, idem *Franc. Marc. ibi supra in fine.*

157 Declara vndecimò, quòd administratio Cappellaniæ, quamuis possit esse laicalis, tamen si vnus ex administratoribus teneatur esse Ecclesiasticus,tunc ea administratio diceretur Ecclesiastica, veluti etiam dicitur de pensione,nam administratio regulari solet à re administrata, vt ait *Rota per Cæsar. de Graß. decis. 114. num. 10. cart. 183. & decis. 55. num. 2. car. 62.*

158 Vndè nota,quòd ea dicitur Ecclesiastica, quando ex tenore fundationis vnus ex administratoribus Cappellæ omninò esse deberet persona Ecclesiastica, vt ait *Rota d.dec.114.num.4.*

159 Sed quando est Ecclesiastica, vacat per contractum matrimonii, vt ait *Rota ibidem in d.dec.114.num.5.* Quinimmò, etiamsi esset Laicalis; si tamen alicui fuerit data in titulum, quia tunc in coniugatum non cadit *d. Cæsar. de Graß.decis. 91.n.4. car. 100.*

160 Declara duodecimò, quòd quando est facta aliqua solutio ab administratore, tunc nota, quòd ea præsumitur facta de pecuniis principalis debitoris, non autem de propriis administrantis,veluti dicitur de solutione facta ab emptore creditoribus venditoris,de precio rei emptę, quia censetur facta non de propriis, sed de illis venditoris, veluti fuit decisum in vtroque casu *à Rota coram Ludouisio postea Greg. XV. in Romana fideicommissi, Luna 30. Ianuarii 1612. quæ est in eius impress.decis.554.num.5.& prius in alia Romana Casalis Luna 1. Iulii 1602. quæ est in eius impress. decis.68.num.4. coram eodem Gregorio.*

161 Et id accipitur non in odium, sed in fauorem administratoris, ne verbi gratia, in dubio censeatur de proprio donasse, dotasse,& promisisse, *Gratian.mox allegan.num.12.c.204.*

162 Declara tamen id, non semper esse verum, quia aliquando de proprio expendisse erit præsumendum, vt benè declarat *Mascard.in sua conclus.52. num.6.&* alii allegati à *Gratian. lib.2. discept. d. c. 204. num 13. & ibi multos allegat.*

163 Extende idem esse in administratore in iudicio comparente, qui semper præsumitur, vti administrator, & non proprio nomine comparere, veluti fuit decisum in *Romana Montium, Veneris 29.Octobris 1593.coram Card.Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1048. in fin. & in alia Interamnen. legitimitatis, Luna 10. Iunii 1596.coram eodem Card.Seraphino, quæ est in eius impress.dec. 1193. num. 2. & Grat.lib.3.discept.cap. 401. num. 39. cum seqq.*

164 Quod subextende procedere, etiamsi non diceret se nomine administratorio comparere, quia id præsumptione iuris venit intelligendum, *Rota ibi supra in d. decis.1193.num.3.coram Card. Seraphin.* & veluti dixi in verbo Actus, quod enim multo magis procederet, quando quis haberet mandatum ad aliquid agendum,

quia

quia tunc ille præsumitur nomine procuratorio agere, etiamsi id nō diceret, vt ait *Grat. lib. 3. discept. c. 401. n. 42. & seqq.*

165 Extende secundo declarationem prædictam procedere, veluti si essemus in negotiorum administratore, qui præstitit alimenta ei, cuius negotia gerit: quia licet sit sanguine coniunctus: nihilominus in dubio illi censetur non de suo, sed de bonis cuius negotia gerit d. alimēta prǽstare vt fuit decisū à *Rot. in dec. 724. n. 2. p. 1. diu.*

166 Sed si vis tu tamē cognoscere, an quis tutorio nomine, siue potius proprio agat, obserua modum, & formam administrationis bonorum, ex quibus id facile inuenies, vt ait *Rota in dec. 301. lib. 3. n. 2. diuers.* Sed in omnem euentum numquam procurator, tàm voluntarius, quàm necessarius obligatur, vbi persona domini fuisset contemplata, vt ait *Grat. in dec. mox allegan. num. 2. cum seqq.*

167 Vndè, si quis agat cum administratore, tunc agens agere debet, tàm proprio quàm etiam administratorio nomine, vt ait *Grat. dec. March. 156. n. 7.* aliàs stultus esset, qui contrariū faceret, vt ait *Gulielm. de Cun. in l. Si mandauit, C. vbi caus. Fisc.*

168 Sed ea, quæ fuerūt dicta de tutore, vel administratore soluente, declara non procedere in hærede grauato, qui regulariter de proprio expendisse præsumitur, vt ait *Grat. in prac. loc. & li. 3. disc. c. 204. n. 5. & seqq.* in hac materia videñ, ꝙ tñ intellige verum, quando ille fecerit inuentarium, si tamen illud per testatorem non fuerit remissum, & ratio quare in administratore prǽsumatur impensum de fructibus Domini, in hæręde autem de proprio, ea est, quia administrator non est dominus fructuum, vt est hęres, sub conditione grauatus, & propterea non est mirum, si administrator dicatur de fructibus domini impendisse, vt ait *Gratian. in d. cap. 204. num. 11. cum ibi allegatis.*

169 Declara decimotertiò, quòd qñ est data tutori administratio bonorū, tūc pupillo non competit remedium cap. reintegrandę, quod enim procedit, etiamsi non adsit in illius datione authoritas iudicis, vt ait *Rota in decis. 439. n. 1. p. 2. diuers.* & ratio est, quia iudicis authoritas, nōn est necessaria ad transferendam possessionem iuxta ea, quę ait *Alex. in l. Possessionem, ff. de acquir. possess. num. 2.* & ita alias tenuit *Rota, veluti refert Put. decis. 277. incipien. minor alienauerat, & Achil. de Grass. in dec. 1. de reintegrand.*

170 Limita tamen id non esse verum, quādo non constaret de decreta administratione, quia tunc illud remedium dicto pupillo competeret, veluti fuit decisum à *Rota in d. decis. 439. p. 1. diuers. in fine,* & ratio est, quia in isto secundo casu possessio non transfertur, & prǽsertim in interesse pupilli, veluti *dicunt DD. superius alleg.*

171 Extende etiā, quòd si administrator retineat bona, quæ administrauit, tunc nō potest conueniri spolio, nec minus eius hęres, nisi prius rationem reddiderit, vt ait *Grat. lib. 3. disceptic. 494. n. 3.* & 4. & ratio est, quia quis non potest compelli ad restitutionem certæ summę, nisi factis computis, vt possit verè cognosci, quis remaneat debitor, *vt fuit dictum in Fauentina hareditatis 2. Iunii 1609. coram Manzanedo, & in Astien. pecuniaria allegata in Romana pecuniaria 2. Iunii 1614. coram Buratto, & Card. Seraph. dec. 1214. & cateri DD. allegati à Gratiano ibi supra n. 4. & 6.* vbi declarat id procedere, quando agitur via executiua, & de pecunia; at secus si ageretur via ordinaria, & de bonis per administratorem inuentariatis, & de aliis, quæ non recipiunt functionem in genere suo, iuxta distinctionem, quam tradit *Surd. in decis. 184. num. 2. & 12.* Et prædictam extensionem subextende eò magis procedere, qñ essemus in cohærede, contra quē remediū spolii nō comperit, sed benè illud familię herciscundæ pro diuisione facienda, *vt fuit dictum à Rota in Romana Palatii del Aquila 5. & 16. Ianuarii 1602. coram Card. Sacrato.*

172 Declara decimòquartò, quòd administrationes Cappellaniarum dicuntur, quædam onera principaliter consistentia in faciendo celebrare Missas, ex redditibus relictis a testatoribus, & quod ex illis superest in vtilitatem administratorum conuertitur, veluti fuit decisum *à Rota in decisione 182. num. 2. parte 1. diuersorum.*

173 Et ideò nota, quòd per huiusmodi Cappellaniarum administrationes non soluuntur annatę, & propterea ad id aiaduertas, quòd regula de valore, nō cōpręhēdit Cappellaniarū administrōes, quia ea solū loquitur de beneficiis Ecclesiasticis, & sic ea

Nn vti

vti odiosa,& exorbitans, & solum propter annatas inuenta, ad administrationes cappellaniarum non est extendenda, vt ait *Rot.ibi sup.d.dec.182.*

174 Nec obstat Doctrina *Rebuff.in sua praxi benefic.in tit. Quid sit beneficium num.8.* vbi vult beneficium illam partem redditüum dici, quę dantur ministro Ecclesiæ; quia id procedit si daretur in titulum personæ habili; secus autem, si daretur inhabili, prout est mulier, & laicus, veluti fuit resolutum à Rota *in d. decis. 182. per totam.*

175 Declara decimò quintò, quòd administrationis deputatio,quę est facta ab aliquo,tunc ex huiusmodi deputatione arguendū erit bona ad deputantē spectare, veluti fuit decisum in *Tarraconen.Præpositurarum,Lunę 7.Iun.1605 coram Cocc. Decano,quæ est in eius impress.dec.24.n.6*

176 Extende idē esse præsumendū ex redditione computorum, ex qua arguitur Dominium ex parte illius, cui computa redduntur, *text. est in l. qui proprio, §. procurator,ff. de procurator.& Rota ibi coram Coccino num.11.*

177 Declara decimòsextò. quòd administrator tenetur libros redditionis administrationis edere,& exhibere, *Bald. in l. cum testam.n.4. C.de test.man.* Edere aūt nota,quòd non plus importat,quā Codices ostendere,& copiā describendi facere *l.1. §.1. & l. Argentarius,§.Edi aūt, ff.de eden.& ita fuit decisū in Rom.exhibitionis librorū,Lun.19.Ian.1604.corā Pap.Ludo. quæ est in eius impress.dec.151.n.1. & 2.*

178 Subdeclara tū primò,quòd quā sumus in actu prætensæ exhibitionis librorū,tūc administratori sufficiet eos ostēdere,vt solū possint legi, atque etiā calculari absq; illorū traditione,vt ait *Socc.cons.190.sub n. 5.lib.2.Angel cons.286.in fin.Paris.cons. 89.n.17.lib.1.Speculat.de instr.edit. vers. Videndum restat n.9. & Rota ibi supra n. 3.coram Gregorio.*

179 Subdeclara secundò, quòd si contingat super exhibitione controuersia,tūc libri taliter per administratorē sūt edendi, vt ad manus collitigātis nō deueniāt, sed benè eo casu erit eligendus tertius, penes quē libri deponātur,ad hoc ne quæstio super partitarū alterōe oriatur; quòd,n,procedit,etiāsi libri essent,tā quoad negotiū, & interesse quā etiā quoad dominiū cōmunes,*l.Si quæ sunt,ff famil.hercisc.Bald.cōs. 250.sub n.11.vers.Si duo sunt lib.1. & ita fuit decisum in Rom.Laudi 25.Iun.1618. coram Buratto,& coram eodē in eadē causa 17.Decemb.eiusdem anni 1618. canonizatur d.dec.Pap.Ludou.115.*& ibi fuit dictū quòd altera pars poterat etiam facere describere partitas ad causam facientes.

180 Subdeclara tertiò, quòd ad hoc,vt libri administrationis exhibeantur debet probari prius de eorum existentia, alias indebitè quis pro eorum exhibitione inquietaretur, *l.Celsus §.fin.l.Thesaurarius, ff.ad exhibend.l.Cum ita § species, ff de legat.2.& ita fuit resolutum in vna Marsican.Thesaurariæ ,seu Romanæ pecuniaria 15.Decemb.1604.coram Card.Ludou. postea Greg.XV.quæ est in eius impress.dec.199 n.1.& Card.Sera h dec.1224. num.1.*

181 Amplia primò dictam tertiam subdeclarationem in tantū esse veram,vt propterea pro huiusmodi exhibitione librorū petenda, non sufficiat præsumptiuè probare, sed plena super eorum existentia, & concludens probatio est necessaria, *Rota decis.155. num.1.par.1. in recent. & penes Farinacc.post secundum librum cons. est decisio 290. num.1.& fuit decisum in alia Esina bonorum 11. Martii 1593. coram Card. Blanchetto,& in Florentina bonorum 29.Octob.1593.coram Mellino.*

182 Amplia secūdò procedere,etiāsi essemus in hærede administratoris, licèt tūc sufficiat per eū iurare penes se libros non habere veluti fuit decisum in vna *Clusina Grani 14.Decembris 1586.coram Rebuflerio. & in alia Romana tutelæ 18. Mart. 1585. coram Card. Seraphin. quæ est in eius impress.decis 692.nu 4 & in Anconitana bonorum 2.Maii 1605. coram Ortembergo,& prius in Romana societatis 1. Iulii 1602.coram Card Mellino.*

183 Fallit tamen primò ista ampliatio, quando probaretur libros semel apud hæredes fuisse, vel eos dolo possidere desiisse, quia tunc ab eis exhibitio librorū per aduersarium prætendi posset,neque iuramentum super eorum non existentia penes eos præstare sufficeret, vt ait *Rota ibi coram Seraph dicta decis. 692.num.6. sed num. 7.* subiungit id procedere debere, quando exhibitio non officio iudicis, sed iure actionis petitur, veluti quando super exhibitione obligatio aduersarii extaret,

ret,

ret; siue quando constaret, rem penes se semel fuisse, at secus si simpliciter exhibitio officio iudicis peteretur, vt benè distinguit, *Seraph. ibi supra*.

184 Fallit secundò, si libri siue scripturæ, quarum exhibitio petitur essent de dominio defuncti, quia tunc illæ præsumerentur penes hæredem extare; nec eo casu staretur eius assertioni, etiam cum iuramento contrarium dicentis, veluti fuit decisum in *Romana computorum 25. Maii 1615. coram Coccino Decano*.

185 Fallit tertiò, loco, & sic contrarium illi secundæ ampliationi dicitur etiam de administratore, qui tenetur libros custodire, & tunc neque ille super eorum ammisione ad iurandum admittitur, veluti fuit decisum à *Rota in Romana depositi 9. Iunii 1595. coram Card. Mellino et in alia Ariminen. Castrorum coram Seraphino, quæ est in eius impressis decis. 1224. nu. 2 et Grat. lib. 1. disc. cap. 71. num. 1*.

186 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando essemus in persona, quæ ad custodiam respectu sui officij non teneretur, veluti in hærede, aut hærede, hæredis, seruata tamen in hoc ea distinctione, de qua supra in fallentijs; secunda verò, quando quis ratione officij, seu exercitij illos custodire teneretur, quia primo casu super eorum existentia illius iuramēto staretur. In secundo verò casu non, veluti de notario dicam in verbo amisio scripturarum, vbi recurras, & *Rota ibi supra decis. 692. coram Seraphino*.

187 Rursus concorda, quòd prima opinio procedere posset, quando tractaretur de modico præiudicio. secunda verò quando de graui, quia non est verisimile, quòd quis pro re modica sit adeò salutis æternę immemor, vt propterea velit sibi ipsi iudicium manducare; secus verò, quando tractaretur de re graui, ob quam homo facilius ad delinquendum allicitur, veluti dicam in verbo iuramentū, &c. & veluti deprehenditur ex decisionibus supracitat.

188 Quinimmò, nota quòd quando quis exhibere recusat præsumitur esse in dolo, quasi quòd timeat, vt ex libris exhibitis veritas contra eum elucicat, veluti dicam in verbo librorū exhibitio, & ita fuit decisū in *Melitten. reuisionis computorum Luna 30. Octobr. 1595. coram Card. Pamphilio, quæ est inter crim. Farinac. dec. 101. num. 5. & per Greg. decis. 521. num. 6*.

189 Extende id, quod fuit dictū de probatione existentiæ librorum, non solum eā esse necessariam, sed etiam debet de ea doceri ante motam litēm, veluti tunc temporis etiam erit probandum de interesse petentis, *Card. Seraph. dicta dec. 1224 & fuit decisum in alia Ieren. pecuniaria 14 Iunii 1610. coram Ortemberga*.

190 Quibus enim, nempè librorum existentia, ac interesse probatis, tunc iudex ad librorum exhibitionem cogere debet, *Rota decis. 5. de probat. in nou. Caputaq. decis. 180. lib. 1. & fuit decisum in Romana Mercium 30. Maii 1588. coram Orano, & Seraph. ibi supra in fine d. dec. 1224*.

191 Declara decimòseptimò, quòd ratione semel reddita amplius eam administrator reddere non tenetur, veluti fuit decisum à Rota in *Bononien. redditionis rationis, Veneris 17. Februarii 1606. coram Penia, quæ est inter crimin. Farinacc. dec. 224 num. 4. Merlin. decis. Lucen. 61.* & *Rota in alia Romana tutela, Veneris 16. Iunii 1606. coram Manzanedo, quæ est in recent. decis. 184. num. 1. par. 1*.

192 Amplia primò eò magis procedere, quando per instrumentum fuisset administrator ab illa redditione liberatus, veluti refert ita fuisse decisū *Riccius in sua collectanea 1915. parte 3.* & *Rota in dec. Farinacc. 311. in crim. num. 1*.

193 Amplia secundò, id præcipuè procedere, quando administrator fuisset liberatus à restatore à redditione rationis, cū mera facultate disponendi cum priuatione contra hæredes in casu molestiarum, veluti fuit decisum *in Bonon. de Bonijs, Luna 6. Februarii 1612. coram Card. Sacrato, quæ est inter recent. p. 1. dec. 377. n. 1*.

194 Amplia tertiò, procedere, veluti, quā do redditio rationis fuit finalis, quia tūc ad eam reddendam quis amplius cogi non poterit, vt ait *Rota March. per Grat. in sua dec. 188. idem ait Bellon. in hac materia viden. in sua dec. Genua 30. per totam*

195 Sed hic animaduertere debemus, quòd quando administrator fuit liberatus, ob redditionem rōis, non ob id tū præsumi tur omnia reliqua restituisse: Vnde qui contrarium allegat illud probare tenetur, veluti fuit decisum *à Rot. in Bonon. administrationis, Ven. 10. Iunii 1611. coram Card. Sacr. quæ est inter crimin. Farinacc. decis.*

decis. 334. *num.* 1, & 2, sed quòd ad reliquatum teneatur, veluti dicitur de tutore, cui fuerit remissa rationum redditio, ait *Gratian, lib. 4, discept. cap.* 711, *num.* 18. & *sequentibus*, Sed est bene verum, quòd tunc ille non poterit cogi inuentarium facere, licèt ista remissio inuentarii sit contra fauorem publicum, vt tenent multi allegati à *Surdo decis.* 30. *num.* 1, & *Gratian. ibi supra num.* 29. & propterea iudex potest etiam mandare fieri confectionem inuentarij tutori, cui testator illud remiserit; si tamen adsit vtilitas pupilli, vel causa superueniat testatori incognita, quia tunc iudex non tenetur sequi voluntatem testatoris idem *Gratianus ibi supra num.* 36. *& sub num.* 38, tres casus ponit, in quibus possit, vel non possit inuentarium remitti, quos per te videre poteris ad maiorem istius materiæ intelligentiam; animaduertendo tamen, quòd ista remissio debet esse clara, & aperta, & non per verba æquipollentia, vt de communi, & veriori opinione testatur, *Gratianus ibi supra num.* 22. *cum seqq.* vbi ait, quòd talis non liberatur saltem à descriptione bonorum ne ea commutentur.

196 Rursus subdeclara, quòd ea conclusio (vt scilicet Episcopus possit pluries in in anno rationes exigere) procedat, quãdo prima redditio non fuit finalis, sed erronea, quia tunc docto de errore potest iterum calculatio peti, vt de hoc est pulchra decisio *Rota Aragon. per Ioseph. sess.* 38. & dicam melius in verbo Error, &c. & tunc Episcopus posset id facere etiam contra administratores confraternitatum laicorum, etiamsi existant intus Ecclesiã Regularium, quia nihilominus eos ad reddendum computa, etiam pluries in anno (nisi tamen prima redditio fuerit finalis) compellere poterit *d. Grat. ibi supra dec.* 188. & ita fuit sæpe declaratum à sacra congregatione Concilij ex dispositione eiusdem super *sess.* 24. *cap.* 9. *& Riccius in sua praxi fori Eccles. decis.* 610. *per totum.* Sed huiusmodi occasione hic obiter nota, quòd administratio rei hospitalis vltra triennium committi non potest, nisi aliter in fundatione fuerit determinatũ; secus autẽ in illa aliorum locorum piorũ, quæ vltra triennium est permissa, vt ait *Riccius in sua praxi fori Ecclesiast. decis.* 97. *num. primo, & secundo.*

197 Limita tamen primò, dictam declarationem procedere, quoad scrupulosam administrationis rationem; non autem quoad totalem; alias esset velle dare materiam delinquendi, & viam fraudibus aperire, quod nullo modo tollerandum venit, veluti latè dicam in verbo reddita ratio, & ita concludunt quoque *Paris. cons.* 21. *num.* 56. *lib.* 2. *Couar. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. *allegat.* à *Rota in Romana redditionis rationis* 12. *Maii* 1603. *coram Litta*, & *prius in Foroliuien. de Torrellis* 26. *Aprilis* 1599. *coram Card. Pamphilio*.

198 Extende huiusmodi limitationem eò magis procedere, quando constaret testatorem noluisse donare fructus rei administratæ tutori, seu administratori, quia tunc illi rationis redditionem euitare minimè poterunt, veluti fuit decisum à *Rota in d. Romana redditionis rationis coram Litta*.

199 Limita secundò, eam non procedere, quando doceretur, aut de errore, vel de dolo, quia tũc ille (nulla facta distinctione, si testator liberã facultatẽ disponendi administratori reliquisset necne) administrationis rationem reddere cogitur, cum nemo ex sua iniquitate ius consequi debeat, nec minus dolosis beneficio iuris succurrendum sit, veluti fuit decisum in *Romana computorum, Veneris* 13. *Maii* 1594. *coram Cardin. Arigonio*, & *in alia aperitionis oris, Veneris* 8. *Martii* 1613 *coram Cardin. Sacrato*, & *in Militen. reuisionis computorum, Luna* 30. *Octobris* 1595. *coram Cardin. Pamphilio*, & *in alia Romana tutelæ de Ruspolis, Veneris* 15. *Martii* 1596. *coram Litta*.

200 Et ratio prædictæ limitationis secundæ, ea esse videtur, quia testator non potest liberare tutorem, siue administratorem, nisi à præsumpto dolo; licèt etiam inclusiuè; at secus à vero, veluti fuit decisum in *Bononien. administrationis, Luna* 28. *Februarii* 1611. *coram Cardin. Sacrato, qua est in impress. crim.* Farinacc, *decis.* 311. *num.* 1. & *sub n.* 2, docet quibus coniecturis colligatur testatorem voluisse liberare administratorem, siue tutorem à dolo præsumpto vbi recurras.

201 Extende procedere, etiamsi in quietatione fuerit adiectum pactum de non cõtra-

trauueniendo rationibus semel calculatis, quia tunc tale pactum vti fallax facit eã liberationem fieri irritam, & sic quis non prohibetur calculum reuidere, & eius errores retractare, quia eo ipso, quòd appareat fuisse erratum in calculis, tunc stipulationes, conuentiones, & renunciationes, & pacta in quietationibus facta, eodem errore laborare dicuntur, vt dicüt *DD. allegati à Munoz. de Escobar. de ratioc. administr. cap. 41. num. 32. & seqq.* & *Rota decis. 101. inter crimin. Farinacc.*

202 Subextende eò magis procedere, quã do iudex in sententia confirmatoria rationum reseruasset (prout cauti iudices reseruare solent) iura dolum, & errorem in illis interuenientem, quandocumque reformare, & corrigere, quia tunc quãtumcunque rationes in rem iudicatam transierint, semper prætextu doli, erroris, metus, & fraudis de nouo reuideri poterunt, quia sententia iuris reseruatiua ius partium illæsum conseruat, idem *Munoz. d. c. 41. num. 3.* & *ibi infinitos DD. allegat Card. Seraph. dec. 859. num. 5. & seqq. Roland. consi. 69. num. 39 lib. 4 Macerat. variar. resol. resol. 55. num. 7. lib. 1. & Rota dec. 567 in fin. par. 2. recent.*

203 Sed est benè verum, quòd si error in aliqua parcella consisterit, tunc non tota ratio, sed solum de illa parcella reuideri, ac retractari debet, & tempus allegandi errorem durat iuxta actionis naturam, super qua interponitur, vt ait idem *Munoz. ibi supra num. 18. & 30. cum aliis DD. ibi per eum allegatis.*

204 Extende secundò, quòd nedum rationes semel redditæ possint de nouo retractari, quando error interuenit in calculis; verum etiam si fuerit erratum in iure, vt quia fuerit vni adiudicatum idquod non erat adiudicandum, vel si fuerit facta calculatio cũ eo, qui ius calculationis non habebat, quæ enim procedũt, etiamsi in huiusmodi quietatione iudicis authoritas interuenisset, idem *Munoz. in præalleg. cap. 41, num. 6. & sequentibus, & num. 32. & 33. cum sequentibus*, vbi ampliando ait hanc conclusionem, ob iuramentum impediri non posse, & præsertim quãdo quietatio fuerit facta nõ ab homine callido, sagaci, & in negotiis, & rebus propriis accurato, sed à minore, muliere, rustico, & similibus, qui de facili decipi possunt, & propterea illis leges maximè fauent, idem *Munoz. in præcitat. loco*, & *Card. Seraph. in decis. 684. num. 1. & seqq.*

Quod enim procedit, etiam quòd liberatio fuisset iurata, & cum decreto iudicis, & aliis solemnitatibus, necnon per modum syndicationis facta, quia prædictis, non obstantibus, quando appareret de magna læsione minoris, siue dolus adesset, siue error, etiam quòd fuisset per sententiam confirmatus; nihilominus dicta redditio reiteranda venit, & multò magis, quando liberatio per minorem facta, fuisset nulla, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 761. num. 2. cum seqq. & ita fuit decisum à Rota in Bononien. redditionis rationis 12. Iunii 1606. coram Penia.*

205 Declara tu tamen, quòd qui dolum, aut errorem allegat, illum probare tenetur plenè, & concludenter, & non præsumptiuè, & præsertim de illis debet aliundè apparere, quàm ex instrumento transactionis, nec eo casu ad probandum errorem, vel dolum editio librorum administrationis fieri debet secuta transactione, quia tunc obstaret exceptio litis finitæ, & propterea hinc fit, quòd aliunde de illis doceri debet, vt ait *Cardin. Seraph. in sua decis. 234. per totam, & Rota in illa Meliten. reuisionis computorum coram Card. Pamphilio quæ est inter crimin. Farinacc. decis. 101. & in alia Foroliuien. bonorum de Torrellis, Luna 26. Aprilis 1599. coram eod. Card. Pamph.* licèt secus tamen esset qñ in sententia, siue in transactione fuisset reseruatum ius corrigendi errorem, siue dolum in administratione interuenientem, veluti dixi superius sub *num. 202.* quia tunc illa exceptio litis finitæ non obstaret, vt ait *Munoz. de ratioc. cap. 41. num. 3 cum ibi alleg.*

Vndè nota, quòd dolus dans causam contractui ipsum contractum rescindit, vt ait *Rota in decis. 186. inter crimin. Farinac.* quod tamen intellige verum, quando dolus esset expressus, & manifestus, at secus, si esset præsumptus, vt ait *Rota in vna Romana nullitatis venditionis 6. Martii 1600. coram Card. Pamphilio, quæ est inter crim. Farinacc. dec. 148.*

206 Limita tertiò, prædictam declarationem decimamseptimã, quòd scilicet, quis non

non liberetur à redditione rationis per solã confessionẽ, sed benè requiritur factũ ipsum, idest exhibendo, & tradendo volumina, cautiones, instrumenta, inuentarium, & cætera ad tutelam pertinentia offerendo actualiter rationes legendas, percunctandas, & dispungendas, non confusè, & in folle, sed explicitè, & distinctè, & quicquid reliquum fuerit soluendo, quæ enim si singula non concurrant, tunc administrator non dicitur bonam, veram, & rectam rationem reddidisse, & propterea iterum poterit conueniri, etiam non obstante iuramento, veluti fuit dictum in *Bononien. redditionis rationis* 12. Iunii 1606. *coram Penia*, *&* *Grat.lib.3.discept.c.563.n.30.*

207 Declara tamen, quòd si administrator semel solidauerit rationes, & deinde contra eum pro reddenda noua ratione insistetur, tunc nota, quòd si quis aliquid ab eo administratore, vigore primæ solidationis exigat, dicto casu censetur à iudicio dictæ nouæ redditionis rationum liberatus, ita vt pro eadem amplius vexari non posit, *Bartol. in l. Gracè §. Illud num.4. ff. de fideiuss. Aym. cons.170.n.6.* & *ita fuit quoque decisum in vna Meliten. reuisionis computorum*. Lunæ 30. Octobris 1595. *coram* Card. *Pamphilio*.

208 Extende, idem procedere in eo, verbi gratia, qui esset obligatus reddere rationẽ administrationis in vim obligationis Cameralis, cui si noua qualitas administrãdi fuerit addita, tunc amplius nõ poterit, vigore illius obligationis conueniri, quia isto casu noua euasit administratio, cum qualitas adiecta enti illud qualificet, & in diuersa specie constituat, neq; obligatio Cameræ censetur vnquam repetita, nisi expressè dicatur, *Aretin. in consil. 57. versic. 2. lib. 2.* & *ita fuit decisum in vna Romana pecuniaria* 21. Maii 1602. *coram Papa Ludouisio, quæ est in eius impress. decis.30. num.5. & 6.*

209 Animaduertendo tamen, quòd per petitionem redditionis administrationis, censentur ratificata omnia gesta per administratorem, per regulam, Qui vult consequens, vult etiam omne necessarium antecedens, *Grat.lib.1. discept. c.160. n.8. cum cæteris ibi per eum allegatis.*

210 Declara decimòoctauò, quòd pro mala administratione bona administrantis tacitè hyppothecata fiunt, *text. est in l. Cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib. Socin. cons.34. num.13. lib.1. Negusan. de pignor. 4. membr. 2. parte num. 13.* & *ita fuit decisum à* Rota *die* 8. Iunii 1584. *coram Orano*, veluti refert, & sequitur *Rota in alia* Romana *Vinea* 26. *Iunii* 1598. *coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impress. dec.1290. n.1.* & Grat. *lib.4. discept. c.601. num.3.*

211 Extende primò, id quoque procedere, etiam quoad bona post administrationem acquisita, *l.fin.C. quæ res.pign. oblig.poss.* & propterea nota, quòd potest dari Saluianum interdictum pro huiusmodi tacita hyppotheca, *glos. in l.1. de Saluian.interd.Gabr.cons.44. lib.1.* & *cons.2. lib.2. Menoch. in remed. adipiscend.3.n.55.* & ita fuit quoque decisum in *vna Romana de Comitibus* 27. *Maii* 1581. *coram Clemente* 8.

212 Extende secundo, procedere, etiam in eo, qui pro administratore se gessit, licèt iuris ordine non seruato, veluti dixi superius, & melius dicam in verbo hyppothecata bona, &c. quia pro eius mala administratione tacitè bona censentur hyppothecata, veluti fuit decisum in *dicta* Romana *Vinea* 26. Iunii 1598. *coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impress. decis.*1290.

213 Extende tertiò, procedere in eo, qui ab initio fuerit datus procurator generalis tutelæ; vt fuit dictum *à* Rota *in* Romana *redditionis rationis administrationis tutelæ*, *Lunæ* 5. Iulii 1621. *coram Buratto*.

214 Extende quartò, procedere, etiam in hærede administrantis, quem administrationis ratio reddenda afficit eodem modo, ac si ipse administrasset, vt ait *Magon. decis. Florent.42.n.3. & Rot. ibi coram Buratto, & per eundem dec.355. n.4. in fine*, & *in Cesenaten.prædii 30. April.1627 coram Manzanedo*, & *in eadem* 30. Ian. & 5. *Iulii* 1628. *coram Dunozetto.*

AR-

ARGVMENTVM.

ADOA QVID SIT, ET A QVIBVS PERsonis præstetur.

CONCLVSIO LVII.

1 ADOA, nota, quòd est seruitium pecuniarium, quod præstatur à Vasallo Regi pro feudo, quando Rex, siue Princeps declarauit velle seruitium in pecunia; & propterea hinc fit, quòd tunc Vasalli tenentur ratione feudi præstare illud seruitium personale in pecunia secundū *And. in cap. I. Quis dicatur Dux, & alii allegati ab Afflict. in decis. 265. num. 51. & prius in decis. 252. num. 2. & infinitos allegat Borell. in sua summa decisionum tit. 37. num. 1. & seqq.* licet *sub num. 3.* dicat Adoam non esse pro seruitio personali, sed potius loco collectæ præstatur, licet prima opinio sit verior, vt dicunt *DD. superius allegati*.

2 Amplia id in tantum esse verum, quòd si Vasallus, postquam fuit interpellatus, illud seruitiū pecuniarium, loco personalis non soluat, tunc feudū perdere debet, quia hæc est offensio, quæ committitur contra Dominum indirectè, in non iuuando eum, vt ait *Afflict. d. decis. 252. num. 3. & in decis. 265. & ibi Vrsill. & alii adden.* vbi infinita inuenies in hac materia feudali, & præsertim de seruitio, quod per Vasallum Domino debetur.

3 Declara tamen, quòd illud ipso iure non perdit, sed per sententiam, vt ait *Andr. alleg. ab Afflict. ibidem eodem n. 3. & ibi Vrsill. n. 11.*

4 Limita tamen prædicta non procedere, quando Vasallus seruitium, & sic adoam non præstitit, ob eius paupertatem, dictus *Afflict. d. decis. 252. sub num. 3. & ibi Vrsill. num. 11.* vbi affert exemplum illud, veluti si illi multi filii essent nati.

5 Amplia secundò, quòd illud seruitium fauorem publicum respicit, quia præstatur tempore guerræ, ad hoc, vt Regnum securum reddatur, & ideò illud cessat dicta guerra finita, licet talis exactio fit æterna in Regno, ait *Borell. in præalleg. d. eo num. 5. & seqq.* & propterea *Castrens. ait in l. Fructus, ff. soluto matrim.* quòd stante statuto, quòd de fructibus gabella soluatur, tunc debet solui, absquè deductione expensarum, ratione iuris publici, idem dicunt *Bald. Salicet. & Angel. allegati à d. Afflict. d. decis. 252. num. 7.* & ratio est, quia non omnes expensæ minuunt fructus, sed solum illæ, quæ fiunt gratia fructuum; intelligendo tamen non de necessariis, veluti etiam vbi datur fauor Diuinus, vel iuris publici, qui inuicem æquipantur, vt ait idem *Afflict. ibi suprà.*

6 Amplia tertiò, quòd adoa soluatur, pro perpetua vtilitate, & propterea nota, quòd neque vsufructuarius, neque frater, secundo genitus de dicta impensa participare tenentur, veluti ait *Afflict. in dec. 252. sub n. 3. vers. Ergo ista adoa, & ibi per Vrsill. in addit. in littera A,* sed solū eam soluere tenetur primogenitus, & sic proprietarius, vt ait *Franch. decis. 20. nu. 12. & Capric. decis. 184. num. 3. fol. 147.*

7 Limita tamen, & declara quòd seruitium pecuniarium, & sic adoę solutio solùm soluitur de feudalibus, non autem soluitur de pecunijs (verbi gratia) perceptis ex aliquo officio per Principem donato, & in cuius concessione per Regem facta nullum verbum fuisset dictum de feudo, vt ait *Garz. à Tholeto decis. 55.*

8 Declara secundò, quòd si alicui fuerit facta adoę remissio, non ob id censetur tamen ille à subuentione liberatus. & ratio est: quia subuentio Iure actionis debetur, & ideò si non sit reseruata non amittitur, vt ait *Franch. decis. 76. n. 8. & 11.* & si in huiusmodi materia vis videre multas declarationes, & notabilia recurras ad *Camill. Borell. in sua summa decis. tit. 37. de Adoa per totum.*

9 Limita tertiò, quòd Vassallus non tenetur ad totum seruitium, sed solum pro rata fructuum, quos ipse percepit, & sic iuxta eorum ratam tributa, & collectas soluere tenetur, vt ait *Vrsil. ad Afflict. in dicta decis. 252. num. 8. & seqq.*

10 Extende eodem modo procedere in pensione; quia pensionarius tenetur soluere decimas pro rata fructuum, quos percipit; alias iniquum esset, vt si quis non percipit omnes fructus, pro omnibus, ac si omnes percepisset, soluat, & contribuat, vt ait idem *Vrsill. ibi sup. n. 7.*

11 Extende præterea quod feudatarius non tenetur, nisi pro vna vice soluere adoam, vt ait *Borell. ibi supra num. 30.*

AR-

ARGVMENTVM

ADOPTIO QVID SIT, AC DE EIVS effectibus.

CONCLVSIO LVIII.

1 ADOPTIO nota quòd est quidã actus legitimus, per quem facimus eos filios per artem, qui non possunt esse per naturam; cuius enim origo antiquissima est. Nam apud veteres Romanos in maximo vsu erat, vt colligitur ex Aulo Gellio cap.19. apud Grecos, & etiam ex Plutarcho in Theseo liquet vbi Theseum ab Aegeo in filium acceptum refert, apud Iudeos etiam in vsu erat, & Imperatores *in l. 3. C. de adopt.* dicunt causam adoptionis esse filiorum orbitatem, quæ enim adoptio est naturæ simillima inquit *Caius lib. 1. Instit. tit. 5. Franc. Marc. decis.* 884. *lib. 1.* & *Azor. in secunda parte Instit. Moral. c. 18. lib. 2. fol.* 108. & *seqq.* Et istud est nomen generale, quod in duas partes diuiditur, quarum vna est adoptio, altera vero arrogatio: & generalis adoptio fit duobus modis, nempè aut per rescriptum Principis, & sic illius auctoritate; aut Magistratus Imperio, & eo casu poterat etiam per mulierem fieri occasione filiorum amissorum in bello, *Azor in præalleg. loco vers. sexto quæritur.*

2 Arrogatio autem fit de his, qui sui iuris sunt; quod secus est in adoptione: quia filij familias adoptantur, itẽ dicitur arrogatio: quia is, qui adoptat arrogatur, idest interrogatur, an velit eum, quem est adoptaturus, iustum filium sibi esse, & pari modo adoptandus, seu arrogandus rogatur, an id fieri patiatur; sed quãuis ista adoptionis solemnitas hodie non sit ita frequens, non ob id tamen quis mirari debet quòd hisce temporibus quã dam imaginem adoptionis obseruemus, in his quos loco filiorum alimus, atque etiam quodam affectu prosequimur, eos filios vocando, quia Romani id quoque faciebant veluti colligitur ex *l. quidem vm filium ff. de verb. oblig.* & *Azor ibidem in princ. capituli,* vbi plures differentias inter adoptionem, & arrogationem adducit, & *Mandos. de signatur. Gratia tit. de adoptandi indulta* ait arrogationem à Papa concedi solere in Signatura gratię.

3 Adoptatus autem transit in potestatem adoptantis, nec remanet in ea sui Patris naturalis: quod tamen declara procedere, quando adoptatur à suo ascendente; secus autem si ab extraneo, quia tunc in potestatem adoptantis non redigitur vt *ex test. in l. penult. C. de adoption. Azor. ibi supra vers. quando, & Aretin. & cæteri DD. in §. fœmina instit. eod. tit.* & *Surd. de aliment. tit. primo quæst. 2. nu. 1.*

4 Vnde ex hoc infertur quòd adoptatus ab extraneo testamentum facere non potest, cum sit in potestate Patris naturalis, & si illud ab eo fiat, dum eius Pater viuit, tunc non competit instituto ab illo beneficium *l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. tollen. vt ait Argel. de acquirun. possess. quæst. 3. num.* 714.

5 Contrarium, vt dixi, succedit in arrogato, qui sui iuris est, quando arrogatur, & ideo de libero in alterius potestatem transit, dummodo in arrogatione consensus parentum, seu agnatorum concurrat vt ait *Franc. Marc. decis.* 883. *num. 3. par. prima.*

6 Et propterea nota quòd filius arrogatus dicitur propriè filius familias, itaut sub statutis do filijs familias loquẽtibus cõprehẽ datur, quod secus est in adoptiuis, veluti fuit decisum *à Rota in Romana pecuniaria seu prætensæ arrogationis veneris 5. Iunij* 1598. *coram Cardin. Seraph. quæ est in eius impressis decis.* 1286. *num. 2. & Alex. cons.* 141. *num. 2. lib. 6. & Signorol. de Homod. cons.* 39. *n.* 4. qui hanc materiam latè pertractant.

7 Extende idem pari modo procedere in filio, qui esset emancipatus à patre, quia tunc ille non retinet eius filium indè natum, & ab auo adoptatum in illius potestate; sed in eam aui adoptantis redigitur, vt ait *Azor. in præalleg. loco vers. quando.*

8 Et propterea isto casu adoptatus succedit auo adoptanti, tàm ex testamento, quàm ab intestato, & non Patri naturali, & hinc fit quòd ille potest dicere de nullitate testamenti sui aui, vel proaui, si in eo fuerit prætermissus, vel exheredatus, vt ait idem *Azor. in præalleg. loco vers. quando is qui adoptat.*

9 Limita tamen & declara id, quod fuit dictum de arrogato qui comprehẽdatur

sub

ſub ſtatuto de filijs familias loquente, procedere veluti quando eſſemus in re fauorabili, vt in Macedoniano, quod habet locum etiam in arrogato, & id procedit in odium fœneratorum, vt ait *Crott. in l. Gallus §. Et quid ſi tantum n. 146. & ſeqq. de liber. & poſthum. alleg. à Rota ibi ſupra coram Seraphino.*

10 Secus autem erit, veluti ſi tractaretur in materia feudi, & emphiteuſis, à qua filius tàm adoptiuus, quàm etiam arrogatus excluduntur; etiamſi eſſemus in Statuto fœminarum excluſiuo, vt ait *Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit. filios vſque ad num. 24. C. de reuoc. donat. Curt. Iun. conſ. 339. Soccin. Iun. conſ. 32. Capra conſ. 115. & Rota ibi ſupra num. 16. coram Card. Seraphino.*

11 Et ratio ea eſt; quia veluti in ſtatutis appellatione filiorum non veniunt naturales tantum, ita, & multò minus ciuiles tantum, quia ius naturale eſt iure ciuili potentius, vt dicunt *Bald.* & *Soccin. alleg. à Rota ibi ſupra num. 11. & 12.* & *Rota in Burgi ſancti Domini iuriſpatronatus*, Lunae 6. *Martii 1625. coram Vbaldo*, vbi firmat, quòd in contractibus verba ſunt verè, & non fictè intelligenda, & ibi ad id comprobandum infinita adducit.

12 Contrarium, quòd ſcilicet hæc feuda ad filios adoptiuos tranſeant, ait *Franc. Marc. d. deciſ. 887. num. 2. par. 1.* & veluti dicam inferius *ſub num. 15.* & *ſub num. 16* concordantiam inuenies.

13 Sed tenendo primam opinionem extende eam primo multò magis procedere, quando eſſemus in aliqua conſtitutione, ſiue ſtatuto, quod propriè, & prout verba ſonant eſſet intelligendum, quia tunc appellatione filiorum veniunt legitimi, & naturales, non autem naturales, aut ciuiles tantum, vt ſunt adoptiui, & arrogati, qui non dicuntur propriè filii, ſed iuris fictione, & propterea iſto caſu non habet locum illa regula, quòd ſcilicet fictio in caſu ficto habeat locum ſicuti veritas in caſu vero, *Rota ibidem num. 9. & 10. & ibi coram Vbaldo.*

14 Extende ſecundò, idem procedere, veluti ſi eſſemus in ſtatuto habilitante filios ad non ſolutionem gabellarum de hæreditate, quod enim non compræhendit, neque adoptiuos, neque arrogatos, ob rationes ſuperius deductas, ſed eſt benè verum, quòd in multis caſibus, ſub quibus vocantur filii legitimi, & naturales veniunt quoque adoptiui, & arrogati, vt videre eſt apud *Tiraquell. in d. l. Si vnquā in verbo ſuſceperit filios, C. de reuocand. donat. vſque ad num. 24.* & *Rota ibi ſupra in fine.*

15 Contrarium quod ſcilicet adoptiui filii ſuccedant in honoribus, & dignitatibus, ſicut filii naturales, & legitimi, & quòd tàm illi, quàm legitimi, & naturales in Regno ſuccedant Patri, ait *Farinacc. in ſua praxi crim. in par. 1. quaeſt. 13. n. 41.* licèt *num. 44.* dicat, id non naturaliter verè, & propriè in adoptiuis ſuccedere, ſed ciuiliter, impropriè, & abuſiuè, & propterea ex hoc infertur, quòd tales filii non accuſant de morte patris adoptantis, niſi ſint ab aliquo aſcendente adoptati, vel illius ſint hæredes ab inteſtato, quia tunc ſi non iure ſanguinis, ſaltem vti hæredes accuſare poſſent, nec illis caſibus poſſent tales filii vocare in ius patrem ſine venia, vt ait *Farinacc. ib. ſup. n. 41. & 46.*

16 Concorda tu tamen prædictas opiniones; nempè, vt prima procedat, quando quis ſimpliciter fuiſſet adoptatus ab extraneo, & abſque teſtatoris mandato, Secunda verò, quando aliquis eſſet ab aſcendente adoptatus, ſiue quando extraneus fuiſſet adoptatus de mandato teſtatoris iubentis illum omnibus prærogatiuis, honoribus, & emolumentis frui, atque potiri. Et ratio prædictorum ea eſſe videtur, ne ſit in poteſtate grauati deludere eos, qui ad hæreditatem vocantur, ſub eo colore adoptionis, vt dicunt DD. *allegati à Gratian. lib. 5. diſcept. c. 930. num. 3. cum ſeqq.* item in primo caſu filii huiuſmodi dicuntur ciuiliter, impropriè, & abuſiuè ſuccedere, in ſecundo autem propriè, naturaliter, & verè ſuccedere dicuntur, veluti dixi *ſub num. 15.* ex traditis à *Farinacc. in præcitato loco ſub num. 41. & 46.*

Rurſus concorda, quòd appellatione filiorum adoptiui non veniunt, quando adoptio non facto teſtatoris, ſed alterius tertii (vt puta hæredis grauati) fuerit facta, quo caſu meritò ea prima opinio procedit, at ſecus, quando adoptio facto teſtatoris ſequeretur, quia tunc ſecunda opinio procederet, & ſic ſub appellatione filiorum, quoquè adoptiui venirent, vt

fuit

fuit pulchrè deductum à *Rota in Burgi Sancti Domini iurispatronatus*, *Luna 6. Martii 1625. coram Vbaldo*, & ibi quomodo isti termini sint intelligendi latè docetur.

17 Vnde tenendo hanc secundam opinionem extende eam in tantum procedere, vt nedum tali modo adoptatus in feudis, & aliis prærogatiuis patris succedat, sed etiam substitutum excludat, perinde, ac si de naturali familia esset, vt ait *Grat. d. lib. 5. discept. c. 930. num. 4 & seqq.*

18 Redeundo aũt ad primam opinionem extende tertiò eam in tantum procedere, quòd neque adoptiui veniunt appellatione filiorum in conditione positorum, vt ait *Magon. in decis. Flor. 52. num. 54.* Et ratio ea est, ne sit in potestate hæredis grauati sub illa conditione, si sine filiis decesserit, adoptando aliquem in filium fideicommissarium excludere, veluti declarat *Bart. in l. Cognatis circa princip. de reb. dub.* & *in istis terminis consuluit Ruin. cons. 121. num. 6. lib. 2. Paris. cons. 2. vol. 3 Zanch. in l Hæredes mei, § cum ita n. 414. par. 3. ff. ad trebell. Hier. Gabr. cons. 123. n. 37.* & *38.* & *ita sensit inter cons. Bald. 219. incip. quæst. vol. 4. in antiq. Marz. in epit. par. 2. quæst. 45. in fin. vbi alios citat, & Gratian. vbi supra num. 4. cum aliis ibi per eum allegatis.*

19 Extende quartò, & è contra procederes nempè, quòd nequè etiam pater succedat filio adoptiuo ab intestato, licèt benè filius succedat patri, sed in illiusmet hęreditate, & non in aliena, in qua filii in conditione positi essent vocati, vt superius dixi, & veluti tenet *Matthes. in tract. de success. ab intest. num. 3. & 4. membr. princ. Nicol. de Vbald. in simili tract. in vltima quæst. 2. par. idem ait tex. in § sed hodie inst. de adoption. & ibi Angel. Aret. & text. in § sed ea omnia inst. de hered. quæ ab intest. Put. dec. 493. lib. 2.*

20 Vndè isto casu nõ obstat regula correlatiuorũ, quia non habet locum quando diuersa ratio viget, vt hic, quia ex quo pater in solatium filiorum amissorum in acie, vel non habitorum, recipit aliquem in adoptionem, & propterea lex ei defert successionem, sed non è contra, quia pater non adoptat, vt filio succedere debeat, sed solum in solatium prædictum & ad hoc optimè facit illa regula, quòd scilicet, qui in vno grauatur in alio releuandus sit, & è conuerso, Vndè infertur, quòd si pater ex huiusmodi solatio adoptionis filii releuatur, & filius grauatur, vt per hanc fictionem iuris fiat filius ei, cui non est per naturam, ob id igitur pater debet in eo grauari, quòd scilicet ei filius adoptiuus ab intestato succedat, & non pater filio, & sic pari modo filius in eo releuatur, vt ipse patri, & non pater ei ab intestato succedat, & filius succedendo patri non sequitur id nomine filiationis, sed quia pręstitit illud solatium adoptiuo patri, & sic hoc medio diuersitatis rationis saluatur d. regula correlatiuorum, vt pulchrè distinguit *Put. ubi supra d. decis. 493. ferè per totam.*

21 Declara tamen, quòd pater adoptans non cogitur ei inuitus ex testamento relinquere, vt ait idem *Azor. ubi sup. vers. Quod si adoptans*; quod tamen semper intellige de extraneo; & non de ascendente, vt ex præallegatis probauimus *sub n. 8.*

22 At secus in arrogato cui necessariò arrogans tenetur quartam partem bonorũ relinquere, ad quam postea illius hæredes succedent, idem *Azor. ibi supra in littera E.* & ratio diuersitatis istarum filiationum in principio conclusionis fuit assignata.

23 Si verò adoptans moriatur, & filios legitimos, & naturales post se relinquat, tunc adoptatus æqualiter cum illis succedit, idem *Azor. ibi supra versic. Quod si adoptans.*

24 Extende quintò, quòd neque adoptatus cum limitatione successionis legitimã habet, vt ait *Grat. lib. 5. discept. c. 496. n. 38* & veluti dixi in verbo legitima.

25 Extende sexto, quòd adoptatus sicut & arrogatus, ex causa ingratitudinis exhæredari potest vt ait *Franc. Marc. in dec. 884. num. 1. par. 1.* & *sub num. 3.* refert Alphosum Aragonię Regem fuisse à Ioanna Regina Siciliæ adoptatum, & postea ex ingratitudine exhæredatum, ex eo, quia vitæ Reginæ, & eius statui insidiabatur, & in eius locum adoptauit primogenitũ Ducis Ludouici Andegauiæ, & post mortem dicti primogeniti instituit Regẽ Renatum, vt legitur *in Cronica Antonini 3. par. tit. 22. cap. 8. § 6. & 7.* & *Azor. ibi supra vers. Septimo quæritur.*

26 Fallit tamen, quando nulla causa iusta

& legi-

& legitima concurreret, quia tunc patet, nec emancipare arrogatum, nec arrogationem dissoluere poterit, & in euentum contrarii causa erit coram iudice proponenda, vt ait idem *Azor. ibi supra d. versic. Septimo quaritur*; Secus verò in adoptato, quem adoptans emancipare potest, & tunc in potestatem patris naturalis reddit, vt ait idem *Azor. ibi supra in fine.*

27 Declara tamen id, quòd fuit dictum de filio arrogando, non procedere in infante, qui arrogari non potest, & ratio est, quia arrogandus debet interrogari, vt in principio conclusionis dixi, & idcircò, id in infante contingere non potest, quia ea quæ videt ignorat; secus tamen est in adoptione in qua etiam tacitus consensus sufficit; Quinimmò etiam quis inuitus adoptari potest, sed est benè verum, quòd siue loquamur in adoptione, siue in arrogatione semper est necessaria scriptura, & debet actu fieri, & ideo inter absentes id esse non posset, *Azor. ibi supra in littera, A*, necnon etiam est necessaria causæ cognitio, & Principis authoritas dictus *Alex. cons. 41. in princip. lib. 6. & veluti dicunt Bald cons. 349. lib. 1.* & *Signorol. cons. 127.* & *latius cons. 218. & ita fuit etiam decisum in Parlament. Delphinat. per Fràc. Marc. in decis. 883. par. 1. per totam.*

28 Extende septimò, idem procedere in filio naturali, & spurio, qui pari modo adoptari non possunt, vt est *text. in l. Legem, C. de natur. liber. & in auth. Quib. mod. natur. effic. legit.* & *Franc. Marc. in d. decis. 883. num. 4.*

29 Extende octauò, quòd adoptio non inducit sanguinis coniunctionem, sed benè habet consanguinitatis effectum, & ob id, veluti pater potest pupillariter filio legitimo, & naturali substituere, ita etiam adoptās potest filio adoptiuo substitutū dare; licet id tamē procedat in bonis à patre adoptante prouenientibus, non autem in propriis pupilli, in quibus substitutus non succedet, *Alex. cons. 125.* & *cons. 126. lib. 4. & Rota ibi supra.*

Sed quod persona adoptata tanquam aggregata familiæ adoptantis dicatur esse de stirpe, & sanguine illius familiæ, cui fuit facta aggregatio, ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 930. num. 14.* & *Rota decis. 697. num. 5. & seqq. par. 1. in recent.*

30 Quibus præterea addas, & nota quòd per adoptionem filius sequitur domicilium adoptantis, sed priuilegium illius patriæ non acquirit, nec nobilitatem, nequè dignitatem patris naturalis perdit, sed benè naturalem originem retinet, vt fuit decisum in eodem parlamento, vt ait dictus *Franc. Marc. h. decis. 887. num. 3. & prius decis. 882. par. 1.*

31 Sed id, quòd fuit dictum super eò, quòd adoptatus sequatur domicilium adoptantis, extende procedere, etiam quoad cognomen, & arma adoptantis, & præsertim adoptione durante, sed ea finita illi cognomen mutare liceret, dum modo, id in alicuius fraudem non fieret, vt ait idem *Franc. Marcb. ibi supra num. 2. & 3.*

32 Extende præterea, quòd etiam priuilegium patris adoptantis ad filium adoptiuum, veluti ad naturalem, & legitimum transit, vt ait idem *Franch. Marcb. decis. 887. num. 1. par. 1.* quod tamen intellige verum, dummodo illud non esset tale, quod extingueretur cum persona patris, & quando dicatur tale, ait *Menochius in suo cons. 276. & Card. Seraph. dec. 772.* & *decis. 1293. per totam.*

ARGVMENTVM.

ADVLTERIVM QVID SIT, AC DE eius qualitatibus, pęnis, & effectibus.

CONCLVSIO LIX.

1 ADVLTERIVM, nota, quòd est commaculatio alterius thori, vel coitus cum alia vxore perpetratus, *l. inter liberos, §. 1. l. Stuprorum, §. 1 ff. ad l. Iul. de adult.* & *l. inter stuprum, ff. de verb. signific. & Surd. decis. 249. num. 21. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 35. num. 22.* & propterea hinc fit, quòd adulterium dicitur peccatum contra iustitiam ex ea ratione, quoniam per coniugium factus est quidam contractus inter virum, & vxorem, & mutuò consensu, quo vterquè coniux alteri vsum tradidit sui corporis ad coniugalem copulam, & ideò siue adulterium committatur inuito coniuge, siue eo consentiente, vtroquè modo, verè, & propriè dicitur peccatum contra iustitiam commissum, vt pulchrè ait *Azorius in 3. par. insti moral.*

moral.lib.5.cap.6.fol.312. sub littera A.

2 Item nota, quòd illud duas deformitates contra rectam rationem in se continere dicitur, quarum prima est luxuriæ, quia est concubinatus viri cum fæmina extra formam coniugii; altera est iniustitiæ, quia est coitus cum ea fæmina, quæ est vxor alterius, *diu. Thom. 2. 2. quæst. 154. art.8. & Azor.d.p.3.moral.instit.lib.3.c.7.fol.166. in princ.tit.de adult.& in c.38. fol.200. sub littera D.*

Quinimmò, nedum istud adulterii crimen fuit semper graue, exitiosum, atquè execrandum existimatum apud Priscos Historicos, & sanctos Patres; Verum etiam inter bruta illud detestandum reperitur; Nam vt refert *Plin. in lib 8. cap. 5.* Elephantes nulla nouerunt adulteria, & Ciconiam aliquando adulterum, & adulteram interemisse scripsit *Aelian. lib.5. histor. animal.* Item columbæ fidem coniugii non violant, vt refert idem *Plin lib.10 cap.34.* Leones pari modo acerrimè adulteria Leęnæ vindicant, veluti testatur idē *Plin d. lib.10. cap.3.* & multa alia exempla grauiorum hominum, qui huiusmodi scelus detestati fuerunt, necnon in hoc varia genera tormentorum adducit *Mascard. de probàt. concl.57. num.1. cum seqq. volum. 1.*

3 Amplia, quòd illud sit maius delictum incæstu, & quòd maius peccatum in se contineat, nisi tamen incæstus fuerit contra ius naturale commissus; veluti cum matre, sorore, nuru, nouerca, & priuigna; quia tunc vno ex istis modis commissus est quouis adulterio grauior, ait *D. Thom. 2.2. quæst.154. artic.12. & Azor. vbi supra vers. Sexto quæritur, idem Mascard. in præcit. loco sub num. 1. & 2.* & ibi plures Doctores allegat hanc materiam diffusè tractantes.

4 Istud enim delictum olim fuit publicū, hodie verum est priuatum, *l. Quamuis la secunda, C. ad l. Iul. de adult.* præterea de huiusmodi delicto agi potest ciuiliter, & criminaliter, ciuiliter ad separationem thori, criminaliter verò, ad pęnam, vt inferius dicetur: Nam olim de iure ciuili fiebat diuortium, *l. Consensu, & l. vltima, C. de repud.* Hodie vero de iure Canonico fit separatio thori tantum *cap. ex literis de diuort.* & ratio est, quia quos Deus coniunxit homo non separet, item quia coniugium fit à Deo, diuortium autem à diabolo, & sic igitur hic firmare debemus, quòd hodie, ob huiusmodi delictum, ad separationem thori potest agi tantum, vt fuit decisum à *Rota in Romana separationis thori 22. Maii 1574. coram Seraphin. quæ est in eius impress. decis.236 num.2. & in Bisuntina augumenti, & donationis propter nuptias, Lunæ 14 Maii 1599. coram d. Card. Seraph. quæ est inter crimin. Farinac. decis.135. num.1. & num.2.* ait quòd separatio thori, & diuortium parificantur; sed est benè verum, quòd antequam deueniatur ad huiusmodi adulterii probationem, opus est prius matrimonium probare inter coniuges, & sic adulteram esse vxorem, siue adulterum esse maritum; Alioquin illud intentans succumberet, vt dicunt *Doctores allegati à Mascard. de probat. in concl. 58. num.1. vol.1.* istud enim delictum est mixti fori, & propterea in vtroque foro potest intentari, *Clar. in §. adulterium, & §. fin. q. 37. & Franc. Marc. dec.514. par.1.*

5 Extende primo, quòd huiusmodi separatio, tàm conceditur viro, ob adulterium vxoris, quàm vxori, ob illud viri, veluti fuit decisum in *Bisuntina separationis thori 11. Februarii 1598 coram Card. Pamph. & in alia Romana separationis thori, Lunæ 3. Martii 1603 coram Penia, quæ est inter crimin. Farinacc. decis. 9. num.1. & Azor. vbi supra de adult. fol.166. & denique in Romana separationis thori, Merc. 4. Iulii 1629 coram Verospio.*

6 Extende secundò, quòd facta separatione thori, ob adulterium vxoris, tunc maritus non solum dotem, sed etiam augumentum illius, ac bona parafrenalia lucrari potest, vt fuit decisum in dicta *Bisuntina coram Card. Seraph. & Franch decis.184. n.1. & Franc. Marc. decis.514. num 4. par.1. Franch dec.244. & Thes. dec.130*

7 Extende tertiò, quòd ob illud, nedum maritus, siue vxor poterunt separationem intentare sed etiam innocens in hoc delicto poterit, altero nocente inuito, Religionem ingredi, & continentiam vouere, professionem facere, & ad sacros ordines suscipere, & licet inter eos vinculum maneat, tamen eo casu vnus alteri non tenetur, quia quilibet iuri suo, ob delictū, & separationē cessisse dicitur, vt dicunt DD. *allegati à Grat. lib.2. discept. c.102. n.24.*

8 Amplius si adulterium erit notorium tunc ille poterit prædicta facere propria auctoritate; at secus si esset clandestinũ, & non manifestum, quia tunc requiritur sententia super separatione, vt dicunt *DD. allegati à Natt. cons. 116. lib. 1.* & *Gratian. ibi supra cap. 202. num. 25. lib. 1.* licet contrarium dicat *Azor. par. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 1. fol.* 1458. vbi ait etiam in adulterio vxoris publico sententiam iudicis esse necessariam, & ibi reddit rationẽ; licet secus qñ maritus statim testimonia legitima adulterii ab vxore patrati proferat, idem *Azor. ibi supra*.

9 Contrarium quòd scilicet non possit, per innocentem adultera cogi religionem ingredi, & dum ipse steterit in seculo alteram vxorem ducere, si eodem tempore alia, iam in religionem ingressa viueret, sed quòd solummodo eis prædicta facere liceret, si vterquè ad monasterium transiret; alias secus, quia cum coniuges sint duo in carne vna; idcircò non potest vna pars ad Dominum conuerti, & altera in seculo remanere, pulchrè ait *Gratianus in præcitato loco num.* 26. & 27. Quod tamen semper intellige verum, quando matrimonium esset integrum; at secus, si per sententiam, & sic iudicio Ecclesiæ esset separatum, quia tunc innocens posset Religionem ingredi, ibiquè professionem emittere inuito nocente, & illum absquè voti continentiæ emissione in seculo remanere ad *trad. per Innoc. in cap. cum sit de conuersatione coniugat.* & *ibi* Butr. *num.* 4. veluti eodem modo facere liceret vxori nocenti, vbi licentia viri innocentis tacita, vel expressa intercederet, & illa tacita diceretur, & sufficeret, quæ ex illius scientia, & non contradictione resultaret, vt ait *Host.* & *cæteri scribentes in cap. gaudeamus eodem titulo, Siluester in summa in verbo* Diuortium *num.* 23. *versic. 1. de licentia Armill. in eodem verbo num.* 8. & *alii alleg. per* Sanch. *de matrim. tom. 3. disput. 10. num. 16. lib. 10.* D. *Anton. in sua summa par. 3. tit. 1.* & 21. §. 6. *post medium vers. ipsa dimissa Alber. in suo dictiona. in verb. Matrimonium, §. post, versic. Si tamen ingressa est, Siluester in d. verbo Matrimonium sub num.* 11.

Extẽde id ẽt posse fieri per mulierem, si maritus sæpè requisitus vxori pœnitenti reconciliari noluerit, quia tunc non posset illi denegare licentiam ingrediendi monasterium ibiquè profitendi, & si eam denegaret illa posset eo inuito, illud ingredi, & profiteri, vt post *Host. in dicto cap. gaudeamus num. 3. versic. Sin autem*, & *ibi* Io. *Andr. num. 2. in fin.* Butrius *num. 4. post med. versic. Hostiensis dicit* Ancharan. *num. 20. ante med. versic. Solo dicit Hostien. Abb. num.* 3, & *Sanch. in dicta disput.* 10. *sub num.* 16.

Secus verò si matrimoniũ adhuc esset integrum, vt mox diximus, quia tunc vterque ex coniugibus velit, nolitquè tenetur cum alio cohabitare, & inuicem debitum coniugale reddere, & si forsan vnus velit religiosus fieri, opus est, vt non solum alter id consentiat, sed quòd etiam idem faciat, vel saltem si esset de illius incontinentia suspicio, & sic in seculo manere velit, tunc ipse votum continentiæ emittere tenetur; licèt contrarium dicat *Gratian. vt dixi superius sub num.* 22. & *seqq.* & ibi ratio assignatur, Sed *Henriquez lib. 11. de matrimonio, cap.* 17. *num.* 6. ait si facto diuortio, etiam per adulterium nocens assumpsit statum immutabilem ordinis sacri, aut professionis, non potest innocens eam ad vsum matrimonii reuocare; si verò voto simplici seruat meliorem statum cœlibatus: non ob id eximitur, quin nocens compelli possit per iudicem, vt redeat ad innocentem postulantem, quia illud votum in præiudicium innocentis non valet, nisi simul esset cum statu immutabili, & sic illa doctrina superuacanea esset, nisi nocens relicto innocente in seculo, absque voto statum immutabilem Religionis recipere minimè posset, sed Ferdinandus Rebellius de *oblig. iustit. lib. 3. de matrimon. impedim. quæst. 4. sess. 2. num.* 16. ait quòd coniux nocens causam diuortio præbens non consentiente innocente, ad alium statum, siue sacri Ordinis, siue religionis, migrare non potest; nec enim ex eo liberior fit, nec innocens ius suũ amittit, & prius sub *n.* 14. ait, quòd nec coniux altero repugnante, vel per metum, dolumuè consentiente, vel eo inscio, seu dissimulante, potest licitè profiteri, sublata cã perpetui diuortii, & in hoc

in hoc videndi sunt, *Azorius lib. 12. cap. 1. fol. 1458. par. 1. instit. moral. Nauarr. lib. 4. cons. 4. num. 3. de diuort. Henriq. Boich. in cap. vxoratus de conuers. coniug. Graff. in decisionibus aureis in cap. 84. lib. 2. titulo 14. de impediment. matrimon.*

10 Fallit præterea, quando vxor esset senex, & sterilis, ita ut sine suspicione posset in seculo remanere; si tamen promitteret viro suam castitatem seruare, vt ait *Gratian. in dicto cap.* 101. *num.* 23. & *Azor. in præcitato loco*. Veluti absque etiam difficultate falleret, quando inter coniuges non fuisset adhuc consumatum matrimonium; sed est benè verum, quòd si eo casu maritus, siue vxor ingrediatur monasterium, tunc remanens in seculo debet expectare annum, antequam cum alio contrahat; alias si ingressus egrederetur teneretur remanens in seculo eum exeuntem recipere, etiamsi cum alio contraxisset, & consumasset, cum ante mortem ciuilem (idest professionem, per quam quis moritur actibus carnalibus) vinculum illud non dissoluatur, vt ait *Gratian. lib. 3. disceptat. cap 591. num. 27. & sequentibus cum aliis ibi allegatis.*

11 Præterea erit animaduertendum, quòd si mulier sit illa, quæ separationem petat, ob adulterium viri, tunc ea extra illius domum alimenta consequi debet, etiamsi dotem non haberet, veluti dicam in verbo Alimenta, & ita quoque ait Rota *in decisionibus mox allegandis*, & id quoque procedit appellatione pendente; quia non tenetur mulier pendente lite cum viro cohabitare, & præsertim, quando odium capitale inter eos ortum fuisset, imò tunc non esset locus cautioni de non eam offendendo, vt ait Rota *per* Card. Seraph. *in sua decis.* 1276. *& Riccius in sua praxi fori Ecclesiastici decis.* 235. *num.* 6. & *seqq.* & ita fuit nouissimè decisum *in Romana separationis thori Merc.* 4. Iulii 1619. *coram Verospio*, *Sanchez de matrim. disput.* 5. 8. & 9. *lib.* 10 *per totam*. vbi ait ex quibus causis, & quando possit diuortium propria auctoritate fieri.

12 Declara tu tamen prædicta procedere, dummodo mulier ex iusta, & rationabili causa à viro recederet; at secus si ex illius leuitate, & sua propria authoritate id facere curaret, quia tunc alimenta à viro nullo modo haberet, veluti fuit decisum *in vna Papien. Matrimonii* 19. *Februarii* 1596. *coram Card.* Pamphilio, & *in alia Bonorum separationis thori*, Luna 11. *Februarii* 1608. *coram Penia*, *quæ est inter crimin. Farinacc. decis.* 250. *num* 3. & 4. & *prius in alia Paduana Matrimonii* 6. *Martii* 1595. *quæ est decis.* 95, *inter dictas crimin.* Farinacc.

13 Extende quartò, quòd mulier pari modo amittat dotem, ob osculum libidinosum, quia osculum dicitur quoddam præparatorium, quòd tam facile infertur ad suum principale, quod est adulterium, veluti facile tonitrua generant pluuiam, sed est benè verum, quod ad hoc, vt osculum dicatur libidinosum debet dari inter iuuenes, qui sint paris ætatis, alias si illud contingeret cum vno sane sexaginta annorum, & cum puella quindecim, tunc illud non diceretur libidinosum, quod ego verum non existimo, vt mox dicetur, quia licet in sene potentia claudicet tamen desiderium est valde ardens, *Thom. Viuius in sua decis.* 47. *par.* 2. *Palatii Apostolici Venetiarum*, & *dicunt communiter DD. in rubr. C. de eden.* & *pulchrè Peguer. in sua decis.* 93. *Sanchez de matrim. viden. lib.* 10. *disput.* 4 *num.* 11. & *seq.*

14 Contrarium licet tenet *Menoch. lib.* 5 *præsump. præsump.* 41. *num.* 43. *per text. in auth.* vt liceat matri, & auiæ, vbi habetur, quod si quis petat fieri diuortium, & veluti lucrari dotem, verum adulterium probare tenetur, idem ait *Treuisan. in sua decis* 46. & *Mastrill. in decis.* 57.

15 Sed id quod fuit dictum de osculo dato à sene sexaginta annorum, quòd scilicet illud libidinosum non dicatur mihi videtur esse ridiculum, quia audiui sæpè, quòd homines ætatis satis illa grauioris, nedum virgines deflorarunt, sed etiam ex eis filios susceperunt sine tamen veri præiudicio; Immò id contigit in vno nobili amico meo, qui licet annum ferè octuagesimum attingeret tamen vnam puellam defloraujt, quam postea in vxorem ducere quoque volebat, quòd tamen non adimpleuit ex omnia sui filii renuencia, qui postea S.R.E dignissimus Cardinalis fuit: Vndè ex huiusmodi experientia, & multis aliis prędicta distinctionem

non mihi placere potest, neq; ego de tali confidere auderem, si essem mulier; sed quòd reuera vir sexagenarius sit aptus ad generandum, & quòd propterea non possit impediri per eũ matrimonium contrahi, ait *Arist. lib. 5. de animal. & idem tenent omnes Theologi*, & *Canonistæ*, & quòd sanctio iubens contrarium esset vanissima, & crudelissima dicunt *Doctores allegati à Rota in Romana donationis, Veneris 26. Iunii 1626. & postea 26. Maii 1628. & denique 12. Februarii 1629. coram Merlino.*

16 Extende secundo, quòd id etiam in sponsa contingat, quæ matrimonium per verba de præsenti contraxit, quæ quidem tàm ob adulterium, quàm ob osculum de adulterio puniri potest, & ratio est, quia non solum matrimonium, imò nec spes matrimonii violari permittitur, & hanc opinionem tenet *Cuiat. obseruat. lib. 6. c. 16. Sarmient. select. interpret. lib. 1. c. 5. & Peguer. dec. 93. conf. Cathaloniæ*, & *Azor. in loco mox citando fol. 166.*

17 Contrarium tamen fuit decisum in *Parlam. Delphinat. per Franc. Marc. in decis. 728. par. 2.* quando essemus in sponsa de futuro, cum qua adulterium non committitur; Nàm huiusmodi sponsalia in matrimonium non transeunt, & propterea sponsus solum de præsenti accusare potest, idem tenuit *Conar. de sponsal. par. 1. cap. 1.* & ratio est, quia sponsalia ex iùsta causa dissolui possunt, licèt regulariter ea primo loco, etiam sine iuramento contracta adimplenda veniant, neque per secunda iurata dissolui possunt, si tamen ad tempus non essent contracta, quia tunc post illius lapsum posset puella cum alio matrimonium contrahere, vt fuit dictũ *in Tullen. Sponsal. 4. Decembris 1617. coram Cardin. Caualerio, & in Colonien. Sponsalium, Lunæ 1. Iulii 1619. coram Baratto, Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 50. num. 2. & Triuis. dec. 9. num. 1. lib. 1.*

18 Et hanc secundam opinionem comprobat *Azor. in 3. par. instit. moral. lib. 3. cap. 4. de fornicat. fol. 163. versi. Sexto quæritur.*

Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat in sponsa per verba de præsenti; secunda verò, quando essemus in sponsalibus per verba de futuro, etiamsi ea essent inchoata, vt ait *Franc. Marc. d. decis. 728. p. 2.*

19 Sed tenendo primam opinionem, extende primò eam procedere, etiam cum coniugata per matrimonium ratum, sed nondum consumatum, cum per illud maritus acquirat ius in corpus vxoris, *Azor. ibi supra c. 7. fol. 166. & Franc. Marc. ibi supra num. 2.*

20 Extende secundò, quòd etiam cum vidua intra annum luctus adulteriũ cõmittatur, vt ait idem *Azor. ibi sup. & in c. 11 de stupro fol. 174.* At secus, si illud post dictũ tempus committeretur, vt ait *Lauren. dec. Pedemont. 145. num. 15.* licèt *Diuus Paulus scribens ad Romanos cap. 7.* dicat, quòd mulier, quæ sub viro est, viuente viro alligata est legi, si autem vir eius mortuus fuerit, tunc à lege viri fit soluta, & sic d. viro viuente vocabitur adultera, si fuerit cũ alio viro; si autẽ mortuus fuerit vir eius liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro iuuenta, & in omnem euentum nota, quòd stuprum commissum post mortem viri indicat eam adulterium commisisse antè mortem, vt ait *Menoch. consil. 31. num. 24. lib. 1. cum aliis ibi per eum alleg.*

21 Extende tertiò, quòd illud etiam committatur, quando quis cognosceret mulierem à viro, quòad thorum separatam, vt ait *Surdus decis. 249. num. 21. & sequentibus.*

22 Declara tamen, quòd si maritus mulierem adulteram scienter in domo retinet, isto casu vltra quòd lenocinium committit, *l. Crimen. C. de adult.* Deindè neque poterit amplius lucrari dotem, neque prætendere fieri separationem, *text. est in c. vlt. de adulter. & ibi glos.* & *veluti fuit decisum in Romana separationis thori, Lunæ 3. Martii 1603. coram Penia, quæ est inter crimin. Farinac. dec. 193. n. 3. & vt ait Franc. Marc. dec. 514. num. 3. parte prima.* Et ratio est, quia veluti maritus dicitur crudelis, & iniquus, qui castam vxorem dimisit sic è contra diceretur fatuus, & iniustus, qui retinet meretricem, & propterea dici solet, quòd ille maritus dicitur pater turpitudinis, qui celat crimen vxoris, vt pulchrè tradit *d. Franc. Marc. in d. decis. 514. num. 3.*

& idem ait *Diu. Greg. 32. q. 1. cap. apud §. quod si.*

Quod tamen declara verum esse illud, quòd dicitur de viro, vt scilicet sit fatuus si vxorē infidelem penes se retineat in foro fori; at secus in foro animæ, veluti inferius dicam *sub num. 39. nam iuxta illud* D. *Pauli in* Epistola *prima ad* Corinthios, *si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa non dimittat virum, & è contra; sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.*

23 Contrarium tamen prædictæ conclusioni, quòd scilicet vir ob reconciliationem initam cum vxore post adulterium non censeatur ei remittere pœnam amissionis dotis, sed solùm illam separationis thori, & iniuriæ fuit decisum à *Rota in vna Bononien. fideicommissi de Maluetiis, Veneris 31. Martii 1628. coram* Virili, & ratio est, quia maritus reuocando vxorem ad concordiam, & societatem coniugalem, tunc non contrahit pactum illud in pretium veniæ, & reconciliationis, sed id dicitur vna modificata remissio de iure licita, vt ait *Sanchez. de matrimon. disput. 8. num. 22. & Surdus de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 83.* & *Rota ibi supra coram Virili*. Licèt hæc opinio, (si verum fatear) mihi videatur nimis dura, & rigorosa; nàm si maritus tradit seipsum vxori ei remittendo iniuriam violatæ coniugalis fidei, quod est plus, quare non debet eidem ius superlucrataæ dotis remittere, quod est minus? nàm pax, & concordia inter coniuges est præcipuum fundamentum, sed non dos, sine qua potest existere matrimonium, cū solum ea detur, vt fides, pax, & concordia coniugum, dum illi viuunt, sustineatur; alias si mulier haberet notitiam de amissione suæ dotis, & sic quòd de ea disponere non valeret, vtique rancor inter eos in dies augeretur, quod non est permittendum in præiudicium mutuæ maritalis concordiæ, vltra quòd habemus, quòd reconciliatio omnem causam ingratitudinis delet, & propterea videmus, quòd filius ex causa ingratitudinis exhæredatus à patre, secuta inter eos reconciliatione recuperat iura legitimæ, quam iam perdiderat, vti ex causa ingratitudinis exhæredatus à Patre, pro quibus faciunt optimè tradita à *Merlino de legitima lib. 4. tit. 1. quæst. 20. num. 18. cum seqq. & facit quoq. doctrina Grat. lib. 3. disc. c. 591. n. 26.* vbi ait quòd effectus remissionis adulterii est, vt dos non amittatur, & quòd inter eos omnis actio extinguatur, veluti inferius dicetur, sed in hac materia oīo vide *Sanchez de matr. lib. 10. disp. 5. & 8. per tot.*

24 Sed tenendo primam opinionem extende illam pari modo procedere in vxore, quæ si post adulterium viri, cum eo se immiscuerit, tunc amplius contra eum, neq. contra eius hæredes ad amissionē bonorum, neq. thori separationem agere poterit; nisi tamen tacuerit, ob metum viri forsan mortem vxoris minantis, & ad id probandum optimè facit iudicio meo ille continuus conquestus de viro cum aliis, vide *Gamm. in dec. 234. Regni Lusitaniæ*.

25 Et ratio illius extensionis ea est, quia inter eos post immixtionem præsumitur sequuta reconciliatio & iniuriæ remissio, quæ faciunt cessare pœnam *cap. plerumq. de donat. inter vir. & vxor. veluti fuit decisum in dicta Bisuntina separationis, Lunæ 22. Martii 1599. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1308. & est inter crimin. Farinacc. dec. 134. num. 5. & ibidem dec. 135. Ant. Gamm. dec. 273. Regni Lusit.* Sed hic obiter nota, quòd si forsan maritus veniā vxori in scriptis super adulterio cōcesserit, tūc ea illi nō suffragaretur, quoad aliorum delictorum remissionem, vt ait *d. Ant. Gamm. d. dec. 273. n. 2. & Sanchez in præcitato loco.*

26 Declara tamen, quòd neque transactio super adulterio, neque pactum inter coniuges fieri possit, nisi per testes illud fuerit probatum per *text. in l. Transigere*, C. *de transact.* alias cum adessent depositiones testium super eo, tunc posset inter coniuges concordia fieri, & maritus remittere iniuriam, & pœnam separationis thori, & sic vxorem ad societatem coniugalem reuocare; sed non pœnam amissionis dotis remittere diceretur, vt superius dixi ex mente *Rota in dicta Bononien. fideicommissi de Maluetiis 31. Martii 1628. coram Card. Virili, & Gratian. decis. 58. & ibi in addit. & veluti latè dixi in verbo Actio iniuriarum in conclusio. 40.*

sub

sub num. 11. & *Rota in Rom. separationis thori, Mercu.4. Iul. 1629. coram Verospio*, & *Sanchez de matrim. l. 10 disput. 6. num. 10.* vbi ait an adulter valeat circa adulterium suæ vxoris transigere, & vxor adultera possit diuortio acconsentire ne eam accuset.

27 Extende idem pari modo procedere in marito, qui si in vita fuerit de vxore conquestus, licèt in iudicio querelam non porrexerit, sed adulterium potius dissimulauerit; nihilominus post mortem poterit eius dotem retinere; & eam sibi lucrari; immò huiusmodi adulterii exceptio ad suos hæredes transibit, quamuis multi dicant ad extraneos eam transire solum, quando vir fuit conquestus in vita, vt pulchrè ait *Rota decis. 602. par. 1. nouiss.* & *Franch. in decis. 184. num. 5.* & *in dec. 422.* docet quando mulier amittat dotem, ob adulterium extantibus filiis, tàm primi, quàm secundi matrimonii, ad quē omninò recurras; Item quod hæredes extranei possint dare de retentione dotis, quando maritus de ea conquestus fuerit in vita, vltra *Franch. ibi sup.* ait *Cappell. Tholos. dec. 2. p. 4. Gerards. Maynards*, & *Boer. in decis. 338. Senatus Burdegalen.* secus si maritus viuens non opposuit, vt ait *Rot. dec. 606. par. 1. nouiss.* & *vide Sanchez de matr. lib. 10. disput. 5.* & *8 per totam.*

28 Declara tamē, quòd in dubio scientia viri non præsumitur, & propterea id ab allegante erit probandum, vt fuit decisum in dicta *Romana separationis thori coram Pamsa*, & ratio est in promptu, nam maritus semper est vltimus ad penetrandum malos mores vxoris.

29 Et in summa, quando maritus, siue eius hæredes lucrentur dotem, & donationem propter nuptias, ob adulteriū vxoris & è contra: tali pacto erit distinguendū.

30 Sed in primis sciendum erit, quod vir, & vxor, quoad separationem thori, & dotis amissionem à pari iudicantur, vt ait *Gamma mox allegan.*

31 Vndè dicas, quòd licèt vxor post mortem viri non possit ab illius hæredibus accusari; nihilominus potest illi ciuiliter de adulterio obiici, ad effectum amittendi dotem, dummodò tamen maritus viuens mores vxoris non approbauerit, nec ei iterum post illius errores se reconciliauerit, veluti eodem modo de vxore dicitur, quæ si in vita viri de eius patrato adulterio fuerit conquesta, vel ad separationem thori, necnon bonorum amissionem contra eundem egerit, tunc nulli dubium est quòd etiā post dicti viri mortem poterit ad admissionem bonorum agere, quia in hoc sufficit, quòd marito viuente litem fuerit contestata, vt ait *Gamm. in sua dec. 234.* & *Menoch. consil. 31. num. 33. lib. 1. cum ibi allegatis.*

32 Quod enim ampliatur eò magis procedere, quando super hoc vir, siue vxor sententiā fauorabilem quoq. obtinuisset, quia eo casu sine difficultate contra hæredes viri agere poterit: secus verò, si ad dictam amissionem bonorum egerit post mortem viri tantū, quia tunc iterū distinguendum esset; nempè, aut vxor sciuit adulterium viri, aut illud ignorauit.

33 Nam in primo casu, quando sciuit, & tacuit, tunc contra hæredes mariti ad prędicta non aget, quia cùm ea semel mariti mores approbauerit, & illi se reconciliauerit, non potest dicta vxor amplius tam approbatum reprobare, veluti quoque dicitur de marito cum vxore reconciliato, cuius hęredes amplius vxorem vexare nō poterunt, *Gamm.* & *DD. in praecit. loc.* sed est benè verum, quòd reconciliatio inter coniuges secuta debet legitimè probari, vt ait *Card. Seraph. dec. 1315. n. 3.* & *Grat. lib. 4. discept. c. 738. n. 62. cum ibi allegatis*, & quomodo ea probatur tradit *Merlin. de legitima lib. 4. tit. 1. q. 30. num. 19.*

34 Si verò illud ignorauerit (veluti in dubio præsumitur, vt superius dixi) tunc ea contra hæredes viri agere non prohibetur, veluti ei quoque facere permittitur, quando illud delictum adulterii in vita viri sciuit, sed ob viri metum illud tacuit at, cum aliis de eo conquesta fuit, vel si forsàn maritus incontinenti post delictum obierit, ita vt ea de eo conqueri, nec accusare illum potuerit, vt pulchrè ait *Gamm. in d. sua decis. 234. per totam omnino viden.*

35 Vndè ex prædictis clarè elicitur, quòd adulterium potest tacitè, & expressè remitti, & effectus remissionis est, vt dos nō amittatur, & quòd inter eos omnis actio extinguatur, vt ait *Grat. lib. 3. discept. c. 591. num. 26.* & *veluti dixi superius sub num. 23. contra opinionem quam sequitur Rota in dicta Bononien. fideicommissi*

de Maluetiis coram Virili.

36 Sed si forsan illud non remittatur à cõiugibus, sed de eo vellet quis in iudicio contendere, tunc nota, quòd antequam ad separationem thori agi possit, prius de adulterio constare debet, Vndè hic erit animaduertendum, quòd licet ad illius probationem exactissimę probationes nõ requirantur (quod tamen intellige verum quando non agitur de fœdere matrimonii, aut illius dissolutione) vt inferius dicetur, & veluti fuit decisum à *Rota per Buratt. dec.* 654, *num.* 1. *cum ibi allegatis.* Nihilominus leuiores non sufficiunt, & propterea videmus, quòd non probant testes, si deponant de auditu relationis, ab aliis; sed ad hoc vt probent debent deponere de auditu proprio, vel de auditu alicuius actus proximi ad copulam, vel saltem, quòd testes deponant eos verba contractus audiuisse, licèt contrahentes non viderint, dummodo tamen haberent notam vocem, & dicant, quòd in loco, in quo dicunt verba contractus fuisse prolata, aliæ personæ non adessent, nequè adesse potuissent, quin ipsi sciuissent, quia tunc probarent, vt ait *Rota per Buratt. in decis.* 634. *num.* 4. *Card. Seraph. decis.* 893. *num.* 17. & 18. & *veluti fuit decisum etiam in Ariminen. Castrorum, Lunæ* 15. *Nouembris* 1599. *coram* Card. *Lancellotto, quæ est in impress. crimin.* Farinacc. *decis.* 138. *n.* 1. & quòd necessariæ, & concludentes probationes vndiquè requirantur, fuit nouissimè decisum in *Romana separationis thori, Merc.* 4. *Iulis* 1619. *coram Verospio*: licèt secus, quando ageretur de probanda seuitia, quia tunc testes singulares plenè probarent, quod tamen intellige verũ quando ageretur de probando habitu hominis successiuo in genere, secus autem si ageretur de probanda certa specie, siue certo actu seuitiæ, quia tunc illi non probarent, vt fuit dictum *in Romana separationis thori* 2. *April.* 1604. *coram Penia* & *in alia Toletana separationis thori* 20. *Nouembris* 1598. *coram Card. Pamphil.* & *cæteri Doctores allegati à Grattan. lib.* 4 *discept. cap.* 738. *num.* 52. & Rota per *Buratt. dec.* 634. *num.* 3.

37 Item circa modum probandi adulterium, & ex quibus præsumptionibus illud probetur tradit *Farinac. quæst.* 2. *n.* 28. *par.* 1. & *Franc. Marc. decis.* 514. *num.* 14. & *decis.* 899.

Item quando per iuramentum adulteri illud probetur tradit dictus *Farinacc. in* 1. *p. prax. crim. q.* 43. *num.* 79. & *seqq.* ad quem recurras. Et quando testes de adulterio deponentes illud probent, item ad illud probandum, quomodo deponere debeant, & ex quibus actibus, & præsumptionibus probetur tradit *Mascard. de probat. in concl.* 58. *cum seqq. vsque ad concl.* 66. *vol.* 1. & Rota *per Buratt. dec.* 634 *num.* 1. & *seqq.*

38 Sed quòd reuera adulterium requirat probationes certas, & quòd ad illius probationem testes singulares non admittantur, ait Rota *in recent. decis.* 441. *num.* 5 *in par.* 1. *Thom. Treuis. in decis. Palatii Apostolici Venetiarum* 21. *par.* 4. & in hoc genere probationis multa docet *Vra in dec.* 242. *vbi latè, & Cappell. Tholos. dec.* 309. & *dixi superius sub num.* 14. & Rota *ibi coram Verospio in illa Romana separationis thori* 1619.

39 Aliàs si maritus non probaret querelã intentati adulterii contra vxorem, tunc vltra quod ille deberet subiicere eidẽ pœnæ; deinde mulier eo casu poterit intentare repudium, & dotem, ac donationem propter nuptias lucrari, vt ait *Frãc. Marc. decis.* 514. *sub num.* 4. *par.* 1. vbi quoquè tradit, quando mulier seù maritus possint ex causa fornicationis notoriæ propria auctoritate se inuicem relinquere, non expectata sententia, idem ait *Cauaican. dec.* 18. *num.* 2 *par.* 2. & *decis.* 21. *num.* 7. & 26. *par.* 4. *Thes. decis.* 130. *num.* 4. *Maceraten. decis* 35. *lib.* 1. *Riccius in prax. fori Ecclesiast. decis.* 236. *in fin.* & Rota per *Card. Seraph. decis.* 216. veluti, quando eo casu sit locus restitutioni dotis, vna cum fructibus donationis propter nuptias, ad partes hanc quæstionem latè examinat, idem *Franc. Marc. ibidem*, licèt superius dixerim, quòd etiam in adulterio notorio sit necessaria sententia pro eorum separatione, & idem ait *Azor.* 1. *p. Instit. moral. cap.* 1. *lib.* 12. *fol.* 1458. & *in* 3. *par. lib.* 5. *cap.* 7. *fol.* 350. *sub littera*, B. & *ibi allegat Clar. in* §. *adulterium num.* 14. & *est text. in c. Plerumq. de don. inter vir.* & *vxor.* & *l. cum sen. ff. de repud.* quod procedit etiam, si vxor sit putatiua, ait *glos. in d. cap. plerumque communiter recepta, vt ait Azor. ibi supra, & Bald.* & *cæteri doctores in d. c.* ple-

plerumque, & Couar. in Epitome de sponſ. & matrim. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 1. & nota quòd ſecuta ſĕtitia ſuper adulterio, ſiue ſi adulteri confeſſione in iudicio, vel per euidentiã facti illud apparebit, ita ut nul la tergiuerſatione celari poſſit, tunc adulter amittit ius exigendi debitum ab innocente, licèt ſit benè verum, quòd ille non perdit ius rogandi, & multò magis, quando adulter eſſet occultus, & ignotus, ſiue etiam ſi alter coniux innocens committeret ipſe quoque adulterium, quia tunc intraret illa regula, vt paria delicta pari, & mutua compenſatione tollantur, vt dicunt *Caietan. Nauarr. & alii allegati ab Azor in d. par. 3. inſtit. moral. lib. 4. cap. 31. tit. de peccatis fol. 211. & 212.* vbi ſubiungit prædicta eò magis procedere, quando adulter eſſet correctus, aut corrigi paratus, ſiue ſi periculum incontinentiæ incurreret, & præſertim ſi adulterium non eſſet publicum, & notorium in loco, & in vicinia, quia tunc debitum petere, & reddere liceret: At ſecus, quando illud eſſet notorium, & in populo crederetur, quòd maritus, ſiue coniux eſſet patronus adulterii, quia tunc peccaret vir, ſi retineret vxorem ſic adulteram ei reddendo, aut ab ea petendo debitum ratione ſcandali, quod in hoc alii accipere poſſent, vt benè diſtinguendo ait *Azor. in præcit. loco.*

40 Quando verò adulterium criminaliter intentetur, quoad eius pænam infligendam, tunc pæna de iure Diuino olim fuit mortis, vt in *Exod. cap. 20. & in Deuteronom. cap. 22.* item fuit dilapidationis, veluti Moyſes mandauit Scribis. & Phariſeis, qui deprehenderant mulierem in adulterio; De iure autem Canonico eſt pæna excommunicationis, vt in *cap. intelleximus de adult.* & fœmina in monaſterium detruditur, vt pænitentiam agat, *text. eſt in c. gaudemus de diuort. & Lud. Peguer. in dec. Conſilii Cathalonia 92.* De iure Codicis eſt vltimi ſupplicii, tàm in maſculo, quàm in fœmina, de iure autem nouiſſimo, ob ſexus mulieris fragilitatem fæmina adultera virgis tãtum ceditur, & deinde in monaſterium detruditur, ita vt ſi maritus intra biennium ad ſe eam non reuocet Monachalem habitum ſuſcipere cogenda erit, vt ibi ea perpetuò maneat, & hæc ſanè pæna in multis Regnis imponi conſueuit, vt teſtatur dictus *Peguer. d. deciſ. 92.* & *Vin. deciſ. Neapolitan. 844. & Riccius in ſua collect. 1866. par. 5. & Azor. in 3. par. inſtit. moral. cap. 8. lib. 3. de pæn. adult. fol. 167.*

41 Sed declara tamen, quòd maritus, etiã volens non poteſt ad ſe vxorem reuocare ante verberationem; ſed benè poſt detruſionem in Monaſterium ante biennium completum, vt teſtatur *Nicol. Boer. in ſua deciſ. 298. cum ibi alleg.*

42 Subdeclara procedere id, qđ fuit dictũ de pæna in muliere eam de iure nouo eſſe ob adulterium mortis in viro, ſed cum ea diſtinctione tamen, nempè, aut ſumus in perſona nobili, aut ignobili; in primo caſu cum gladio punitur. In ſecundo verò laqueo ſuſpenditur, & eò magis iſta pœna infligitur, quando cum adulterio concurreret etiã delictum inceſtus, pro quo facit deciſio, quæ eſt *inter crimin. Farinac. 61. num. 6. idemq. ait Senat. Neapolit. per Franch. in deciſ. 240. & Ricc. in ſua praxi fori Eccleſiaſtici deciſ. 236. num. 2.* & *in hoc viden. eſt Clar. in §. Adulterium*, vbi docet quomodo iſtud delictum puniatur, licèt hodie videamus in omnibus ferè Prouinciis pænam adulterii eſſe immutatam & impoſitam eſſe pænam pecuniariam, vt ait *Balb. deciſ. 930.* Quinimmò ex conſuetudine Galliæ adulteri non puniuntur, vt refert *Boer. in deciſ. 297. num. 26. & deciſ. 917. num. 13.* & Gratianopoli pęna eſt ſolidorum centum, *vt ait Guidopap. deciſ. 106.*

43 Licèt Gratianus dicat, quòd pæna adulterii poteſt eſſe minor de conſuetudine, quàm ſit de iure in ſua *deciſ. 186. num. 17. Boer. autem in ſua deciſ. 297. num. 12.* ſubdit, quòd in Senatu Burdegalenſi mulier virgis ceditur, & poſtea in monaſterium detruditur, ſed in pluribus locis Franciæ refert conſuetudinem extare mulieri adulteræ capillos, & veſtes ante, & retrò eius ignominiam ſcindere, & ſic eam per totam villam ducere, & alia plura recenſet ibidem.

44 In Senatu autem Sabaudię cum eo loci non reperiantur, niſi monaſteria ſacris Virginibus dicata (nam ibi non reperiuntur, veluti in italia, monaſteria Conuertitarum mulierum, ſeu pęnitentium) & propterea cum non poſſit vllum monaſterium illius Regionis cogi ad recipien. id genus mulierũ, idcircò mittitur in aliquod mona-

monasterium alterius Prouinciæ sumptibus ipsius mariti, qui si huiusmodi sumptus sufferre non posit, tunc per integrũ biennium expensis eiusdem viri in carceribus detinetur, posteaquè exilio perpetuo mulctatur, vt refert ita fuisse obseruatum *Ant. Iacob in decis. 2. tit. de adult.*

45 In Regno verò Cathaloniæ adest Regia declaratio, quòd scilicet adultera viro tradatur ad eam immurandam, in ipsius viri domo, sed in cubiculo tamen habente duodecim palmos pro longitudine, sex de latitudine, & sexdecim de altitudine, in quo etiam debet esse vna latrina pro eius indigentiis, & vna fenestra, per quam ei victus porrigi posit, & vlterius vir debet ei assignare vnum sacchum de palea, super quo dormire posit, cum vno lodice, cum quo se cooperire valeat, & decem & octo vncias panis cocti pro qualibet die, & aquam quantum voluerit, vt testatur dictus *Peguer. in decis. 92. per totam.*

46 In Regno Aragoniæ pœna in adultera est vltimi supplicij; & sic ibi pœna est redacta ad ius codicis, vt tradit *Monter. decis. 15 sub num. 13.*

47 In Regno Neapolis adest constitutio, quæ incipit Legum asperitatem, vbi præcipitur mulierem fustigatam in monasterium detrudi, sed tempore Grammatici fuit resolutum non debere fustigari, veluti ipse testatur in sua *decis. 31.* Et ratio ea fuit, quia ea vti infamis effecta, ob fustigationem nullũ reperiebatur monasterium à quo reciperetur, & multa alia genera pœnarum in hoc delicto ponit *Mascard. de probation. concl. 57. sub n. 1. vol. 1.*

48 Modo reassumendo conclusionem principalem istius delicti dico illud habere duo specialia, & primum est, vt pater posit interficere filiam in adulterio depræhensam, & adulterum, *l. Patri, ff. eo. tit.* veluti quoque idem facere potest maritus, quando tamen adulter est vilis persona, *l. Marito, ff. eo. tit. l. Croceus, C. eod. & ibi DD.*

49 Declara tñ, quòd eo casu, quando maritus prodria auctoritate, & non ex iudicis præcepto eam occideret, tunc dotem non lucratur; quia illud homicidium licèt à iure sit permissum, & quòd ob id delinquens pœnam non mereatur, iuxta *l. Gracchus ad l. Iul. de adult.* non est tamẽ laudabile, itaut dotem etiam ei lucrari liceat, vt ait *Azor. in 3. par. instit. moral. fol. 168.* & veluti fuit decisum *in cons. Neapolit. per Franch. decis. 678.*

50 Immò de iure Canonico est prohibitum, & vtroquè iure illud committendo maritus peccat, quia est contra ius naturale, & Diuinum, vt colligitur ex *cap. interfectores, & cap. inter hæc 33. quæst. 2. & ibidem glos. Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 3. & in 4. dist. 37. q. 1. art. 3. Couar. in epitom. p. 3. n. 4. §. 7. num. 18. vbi alios citat.*

51 Extẽde, quòd neque etiam liceat viro absque labe peccati occidere vxorem in iudicio condemnatam, & sibi à iudice traditam, vt pœnam in illam, quam voluerit exerceat, & ratio est, quia ea à iudice non traditur, vt eam occidat ex præcepto, sed solum permittitur, vt eam interficiat, alias si traderetur ad hunc effectũ ex præcepto, tũc vir eam occidendo non peccaret, vt ait *D. Thom. in 4. distinct. 37 q. 2. ad secundum.*

52 Contrarium tamen habemus de iure canonico, per quod vir occidens vxorem dicitur homicida, etiamsi secundum leges occidat, vt ex infrascriptis apparebit.

53 Primam tamen opinionem esse veriorem, dicunt *Sotus, & Couar. sbi supra, & Med. de restit. q. 3. casu 3.* & ratio est, quia licet maritus non constituatur necessarius iustitiæ Minister; constituitur tamen voluntarius, vt si voluerit eam occidere valeat, & sic firmant *Couar. & Med. ibi supra viden.* & id permittitur ex ea ratione potissimum, quia adulterium magis offendit virum, quàm occisio filiorum, vt ait *Gonzal. super reg. 8. Cancell. §. 4. in proœm. sub litera E, fol. mihi 35.*

54 Et tenendo dictam primam opinionẽ extende eam adeò esse veram, quòd nequè vxor tali modo condemnata potest absque peccato se tuendo à morte, suum virum interficere. Et ratio est, quia ea nõ habet ius se tuendi contra maritum, cum iustè fuerit condemnata, vt ab eius viro occidatur, veluti etiam non habet reus ad mortem condemnatus ius se tuendi contra ministros iustitiæ, *vt ait Azor. in 3. par. institut. moral. lib. 2. cap. 2. de homicidio fol. 121. & par. 1. fol. 561. lib. 5. cap. 20 §. sunt.*

55 Sed hæc secunda opinio non prorsus mihi satisfacit, ob eam regulam. Quos

natura

natura non obligat conscientia non ligat vt fuit dictum à *Rota in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarii 1626. coram Durano.*

56 Nàm re vera natura non me obligat, vt me mori patiar, & propterea videmus etiam in simili, quòd vt multi volunt ille non puniatur, qui pro se defendendo falsum iuret, sed quòd solum Deum vltorem habeat, & id procedit tàm in iudicio ciuili, quando reus responder positionibus, quàm etiam in criminali in se defendendo, vt ait *Rimin.Sen. cons.* 556. *n.* 10. *Botr. decis.* 305. *num.* 3. *Card. Tuscus in verbo periurus concl.* 288. licèt in hoc *Rota Pedem decis.* 65. *per totam* dicat talem pœna extraordinaria puniri *Menoch. autem de arbitr. Iudic. cas.* 319. dicit quòd pœna stellionatus punitur peierans, & idem tenet *Clar. in § periurium in fin. & in quæst.* 45. *vers. Quid ergo.* Et ratio prædictorum ea esse videtur, quia quilibet eius sanguinem redimere tenetur; sed est benè verum, quòd si timor mortis cesset, tunc ille iuramentum seruare tenetur, alias esset periurus, & peccaret, vt ait *Farinac. in sua q.* 30. *n.* 124. & 125. *in* 1. *par sua praxis crimin.*

57 Præterea non mihi videtur bona equiparatio inter casum istum, & illum qui dicitur de Ministro iustitiæ contra quem reus non se defendit, quia vltra quòd videmus, quòd licet minister non exequatur ex se, sed à Principe iussus; tamen sæpè contingit, quòd rei ad patibulum redacti, in illo actu sibi inferēdæ mortis quęrunt, aut secum trahere carnificem, vel omni alio peiori modo mortem aufugere, quod si sine peccato in illo primo motu facere non valerent, vtiquè id eorum animę valdè obnoxium in eo puncto esse posset; Deinde vxor (quę sit memor illius mutuæ concordiæ, quę iam inter eā, & eius virum extare solebat, licet suę incontinentię, ac debiti coniugalis oblita) videtur forsan habere nescio quid plus irę, & rancoris in se defendendo contra virum ad euadendam mortem, quàm quòd habeat reus contra ministrum, qui ex prędicta ratione (quod scilicet illud ex ordine Principis exequatur) non tantum reum prouocat ad iram, & sic ad se contra eum defendendum, quantum facit maritus contra vxorem, dum ipse odio illius violatę fidei nititur ei mortem inferre, quod enim operatur, vt tantò magis vxor irascatur contra virum (dum cogitat ab eo, sibi venire mortem, à quo debebat sperare habere salutem) quā quod faciat dictus reus contra ministrū, & prop terea hinc fit, q idem reus illi magis acquiescit sciens eum vti ministrum exequi. Quinimmò minister allicit reū ad pacietiā, dum ab eo in actu exequendæ iustitiæ veniam petit, eum deosculando (licet à tali osculo liberetur omnis homo) sed totum contrarium maritus facit, quia ab vxore iusta iracundia prouocatus potius verba iræ in eam profert, quàm quòd ei pacē à Deo imprecetur; Immò si aliquis sit Dei, & proximi parum memor videtur (licet perperàm) quodammodo suæ salutis inuidus potius optare, vt ea viua non habeat pacem in terra, nec minus mortua Cælum, & sic vt ob suam infidelitatem ei omnis pænitentia grauis iniungatur; quod enim nefas ab omnibus procul absistat; Et sic igitur ex prædictis ea opinio Azorii, & aliorum, vt magis periculosa prorsus mihi placere non potest; immò ille met in 3. *par. instit. moral. fol.* 8. *tit. de iure naturali*, dicit quòd omnis res naturalis ipsius naturæ impulsu, vt se defendat, contrariis resistit, ac nocitura fugit, & vitat, & *Ioann. Valer. de differ. inter vtrumq. forum in verb. Adulterium differ.* 1. *nu.* 7. *vers. Quomodo ergo*, ait quòd periniquum est dare potestatem viro vti ministro iustitiæ occidendi vxorem; licèt etiam cum aliquo viro adulterantem inuenisset, & ratio est, dico ego, quia sæpè viro daretur occasio calumniandi vxorē, sibi forsan effectam odiosam, licèt esset honesta, & sancta, & sic sępè mariti possent vxorem innocentem accusare, & occidere, & alteram pulchriorem, & forsàn sibi magis dilectam; aut ditiorem accipere, veluti inter facinorosos, ac scelestos homines id sępè euenire visum fuit, Vndè eos (qui dicunt maritum absque peccato mortali non posse eius vxorem in adulterio depręhensam occidere, quando id ab eo priuata authoritate fieret, licèt secus si vti minister, & auctoritate legis illug exequeretur) vocat allucinatos, dictus *Ioann. Valer. in præcitato loco, versic. Constat ergo*, & *hæc est communis opinio Theologorum, vt ait Siluest. in sua summa*

in

verbo Homicidium. 5. quæst. 2. & Felin. in. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ num. 42. quos allegat d. Ioann. Valer. ibi supra n. 5. subdens ibidem quòd leges Ciuiles, quibus fit licitum viro vxorem, & adulterum infragranti delicto inuentos occidere, loquuntur permissiuè, illius viri punitionem omittendo in premium adulteratæ pacis coniugalis, & ob id dictæ leges solum eum à pæna in foro contentioso excusant, sed non à peccato, secundũ præcepta Dei, vt dicunt DD. *superius allegati*, & ratio illius tollerantiæ in viro ea est, quia difficillimum est iustum dolorem (vt est ille honoris) per virum in illo instanti temperare.

58 Extende prædicta eò magis procedere in iis casibus, in quibus mulier potest esse immunis à poena adulterandi, veluti si adulterio consenserit, aut per vim, siue metum conditionalem amittendi vitam, & præsertim, addũ ego, quando metus esset reuerentialis, & à Principe dictæ mulieris libero illatus, cui difficilius resistere valeret, *text. est in l. Vim passam, & l. Si vxor, §. Si quis ff. de adult. cap. lobarius in fin. 3 1 quæst. 2. c. de pudicitia cum seqq. eadem causa, & quæst.* item si fraude aut inscia cognoscatur dicta vxor, vt si dormiret; & somno correpta cum alio, credens eum esse suum maritum, coiret, siue si artificiosè, quis ponendo illi sal in vino eam adulterasset argumento *cap. in lectum 34. q. 2. & cap. inebriauerunt 15. q. 1.* & ratio prędictorũ est, quia non fit peccatum; nisi sit voluntarium: Item prædicta procederent, si vxor, ad euitandam ignominiam se libidini prostitueret, & præsertim, si maritus quoque adulter extaret *cap. penult. & vlt. de adult.* & *Io. Valer. in præcit. loco n. 7.* veluti esset eodẽ modo dicendum, si mulier ex suasione mariti passa esset se à Medico cognosci, vt pristinæ valetudini restitueretur, quia tunc quoad virum excusanda veniret, vt ait *Franc. Marc. dec. 729. p. 2. cum ibi allegat.*

59 Declara tamen id, quod fuit dictũ de vxore adulterium passa, ob euitandã ignominiam, siue confusionem sedandam, & de similibus, procedere in foro contentioso: at secus in illo animæ, quia tunc peccaret; cum priùs quis debeat omnia mala pati, quàm vni peccato consentire; & propterea, si alicui virgini violentia conditionalis inferatur (puta comminatio mortis, vel infamiæ, siue si verecundia ducta acclamare non auderet, vel magnum scandalum oriri timeret.) non ob id ea excusaretur à stupro, nec per cõsequens à peccato, *cap. ita ne 32. quæst. 5. cap. Saeuis debitu, quia vis, Gabr. in 3. sent. distinct. 39. quæst. 1. concl. 7. Silu. in summa in verb. Adulterium q. 9. in fin. Sot. lib. 7. de Iust. par. 2. art. 1. col. 11. D. Ant. p. 2. tit. 5. cap. 6. §. 1. in fin.*

60 Vndè videmus, quòd licèt Lucretia illa Romana nobilis Matrona, quæ se libidini filii Tarquinii Regis exposuit, non fuerit iudicata adultera à Diuo Augustino viro sanctissimo, ex eo; quia id passa fuit, ob ignominiam euitandam, & confusionem sedandam, nec non quia iuxta leges delictum sine dolo non committitur, *l. penult. ff. de adult. glos. in cap. proposito in verb. Adultera, & glos. fin. in cap. in lectum 3 3. quæst. 2.* Nihilominus, illud factum Lucretiæ, tàm à mundo laudabile, in Dei iudicio fuit execrabile, ac æterna poena dignum, & id ob differentiam, quę distat à iudicio mundi, ab illo Dei: sed est benè verum, quòd ob illud factum Lucretiæ Romani summis extollũtur laudibus; vt ait *Ioann. Valer. ibi supra.*

61 Sed ad rem superius propositam redeũdo, declara, quòd si maritus illud homicidium ex interuallo in vxorem in adulterio deprahensam committeret, extraordinariè puniretur, & ratio illius permissionis (vt dixi) ea est, quia difficillimũ est iustum dolorem temperare, quem quis patitur in illo actu depræhensionis vxoris in adulterio, quæ enim ratio postea cessat, si homicidium ex interuallo contingat, vt ait *Mart. in decis. Collegii Pisani 206. cum aliis ibi allegatis.*

62 Contrarium tamen fit in Regno Portugalliæ vbi maritus potest vxorem, & adulterum occidere, etiamsi eos in actu adulterii non inueniat, vt dicunt DD. *allegati à d. Ioanne Valerio de differ. inter vtrumque forum in verb. Adulterium.* Item quòd maritus id facere posit, si adulterum inueniat in camera suæ vxoris, ait *Paris. de syndic. vers. non fletur dicto torts num. 48.* & *Riccius in sua Collect. 2061. par. 5. in fine.*

63 Sed hic nota, quòd nedum illud incontinenti fieri dicitur, quod eadem die fit;

Verum

Verumetiam si quis sequenti die conuocatis amicis interficit eum, qui sibi vulnera intulerat illud incontinenti fecisse dicetvr; vndè ex hoc infertur, ideò magis procedere debere in eo, qui in honore fuit læsus, ob adulterium, quòd quis cũ eius vxore patrauit, quia maior est metus honoris, quam ille mortis, cum non solum rebus, sed etiam vitæ sit præferendus honos, vt ex sententia Aristotelis in oeconomicis, vbi scriptum reliquit multo grauius ferre homines, si eis auferatur honos, quam bona omnia, & *Menoch. cons.302.num.1. cum seqq. Surd.decis.89. num.21. & est text.in l.isti quidem.§.quod si dederit, ff. quod met. caus.* & *ibidem* Doctores.

64 Extende primò, prædicta eò magis procedere in Domino, cui licet Vasallu m adulterũ impunè occidere, vt ait *Afflict.in dec.265.n.30.*& ratio prędictorũ est, quia vir quando est homo probus, & honoris cupidus magis suffert mortem filii, quàm adulterium coniugis, cum sit delictum tale, quod omnia alia excedit excepto lęsæ Maiestatis crimine, vt ait *Menoch. in suo cons.31.num.2.& 3. lib.1.*

65 Extende secundò, quòd nedum liceat viro eam accusare de adulterio, verũ etiã accusatio ab aliquo vxori facta per eum prohiberi potest, vt ait *Peguer. in dec. 94.* & *Afflict.decis.176.*& *ibi Vrsill.n.4.*

66 Contrarium licèt teneat *Grammat. in sua decis.31.* & pręsertim quando prius maritus eam de adulterio accusasset, quia tunc non posset alium accusatorem impedire, vt dicunt DD. *allegati ab Vrsill. in præcit. loco;*

67 Extende tertiò, vt etiam liceat marito aliis demandare, vt eam vti adulterã interficiant, vt ait *Garz.d.decis.27.*& *Afflict.alleg. à Ricc.in collect.* 2061. *par.* 5. arguendo id ab occidente bannitum, etiã de mandato alterius cum pecunia, quia talis immunis euadere debet, ex doctrina *Vincent.de Franch.in sua decis.276.*

68 Sed restringe tamen, quòd ei non liceat secum ducere plures socios ad occidendam vxorem in adulterio deprahensam, vt ait *Treuis. decis.22.* & *Ricc.ibid.*

69 Contrarium tamen ait *dictus Petrus Garz. à Thol.* vbi ait, quòd quando est permissum viro vxorem in adulterio inuentam occidere propria auctoritate, tunc socii, nequè de occisa, nequè de auxilio tenentur; licet huiusmodi extensio nihil mihi placeat de marito ad socios; cum illud sit priuilegium personale, ob detrimentum proprii honoris, quod ad alias personas extendi non debet, cum tal e priuilegium marito communicetur, ob eam rationem, quia difficillimum est iustum dolorem temperare, quæ in ex raneis non militat, & hanc opinionem ait esse veriorem, *Triuisan.decis.22.par.2. Rubin. decis.33. Artaman.decis.4.tit.de adult. idem Garz. decis.6.*

70 Amplia id adeò esse verum, vt neq. homicidæ euadant pęnas homicidiariis impositas, etiamsi essent minores decem & octo annorum, vt ait *Ioseph. Ludouic. in sua decis.Perus.* 17. Sed in hoc recurras in verbo Aetas, vbi plures distinctiones in hac materia minorum inuenies.

71 Extende quartò, quòd nedum maritus, sed etiam pater, & frater illius possint vxorem, & sic nurum, & cognatam de adulterio accusare, & eò magis, si cum adulterio incestus etiam concurreret, vt ait *Franch.decis.94.cum ibi allegatis.*

72 Fallit tamen id in vxore, quæ maritum de adulterio accusare non potest, quia lex masculis facultatem accusandi dedit, non autem fœminis, vt ex iuribus mox allegatis probatur, & veluti in principio conclusionis diximus.

73 Declara tamen, quòd illa benè possit accusare suum virum pro separatione thori facienda, & sic eo casu dotem, ac donationem propter nuptias consequi, vt superius dictum est, & veluti quoque ait *Azor.in 3.par.instit.moral. lib.3. cap.8. de pœn.adult. fol.167.* & *Peguer. in sua decis. Cathalonia 94.* Quemadmodum etiam è conuerso succedit ad fauorem viri, qui ob adulterium vxoris dotem, & donationem propter nuptias lucratur; licèt tamen donatio prædicta sit filiis adulteræ conseruanda, vt fuit dictum in vna *Bononien.fideicommissi de Maluetiis 31 Martii 1628.coram Virili.* Sed est benè verũ, quod in multis casibus ex quibus potest per coniuges peti separatio thori, non amittitur dos, nequè donatio propter nuptias, vtputa, quando separatio peteretur ex eo, quia vnus eorum esset tisicus, aut vni eorum alitus feteret intolerabiliter, vel ob morbum gallicum, siue ob furorem incompor-

comportabilem, item ob maleficium, aut sortilegia, post factas tñ orationes, ac alia spirituali a præsidia, ad remouẽdas incantationes, siue ob nefandum crimen, aut si vnus vitæ alterius fuerit insidiatus, vt dicunt *Borgn. decis.* 18. *num.* 26. *par.* 2. *Franc. Marc. dec.* 177. *num.* 14. *par.* 2. *Cappell. Tholos. dec.* 380. *Maceraten. dec.* 35. *Triuis. decis.* 61. *par.* 1. & *Riccius in praxi for. Ecclesiast. decis.* 236. & 237. 238. & 239. Sed animaduertas tamen, quòd solus conquestus mulieris de vitio nefando sui viri non est sufficiens pro separatione obtinenda, cum deponens in facto proprio sit repellendus, vt ait *Rota Bonon. decis.* 71. *Grammat. decis.* 28. *num.* 12. *Marta decis. Pisan.* 138. Secus autem, quãdo vltra illius assertionem, aliud etiã indicium concurreret, per quod iudex posset animum suum mouere ad ita credendum; alias daretur vxoribus occasio viros accusandi, & sic facilis fieret modus separandi matrimonia, quod non est sufferendum, vt ait *Riccius in sua decis.* 237. *fori Eccles. cum ibi allegatis*.

74 Sed ad maiorem intelligentiam de eo, quando maritus possit accusare mulierẽ de adulterio, & vice versa vxor maritũ; distingue cum *Franc. Marc. in decis.* 514. *in princ. par.* 1. vbi ait, quòd tribus modis, quis potest coniugem accusare de adulterio, & primo modo fit denunciando ad pænitentiam, & isto casu quilibet admittitur ad accusandum: Secundò modo ad separationem thori, vt maritus, siue vxor dotem, & donationem propter nuptias, ac bona paraphrenalia consequatur, & isto casu admittitur vxor contra maritum, & è contra maritus contra vxorem, & sic in hoc non iudicantur ad imparia maritus, & vxor; Tertiò modo fit accusatio adulterii ad pœnam legitimam infligendam, & isto casu mulier non admittitur contra maritum; licèt è contra maritus admittatur contra vxorem infra sexaginta dies à tempore diuortii, seu adulterii, vt superius dixi, & propterea in proposito nota illud dictum *Papæ Innocentii in* 32. *q.* 5. dũ ibi ait quod Christiana Religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat, licèt viros suos mulieres non facilè de adulterio accusent; quia non habent latentia peccata vindictam; Viri autem liberius vxores adulteras apud Sacerdotes deferre consueuerũt, & ideò mulieribus prodito crimine eorũ communio denegatur: Virorum autem latente commisso non facilè quisquè ex suspicionibus abstinet, qui vtiquè summouebitur, si eius flagitium detegatur; Nàm licèt par causa sit, interdum tamẽ probatione cessante, vindictæ ratio cessabit. Vndè in hoc dicere solebat *Aristoteles libro æconomicorum*, quòd vir non debet iniuriari fœminæ, ne fœmina iniurietur sibi. Iniuriam autem inferre fœminæ, est coire cum extranea muliere, & è conuersò; & propterea hinc fit, quòd maximus honos est sobriæ mulieri, si videt sibi virum castitatem seruare, & nullam aliam mulierem curare; sed immò potius prę omnibus propriam fidelem existimare, & è contra succedere debet, quia si mulier cognouerit, sibi esse iustũ, & fidelẽ virum; ita quoque ipsa debet esse iusta, & fidelis viro. Rursus hic in proposito erit notandum, quòd si mulier erit adultera, tunc maritus poterit, etiam si esset contumax illam de adulterio, per viam procuratoris accusare, quod enim procedit, licèt quoquè maritus bannitus esset, cui tunc, etsi vti infami omnes actus ciuiles interdicantur; nihilominus ex quo mulier, ob illius turpitudinem infamis quoquè dicitur; idcircò valet in hoc ea regula, vt scilicet infamis contra infamem sit admittendus intestem, cum paria delicta pari compensatione tollantur; Item quia mores, quos quis in se approbat, in aliis reprobare non valet. Vndè nimirum igitur si vir multò magis admittatur ad accusandam de adulterio vxorem, cum illud sit adeò malum, vt propterea per eã nullo modo excusari possit: Vltra quòd habemus, quòd bannitus perdit ea, quę iuris ciuilis sunt, non autem ea, quę sunt iuris naturalis, & Diuini, vt est matrimonium, veluti ait *Triuis. decis.* 3. *par.* 2. *Senat. Venet.* & *Marta in compilatione decisionum tom.* 2. *in verbo* Bannitus *cap.* 15.

Sed si forsan versa vice contingeret, quòd mulier accusaret virum de adulterio, & illud non probaret, tunc satis erit vxori consultum, si vir cautionem præstiterit de ea benè tractanda in futurum, vt fuit decisum *in vna Romana separationis thori, Mercurii* 4. *Iulii* 1629. *coram Verospio*; licèt tamen secus esset in casu, vbi

inter

inimicitia capitalis orta fuisset, veluti ex lite de maiori parte bonor. etiã si ea iam esset finita, quemadmodũ etiã dr de ea, quę oritur ex querela criminali, quę dicitur capitalis, nisi fuerit reuocata, vt fuit dictũ à *Rot. dec. 371. n. 12. inter crim. Farin.* quia tũc mulier neq. cũ cautione esset restituen. viro, vt ait *Card. Seraph. dec. 1276 n. 7. et Grat. li. 4. disc. c. 738. n. 53. & seq.*

75 Extẽde 5. quòd etiã d. accusatio ad extraneos hęredes trãseat, quãdo tñ requisita concurrunt, quæ superius dixi in *verf. Fallit tamen si maritus*, & quæ sequuntur ex mente *Franch. in decis. 240.* & *Cappell. Tholos. per Gerard. Maynard. in dec. 2. p. 4. & Boer. in dec. Senat. Burdegal. 338.*

76 Secũdũ aũt speciale adulterii illud est, q scilicet quinquennio pręscribatur, vt ait *Menoc. cons. 31. n. 15. li. 1.* quia videmus, q cętera delicta nõ minus spacio 20. annor. tollũtur, *l. Mariti §. hoc quinquẽniũ, ff. eo. tit. et l. adulter C. eo. Clar. in §. fin. q. 51.* licèt secus si deliquẽs esset sub cõditione cõdẽnatus, quia tũc d. spacio 20. annorũ tale delictũ nõ tolleretur. Quẽadmodũ neq. etiã quòad excipiẽdũ, nec minus quoad pænã spirituale, & in foro cõsciẽtię, quia diuturnitas tẽporũ in huiusmodi foro nõ minuit peccatũ, sed auget; Nã in tantò magis grauiora fiũt crimina, quãtò diutius infelicẽ animã detinẽt alligatã, vt est *text. in c. nõ debet de consangu. et affin. in fin. & facit doctr. Farinacc. in sua prax. crim. quæst 8. num. 11. 20. et 31. fol. 76.* & *78. p. 1.* & vt *ait Iac. Thomin. in dec. 39. Collegii Lipsien.* Licèt secus etiã sit in actione Prætoria, & sic iniuriar. non, quæ anno præscribitur, vt dixi in verbo Actio iniuriarum *concl. 40.*

77 Limita tamen primò, illud speciale nõ esse verum, veluti si cũ adulterio incestus etiam concurreret, quia tunc delictum perpetuatur; vt ait *idem Iacob. Thoming. in d. dec. 39. cum ibi allegat.*

78 Limita secundò, in adulterio iterato. tertiò quoad excipiẽdũ. quartò in stupro cũ vi. quintò quoad pęnã spirituale, vt ait *Menoch. cons. 31. n. 16. idẽ ait Farin. in p. 1. prax. crim. q. 20. nu. 17. cum seqq.* & *ibi infinitos DD. alleg.* Ratio aũt illius tertiæ limitationis, vbi fuit dictũ, q adulteriũ quinquẽnio non præscribatur, quòad excipiendum; ea est, quia annalia, & temporalia ad agendũ, fiũt perpetua ad excipiẽdũ, iuxta ea, quę tradit *Sanchez. de matrim. lib. 6. disput. 37. n. 34. vers. in tantum tam primo.*

79 Animaduertendo pręterea, q illud tempus, quod datur marito ad accusandũ est continuũ, & nõ vtile; illud verò, quod datur vxori ad accusandũ virũ, est sex mensium vtiliũ *d. Thomin. in d. dec. 39. et Frãc. Marc. in decis. mox citan. 742. pa. 2. & 514. par. 1.*

80 Maritus aũt accusare debet intra 60. dies vtiles, *iuxt. text. in l. Iure mariti C. eo. tit.* sed *Frãc. Marc. dec. 742. p. 2. et in p. 1. dec. 514. n. 3.* ait quòd post sexaginta dies maritus nõ pot accusare, nisi iure cõmuni, non aũt iure mariti; secus tñ si accusaret intra illud tẽpus 60. dierũ, quia tũc posset sine inscriptione, & metu calũnię iure mariti vxorẽ accusare; animaduertẽdo, q illud tẽpus incipit ab adulterio cõmisso, vel à diuortio faciendo; alias si eã nõ accusaret diceretur leno, & pœnã lenocinii incurreret, q maximè abhorrent leges; secus verò in muliere, quę prohibetur maritum accusare etiam iure extranei, cum illa nec suã, vel suorum iniuriam prosequi dicatur, licèt tamen secus sit ciuiliter, quòad separationem thori, ad hoc, vt donatione propter nuptias lucrari possit, quia tũc maritum de adulterio accusare valeret, sed nõ, vt in corpore puniatur, vt ait *idem Franc. Marc. dicta decis. 514. num. 2. & 13. & Rota in Bonomien. fideicommissi de Maluetiis Ven. 31. Mart. 1628. coram Virill.*

81 Limita tñ primò id, quod fuit dictum de pœna, & amissione dotis propter adulterium, non procedere, quando illud cum ea esset commissum, quę degens extra Patriã vitam coniugalem non ducebat, sed celebs credebatur, vt ait *Gam. in dec. 169. Sen. Reg. Lusit.* sed tu distingue cũ *Azor. vt inferius dicã in vers. sed primã opinionem.*

82 Limita secũdò, si vir haberet rẽ cũ soluta, quia tũc ille de adulterio nõ punitur, neque conceptus ex tali coitu dicitur ex adulterio natus, vt ait *Gaspar. Gulielm. in dec. 95. par. 2. Rota Spirens.*

83 Et ratio potissimã ea est, quia istis casibus thorus alienus nõ maculatur, quod tñ erit verũ, si de iure ciuili loquamur; secus aũt si de iure Canonico, quia tunc adulterãs ẽ, cũ soluta adulteriũ cõmittit, vt ait *Menoch. de arb. iud. cas. 420. n. 105. per illũ tex. in l. eum, qui C. eo. tit. & Petr. Caball. in sua resolutione 32. & Franc. Marcus in dicta decis. 514. num. 13.* & *Rota in decisione 608. num. 7. par. 1. diuers.* vbi ait q plures sũt casus, in quibus aliter in foro

pœnitentiali, aliter in iudiciali iudicatur.

84 Sublimita tamen, quòd licèt adulteriũ cum meretrice nupta nõ puniatur, quoad accedentem ad illam; nihilominus nõ tollitur, quin ea puniri, & à patre, & à viro, ac aliis cõsanguineis accusari possit, vt ait *Capyc. in dec. 44. Consilii Neapolit.* & *Lauri de Aueriion. dec. 145. num. 10.*

85 Extende, quòd etiam in foro pœnitentiali quis de adulterio teneatur, quia in eo foro nullũ fit discrimen, an mulier sit meretrix, dummodo sit vxorata, quemadmodum non consideratur, si mulier sit vilis, aut mæchanica, siue nobilis, sed sufficit, vt illud delictum à viro, & muliere copulata committatur, cùm nulla exceptio personarum sit apud Deum, vt ait *Io. Valer. de differ. inter vtrumq; forum in verbo adulterium differ. 4. & 5.*

86 Contrarium tamen de iure ciuili dicit *Caballus in sua resolut.* 123. vbi ait quòd in vtroq; cocunte verè adulterij crimẽ cessat, cùm meretrix nupta adulterium non committat; quia fidem mariti non adulterat, & maximè, si ea ab illa vita meretricali nunquam destitisset; & hic nota, quòd meretrix ea dicitur, quę passim, & palã omnibus pro quæstu se prostituit, cuiusq; turpitudo publicè est venalis, siue sit in lupanari, siue in caupona, siue in taberna, vel in quocumq; alio loco, quinimmò etiam sine quæstu meretrix esse potest, vt ait idem *Caball. in d. resol. 123.*

87 Vnde hic erit quoq; notandũ, quòd mulier committens adulterium ex caussa lucri, magis dicitur iniusta, & auara, quã intẽperãs; secus autẽ in adultero dante pecunias; Nã cũ ille tũc damno afficiatur, ideò potius dicetur intẽperãs, quã iniustus, vt ait *Azor. in p. 1. Inst. moral. lib. 2. fol. 106. in lit. B.*

88 Primã tamen opinionẽ tenet *idẽ Azor. in 3. p. inst. mor. c. 8. tit. de pœn. adult. fol. 68. versi. Sed difficultas*, licèt ibi tali pacto distinguat; nempè, aut quis sciuit eam meretricem esse coniugatam, aut ignorauit; primo casu pœnã adulterii incurrit, in secundo verò nequaquã; sed si cognouit cõiugatam ab omnibus communiter solutam reputatam, tũc licèt aliqui dicãt, eũ non excusari, tamen *Bernard. Diaz in sua praxi crim. cap. 79.* melius dicendo ait eum esse arbitrio ordinarij puniendum.

89 Limita tertiò, quòd mulier adultera dotẽ nõ perdit, qñ eius vir concubinam quoque retineret, & quòd plus est, nec etiã filia familias ita delinquendo, in præiudiciũ patris eam perdere põt, vt ait *Franc. Viu. in dec. 357. Regni Neap.* & *Vrsil. ad Afflict. in dec. 10. n. 4. eiusd. Regni Neap.* vbi ait idẽ etiã procedere in muliere acriter verberata, quæ si aufugiat à viro, & adulterium committat, dotem non amittit. Subdens præterea ibi *sub num. 10.* quòd maritus põt cogi, ad instãtiã cõsãguineorũ, ad dimittẽdã cõcubinã, immò si vxor interim adulterium cõmitteret, illud ei nõ imputaret ur.

90 Et ratio est, quia isto casu intraret illa regula, quòd scilicet paria delicta pari cõpẽsatione tolluntur, necnõ etiã, quia pœna in adulterio ex causa minorari põt, vt ait *d. Viu. in dec. 490.* & *Franch. in dec. 240. n. 5.* & *D. Io. Chrisost. 32. q. 1. c. si quis*, ait, quòd vir, & vxor in crimine adulterii ad imparia nõ iudicantur, idem ait *Vrsil. vbi sup. n. 10.*

91 Limita quartò, quòd etiã vxor putatiua, ob adulteriũ eius dotẽ non amittit, quod tñ declara procedere, vtputa, qñ esset lata sñia super separatione, ob causam consanguinitatis, quia si maritus postea in repetitione dotis, id exciperet, audiendus non esset, & ratio est, quia quando pater dotem filiæ dedit hac conditione, vtputa si cum Petro matrimonium contraxerit, & dispensationẽ à Papa obtinuerit, quę esset valida, tũc si dispẽsatio postea inualida detegeretur, eo casu nõ potest vir putatiuus, ex prætẽso vxoris adulterio, dotẽ retinere, quod tñ iterum declara verum in foro fori, at secus in foro conscientiæ, item secus erit dicendum, si sententia super thori separatione, præcessisset, quia tunc vxor, ob adulteriũ suam dotem amitteret, quod nõ sequeretur, si sententia super separatione solum, ex causa consanguinitatis fieret, vt superius dixi; & veluti ita distinguendo, ait *Rota in dec. 606. p. 2. nouiss. coram Card. Blanchet.*

92 Cõtrarium tñ, qñ mulier putatiua, ex dolo credebat adulterari, & cornua facere maritũ, quia tunc cũ animus, & intẽtio distinguãt maleficia; Idcircò adulterãdo vxor sub figura veri matrimonii, amittit dotẽ, ita *Laurẽt. in dec. Auen. 145. n. 15.* vbi dr etiã de viro sub figura simulati matrimonii vxorẽ occidẽte, quia ille tenetur ad solutionem estimati, vt ait *D. de Ponte dec. 34.* & *Roc. in sua collectan. 497. p. 3.*

93 Extende eò magis procedere, si vir, & mulier scienter contrahant matrimonium illicitè, quia tunc in pœnam eorum malæ voluntatis, dos applicatur fisco

etiamsi

etiãsi superueniat dispẽsatio, qñ tñ de nouo eorũ cõsẽsu nõ cõstaret; nã nouus cõsensus in contrahendo matrimonio post dispensationem est necessarius; secus verò qñ ignoranter contraxerunt matrimoniũ in gradu prohibito, quia tunc si hæredes mariti vellent, ob vxoris adulterium lucrari dotem, tenentur illius ignorantiam probare, aut si illud sciuerit maritus, quòd non potuerit in vita conqueri de adulteta; sed in dubio scientia viri de adulterio non præsumitur, vt dixi *sub num.* 28. *vide Boer. in decis.* 338. *cum aliis allegat. à Gabr. lib. 7. concl.* 35. *num.* 10. *& Rota in decis.* 605. *num.* 1. *& seqq. par.* 1. *diuers. & Vrsill. in decis.* 10. *num.* 10. & differentia quare indulgeatur matrimonio putatiuo, & ad instar veri illud habeatur in pluribus casibus, est bona fides coniugum, vt ait *Rota d. decis.* 605. *num.* 5.

94 Limita quintò, quòd committens adulterium pluribus vicibus in foro exteriori non tenetur, nisi pro vno adulterio, si cèt ob ea reiteratione illud quinquennio tantùm non præscribatur, veluti dixi sub *num.* 78. Et propterea si per statutum imponatur poena pecuniaria illud delictum committenti, tunc ad vnam tantum poenam tenetur, licèt per plures vices illud perpetrauerit; vndè videmus, quòd actio furti orta ex prima contrectatione non nascitur amplius ex assidua cõtrectatione nisi actio illa orta ex prima cõtrectatione extincta fuisset, siue per exceptionem euulsa, quia eo casu ex sequenti contrectatione d. actio duraret, siue de nouo nasceretur *tex. est vulgatus in l. Vulgaris in verbo Immò, ff. de furt. & in l. Ei, qui furti, ff. de furt.* & *l. fin. ff. de verb. oblig.* & *l. Mariti, §. sex mensium. ff. de adult. & Cyn. in l. nunquam, ff. de priuat. delic. &* Bald. *in l. Quicunq. ff. de seru. fugitiu.*

95 Sublimita primo, id non procedere in foro animæ, vbi sine vlla distinctione, & in omni casu tot peccata committuntur, quot sunt vices, quas quis cõmittit, vt ait *Ioan. Valer. de differ. int. vtrumq. for. in verb. Adulterium differ.* 3. & ratio est, quia in eo foro animæ diuturnitas tẽporis turpitudinẽ peccati auget, *iux. tex. in c. cum haberet de eo qui dux. quam poll. pro adul. & c. non satis, & c. cum in Eccles. de sim. idemq. ait Azor. in* 3. *par. instit. moral. lib.* 1. *c.* 20. *tit. de rerum dom. fol. mihi* 68. *idemq. ait Farin. in sua prax crim. quæst.* 8. *num.* 11. 10. *&* 11. *par.* 1.

96 Sublimita secundò non procedere, si essemus in pluribus delictis diuersi generis, eodem tempore cõmissis, quia tunc ẽt de iure ciuili, nõ vna tm̃ poena, sed pluribus poenis, quis esset afficiendus, quod secus tamen esset, qñ ad eundẽ finem ea delicta præordinata fuissent, quia tunc vnica tm̃ poena reus plecteretur, licèt de grauiori, vt fuit decisũ à *Rota in dec.* 61. *inter crim. Farin. omnino viden.* quia ibi pulchra inuenies in hac materia.

97 Superius fuit dictum de poenis, & effectibus adulterii, modo restat videñ, ad quẽ cognitio istius delicti spectet, & propterea in hoc tali pacto erit distinguendum; nam pè, aut loquimur de cognitione separationis thori simpliciter, & tunc id ad iudicem Ecclesiasticũ spectat; sed si adulteriũ fuerit simpliciter patratũ, siue ẽt cũ incestu, vt sit qñ quis cũ consanguinea, vel cognata, siue cũ cõmatre concubuisset, & tunc (vltra quod dicitur duplex delictũ, & per cõsequens ibi maior pęna ẽt exigitur) dein de cognitio istius delicti hoc modo patrati ad iudicem secularem spectare põt; immo isto casu mulier poena capitis plecti poterit, nec tunc in monasteriũ detruditur, nisi forsan esset minor 25. annis, quia tũc poena minori punitur, vt pulchrè ait *Franc. Marc. in sua dec.* 152. *p.* 2.

98 Vndè ex prædictis apparet, quòd istud delictũm sit mixti fori, veluti superius dixi, & ita dicunt ẽt *Bald. in dec.* 91. *Rubin. dec.* 324. *Guidop. dec.* 178. *Franch. dec.* 312. *& Boer. in sua pulchri dec.* 297. & *Franc. Marc. dec.* 514. *par.* 1.

99 Secus tamen si ob adulterium tentaretur postea diuortium, quia tunc illud iudicium separationis inter coniuges est fiendum coram iudice Ecclesiastico, vt dicam in verbo Matrimonium, & veluti ait *Azor. in* 3. *par. instit. moral lib.* 3. *c.* 8. *tit. de pœn. adul fol.* 167. *vers. Quinto notandum vbi de communi testatur per Couar. in Epitome in* 4. *par.* 2. *c.* 7. *§.* 6. *num.* 8.

100 Pręterea opus erit quoq. scire quomodo in hũdi delicto iudex se ingerere debeat, & sic an per inquisitionem, seù per accusationem, quoquidẽ casu erit hoc modo distingueñ, nẽpè. Aut Adulteriũ est notoriũ, & tunc iudex ex officio procedere põt, & quilibet ad accusandũ admittitus, vt ait *Gramm. dec.* 31. Sed si nõ erit notorium, tunc illud iudicium erit mediante

vbi ait idem procedere in productione iuriū ad vnū finem facta, quę non nocet ad aliū;licèt secus si repetita fuerint de nouo Rota in Turritana tertiaria Luna 20. Iunii 1594. coram Cardin. Arigonio, item quòd productio iurium in vna causa facta in alia non probet, & quòd confessio procuratoris facta in vno iudicio non præiudicet parti in alio fuit dictum à Rota per Buratt. in sua decis. 46. num. 9. & 10. licet secus quando essemus inter easdem personas, vt fuit dictum à Rota per dictum Buratt. in decis. 94. num. 1. & seqq. & ibi per addent. & Verall. dec. 190. nu. 1. par. 1. & Rota in Pampilonen. beneficior. 21. Maii 1618. coram Dunozetto.

104 Extende idem quoq; habere locū, veluti si essemus in cōfessione in causa criminali super adulterio facta, quia tūc ea erit sufficiens in iudicio ciuili separationis thori, cū inter easdem personas versetur, facta tamen de nouo in d. iudicio illius confessionis reproductione, veluti dixi in verbo Acta criminalia, & Rota in decis. 751. par. 4. in nouiss. coram Penia, & coram eodem in alia Rom. separationis thori, quæ est inter crim. Farinacc. dec. 193. num. 4.

105 Declara igitur illud esse verum, quòd scilicet confessio facta in iudicio criminali probet in ciuili, quòad inquirendum; non autem quoad condemnandum, veluti fuit decisum à Rota in Bononien. separationis thori Luna 11. Februarii 1608. coram Penia, quæ est inter criminales Farinaccii decis. 250. num. 2.

106 Vlterius nota, quòd delictum adulterii est graue, & Deo, iudici, ac hominibus valde odiosum, vt ex rationibus prædictis probauimus, & vt ait Laurent. in sua dec. Auenion. 145. n. 3. D. Augustin. in lib. de adult. cōiugis 36. q. 6. ait ꝙ adulterij malum vincit fornicationē; subdēs tñ quòd peius est cū matre, quàm cū aliena vxore concubere, sed ōniū pessimū est, quòd fit cōtra naturā, vt si vir mēbro mulieris ad hoc nō cōcesso vti voluerit, ꝙ Deus sēper auertat, & tantum nefas procul à nobis absistat.

107 Vsus tamen naturalis si modū prolabitur, in vxore quidē, veniale peccatū est, in meretrice dānabile; sed istud, quod est contra naturā execrabilitèr fit in meretrice; sed execrabilius in vxore; tantū enim valet ordinatio creatoris, & ordo naturæ, vt in rebus ad vtēdū cōcessis cum modus exceditur longe tolerabilius fit quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus.

108 Sed ad effugienda huiusmodi pericula, quilibet tenetur, aut se abstinere, aut Religionem ingredi siue vxorē ducere, si tamen cū ea sola cōmorari curet.

109 Sed ad hoc vt iterum reuertar ad id, quod paulo ante dicebā, nota igitur quòd licet istud delictum adulterij sit tantùm execrabile, nihilominus vnum effectum operatur, & est quod non prohibetur adulter, quin in testamento legatum adulteræ facere possit, vt ait Cappell. Tholos. in dec. 141. & veluti fuit decisum in Romana Legati 28. Maii 1568. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decisio. 54. num. 4.

110 Limita tamen id esse verùm, iuxta opinionem Baldi Cumani, & aliorum quādo turpitudo non est ex parte recipientis, licèt esset ex illa dantis, vt ait Rota ibi supra coram Card. Seraph. in illa Rom. legati

111 Et licèt contrariū dixerit Rota super eo quòd scilicet turpitudo ex parte mulieris non versetur ea ratione: quia concubinatus sit permissus à iure ciuili, Nihilominus concorda, vt prima opinio procedat in soluta. Secunda verò quando essemus in vxorata, siue potius, quando conuersatio adhuc inter eos duraret; quia tūc ex vtraque parte turpitudo versari diceretur, vt ait Rota per Card. Seraph. in d. decis. 46. num. 4. & dec. 54. eod. num. 4.

112 Sed tenendo illam secundam opinionem, amplia primò eam multò magis procedere de iure canonico; nisi tamen illius emendatio probaretur, quę per tres aut quatuor annos inducitur, vt ait Rota per Card. Seraph. in dictis dec. 46. & 54. nu. 4. & quando talis donatio possit fieri ob merita concubinæ, siuè adulteræ docet Arg. de acquir. poss. q. 3. n. 1109. cum seqq. & Grat. lib. 1. discept. cap. 31. n. 18. vbi concludit quòd cùm hodie concubinatus sit de iure canonico punibilis: idcirco eo inspecto huiusmodi lucra inter concubinarios nō sunt valida, licet nō per hoc sint applicanda fisco: & sic multò minus talis donatio inter adulteros valere debet, & hāc sententiam tanquam magis honestam & seueritati canonum, ac grauitati conuenientem tenet Rota in dicta decis. 54. & dec. Cappell. Tol. 141. ibi reprobando quæ pro parte contraria allegatur, & ratio prę-

 di-

dictorũ ea esse videtur: quia cum id ob turpem causã fiat, ideò super eo neque liberalitas, neque affectio cadit, sed potius defectio, cùm talis prohibitio fuerit principaliter inuenta pro honestate conseruãda, & libidine refrenanda, & præsertim in Clericis, quo casu id publicam vtilitatem respicere videtur licèt tam secus sic in milite, & in alijs vbi publicus fauor non vigeret; quia tunc donatio ab illis factæ stante iuramento valeret, vt inferius dicetur; secus verò quando legatum siue donatio esset facta à Clerico concubinæ in causam dotis, vt se ab illa turpi vita retraheret, quia tunc illud legatum vti fauorabile valeret, & præsertim si meretrix esset pauper, & egena, etiam si illa mulier amplius cum clerico commercium non haberet, sed cum alio: cum non sit prohibitum alienæ meretrici relinquere, vt dicunt DD. *alleg. à Grat. in dicto cap. 31. à num. 18. vsq. ad finem.*

113 Amplia secundò eam opinionẽ quoq. procedere in Doctore, siue licentiato, vt ait *Garz. decis. 29. Franch. decis. 111. & Thoming. decis. 29.*

114 Amplia tertiò, procedere in clerico, qui suæ meretrici donare non potest, vt ait *Balb. decis. 337.*

115 Quod tamen secus esset si pro benemeritis, & seruitiis donaretur, quia tunc clericus posset suæ concubinæ relinquere; dummodo merita donationi æquiualeant, vt ait *Afflict. decis. 102. & Capic. decis. 102.* Sed est benè verum, quòd tunc non staretur illius assertioni factæ de meritis, sed aliundè de eis apparere deberet, vt ait *Maynard. decis. 90. lib. 2.* Et ratio est, quia expressio, & probatio meritorum, & seruitiorum est necessaria, quando donatio est facta inter personas, inter quas illa reperitur prohibita; secus vero, quando è contra, quia tunc sola expressio meritorum esset sufficiens, nisi tamen essemus in magno, & publico viro, quia tunc vtroque modo illius assertioni, circa merita, esset standum, siue quando coniecturæ essent verisimiles, vt ait *Afflict. decis. 370. num. 14. & seqq. & ibi Vrsill.* & DD. *alleg. à Maceraten. var. resol. resolut. 40. n. 42. & seqq. lib. 3. Mohed. decis. 4. tit. Qui fil. sint legit. Veletta opinione Cassad. in dec. 10. de prab. & dec. 28. & 29.* Si verò donatio esset facta ob seruitia, & non appareret, quæ seruitia, tunc de eis esset iudican. ex qualitate personæ, & ex adminiculis, & coniecturis, vt ait *Rota decis. 483. par. 2. in recent.* & *Gratian. in praeci tato loco omnino viden.*

116 Amplia quartò, in milite, qui pari modo suæ concubinæ relinquere non potest, vt ait *Gam. decis. Rota Lusitan. 365. Papon. arrest. 3. tit. 18. & Fran. Viu. in hac materia viden. in sua decis. 195.*

117 Fallit tamen conclusio, quando in donatione esset appositum iuramentum, quia tunc illius virtute donatio confirmatur, vt ait *Thes. in dec. 111. & Capic. decis. 102. Seraph. de priuil. iur. priu. 71. n. 14.* licet contrarium dicat *Grattan. in praecit. loco num. 21.* & *alii ab eo citati & praesertim Vrsil. ad Afflict. in decis. 102. num. 2.* qui dicunt eam opinionem esse veriorem, vt scilicet iuramentum non operetur, vbi lucrum turpè datur: alias illud esset nutritiuum mali, & contra publicam honestatem; licet secus esset in milite, & similibus, vbi publicus fauor non versatur, vt est in clerico, veluti superius probauimus. Et id, quod fuit dictum de legato facto concubinç præsẽti procedit etiã in futura, cui relinqui nõ potest, veluti nec è conuerso concubina potest relinquere amasio futuro, & quæ hodie dicatur concubina; tradit *Grat. ibi supra in princ.* concludens, quòd talis dicitur quando coitus fit inter solutos.

118 Item ratio in Clerico, & Milite est quia inconueniens quidem esset, si illi, qui sunt Deo, ac armatæ militiæ dediti possent hanc turpitudinem relinquẽdi concubinæ exercere, vt ait *Cappell. Tholos. deo. 141. & ibi pulchra ait in materia, & Argel. in pracit. loco.*

119 Declara prætereа in hac materia, quòd scilicet solum adulterium præcedens non sit aptum ad impediendum matrimonium, cum adultera; sed ad hoc, vt illud impedimentum inducatur ad contrahendum, cum adultera, & iam contractum dirimat, hæc duo copulatiuè concurrere debent, & primò quòd sit admixtum coniuge viuente cum matrimonio de facto cum adultero cõtracto, vel cum fidei datione de ducenda adultera. Secundum erit vt in mortem coniugis machinatum fuerit, ad hoc vt illud matrimonium inter eos

postea

postea sequeretur veluti fuit decisum in *Bergomen. matrimonii 17. Aprilis 1592. coram Penia, quae est inter crimin. Farinac. decis. 64. num. 1.* Secus verò quando ex alia causa quàm matrimonij contrahendi fuisset commissum homicidium; veluti animo habendi liberiorem aditum ad amasiā, quia tūc tale impedimentum non dirimeret matrimonium iam cōtractum, & propterea videmus etiam, quòd si quis interficiat vxorem alia causa quàm contrahendi aliud matrimonium, tunc si contingat narrare in dispensatione se non interfecisse, & id coram ordinario iuret; nō ob id ille talis efficietur peritrus, quia narratiua; & dispositio ipsa intelligitur de eo homicidio, quod impedimentum ad contrahendum causaret, vt fuit benè deductum in *Sabinen. Montis Rotundi Lunae 5. Iulii 1627. coram Reuerendissimo Coccino Decano.*

120 Sed ad prædictū effectū nota, quòd testes debent esse omni exceptione maiores, & probationes debent esse claræ, veluti quando sumus in caussis criminalibus, nec isto casu, quando tractatur de dirimen matrimonio admittuntur mulieres in testes, nec minus confessio coniugum super datione fidei de matrimonio, inter eos contrahendo est sufficiens ad illud dirimendum, licet si cum hoc concurreret etiam rumor viciniæ, veluti fuit decisum à *Rota ibi supra coram Penia.*

121 Præterea nota, quòd in remissione istius delicti, potest venia per maritum vxori concedi sub conditione, vt ea (verbi gratia) perpetuò in insulam deportetur, item quod adulter semper à Patria perpetuò exul fiat, vt ait *Gam. decisione 63. & 368.*

122 Si verò huiusmodi veniæ locus esse non poterit; sed maritus (ex rationabili illo odio quia vxorem in adulterio inuenisset) Iuris rigore vti vellet; tunc Iudex non debet illam securitate relaxare, sed eam carceribus mancipari, vt ait dictus *Gam. decis. 309.* Sed immò quando delictum adulterij fuisset publicum ob conuersationem adulterantium, tunc pœna publica eis iniungenda venit, veluti quoque emendatio talis esse debet; alias turpis suspicio conuersationis non tolleretur, & maximè si adhuc continuaret; Immò tunc ex ea potius adulterii continuatio argueretur, vt ait *Rota per Seraph. dicta decis. 46. & decis. 54. per totam.*

123 Et denique nota, quòd licet in crimine adulterij regulariter appellatio non admittatur; id tamen fallit; quando allegaretur aliqua rationabilis causa; veluti quoque hoc modo admittitur in alijs casibus, in quibus ea prohibetur, quos enumeraui in *Conclus. 128. num. 918. & vt ait Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 4. ferè per totam sed præcipuè sub num. 83. cum sequentibus.*

124 Hucusque fuit dictum de qualitatibus, & circumstantijs nec non etiam de effectibus adulterii. Modo restat quoque videndum de damnis, ac interesse, quòd illius causa ammittitur, & ab eo principaliter est inchoandum, an scilicet adulter teneatur in conscientia illud restituere, quod eius filius, ex adulterio procreatus ademit illis ex vero matrimonio natis; & in hoc omnes Doctores conueniunt, eum teneri ad restitutionem illius, quod fuit impensum à marito pro educatione filii adulterini, credens illum esse legitimum, & sic ex suo proprio sanguine procreatū; veluti eodem modo tenetur ad restitutionem expēsarum ab hospitali factarum, in illius filii adulterini educatione, subea ratione, quia hospitalia sunt instituta ad alendos filios pauperum tantum; licet id fallat in illo Sancti Spiritus de Vrbe, vbi infiniti educātur, qui sunt legitimi, & filii diuitorū; siue naturales tantū, & id aut ad effectum coelandi nomina parentum; siue ibi exponuntur ob paruam charitatem genitorum, qui solum eorum effrenatas, ac inhonestas voluptates explere quęrunt absque quòd vllum dilectionis, ac charitatis signum vnquàm erga illos ostendant contra *Text. in L. iura sanguinis, & ibi scrib. ff. de reg. iur.* & tamen videmus, quod saltem parentes omninò ad eorum alimenta tenentur de iure naturæ, veluti satis abundè in verbo alimenta probauimus. Et propterea videmus etiam quòd cum infiniti pueri exponantur in dicto hospitali, qui sunt legitimi; Idcirco Pontifices ingenti eorum pietate declararunt, omnes pro legitimis reputari, & sic omnibus successibiles fieri, & meritò quidem; quia in dubio debemus semper potius nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, iuxta *Text. in l. absentem, &*

ibi

ibi scribentes omnes ff. de pœn.

125 Extende primò, dictam principalem conclusionem quoquè procedere in dote data à marito filiæ adulterinæ, quam dictus pater putatiuus legitimam, & ex proprio sanguine procreatam reputabat, vt dicunt omnes Doctores mox allegandi.

126 Extende secundò eò magis procedere in hæreditate, quam maritus reliquit filio adulterino, quem proprium esse existimabat, veluti de prædictis omnibus tradunt; Caiet. *in sua sum. in verbo adulterium, & ibi Angel. num. 4. Armil. num. 6. Silu. ibidem quæst. 1. num. 4. Rosel. num. 1. Scot. in 4. distinct. 15. quæst. 2. Gabr. lib. 4. & distinct. quæst. 2. art. 2. & concl. 2. Maior eodem lib. dist. quæst. 17. Andr. in lib. 4. quæst. 1. de restit. & in §. sed restant duo dubia Nauar. cap. 16. nu. 44. Antoninus par. 2. tit. 2. cap. 7. §. 4. Medin. de restit. quæst. 3. in causa 4. Cordub. in suis quæst. quæst. 31. Sotus lib. 4. de iustit. quæst. 7. art. 2. ad 2. & cæteri alii Doctores & signanter Innoc. Andr. Host. & Abb. in cap. officii de pœnit. & remiss. & Couar. in reg. peccatum par. 1. cap. 3. nu. 6. Azorius in 3. par. instit. moral. lib. 5. cap. 6. de restit. fol. mihi 342. & prius in c. 39. de causis, & c. fol. 320. sub lit.* C.

127 Restringe tamen primò dictam regulam non procedere, quando restitutio posset secum propriæ, seu filii adulterini periculum vitæ afferre, quia tunc nequè mater adultera, neque filius adulterinus illud notificare, atque aliud interesse restituere tenetur, etiam si essemus in hæreditate magna, copiosa, & amplissima; veluti si ageretur de Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, & Comitatu quicquid dicant *Couar. Andr. & Maior in prævitatis locis* quam enim opinionem verissimam vocat, *Azor. in d. p. 3. inst. moral. in c. 39. tit. de caus. & c. fol. 320 sub lit. C. li. 4. & in c. 6. tit. de restit. fol. 342. sub lit. D.*

128 Et ratio prædictorum ea est, quia cum vita hominis, & eò magis anima, quæ facilè in tali conflictu detrimentum pati posset, sit cunctis rebus præciosior, vt dixi in verbo Anima: Idcircò cęteris bonis temporalibus æquiparari non debet, sed illis prorsus præferenda venit, siue homines, & bona sint infimæ, aut et magnæ existimationis existant, cũ plus, & minus specie non differant, veluti neque apud Deũ vlla personarũ distinctio fieri debet.

129 Extende prædictam restrictionẽ procedere, etiã quòd aliqui Doctores dicãt, quòd adulteræ sit imputandum, si propria culpa huiusmodi restitutionem fieri cogatur, ex regula damnũ, quod quis sua culpa sentit, sibi soli imputari debet, & ex altera quia delictum nemini immunitatem atq. excusationem præstat, Nam respondetur quòd præterquã quòd regulæ prædictæ procedunt de iure ciuili, & sic in foro cõtentioso; deinde additur, quòd cum culpa adulteræ solũ sit in adulterando, ideò nõ debet esse in restituendo, cum tanto illius vitę, siue honoris detrimento; quemadmodum dicitur de meretrice, quę turpiter non se gerit in recipiendo quęstu, sed solum in eo, quando vitam meretricalem ducere incępit, & propterea illud lucrum tamquam turpiter acquisitum restituere non tenetur, sed in præmium periculi, cui se subiecit, ac virginitatis, & honestatis amissę, illud facit sibi de iure deberi, & præsertim cum possit inseruire, vt ea à vita meretricali, ac inhonesta desistat, & vt commodius, ac honorificentius alicui bono viro nubere possit. & prędicta eò magis procederent, quando aliquid per pactum fuisset promissum ab initio, ob periculum damni, siue in pręmium virginitatis amissę, vt dicunt *Doctores allegati ab Azorio in d. par. 3. instit. moral. lib. 5. c. 5. de restit. sub tit. F. fol. 338. & veluti dixi in concl. 159. num. 6.*

130 Fallit tamen dicta restrictio, veluti si essemus in falso teste, qui aliquem innocentẽ accusasset, & ob huiusmodi accusationẽ fuisset condemnatus ad mortem, quia tunc talis accusans tenetur eius dictum retractare, etiam cum periculo propriæ vitę, quod non contingit in adultera, & ratio diuersitatis istorum casuum ea est, quia adultera in hac restitutione non tractat de liberando aliquẽ à morte, sed solùm pro terum restitutione, quæ (vt mox diximus) non tanti valent, quanti vita hominis. Immò denunciando veritatem patri putatiuo, potius mortis periculo se exponit quod facere non debet, cum quilibet proprium sanguinem redimere, & non suam turpitudinem detegere teneatur, & propterea ad id dici solet, quòd quos natura non obligat, nequè eos conscientia ligat, vt latè dixi in

verbo

verbo alimenta ; secus tamen contingit in falso accusatore, qui tenetur accusatũ, ob illius falsam accusationem ad mortem condemnatum, fatendo veritatem, etiam cùm periculo vitæ liberare iuxta *trad. per Azor. in pracitat. loco fol.* 342. *sub littera* E.

131 *R*estringe secundò dictã regulã principalẽ nõ habere locũ, veluti quãdo vxor non posset hæreditatem restituere, nisi cùm periculo propriæ famæ, etiam si in articulo mortis esset constituta, & confessario diceret, vt post illius mortem eius viro, & sic patri putatiuo filium adulterinum notificaret, iuxta communem opinionem Canonistarum, ex ea ratione, quia propria fama est preciosior, & quacunque re temporali carior, & propterea doctores animaduertunt confessarios, ne consulant adulteras ad huiusmodi notificationem faciẽdam, etiam si illæ, siue mariti essent in articulo mortis constituti, quia facilè possunt illud mortis periculum euadere, & indè homicidia patrare, quòd est auferendum & eò magis, quia (secundum me) ille maritus forsan egrè ferret, dum putabat Titium esse verè illius filium, & eum pro tali benè tractando, & postea eundemmet medio illius inopinatæ reuelationis adulterinum detegeret, & præsertim id facile euenire posset, quando alium filium, quã illũ, dictus pater non haberet, vltra quòd confessarii ipsi facile posent mortua adultera periculum propriæ vitæ incurrere, dum illi talem antiphonam marito intonarent, & id nedum ex eo, quia difficillimum est iustum dolorem temperare, sed etiam quia posset maritus (etiam quòd crederet vxorem fuisse verè adulteram, grauẽ iniuriam confessario, ita denuncianti inferre, ad effectum ostendendi, quòd ille fuit talis, qui optimè pudicitiæ suæ vxoris inuigilauerit, ac illius honestatem in dies augeri curauerit; & propterea prędicti doctores damnant, vt cõfessarij hoc onus sibi assumant, quod enim valdè quoquè comprobatur à Canonistis, qui dicũt hanc opinionem esse veriorem, & communem, & præsertim *Innoc, Andr. & Abb.* quicquid dicant *Adrian. Sot. Couar. et Maior in pracitatis locis*, & *quos allegat Azorius ibi supra. fol.* 342. vbi firmat, quòd hæc opinio reputatur talis, etiam apud Theologos, veluti quoq. testantur *Siluest. in verbo Adulterium, quæst.* 1. & *ibi Angel.* & Gabr. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *Medin. de rest. quæst.* 13. *concl.* 2. *caus.* 4. *Paludan. in* 4. *dist.* 27. *art.* 4. *Scot. in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. Castren. *de lege lib.* 1. *cap.* 11. *Antonin. p.* 2. *tit.* 1. *c.* 1. §. 3.

132 Extende primò dictam secundam restrictionem in tantum procedere, vt neq. adultera, siue adulter mortaliter peccet, si in eius testamento nominet filium adulterinum, vna cum aliis esse, legitimũ, si alio modo hæreditatem restituere non posit, & ratio est, quia illud mendaciũ fit officiosum, dum vitam aliorum, & propriam tuetur, neq. propterea inualidaretur testamentum, ob illud mendacium, tanquam vitium, cum ratione factum, & præsertim, cum ille filius ab omnibus pro legitimo reputaretur. vt dicunt Doctores superius allegati, & signanter Azor. *in pracit. loco fol.* 343. *vers. Qua res,*

133 Extende secundò, dictam restrictionem adeò procedere, vt neq. filius teneatur credere matri asserenti eum esse ex adulterio natum, cum in dubio fauor matrimonii sit attendendus, vt ait *Cassad. decis. vnica de success. ab intest. Barz. in cons. vnico post decis. Bonon. num.* 53. *Boer. dec.* 299. *num.* 9. & ratio est, quia filius ille dicitur, quem nuptiæ demonstrant, *l. Miles, ff. de adult. & l. Filium, ff. de his qui. sunt sui, vel alien. iur.* & *l. Vicinis*, C. *de nupt.* & *ita fuit dictum à Rota per Coccin. decis.* 7. *& in Rom. de Bonellis* 29. *Nouembris* 1613. *postea confirmata* 28. *Nouemb.* 1614. *coram* Vbaldo, *& postea in Florentina Oratorii* 18. *Martii* 1629 *corã Queipo.*

134 Contrarium tamen veniret dicendũ, quando euidenter appareret eum fuisse cõceptum tempore, quo pater putatiuus & sic maritus esset absens à loco, siue taliter esset ęgrotus, vel impotens, vt nullo modo vxorem cognoscere valeret, nõ obstante, quòd filius adulterinus maximam haberet similitudinem cum patre, ex lineamentis, vel aliis membris corporis, cum hæc sępe fallant, vt dicunt *Azor. & cæteri Doctores superius citati*, & veluti latè, & pulchre fuit deductum *à Rota in Romana de* Catalanis Mercur. 27. *Nouembris.* 1630. *coram Merlino.*

135 Et ratio differentiæ prędictarum opinionum ea est, quia præsumptio *d. l. Miles*

§ *defuncto,ff.de adult.* non est solum fundata in matrimonio, & sic illud non sufficit ad faciendum credere, quòd filius sit mariti, & non adulteri, nisi etiam concurrat coniugum cohabitatio, vel saltem quòd maritus haberet accessũ ad vxorem, quia tunc proles potius legitima, quàm adulterina censeretur; cum ad id credendum concurreret possibile verisimile, & honestum, vt ait *Decian.conf.1.num.125.lib.3 Alex.conf.88.num.24.vers.præterea lib.7 Socin.Iun.conf.86. num.40.lib.2. pulchrè Surd.conf.1.num.54.& Rot.in dictis Roman.de Bonellis coram Vbaldo in illa Roman. de Catalanis coram Merlino.*

136 Secus autem, quando nil aliud præter matrimonium concurreret, quia tunc, aut filiatio respectu mariti non probaretur, vel saltem ea præsumptio d. L. Miles facilius aliis coniecturis, & præsumptionibus tolleretur, vt ait *Surd.d.conf.1.n.61 Menoch.conf.686.num.11.& 12. Decian. d.conf.1.n.128.lib.3. & ita fuit dictum in d.Rom.de Bonellis 13.Febr.1617. coram Vbaldo, & in illa Rom.de Catalanis 1630 coram Merlino.*

Quinimmò quando cõcurrit absentia, & impotentia viri, tunc præsumptiones, quæ concurrunt ad fauorem adulteri dicuntur euidentissimæ probationes, immò veræ demonstrationes appellãtur, cũ absens, & impotens nullo modo generare possit, vt refert *Sarnen.super reg de annal. quæst.58.num.2.& Rot. in d.Rom.de Bonellis 1617.coram Vbaldo, & in illa Rom. de Catalanis coram Merlino.*

137 Et tenendo illam secundam opinionem, extende primò eam multò magis procedere, quando probata non cohabitatione mariti cũ vxore adulter haberet liberum additum ad eam, tempore conceptionis fœtus, & post illius natiuitatem concurreret adnotatio baptismatis sub nomine adulteri eo præsente, quæ est vehemens filiationis argumentum, vt ait *Surdus d.conf.1.& Bero.conf.162.n.9.& ita fuit dictum in illa Rom.de Bonellis 13.Nouemb.1613.coram Vbaldo, & prius in Rom. Filiationis 10.Iunii 1611.coram Pirouano & in illa Rom.de Catalanis coram Merlino.*

138 Et ratio ea est, quia Baptismus est actus, qui spectat ad parentes, & propterea videmus, quòd professio fidei, quæ in illo fit, in fide parentum fit, vt est *text.in cap.maiores de baptism. & c. quartis de consecrat.dist.4.alleg.à Rot.ibi coram Merlin.* vltra quòd liber baptismi filiationem quoque probat, quando concurrunt adminicula, veluti dixi in *concl.72. num.10.*

139 Extende secundò eã procedere, quando cum prædictis cõcurrerent etiam tractatus, & denominationes, tàm oretenus, quàm in scriptis, siue publicis, siue in litteris familiaribus, & præcipuè si illis iungantur legitimatio, & institutio de eo pluries in testamentis facta, ex quibus valde arguitur filiatio, ex parte illius, qui legitimauit *Surd. d.conf.1.nu.51. Menoch. de præsumpt.casu 89.num.80.lib.2. Rota per Card.Seraph.dec.1331.num.8.& in illa Rom.de Bonellis 13. Febr.1617. coram Vbaldo, & in prædictis terminis fuit ita decisum in illa Rom.de Catal.corã Merlino.*

140 Et ratio quare ex præsumptionibus, & coniecturis talis spuria proles probetur, ea est, quia in hac materia probãis talis filiationis cõcludẽs probatio, aut fit impossibilis, vel saltem difficillima redditur, vt fuit dictũ in illa *Rom.de Bonell.1617.corã Vbaldo & in alia Roman.de Catalanis coram Merlino, & Menoch.de arb.casu 89. n. 11.lib.2.& Surd.d.conf.1.n.38.& 40.*

Immo huiusmodi præsumptiones non sunt de per se tanquam singulæ considerãdæ, sed omninò iungi debent ad eliciendam probationem filiationis, vt per *Anchar.conf.225. num.6. Gozad. conf.13.n. 44.Paris conf 10.nu.68.lib.2. Surd. d.conf. 1.num.53.& seq.Menoch. conf. 687. num. 17.& 18.& de arb. casu 89.num.65.& seq. & Alciat. de præsumpt.reg.3.præsump.37 n.10.vers. Limitatur,* vbi ait, quòd iudex potest coniungere præsumptiones ad informandum animum suum, vt filius non sit mariti, sed adulteri, & reprobato Barbat. contrariũ sentiente ait *Decian. d. consil.1.n.120. lib.5.quos secuta est Rota in d.Romana de Catalanis coram Merl.*

141 Subextende prædicta eò magis procedere, quando non principaliter, sed solũ incidenter ageretur, & sic lis versaretur circa successionem primariò, quia tũc nõ ita rigorosè proceditur, sed in admittenda filiatione, sufficit tali casu nominatio tractatus, & filiationis quasi possessio, vt ait *Gemin.conf.27.num.8.Butr.in c.transmissa col.2.num.10.vers.Quandoq.qui fil.sint legit.*

legit. Pariſ. conſ. 10. num. 61. lib. 2. Surd. d. conſ. 1. nu. 67. & *Rota per card. Seraph. deciſ. 1282. num. 6.* & *in Parmen. ſtatus 27. April. 1622.* & *14. Iun. 1623.* & 8. *Iun. 1626. coram Coccino,* & *in illa Rom. de Catalanis 27. Nouembris 1630. coram Merlino.*

142 Contrarium videtur ſentiſſe Rotam *in Rom. de Bonellis 29. Nouembris 1613.* & *20. eiuſdem menſis 1614. coram Vbaldo,* vbi ait tale filium non eſſe admittendum ad ſucceſſionem hæreditatis, dum illius filiatio concludenter nō probetur; quia ad id ſolæ præſumptiones, & coniecturæ non ſufficiunt.

143 Concordatu tamen, quòd prima opinio procedat, quando ageretur de ſucceſſione patris legitimantis, nominantis, & inſtituentis, quia tunc prædictæ præſumptiones ſufficiunt, veluti vltra præcitatos dicunt, *Anchar. conſ. 225. in 2. dub. Alciat. de præſumpt. præſumpt. 37. num. 10. Alex. conſ. 88. num. 8. lib. 7. Surd. conſ. 1. nu. 57.* & *61. Decian. conſ. 1. num. 226. lib. 3. Menoch. de præſumpt. caſu 89. num. 65. lib. 2.* & *præſumpt. 53. num. 20. lib. 6. idem Menoch. ait latius conſ. 687. num. 15,* & *Rota per Mood. dec. primo,* & *ſecunda qui fil. ſint leg. Creſcent. dec. 1. eodem tit. Caputaq. dec. 113. par. 2. in manuſcript.* & *per Coccin. dec. 7. nu. 3.* & *4.* & *in d. Rom. de Bonellis 13. Febr. 1617. coram Vbaldo.*

Secunda verò opinio procedit, quando ageretur de hęreditate, & de intereſſe tertij, quia tunc ille filius ex prædictis præſumptionibus, & coniecturis non veniret admittendus, & ſic medio iſtius diſtinctionis prædictæ deciſiones concordari poſſunt, *ut fuit dictum in illa Florentina Oratorij 18. Martij 1629. coram Quiepio,* & *in illa Romana de Catalanis coram Merlino.*

144 Sed tenendo dictam opinionem vbi habetur, quòd filius adulterinus non ſit admittendus ad hæreditatem illius, qui adulter præſumitur; Extende primò eam illatiuè, & è conuerſo procedere, attento foro animæ, cuius enim vigore non poteſt filius adulterinus ſine labe peccati mortalis vnà cùm alijs filijs legitimis, & naturalibus, hæreditatē patris putatiui adire, & præſertim ſi ille filius haberet, vnde ſe alere valeret, aliàs poſſet tuta conſcientia alimenta neceſſaria, ex bonis dicti patris putatiui capere. Quemadmodum nequè etiā teneretur ea bona patris reſtituere, quæ bona fide conſumpſerat, credens ſe legitimum fore; dummodò tamen, ex eis locupletior factus non eſſet; Quamuis id quoque non procederet, ſi aliqua bona penes dictum filium extaret, quæ per eum fuiſſent præſcripta, dum in bona fide veræ filiationis erat, quia legitimè factum ex superueniente actu vitiari nō debet, veluti dicunt Doctores allegati ab *Azorio in d. 3. par. inſtit. moral. fol. 344. ſub littera A.*

145 Extende ſecundò, eam quoquè procedere in matre adultera, quæ tenetur hęreditatem reſtituere marito, ſiue eius filiis legitimis, & naturalibus, ſi occultè, & commodè id ab ea fieri poſſet, veluti ſuadendo filio putatiuo, vt hæreditati renunciet, aut religionem bonorum incapacem profiteatur, ſiue potius, quòd filius fiat clericus, illi beneficium Eccleſiaſticum obtinendo; ſed ſi filius huiuſmodi monitionibus parere renuat, tunc debet mater adultera ſua dote, vel alijs bonis idemnitati filiorum legitimorum conſulere, & adulterinum aliquo colore exheredare, relicta tamen illi ſua portione legitimę, ne illius teſtamentum inofficioſum redderetur, vt dixi in concl. 42. per totam: Immò ſi id quoquè ab ea commodè fieri non poſſet, tunc ſolum Deum vltorē habebit, licet etiā apud eū, vti fontem miſericordiæ, ſat erit, ad euitandam eius iram, ſi ſolùm ea ſui peccati pœniteat, iuxta communem Theologorum ſententiam, de qua teſtantur Doctores allegati *ab Azorio in præcitato loco fol. 343. verſ. tertio quæritur.*

146 Subextēde prędicta intim procedere, vt ne dum mater adultera teneatur ex iuſtitia reficere damnum filiis legitimis, & naturalibus; Verùm etiam, & adulter, ex ea ratione, quia vterquè concurrit ad dānum, dum ambo ſupponunt vnum eſſe filium alicuius, qui verè non ſit talis; Immò ſi adulter induxit adulteram ad adulterandum, tunc inſolidum ſunt obligati ad reſtituendum, ſed ſi eam non induxit, tunc quilibet pro rata tenetur, etiā ſi adultera nolit, aut non poſsit ſuam portionē reſtituere, & ratio eſt quia tunc ille nō fuit cauſa totalis, ſed ſolùm pars adulterij, & damni; iuxta communem opinionem veluti teſtatur *Azor. in prææl. loc.*

Declara

147 Declara tamen prædicta non procedere, quando essemus in eo casu, vbi adultera non habitaret cum viro, sed plures haberent conuersationem cum illa; quia tunc vterque eorum teneretur pro rata expensarum in educando filium, neque eo casu teneretur vnus eorum in conscientia stare assertioni matris adulteræ, dum diceretur, quòd filius esset potius vnius, quàm alterius. Imò neq. isto casu aliquis teneretur eum filium educare, si tamen adultera haberet, vndè illum educare posset; licet secus tamen esset, si tot præsumptiones incontrarium concurrerent, ex quibus verè ille probaretur filius certus vnius, quia tunc ad hoc, vt occasio peccandi tollatur, ille talis teneretur filium educare in totum; veluti quoque teneretur ad expensas ille, qui crederet eū esse suum filium, quamuis ab altero educaretur, vti proprio, vt dicunt Doctores superius allegati, & *Azorius ibi supra*.

A R G V M E N T V M.

DE ADVOCATI DIGNITATE, AC EIVS prærogatiuis, & officio.

C O N C L V S I O L X.

ADVOCATVS nota, quòd est ille (vt ait *Mirabellius*) qui in Iudicio suum vel amici desiderium exponit, vel alterius desiderio contradicit, & Aduocatus à Patrono sic differt; Nàm Aduocatus generalius nomē est, siquidem quicumque adest alteri officij gratia, aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, agatquè, modò sit paratus defendere; Patronus autem propriè dicitur ille, qui agit causam accusati, non autem accusantis. Vndè cum de huiusmodi materia Aduocati hic dicere debeam, ideò incipieñ est loqui de Aduocato fiscali, vti de digniori; & propterea Nota quòd Aduocatus fiscalis dicitur spectabilis persona, vt ait *Vrsil. ad Afflict. in decis. 4. num. 2.* & propterea debet incedere togatus, & habitu ornato indutus vt ait *Franc. Marc. in decis. 651. par. 1.*

2 Limita tamen quòd in Vrbe Aduocatus fisci, & Aduocatus pauperum non sunt dignitates Collegiales, respectu Aduocatorum Concistorialium; sed est bene verùm, quòd huiusmodi officia vni ex eis semper conferri solent, veluti fuit decisum *in vna Romana Prebeminentiarum 16. Decembris* 1585. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 716. n. 14* Et quæ ad officium amborum spectent tradit *Azor. in secunda p. Instit moral. fol. 388. ver. est itidem, & vers. est insuper.*

3 Aduocati verò Consistoriales olim à Summis Pontificibus fuerunt constituti, ad hoc vt obijcerent, & opponerent iuris ordine seruato, antequàm Episcopi eligerentur, instituerentur, vel confirmarentur, vt ait idem *Azor. in præcitato loco fol. 389.*

4 Declara tamen, id prorsus ab aula recessisse, quia hodie Episcopi approbantur, si in examine sese idoneos, atque ad illud munus aptos esse demonstrent: aliàs illis succedet id quod ait psalmus, ibi & Episcopatum eius accipiet alter.

5 Extende primò, quòd adeò ista dignitas est spectabilis, vt propterea pluribus priuilegijs potiatur de quibus per *Viu. in decis. 123. Regni Neapolitani.*

6 Extende secundò, quòd isti Doctores adeò sunt in dignitate, vt propterea dicantur sacra ministrare, vt ait *Guidopap. decis. 388. num. 8.* & præsertim illi Aduocatur Curiæ Romanę, qui cæteris præferunt, vt ait *Gratian. lib. primo discept. cap. 56. num. 39.* & *Borell. in sua summa decisionum tit. 63. de Aduocat. num. 20.* ait, quòd Aduocatorum officium non est minus humano generi necessarium, quàm si Patriam parentesq. vulneribus & prælijs saluarent, & isti dicuntur ducere non minus sanctam vitam, quàm Religiosi, & prędicatores *Viu. dec. 123. num. 24. & Borgn. decis. 33. num.* 4. Immò tanquā milites Patriam defendere dicuntur, ait *Guidopap. dec. 88. n. 2.* & *dec. 388. n. 1. & seqq. Franc. Marc. in decis. 661. num. 4. par. 1.*

7 Extende tertiò, quòd salarium Aduocatorum adeò eximij laboris esse dicitur, vt propterea vix æstimationem recipiat, & dicitur eorum honorarium, seù palmarium, vt ait *Magol. decis. Florent.* ... *n. 1. & 2.* & illud ex officio Iudicis mercenario, coram quo litigatur venit præstandū, vt ait *Franc. Marc. decis. 1061.* & 1064. *in par. primo.* Vndè ex prędictis infertur quòd si Aduocatus suscipiat patrocinium

pro

pro modico salario dicitur vilis, & reputandus est contemptibilis, vt ait *Viu. in sua dec.* 123. *Regni Neapolis.*

8 Extende quartò, quòd Salarium Aduocato debeatur, etiamsi non fuerit conuētum, vt ait *Grat. lib.* 2. *discept.c.* 257. *num.* 6. Sed est benè verum, quòd debet taxari arbitrio Iudicantis, vt ait *dictus Magon. ibi sup. num.* 4. & tunc Iudex debet se regulare sm̃ causæ magnitudinem, & laboris, necnon etiam loci consuetudinem: cum quis Salarium pro modo laborum, & pro rata consilij soluere teneatur, vt ait *Franc. Viu. in d. c.* 123. & *Vinc. Franch. in dec.* 265. *Put. dec.* 11. *lib.* 3. & *Rota dec.* 291. & 354. *p.* 1. *recent.* & *Card. Seraph. dec.* 1322. *n.* 1. & *prius dec.* 65. *n.* 1. & *fuit dictum in Rom. Mercedis* 18. *Febr.* 1622. *coram* Pirouano, & *in alia Rom. mercedis* 26. *Apr.* 1624. & 5. *Mart.* 1625. *coram* Merlino, & *in alia Rom. Salarij* 23. *Ian.* 1626. *coram* Rēboldo, & *prius in Rom. mercedis* 10. *Mart.* 1599. *coram Card.* Lancellotto, & *in* Leodien. *salarij* 19. *Dec.* 1610. *corā* Pirou. & *Rota dec.* 88. *n.* 5. *p.* 2. *diuers.*

9 Subextende hic obiter prædictam extēsionē quoq. procedere in Vicario Episcopi, siuè à Capitulo constituto, necnon in Assessore, ac Notarijs, Tabularijs, & Calculatoribus, quibus debetur salariū, etiā quòd nō fuerit cōuentū, vt fuit *dictum à Rota per Card. Seraph. in sua dec.* 74. *n.* 3. & *dec.* 849. *n.* 2. Licèt secus in alijs personis vilibus, quę sæpè sine salario inseruire solent, veluti eodem modo dicitur etiam de Vicario, qui non esset solitus operas suas locare, nec etiā Episcopus esset solitus eas conducere, & nulli alteri vicario vnquam salarium soluisset, & de prędictis esset publica vox, & fama, vel si Vicarius esset Diœcesanus, quia sæpè in Patria tales personæ solent, absq; emolumētis huiusmodi munera honorifica subire, & eò magis id procederet, si viuente Episcopo non solum non petijsset salarium Vicarius, sed imò potius illi fuissēt ab Episcopo collata beneficia Ecclesiastica, qa tūc ex illis facilè esset credēdū Vicariū, absq. salario inseruire voluisse, quod tamen secus veniret dicendū, tàm de Vicario, quā de quibuscūq. alijs vilibus personis, quādo dicta extrema probarentur; nempè quòd vnus esset solitus operas locare, & alter conducere, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dicta dec.* 74. *per totam* & *melius in Nolana Mercedis* 12. *Ian.* 1596. *coram Pennia Grat. li.* 2 *disc. c.* 257. & *li.* 1. *c.* 94. *vide.*

10 Prædicta igitur, quę fuerūt dicta de salario, tàm debito Aduocato, quàm alijs similibus personis, declara hodie procedere, quādo ex vtraq; parte requisita illa concurrāt, nempè, quòd Aduocatus, siuè alter esset solitus eas locare, & clientulus conducere, veluti fuit *decisum à Rota in Romana mercedis* 2. *Iun.* 1599. *coram Card. Seraph. qua est in eius impraß. dec.* 1322. *num.* 1.

11 Contrarium tamen nempè, quòd probatio dictorum requisitorum non sit necessaria in Aduocato, sed solum in procuratore, & quòd ita seruetur in Curia, ait *Magon. dicta dec.* 12. *idemq. ait* Borell. *de aduocat. tit.* 65. *num.* 66. Quod eò magis extende procedere in ea Ciuitate, in qua quis est solitus operas suas locare, & pręsertim in Curia, vt dixi, & vt etiam dicam inferius; quia tunc illud etiā non conuentum debetur, habito respectu ad labores, vt ait *Rota dec.* 157. *n* 2. & *dec.* 221. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* & *in* 1. *p. dec.* 291. & *dec.* 238. & *dec.* 330.

12 Extēde dictam opinionem secundam in tantum esse veram, vt propterea illud procuratori, etiā non conuentū debeatur in Curia, veluti Rota in pluribus causis illud conscripsit, vsq. ad summā scutor. cētū quolibet anno, vt fuit dictum *in dec.* 238 *n.* 2. & *dec.* 291. *n.* 3. *p.* 2. *in recen.*

13 Declara tamen, quòd licèt antiquitus salarium debitū Aduocato nō posset excedere summam centum aureorum, tamē hodie potest huiusmodi metā excedere, arbitrio Iudicantis, iuxta causæ, & laborum qualitatem, vt superius diximus *sub n.* 8. & *veluti quoq. ait Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 51. *num.* 15. & *Rot. d. dec.* 221. *n.* 1.

14 Extende quintò principalem conclusionem, nempe, quod salariū Aduocato debeatur, etiam in principio causę, veluti dicunt *Alex.* & *alii in l. diem functo ff. de offic. asseß. alleg. à Magon. ibi sup. n.* 5.

15 Subextende primò, quòd illud quoq; aduocato debeatur, etiāsi intra annum ille obiret, quod tn̄ declara procedere, qn̄ illud fuisset à publico constitutum, at secus in eo à parte promisso, vt ait *Cappell. Tholos. in dec.* 269. *num.* 4. & *seqq.*

16 Subextēde secūdò, quòd illud ius petēdi Salariū illius anni, quo à luocatus obierit, etiā ad illius hęredes trāsmittatur, vt dicunt

*eunt DD. alleg. à Borell. ibi ſup. n.*121.& 123. *dicto tit.*65.

17 Contrarium licèt tenuerit *Myſing. in dec.*7.*p.*1. *Cam. Imp.* vbi ait, quòd certior, ac verior ſit illa ſententia, quæ in fine illud ſoluendum iudicauit & interdũ pendente lite, & ſic in medio cauſæ, & id cõcordat cũ opinione *Bart. in l. properãdum §. illo in vltimo notabili C. de Iud. l. Architecti C. de profeſſ.* & *med. lib.*10. *Spec. tit. de ſalario §. ſequiur, Miſyng. obſeru.* 7. *cent.*3. *in fi. ad Rebuff. de ſent. prouiſ. art.* 1. *gloſ.*7. *n.*3. *alleg. à Magon. ibid. n.*5. *Grat. lib.* 1. *diſcept. c.*56. *n.* 1. licèt ego huiuſmodi opiniones concordarem cum ea diſtinctione, de qua ſupra in *n.*15. *ex dec. Cap. Tholoſ.* 269. *nu.*4. & *ſeqq.*

18 Extende ſextò, quòd iſtud iudicium ſalarij, adeò dicitur fauorabile, vt illud ẽt ſinè laborum reuolutione debeatur, vt ait *Grat. l.* 1. *diſcept. c.*39. *n.* 16. & *Magon. dec. Flor.* 12. *n.* 11. & *idẽ ait Marta in ſua cõpili dec. in* 1. *tomo in verbo Aduocatus in cap.* 16. *vbi alias deciſ. allegat.* licèt id veniat intelligendum, vt mox dicam *ſub n.*23.

19 Extende ſeptimò, quòd illud quoq Aduocato debetur, etiamſi infirmetur, veluti quoq. dicitur de famulo, quibus ſalarium, ob eorum infirmitatem nõ ſubtrahitur, vt ait Cappell. *Tholoſ. dec.*269. *n.* 1. & 2. & *dec.*360. *pulchrè Gayl. pract. obſeruat. li.* 1. *obſeruat.*44. *n.* 11. Quod tamen intellige verum, id, quod fuit dictum de ſeruo reſpectu ſalarii, in foro animę, cuius enim vigore tenentur domini ſub pœna mortalis peccati, ſeruos ægrotantes alere, & ſalarium eis pręſtare, ſi aliundè non habẽt, vndè viuere poſſint, & quãdo ſeruus cauſã infirmitati non dedit, licèt ſecus in foro fori, quia tunc Dominus non tenetur alere famulum grauiter infirmantem, vt ait *Ioann. Valer. differ. int. vtrumq. for. in verbo Alimenta. diff.* 8.

20 Extende octauò, quòd ſalarium debeatur etiã, quòd inter mãdantẽ, & mãdatariũ adeſsẽt ſeruitia, & mutuæ reſpõſiones negotiorum vtilium, Immò neq. amicitia, nec etiã cõſanguinitas, quæ arctius ſtringit, ſufficiunt ad faciendum præſumere remiſſionem laborũ abſq. mercede, & ſic prædicta benè poſſunt deſeruire in arbitranda mercede; non autem in ea remittenda, veluti fuit *deciſum in Burgen. Salarii* 17. *Mai.*1608. *coram* Card. Cau. & *in Rom. Salarij* 30. *Ap.* 1611. *corã Pirou.*

21 Subextende, quòd iſtud ſalarium ſemper debetur à die conſtitutionis Procuratoris. vſq. ad diẽ reuocationis, vt fuit reſolutum à *Rota in dec.* 157. *n.*2. *p.*2. *in rec.* & *in Toletana Salarij. Lunæ* 8. *Nou.* 1621. *coram Vbaldo*, & *Card. Serap. deciſ.* 1276. Sed hic obiter erit notãdum, quòd Procurator non poteſt reuocari, quãdo eſt effectus Dominus litis ſinè cauſa, & in pręiudicium partis aduerſę, & in omnem euentum Domino illius reuocatio nõ prodeſt, niſi Aduerſario notificetur, vt ait *Rota per Gregor. in ſua deciſ.* 548. & *in Rom. apothecarum Veneris* 8. *Octobr.* 1608. & *Veneris* 2. *Iun.* 1609. *coram Card. Caualerio, Put. dec.* 52. *lib.* 2. & *Card. Serap. dicta deciſ.* 1276. Quinimmò neque etiam ſub prętextu negligentię poteſt reuocari, niſi de ea ſiuè de alia legitima cauſa expreſsè probetur, & niſi prius de illius labore fuerit ſatisfactus, necnon de expẽſis factis per eum in cauſa, pro quibus datur retentio ſcripturarum, quas in manibus habet dictus procurator, donec ſit integrè de dictis expẽſis factis ſatisfactus, licèt tamẽ retẽtio ea nõ detur pro mercede, vt fuit dictum *in vna Placentina nullitatis reuocationis mandati procura* 23 *Ian.* 1598. *coram Litta*, & *dec.* 691. *p.*1. *in recent.* & *melius in alia Rom. Laudi* 23. *Iun.* 1623. *coram Buratto*, vbi fuit reſolutum, quòd procurator effectus Dominus litis, & inſtantię, inuita parte reuocari non poteſt, & id procedit nedum tacitè per conſtitutionem ſecundi procuratoris; Verum etiã ſi expreſsè fuiſſet parti notificata reuocatio, & ſi dicta pars non cõtradixiſſet, poſt quàm ſecundus procurator fuit conſtitutus, quia tunc ſatis dicitur pars contradicere dictę ſecundæ cõſtitutioni procuræ, dum ſequitur in procedendo cum primo procuratore, q. n. procedit, etiamſi primus procurator comparendo dixiſſet ſe fuiſſe reuocatum in procuratorem, & eò magis ſi de reuocatione non docuiſſet, & pręſertim in illa cauſa, vt erat neceſsè; Immò erit notãdũ, quòd procurator in negotio principali nõ poteſt à Domino reuocari in cauſa reſtitutionis, niſi cõſentiente parte, *vt ait Put. dec.* 52. *l.* 2. *Sed in dec.* 295. *eodẽ lib.* 2. ait, quòd cũ procurator effectus Dominus litis non poſſit reuocari, niſi eo, vel tacitè, vel expræſsè conſentiente Idcircò neque abſens, neq; ignarus reuocari poterit, & in hac materia omninò

vide

vide Mobed.in dec.4.de proc.&ibi pulchrà. Item nota quòd Procurator dicitur effectus dominus litis quando fuit citatus ad dicendum cōtra iura producta,& ipse dixit generalia contra,vt fuit dictum in vna *Caputaq.Iurispatr.*27.*Feb.*1576*cor.Clem.* 8. & veluti dixi in *conc.*163. *n.*8. *& seqq.*

22 Subextende prædicta procedere in Procuratore, seu sollicitatore, quibus salariū debetur, etiamsi nihil in causa gesserint, quando tamen per eos non steterit, quominus ipsi suas operas præstiterint, vt fuit dictum à *Rota in Toletana Mercedis* 18. *Decemb.* 1595. *coram* Iusto. & *in Valentina mercedis Luna* 3. Iun. 1602. *coram Card.Lancellotto, & Rota dec.*291.& *dec.* 354.*p.*1. *recent.*

23 Contrarium tamen esset, quando salarium fuit promissum intuitu laborū, quia tunc illud pro modo eorum esset soluendum, & ideò si procurator nihil fecerit in causa, ei salarium non debetur, vt ait Rota *dec.*291. *num.*3. *part.*1. *in recent.* at secus quando impeditus à conductore, operas non perstitit, *vt ait* Rota *decis.*598. *num.* 5. & *prius in dec.* 330. *num.* 2. *& seqq. par.* 2. *recentior.* Vndè concorda, quòd prima opinio procedat, quando procurator esset liberè, & simpliciter cōstitutus; secunda verò quando labores fuerunt cōtemplati, vt ait Rota *in d.Valētina mercedis coram Lancellotto*, & *Borell. de Aduoc. tit.*65. *n.* 54. & Rot. *in Rom. Mercedis* 22.Maii 1624.*corā Reboldo et per Bur. dec.*79. *n.*9. & *ibi per* D.*addent. num.*14.

24 Fallit tamen 1.in cōsiliario, cui salariū nō debetur, quādo nō fuit cōuentū, *vt ait* Rota *d.dec.*302. *n.* 6. *inter crim. Farinac.*

25 Extende idem quoq; procedere in Aduocato, quando non fuerunt specificatæ causæ, & negotia in quibus inseruire debebat, *Rota ibi supra n.*6.

26 Fallit secundò, in Procuratore qui obtulit eius seruitium gratis præstare, quia tūc salariū petere nō posset, vt *fuit dic.in vna Rom.mercedis* 9.*Dec.*1575.*corā Clem.*8.

27 Fallit tertiò, in eo qui à domino habuit victū, vestitū, & habitationē in Vrbe, quia talis eo casu aliud Salariū habere nō debet, *vt fuit d.in Rom.de Rustic.corā Card. Seraph.alleg.in alia* Rom.*mercedis* 12.*Ian.* 1582.*coram* Card.*Blanc.*Idem *Card. Ser. dec.*849.*n.*3. veluti eodē modo procederet, quādo habuisset victū & habitationē, quia tūc ei salariū nō deberetur, nisi illud expresse, vltrà prędicta, fuisset illi promissū, & multò minus si promisisset gratis inseruire, quia tūc ista verba ne starent otiosa verificarentur in salario, dū victū & habitationē habuisset pro seruitio, vt fuit *dictū in vna Rom. de* Rusticis *corā Card. Seraph. alleg. in d.Romana mercedis* 12. *Ianuarii* 1582. *coram Card.* Blanchetto.

28 Extende idem esse in famulis, & alijs vilibus personis, quæ sępè pro solis expensis & sine salario inseruire solent, quod tamē intellige nō procedere, quādo dominus esset solitus cōducere operas, & famulus locare, vt dixi superius, & vt ait *idem Card. Seraph.in dec.*74. *n.*2. *& dec.*849. *n.*2.

29 Fallit quartò, in procuratore culpa sua reuocato, cui salariū nō debetur, vt ait Ro*ta dec.*172.*n.*1.*p.*2. *in recent.* Quod enim declara verū, si expresse per dominū, illius culpa vel negligentia probetur, vt ex mēte *Rota superius dixi sub n.* 21. Quinimò qñ procurator mandatū, q̄ suscepit legitimè nō exequitur tūc ad oīa dāna, & interesse tenetur, vt ait *Surd.dec.*304.*n.*4.& *seqq.*

30 Sed retenta ea opinione super eo, quòd s.salariū sit procuratori debitū, extende eā in tantū procedere, vt propterea ei competat quoq; retentio scripturarū sui principalis; sed pro expensis, per eū in causa factis, non tñ pro salario, vt fuit dictū in vna *Gerū lē.Vnionis* 2.*Dec.*1615.*corā Verosp.* & nouiss. *Grat. l.*4. *disc. c.*618. *n.*1. *cū seqq.*

31 Subextende idem quoq. procedere, veluti si essemus in procuratore, siue sollicitatore, qui insudauerint pro conseruatione, siue recuperatione alicuius rei, quia tunc officia, & seruitia eorum pręstita in illa re defendenda, siue iuuanda, aut augenda, adeò illi rei inhęrere dicuntur, vt tantò minus dicta res valere censeatur, quanto pro eorū mercede veniret soluendū; Immò hęc actio, quæ vocatur mādati, æquiparatur illi funeratitię & Inuēta rij, vt fuit dict. à *Rota in vna Rom.salaris* 1. *Iun.*1596.*cor.Oradino*, & veluti dixi in verb.Animalia *concl.*108.*n.*38.*& seqq.*

22 Subextende secundò, quòd neq. isto casu procurator in concursu creditorum cauere teneatur: quia omnibus alijs pręfertur, vt ait *Rota ibi supra corā Oradino.*

33 Subextende pręterea, quòd etiā feudū ex pacto & prouidentia alienari possit, pro Aduocati, & Procurat. salario, ob eorū la-

 borem

borem in eo defendendo adhibitũ vt dicunt DD. *alleg. à Borell. in d. tit. 65. n. 102.*

34 Contrarium licet dicant multi in feudo ex pacto & prouidentia; & sic procedere solum primam opinionẽ in eo Guardiæ; Castaldiæ; & Aduocatiæ, ex ea ratione; quia illud ad hęredes nõ trasmittitur; secunda verò in eo ex pacto & prouidentia, licèt tamẽ prædictis non obstantibus, verior opinio sit, vt feudũ possit obligari pro patrocinio, & propterea, vt testatur *Borell. in pracit. loc.* Ecclesiæ, & Barones dant feuda Aduocatis pro eorum Patrocinio, vt dicunt *Isern. Mastril. Intrigl. & alij all. à Borel. in præall. loco n. 104. & seq.*

35 Et tenendo dictam secũdam opinionẽ, declara eam nõ procedere, iuxta nouam reformationem Pauli V. vbi mandat salarium non deberi, nisi fuerit conuentum inter partes; quamuis secus erit dicendũ, iuxta illud decretum Visitæ carcerum factum de anno 1563. die 2. Septembris, per quod fuit quoque ordinatum, salarium non conuentũ non esse procuratoribus soluendum, licèt fuerit sæpè responsum, quoad huiusmodi decretũ, illud nẽpè dici nullũ ex defectu Iurisdict. Visitatorũ; cũ eorũ Iurisdictio sit solũ restricta respectu carcerator. & carcerandor. vltra q̃ illud nũquã fuit vsu receptum, sed semper in Tribunalibus pro hmõi causis mercedũ fuit ius cõmunẽ seruatũ, veluti *fuit dictum in vna Bellicana mercedis. 3. Aprilis 1568. coram Sarmiento.*

36 Extende quòd neq; reformatio quoq; p̃dicta Pauli V. fuit approbata in Curia, nec minus vsu recepta, ex eo præcipuè; quia videtur quodãmodo inconueniens, quòd vnus procurator, aut debeat dicere ego inseruire nolo, nisi cõstitutas mihi salarium, aut id ex Vrbanitate tacẽdo, irremuneratũ remanere, vt ait *Rota ibi supra*, & propterea quatenus etiam ob dictã reformationẽ actio vel exceptio diceretur sublata, q̃s nõ prohiberetur tamẽ in hoc implorare officium Iudicis nobile, q̃ in constituẽdo salario, & similibus faciẽdis consistit, & præsertim id fieri debet in Curia vbi ex cõsuetudine salariũ debetur etiam si non sit conuentũ, quando sumus inter locare operas, & conducere solitos *Put. dec. 43. lib. 2. Seraph. dec. 1322. & fuit dictum in Oueten. Mercedis 12. Dec. 1605. & 30. Maij 1608. coram Coccino quæ sunt in eius impreß. dec. 256. & 416. & Oueten. Salarii 21. Mai. 1610. coram Card. Lancellot. in Burgen. salarii 27. Maii 1616. corã Card. Caualerio, in Rom. salarii 30. Apr. 1621. coram Pirouano, & in Toletana salarii luna 8. Nou. 1621. coram Vbaldo, et deniq. in Romana salarii Ven. 23. Ian. 1626 coram Remboldo.*

37 Extende prędicta eò magis procedere, etiam quòd non fuerit expresse cõuentũ de mercede, quoad quantitatem; sed solũ in genere, quia tunc habetur respectus ad labores, industriã personæ, & loci consuetudinem, vt fuit dictum in *d. Romana salarii coram Remboldo, & prius in Leodien. Salarii 19. Dec. 1616. coram Pirouano* & in prædictis alijs decisionibus ita quoq; fuit comprobatum & præsertim *corã Pirouano in dicta Romana salarii 18. Feb. 1622. & in Rom. pecuniaria sabbat. 23. Ianuar. 1621. coram Buratto quæ est in eius impreß. dec. 508. n. 3. & 4.*

38 Subextẽde p̃dicta, tãtò magis p̃cedere in Salario Aduocati, q̃ etiã nõ cõuentũ vsq; ad sũmam scutorũ centũ debetur, vt ait *Seraph. de. 63. & Rota de. 131. n. 1. p. 1. in recen.* & ita pluries ego obtinui in Curia pro amicis, licèt etiã possit sũmã hæc excedi arbitrio Iudicantis, vt superius dixi *sub n. 3.* habito respectu ad labores, industriam personæ, & loci cõsuetudinẽ.

39 Sub redeũdo ad p̃ordinatã conclusionẽ extẽde 8. quòd Aduocati in subsidijs nõ cõtribuũt, veluti dixi supra in verbo Adiutorium; quia ipsi non minus militãt, quã illi, qui gladijs, vel clypeis vtuntur, & propterea neq; personale munus, nec collectarũ onus subire debẽt; imò obid nobiles esse dicũtur; siuè nobilitatẽ ex natura, siuè ex accidenti habeant, quod enim sibi locũ vẽdicat etiã in Viduis, & filijs ab Aduocatis relictis, vt ait *Guidon. in decis. 380. et 388. Franc. Marc. dec. 1015. nu. 1. p. 1. et prius in dec. 637. in d. par. 1.* vbi ait illud procedere vita Patris durãte; Quinimmò nequè ad recipiendum hospites cogi possunt, licèt tamen illud, quòd fuit dictum de istis nobilibus, qui ad subsidium non tenentur, intelligatur non procedere in collectis ratione publicæ vtilitatis factis, vt ait *Franc. Marc. dec. 1015. p. 1. in fin. et Borel. in prae. loco art. 65. n. 22. Guidp. dec. 88. et dec. 388. nu. 1. idem Franc. Marc. dec. 647.*

40 Sub

40 Subextende, quòd etiam filij, fratres & Socij bonorum gaudent immunitatibus Aduocatis concessis, vt ait *Gratian. discept. cap. 188. n. 4.*

41 Quod tamen intellige verùm de illis Aduocatis, & Doctoribus, qui legunt, & officium Aduocationis exercent; at secus in illis, qui otijs vacant, quia tunc tales dicuntur istud officium vsurpare; & sic à subsidijs non eximuntur, vt ait *Guidopap. decis. 388. num. 10.* & *Gratian. ibi supra num. 3. & Franc. Marc. dec. 638. parte prima:*

42 Secus tamen, si essemus in eo, qui aduocare desierit: quia nihilominus Aduocatus diceretur, vt est etiam, quando finitur officiũ Aduocationis: siue quando vnus desinat esse Iudex, siuè Prætor, qui nihilominus finito eorum officio in memoriam pristinę dignitatis, tales denominātur, nisi tamen essemus in materia, quæ habitum, & actum simul requirat; vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 291. n. 29. & seqq. cum ibi allegat.*

43 Quod tamen secus est in Procuratore, cuius officium dicitur vile, & ignobile, vt pulchrè ait dictus *Guidop. in dec. 389. et prius in dec. 89.* & veluti dixi etiam in verbo Notarius.

44 Contrarium, quòd scilicet officium Procuratoris non minus sit nobile, quàm sit illud Aduocati, tàm ratione personarum, cùm nemo ferè sit, qui nō sit Doctoratus, quàm etiam locorum, & præsertim in Camera Imperiali, quod etiam ad aliàs Vrbes nobiles inferri potest, testatur *Ioacchin. Mising. in sua decis. 32. parte quarta* & *decis. 43. par. prima Andr. Gaill. vbi ait* officium Procuratoris in Camera esse honorabile, quia ibi est Consistorium Cæsaris, & est *decis. 64. par. secunda Gasparis Gulielm. & Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 55. num. 25.* vbi ait largo modo sumpto vocabulo, eam opinionem procedere, quia hæc duo officia Procuratoris, & Aduocati, non in omnibus inuicem æquiparantur, licèt in eodem *lib. primo cap. 75. num. 39.* dicat, quòd Procurator Curiæ Romanæ Aduocatis exteris est præferendus, subdens *ibidem num. 40.* quòd exterus Procurator nullam habet preheminentiam: immò est tabellione minor; licèt sit benè verũ quòd id, quod fuit dictum de Procuratore Curiæ Romanæ, Aduocatis exteris præferendo, est intelligeñ de illis primæ classis, vt est D. Ioannes Ghinus, necnon D. Cammillus Andrianus, Doctores quidem conspicui, ac mundo celeberrimi; non autem est intelligendum de doctorellis, de quibus non est curandum.

45 Pro prima opinione tenet etiam *Franch. in decis. 314. p. 1.* & propterea ibi concludit, quod Aduocatus prohibetur esse Procurator & Tabellio.

46 Sed reassumendo principalem, conclusionem de Aduocatis loquentem, extende eam in tantùm procedere, vt propterea Ianua Principis debeat Aduocatis semper esse aperta; & quando ad Iudicem eunt, ille tenetur assurgere, & ab eius dextris illi sedere debent, *vt ait Franc. Marc. in decis. 652. part. prima* & illius Principis Consistorium ingredi eis permittitur, vt ait idem *Franc. Marc. decis. 637. num. 10. part. 1.* & quomodo tractentur à Præside, & alijs iusdicentibus, *ait Grat. lib. 3. discept. c. 538. nu. 65.* Animaduertendo tamen, quòd id, quod fuit dictum de diligentia Aduocati in informando Iudicem, non procedit, quando essemus in diebus feriatis in honorem Dei, quia tunc Iudex non debet audire informantes, siue simus in causa ciuili, siue in criminali, sub pœna peccati mortalis, & alijs impositis à Constitutione Marchiæ in *cap. 13. lib. 6. vt ait Amat. in sua decis. 22. per totam, Scaccia de Iudic. caus. ciuil. & criminal. cap. 5. concl. 1. tit. de ferijs ad honorem Dei.* Licèt tamen id falleret in duob. casibus, nempè quādo essemus in causis summarijs, *vt ait Clementina sæpè de verb. signif.* & *Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. 30. num. 2.* Secundo loco non haberet locum, quando essemus in insigni latrone *iuxta text. in l. prouinciarum præsides C. de fer.* & ibi animaduertit Præsides Prouinciarum, nullũ Quadragesimę tempus, neque venerabilem diem Paschę existiment exeipiendũ, ne differatur sceleratorum consiliorum perditio, quæ per latronum tormenta quærenda est, cùm facillimè in hoc sūmi numinis speretur venia; per quod multorum salus, & incolumnitas procuratur; Et in proposito ego met vidi id obseruari Bononiæ à D. Ioanne Baptista Peregrino de Matelica, tunc temporis Turroni

ni dictæ Ciuitatis Auditore, in personam cuiusdam, qui rixando cùm alio, ad hoc vt rigorem Curiæ superuentæ euaderet, vnanimiter cùm illius socio rixante, ambo maximam vim familiæ intulerunt, sed contigit, quòd vnus eorum fuit à Barócello cum pistola interfectus, alter verò fuit captus; & in die Dominico Furca suspensus; quamuis ego credã, quòd tantus rigor fuerit seruatus, ita vrgente tempore belli, dum de recuperatione Ferrariæ agebatur.

47 Extende decimò, quòd Aduocatus possit etiam conuitia causæ dicere, absq; quòd incidat in delictum actionis iniuriarum; si id tamen vtilitas dictæ causæ expostulet, *vt ait Surd. in sua dec.89. n.25. & Gratian. lib.1. discept. c.81. n.19.*

48 Contrarium tamen esset, si secreta parti contrariæ ostenderet: quia tunc in crimen falsi incideret, & præuaricator efficeretur, vt ait *Franc. Marc. dec.638. p.1. & Grat. discept. lib.1. cap.100. n.56.* Quod enim procedit etiam in Iudice, & Notario dicta testium, ante eorum publicationem reuelante, *vt ait idem Gratian. ibi sup. num.57. cum ibi alleg.*

49 Extende quòd neq. propterea Aduocatus, & procurator potest admitti ad testificandum in causa, in qua consuluit, & patrocinium præstitit, etiam quòd causa fuerit finita, vel desierit esse Aduocatus, vt ait Surd. *in dec.219. n.1. & 3. idemq. ait Franch. in dec.222. n.1. & Rota dec. 126. incipien. si procurat. qui litem, & dec.154. incipien. sollicitator, & infiniti allij DD alleg. à Borell. in sua summa dec. tit.65. de Aduocat. n.74. cum seqq. in huiusmodi materia viden.*

50 Declara tamen ea quæ fuerunt dicta de Aduocato in testem in causa non admittendo, non procedere, quando essemus in eo, qui alicui præstitit Patrocinium in subsidiũ ad Iudicis informationem tantum; licèt id operetur tamen, ad facien. solum quandam præsumptionem, & præsertim quando essemus in causa, vbi probatio haberi non posset, *vt ait Franc. Marc. dec.382. num.2. p.2. Guidop. decis.45. & Franch. decis.222. & Anna sing.8.*

51 Et licèt multi dicant, id non procedere, quando causa esset finita, & sic quòd tunc Aduocatus in testem recipi possit, *vt ait Borell. in dicto tit.65. num.81. de Aduocat.*

52 Contrarium tamen ait *Surd. decis. 219. num.3.* ea ratione; quia etiam finita causa durat respectus honoris, & affectio causæ, & per consequens suspicio illius personæ viget; & propterea pulchrè ibi subiungit, quòd non est bonus testis ille, qui de suo honore, vel vituperio tractat.

53 Sed pro concordantia dictarum opinionum, *ait Borell. in prac. loco,* q scilicet sit attendendũ, An depositio merita causæ finitæ respiciat nec ne. Item si persona Aduocati sit grauis, vel infimæ classis; quia habemus, quod de Doctorellis non est curandum, *vt ait Iason. in l. quidam cũ filium de verb. obligat. n.38.*

54 Secus autem, quando nondum patrocinari cæperit, licèt fuerit conuentum de salario; siuè etiamsi p ea parte, cõtra quã est Aduocatus cõduceretur in testẽ, & in summa in omni alia cauia, vbi patrociniũ nõ præstitit; quia in illis tũc posset in testẽ recipi, *vt ait Faber in sua decis.19. tit. de Aduocat. & idem Franch. ibi sup. num.2. & Borell. ibi sup. n.77. & Surd. dec 219. Guidop. dec.45. d. Franc. dec.222. n.10. & Put. dec.56. lib.3.*

55 Vndè in casu, vbi pars aduersa potest inducere in testem Aduocatum, tunc illa ratio cessat, per quam aliàs more corrupti testis notam euadere nequit, *vt ait Guidop. in dicta sua dec.45.*

56 Sed est benè verùm; quòd si Aduocatus producatur in testem pro parte vna, illo casu non impeditur etiam dicere veritatem pro alia, idem *Franch. in d. sua dec.222. num.9.*

57 Contrarium licèt tenuerit etiam *Rota per Put. in decis.6. lib.1.* vbi resoluit, quòd Aduocatus potest esse testis, etiam inuitus contra eum, pro quo est Aduocatus, idem quoq. *ait Surd. in dec. 190. num.1.* quæ enim opinio Putei, & Surdi eò magis procederet, qñ Aduocatus esset in fraudem assumptus, ne in causa deponere posset, quia tunc potest cogi ad deponendum pro aduersario, *vt ait idem Franch. ibi sup. n.3.*

58 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando pars Aduersa aliũdè probationes habere possit; secunda verò procedit ex defectu probationum; quia

quia tunc Aduersarius potest Aduocatum, ac Procuratorem in testimonium inducere, *Franc. Marc. dec.382. n.2.par.2. Guidop. dec.45.*& *Franch. d. dec.222.*

Rursus concordare possumus prædictas opiniones, ex decisione nouissimè facta in *Rauennaten.censuum Mercurii 5. Decembris 1629.coram Durano*, vbi deprehenditur, quòd negatiua opinio procedat, quando Procurator,& Aduocatus ex facti circumstantijs reuelarent secreta negotij, quia hoc modo facilè illi possent colludere contra Dominum,&sic sequeretur,quòd non ita confidenter,& liberè illis negocia communicarentur, *vt ait Franch. in dec. 222.in fin. & Faber dec.56 C. de testib. in fin. Put. dec. 276. lib.2.* & *Rota per Coccinum decis.403. per totam, & in illa Rauennaten. censuum coram Durano.* Affirmatiua verò opinio procederet, quãdo Procurator, & Aduocatus deponẽdo contra dominum secreta causæ non reuelarent,& illi nullo modo officerent,quia tũc possent,etiã inuiti ad deponendũ cogi, *vt ait Put.in d.dec.276.li. 2.& per Coccin.dec.403.& Rota ibi coram Durano* vbi in fine ait Surdũ,& Frãchum in dd.decision.nõ contrariare,sed potius hmõi opiniones concordare.Et sic igitur ad cognoscẽdum, quãdo negocium tangat secreta causæ nec ne, recurrendum est ad articulos, super quibus, si aliquid contineatur,quod fiat contra dominum, tunc prima opinio procederet. Secunda verò quando secus; aliàs esset velle procuratorem, & Aduocatum arguere de fide rupta, quod quidẽ esset valdè durũ, & inhumanum, quando per eos Secreta sibi commissa panderẽtur, *vt fuit dictum à Rota in dicta Rauennaten.censuum coram Durano* Quinimmò diceretur præuaricator aduocatus, & in pœnam falsi incideret,si secreta causæ parti aduersæ ostẽderet,siue pro vtraque parte consuleret, *vt ait Franc. Marc.dec.460.p. 1.per tot.* & *dec.909. par.2.*

59 Ratio autem principalis illius primæ opinionis ea est;quia Aduocatus quicquid facit ad causam, cœlare tenetur, *vt ait Franc. Marc.dec.640.p 1.* aliàs pœna falsi punitur, *vt ait idem Franc.Marc.dec.909. d.p.2.* & *infinitos allegat Borel. ibi sup. nu. 16.idem Francisc.Marc.decis.900.& 912. dicta par. 2.*

60 Quinimmò ad id hic erit notandum, quòd quando Aduocatus iustam causam fouet,potest eius aduersarium, etiam cum malitia conuincere, necnon, vt succumbat illum circumuenire, *vt ait Ioacchin. Mysing. in dec.6.Camera Imperialis par. 3.*

61 Quamuis huiusmodi opinio prorsus non mihi satisfaciat per *dec. Franch 8. nu. 4.* vbi tradit, quòd malitijs Aduocatorũ non est indulgendum, & *Sot. lib. 5.de iust. quæst. 8. art.2. et Siluester in verbo Aduocatus quæst. 9* aiũt;quòd Aduocatus non potest licitè falsis Instrumentis, aut testibus, siue legibus,aut probationibus,siuè allegationibus vti, nec minus põt quærere dilationes non necessarias, cum damno partis aduersæ; sed benè potest prudenter ea occultare,quæ possunt Aduersarium iuuare, & valet etiam processum causæ impedire. *DD. ibi supra.*

62 Secus autem prædicta procederent, quando ageretur de ferendo testimonio ab Aduocato in his, quæ vti testis non ignorat; quia tunc illud ferre cogendus erit, *vt ait dictus Franch. in d.decis. 222. Caball.in sua resolut.159.* & *Put. ibi supra in d.dec.56.lib.3.*

63 Contrarium tamen, si essemus in his, quę Aduocatus sciret vti consultus à cliẽtulo: quia tunc ea propalare non debet, *idem Franch. ibi supra n.11.& 12.* & huiusmodi distinctionem comprobat etiam *Mar. Giurb. in decision.Sicil.95. nu.5 fol. 478. in 1. par.* & ibi loquitur etiam de sollicitatore.

64 Immò ad hoc nota, quòd Aduocatus qñ in aliqua causa fuit consultus, & eius secreta non ignorat, tũc debet se abstinere ab officio iudicãdi in ea, vt ait *Fran. Marc.in decis.900.p.2.num.9.*

65 Et propterea ex hoc inferri potest, quod Aduocatus in aliqua causa simili, vel connexa, seu dependenti ab illa, in qua vult esse Iudex, potest vti suspectus recusari, *vt ait Captc. in decis.146.num.2.fol. 109.& Mar. Giurb.decis.Sicil.95. num.1. cum seqq.* & qua pœna afficiatur, *tradit Grattan. lib. 1.discept.cap. 59. num. 1. & Franc.Marc.dec. 698.p.1.*

66 Contrarium,quòd scilicet Aduocatus in vna causa non prohibeatur esse Iudex in alia simili inter alias personas, *ait Franchus in dec.87.num. 18.car.51*

67 Ex-

67 Extende vndecimò principalem conclusionem, quòd scilicet Aduocatus fiscalis possit interuenire in tota causa fiscali,&pręsertim q intereſſe debeat tortura rei, *ait Franc. Marc. dec.908. n.6. p.1. & Borell. in pracit.loco n.124.*

68 Fallit tamen in testium examine, cui non debet intereſſe, *vt ait Benintend. in dec. Bonon. 60.* sed quando interuenit, tunc ille omnes Iudices eiusdem dignitatis præcedere debet, quando tamen causas Principis agit; secus autem si suas, vel priuatorum tractet, *vt ait Franch. in dec.138.n.5.*

69 Et in hoc proposito hic erit bonum scire, quòd aduocatus fiscalis ditionē nō habet; sed tantùm Iura proponit, *vt ait Vrsil. ad Afflict. in dec.4. num.4.* & propterea videmus, quòd Aduocatus fisci nō potest concedere saluum conductum hosti rebelli, *vt ait idem Vrsil.in d.dec.4.n.1. & 3. cum ibi alleg.*

70 Extende 13. quòd si aliquis cōsiliarius ex dispositione Regis in aliqua causa pro Aduocato in Rota interuenerit, tunc in eodem loco, vbi prius sedebat, non autem in vltimo stare debet, *vt ait Franch. in dicta dec.138.n.1. & seqq.*

71 Extende 14. quòd neque Doctor Aduocatus possit pro ciuili debito carcerari, dū in Magistratu existit; quia non minus dicuntur militare Aduocati, quàm milites, *vt ait Franc. Marc. dec.661. p.2. n.3. & 4. Guidop. dec.88.n.2. & dec.388. n.8.* & *alii alleg. à Borello in loco mox allegan. num.21. idem Franc.Marc.dec.543.*

72 Extende 15. quòd Aduocati gaudent priuilegijs, veluti Doctores actu legentes in studijs, *vt ait Francis. Marc. dec.185.p.2. nu.2.*

73 Et hanc esse veriorem opinionem testatur Camillus Borell. *in summa decisionum tit.65. de Aduocatis n.24. & seqq.*

74 Extendè 16. quòd nedum Aduocati; sed etiam eorum filij gaudent priuilegio quæstionis, immunitatis, ac munerum, eorum Patre viuente, *vt ait Franc.Marc. dec.639. p. 1.* vbi testatur ita in illis partibus seruari, & *d.dec.185. p.2.* sed in nostris minimè seruari videmus.

75 Et quòd hodie DD. nullo priuilegio gaudeant; sed quòd id non solum sit Principibus imputandum; verum etiam magistratibus, ipsis Doctoribus iustitiam ministrantibus: quia illi Iura pro ipsis facientia conniuentibus oculis pertransire faciunt, *vt ait idem Borell.* & *cæteri ab eo allegat. in præcitato loco num. 26.* licèt *sub nu. 27.* doceat de quibus Doctoribus sit intelligen. subdens tamen, quòd de Doctorellis non est curandum.

67 Declara tamen primò, quòd Aduocatus postquàm cæpit patrocinium alicuius causæ, tunc eam deserere non potest; licèt agens benè possit Aduocatum mutare, *vt ait Afflict. in dec. 123. sub.n. 7. & ibi Vrsill. in eius annotat.* & *Franc. Marc. decis. 521.* & *646.par.1.* dummodò de salario sibi satisfaciat; aliàs secus, si tamen non essemus in miserabili; quia tunc ei gratis inseruire tenetur; sed quando Aduocatus debeat magis in vno, quàm in alio loco patrociniū continuare, viden. est *Franc. Marc.in d. dec. 521.n. 5.*

77 Declara secundò, quòd Aduocatus, qui cognoscit suum clientem malum ius fouere, si consulat litem inferre, ita vt pars aduersa ob molestiam litis ad concordiā reducatur, tunc malè facit, & in foro conscientiæ tenetur, veluti habetur apud *dictum Afflict. in repert. suar. dec. in verbo Aduocatus, qui cognoscit.*

78 Extende id in tantum procedere, vt si Aduocatus incipiat bona fide defendere causam, credens iustam fouere, & postea in illius progressu cognoscit esse iniustam, tunc tenetur eā deserere, vel inducere eum, cuius causam agit, ad cedendum, vel ad concordandum cum Aduersario, sinè tamen illius Aduersarij detrimento, alias peccaret; Animaduertendo tamen, vt iniustitiam causæ dicto aduersario non detegat; aliàs esset velle ipsum aduersarium contra cliētem iuuare, quod est contra naturam secreti, *vt ait Diu. Thom. secunda secundæ q.71. art.3. Sotus lib. de Iust. q.8. art.3. Siluest. in verb. Aduoc. q.10. Nauarr.c.24.n.28.*

79 Sed tu melius distingue cum dicto Soto in præcitato loco, nempè Aut Aduocatus defendit causam minus iustam contra reum, & causa est, vel mortis, vel sanguinis, vel famæ, vel honoris, vel bonorum, in quorum possessione aduersarius existat, & tunc id esset ingens scelus & peccatum, quia ille operatur aduersarium iniustè vita, honore, seu fama, vel bonorum suorum possessione priuari, aut vero

verò defendit in eisdem terminis minus iustam causam, sed rei contra actorem, & tunc peccatum non esset, quia pium est reum (dummodo non sit perniciosus) defendere à morte, etiam cum minori iustitia, in alijs verò causis minoris momēti, etiam contra reum defendere minus iustam causam, non est peccatum, licèt semper probabilius sit esse peccatum, *ait Nauar. dicto cap. 25. num. 28. & Ant. de Butr. in cap. breui de iuram.*

80 Extende quòd immò Aduocatus teneatur ad restitutionē damni, quando in iustā causam defendit; Imò si loquamur in foro exteriori, etiam ex leuissima sua culpa ad illud tenetur. Si verò loquamur in foro interiori, tunc aduocatus ex leui, & leuissima non tenetur, sed solum ex dolo, & lata culpa, quæ dolo equiparatur, & ratio est, quia officiū Aduocati est in gratiam, & bonum non sui, sed alterius; & ideo secundum leges, non tenetur, nisi de lata culpa, *vt ait Siluest. in verb. Aduocatus quæst.* 24. vbi alios hanc opinionem tenentes allegat.

81 Declara tertiò, ꝙ Aduocatus in agitandis causis debet esse strenuus, quia plerunq; ius palmarij in multiloquio consistit; licèt illud sæpè etiam prudentissimos stomachari soleat *Afflict. in sua dec.* 167. *num.* 5. qui re uera prædictam rationem non adducit; sed egomet eam allegaui, quia apud debiles Iudices illam præualere vidi, quod enim valdè comprobatur ex dicto Senecæ, vt scribit *Lap. in sua all.* 55. dicens hic clamosi iurgia fori, improbas iras, & verba locat aduocatus, & in *alleg.* 58. *in fine ait*, strepitus, & figura me vocat, & vnda clientulorum latas mihi protraxit ædes, indulge precor arti mo lestissimæ, quę somnum non patitur, neq; quietem, & *Neuizan. in sua Sylua Nupt.* refert quòd Clemens Papa IIII. nolebat Aduocatos in voce audire, ob verba aliquando impertinentia, sed libentius eorum scripta legebat.

82 Sed si Aduocatus imperitus in dicendo, & loquendo erit, sibi litem facit, cum turpissimum sit ius ignorare, in quo quis quotidie versatur, & propterea cum non debeat, quis se immiscere exercitio ad quod non sit aptus, ideò de imperitia erit sibi imputandum; veluti etiam dicitur de artifice, qui pari modo, de imperitia tenetur, *vt ait Fran. Marc. dec.* 649. *p.* 1

83 Et propterea negligens, siuè imperitus Aduocatus tenetur parti in foro interiori ad omne interesse, si dicta pars succūbat, quod tamen intellige verum dummodo fuerit requisitus à parte, argumento eorum, quæ dicuntur de Iudice negligente, veluti eodem modo diceretur de eo Aduocato, qui se auxiliatorem fouēti, omninò iustitiam offerret, *vt dicunt Canonistæ allegg. ab Azor. in 3. part. Inst. Moral. fol.* 1124. *& seqq. tit. de peccat. quæ committuntur ex parte Aduocati c.* 29.

84 Licèt tamē si aliquid ignoraret mirum non esset: quia, vt dici solet de hoc præsertim, tàm amplo Iuris Ciuilis agro vbi facile bos inueniret herbam, canis leporem, ciconiaq; lacertam; & iuxta illud Diui Augustini, dum confitebatur, quòd erat senex, & tot annorum Episcopus, & tamen ab anniculo erat doceri paratus, subdens quòd omnia scire potius Diuinitatis, quàm humanitatis est.

85 Extende dictā conclusionem de Imperitia Aduocati loquentem, adeò esse veram, quòd immò Aduocatus ignarus defendendo causam peccat; quòd tamen intellige verum, quando ignorantia esset vincibilis; at secus si inuincibilis; quæ talis dicitur si adhibita diligētia putat eam esse iustam, vincibilis verò ea dicitur si non adhibita diligentia putat eam esse iustam, sed tamen re uera erat iniusta, & propterea si non fuit adhibita diligentia per eum, tunc nō excusatur à culpa, *Azor. in d. 3. p. instit. Moral. fol.* 1125.

86 Declara quartò, quòd Aduocatus ex Zelo suæ consciētię in causis dubijs semper concordiam tractare debet, *vt ait Afflict. in dec. 73. num. 9.*

87 Declara quintò, quòd Aduocatus nō possit pacisci de salario, seu de quota litis, sed benè potest, si fiat pactum de aliqua re de qua non litigatur, *vt ait Franc. Marc. decis. 19. part. 1. & decis. 479. in 2. part. & Guidop. in decis.* 102. *num.* 2. vbi ait illud quoque valere si de pecunia fiat in genere, quod enim tanto magis valeret si Iuramento firmaretur, *vt ait Vrsil. ad Afflict. dec.* 123. *num.* 6. Subdens illud quoque valere, quando aliquid promitteretur nomine palmarij, ac victoriæ; licet tamen illud pactum nō valeret, etiam cum Iuramento, si promissio salarij esset immensa, *vt ait idem Vrsil. ibi supra, & Andr. Gayl. in decis. 44. part. 1. & Borgn.*

Caual-

Caualcan. in dec.41. part. 1. & Maynard. in dec. Cappell. Tholos. 12. par. 3. & *Franc. Marc. dec. 637. p. 1.* vbi ait, quòd Aduocatus poteſt eius Patrocinium iuſtum vendere, & ſic pro iuſta mercede laborare, ſed eſt benè verum, quòd meritò illud pactum de Iure fuit prohibitum, ne occaſio detur per fas et nefas, vincẽdi lites, ex quo ènim ingentes hominum calamitates euenire facilè poſſent, *vt ait Borell. in dicta ſua summa decis. tit. 65. num. 54. & seqq. Guidopap. dec. 102. num. 5. & decis. 190. num. 2.*

88 Pœna autẽ pacti ſuper quota litis, vel alia re particulari, conuenti, ſolum eſt priuatio patrocinij, nec talis pœna pecuniaria grauari debet, vt tollatur pœnarum cumulatio, & præſertim, quando pœna ordinaria, quæ inſimul non concurrunt, ambę ad vindictam tenderent, & propterea ſatis eſt, vt illa tantum priuationis officij puniatur, *vt ait Franc. Marc. in decis. 19. part. 1. & Guidopap. in sua decis. 102. & Afflict. dec. 123. n. 6. & seq. & ibi in addit per V. ...*

89 Contrariũ verò erit in cõſcientia, quia Aduocatus ſine peccato poteſt paciſci, vt ſibi iuſta certa quantitas, pro ſuo labore ſoluatur, ſiuè vincat, ſiuè non, *vt ait Nauar. in cap. 25. num. 3. cum ibi allegat.*

Extende iuxta Salicetum in *l. litem, de procur.* quòd quis poteſt cõuenire vnũ de certo palmario ſibi dando, vltra ſtipendium, ſi litem vicerit; dummodo ſit iuſtum, & moderatum, quod enim palmariũ illud dicitur apud Iuriſperitos, quod Aduocato datur, vltra conſtitutam mercedem, ob victam litem, & illud honorarium dicitur, *vt ait Borell. in præcitato loco num. 47.*

90 Et tenendo primam opinionem in foro exteriori, extende eam in tantum procerẽt vt propterea non poſſit etiã Aduocatus in medio litis de ſalario cõuenire, ſed ſolum ante, vel poſt finitam litem, *cap. infame, §. præterea 3. quæst. 7.* licèt ſecus ſit in foro conſcientiæ; quia peccatum non erit, etiã ſi in medio litis, abſq. vi, fraude, & dolo, petatur ſalarium, *vt ait Azor. in 3. par. Instit. Moral. lib. 13. fol. 1125. in littera D. & Borell. vbi supra num. 60. & seq.* & illud per officium Iudicis nobile petitur, quando tamen non fuit conuentum; ſecus autem ſi fuit promiſſum: quia tunc actio oritur, quæ per officium Iudicis mercenarium exercetur, *vt ait Borell. ibidem num. 63. et 64. et Put. decis. 11. num. 1. lib. 3.* & veluti latius ſuperius dixi *sub num. 35.*

91 Sed tenendo ſecundam, extende illam eò magis procedere, ſi fuerit cõuentum, quòd pro ſumptibus, & expenſis fiendis ab Aduocato, in proſequeñ lite eſſet vna certa ſumma d. Aduocato pro ſuo ſalario danda; quia tunc nedum illud ei legitimè debebitur, ſi cauſa per ſententiam finietur; Verum etiam ſi per concordiam, & amicabilẽ compoſitionem, & hæc erit optima cautela ad euitãdũ quotę litis pactum, *vt ait Guido. in sua decis. 102. n. 6.*

92 Declara ſextò, quòd Aduocatus à promiſſione victorię tamquàm ab igne ſe abſtinere debet, quoniam euentus litis ſemper eſt dubius, ſed ſi certò ſciat iuſtam causã defẽdere, tũc illud facere licebit, & vt victoriã eius cliẽtulus reportet, aduerſariũ decipere nõ prohibetur, quod tamen ſecus eſſet ſi tractu temporis eam eſſe iuſtitiam apparebit: quia eo caſu illam dimittere tenetur, *D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. Nauar. cap. 25. num. 28. et Viu. in sua decis. 123.*

93 Declara ſeptimò, quòd Aduocatus, quando gerit officium quoque procuratoris non poteſt cõſequi ſalarium vtriuſque muneris, nẽpè Procuratoris, & Aduocati; quod tamẽ declara procedere, quãdo ſumus in Iuriſdictione cõtentioſa vbi, adminiſtratio vnius officij adminiſtrationẽ alterius impediret: quia tũc, & eo caſu quis nõ poteſt vicẽ pluriũ ſuſtinere, & ſic nemo ſimul Aduocatus, & Proc. Iudex, ex teſtis, vel Index, & Notarius eſſe põt; In volũtaria autẽ Iuriſdictione, & vbi officia ſunt ſeparata, quæ diuerſis tẽporibus cõmodè experiri poſſunt; & vbi non eſt impedimentum Iuris, vel facti; tunc duplici officio quis fungi non prohibetur, *vt ait Andr. Gayl. dec. 44. & Borgnin. in decis. fori Fiuizzani, 1. par. 1. & Maynard. in decis. Cappell. Tholos. 12. in p. 3. Roman. cons. 25. Cagnol. in vulg. l. diem functo n. 159. ff. de offic. assess. et Rota in Leodien. Salarij Veneris 19. Dec. 1610. coram R. P. D. Pirouano.*

94 Et ratio eſt, vbi dicitur quod qui officiũ duplex gerit, duplex ſalarium meretur: qiua maior merces magis laborantibus debe-

debetur *Rota in dec. 354. p. 1. in recent.* *pulchrè Gayl. lib. 1. obseruat. 44. num. 8.* *Granut. in suo theorema 12. sub num. 9.* *et Card. Seraph. in decis. 1322. num. 4.* *Capic. dec. 27. num. 20.* & ita practicari in Regno Neapolitano, testatur nouissimè *Io. Franc. de Ponte in suo tract. de potestate Proregis §. 6. tit. 2. fol. 76. n. 13.*

Extende idem procedere, quando essemus in famulo, ad certum officium electo, & destinato; quia tunc si postea alteri applicetur, tunc duplex salarium ei debetur, vt ait *Rota in decis. 354. num. 4. & seq. par. 1. in recent. & in Romana mercedis 26. Aprilis 1624. & 5. Martii 1625. coram Merlino*, & *Mastrill. in tract. de Magistratu lib. 1. cap. 21. num. 15. & seqq.* Secus autem si quis nō ad certum officium, siuè seruirium pro certa mercede destinaretur, sed simpliciter reciperetur ad seruiendum, quia tunc licèt pluribus seruitijs implicarentur, non ob id tamen ei plura deberentur salaria, vt fuit dictum in vna *Romana Mercedis 26. Ian. 1604. coram Card. Pamph. iuniori*

95 Declara octauò, quòd Aduocati de Iure compelli possunt ad præstandum patrociniū clientis; licèt secus sit in procuratore, qui inuitus mandatum suscipere non compellitur, & ratio est, quia Aduocatorū officiū honorabile est, & quodammodo publicū; illud verò procuratoris pro vili habetur; licèt tamen secus sit in multis locis, vt superius dictum est, & quemadmodum ait *Mysyng. in decis. Cam. Imper. 32. par. 4. et Andr. Gayl. dec. 43. part. 1. et Gaspar Guliclm. in decis. 64. num. 2.*

96 Extende id in tantum esse verū, quòd quando Aduocatus in Rota Romana Auditori parere, atq; clientulum defendere recuset, tunc per D. Vicecancellarium compelli potest, vt fuit decisum à *Rota in dec. 18. de Iudic. in antiq.*

97 Extēde secūdò, quòd Aduocatus pōt cogi à Iudice, vt eius patrociniū præstet, si propter aduersarij potentiam, miserabiles personę illius patrociniū habere nō possint; sed est benè verū, quòd si pars petēs est diues, tūc ei salariū cōstituere dēt, si verò erit miserabilis, & imporens, tunc diuina lege iubente gratis debet aduocare; sed si obedire recusauerit Iudex ei patrocinium interdicere potest, vt ait *Ioann. Corser. in decis. Cappell. Tholos. 482.*

sed si aduocare prohibitus forsan contrauenirer, tūc de matricula delebitur, & si esset stipendiatus salario illius anni priuabitur, vt ait *Grat. lib. 1. discep. c. 39. nu 2. et Boer. decis. 325. num. 1. et Borell. in sua summa decis. tit. 65. de Aduocat. num. 36. et 37. vbi ad id infinitos allegat.*

98 Subextende, quòd immò peccat Aduocatus, si scienter pecuniam à paupere recipit, & illi gratis patrocinari renuat, & iuxta *D. Gregorium in homil. in Matth. 15* ille saluari non potest, quia abscondit talentum Domini sui, & *Viu. in decis. 159. num. 2.* ait, quòd de Iure Aduocatus id negans punitur, si aliquam excusationem non habeat, veluti eodem modo succedit, si Reipublicę, Patriæ, & similibus patrocinium præstare renuet, vt ait idem *Borell. in præcitato loco.*

99 Declara quòd tunc Aduocatus māda to Iudicis cōtrauenire dicitur, tàm si cōsulat in scriptis, quā etiā in camera, & in voce, quando tamen idē effectus in scriptis, quàm in voce resultaret, & ideò magis procedet, si in prohibitione fuisset dictum si directè, vel indirectè, siuè publicè, vel priuatim consuluerit, vt ait idem *Grat. ibidem n. 2. & 12. cap. 39 lib. 1.*

100 At secus si idem effectus non resultaret, quia regulariter prohibitus aduocare, non censetur prohibitus in camera consulere, & propterea videmus, quòd licèt Cardinales, ob eorum dignitatem, non debeāt officium aduocationis exercere, tamen in Camera gratis pro amico id facere non prohibentur, & eodem modo dicitur de muliere, quæ licèt istud munus aduocationis exercere non valeat, tamen ei in camera consulere permittitur, idem *Gratian. ibi sup. num. 7. & 8.* Immò potest quoq. mulier etiam in propria causa officio aduocationis fūgi, vt dicunt *DD. alleg. à Borello ibi, n. 17.*

101 Et ratio prędictorum est in promptu, nam Aduocatus dicitur ille, qui in Iudicio apud eum, qui Iurisdictioni pręest desiderium suum, vel amici exponit, siuè alterius desiderio contradicit; Vndè ex hoc infertur, quòd ille, qui priuatim in domo cōsilium alteri dat, nō dicitur propriè Aduocatus, nec per consequens ille, qui fuit aduocare prohibitus, cēsetur prohibitus priuatim domi suæ consilium dare, etiam per allegationes Iuris in scriptis datas

datas, vt ex sententia Abbatis, & Bartoli, ait Syluest. in verb. Aduocatus num. 1.

102 Contrarium tamen verius esset, vbi extaret statutum, quod alicui aduocationem generaliter prohiberet, quia tunc illud aduocationem, & subscriptionem comprehenderet, vt ait Gratian. ibi supra num. 10. & præsertim id procedere debe ret, secundum me, in fœmina, quia si veritatem ego fatear, mihi videtur quodammodo monstruosum, vt ea sit apta ad cõsulendum; cum habeamus, quòd mulieres de sui natura sunt molles, & quòd propterea facile labãtur, vndè hinc fit, quòd illę sine solemnitatibus contrahere prohibentur, vt fuit dictum in Rom. obligationis Lunæ 16. Ian. 1606. cor. Ortembergo, Imò ad id facit illud dictũ, quod quidã dicere solebat, nempè quid leuius fumo? flamẽ; quid flamine? ventus; quid vento? mulier; quid muliere? Nihil, & ideò quisquis caueat petere consilium, ab vxore, nisi illud ex improuiso petatur. Et propterea videmus etiam, quòd in multis casibus mulier prohibetur esse testis, ob lubricum, fragile, debile, & infirmum eius consilium, iuxta adnotata per Rolandinum in suo tract. de testibus in testamento in rubrica 35. sub num. 4.

103 Extende tertiò, quòd Aduocatus pauperi dandus, potest etiam cogi ad pręstandum suum patrocinium meretrici, quæ dicitur pauper, & miserabilis, vt ait Grattan. cap. 962. num. 27. lib. 5. suarum discept. forens. & miserabilis ea dicitur, quia illius miseriam non cognoscit.

104 Extende quartò, id in tantum valere, quòd immò peccaret Aduocatus in non præstando suum patrocinium pauperi, & indigenti; quia id est opus misericordiæ, & propterea veluti tenemur succurrere pauperi alimento corporali indigenti; sic etiam pauperi extremo indigenti patrocinium præstare debemus, veluti dicitur etiam de Medico, qui gratis tenetur subuenire ægrotanti extremè laboranti, & quando quis simpliciter, aut extremè dicatur indigere docet D. Thom. secunda secunda quæst. 17. art. 1.

105 Extende, quòd etiam in foro conscientiæ, & sub pœna peccati mortalis, tenetur Aduocatus patrocinari pauperi graui, aut extrema vrgente necessitate laboranti, veluti quoque si ex illius defensione alicuius vita, aut suorum penderet, vt ait Nauar. cap. 25. num. 29. §. 5. & vt ait Tolet. lib. 5. cap. 60. num. 1. tenetur Aduocatus aliquem defendere in omni casu, in quo quis sub mortali peccato eleemosinam facere tenetur, & ratio est: quia non minus tenetur Aduocatus eleemosinam facere de sua arte, quàm diues de suis bonis, vt declarat Caiet. secunda secundæ quæst. 71. art. 1. & Nauar. in præcit. loco, & Io. Valer. de differ. int. vtrumq. for. in verbo obligatio diff. 5.

106 Declara nonò principalem conclusionẽ, quòd scilicet Aduocatus, qui Iudicauit in prima Instantia, non prohibeatur eius patrociniũ in secunda præstare, licèt tũ melius faciet, si ab hoc se abstinebit, vt ait dictus Ioann. Corf. in dec. Cappell. Tholoss. 278. cum ibi allegat.

107 Declara decimò, quòd Aduocatus spontè Patrocinium contra Dominum suscipere non potest, & ratio est: quia non debet solum se à malo abstinere, sed bonũ quoq; pro dño facere tenetur, & ideò si Vassallus tenetur in prælio Dominum adiuuare, ergo tenetur eundemmet in Iudicio defendere; sed est benè verũ, quod si per iudicem erit coactus excusabitur, vt ait Gram. in dec. 80. Regni Neapol.

108 Subdeclara tamen primò non procedere, quando causa Domini esset iniusta: quia tunc Aduocatus excusabitur, etiamsi contra eum in illa aduocabit, vt dicunt DD. allegat. à Borell. in præcit. tit. 65. num. 89.

109 Subdeclara secundò non procedere, quando ille pro sua propria causa contra Dominum litigaret, veluti etiam dicitur pro coniuncta persona, idem Borell. ibi supra num. 84.

110 Secus autẽ, si pro extraneo: quia tunc ille feudo priuaretur, si illud ei à Domino concessum fuisset, vt dicunt infiniti DD. alleg. à dict. Borell. ibi sup. n. 85.

111 Subdeclara 3. vt superius dixi, quando non spontè Aduocationem suscepisset cõtra dominũ, sed coactè per Iudicẽ, idem Borell. ibid. n. 86 & Afflict. dec. 265. vbi infinita inuenies in hac materia, & ibidem videndus est Vrsill.

112 Subdeclara quartò, quando quæstio non esset de feudo: quia tunc illud non perderet, idem Borell. ibi supra num. 88.

113 Sed

113 Sed quod absolutè Vassallus possit contra Dominum patrocinari, ait *Curt. Iun. de feud. par. 4 n. 72. & Ioann. Gall. in quæst. 23 & alij ibi ab eo alleg.*

114 Declara vndecimò, quòd Aduocatus ordinarius duorũ litigantium, si inter se lis oriatur, tunc ipse debet patrocinari pro eo, qui iusta causam habet, aliàs, in dubio primũ iuuare tenetur: quia ius primi est potentius iure secundi *d. Franch. in tract. feud. vsus prælud. car. 130. num. 218 cum ibi alleg.*

115 Declara 12. quòd Aduocatus iurãs Ecclesiam defendere, si scit Ecclesię litem esse motam, tunc tenebitur, etiam irrequisitus ad eius fauorem, & defensionem venire, vt ait *Cappel. Tholos. in dec. 408. cum ibi alleg.*

116 Declara 13. quòd Aduocatus Curiam sequens, ob id non dicitur incola, nisi haberet animum contrahendi domicilium Romæ, vt ait *Rota in Romana officij scriptoriæ 21. Iunij 1591. coram Comitulo, quæ est apud Marchesanum in 2. tom. de commission. fol. 530. nu. 5. & per Gregor. dec. 279. nu. 11.* & ratio est, quia animus debet esse firmus, & non vagus, qui animus talis præsumitur, ex habitatione decennali, vt dicũt *addent. ibid. sub nu. 26. in d. dec. 279. cum alijs ibi alleg.*

116 Extẽde idem procedere in officiali, qui etiamsi per mille annos in aliquo loco steterit, nõ ob id incolatum, & domicilium contrahit, vt ait idem *Alciat. conf. 45. nu. 9 & Grat. mox alleg.*

118 Contrarium licèt dicant, DD. *alleg. à Grat. lib. 1. discept. cap. 84. nu.* 50. & 51. vbi ait quòd officialis non solùm dicitur ciuis, sed etiam caput ciuium appellatur, & propterea in dicto loco conueniri poterit; quod tamen intellige verum, circa ea, quæ in officio gessit, & non in alijs; si forsan alio modo non esset factus de illo foro, vt ait *Grat. lib. 1. discept. d. cap. 84. nu. 51. & seq. cum ibi alleg.*

119 Præterea animaduertendũ est, quòd Aduocatus debet pro viribus suis suum clientulum defendere; aliàs plusquàm latro reputandus venit. Item debet miti relatione, & nõ tumultuosa voce, nec verbis procacibus, aut improbis factũ proponere: quia antiqui forensem eloquẽtiam caninam facundiam nuncupabant, quasi quòd causidici, in causarũ certaminibus omissis, quæ agunt, veluti canes alterutrum sese lacerent, causarum coniurgia ad iniurias suas commutãdo. Moderata igitur eloquentia vti debẽt, quia Aduocati paucis agendo puriorem suum conseruare dicuntur. Item importunam inimicos, velcõsanguineos indulgentiam, atq. odium, tamquàm monstrum euitare & seruilem timorẽ potentiorũ, ac illorũ potestatẽ contẽnere, debẽt: quia his per Aduocatos ita peractis, illorũ officiũ dicitur meritoriũ, ac illorũ vita, tã sãcta est quàm quorũuis Religiosorũ, vt ait *Gerar. Maynar. dec. 12. Cappell. Tholos. in p. 3.*

20 Licèt multi reperiantur, vt ait *Sidonius in Epistola de iudicibus*, qui causas protendunt adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiunt admoniti, obliuiscũtur locupletati: Item multi sunt, qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, iudicando dictant, dicta conuellunt, litigaturos attrahunt, audiendos protrahunt, transigentes retrahũt, & iuxta dictum *Innocent. in tract. de vtilitate conditionis humanæ*, tales Aduocati sæpè causas tantũ differunt, vt litigantibus plusquàm totũ auferãt, quia plerũq; maior est expensarum sumptus, quàm sententiæ fructus, nec ab eis terminantur negotia pauperum cœpta, quousque eorum marsupia sint euacuata, & cum sit scriptum gratis accepistis, gratis date, isti verò nec gratiam gratis dant, neque iustitiam iustè reddunt, sed dicũt lucrum in Arca, & damnum in consciẽtia, quod est pessimum genus hominum, quia quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? vide *Gratian. lib. 1. discept. cap. 186. num. 61. & sequenti*, vbi multa ait in hac materia.

21 Sed nota tñ, q̃ si non steterit per Aduocatum, quin lis finiatur, & illius officio diligenter, & rectè fuerit perfunctus, sed p litigatorẽ fuerit ab ea per trãsactionẽ recessum dolosè, ad effectum fraudandi Aduocatum de suo salario; tũc integrum salariũ cõsequi debet; secus verò si bona fide à lite recesserit credẽs causã posse aliquã difficultatẽ habere, necnon ob aliã iustam causam id egerit: quia tũc ratã salarij (pro modo laboris, considerata qualitate negotij, causæ, peritiæ, curæ, & industriæ) consequi debet; Queamd-

ARGVMENTVM.

AEDERE SCRIPTVRAS IN iudicio, quando quis cogi possit, & quomodo earum æditio sit facienda.

CONCLVSIO LXI.

1 AEDERE actiones, & iura, nota, quòd est copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare; siue Aduersarium nostrum ad Album Prætoris producere, & demonstrare quid simus dictari: siue dicendo id, quo vti velimus, & denique quouis alio modo summam actionis insinuare, iuxta *text. in l. prima*, §. 1. & *in l. si quis ex argentariis*, §. *si initium*, & *ibi Doctores*, ff. *de edend.*

2 Verùm, quia sæpè inter partes solet cunctari circa æditionem scripturarum, & præsertim ex renuentia rei, ne dum sub ea ratione, quòd sit nimis graue cõtra se producere arma, & partem aduersam adiuuare, iuxta *text. in l. nimis graue, C. de testib.* Verùm etiam ex altera, vt scilicet de domo rei probationes non sint sumendæ: Idcircò prius super eo erit firmanda regula, quòd quis de æquitate ædere teneatur cuicumque interesse habenti, etiam in qualibet parte iudicij, vt ait *Rota decisione 278. num. 6. inter criminal. Farinacc.* & *nouissimè Gratian. lib. 2. disceptat. forens. cap. 262. num. 17.* & 45.

3 Sed nota, quòd ad hoc, vt quis possit cogi ædere scripturas aduersario litiganti, duo potissimum sunt necessaria; & primo, quòd constet de existentia scripturæ penes eum, à quo æditione fieri petitur. Secundò, quod de illius interesse constet, licèt tamen illud sufficiat aliqualiter, & summariè probare, *Rota decisione 250. numero primo, parte prima in recentioribus.*

Sed quòd immò tunc solùm illius iuramentum sufficiat, ait *Rota decisione 278 inter criminal. Farinaccii*: Item fuit dictum à *Rota in Colonien. Canonicatus Veneris die 18. Martii 1611. coram Penia*, & *in Valentina pratensæ illegitimitatis Veneris die 16. Mar. 1612. coram Cardinali Pamphilio, quæ sunt inter criminal. Farinacc. decisione 318. numero primo & sequentibus*, & *decisione 354 numero 11. Cardin. Seraphin. decisione 1224. Verall. decisione 194. parte prima, Cardin. Caualer. decis. 82.* & *decisione 541. numero primo*, & *Rota decis. 235. 236.* & *237. & decis. 241. parte quarta diuersorum*, & ita fuit resolutum in *Bononien. prætensæ occultationis processus 10. Maii 1619. coram Dunozetto.*

Licèt *Rota d. dec. 318. num. 5. & 6. inter dictas criminales Farinac.* dicat conclusionem, super necessaria scripturarum ęditione fundatam, nullo modo procedere debere, quando contra ędere debentem esset intentandum iudicium criminale: quia tunc ne illius turpitudo detegatur, alteri scripturas ædere non tenetur, cum cuilibet proprium sanguinem redimere liceat, aliàs quis diceretur esse sibi crudelis, quod quidem iuxta naturalem æquitatem sufferendum non venit, veluti melius inferius dicetur.

Extende primò, dictam Conclusionem in tantum esse veram, vt propterea plenè, & concludenter sit scripturarum existentia probanda, quia præsumptiuè non sufficit. Et ratio est; quia satis esset si Aduersarius negaret simpliciter scripturas non habere, qui propterea, neque etiam cogitur super id iuramentum interponere, vt ait *Magon. decis. quinta, numero quarto Rota Lucen.* & *Rota decisione 296. numero primo, & sexto*, & *decisione 259. numero primo, parte prima in recentioribus*, & ibi plures aliæ decisiones allegantur, & *per Gregorium Decimumquintum decis. 199. num. 1.* & *dec. 241. num. 1. parte quarta diuers. & in Conuersana Iurisdictionis 10. Nouembris 1628. coram Durano*, & *per Buratt.*

decisione 266. numero nono, & ibi multa ait, Dominus addens in hac materia per te omninò videnda. Licèt quoad interesse partis sufficiat illud præsumptiuè probari. Immò, sat erit illud iuramento probare, *vt ait Rota per Gregorium decis. 129. & ibi in addit. num. 10. & per Card. Caualerium decis. 82. num. 2. & Gratian. lib. 4. disceptat. forens. cap. 736. num. 10. Caputaquen. dec. 150. lib. 1. in manuscript.* & *Cott. decis.* 29. vbi dicunt sufficere, scripturas quouis modo ad causam facere posse.

5 Extende secundò, quòd neque illud sufficeret: nempè de earum existentia plenè probare, nisi etiam probaretur de ea tempore motæ litis, & non antea, vt ait *Rota d. dec. 296. num. 6. par. 1. in recent. & dec. 267. & dec. 278. num. 2. inter crim. Farinac. & in Romana redditionis computorum 22. Mart. 1602. coram Reuerendissimo Coccino, quæ est in eius impres. dec. 63. num. 2. & per Gregorium dicta dec. 199 num. 1. & seq.*

6 Subextende id in tantum esse verum, quòd neque in hoc valeat argumentum de præterito in præsens, vt ait *Rota per Coccinum vbi supra num. 3. & dicta decis. 259. par. 1. in recent.*

7 Declara tamen istud procedere solùm in illis personis, quæ ratione officij non tenentur conficere, & custodire libros, & scripturas, & quæ sint istę personæ, docet *Rota per Gregorium in dicta decis. 199. num. 4.* Quia tunc sufficeret, si tales iurarent, quòd adhibitis debitis diligentiis scripturas non inuenerint, sed quòd illas amisserint, & concurrerent coniecturæ super scripturarum amissione, vt ait *Afflict. dec. 330. num. 2.* & ita fuit dictum in illa *Conuersana iurisdictionis 10. Nouembris 1628. coram Durano. Guidopap. decis. 244. & Rota decis. 267. num. 4. inter crimin. Farinac. & in Assina bonorum 1. Februar. 1574. coram Card. Blanchetta.* Secus autem, veluti si essemus in illis, qui ratione officij tenentur conficere, & custodire: quia tunc etiam ante motam litem scripturarum existentia probari potest, & *vt ait Rota dicta decis. 259. num. 6. parte prima in recent. & postea in Romana computorũ 25. Maij 1615. coram Reuerendissimo Coccino Decano, & in eius impress. decis. 63. num. 5. & fuit dictum in Bononien. prætensæ occultationis processus 10. Maij 1619. coram Dunozetto.* Veluti quoque ante litem motam sufficit scripturarum existentiam probari ab eo, qui dedit scripturam illi, à quo illius exhibitio petitur, *vt ait Rota per Coccinum dicta decis. 63. num 3. & in Collonien. Canonicatus 8. Mart. 1618 coram Penia, & in alia Romana fructuum census die 29. Maij 1626. coram Merlino.*

8 Amplia dictam declarationem quoque procedere, in illis, qui custodire tenentur; si tamen amissionem scripturarum, absque eorum culpa, ac illius casum probarent, vt ait *Rota decis. 339. sub num. quinto inter criminal. Farinac. & in alia Marsicen. Iurisdictionis 20. Nouembris 1617 coram Buratto, quæ est in eius impress decisio 278. & ibi per Addentem.*

9 Licèt sit benè verùm, quòd tunc non statur eorum solo iuramento, circa scripturarum amissionẽ, etiamsi essent personæ valdè legales, vt ait *Rota dec. 270. inter crim. Farinac.* & præsertim vbi ageretur de maximo præiudicio, & quando causa esset magni ponderis, & ardua, & pręcipuè, quando contra ædere debentem aliqua suspicio vrgeret, quia tunc culpa, & occultatio contra eum præsumeretur, vt fuit dictum a *Rota per Cardinalem Caualerium dec. 82. num. 8. & 9. & per Burattum dec. 260. & ibi per Addent. num. 11. & apud eundem in dec. 811. & dec. 97. num 5. & 278. nu. 8. post secundum volum. cons. Farinac. & decis. 238. num. 2. par. 4. diuers. & decis. 55. penes Zacch. de societat. offic. & Afflict. in sua decis. 330. num. secundo, & sequenti, & Rota in illa Conuersana Iurisdictionis coram Durano. & Surd. decis. 326. num. 94.* & præcipuè prædicta procederent in ijs, qui ex contractu tenerentur custodire scripturas, quorum exhibitio peteretur, quia tunc plenè, & concludenter earum amissionem, & casum amissionis aliundè, q̃ per iuramentum probare tenẽtur, vt ait *Rota dec. 238. nu. 2. & seqq. par. 4. diuer. & dec. 97. n. 4. inter crim. Farin.*

& ibi

& ibi habetur, quòd cõtra istos culpa, & occultatio præsumitur, *Rota penes Lachiam de Succes. off. dec. 55. num. 7. & per Buratt. dec. 811. cum ibi alleg & dec. 239. n. 5. inter crim. Farinae.*

10 Quinimò extẽde prædicta adeò procedere, vt etiã hæredes teneãtur ædere, licèt non fuerit probata eorum existentia penes illos; neq. tunc eorum Iuramentum esset sufficiens, super eo, quòd scilicet penes illos scripturæ nõ peruenissent vt fuit dictum in dicta *Marsicen. Iurisdictionis coram* R. P. *D. Buratto nouissimè Grat. lib. 4. discept. cap. 736. num. 13 &* 15. Quod tamẽ regulariter semper intellige procedere in illis, qui tenentur conficere, & custodire, alias sufficeret eis negare medio Iuramento penes se scripturas petitas extare, vt ait *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 61. num. 9. & Rota per Gregor. dicta decis. 199. & in alia Anconitana bonorum 21. Maii 1607. coram Ortembergo.*

11 Declara prçterea, quòd licèt scripturç penes vnum non extarent, contra quẽ petitur, non ob id tamen excusatur, si extarent, penes alium, cui ille præcipere posset, quia tunc perindè esset, ac si penes eumdem extarent, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 1224.* & ibi datur exemplum, vndè sit, ꝙ talis nõ audiatur, si per eum scripturç non exhibeantur *Rot. per Buratt. dec. 278. num. 3. confirmata 26. Februar. 1629. coram Verospio, & postea in Calaguritana processionum 30. April. 1629. coram Card. Virili, & Franeb. dec. 271. num. 10.*

12 Extende tertiò Regulam illam eò magis procedere de stylo Rotæ; quod tamen declara procedere, quando scripturæ ab alio haberi nõ possent; aliàs secus, *vt ait Rota decisione quinta de probat. in nou. garnen. dec. 25. lib. 2. & Rota per Greg. dec. 129. n. 2.*

13 Et ratio ea est, quia, quando scripturæ possunt haberi a notario, tunc pars, aut illas petere debet ab eo, aut debet reficere expensas solutas, in leuãdo scripturam, aduersæ parti, vt ait *Rot. per Gregorium dicta decisione 129. num. quarto, & ibi sub num. primo,* ait, quòd quis ædere non tenetur scripturas propriis sumptibus à notario redemptas; Immo tunc sufficeret illas indicare esse penes notarium, *vt ait Rota per Card. Seraph. decis. 1477. num. 10.*

Subextende, quòd etiam editio de æquitate canonica fieri debet, etiam ad fundandam intentionem actoris, licèt sequuta esset transactio, *vt ait Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 230. numero 5.* Quod tamen secus esset, vbi ageretur de probando errore, vel dolo, sequuta trãsactione: quia isto casu obstaret exceptio litis finitæ, & altera: nẽpè quia nemo tenetur contra se producere arma in detegenda propria turpitudine, & partem aduersam adiuuare, idem *Card. Seraph. dec. 234 n. 1.*

Amplius, quòd actor teneatur ex causa, officio Iudicis indaganda, edere actori etiã si essemus in persona Fisci, ait *text. in l. 1. & l. procurator* & ibi scribentes omnes, *C. de edendo*. Et ratio est; quia fiscus & Camera iure communi vtuntur, *Bart. in l. ex imperfecto, C. de testamen. Card. consil. 147. col. penult. allegat à Rota in vna Romana appaltus Lunæ 15. Ianuar. 1596. coram Iusto*, vbi ait, id nedum procedere contra Cameram, sed & multò magis contra habentes causam ab ea, per *tex. in l. ex qua persona ff. de reg. iuris & Rota ibi supra coram Iusto & facit dec. Buratt. 345.* vbi loquitur, quãdo, & quos liberos edere teneatur Mercator.

14 Extende quarto, idem procedere in tertiò, qui tenetur çdere alteri ex duobus litigantibus, quemadmodum etiam facere tenetur habens negotium, cum meo aduersario, eodem modo, quo poteram ipsum aduersarium cogere, præsertim, quando ille habenti scripturas præcipere posset, vt superius dixi in Versiculo Declara tamen, & vt ait *Cardin. Seraphin. in sua decisione 1224. numero tertio.*

15 Extende quintò, quòd quando æditio fit Iudici, tunc ea de tota scriptura fieri debet, *vt ait Rota dec. 755. nu. 11. par. 1. diuers.*

16 Fallit tamen, veluti si essemus in legatario, vel simili: quia tunc sufficeret particulam legati, vnà cum hæredis institutione ædere, vt ait *Bartol. in l. argentarius §. edi autem in fine. ff. de eden.* Quinimmò neque legatarius potest petere à parte, & à notario copiam totius

testamenti, sed solum (vt dixi) eam legati cum hæredis institutione, vna cum testiū nominibus, à quibus firmitas eius legati pendet, vt fuit dictum *in Romana legati de Cęsarinis Mercur. 5. Mart. 1603. coram Penia, & prius in Placentina deuolutionis Veneris 10. Maij 1602. coram eodē.*

17 Fallit tamen primò regula principalis, veluti si ageretur de detegenda turpitudine illius, contra quem æditio petitur, quia tunc æquitas Canonica non intraret, super qua exibito est fundata, vt ait *Verall, decis. 93. par. 1, & Rota in Abulen. Canonicatus 20. Nouemb. 1598. coram Dño de Rubeis, & in decis. 318. nu. 5. &* 6. Licèt secus esset probans illis duobus requisitis, de quibus *per Verall. in sua dec. 243. incipien Aedere quis non cogitur per se prima.*

18 Fallit secundò, quando peteretur æditio Instrumenti ad causam non facientis, quia tunc ea concedi non debet, cum tali casu cessaret æquitas, in qua dicta æditio fundatur, *vt ait Magon. decis. 5. num. 7. Rota Lucens. & facit decis Gregor. 129. num. 11.*

19 Declara præterea, quòd ad hoc, vt æditio valeat, debet fieri parte citata, alias illa iura de actis non decerentur, vt ait *Guidopap. dec. 241. Cæsar. de Grass. dec. 3. n. 7. de restit. spoliat.* & Rota *per Greg. in sua dec. 300. n. 3.*

20 Vltimò erit notandum, quòd æditio scripturarum fieri non debet, nisi in loco domicilij; & id procedit, etiā si petens æditionē suis sumptibus deferri offerat; sed si forte inter partes oriatur controuersia de edendo in vno, vel altero loco propriis sumptibus, tunc Iudex debet destinare, & mittere ad locum gestæ administrationis idoneas personas, quæ videant, & postea Iudici referant, vt docet idem *Magon. in dicta dec. 5. n. 14. & seq. Rota Lucens.*

21 Extende eodem modo procedere, quando inter partes difficultas oriretur, penes quem scripturę, siuè libri extare deberent, quia tunc Iudex debet eligere, aut notarium nō suspectum, seu aliam personam idoneam, ad hoc, vt partes possent libros, siuè partitas præsentare, ac illos, siue illas ad causam facientes transferi bi facere, iuxta formam traditā à *Spec. in tit. de instr. aditio 8. videndum rectè n. 9* & veluti fuit dictum *à Rot. per Gregorium Decimumquintum decisione 151. per totam, & dec. 767. par. 4. diuers.* & *per Burattum dec. 370.* vbi ait, quòd scripturæ hęreditatis solent semper stare penes hęredem maioris partis bonorum.

ARGVMENTVM.

AEDIFICARE QVANDO QVIS possit, vel non possit in solo proprio, & alieno. Item quādo ædificiū cedat, vel non cedat solo, & multa alia quoq. in materia retractus.

CONCLVSIO LXII.

1 AEDIFICARE quilibet potest domum, vel aliud ędificium in eius solo; etiā si ad sidera extollere vellet, necnō etiā fodere excauare, & similia facere valet, etiam cum damno vicini, dummodo tamen id principaliter animo nocendi nō agat, sed benè, vt sibi prodesse possit, *vulg. l. altius & ibi DD. omnes C. de seru. & aq. Capol. in tract. de seruit. Vrban. præd. cap. 39. de solo, & area, Marsil. in suo sing. 154. incip. cuilibet; Duen. in tract. fallent. in verbo Aedificare reg. 32. Socin. in eodem tract. in Verbo domum regula 137. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 156. in princip. centur. 2. lib. 2. Dec. & Cagnol. in l. domum, & in l. nullus videtur de reg. Iur. Mag. dec. 29. num. 7. Afflict. dec. 328. num. 1. Franc. Marc. decis. 499. & decis. 501. num. 23. part. 1. & Rota dec. 475. num. 12. par. 1. diuersor. & per Buratt. in sua dec. 38. n. 1. & dec. 631. num. 1. cum seqq.*

2 Et ratio istius conclusionis ea est, quia Reipublicæ interest ædificia fieri in Ciuitatibus, & ea facta sustineri, *vt ait Surd. in dec. 168. num. 9. & 10. & in hoc videnest* Thesaur. *in dec. 23. & dec. 41. per totam* vbi latissimè de huiusmodi materia discurrit, & *Rot. per Burat. d. dec. 631. n. 5.*

3 Extende id multò magis procedere in reædificare volente, qui potest absq. auctoritate superioris, ac aliorum ædificium reficere, *vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 432.*

cap. 432. n. 5. & ibi DD. ob eo alleg. & praesertim Boer. dec. 44. num. 5. qui dicunt, quòd licitum est murum forilitij, siue Villæ, sine superioris licentia reficere, & Magon. dec. Rota Lucen. 19. nu. 10.

4 Contrarium licèt dicat idem Boer. & alij, quando tamen Castrum esset in totum dirutum per rebellionem, vel aliàs materia esset in totum abolita: quia eo casu diceretur nouum opus construere; sed non vetus reaptare, & ob id superioris licētia illo casu esset necessaria, vt ait Boer. ibidem subdens, quòd id quoque procedit, etiamsi rebellis, sinè filij essent cum Ecclesia reconciliati; quia nihilominus non possent absque licentia Papæ illud Castrum, siue fortilitium reficere: quia eo casu illi dicuntur esse quodammodo ad instar mortuorum, qui resurgendo, nec beneficia, quæ habebant, neque vxores recuperant; Licèt tamē non sint iterum baptizandi, neque doctorandi, c. tuttè 32. quaest. 7. Angel. in Lnam, & Demosthenes n. 3. ff. de leg. Marsilan l. fin. nu. 35. ff. de quaest. DD. communiter in c. a nobis de sent. excom. in 6. & ratio est; quia Babptismus, & Doctoratus caracterem imprimunt indelebilem, gloss. in cap. 1. de Sacr. vnct. Bart. Brix. quaest. 54. & Archid. in dicto cap. licitè 32. quaest. 7. & DD. omnes in cap. fraternitatis de frigid. & malef.

5 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedere possit, si absque alterius æmulatione id fieret. Secunda verò, si ad æmulationē id fieri pbaretur. Rursus concorda, vt prima opinio procedat in habente omnimodam Iurisdictionem; secunda vero procederet in Vassallis, qui non possunt ædificare Castrum, & fortilitium, nec Barbacanas, Atterias, & Canonerias, sine licentia Domini, vt ait idem Grat. ibi sup. num. 4. in cap. 432. cum ibi alleg.

6 Sed nota tamen; quòd si reædificetur Castrum, ob delictum destructum, eo casu Dominus amplius sua priuilegia antiqua nō recuperat, de quibus ob illud delictum fuit factus indignus, quod tamen declara verū, si ex delicto ipsius Domini fuerit sequuta destructio: at secus, si illa, sine eius culpa cōtingeret, veluti si illud Castrum fuisset dirutum tempore hostiū, vel prædonum deuastatione, quia isto casu recuperaret Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperiū, exemptiones immunitates, & alia priuilegia, vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 432. nu. 13. cum alijs ibi alleg. & ratio est: quia nemini per alterum debet inferri iniqua conditio, iuxta l. Sancimus de pæn. & ibi DD. omnes.

7 Amplia primò conclusionem principalem procedere, etiamsi quis steterit per mille annos, quod non ædificet, vt ait Duen. in d. tract. & in d. reg. Capol. in d. c. 39. num. 1. & alij DD. supertus alleg.

8 Amplia secundò eam procedere, etiam quando luminaria vicini obscurarentur, vt ait Capoll. ibi sup. & Dec. in l. nullus de regul. Iur. Duen. in praecit. loco in amplat. 2. vbi alios alleg. Iason in cons. 98. num. 1. & seq. lib. 1. Magon. in dec Lucen. 29. num. 8.

9 Subamplia id procedere, etiam si in totum luminaria prædicta obscurentur, veluti, ait Duen. in amplat. 3. vbi multos alleg. & Ias. in d. cons. 98. per tot.

10 Contrarium tamen tenet Socin in prædi. regula 137. in vltima limit. & veluti ego quoque dicam inferius in vers. limita 5. Sed Grat. in lib. 5. discept cap. 896 num. 5. & 11. air, vicinum posse alteri præiudicare, sed non vltra destinarum vsum, vel dummodo quis non damnificetur in totum, cum ei tantum sit relinquendum, quantun commodè sufficiat ad habitandum, text. est in l. binas ædes 3. Marcellus, ff. de Seruit. Vrban. præd. & Thesaur. in sua dec 216. nu. 4.

11 Et tunc quō sit inspiciendum lumen, & sic, an ex lateribus, vel potius ante prospectum domus illud sit dandum, tradit idem Grat. in præc. loc. n. 17. cum omnibus alijs ibi per eum alleg.

12 Animaduertendo tamen, quòd quando tractatur de alicuius tertij præiudicio tunc damnum nedum primariò, sed etiam secundariò venit attendendum, vt dicunt DD. allegati à Gratiano ibi supra num. 15.

13 Amplia tertiò, quòd etiā quis possit ædificare, & aliud in alieno solo facere, quādo facienti prodest, & Domino nihil, vel parum nocet, vt ait Surd. in dec. 168. n. 6. & 8. & ratio est; quia quòd tibi non nocet, & alteri prodest facilè est concedendum, immò periniquum esser illud denegari, & præsertim ista regula procedere

re debet in materia ædificiorum: quia Reipublicæ interest ædificium non destrui, cum illud ad decus, & Vrbis ornatum tendat, vt dicunt *DD. supertus alleg. &*, *Rot. per Buratt. dec.* 361. *num.* 20. & *Greg. dec.* 451. *nu.* 8.

14 Contrarium tamèn de iure esset verius, quando ędificium fuisset illicitè cō structum: quia tunc illud pro ædificio non habetur, & sic esset demoliendum, vt ait idem *Gratian. in lib.* 5. *discept. cap.* 957. *num.* 43. Nequè illa regula. Quòd tibi non nocet, & alteri prodest, inducit necessitatem in concedere debente; sed solum est persuasiua ad ita, iuxta bonos mores, concedendum, & propterea videmus, quòd quando actu sunt voluntarij, tūc non plus debent ligare, quàm voluntas sit; quod enim totum inseruire debet ad corroborationem illius secundæ opinionis. Item prędicta regula, vbi dicitur, quādo nihil, vel parum nocet, &c. procedit, vbi illud parum esset, adeò modicum, vt cum nihilo æquiparari possit; at secus, quando esset considerabile, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in d. dec.* 631. & *ibi per addenta sub num.* 27.

15 Extende dictam tertiam ampliationem, multò magis procedere, quādo ex scientia Domini ædificium fieret, quia tunc dictus Dominus possessionem amitteret, per illam occupationem, quæ fit ædificando, quando scit, & patitur, idem *Grat. in prac. loco n.* 51. & 52.

16 Subdeclara tamē id esse verum, dummodo scientia, & patientia præcisè probentur de tempore ædificij; quia tunc illud factū Domino præiudicaret, nec etiā sufficeret, quòd ea ex post facto interuenirent, idem *Grat. dicto cap.* 957. *num.* 53. & 54. *& prius in lib.* 2. *cap.* 314. *nu.* 41. *&* 42.

17 Et nota, ꝙ isto casu habens possessionē ædificij, censetur etiam habere vsum, ad quem illud erat destinatum, vt ait idē *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 615. *n.* 72.

18 Extēde id adeò esse potens, vt propterea, si talis postea in ædificando præueniret, tūc ille præfertur vicino retrahere volenti, quod tamen secus esset indifferenter, quoad Dominum, qui cuilibet ædificare volenti, etiā ad maiorem Vrbis ornatum, præferendus venit, & sic sufficit quòd Dominus solùm ædificet, iuxta situm, & suæ domus adiacentiam, vt ait idem *Grat. lib.* 1. *disceptat. cap.* 89. *num.* 3. & *in lib.* 4. *cap.* 745. *num.* 26. & *sequenti*, & *Rota in pluribus decisionibus id firmanit mox allegandis*, & ad id erit quoque notandum, quòd ædificium incæptum est habendum in consideratione, ac si esset perfectum, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in d. jun dec.* 631. *nu.* 7. *cum ibi alleg. per addent.*

19 Modò in proposito istius materiæ ædificiorū erit animaduertēdū pro maiori illius intelligētia, & pręsertim in gratiā Tironum, quòd Ius congruū Vrbis Romæ, ex Bulla Gregor. XI. I. adstringit Dominos domorum ad vendendum ædificare volēti, ad dictæ Vrbis ornarum, velutii in dubio semper ornatui Vrbis est fauendum, vt ait *Rota per Greg. dec.* 45. *num.* 8. Licèt secus, vt dixi, si idem Dominus vellet æquè sumptuosum ædificium in eius situ construere; quia ille in pari causa esset alijs omnino pręferendus, vt magistraliter fuit dictum in vna *Romana iurisccongrui de Crescentijs* 15. *Iunij* 1579. *coram Robusterio*, & *in Romana iuris congrui Luna* 5. *Iun.* 1600. *coram Coccino, quæ est in eius impress. dec.* 2. *nu.* 2. & *seq.* Et tali casu, nota, quòd Domino vendere nolenti, sed ædificare volenti erit præfigendus terminus ad ædificandum, quo enim elapso domus adiudicanda venit, iuxta formā dictæ cōstitutionis Iuris congrui, vt fuit dictum à *Rota per Coc. in dicta sua dec.* 2. *in fi.* & *latè aut Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 745. *num.* 26. *cum seqq.* Quod tamen declara verum, dummodò ex coniecturis non arguatur æmulatio in præiudicium vicini, quia illa stante nulla prelatio cōpeteret Domino; immò tunc Iudex deberet illum volentem ędificare prohibere, vt fuit dictum in *Neapolitana rescissionis contractus* 28. *Nouembris* 1601. *coram Card. Lancellotto, & ibi alia decisiones allegantur*, & *Rota decis.* 475. *num.* 9. *par.* 1. *diuers.* & *in Barchinonen. Treneche coram Cardin. Seraphino*, & *in alia coram Cantuccio* 1577. *allegata à Gratiano lib.* 4. *discept. cap.* 745. *num.* 34. & *seqq.*

Quę enim constitutio Gregoriana habet locum, nedum in prædijs Vrbanis, verùm etiam in vineis, & alijs prædijs Rusticis; Quinim-

Quinimmò ea quoque procedit, tàm in venditione coactiua, quàm etiam in voluntaria: dummodo tamen concurrant requisita contenta in §. *In Rulle s eiusdem Constitutionis*, & inter cætera illud erit probandum, quòd prædiũ retrahere volentis sit maioris pretij, & mensuræ, nec non ædificiorum structuris conspicuum, ita vt magna inter vtrumque inæqualitas extet, & quòd præcipuè in vineis probetur locatio, ad hoc, vt retractus sibi locum vendicet, & ad istum effectum retractus, solitum in vna locatione verificatur, si tamen probetur quoq. cõtinuatio locationis eo tempore, quo retractus intẽtatur, & ratio est: quia ad hoc vt res solita locari dicatur, vltimus status est attenden. *Grat lib. 4. discept. cap. 752. num. 2. & seq. & prius in cap. 745. num. 55. & seq.* & ita fuit quoque resolutum à *Rota in decis. 763. num. 3. 4. & 11. par. 2. in recent idem Grat. dict. lib. 4 cap. 752. num. 27. & 29.* vbi ait de alijs qualitatibus probandis in retractu vinearum, quę tamen non procedunt in Molendinis in Italia, quia ea pro mobilibus reputantur, vt sunt etiam naues, & similia; secus autem in Hispania; quia illa inter res immobiles connumerantur, & sic igitur in hoc erit, iuxta consuetudinem locorũ procedendum, vt ait *idem Grat. lib. 3. discept. cap. 554. num. 36. & seq*

20 Extende primò, illud ius congruum, eò magis procedere ad fauorem consortis, qui cæteris post dominium semper erit præferendus, etiam si minimã partem haberet in domo, vt fuit dictum in vna *Romana Prælationis seu requisitionis Ven. 27. Aprilis 1605. coram Penia, & in alia Romana retractus Lunæ 29. Ianuar. 1629 coram Merlino.*

21 Extende secundò, quòd illud ius congruum pręfert inquilinum post consortẽ censuario, & omnibus alijs extraneis, & indifferentibus emptoribus, qui ius Pręlationis ex statuto, vel cõstitutione, siue alio speciali iure nõ habent, quemadmodum habet inquilinus, consors, & alij similes, vt fuit dictum in *Romana domus 22. Iun. 1611 coram Card. Lancellotto Iuniore, & in illa Romana Retractus coram Merlino, & nouissimè Grat. lib. 4. disc. cap. 742. num. 60. & lib. 5. cap. 876. num. 2. & seqq.* vbi ait id procedere non obstãte Bulla Pij Quinti, & ibi de illius intellectu discurrit, & pręsertim pręd icta procederent, quando in ędificando pręuenisset: quia tunc alijs vicinis præferendus veniret, idem *Grat. d. lib. 4. cap. 745. num. 7. & 8. cum seqq.*

22 Subextende pręterea, quòd consors nedum inquilino; verum etiam, & alijs semper in venditione venit pręferendus, & id non solum ex dispositione statutorũ Vrbis *lib. 1. c. 100* quę fuerunt confirmata cum amplissima derogatione cõstitutioni iuris congrui, & sic pręlationi ratione inquilinatus: sed etiam ex dispositione iuris communis, quæ saltem ex æquitate concedit pręlationem consorti in venditione rei communis soluto tñ eodem pretio, & de huiusmodi derogatione non dubitatur: quia statutum prædictum Vrbis sub cap. 100 fuit confirmatum ab eodem Gregorio XIII. de anno 1580. & illa cõstitutio prælationis ratione inquilinatus emanauerat de anno 1574. ex quo enim fit, quòd posterior constitutio deroget priori, vt ait *Rota in dec. 36. num. 7 par. 1. recentior.* & *Rota in Romana retractus Lunæ 29. Ianuar. 1629. coram Merlino*, & præsertim (vt superius dixi) quando pręuenisset in ędificando: quia tunc præfertur, etiam si minimam partem haberet, idẽ *Grat. lib. 1 disc. c. 526. n. 4. & lib. 4 c. 745. n. 7. et seq.* licèt *sub n. 15.* dicat, quòd ius potentius, & maioris portionis pręfertur in retractu etiã quòd præuentio non adsit, idem ait *Rota dec. 475. nu 14 par. 1. diuers.*

23 Declara tamen illud procedere, si consortium eo modo probetur, quo de iure esse debet, & illud tale dicitur ad istum effectum, quando quis communionem habet super eadem re, cum participatione dominij; quia consortium nil aliud est, quàm quædam communio, siue societas, & propterea, veluti communio, & societas diuisione extinguitur, ita etiã & consortium. Vndè si in aliqua domo, quis habeat mansiones, aut muros communes: nihilominus ea nõ inseruiunt ad consortium domus, quãdo ex illo muro dicta domus non consistat, & illius dominium in singulas partes domus non influat, siue non sit ea pars commixta in singulis partibus rei cõmunis, super qua retractus prætenditur. At secus, si prædi-

ctæ

ftæ qualitates in re communi concurrerent: quia tunc haberet locũ illa regula, quod sufficiat ad inducendum consortium in re communi minimam partem habere, *vt ait Grat. lib. 3. discep. cap. 526 num. 4. cum seqq. & lib. 5. cap. 842. num. 24. & cap. 874. num. 17. & seqq. & Rota in decisionibus mox coram D. Merlino allegatis, et allegandis.*

Secus autem, quando simpliciter muri essent iuncti: quia tunc nõ consortes, sed vicini, seu laterales, & contigui dicerentur, ex ea ratione; quia se inuicem tãgunt, *vt ait Arist. Phyſic. lib. 5. tex. 26. & est glos. in cap. 1. in verb contiguum de con secr. Eccles lib. 6* & sic per consequens habens domum contiguam, non potest prætendere retractum ex consortio; sed vti vicinus ex sola vicinitate, etiamsi murus intermedius sit communis, veluti exemplificando ait, *Rota in dicta Romana retractus Lunæ 29. Ianuar. 1629. coram Merlino, & in eadem coram eodem 18. Iunii eiusdem anni, & postea in eadem 23. Ian. 1630. coram eodem Merlino.*

24 Extende tertiò, quòd istud ius, post prænominatos casus, prælationem concedit postea censuario in venditione rei censuatæ, in vim Constitutionis Pii V. super censibus in §. *vbi autem*, &c. vt fuit pluries resolutum à Rota, & pręcipuè *per Cardinalem Seraphinum in dec. 1474. nu. 1. & per Gregorium Decimumquintum decis 425. num. 1. & dec. 307. num. 1. et decis. 308. eodem num. 1. apud* Cincium *de censib. & in illa* Romana *retractus coram Merlino*, & Franch. *dec. 550. num. 3. & seq. &* Rota *in alia* Romana *prelationis 2. Apr. 1618. coram Dunozetto, quæ est dicta dec. 308. apud* Cincium.

Et id adeò est domino census fauorabile, vt neque propterea illi præscriptio statutaria 16 annorum officiat: quia ea habet locum solùm in creditore; vt ait *Rota per Greg dec. 425 num. 10.*

25 Subextende eam extensionem in tantum esse veram; vt propterea ius istud quoq; detur, si plus concederetur in pecunia, quàm in valore census, veluti id etiam procederet, si solùm expressio cẽsus redimibilis fiat in contractu, vt ait *Franch dec. 392. num. 2 et 6.* Et ratio, quare censuario in re censuata ius prælationis concedatur, ea est quia dicitur habere ius in illa re, ita vt quodammodo dicatur consors, & quòd propterea sit in illius venditione pręferendus, & ideò rea videmus, quòd conductor antiquus alicuius rei non præfertur nouo, etiam quòd ille vellet eandem oblationem facere: & ratio est; quia inter locatorem, & conductorẽ, nullum cõsortium adest, per quod locator possit à cõductore adstringi ad relocandum: cujus enim relocationis ius potius precibus venit impetrandum, quàm quòd illud iure communi concedatur, vt ait *Afflict. dec. 238. nu. 5. Boer. dec. 107. num. 4. cum aliis adductis per Grat. lib. 2. discept. cap. 357. nu. 1. cum seq.* Et id procedit ne dominis auferatur libera facultas disponendi de rebus propriis, nisi aliter inter partes fuerit conuẽtum; & pręd icta procedunt, tàm in vrbanis prędiis, quàm etiam in rusticis: licèt contrarium videatur sentire *Chart. dec. 97. num. 7 in fine* Quamuis tamen secus sit in cõductoribus fiscalibus, quia illi sunt cęteris pręferendi, qui conducerent de nouo, nec non etiam in illis Ecclesiæ, ac Communitatum, & rerum publicarum: licèt tamen potius id in istis de ęquitate procedat, quàm de iuris rigore, ea sanè ratione: quia nullum damnum infertur domino, dum illi idem pretium soluere velint, quod noui cõductores offerunt, vt ait idem *Grat. ibi sup. nu. 42. et 43. Franch dec. 406 num. 7. et Gam. dec. 297 et alis ab eo allegati.*

26 Extende quartò, quòd etiam vicino istud ius pręlationem concedat in concursu extraneorum; Licèt sit benè verũ, quòd tũc requiritur, vt dominium super re contigua sit clarum; aliàs istud ius ipsi non competeret, vt fuit dictum in vna Romana *retractus 26. Iunii 1606. coram Coccino, quæ est in eius impress. dec. 308. num. 1.* & propterea, si de hoc dubitari contingat, prius erit cognoscẽdum super dominio, tamquàm de magis pręiudiciali; quàm super retractu: & pręsertim, si causa illa præiudicialis dominij esset prius intentata, vt ait *Rota ibi sup.* & proptereà nota, quòd erit sufficiens probare pignus, & hipothecã in re vicina, necnon in ea solùm vsumfructum habere; & tunc animaduertas, quòd sat erit possessio, cũ perceptione pensionis, pręuia tamen locatione, vt ait *Grat. lib. 3. discept. cap.*

526

516. num. 13. cum infinitis seqq. veluti neque impeditur retrahere volens, qui habet seruitutē in re idem Grat. lib. 4. discept. c. 745. nu. 49.

27 Declara tamen, quòd si plures vicini ad retrahendum concurrant, tunc ille di citur magis talis, qui habet maiorem situm, & adiacentiam, iuxta terminos istius Bullæ iuris congrui; licèt secus, iuxta illos iuris communis, vt ait Rota per Lucernum in sua decis. 2. num. 5. licèt Verall. in sua decis. 78. part. 1. dicat, quòd Bulla Sixtina super iure congrui considerat, cui magis domus adiaceat, qui magis illa indigeat; & vbi maior ornatus, & decor Vrbis resultet, cuius enim fauore semper interpretatio istius Bullæ fauorabilis est ræcipienda, vt ait Rota per Card. Mantic. dec. 63. in fine & Gratian. lib. 4. discept. cap 745. num. 13 cum seqq. licèt in cap. 741 num. 77 dicat, quando magis indigens in retractu sit præferendus, quem per te videbis, & in cap. 752 num. 48. & 50 docet, quando paruus situs maiori præualeat.

28 Declara tñ, quòd nō dicitur vicinitatē cessare ex eo, quia via vicnalis, aut vicus sit intermedius Ioan. de Amic. cons. 81. num 0. & seq. & Afflict. in dec. 62. nu. 1. sed quando maiorem adiacentiam quis habere dicatur, tradit Grat. lib. 4. discept. cap. 842. num 80. & 81. cum ibi allegat.

29 Restringe tamen illud ius congruum non habere locum ad fauorem subinqui lini, quia cum illud priuilegium sit merè personale, nec per consequens personam inquilini egredi potest, vt fuit dictum in Romana inquilinatus 1. Iun. 1598. coram Card. Lancellotto, & Rota in decis. 540. num. 2. part. 2. in recent. & in illa Romana retractus coram Merlino in princ. & per Gregor. XV. in sua decis 115. num. 7. Licèt secus tamen sit in constitutione Pij V. quæ non prohibet eam prælationē domini censualijs cedere, vt pluries fuit decisum à Rota & signanter in illa Romana retractus coram Merlino, & prius in Romana prælationis Veneris 27. Aprilis 1605. coram Pena, licet Franch. in sua decis. 242. num. 1. dicat, quòd etiā istud ius cōgrui, vna cum re cedi potest, idem ait in dec. 346 Sed in omnē euentū neq. consors, neque vicinus post huiusmodi ius retrahendi transferre, nisi rē ipsam vicinam cedat, vt ait Gratian. lib. 4 disc. cap. 751 num 41. & 42 Sed si statutum adesset, vt ius retractus non posset cedi, neque vendi, tunc illud compræhēderet etiam alienationem, quæ fit in suū hæredem, vt ait idem Grat. lib. 3. discept. cap 413. num. 36 & 45. cum ibi alleg.

30 Extende quintò, illud ius quoq. procedere in venditione facta ad vitam, quę dicitur vera, & perfecta venditio, cum contractus possit quoque esse temporalis, veluti quoque dicitur de venditione ad certum tempus facta, nec non in concessione ad vitam, & in locatione ad longissimum tempus, vt ait Grat. lib. 3. discept. cap. 460. num. 39. & seqq. & ita fuit dictum in illa Romana Iuris congrui de Crescentiis coram Robusterio, & in alia Romana retractus Palatii in monte Iordano 19. Nouemb 1604. coram Iusto licèt tñ secus sit in permutatione, in qua ius congruum locum non habet, vt fuit dictum in illa Romana domus, hoc retractus Lunæ 26. Febr. 1590 coram Pena.

Extēde quoq. illud ius habere locū in pacto retrouēdēdi, addictionis in diē, siue legis commissorię, vt ait Grat. lib 4 discept. cap. 742. num. 30. & ratio est, quia illi, qui habent rem restitutioni subiectā, interim domini pleno iure dicuntur; secus autem in venditione conditionali, siue in re pignorata, in quibus ius retractus non habet locum, nisi tamen res esset tā ti pignorata, vt nulla spes eam reluendi remaneret, vt ait Gra. dicto cap. 742. nu. 31. cum seqq. & prius lib. 3 c 422. nu. 23. vsque ad finem.

31 Contrarium tamen esset dicendum in venditione facta cum pacto redimendi: sed simulatè, quia tunc istud ius haberet locum, vt ait Afflict. dec 339 & quando tale pactum dicatur simulatum, docet Franc. Marc. dec. 484 nu 8 par. 1. Grat. lib. 2. discept. cap. 258. & Rota dec. 240. & dec. 256 inter crim. Farinacc.

32 Extende sextò, idem quoq. procede re in re per licitationem vendita, licèt secus sit in adiudicatione pignoris, siue in solutum datione, quæ fit creditori, ob differentiam, quam faciunt DD. à venditione facta à iudice plus offerenti, ad dationem in solutum, quæ fit creditori, vt fuit dictum in Romana prælationis coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 193. num.

ta in vna Romana Separationis Thori 16. Ianuarii 1606. coram Cardin. Marcomontio; licèt id fallat contra emptores ab Hospitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Neapoli, contra quos ius congrui, & prothomyseos non valet, vt ait *Franch. dec. 383. num. 1. cum aliis ibi alleg.*

41 Fallit tamen primò, quando essemus in domino vtili, qui nullam habet prælationem contra proprietarium, suam proprietatem vendere volentem, & ratio est, quia illa constitutio Gregor. XIII. iuris congrui loquitur de fundo, & solo; non autem de iuribus incorporalibus, vt fuit dictum *in Romana Retractus 31. Ianuarii 1605. coram Iusto, & in alia Messanen. Canonicatus septima Februarii 1611. coram Card. Sacrato, & coram eodem in Romana retrouenditionis Scala, & Portus 20. Decembris 1613. quæ est in recentior. decis. 502. num. 3. & 4. part. secunda*: licèt secus in casu *decis. Capic. 99.* Et propterea videmus, quòd dominus directus præfertur in venditione domus emphiteoticæ, vt ait *Grattanus lib. 4. discept. cap. 745. num. 69.* licèt sit quoq. verũ, quòd emphiteuta potest agere pro retractu, tanquam vtile dominiũ habens, ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 460. n. 3. & 26. cum pluribus sequentibus*, & ibi testatur hanc esse veriorem, & æquiorem opinionem; quod tamen declara non procedere, quando pensio esset perpetua, & redemptioni non subiaceret, vt dicunt *Doctores alleg. à Gratiano ibi supra num. 75. cum seqq.* & *Franch. dec. 392. n. 1. cum ibi alleg.*

42 Fallit secundò, principalis conclusio, quando vicinus, vel alter priuilegiatus non posset idem pretium præstare, quod præstatur ab emptore, quia tunc non præfertur, neq; eo casu esset requirendus; secus autem, si æquè id agere posset, quia tunc in cõgressu ille extraneis præfertur, *vt fuit dictũ in Rom. Iuris congrui 30. Ian. 1586. coram ..... & in alia Rom. domus, siue retractus d. Lun. 26. Febr. 1590. coram Penia*, sed quòd pauper sit ẽt requirendus ad retractũ, ait *Grat. lib. 3. discept. c. 443. n. 83. & Osasc. dec. 175. num. 2.*

43 Fallit tertiò, quando à vicino, vel coniuncto fuisset data licentia alienãdi parti præsenti, & acceptanti; vt fuit dictum in *illa Rom. Iuris congrui corã ....., & Mag. dec. 118. Rot. Flor. & Ric in sua coll. 924. p. 4.*

44 Fallit quartò, quã vicinus post factã vẽditionẽ recognosceret emptorẽ in Dñm, vt ait *Rot. in d. Rom. iuris congrui corã ....* sed est benè verum, quòd licèt inquilinus necessariò teneatur recognoscere emptorẽ in Dñm & possessorẽ, & ei soluere pensionẽ, si ille velit permanere in domo durãte anno ei præfixo à Bulla, ad redimenũ, cum emptor sit Dñs d. anno durante, vt fuit dictũ in d. *Rom. retractus Pal. coram Iusto.*

45 Nihilominus d. inquilinus nõ prohibetũ intra tẽpus illius anni dictã domũ retrahere, si velit, & sic illius dominiũ à primo emptore reuocare, vt fuit dictũ *in d. Rom. retractus Pal. coram Iusto, & Mising. obseru. 51. cent. 3. & Ricc. in sua collect. 6. in fine*

46 Declara tamen, quòd tempus illius anni incipit currere à die scientiæ, ad declarandum, si velit inquilinus retrahere, sed si penderet lis super retractu, tunc illud tẽpus interim est subducendũ in materia depositi fiendi, q tñ declara procedere, veluti, qñ iudiciũ fuisset pricipaliter deductũ; at secus si incidẽter, quia tũc succederet regula illa, quòd pendente iudicio præiudiciali in alio sit supersedendũ, vt si iudiciũ esset super vicinitate, q est præiudiciale iudicio retractus, vt ait *Grat. lib. 2. disc. c. 394 n. 34. & 36.* & veluti fuit dict. *à Rota per Greg. XV. in sua dec. 470. in fi & in illa Romana retractus corã Iusto*. Sed quando possit euenire cõtrariũ, qñ lis ẽt esset super vicinitate, vide *Greg. in d. dec. 470. n. 49 n.* tempus illius anni ad deponẽdũ, ne dum silet ad fauorem proximioris retrahere volentis, dum durat lis super vicinitate; verũ ẽt durante lite inter emptorẽ, & venditorẽ super traditione rei vẽditæ, necnon inter emptorẽ, & consanguineũ super d. re vendita, & prædicta procedũt ẽt, quòd vtrumq; iudicium fuerit cumulatũ, nẽpe vicinitatis, & retractus, vt benè ait *Gregor. dec. 451. n. 2. & seq.*

Vnde erit hic concludendum, quòd actuale depositum sit necessarium, ad hoc vt fructus lucretur deponens; licèt secus, quòad formandam actionem, ad hoc, vt contractus resoluatur; quia tunc oblatio prætii sufficeret, licèt sit quoq. verum quòd illud depositum non releuat,

si fieret antequam solutio recusetur, tàm ex dispositione Bullæ, quàm etiam iuris communis, *Gratian. lib. 3. disceptat. cap. 544. num. 16. & lib. 4. cap. 786. num. tertio, & 4.* Sed nota tamen, quòd ad hoc, vt vicinus, siuè alter plenā notitiam de retractu habere dicatur, opus est, vt dicta denunciatio, siuè intimatio nō domi, sed personaliter fiat, vt ait *Grat. lib. 3. discept. 460. n. 71.* Item, quod sciẽtia currat à die die contractus, non autem affrancationis, ait *Franch. decisio. 392. num. 6.* & an fraus tempore præsumatur iuris congrui, vide *Capic. in sua decis. 38. cum ibi per eum allegat.*

47 Extende dictam denunciationem in retrahēdo, adeò pro forma requiri, quod ob id non præiudicat scientia venditionis retrahere volenti; vt fuit dictum à *Rota per d. Greg. in sua dec. 425. & ibi addent.* licèt loquantur in materia census, sed in istis terminis fuit dictum à *Rota in illa Romana Retractus Palatii coram Iusto, Gratian. lib. 4. discept. cap. 742. num. 1. & Put. viden. in sua decis. 161. num. 4 & seq. lib. 1.*

Licèt sit quoq; verum, quòd illa denũciatio, quæ in venditione census fieri solet, valde differt ab ea, quæ fit in retractu; nam denunciatio fienda in censu potest per æquipollens adimpleri, & præsertim, si ille cui adimplendum veniebat, sit securus de iure suo, vt ait *Gratian. in decis. 54. num. 10. in addit. Cardinal. Seraphin. decis. 1275. num. 2. Afflict. decis. 171. in fine melius Mohedan. in sua decis. 324. alias 16. de loc. & cond. Cincius de censibus par. secunda, cap. 2. quæst. prima artic. 4. num. 7. cum sequentibus*, & eò magis, si per omissionem illius præcisæ formæ ius commune non læderetur, vt ait *Cincius ibi supra num. 8. & Cardinal. Mantic. de tacit. tit. 16. num. 23. lib. 3. & Mobed. d. dec. 324.* Secus autem venit dicendũ, de ea denũciatione fienda in retractu, quia ea præcisè, & non per æquipollens venit adimplenda, & ratio differentiæ, quare in venditione census, non ita præcisè sit adimplenda forma, vt in retractu, ea esse videtur, quia vicinus sub prætextu ignorantiç posset permittere, vt alter emeret, & rem emptam melioraret, & postea eam melioratam recuperare, absque melioramentorum refectione, vt fuit decisum in *Romana Retractus, Veneris 28. Aprilis 1600. coram Cardin. Mellino.* Quòd tamen secus est in venditione census, vltra quòd in illius Bulla non reperitur cautum, vt dicta denunciatio fit de forma, vt est in illa retractus, & propterea illa decisio *Gregor. 425.* potius ex predictis potest applicari illi denunciationi, fiendę in retractu, quàm illi incensu, & præsertim, quia Papę Pij Quinti intentio solum fuit tollere fœnus in venditione censuum, illa verò Gregorij in retractu fuit ne retrahere volentes sub prętextu ignorantię rem ab emptore melioratam absque melioramentorum refectione auocare.

48 Subextende procedere, etiam, quando in locatione facta Inquilino ab emptore retrahente, adesset iuramentum de tradendo domum finita locatione liberam, vacuam, & expeditam; quia illa promissio intelligitur, secundum ius commune, siue statuti, ita vt non ob id cēnseatur decreto Camerali renũciatum, vt fuit dictum in *Romana pensionis domus, Luna 24. Nouembris 1603. coram Cardinal. Saerato, & Puteus in dicta decisio. 161. lib. primo;* Et sic quòd neque tali casu sit necessaria protestatio inquilini, ait *Gratian. lib. 3. disceptat. cap. 520. num. 12. & 15. cum sequentibus.* Secus autem, quando quis renunciaret omni legum, siue statutorum auxilio, & venderet iure proprio, & in perpetuum; quia tunc ille excluderetur ab huiusmodi retractus beneficio, nec non omnium iurium, quæ tàm in re, quàm in spe illi potuissent competere, vt ait idem *Gratian. lib. 4. discept. cap. 672. num. 21. & 22.* Et ratio prædictorum est; quia per consensum prçstitum, etiam tacitè alienationi rei sub iectæ retractui, fit præiudicium, circa ius luendi, etiam si consensus daretur, cum clausula Saluo iure domini, idem *Gratian. dicto cap. 672. num. 1. & 2. & 9. & 10.*

Quemadmodum etiam huic priuilegio censetur renunciatum per eum, qui labi patitur tempus à Constitutione præfixum, quod semper intellige pro-

procedere, si illius scientia formiter concurrat; alias secus, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 947. n. 1. & seq. & c. 957. n. 15.*

49 Subextende præterea dictam denunciationem adeò esse necessariã, & sic illud tẽpus anni ad retrahendum requiri, vt si ea cessent, & vicinus postea rem ab emptore recuperet; tunc non tenetur vicinus melioramẽta interim facta emptori reficere, quia d. emptor debebat præcauere, quòd vicinus retrahere poterat, vt fuit dictum *in vna Romana retractus Ven. 28. Aprilis 1600. coram Card. Millino.*

Extẽde, quòd data scientia ementis, non est locus refectioni, nedũ damnorũ, & interesse, siue litis expensarum; Verum etiã, nec pretii, ẽt si fuerit promissum facere omnẽ, & quácũq; personã consentire interesse habentem, vt ait *Grat. lib. 2. discep. c. 205. n. 4. cum seqq.* licèt id limitet non procedere sub *num.* 10. & ratio illius conclusionis ea est, quia promissio facta de faciendo consentire omnem personã interesse habentẽ, nõ comprehendit vicinum retrahere volẽtẽ *idem Grat. lib. 5. c. 947. n. 25.* & propterea in *d. lib. 5. c. 957. n. 38.* ait neq; esse necessariã inhibitionem, ne fierent impensæ, siue melioramenta, ex ea ratione, quia tempus datum à Bulla ad retrahendum, pro inhibitione, & interpellatione habetur, vt ait *Boer. dec. 47. num. 6. cum ibi alleg. ab eo.*

50 Fallit quintò, quando vicinus ius congruũ peteret, sed postea pœnitendo à sua petitione recederet, quod enim de iure fieri, etiam inuito emptore permittitur, vt ait *Franch. dec. 346. & Ricc. in sua collect. 924. circa medium par. 4.*

51 Contrarium licèt dicat *Boer. dec. 48. & Papon. arrest. 6. tit. 7. lib. 11.*

52 Fallit sextò, quando per pactum fuisset conuentum, vt emptor iure congrui non conueniretur; quia tunc istud ius cessaret, vt ait *Franch. dec. 285. & Ric. ibi sup. in prin. & Grat. lib. 4. disc. c. 672. n. 1. & 2. cum seqq.*

53 Fallit septimò, vt illud ius spuriis legitimatis non competat, vt ait *Mising. in obseru. 35. in 1. cent. et Ricc. in d. collect. 6.*

Declara tamen, quòd licèt illegitimi sint incapaces emphiteusis ecclesiæ; tamen si adsit pactum affrancandi, tunc habiles efficiuntur, quasi quod tale pactum puram venditionem inducat, vt ait idem *Grat. lib. 4. discept. c. 745. num. 77.*

Denique, quòd illud ius non competit in alienatione facta à minore, quia pro ea dominium translatum non dicitur, vt ait *Grat. lib. 3. discept. cap. 526. num. 15.* secus autem in Iudeo, qui potest huiusmodi retractus priuilegio vti, vt ait *idem Grat. lib. 4. c. 668. n. 30. cum ibi alleg.*

Animaduertendo vltimo loco, quòd in hac materia iuris congrui, iudex loci rei erit competens, remoto Iudice domicilii, & ratio est, quia ista actio dicitur in rẽ scripta, quæ æquiparatur reali, vt ait *Franch. dec. 389. per totam Thom. Triuis. decis. 34. par. 2. Rota Venet. Papon. lib. 11. tit. 6. arrest. 1. et Riccius in sua collect. 924. in fin. in 4. par.* & illud ius ad hoc, vt ab aliquo peti possit, requiritur speciale mandatum, *Grat. li. 5. discept. c. 957. n. 17. cum ibi alleg.*

54 Sed reassumendo principalem conclusionem, vbi habetur, quòd quilibet liberè potest in suo ædificare. Amplia quartò eã in tantum procedere, vt cuilibet quoque liceat murum pro communi ædificare, vt ait *Franch. Marc. in sua dec. 22. p. 1.*

55 Amplia quintò, vt ẽt quis ostiũ in muro proprio, imò super vicini solo facere possit, saltẽ in quãtũ protenditur stillicidiũ, *idem Franc. Mar. in sua dec. 24. d. p. 1. n. 1.*

56 Amplia sextò, quòd quilibet ædificare possit Colũberiũ, vbi colũbæ morantur, ẽt Dño, & vicino cõtradicẽte, prout refert ita fuisse decisum *Papon. lib. 18. tit. 9. arrest. 2.*

57 Amplia septimò, quòd ædificium fieri permittitur, etiam cum damno vicini, quã do æmulatio, siue inuidia cessat, vt ait *Grat. lib. 3. disc. c. 572. n. 23. cum alis alleg.*

58 Amplia octauò conclusionẽ principalẽ procedere, ẽt in loco publico, veluti in littore maris, vbi cuilibet ædificare licitũ est, vt ait *Franc. Marc. dec. 10. n. 11. p. 2.* & præsertim qñ facienti prodest, & parũ Dño noceret, vt ait *Grat. lib. 3. c. 541. n. 8. et 9*

59 Amplia nonò, procedere in fluminibus publicis, ẽt nõ nauigabilibus, vbi quis ędificare, vel destruere põt, vt ait *id. Frãc. Mar. dec. 416. n. 3. p. 1. et dec. 348. n. 2. par. 2.*

60 Et ratio est, quia proprietas fluminũ publicorũ est Principis; Vsus verò cõmunis, primò occupanti conceditur, licèt in parte tantum occupata, *idem Franc. Mar. d. dec. 416. num. 2. et 4. cum aliis ibi alleg.*

61 Declara tamen primò, prædictas ampliationes esse veras; dummodo illud ædificiũ sine iniuria vicini fieret, vel vicino nõ noceret; aliàs posset à vicino propria authoritate destrui, *vt ait d. Franc. Mar. in prædictis decis. & in alia 596. n. 4. par. 1.*

62 Declara 2. quòd licètquis in mari ædificare possit; tñ pro ædificio pẽsio erit soluẽda, *vt ait idem Franc.Marc.dec.636.n.3.*

63 Veluti etiam dicitur de Ecclesia, quando ædificatur in solo alieno, cuius soli prętium soluí debet, idem *Franc. Marc. ibi sup. n.4.*& *Grat. lib.5. discept. cap.896.*

64 Contrarium, ait *Alex.ibi alleg. à Franc. Marc.* dicens, quòd nõ soluitur pensio pro ædificio in mari; sed in platea cõmuni sic

65 Rursus extende, quòd ædificia quæ fiunt in fluminibus publicis sunt illius, qui ædificat, vt distinguen. ait idem *Franc. Marc. in decis.* 416. *par.* 1. quem omnino vide, si vis scire in materia ædificiorum, quæ in locis publicis, aut priuatis fiant, & pro quibus construendis à quo sit petẽda venia; vel cuius sit eorum proprietas, & vsus, & qñ possint destrui, in hoc vide *Grat. lib.3.discept.c.*541.*n.*10.& *Franc.Marc. in dec.*417.*n.*1.*p.*1. ait quòd si timetur dãnũ ex cã operis facti in publico flumine, tũc caueri debet de damno infra decem annos.

66 Limita tamen primò principalem conclusionem non procedere, & sic quòd quis in suo, vsq; ad Cœlum ædificare non possit, quando consuetudo certum modũ ædificãdi præscripsit, quæ consuetudo potissimũ in ædificijs est attẽdẽda, vt ait *Grat. l.*5. *dis. c.* 896. *n.*20. seu si aliud priuilegiũ, obstaret *vt ait Aff. in sua de.*328.*n.*1.*et Sur. in dec.*168.*n.*6.*et seq.et Duen.ibi sup. lim.*4. *et Capol.ibid.n.*2.*et Bellon. in suo cons.*61. *incipien.in casu proposito*, & *Gratian. in d. cap.*896.*num.*5. & 11. *lib.*5.

67 Limita 2. conclusionem nõ procedere, qñ aliq in alienum immitteretur, ob ꝙ magnũ damnũ vicinus esset passurus, vt ait *Dec. in l.domũ suam n.*4.*ff.de reg.Iur.Hieron. Cucal. in addit.ad d.Dec.in l.nullus videtur de reg.Iur.in littera* B.*Grat. ibi sup. n.*11.& *Franc.Marc.dec.*498.*n.*1.*p.*1. & *Rota per Buratt.dec.*631.*num.*1. *cum seqq.*

68 Limita 3. qñ ibi aliqua seruitus esset imposita per pactũ, vt ait *Duẽ.ibi sup.in limit.* 2.*Capol.dicto c.*39.*vers.*2 *fallit n.*2.& *Rot in dec.*199.*p.*1.*in rec.* vbi latè tradit, qñ serui tus realis, siuè personalis cõstitui possit, & ratio istius limit. ea est: quia per statutum, & consuetudinem potest certus modus in ædificando præscribi, etiam contra ius, & tunc ex eo ligabitur etiam forensis, vt ait idem *Grat.dicto lib.*5. *dis.c.*957. *num.*44. *cum seqq.*& *Franc.Marc. dec.*501.*n.*24.

69 Extẽde id adeò esse verũ, ꝙ imò valet consuetudo, vt Dñus nõ possit in solo proprio ædificare, sed ꝙ cogatur vendere parietem vicino, idem *Grat.d.c.*957. *n.*47.

70 Limita 4. qñ ædes vicini hẽent lumen ex publico; quia si ex tali ędificio lumẽ impediretur tũc ædificari non posset, *Duen. limit.*2. & *Capol. ibid. nu.*2. *vers.*4. *fallit.* Veluti eodem modo veniret dicẽdũ, si per fenestras inspici posset intra Monasterium Monialium; secus autem in illud religiosorum masculorũ, qui quotidie modo huc modò illuc videntur deambulare per ciuitatem; quia in istis non viget eadem ratio, quę viget in monialibus; quę ab humanis aspectibus separatæ sunt ac conseruari debent, vt liberius Deo inseruire possint, quã enim rationem Rota determinauit nõ vigere in Collegio Seminarij, & similibus, qui pari modo quotidie per ciuitatẽ deãbulare videntur in *Rom.tramõtana* 7. *Iun.* 1623 *corã Pirou.* licèt prius *in Rom.altius non tollẽdi luna* 30.*Maij*.1622.*corã Buratt.* fuisset decisũ cõtrariũ ad fauorẽ scholaris Collegij Romani, ex ea rõne, quia *illi disci* plinis Ecclesiast.imbuũtur & idꝙ fuit dictũ de fenestris inspicientibus intra Monasteriũ Moniliũ, procedit etiã, si illæ citra æmulationẽ fuerint cõst ructæ, vt fuit d. à *Rot. in dict a Rom.altiusnon tollendi corã Buratt. qua est in eius impr.dec.*631.*n.*21.*et ibi in add.*

71 Limita 5. quando illud ædificiũ conductori, siuè vsufructuario lumen in totum impediret, vt ait d. *Duen. in limit.*3.*Mar fil. sing.*154.& *Capol.d.n.*2. *vers.* 2. *fallit.*

72 Limita 6. quando ædificium in re cõi fieret: quia prohibente socio dictum ædificium executioni demandari non posset, nisi tñ socius offerret, quòd illud postea factum super re cõi, cõe fieret, vt ait *Surd. in dec.*168.*n.*3.*et* 4. *et in suo cons.*233.*n.*7. *cum. seq. lib.*2.*vbi latè Duen.limit.*5.*Socin. in limit.*3.*Capol.n.*3.*vers.*7.*fallit.Thesaur in.de.*41.*n.*13.*vbi ampliationes, et limitationes ponit, et Franc.Marc.dec.*460.*n.*2.*p.*2.

73 Sublimita tñ 1. qñ socius in dicta re cõmuni ædificare vellet, & ad id illa res esset destinata, vt latè exemplificando ait *Thesaur. in dec.*23. *num.*1. & 2. & *in dicta decis.*41. *superius allegata*.

74 Sublimita 2. qñ socius habens cõmunionem cum ædificio vicini, formam dicti ædificij cõmunis nõ mutaret, *vt ait Grat. in dicto c.*896. *n.*7. *lib.*5. *cum ibi alleg.*

75 Quid si socius murũ cõem eleuauit? An alter cõsocius possit in dicto muro eleuato ędificare

ædificare obscurando lumina vicini, soluendo expēsas pro eius parte, in hoc per tē vide *Thes. in d. dec. 23. n. 2. & seqq.* & *in dec. 41. n. 2.* & 7. *las. cōs. 98. ver. 5. li. 1 Bursf. consf. 111. n. 1. & seq. Surd. in d. dec. 168.* vbi ait in hoc esse stādū consuetudini, veluti de eodem quoq. testatur *Franc Marc. in decis. 460. num. 3. par. 2.*

76 Sed, quòd socius regularitèr nō possit imponere; seruitutem in re communi, in alterius socij præiudicium, ait *Rot. in Rom: euacuationis Merc. 2. Dec. 1615. corā Vbaldo, qua est in 1. par. retentior. dec. 692. num. 5.*

77 Limita septimò, nō habere locū, quando impediretur vetus arcę, in qua fructus triturātur, & paleę à fructibus discernūtur vt ait *Duen. ibi sup. in limi. 6.* & *Capol. ibid. ver. 8. fallit Socin. in limit. 1. Anchar. in q. 23. n. 1.* & 2. vbi de sole loquitur *Magon. dec. Floren. 6. n. 1.* & *Boer. in dec. 322. n. 12.* Veluti eodem modo diceretur, quando vicinus in vrbano prædio impediret in ędificando, vt prorsus venti non possent ingredi in domum alterius, vt eam salubriorem redderent, secus autem si excluderet vnum ventum ab illius domo, sed plures eiusdem benignitatis, & salubritatis in eam aliundè ingredi valerent, quia tunc illud ędificium impediri non posset, sed in omnem euentum venit probandum ab actore ventum prorsus, & vndique excludi, ita vt locus ob id penitus inutilis redderetur, vt latè, & pulchrè fuit dictum *à Rota per Buratt. in d. decis. 631. num. 8.* & 11.

78 Limita octauò, quādo ædificium fieret animo nocēdi vicino, & ad emulationem, seu inuidiā, vel alterius iniuriā, vt ait *Marsi in suo sing. 154 Duen. in limit 7. Menoch. d. casu 156. n. 5. & seq.* & *ibi latè Boer. in d. dec. 322.* & *323. Magon. in dec. Lucen. 29. n. 9.* & *13. cum seq. Mascard. de probat. in conclus. 920.* qui omnes docent, quando ædificium dicatur ad emulationem factum, licèt sit quoque verū, quòd in dubio quis præsumitur ad sui vtilitatē, & nō ad alterius emulationē ædificare, vt ait *Gayll. in obseruat. 69. nu. 17. lib. 2. idem Boer. dec. 320. Grat. in lib. 4. discept. cap. 745. n. 37.* & 40. & *in cap. 752. num. 92.* vbi id āpliādo, ait quòd emulatio non cōsideratur in vicino ad sui cōmodū ædificare volēte, licèt alteri noceat, quia satis erit ꝙ pricipalis intētio nō sit ad nocēdū vicino, sed ad sui vtilitatē, absq. alterius detrimēto, licèt ēt sola vtilitas sufficeret, quāuis secūdariò alteri noceret ad *trad. per Castr. in l. altius C. de seruit.* & *aqua DD. in l. fluminum §. fin. ff. de dān. infect. Medic. in dec. 49. et d. Magon. in d. dec. 29. n. 17.* & *Franc. Marc. dec. 499. par 1.*

79 Cōtrariū dixi *sup. in ver. animaduertendo ex doctr. Grat. li. 5. disc. c. 896. n. 15.* vbi habetur ꝙ dū tractatur de piudicio alterius, tunc dānū nedū primariò, sed etiam secundariò venit attendendum.

80 Licet tñ idē *Gayll. in d. obseru. 69. n. 30.* dicat, ꝙ in dubio animus nocēdi nō presumitur, & propterea allegāti emulationem onus probādi incūbit, sed ad emulationē tūc cēsetur absolutè factū ædificiū, qñ facicti nil prodesset, & cæteris noceret, vt pulchrā ait *Frāc. Marc. in dec. 24. n. 1. p. 1.*

Itē ad æmulationē ædificiū fieri diceretur, qñ vtilitas esset modica, cū parum, & nihil inuicē æquiparētur, & multò magis si præiudiciū magnū resultaret vicino, & nulla vtilitas ędificāti; secus aūt, qñ vtilitas esset modica inspecto dāno vicini, sed cōsiderabilis respectu ædificare volētis, quia tūc æmulationi locus non fieret, vt dicūt *adden. ad dec. Burat. 631. n. 27.* & *Hōded. consf. 80. sub num. 35.*

81 Extende, quòd etiam ęmulatio præsumenda veniat, quando plus esset in impensa, quàm in fructu, vt ait *Gratian. in d. cap. 745. num. 39.*

Sed qñ iniuria, & inuidia cōtra vicinū cessat, tūc vnus ædificare potest, ēt super flumine nō nauigabili, vt ait *id. Frāc. Marc in dec. 348. n. 2. p. 2. et dec. 416. p. 1.* & ibi ratio assignatur. Itē qñ ea extet, vel nō, arbitrio iudicis est remittēdum, vt dicunt *adden. ad dec. Burat. 631. n. 25.* consideratis tñ qualitatibus facti, & personarū, iuxta *trad. per Menoch. de arb. iud. cas. 156. nu. 8.*

82 Cōtrarium verò si essemus in flumine publico nauigabili, vbi ædificare, vel molendinum cōstruere nō licet; nisi licentia Principis intercedat, quam enim Populus concedere non potest, vt tali modo distinguendo tradit idem *Franc. Marc. d. dec. 416. num. 5. 6.* & *10. p. 1.*

83 Vndè est necessaria authoritas publica, ad hoc, vt clausa siue molēdinū in flumine publico fieri possit, & tūc cuius sint ista ędificia molēdinorū, cum hac distinctione erit procedendum, nempè, aut illa

fiunt infra aquam; & tunc publica dicũtur, aut super aquam fiunt, & eo casu ædificantis fiũt; Itẽ publica ea dicũtur, quę causã perpetuã fluẽdi habent, & sic, continuam; Priuata verò, quando causa est discontinua, idest, quia modo fluunt, modo defluunt, idem *Franc. Marc. dicta decis.* 416. *num.* 11. *cum seqq. & Gayll. obseru.* 69. *num.* 14. *lib.* 2. vbi propterea subiungit, quòd seruitus altius non tollẽdi, cum habeat causam continuam, spatio decem annorum acquiritur, & vnicus actus sufficit, vt puta vnica prohibitio, cum patientia decennali aduersarij, immò sola prohibitio sufficit, ad eius quasi possessionem acquirendam.

84 Limita nono, non procedere, quando alicui ædificare, ex iure speciali, siue priuilegio non liceret, vt ait *Soccin. in dicta limit.* 2. *Capol. in dicto cap.* 39. *vers. sexto fallit, & Gayll. dicta obseru.* 69. *num.* 13.

85 Limita decimò, quando ædificando, iuxta scalas earum lumini officeretur, *vt ait Duen. in dicta regula* 32. *in vltima fallentia.*

86 Limita 11. dũmodo in ædificãdo serue tur forma data in *l. fin. ff. fin. regun.* nempè, quòd ædificium distet per vnum pedẽ, vel per duos, vel plus; prout distingui tur in *dicta l. fin.* & *ibi glos. & DD. Capol. in suo tract. seruit. vrban. præd. in cap.* 40. *de pariete, seu muro in princ. & Cucalon. in addit. ad Dec. in d. l. Nullus*, & *Surd. cons.* 74. *per totum lib.* 1. & *Franc. Marc. in decis.* 501. *p.* 1. *Thesaur. dec* 115. *n.* 1.

87 Et dixi de vno pede, siue de duobus; quia si construatur murus, iuxta prædium rusticum spacium vnius pedis dimitti debet, si verò construatur domus iuxta prędium vrbanum, tunc spatium duorum dimitti debet, idem *Franc. Marc. d. decis.* 501. *num.* 16. & 17.

88 Amplia igitur dictam *l. fin.* habere locum, tam in vrbanis, prædijs, quàm etiam in rusticis, ait *Bellon. in cons.* 61. *num.* 3. & *Surd. dicto cons.* 74. *n.* 10. *idem Franc. Marc. d. decis.* 501. *num.* 19. & ibi distinctionem habebis.

89 Animaduertendo, quòd prædium vrbanum, & rusticum dignoscitur à prædij qualitate, & non à loco, idem *Franc. Marc. in præcitat. loco numa* 6. & 19.

90 Sed circa materiam *d. l. fin.* tria singularia sunt notanda, & primum est, vt ea non habeat locum, vbi quis ædificare intendit, iuxta parietem non proprium, & particularem vicini, sed cõmunem, prout fuisse ita decisum in *Senatu Pedemont. ait Thesaur. in decis.* 115. *per tot. vbi allegat Franc. Marc. in decis.* 502. & 503. *Neuizan. in cons.* 65. *num.* 22. & ibi testatur per duas sententias ita fuisse determinatum. Item quod in muro communi ędificans non posit cogi illud spacium inter mittere, ait *Nicol. Valla de reb. dub. tract.* 8. *num.* 15. *cum alijs ibi alleg.*

91 Contrarium licèt teneat *Angel. in l. quidem Iberus*, & *Bart. Florian. omnes allegati à Thesauro in dicta decis.* 115. *nu.* 1. dicendo quòd vicinus ædificare volẽs tenetur formam dictæ legis obseruare, & sic murus censendus est, vt alienus, cum magis noceat qualitas partis alienæ nocibilis, quàm prosit qualitas iuuans partis alterius ædificare volentis.

92 Cõcorda tu tñ, quòd scilicet prima opinio procedat in ædificio nõ nocibili; Secũda verò, qñ paries ex ędificio posset aliquo modo deterior effici, vt dicunt omnes *DD.* & *præsertim illi, quos alleg. Thes. in præcit. loco.*

93 Secundum singulare dictæ *l. fin.* est, quia potest dubitari, quando domus vicini habet stillicidium caſitãs in prædio, vbi quis ædificare intendit, an si illi duo pedes sint dimensurandi à pariete, vel potius à loco cassitantis stillicidij, & in hoc tali pacto erit distinguendum, Nempè vbi solũ, in quo cassitans stillicidium verè, vel præsumptiuè spectat ad eum, qui dicti stillicidij est Dominus, & tunc dimensuratio fieri debet non à pariete, sed à loco stillicidij, quod tamen secus esset, vbi quis stillicidium illud iure seruitutis haberet, *vt ait Rusin. in sua decis.* 6. & quando illud dicatur iure seruitutis, seu Dominij haberi, Item quando subtus illud ędificari possit, *docet Franc. Marc. decis.* 500. *num.* 3. & 4. & *ibi pulchrè par.* 1.

94 Tertiũ singulare illud est, licèt sit dubitabile, an dispositio d. legis finalis locũ habeat circa arbores, quę plantantur, & in hoc *Duhus. decis. Bononien.* 110. ait dictã legem solum in prædijs vrbanis seruari.

95 Contrarium tamen dicit *Franc. Marc. decis.* 501. *num.* 2. *par.* 1. vbi ait, quòd actio finium regundorum non nisi pro rustico

rusticorum prędictorum confinibus directè datur, licèt indirectè detur etiam pro Vrbanis, & ratio differentiæ ea est: quia ædificia dicuntur vicina, & plerumque parietibus communibus discernuntur, & hæc secunda opinio multo magis procederet super eo (vbi dicitur dictam actionem finium regundorum indirectè dari pro prædijs Vrbanis) quando essemus in prædij Rusticis in Vrbe existentibus, veluti in hortis, qui non dependerent à domo, nec ei deseruirent, sed solum ad redditum destinantur, *vt ait idem Franc. Marc. dicta decis.* 501. *num.* 15. & *prius num.* 11. firmat quòd in plantatione arborum duos pedes dimittere debemus, excepto tamen Fico, & Oliua, in quorū plantatione decē pedes sunt intermittendi, & ratio est: quia eorum radices in longius dilatantur, quæ si noceant fundamento vicini essent eradicandæ; sed si quis vicinus vellet fodere puteum, iuxta alterius regionem, tūc debet vnum passum dimittere, & passus dicitur quinque pedes, & pes quindecim digitorum, vt refert dictus *Marc. dicta decis.* 501. *num.* 10. & 12.

96 Quod enim extende procedere etiam in dispositione *legis Meniana C. de præd. priuat.* quæ habet locum in menianis, & solarijs, *vt ait Franc. Marc. in decis.* 501. *num.* 21. vbi ait quòd mæniana exponuntur, id est solaria, vel menianum dicitur à mænibus.

97 In quibus tamen terminis *dictæ l. Meniana* requiritur maior distantia quam requirat, *dicta l. fin. ff fin. regūd. vt ait Corn. cons.* 282. *sub num.* 6. & 7. *lib.* 4. & *idem Marc. in dicta decisione* 501. *numero* 20. Sed bonum erit scire prædictorum occasione, quòd ædificium situm in prædijs rusticis non habetur in consideratione, nisi vti quid accessorium, & sic non æstimatur sicut Vrbanum, quod enim est necessarium scire in venditione, quæ fit de Podere, seu Casali, quorum enim ædificium non venit ęstimandum, nisi aliud inter partes fuerit conuentum, veluti fuit dictum à Rota per *Card. Seraph. dec.* 1377. *num.* 3.

98 Prętererea erit animaduertendum, quòd prædium Vrbanum potest fieri rusticum, & è contra sola Patris familias destinatione, Vnde si stabulum sit deputatum ad vsum Patris pro eius æquis, tunc illud Vrbanum prædium censetur; si verò sit deputatum pro alijs animalibus ad vsum ruris, vel macelli, tunc illud erit rusticum, *vt ait idem Franc. Marc. in dec.* 501 *num.* 20. & *prius nu.* 18 docet quid sit prędium suburbanum, & *Rota in Romana retractus Luna* 29. *Ian.* 1629. *coram Merlino.*

99 Et reassumendo decimam limitationem, Sublimita eam, quòd scilicet distantia *à dicta l. fin.* data non sit seruanda, quando ædificium, quod fieret de per se stare posset, alio pariete sublato, vel alterius, siue communi, & quādo ędificium non deterioraret dictum parietem, nec illius refectionem impediret, quibus optimè adaptatur illa regula. Quod tibi non nocet, & alteri prodest facilè est concedendum, quinimò periniquum esset illud denegare *Neuizan. dicto cons.* 65. *nu.* 22. *in fin. Berou. cons.* 134. *lib.* 3. *Thes. decis.* 115.

100 Sublimita secundò, quod dicta distantia non sit seruanda, quando ædificium fieret non ex obiecto, & opposito, vel fronte muri vicini, seu domus, sed solum, si illud fieret ex latere domus vicini, vt ait *idem Berous dicto cons* 134 *num.* 8. *vbi alios allegat & Franc. Marc. decis.* 501. *num.* 22. *par.* 1 & *num.* 26. docet cuius sit illud spacium, quod dimittitur inter duas domos à latere, vel à posteriori, & de via vicinali ex collatione fundorum si possint claudi *iux. l.* 2. *§. viarum*, & *vicinales ff. ne quid in loc. public.* de quibus tamen remissiuè loquitur ad *Capol. in prædicto tract. tit. de ingress. seu introitu*, ad quem recurras.

101 Contrarium tamē tenet *Surd. in præalleg. cons.* 74. *num.* 15. *lib.* 1. vbi docet etiam à quo loco pes mensurari debeat.

102 Sublimita tertiò, quando aliquod ædificium fieret, in cuius constructione non foderetur in terra; & sic si vicino damnum non tribueretur, quia eo casu prædicta distantia non esset attendenda, *vt ait Capoll. in tract. Vrban. præd. c.* 64. *de camino n.* 9. *in fin.* & *Thesaur. in dicta dec.* 115. *cum ibi allegatis.*

103 Sublimita quartò, quòd neque etiam in muro crudo, & ligneo, aut in sepe attenditur *dicta l. fin.* dispositio, quia huiusmodi ædificia fiunt, etiam spacio

non

112 Et propterea ex prędictis infertur, quod nunquam liceat vicino quicquam in suo facere, per quod aliquid in alienum immittatur *l. sicut §. Aristo ff. si seruit. vindic. Capol. in dicto cap. 67. num. 7. Decius in l. domum num. 4. & Cucalon. in addit. ad eum in dicta l. nullus videtur in littera B. propè med. ff. de reg. Iur.* & *Franc. Marc. decis. 498. num. 1. par. 1.*

113 Limita decimòquintò non procedere, quando ex ædificio facto aliquod nocumentum vicino præberetur; veluti occupando solem, ventum, & aerem; quia non potest vicinus ędificando ventum areæ impedire, vt superius dixi; & veluti ait *Magon. in sua dec. 6. Florent. & Boer. in decis. 322.* & ratio est: quia ventus, aer, & sol debent esse communes, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 658. num. 2.*

114 Declara quòd si aliquis fortè ædificaret ex aliquo priuilegio contra alios priuilegiatos, tunc recentius priuilegium, & clausulis validioribus magisq. prægnantibus munitum, præualere debet, *vt ait Rota in de. 530. n. 3. lib. 1. diu.* & ratio est quia vltima derogant prioribus.

115 Limita decimòsextò quòd quis non possit ędificare in fundo alieno, in quo nullum ius habet in præiudicium Iuris alteri concessi, veluti ait *Rota in Abulen. limitum Luna 19. Decembris 1575. coram de Grassis qua est decis. 511. num. 1. part. 1. diuers.*

116 Extende huiusmodi limitationem adeò esse veram, vt propterea Dominus fundi possit propria auctoritate ædificatum destruere, *vt ait Surd. in decis. 168. num. 1.* & Ratio est; quia ædificium illicitè constructum venit demoliendum, cum pro non ædificio habeatur, & tunc illicitè factum dicitur, quando per constitutiones illud destrui mandatur, *vt ait Gratian lib. 5. discept. cap. 897. num. 43. & prius in lib. 4. cap. 713. num. 61.* & *facit decis. Franc. Marc. 502. num. 1.*

117 Subextende multò magis procedere in socio sciente ędificium, sed contradicente; veluti etiam dicitur de absente, & ignorãte: quia isti in huiusmodi casibus habent actionem ad demoliendum id, quod fuit ædificatum; at secus si socius sciuit, & tacuit; quia tunc ad demolitione non agit; sed solum ad interesse, vel ad cautionem damni infecti; sed si forsan consentiret, tunc sibi in totum pręiudicaret, ita vt ne quidem ad demolitionem, neque ad interesse agere possit: Remedium autem, quod datur socio, etiam sciente; sed eo inuito tūc ad destruẽdũ illud opus ab altero factum, erit interdictum, quòd vi, aut clam, non autem illud communi diuidundo, *vt ait Surd. cons. 233. n. 22. lib. 2.* & *Gratian. dicto cap. 314. num. 45. vsque ad finem.*

118 Contrarium quòd scilicet ędificium, etiam quod ab initio fieri non potuisset, non sit destruendum; sed immò illud sustinendum, ob decorem Vrbis, ait *idem Gratian. lib. 4. discept. cap. 752. num. 55. & 56.* alias deformitas ædium induceret deformitatem Ciuitatum, quod non est permittendum, neque sufferendum, *vt dicunt DD. a' llegati à Gratiano in præcitato loco, cũ aliis ibi per eum alleg.*

119 Præterea licèt sit regularis conclusio, ędificia ad solum pertinere, & ei cedere dicantur, vt ait *Surd. decis. 78. n. 10. & in decis. 300. num. 9.* & *Gratian. lib. 2. discept. dicto cap. 314. num. 43.* Nihilominus quando contingit ędificium dissolui; tunc potest Dominus cœmenta sua, quibus ædificium erat constructum repetere; quinimò etiam impensam, quam fecit retrahere, dummodo ædificans in alieno solo bona fide se gesserit; at secus si mala, quia tunc verum esset, quòd ædificium, & impensę solo cederent, vt ait idem *Surd. in decis. 40. num. 6. & in decis. 78. num. 1. & 24. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 21. num. 27. & latè Azor. in 2. part. Inst. Moral. lib. 1. tit. 14. de rer. domin. fol. 53. vers. praterea omnino viden.*

120 Extende idem procedere in ędificante in re aliena scienter; qui meliorramenta perdit, quemadmodum dicitur etiam de ędificante in bonis fideicommisso subiectis, per ipsum emptis; quia tunc animo donandi illud fecisse censetur, vt *pulchrè ait Magon. in sua decis. Lucen. 33. num. 21. & 26. & 29.* & *Gratian. lib. 1. discept. cap. 32. num. 1.* & *Riccius in decis. 66. num 7. in praxi fori Ecclesiastici*, licèt secus esset, si melioramenta fecit aliquis in re aliena, eo tempore,

pore, quo aliquod ius ędificans in dicta re habeat, & sic quando alia ratio, quàm ea donationis excogitari possit; Immò notandum est, quòd neque illa pręsumptio donandi est Iuris, & de Iure; quę difficulter solet recipere probationem in contrarium; sed ea est Iuris tantum, quę operatur, vt melioramenta illa animo repetendi fecisse pręsumatur, vt ait idem *Magon. ibi supra dicto nu.26. in fin. Grat. dicto cap.314. num.40.& 41. & dicto cap. 32. num. 2. & 9.* Rursus, quòd fideicommissarius teneatur restituere meliorамenta facta necessariò in bonis fideicommissi subiectis, grauato, siue illius hęredi, ait *Rot. per Buratt. in sua dec.401. num.17. & ibi in addit. & Franc. dec.109. num.1. & Maref. ott. var. resol. lib.2. cap. 103. num.4.* Veluti quoque tenetur reficere expensas factas per grauatum in litigando, ad effectum recuperandi, siue conseruandi bona, & iura fideicomissi, & id in tantum procedit, vt neque illę sint cum fructibus compensandæ ex hæreditate per grauatum perceptis, vt ait *Card. Seraph. decis.925. n. 3. & Rota dec. 517. num.6. part.4. diuers. et per Gregor. decis.197. num.4. et in alia Rom. salarij. 4. Decemb. 1626. coram Durano*, Erlicèt aliqui dicant, id procedere, dummodo grauatus in lite mota obtineret; Nichilominus sufficeret, si per eũ negotium ab eo fuerit vtiliter gestum; quamuis, etiã hęres sententiam fauorabilem non reportasset, veluti quia lis fuisset per transactionẽ terminata, vt ait *Card. Seraph. d. dec. 925. num.5. & Rot. dicta dec. 517. num. 7. part. 4. diuers. & in Bononien. de muletis 18. Apr. 1603. coram Card. Pamph. & in illa Rom. Salarii coram Durano*, & *in eadem coram eodem 5. Iul. 1627.* licèt *Peregrin. de fideicomm. artic.50. num. 9. dicat* id procedere etiam si hęres succubuisset in causa, si tamen litem omnino calumniosam non fouisset, sed illud fecisset, ad hoc ne ius hęreditarium aliquid damni recipisset, si illud indecisum remãsisset, & ratio est, quia in his non finis; sed origo spectanda venit, vt ait *Ferentill. in addit. ad dictam decisionem Buratt.401. num.17. in fine cum alijs doctoribus ibi per eum alleg. et Greg. d. dec.197. n.4. et 6*

121 Sed in omnẽ euentũ, nota quòd scientia ad hoc, vt noceat in prędicto casu nõ sufficit eam interuenisse iam facto ædificio, sed ea interuenire debet, quando ædificatur, *Corn. cons.207. col. pen. lit. 3. l. Sabinus in fin. ff. com. diui. l.* sed quando ea non interuenerit, & sic bona fide quis illud construxerit, tunc non solum pro ipsis expensis retentio, sed etiam actio ipsa datur, vt Deo dante diffusè dicam in verbo Emphyteuta, & in verbo Melioramenta, & idem ait *Grattan. dicto cap. 12. num.2. cum ibi alleg.*

122 Contrarium quoque esset, quando coniecturæ, & probationes in contrarium apparerent; quia tunc regula illa, quòd nempe ędificium solo cedat, locum non haberet, vt ait *Rota in dec.475. num.10. p.1. diuers.*

123 Secus autem, quando ædificium esset constructum in feudo, vel emphiteusi; quia tunc Vassallus, & Emphiteuta illud quandocumque tollere posset, & ratio est, quia ædificia constructa, vel reparata in fundo emphiteutico cedunt cõmodo, & vtilitati Emphiteutę, non autem Domini, vt ait *Rota in decis.720. num.8. par.1. diuers. & in alia decis.3. par.2. diuers. nu. 9.* & ibi habetur, quòd ędificia super solo Emphiteutico nullo modo fieri possunt, sine obligatione melioramentorum ad fauorem Empiteutę; quod quidem procedit, etiam in vsufructuario ædificante, qui impensam recuperat, vt *ait Rota per Cardin. Seraphin. in dec.559. num. 14. & Surd. decis.300. num.20.* vbi ait melioramenta deberi Emphiteutæ, ac suis hæredibus finita Emphiteusi, sine culpa, & delicto Emphiteutę; quia ille solum tenetur meliorare, quoad culturã, & minimas refectiones, nõ autem quòad magnas impensas, ac noua ædificia, vt ait *Surd. ibi supra num.23. cum alleg.*

124 Declara tamen id, quod fuit dictum de Vassallo volente quandocumque ædificium à se constructum in feudo tollere, procedere, dummodo legem feudi non offendat; idest si prius Dominum interpellet, ad sibi ęstimationem soluendam, & ratio est: quia cum Dominus mediante solutione possit melioramenta, pro se retinere, ob id non potest Emphiteuta illum huiusmodi facultate priuare, quę sibi à legibus est concesa, quę n. opinio videtur æquissima, vt ait *Surd. in dicta decis.78. num. 24.* Quod enim

proce-

procedit etiam, non obstante eo pacto, vt Vassallo liceret melioramenta finito feudo tollere; quod quidem de Iure fieri potest; *vt ait idem Sur. l. dicta dec. 78. num. 19. cum seqq.*

125 Et tunc ædificium præsumitur ab Emphiteuta factum, quando constat fuisse nudum solum à principio concessum; & ad cognoscendum, quando fuerit factum de recenti, ex inspectione probatur, vt ait idem *Surd. in dec. 300. num. 12. & 13. cum ibi alleg.*

126 Vndè si eueniret casus, quòd quis illud ædificium vendicare vellet, tunc non habet necesse probare, se ædificasse, vel suo mandato illud ædificari fecisse; sed sufficiet, si ipse (verbi gratia) se dominum inferioris partis probare posset, vt ait *d. Surd. in dec. 168. ante n. 4. Grat. lib. 2. discept. cap. 314. num. 39.* Sed hic est benè animaduertendū, quòd aliud est ędificare, siuè fabricare, aliud facere fabricare; Nā fabricare dicitur propria pecunia; facere autem fabricare fit pecunia aliena, vt ait *Rota decis. 3. n. 8. p. 2. diuers.*

127 Contrarium, quòd scilicet ædificium, quod fuit positum super re feudali, vel emphiteutica illud quoque efficiatur feudale, & Emphiteuticum, etiamsi iure proprio concedatur, ait *Surd. in d. dec. 78. nu. 14. cum aliis ibi per eum alleg.*

128 Extende id in tantum valere, vt propterea Emphiteuta non possit, neque arbores, neque ædificia per eum constructa tollere, cum ea solo cedant, & pars fundi dicantur, & sic cum ad Dominum spectent, eo inuito tolli nō possunt; Immò nec melioramenta (vt dixi) sine illius licentia vendi poterunt, cum ceteris, si velit, præferendus veniat, ait *Surd. dicta dec. 78. per totam, & dec. 300.* vbi respondendo omnibus contrarijs de magis æqua, ac de veriori opinione testatur, idemque tenet *Gratian. lib. 1. discept. cap. 21. num. 33. & 34.*

129 Sed ego ita prædictas opiniones concordarem; nempe, vt prima procedat si feudum, vel emphiteusis non haberet onus adiectum, de non meliorando, & quatenus contra, quòd ea solo cedetent, vel quòd potius adesset illa clausula, quòd Vassallus, & Emphiteuta posset finita Emphiteusi melioramenta propria auctoritate tollere, Item quādo emphiteusis esset finita, sine culpa, & dolo Emphiteutæ, necnon petita venia de tollendo melioramenta à Domino fundi, vel feudi; secunda verò, quando secus, veluti *dixi superius sub num. 123. & seq. & veluti ait Surd. in d. dec. 78. & 300. ferè per totam.*

130 Verùm, quia in hac materia ædificiorum, sæpè solent oriri controuersiæ, tàm inter socios, quàm etiam inter vicinos, & sic inter eos nouum opus nunciare, vel in iam cæpto mediante inhibitione facere supersedere, & proptereа animaduertendū est, quòd si inhibitio subsequatur, tunc erit supersedendum in ædificando, etiamsi exaduerso fuerit oblata cautio de demoliendo, vt ait *Castr. cons. 412. incipien. Visis punctis in fin. vers. interim autem lib. 2. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 384. num. 34.*

131 Extende id adeò esse verum, quòd omninò recusatio satisdationis admittitur, si exceptio incontinenti probetur contra eum, qui ædificium construere vellet, vt declarat *Anchar. alleg. à Grat. ibi sup. num. 11.*

132 Subextende, quòd neque dicta satisdatio in nunciatione admitti soleat, si nullum periculum sit in mora, siuè vbi suspicio calumniæ argui non possit; sed si forsan nunciator noui operis diceret hodie constat, hodie agatur, tunc esset pronunciandū, debere supersederi arbitrio Iudicis, *Thesaur. in sua decis. 204. n. 5. & Grat. d. cap. 384. n. 17. & 18.*

133 Et in hoc optio prestandi satisdationem, vel probandi incontinenti contra ędificatorem, spectat ad enunciantem, quando incontinenti exceptionem probare intendat, & isto casu Iudex debet se abstinere ab admittenda cautione, quod enim procedit, siuè ædificator possideat, siuè non, reiecta opinione contrarium tenentium, veluti testatur idem *Gratian. num. 12. 13. & 15. in prae. loco.*

134 Contrarium tamen verius esset, si elapsis tribus mensibus, vel altero tempore per Iudicem arbitrato, nuncians nouum opus suam exceptionem non probasset; quia tunc Iudex poterit admittere cautionem de demoliendo, etiam quòd lis penderet, & nondū sit terminata, fuisset n ec isto casu cōstructio ventret impedienda, *vt ait Rot. per Cresc. dec. 1. alias*

alias 20. *de nou. oper. nunciat.* & *caeteri DD. allegati à Gratian. in precitato loco num.* 14.

135 Vltimò nota, quòd istud nomen ædificium est latum, & amplum, & ex significatione Græcorum dicitur Icolòmisis, idest, quod ex ædes, & facio, componitur, & sic illud dicitur omnis constructio, puta Quadrigæ, Currus, Pontis Nauium, & aliorum huiusmodi, Irè ædificij appellatione, nedum superficies significatur, sed etiam solum ipsum, cui ædificiũ superpositum est, *ut ait Vlpianus*, & *Albericus in suo Dictionario in hoc verbo Aedificium*.

ARGVMENTVM.

AEGIDIANA CONSTITVTIO quid sit, & quando ei sit locus, & quando non.

CONCLVSIO LXIII.

1 AEGIDIANA nota, quòd est quædam Constitutio à Cardinali Aegidio promulgata, dum in Prouicia Marchiæ officio legationis à latere fungebatur, quæ enim constitutio obstaculum iuris Canonici tollit, ex cuius enim dispositione à quocumque grauamine appellario datur, dummodo iusta causa concurrat, & sic igitur ista constitutio omnia ad Ius Ciuile reducit, & per consequens operàtur, quod in possessorio appellatio, quòad effectum suspensiuum non admir ratur, veluti fuit decisum in *Romana Saluiani interdicti* 12. *Iunii* 1589. *coram Bubalo*, & *coram eodem in Ariminen. bonorum Luna* 27. *Octobris* 1586. & *in Romana damnorum*, & *Interessa Luna* 10. *Iun.* 1591. *coram Penia*, & *in Fanen. Saluiani Interdicti Veneris* 14. *Ianuarii* 1611. *coram Ludouisio postea Greg. XV.* & *Rota in recent. dec.* 324. *par.* 1. & *Verall. decis.* 223. *num.* 2. *par.* 1. Et ratio mentis Egidianæ in remouendo appellationem, ea fuit, vt causa possessori per vnicam senrenriam esset terminanda, *vt ait Rota per Put. dec.* 469. *num.* 6. *lib.* 1.

2 . Amplia primò, id in tantum esse verum, quòd ea seruatur, & locum habet in omnibus locis Romano Pontifici subiectis, quod ta nen intellige de illis i.n ne liatè, & non nediatè subiectis, vt est in Parma, & Placentia, *vt ait Gratian. in decis. Marchia* 55. *per totam*, & *Rota in Romana de Comitibus* 15. *Maii* 1573. *coram Oradino, quæ est apud Statil. Pacif. de Saluian. dec.* 233. *nu.* 2. & *Rota dec.* 181. *par.* 3. *diuers. lib.* 2. *Balb. dec.* 29. *Verall. dec.* 226. & *Rota dec.* 385. *lib.* 3. *diuers.* & veluti dicam in verbo appellatio in Limitarione prima.

Erratio illius restrictionis est, quia licèt Egidius fecerit illam constitutionem per Prouinciam Marchiæ, & successiue Sixtus Quartus eam ampliauerit ad omnes terras Ecclesiæ, *vt ait Verall. in loco mox citato in dicta decis.* 226. *part.* 1.

3 Nihilominus est quoque verum, quòd Paulus Tertius, quando dictam constitutionem confirmauit, solum se restrinxit ad terras dicto Romano Pontifici immediatè subiectas, & propterea ea non procedit in statu Baronum Ecclesiç mediatè subiectorum, *veluti declarat Ioan. Bapt. Pont. de spol. par.* 3. *cap.* 3. *sub num.* 42. *in fine, Mohedan. decis.* 47. *alias* 5. *de constit. Rota diuers. decis.* 112. *in princip.* & *in fin. par* 3. *lib.* 1. & *decis.* 181. *num.* 4. & 5. *et dec.* 185. *num.* 2. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers. Peregr. decis.* 112. *lib.* 1. *et in decis.* 178. *et* 182. *lib.* 2. *et est etiam decis. inter crim. Farinac.* 27. *num.* 18. *coram Robusterio, et nouissimè in Ariminen. Legatorum Luna* 16. *Iunii* 1625. *coram Manzanedo* vbi in specie fuit dictum, eam locum habere in Prouincia Romandiolç, subdens, quòd ea contractus minorum alio modo factos annullet, *vt fuit quoque dictum in alia Ciuitatis Castelli pecuniaria* 5. *Maii* 1621. *coram Remboldo*.

4 Extende idem procedere de Ciuitate Auenionen. quo loci dicta constirutio ex vi comprehensionis, sibi locum vendicat, *vt refert. dictus Pont. de spol. in d. par.* 3. *cap.* 3. *nu.* 42. & ibi subiungit eam in terris Imperij non habere locum, & *Contard. de monument. possess. in verb. Aegidiana quæst.* 3. *Caputaqu. in decis.* 226. *in princ. par.* 1.

5 Sed id, quod fuit dictum super eo, quòd Aegidiana seruetur in omnibus locis Romanç Ecclesiæ subiectis, declara non habere locum in Extensionibus, & additioni-

dictis ulbus Cardinalis Carpensis ad constitutiones Aegidianas factis, quæ non extenduntur extra Prouinciam Marchiæ; quia Cardinalis Carpensis erat legatus illius Prouinciæ, & propterea, veluti illius Iurisdictio extra Prouinciam vires suas non protrahebat; ita nec illius constitutiones vltra eã ligabant, & quãuis fuerint dd. cõstitutiones à Paulo III. confirmatę; nihilominus cõfirmatio nõ extẽdit cõfirmatũ, vltra id, quod aliàs ex sui natura nõ comprehendebat; veluti in terminis dictarum constitutionum, fuit decisum à Rota in *dec 6. num. 3. par. 2. in recent.* & *in Imolen. damnorum 22. Iun. 1611. coram Card. Sacrato*.

6 Sed animaduertẽdum tamen est, quòd si contingat super aliquo Castro litigare, quod non esset immediatè Sedi Apostolicæ subiectum, sed mediatè; nihilominus si personæ litigantes essent immediatè subiectæ, & litigarent in Vrbe, tunc Aegidiana locum haberet: quia licèt verba illa extensionis Pauli Tertij dirigantur in rem tamen effectus concernit personas, vt fuit resolutũ à *Rota in dicta Romana de Comitibus* 15. *Maij* 1573. *coram Oradino* & *Contard. de moment. possess. in verb. Aegidiana q.6. in princ.*

7 Amplia secundò, quòd dicta Cõstitutio Aegidiana adeò est in Prouincia Marchię Generalis, vt propterea ea vsu recepta in omnibus locis præsumatur, nisi contrarium probetur, & ob id vti notoria non est producenda; veluti de communi testatur, *Rota in vna Auximana Molendini 9. Oct.* 1573. & *prius in alia Rom. domus 8. Iun.* 1565. *coram Aldobrandino postea Clem. 8. & est dec. Rot. apud Statil.* 244. 245. & 251. *cum pluribus ibi alleg.*

8 Sed quòd dicta constitutio nondum promulgata in toto dominio status Ecclesiastici, non impediat appellationem, ait *Rota per Fabium in dec. 181. p. 3. diuers. lib. 2. cum ibi alleg.*

9 Declara tamen, quòd Aegidiana respicit ordinatoria Iudicij, & ideò est seruandum ius fori, veluti fuit decisum in *Romana domus de Scappucijs ad Sanctum Augustinum Merc. 19. Ian. 1611. coram Coccino*.

10 Amplia tertiò, quòd Aegidiana æquiparatur *l. vnicæ C. de moment. possess.* & easdem recipit limitationes, quas recipit dicta lex vnica, vt ait *Mohed. in dec. 414. libri in manuscript. quæ est apud Statil. dec. 252. num. 2.* Vndè veluti illa lex vnica prohibet appellationem in possessorio, ita & Aegidiana, vt ait *Rota apud Statil. in dicta dec. 252.*

11 Amplia quartò, quòd ea procedat in quocumque possessorio, tàm plenario, quàm summarijssimo, vt ait *Rota in decis. 150. num. 3. p. 2. in recent.* & *Gratian. in dec. Marchiæ 74.* & *dec. 204.* & *Rota in alia Romana domus Veneris 11. Mai. 1602. coram Card. Pamph.* & *apud Statil. de Saluian. decis. 4. numero 5.* & *decis. 229. num. 1.*

12 Quod enim extende procedere etiam, quando sententia esset lata in possessorio per Iudicem appellationis, ab obseruatione Iudicij, vt ait *Caputaq. in decis. 227. lib. 1. in manuscript. quæ est apud Statil. dec. 240. num. 1.* & *2.* Et ratio est: quia talis sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, negotium taliter non diffinit, quin alia sententia sperari possit, vt ait *Rota ibi supra coram Caputaquen.* vbi subiungit, quòd talis sententia non impedit actorem rursus agere posse.

13 Fallit tamen dicta ampliatio, vbi ratio appellandi esset in promptu; veluti, quia causæ essent complicatæ, quia tũc appellari quoque posset in possessorio, vt ait *Put. in decis. 285. num. 6. lib. 2.* & *Caputaquen. ibi supra num. 3. apud Statil.* Et quemadmodum etiam contingeret, quando signatura in causa possessoria simpliciter rescriberet in illius commissione; quia tunc intelligeretur commissa, quòad vtrumq. effectum, nec per cõsequens esset tali casu locus Aegidianæ, vt fuit dictum *in Vrbeuetana bonorum Veneris 26. Ian. 1624. coram Vbaldo,* & *in Bononien. census Vener. 15. Dec. 1628. coram Dunozetto* licèt *Contrarium teneat Cresc. dec. 1. de rescript.*

14 Amplia quintò, vt Aegidianæ sit quoq. locus in quacumque instantia, vt ait *Contard. in dicta l. vnic. C. de moment. possess. Egid. dec. 4. num. 8.* & *9.* & *Rota in vna Assisien. hæreditatis Veneris 30. Ianuarii 1609. coram Caualerio,* & *in eadem coram eodem Lunæ 15. Iunii eiusdem anni 1609. quæ est inter recent. dec. 173. p. prima num. 3.*

15 Declara tamen id esse verum, quando

(verbi gratia) prima sententia absolutoria esset lata pro reo, & secunda pro actore; sed insimul constaret ex eisdem actis de iniustitia, & nullitate primæ; quia tunc ea vti sententia non esset attendenda, veluti fuit decisum in *Imolen. Saluiani 30. Octobris 1600. coram Cardin. Lancellotto, & in alia Rauennaten. Saluiani Interdicti Merc. 11. Febr. 1604. coram Iusto, quæ est apud Statil. decis. 144. numero 4. & sequenti, & prius apud eundem decis. 31. num. 1. & in Romana damnorum, & Interesse 10. Iun. 1591. coram Penia, & nouissimè Grat. lib. 3. discept. cap. 550. num. 24.*

16 Fallit tamen primò, si simplicitèr esset lata prima sententia absolutoria pro reo, & secunda pro actore; sed de nullitate, & iniustitia primæ non appareret; quia tunc Aegidiana non haberet locum in secunda instantia, & præsertim quando secunda sententia expressè reuocaret primam, vt ait *Rota in dicta Rauennaten. Saluiani coram Iusto, & prius in Viterbien. Spolij bonorum 23. Maii 1561. coram de Rubeis Pat. decis. 4. de Aegidia, & in alia Rauennaten. bonorum 26. Iunii 1587. coram Decano, idem Put. decis. 469. lib. 2. Chisanen. decis. 51. alias 49. & Caputaq. decis. 227. lib. 1. in manuscript. & apud eundem Statil. decisione 68. numero 1. & decis. 72. num. 1. præter eundem met Statilium, et Peregrin. decis. 37. lib. 1.*

17 Fallit secundò, quando causa esset facta appellabilis, vt ait *Grat. dec. 74. num. 6. et dec. 204. num. 5.*

18 Declara tamen, quòd ea appellabilis non efficitur per solam implicitam reuocationem sententiæ, etiamsi de illius viribus fuisset cognitum; quia expræssa debet esse sententiæ reuocatio, ad hoc, vt causa appellabilis fieret, vt ait *Rota apud Statil. de Saluian. decis. 144. propè fin.*

19 Amplia sextò, quòd Aegidiana intrat, quando sententia est restricta ad solum possessorium, licèt fuerit de nullitate cognitum; veluti fuit decisum in *Tiburtina Castri Sambuci Luna 1. Iulij 1577. coram Aldobrandino postea Clemente Octauo quæ est apud Statil. decisione 243. numero 1.* veluti quoque idem esset, quando dominium Limitatæ, & incidentèr deducitur, respectu possessorij, vt ait *Rota per Put. decisione 285. lib. 2.*

20 Fallit tamen, quando sententia haberet complicationem cum petitorio, vt ait *Rota ibi supra numero 2. & veluti latè dixi in verbo Appellatio vers. Amplia 3. et inferius dicam in Limit. 8. num. 51.*

21 Amplia septimò, quòd Aegidiana habeat locum, quando suspensum est petitorium, & præsertim, quando fuit protestatum, quòd quicquid in causa fieret, ad effectum possessorij tantum fieret, veluti fuit decisum in *d. Tiburtina Castri Sambuci 15. Iun. 1577. coram eodem Clemente Octauo quæ est apud Statil. dec. 242. num. 1.*

22 Amplia octauò, quòd Aegidianæ sit locus, quando sententia est lata in Saluiano, & ratio est, quia ius ciuile, ad quod æegidiana reducitur, non admittit appellationem in Saluiano, veluti fuit decisum in prædicta *Faneu. Saluiani coram Gregor. XV. & dec. 150. num. 3. par. 2. in recent.*

23 Extende igitur, quòd cum Saluianum proueniat à Iuris communis dispositione, *vt tot. tit. ff. & C. de Saluian. interd. de quo latè ait Statil. de Saluia. in 1. inspect. in princ.* Nimirum, si illud sibi vendicat locum in quocumque loco, in quo ius ciuile seruatur, & sic vbique locorum, etiam in terris Imperij: quia leges ab Imperatore descendunt, & ideò per totum Orbem sunt seruandæ *l. leges sacratissimæ C. de legibus, & latè per Ant. Mar. Corat. de elect. opin. in tit. Quando communis opinio attendenda sit num. 157. & 158. pro quo facit etiam decis. Card. Seraphini 915. in Romana seu Regien. Saluiani Interdicti Veneris 23. Mart. 1590.* vbi dicitur Saluianum posse intentari contra bona sita in Territorio Imperij, extra Iurisdictionem Ecclesiasticam, quia non principalitèr agitur contra bona; sed in consequentiam, & dependentiam Iudicij Saluiani intentati, pro debito pecuniario, in vim obligationis in forma Cameræ contracto, ita quòd bona illa ex conuentione partium, pro huiusmodi debito dicebantur obligata.

24 Vndè ex hoc colligitur differentia, quæ est inter Aegidianam, & Saluianum;

nam

nàm Aegidiana non habet locum, nisi in statu Ecclesiastico, & sedi Apostolicæ immediatè subiecto, vt ex pluribus superius de monstratum fuit; Saluianu n verò intentari potest vbique locorum, & tàm à personis Ecclesiasticis, quàm contra illas, veluti mox dicetur, & vt dicunt infinitæ decisiones allegatæ à *Statilio de Salutano in cap. 2. in quæst. 4. num. 31. per te viden.*

Altera etiam differentia dignoscitur inter Aegidianam, & Saluianum, & præcipuè super eo, quòd Aegidiana non habet locum, nisi in profanis; Saluianum verò habet locum in omnibus tàm temporalibus, quàm spiritualibus, veluti fuit declaratum *à Rota in vna Hort. Sanctissimæ Trinitatis 7. Iun. 1563. coram Rubeo, quæ est apud Statil. dec. 235. num. 1.* & *in vna* Romana *Saluiani Interdicti Lunæ 12. Iunii 1589. coram Bubalo*, & *in Spoletana hæreditatis 7. Iunii 1585. coram Cardin. Blanchetto, & in Auximana bonorum coram Cardin. Seraphin. quæ est in eius impress. decis. 424. num. 1.* & *in alia Romana sepparationis Thori Veneris secunda Decembris 1605. coram Marcomontio.*

25 Amplia nonò, quòd Aegidiana habet locum tàm in Reo, quàm in actore, vt ait *Gratian. in sua decis. 220. num. 3. & ibi in addit. Put. dec. 307. lib. 2. Pont. de Spol. in par. 3. cap. 3. num. 55. Caputaqu. in decis. 227. numero 3. part. 1. in manuscript. quæ est apud Statil. decis. 240. num. 2. & 3.*

26 Contrarium tamen fieret, veluti quando esset pronunciatum ad fauorem rei, & fuisset dictum, Actorem non esse immittendum; nam eo casu appellatio esset admittenda, & ratio est; quia tunc causa appellationis prohibitiua cessat; nempè celeritas immissionis in possessionem, & sic tūc non haberet locum Aegidiana, veluti in istis terminis, fuit decisum à Rota *in vna Rauennaten. Saluiani interdicti 11. Februarii 1604. coram Iusto, & Caputaqu. in sua decisione 227. lib. 1. in Manuscript. quæ est apud Statil. decisione 230. numero 4.* vbi concludit, quòd appellatio detur in possessorio, quando pronunciatur non esse immittendum; at secus, vbi è contra iuxta *doctrin. Angeli in l. quisquis in fine C. quor. appellation. non recipien.*

27 Amplia decimò, quòd dicta constitutio Aegidiana habet executionem paratam, etiam in scripturis priuatis, veluti fuit decisum *in Auximana dotis 26. Maii 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 522. n. 6.*

28 Sed ad effectum impediendi executionem vigore Aegidianæ, sententia non potest dici iniusta, si contra eam, pendente Iudicio, nihil fuit probatum; licèt post sententiam probaretur, veluti fuit decisum in *Romana census 10. Maii 1589. coram Cardin. Seraphin. quæ est in eius impress. dec. 872. n. 2.*

29 Amplia vndecimò, quòd Aegidiana habet quoque locum in decreto, seu mandato de euacuando, veluti *dicunt DD. allegati à Grat. in add. ad dec. Marchiæ 55. n. 1. cum ali. ibi alleg.*

30 Subamplia primò, quòd Aegidiana habeat locum in *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vt ait Verall. decis. 223. in part. 1.*

31 Subamplia secundò, eā quoq; habere locum in feudis, nec requiritur alia probatio tituli, dummodo sit habilis ad feudum, dictus *Verall. ibi supra num. 6. & 7.*

32 Amplia duodecimò, quòd huiusmodi constitutio comprehendat, etiam fiscum, & ratio est; quia fiscus non reperitur priuilegiatus, ita vt possit in possessorio appellare *Verall. ibidem n. 3.*

33 Limita primò conclusionem principalem non procedere, & sic Aegidianæ locum non esse, ex defectu potestatis statuentium; dum ageretur inter personas Ecclesiasticas, & de bonis eorum; & ratio est, quia Aegidius Cardinalis non habuit Iurisdictionem, nisi in temporalibus, veluti fuit decisum in *Romana separationis Thori Lunæ 16. Ianuarii 1606. coram Marcomontio quæ est apud Statil. dec. 250 num. 5. & apud eundem est decis. 231. num. 1. & decis. 234. num. 1. & 235. num. 1 & 236. num. 3. & 237. num. 6.* & *tandem in vna Romana domus ad Sanctum Augustinum Mercurii. 19. Ianuarii 1611. coram Coccino, quæ est apud Statil. decis. 238. num. 1. & inter crim. Farinace. est decis. 305. num. 1. et in recent decis. 472.*

par. 2. & *in Beneuentana Saluiani coram* Baratto, *& in dec.32.num.2. par. 1. recent.* & *Aegid. in sua decis.616. sapius* Canoni*zata in hac materia*, & *Rot. in Bononien. terrarum* 12. *Februarii* 1629. *coram Vbaldo.*

34 Sed pro istius limitationis corroboratione, nota quòd, cum bona Ecclesiastica dicantur Patrimoniũ Christi, & pauperum; nimirum si in illis Laicalis Iurisdictio non valeat *capit. nulli*, & *capit. quicumque 12. quæst. 2. & cap. ex eo de elect. in 6.* & *cap.* Ecclesia Sancta *Marie*, & *ibi* DD. *de constitut. latè* Fely. *in c. constitutus n.19. de rescriptis.*

35 Extende primò dictam limitationem in tantum esse veram, quòd propterea Aegidiana nedum non habet locum, quã do tractatur inter Ecclesiasticos; verum etiam, quando agitur de quocunque pręiudicio Ecclesiæ, veluti fuit decisum in allegata *Rom. Vinea prima* Iun. 1611. *coram* Marcomontio *cum aliis ibi alleg.*

36 Extende secundò, quòd neque Aegidiana habet locum inter lacios, quando ageretur de vtili dominio, si tamen dominium directum esset Ecclesiæ, *veluti fuit decisum in dicta Beneuẽtana Saluiani* Veneris 28. Iunij 1613. *coram* Buratto *qua est in recent. in 2. par. dec. 472. num. 1. necnon etiam in dicta* Romana *Vinea coram Cardin. Marcomontio*, & *in alia* Romana *domus ad Sanctum Augustinum coram* Coccino.

37 Declara tamen dictam Limitationem, super eo, quòd Aegidiana non habeat locũ in causis fori Ecclesiastici, nec inter personas Ecclesiasticas, non habere locum, quando ageretur in Curia: quia tunc Aegidianæ esset locus, veluti fuit decisum in dicta R*omana de Comitibus* 1573. *coram Oradino.*

38 Extende tertiò, quòd veluti Aegidiana non comprehendit personas Ecclesiasticas in eorum præiudicium; ita nec etiã in eorũdẽ fauorẽ, & propterea quẽadmodum persona Ecclesiastica potest appellare in casu succumbentiæ in possessorio; ita etiam pars aduersa Laica poterit appellare in iudicio possessorio contra personam Ecclesiasticam, ad hoc vt æqualitas in iudicijs sit seruanda, *Honded. cons. 20. num. 2.* & *Scapuccin. de Saluiano lib. 3. quæst 2. num. 7. & Beltram. in addit. ad dec. Ludouisij 581. n. 8. Seraph. in dec. 424. n. 1.*

39 Limita secundò principalem conclusionem, quòd scilicet Aegidiana non habeat locum, vbi adest statutum particulare disponens in possessorio posse appellari, vt est Bononiæ, vbi in quolibet possessorio ex dispositione semel prouocare licèt, veluti fuit decisum in *Bononien. bonorum* Emphiteuticorum *29. Maii 1581. coram Robusterio qua est apud statil. dec. 248.* & *Rota in decis. 330. p. 2. diu. n. 3. & Corn. cons. 251. num. 8. lib. 3.* Licèt tamen illud statutum non haberet locum in sententijs latis in Romana Curia, & aliundè extra illum locũ; At secus si appellatio esset de appendicijs instantię in qua lata est sententia; quia tunc illud statutum intraret, *Alex. consil. 167. num. 6. volum. 2. Rota decisio. 33. num. 2. part. 2. diuers.* & *decisio. 342. num. 21.* & *in prima par. decis. 251.*

40 Extẽde idẽ pari modo, è cõuerso procedere, quando appellatio esset per statutum prohibita, quia tunc ea quoque intelligitur prohibita in ijs casibus, in quibus de Iure appellatio permittitur, vt ait *Rota per Puteum decis. 285. num. 7. lib. 2.*

41 Limita tertiò, quod Aegidiana non habet locum in præiudicio irreparabili; veluti quando diffinitiuè super possessorio fuisset pronunciatum, & sic vbi nulla alia sententia diffinitiua sperari posset; secus autem si daretur appellatio, vbi quis Iura sua deducere posset, veluti fuit decisum in R*omana Vinea Veneris 4. Martii 1597. coram Corduba qua est apud* Statil. *decis 297. num. 9. Benintend. decis. 79. num. 1.* & *Rota in vna* Barchinonen. Prioratus *Ven.* 23. Iun. 1609. *coram* Coccino Decano.

42 Limita quartò, quòd constitutio Aegidiana non tollit effectum deuolutionum sententiæ, præsertim, quando adesset commissio, & veluti quando essemus in petitorio in quo Aegidiana non habet locum, vt ait *nota per Cardin. Seraphin. decis. 14. num. 1. & in alia 536. num. 9. coram eodem.*

43 Limita quintò, quòd veluti Aegidiana non habet locum, quando sententia est

nulla

nulla, *veluti fuit decisum in Romana Salviani interdicti Luna 14. Decembr 1598. coram Cardinali Lancellotto, & in alia Romana pratensi spolii Luna 2. Iun. 1614. coram Cardin. Verospio*. Ita quoque veniret dicendum, quando expressè in sententia fuit facta mentio de nullitate; aut alio modo mixturam contineret, *vt fuit decisum in vna Fulginaten. bonorum 22. Iunii 1626. coram* Remboldo, *& in d. Rauennaten. salutani cor. Iusto, quæ est apud Statil. dec. 144. n. 7. vbi aliæ decis. allegantur, & Rota decis. 391. n. 6. par. 2. recent. & dec. 34. n. 18. p. 2. div.* Secus autem veniret dicendum, veluti si essemus in vna sententia, quę concederet immissionem ad plura corpora separata, & diuidua: quia tunc licèt non intraret Aegidiana, quòad vnũ, intraret tamen, quòad alia, vt fuit pulchrè resolutum à *Rota in Bononien fideicommissi de Manzolis 16. Febr. 1629. coram* Coccino *Decano*.

44 Extẽde limitationem prædictam quoquè procedere, quãdo in sententia fieret mentio de petitorio, veluti fuit decisum in *Hortana Sanctissimæ Trinitatis 15. Iun. 1577. coram* Rubeo, & *in alia Tiburtina Castri Sambuci 15. Iun. 1577. coram Clemente Octauo quarum 1. est dec. apud Statil. 230. num. 2.* & *altera est dec. apud eundem 242. num. 2.*

45 Quod tamẽ intellige verum, quando de dominio principaliter, & nõ incidenter fuerit facta mentio, *vt dixi supra in vers. Amplia 6. & Put. dec. 285. lib. 2.* Veluti eodem modo de nullitate dicitur quæ nisi principaliter intentetur, & illius nullitas, siue iniquitas ex eisdem actis nõ resultet, appellatio non admittitur, *Bart. in l. 1. num. 2. C. ne lic. tert. prouoc. & in l. consentaneum col. 3. vers. Quæro C. quo et qñ iud. Ias. cons. 60. n. 5. vol. 1.* & *dec. Pedem. 25. n. 13.* & inferius dicã *sub n. 59.*

46 Limita sextò, quòd Aegidiana non habet locum in iurisdictionalibus; & ratio illa est; quia veluti Aegidiana æquiparatur, *l. vntea C. si de moment. possessione*. Item sicuti dicta lex limitatur, vt non procedat in possessorio mixturam, cum causa proprietatis habente, *vt ait Iason in cons. 163. col. 1. lib. 2. & Guidopap. in suo singul. 357.* & *Rota in d. Fulginaten. bonorum 22. Iun. 1626. coram* Remboldo. Itaquoq. venit limitanda Aegidiana in possessorio iurisdictionalium; quia illud habet admixtam causam proprietatis, *vt per Alex. in §. nihil commune col. 4. in 4. fallent. Aegid. cons. 29.* & *seq. Paris. cons. 98. col. 2. volum. 2.* Caccialup. *in l. Imperium num. 22. in 6. quæst ff. de iurisd. omn. iudic.* & *Cassad. in dec. 1. num. 11. de restit. spoliat. omnes allegati à Rota per Caputaq. in sua dec. 414. lib. 1. in manuscripi.* & *quæ est apud Statil. dec. 252. per tot. dec.* Pedem. *25. num. 10.* & Benintend. *dec. 44. num. 4.*

47 Limita septimò, quando ageretur ad condemnationem fructuum: quia tunc Aegidianæ nõ est locus, vt refert *ita fuisse decisum Crescent. dec. 5. de appell* & Ricc. *in sua collect. dec. collect. 990.* & *Afflict. dec. 77. in fin. cum ibi alleg.*

48 Fallit tamen; veluti si essemus in sententia lata in causa appellationis reuocatoria primæ, à qua tamen fuerit appellatum; quia tunc poterit fieri executio super fructibus, non obstante appellatione & sic igitur ex hoc resultat cõclusio illa, quòd veluti actori obtinenti licet mãdare executioni sententiam, appellatione non obstante, ita è conuerso debet licere reo, qui postea obtinuit, non obstante appellatione ab actore interposita, ne iudicium claudicet, *vt ait Franch. dec. 136.* & *dec. 288. in fine*.

49 Et ratio est, quia Rota *in dec. 526. nu. 1. & 4. par. 2. in recentior.* ait quòd si sit prohibita appellatio à prima sententia, censetur etiam prohibita à secunda reuocatoria primæ; veluti dicitur etiam de sententia primam exequente, à qua appellatio non datur, dummodo à prima non daretur, *vt ait Grat. dec. 74. num. 1. & Ricc. in sua collect. 166. par. 1. vers. item*.

50 Limita octauò non procedere in ijs casibus, quos enumeraui in verbo Appellatio vers. Amplia tertiò, &c. vbi in specie habetur, quòd Aegidiana locum non habet, quando in sententia complicatio, siue mixtura adest, idem *ait Rota apud Statil. dec. 247. nu. 1.* & tunc mixturam adesse dicitur, quando expressè fuisset reuocata prima sententia; at secus si implicitè, *vt ait Rota apud eundem Statil dec. 144. num. 6.* & *per Put. decis. 270. lib. 2.*

51 Et ratio prædictæ limitationis ea est;

quia ad hoc, vt sit Aegidianę locus, opus est, vt sententia sit simplex, & iusta *vt ait Rota dec. 324. & dec. 391. num. 9. par. 2. in recent. cum aliis ibi alleg.*

52 Declara tamen, quòd licèt vigore Aegidianæ appellatio nõ detur à sententia in causa possessorij; non tamen prohibetur, quin de nullitatæ sententiæ dari possit, *vt ait Rota dec. 130. num. 1. inter crim.* Farinac. & *dec. 18. n. 1. p. 1 in recen.*

53 Sed si fortè contra sententiam de nullitate in Iudicio possessorio non opponatur, tunc haberet locum Aegidiana, *vt ait Rota dec. 156. n. 4. p. 2. in recent.*

54 Limita nonò, quando Iudex absq; causæ cognitione pronunciaret in possessorio, *vt fuit dictum in vna Rom. Vineæ 21. Apr. 1589. coram* Comitulo.

55 Extende primò eodem modo procedere, quando articulus possessorij esset in Iure valdè dubius; & ratio est, quia exceptiones requirentes altiorem indaginem possunt iudicium executiuum retardare, si id incontinẽti probetur, *Galesi. de oblig. Cam. p. 1. q. 2. & ibi Zacch.* & *Rota in Rom. de Perusijs bis 30. Maii 1580 cor.* Robustero *Put. dec. 232. lib. 3.* vbi docet, quando exceptio altiorem indaginem requirere dicatur.

56 Extende secundò, quando Iudex excedit modum in possessorio, tàm in condemnando, quàm in exequendo; quia non reperitur vllus casus in Iure, in quo à modi excessu non detur appellatio: licèt tamen causa, siue modi excessus in appellatione interposita sit exprimẽdus & ex actis iustificari, & iustus esse debeat *Bald. in cap. licèt de offic. Ordin. Socin. in cap. Nouit, num. 3. de appellat. Felin. in cap. quo ad consultationem num. 20 propè finem de re iudic. Contard. in d. l. vnica limit.* 19. *num.* 7. & *seqq. Bald. cons. 203. in fine lib. 4.* & *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 840. cum seqq.*

57 Limita decimò, quòd Aegidianæ non sit locus, & sic quod appellatio detur, quando clarè de iniustitia constaret, etiamsi in mandato de manutenendo essemus, *vt fuit dictum in vna Rauennaten. bonorum Ven. 26. Iun. 1607. coram Card.* Pamphilio, & *prius in Rom. hæreditatis de Zambeccariis Lunæ 2. Maii 1588. coram* Comitulo, & *in Romana seu Amalphitana Salutani interdictis Ven. 17. Maii 1602. coram Litta, & in Veliterna Molendini Lunæ 11. Decembris 1606. coram Penia, & prius in Ariminen. bonorum Lunæ 27. Octobr. 1586. coram Bubala,* & *in Rom. hæreditatis de Rusconis. Ven. 17. Iun. 1611. coram* Card. Sacrato.

58 Extende dd. limitationem multò magis procedere, quando illud mandatum fuisset relaxatum, non citata parte, iuxta traditam per *Bart. in l. fin. colum. penultima vers. si vero, & ibi Alberic. nu. 13.* Zuccar. *num. 44. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. & Menoch. de adipisc. remed. 9. quæst. 100. num. 627.*

59 Limita vndecimò, quando ex eisdem actis sententia reuocari posset. Et ratio est, quia quando Iudicium est nullum, tunc ipsius nullitas, adeò est præiudicialis, vt propterea possessoriũ absorbeat, *Rota apud* [illegible] *dec. 346. num. 4. par. 1.* Et sic ex eisdem reuocari posset, veluti quando de iniquitate sententiæ, siuè de manifesta calumnia constaret, *Rota dec. 19. num. 1. tit. 2. diuersorum, & decis. 112. num. 4. libro 1. & decis. 1040. part 3.*

60 Limita duodecimò, Aegidianam non comprehendere tertium, quando a sentẽtia in possessorio lata ille appellat, *Capic. dec. 34 sub nu. 5* & *Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 486* Et ratio est, quia dũ appellatio tollitur, tunc strictè ipsos litigãtes cõprehendit, nec per cõsequens tertium capit, & multò magis, quando essemus post tres sententias conformes, si tamen de illis notitiam non habuit, siue in causa non fuerit; quia tunc tertius dubio procul appellare valebit, *vt ait Pat. in decis. 71. par. 3.* & *alii allegati à Marches. par. 1. §. 2. de commiss. appel. in Salutiano num. 106 fol. 1009.*

61 Limita decimotertiò Aegidianę non esse locum ob inordinatum processum, super iudicio possessorio factum, *vt dicunt DD. allegati à Marches. in præcitato loco num. 111.*

62 Limita decimoquartò; quando essemus in sententia lata in possessorio, ex qua maximum scandalum oriri posset; veluti si ex ea aliqua insignis fabrica veniret dissoluenda, & præsertim si esset loci pij, vel damnum irreparabile inferretur; quia tunc donec causa terminaretur in petitorio, executio veniret retardãda in

in possessorio, DD. *alleg. à Marches. ibi supra num.* 121.

63 Limita decimò quintò, quando essemus in mandato de manutenẽdo in sententia diffinitiua relaxato, quia tũc Aegidianæ non esset locus, *vt fuit dictum in vna Hispalen. matrimonij Luna* 13. *Iun.* 1558. *corã Fabio, et in alia Burgen* 7. *Feb.* 1586. *coram Card. Pamph.*

64 Extende idem procedere, quando essemus in possessorio, seu mãdato de manutenẽdo, cũ cẽsurarum comminatione quod tamen intellige verũ; non quoad mandatum de manutenendo, sed benè quò ad illud censurarum *Card. Seraph. in dec.* 252. *lib.* 2. *diuers. alids* 37. *in vna Perusina benefic* licèt sit benè verũ, quòd quando licet appellare in possessorio, tunc causa in appellatione venit exprimenda, *Rota dec.* 699. *n.* 8. *par.* 1. *diuers. cum .. ibi alleg.*

65 Et ratio prędictę limitationis est; quia stante vnione, & connexitate causarum multoties appellatio tolleratur: sed quãdo ab vtroque capite detur, & quando ab vno tantum, *tradit March. s. n. d par.* 1. §. 2. *n.* 67 *fol.* 1007. & *Capic. dec.* 34. *Mi. scel. dec.* 14. *et* 17 *et Veral. dec.* 31. *p.* 1.

66 Limita decimòsextò, Aegidianã non habere locum in inquilino non possidente, sed solùm detinente: quia cum tale grauamen nullum petitorium speret, idcirco illud reparari nequit, *Bald. in l.* 1. *nu.* 7. *C. si de moment poss. iatè Menoch. de adipisc. remed.* 4. *n.* 865. *et seq. Contard. in d. l. vnica in* 2. *lim et dec. Pedem.* 11. *et Goffred. in dec.* 445. *cum ibi alleg.*

67 Licèt tñ secus esset, qñ versaremur in causa (vt diximus) celerem expeditionẽ requirente; quia tunc Signatura in huiusmodi casibus solet rescribere, sinè præiudicio legitimę executionis, vel cum alia clausula executiua, vt ait *Grammat. in dec.* 58 *nu.* 15. *et ibi in addit. Marches de commiss. par.* 1. §. 2. *fol.* 1011. *num.* 126.

ARGVMENTVM.

AEQVALITAS IN QVIBVS, ET INter quas personas sit seruanda.

CONCLVSIO LXIIII.

1 AEQVALITAS nota, quòd est proportio habẽtium vnã quãtitatem, secundùm *Diuum Thomam in* 1. *se.* 1. *dist.* 19. *par.* 1. Verùm quia æqualitas dicitur pacis, & tranquillitatis cultrix; Inæqualitas verò seditionis Seminarium, *vt ait Erasm. in Apoph.* Idcircò ea sẽper in omnibus est seruanda, & præsertim in iudicio, & per consequẽs admisso vno ad probandũ, ita etiã alter admitti debet, *vt et. est in cap. nouit de iudic. & in cap. in iudicijs de reg. iur. in* 6. & *fuit decisum à Rota in Calaguritana benefic. Ven.* 18. *Maij* 1612. *cor. Greg.* XV. *quæ est in eius impress. dec.* 581. *nu.* 1. *& in alia Ferrarien. pecuniaria Ven.* 14. *Mart.* 1614. *coram Pirouano, quæ est in recent. par.* 2. *dec.* 529. *nu.* 3. *Afflict. dec.* 33. *nu.* 1. *& Franch. in dec.* 222. *num.* 5. *Magon. dec. Lucen.* 58. *num.* 3. *&* 8. *& Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 531. *num.* 16.

2 Amplia primò, cõclusionem adeò esse veram, vt propterea ęqualitatis seruãdę gratia multa concedãtur, quæ aliàs non concederentur, *Honded. conf.* 59. *n.* 62. *lib.* 1. *& Franch. in sua dec.* 136. *nu.* 6. *Magon. in dec.* 82. *Rota Lucen. num.* 8. & *seq.*

3 Amplia secundò, quòd æqualitas inter filios, fratres, & sorores potissimùm sit seruanda, *vt ait Dec. in cons.* 26. *in princ. Alban. cons.* 23. *nu.* 5. *Rimin. Iun. in cons.* 31. & *Rot. in Amerina dom. us Ven.* 3. *Feb.* 1615. *coram Pamphilio, quæ est in recent. dec.* 647. *nu.* 4. *par.* 2. *Amat. in dec. Mar. ebria* 44. & *Rota p.* 1. *diuer. dec.* 140. *n.* 5. *& in d. par.* 2. *recent. dec.* 155. *nu.* 7. & *dec.* 85. *nu.* 4. *par.* 1. & *Magon. dec.* 48. *nu.* 18. *in Lucen.* & *Grat. in d. lib.* 3. *cap.* 539. *num.* 23. *idem Magon. dec.* 35. *num.* 27. *Rota Flor.* & *prius dec.* 13. *num.* 21.

4 Extende primò huiusmodi Ampliationem in tãtũ esse veram, vt ob id in dubio semper sit iudicãdũ, vt filij, fratres, seu sorores ad æqualitatem reducãtur, vt ait *Mar. Socin. cons.* 108 *in fin. lib.* 3. *Tiraq. de primogen. Hispani quæst.* 4. *nu.* 5. *Neuiz. in sua Silua nupt. lib.* 47. *lib.* 6. *&*

6. *& Rot. in Vrbeuetana legati Vener.* 13. *Octo.* 1581 *coram* Cantuccio, & *Magon. dec.* 62. *num.* 61.

5 Extende ſecundò, quòd ſcilicet æqualitas ſit ſeruãda, etiam inter filios ex diuerſo matrimonio natos, *vt ait Surd. dec.* 224. *num.* 11. *cum ibi alleg.*

6 Et ratio prædictorũ ea eſt, quia ſi ęqualitas ſeruetur occaſionem murmuris excludit, *vt ait dictus Eraſm. in practicat. loco*, vbi propterea ad id dicere ſolebat, ꝙ malus ciuis ille eſt, cui nõ ſatis eſt id, ꝙ cæteris ſatis eſt.

7 Extende tertiò, quòd gratia æqualitatis ſeruãdæ inter filios, aliquando iudicatur in legato non venire id, quod aliàs veniret, *vt ait* Franch. *dec.* 607. *n.* 10 *par.* 1.

8 Contra dictam ſecundam ampliationem, *fuit deciſum à Rota in* Romana *dotis* Vener. 21. *Iun.* 1602. *coram* Greg. *XV. quæ eſt in eius impreſſ dec.* 63. vbi habetur quòd plus poteſt dari vni filiæ, quàm alteri, habito reſpectu ad qualitatem virorum, nec non locorum diuerſitatem, in quibus filiæ nubuntur, & ideo ad id dici ſolet, quòd filiæ æquè benè dotantur, dũmodo in matrimonio ęquè benè collocentur *Bald. conſ.* 389. *ad fin. lib.* 4. *Ruin. conſ* 56. *lib.* 3. *Alciat. de præſump. regula* 1. *præſumpt.* 7. *num.* 3. & *Borgnin. de tut.* & *cura. cap.* 1. *num.* 90. *carte* 53. & *Rot. per Greg. d. dec.* 63.

9 Extẽde hanc ſecundã opinionẽ tã ꝑcedere in matre, ſicut in patre, qui poſsũt de rebus ſuis ad libitum diſponere, etiã plus vni, quàm alteri filio relinquendo, veluti fuit deciſum in *Rom. ſucceſsionis ab mentor.* Vener. 11. *Iun.* 1606. *coram Litta*.

10 Cõcorda tu tamen, quòd ſcilicet prima opinio procedat, quando filij in portione ſuæ legitimæ fraudarentur, quia tunc circa eam æqualitas ex neceſſitate iuris eſt ſeruanda; ſecunda verò opinio procedit, quando eorum legitima eis ſalua remaneret, quia in quantitate dictam legitimam excedente, pater, & mater ad eorum libitum diſponere valent, veluti fuit deciſum à *Rota per* Gregor. *dec.* 173 & *dec.* 443. & *in Rom. dotis Merc.* 20. *Nouembr.* 1630. *coram Pirouano*, *in hoc vide omnino concl.* 170. *ſub nu.* 19.

11 Rurſus concorda, vt prima opinio procedat in dubio. Secunda verò, quando aliter de mente patris conſtaret, *vt ait Magon. dec. Flor.* 13. *nu.* 13. & 21. & *dec.* 35. *num.* 27. ſed vbi de mente patris dubitatur in hac materia ſeruandę æqualitatis, tunc exceptio, non autem actio datur; *vt ait idem Magon. in dec.* 35. *num.* 27. *Rota Flor.*

12 Amplia 3. priñlem cõcluſionẽ, ꝙ ẽt inter patrẽ, & matrem ſit æqualitas, ſeruanda in ſucceſſione bonorum filij, quæ à tranſuerſalibus ꝑuenerunt, ſiue ſint bona ex linea paterna, ſiue materna, vt pulcherrimè *fuit deciſum à Rota per D. meum Merlinum in Rom. ſucceſsionis Luna* 17. *Iun.* 1624 quæ habetur per extenſum apud *Grat. lib.* 5 *diſcept. cap.* 971. *nu.* 10. Quinimmò Rota ibi in fine concludit, magis matri eſſe debitam filij ſucceſſionem, quàm patri, & ita in dubio eſſe iudicandum reſoluit.

13 Amplia quartò, quòd ęqualitas etiã ſit inter contrahentes ſeruanda, *vt ait Dec. in conſ* 414. *num.* 7. vbi habetur, quòd in contractibus ea ſemper ſit facienda interpretatio, vt nunquam inter cõtrahentes ſit iudicandum ad imparia, *vt pulchrè ait Surd. in dec.* 64. *num.* 23. & Rota *in Rom.* 20. *mil. Vener.* 11. & *Luna* 14. *Mart.* 1582. *coram Card. Lancellotto*, *quæ eſt dec.* 1. *par.* 2. *recent.* & *in prima par. eſt dec.* 115. *num.* 7. & *Grat. dict. lib* 3. *diſcept. cap.* 520. *num.* 9.

14 Amplia quintò, quòd æqualitas inter ſocios ſit ſeruanda, imò in dubio ea ſẽper in ſocietate ſeruata præſumitur, *vt ait Afflict. in dec.* 58 *nu.* 2. & 4. & *Rota in vna Rom. Accomandita Merc.* 10. *Dec.* 1614. *coram* Pirouano, *quæ eſt in par.* 1. *recent. dec.* 460. *num.* 8. & 14.

15 Amplia ſextò, ꝙ æqualitas inter actorẽ, & reum ſẽper eſt ſeruãda, & ideò, qñ actori appellare licet, ita ẽt reo id licere debebit. *Grat. li.* 3. *diſc. c.* 531. *n.* 16. *Menoc. conſ.* 307. *n.* 29. *Bal conſ.* 446. *col.* 2. *ver.* 4. *pone li.* 2. *Grat. dec. March.* 220. *n.* 1. *et ſeq.* Rot. *dec.* 132 *n.* 1. *p.* 2. *diuer.* & *in terminis Salutant. fuit deciſum in vna* Anconit. *hæreditatis* 11. *Mart.* 1616. *coram* Vbaldo.

16 Amplia ſeptimò, quòd veluti Aegidiana non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas in eorum præiudicium, ita nec etiam in eorum fauorem, vt æqualitas in iudicio ſit ſeruanda, & propterea ſicut licèt perſonæ Eccleſiaſticæ appellare in caſu ſuccumbentię in poſſeſſorio,

ait

ita etiam Laicus poterit appellare in eodem Iudicio possessorio, cōtra personam Ecclesiasticam *Honded. consil. 20. num. 2. lib. 2. Scapuc. cen. de Saluian. lit. 3. num. 7.* & in simili ob eā rationem æqualitatis seruandæ, *fuit decisum à Rota in vna Romana Societatis 25. Ian. 1610. coram Sacrato quæ est apud Marches. de commiss. tom. 2. car. 228.* vbi habetur quòd priuilegium Conuertitarum quod est; vt in earum causis manu regia, & summariè procedatur, habet locum tàm ad fauorem Conuertitarum, quàm etiam alterius partis aduersus eam litigantis.

17 Amplia octauò, quòd ob eandem rationem, si est facta executio contra debitorem in vim vnius sententiæ, vnica quoque sententia sufficit pro illius reuocatione, ad retractandam executionem prædictam iam factam, *vt ait Franch. in decis. 136. per tot. Scappuccin. de Saluian. lib. 3. quæst. 7. & Gratian. decis. Marchia 220. num. 4. & seq.*

18 Limita tamen prædictam ampliationem nō procedere, iuxta Stylum Curiæ, cuius enim vigore totum contrarium seruatur, & propterea quamuis debitor fuerit executiuè exactus; nihilominus tres coformes pro reuocatione exequutionis, & repetitione iam soluti erunt necessariè, *vt ait Gonzal. super regul. 8. glos. 6. num. 208. pulchrè Gratian. in addit. ad decis. suam Marchia. 220.* quæ additiones reperiuntur impresse quoque post eius primum *librum discept forens. & Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 9. sub num. 58.*

19 Amplia nonò eandem æqualitatem seruari debere in materia clausulę si quid exequen. quæ etsi regulariter ex nouiter deductis iustificari non possit; veluti latè dicam in verbo clausula si quid exequeñ) & vt ait *Rota in decis. 64. num. 1. & 5. & decis. 102. num. 1. & dec. 260. num. 5. penes Pacif. de Salu.* Nihilominus si debitor nouas probationes faciat, creditori quoquè licebit nouis iuribus, & probationibus vti, ad elidendam probationem per debitorem iam factam, vt ait *Rota in decis. 68. num. 10. & 11. penes eundem Pacif. & Rota in alia Anconitana bonorum 21. Maii 1603. coram Iusto, & in Papien. pensionis 19. Nouembris 1603. coram Ortembergo, & pnes Gregor. decis. 581. num. 12.*

20 Et propterea, ad id notandum erit, quòd quando vna res vno, & eodem priuilegio est cōcessa, nō debet diuerso Iure censeri, vt ait *Franch. dec. 541. nu 13 par. 1.*

21 Amplia decimò, quòd æqualitas in distributione quoque sit seruanda, veluti etiam fit in successionibus, vt ait *Thesaur. in dec. 5. n. 1. & dec. 239. n. 6. cum ibi alleg.*

22 Amplia vndecimò, quòd æqualitas sit seruanda in priuilegijs ad ordinationē Iudicij rendentibus *Magon. dec. Lucen. 52. sub num. 16.*

23 Amplia duodecimò, quòd æqualitas vti concordiæ, & pacis nutritiua semper à Patre inrer filios seruata præsumitur, imò sufficit semel fuisse ab initio seruatam æqualitatem; quia non refert, si postea casu, & tractu temporis ad inęqualitatem reducatur, *Magon. in decis. 7. num. 41. & dec. 82. n. 8. in Lucen. idemq. ait in dec. 62. n. 13. Rota Flor.*

24 Amplia decimòtertiò, quòd æqualitas coniunctionis in teste, illius inhabilitatem tollit, *vt ait Gratian. lib. 3. discept. cap. 468. num. 18* Et propterea videmus quòd licèt Fratres non possit testificari pro alio fratre, ob affectionem, qua illum prosequi præsumitur, ita vt quasi alter esse dicatur, vt ait *Menoch de præsumpt. præsumpt. 16. lib. 5. num. 1. & prius in præsump. 52. num. 1. lib. 2.* Nihilòminus id fallit in duobus casibus. Et primò quando Frater deponeret pro Fratre; sed contra alterum Fratrem; quia tunc facit regula, quòd scilicèt par affectio omnem suspicionem tollit, vt ait *Bart. in l. qui testament. §. per contrarium num. 119. ff. de test. & Marsil. de quæst. §. ad quæstionem num. 6.* Licèt Diuus Paulus dicat quòd est apud infideles, vt Frater cum alio Fratre in iudicio cōtendat; secundo modo potest Frater deponere pro Fratre etiam contra extraneum, quando ille sit sanctimonia plenus; quia tunc dicitur omni exceptione maior, iuxta doctrinam *Felyni in cap. cum opporteat de accusat. & Pat. in decis. 118. lib. 2. Iason. in repert. l. admonendi nu. 180. ff. de iureiuran. Gabr. de testibus conclus. 13. & pulchrè Seraphin. de priuileg. Iuramenti priuileg. 132. nu. 21. cum seq.* vbi ait, quòd ob huiusmodi Legalitatem, ac probitatem personæ Fratrem mentiri, & sic velle sibi Iudicium mandare non præsumitur.

Vlti-

25 Vltimò notandum erit, quòd istud ius æqualitatis seruandæ tertio nõ competit, nisi per viam exceptionis, non autem per modum actionis, vt ait *idem Magon. in decis. 13. num. 22. Rota Flor.*

ARGVMENTVM.

DE AEQVALITATE ET INAEqualitate, siue differentia Religionum Equestrium.

CONCLVSIO LXV.

1 EQVITES Hierosolymitani nota, quòd religiosi dicuntur largo modo loquendo, vt ait *Abb. in rubr. de reg. tar.* sub ea enim ratione, quia isti castitatem, & obedientiam vouent; de paupertate autem nihil loquitur *Abbas, sed Ruccius in sua collect. decis. 216. par. 1.* refert multos DD. tenere huiusmodi æquites omnia ista tria vota in manibus superiorum promittere, quæ cum ad substantialia Religionis sufficiant; igitur concludendum est, eos non impropriè, sed propriè, ac verè religiosos esse; nam isti nihil proprij habent, sed Magno magistro in omnibus, & per omnia subsunt, & eorum Religio ad Hospitalitatẽ fundata dicitur, vt ait *Mohed. in dec. 169. n. 2. 3. & 4. & ita fuit dictum à Rota in Neapolitana alimentorum Ven. 31. Maii 1613. coram Mãzanedo, quæ est decis. 454. par. 2. in recent. & prius in decis. 87. num. 1. Put. dec. 382. num. 1. lib. 1.*

2 Amplia primò, id adeò esse verum, vt propterea ipsi, vt Religiosi gaudeant omnibus priuilegijs, quibus aliæ personæ religiosæ gaudent, *Cas. de Graff. decis. 47. num. 11. & seq. Mohed. in dicta decis. 169. & Rota dec. 591. num. 4. par. 1. diuers.*

3 Amplia secundò, quòd isti milites Hierosolimitani adeò filij suæ Religionis dicuntur, quòd si euenerit casus ægestatis alicuius, tunc Religio eum alere tenetur, etiam si dictus æques esset Dominus alicuius patronatus, & ex illius fructibus ali prætendere posset; quia huiusmodi onus illum alendi eius Religioni incumbit, nec alimenta, ex fructibus illius beneficij prætendere potest, veluti fuit decisũ *in dicta Neapolitana alimentorum coram Manzanedo.*

4 Et ratio istius ampliationis, ea est, quia milites verè, & propriè religiosi esse dicũtur, vt superius dixi, ex auctoritatibus tũ Rotæ Romanæ, tum etiam aliorum insignium Doctorum, & præsertim *Grattani lib. 3. discept. cap. 457. num. 24. & seq. et sub num. 26.* confutat tenentes opinionem contrariam, subdens quod de eis idem est iudicandum, quàm de cæteris regularibus professis, idemq; ait *Nauarr. consil. 21. num. 1. de regular. Menoch. de arbitr. iudic. cap. 26. num. 16. et 17. et Rota in Romana Palatii dell'Aquila 26. Maii 1600. coram Card. Lancellotto, et in Vrbeuetana hæreditatis 14. Aprilis 1614. coram Manzanedo, et in alia Tirasonen. decimarum 24. Maii 1618 coram Pirouano, et decis. 991. num. 5. par. 1. diuers. et per Greg. decis. 87. n. 2. et num. 3. ibi per addent. et decis. 109. et dec. 333. num. 1. par. 1 recent. et in 2. par. decis. 87. num. 1. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 18. num. 8. et* Rota *in Ancontana pecuniaria Luna 13. Maii 1613. coram Buratt.*

5 Amplia tertiò, quòd isti milites non tenentur soluere collectas impositas à Clero, vt fuit dictum in *Leodien. Collectæ. quæ est decis. 72. num. 5. par. 1. in recent.* quod enim extende procedere, ẽt in casibus improuisæ, & ineuitabilis, necnõ publicæ necessitatis, & vtilitatis, vt ait *Rota ibi supra:* licèt tamen secus esset, quando decimæ fuissent impositæ ex scientia Papæ, quia tunc eas illi soluere tenerentur, vt ait *Rota ibi supra cum ibi alleg.*

6 Declara tamen, id non habere locum in decimis, quas milites Militiarum Religionum soluunt, & in hoc casu dicuntur subiecti Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, vt fuit dictum in *Placentin. decimarum, Luna 27. Nouembris 1581 coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis 549. num. 1.*

7 Amplia quartò, quòd isti equites fori præscriptionem, vti aliæ personæ religiosæ habent, vt ait *Caualcan. dec. 37. par. 2. Put. dec. 382. num. 4. lib. 1.* Quod tamen intellige verum, postquam habitum religionis assumpserint, aliàs secus, vt ait *Grat. in d. cap. 457. lib. 3. discept. num. 33. et Ricc. in sua collect. dec. 503. et prius in collect. 216.*

8 Declara tamen, id minimè locum habere, circa iurisdictionem, quam isti in aliũ iudi-

iudicem non suum prorogare nõ possũt; veluti nec etiam id facere possunt milites Sancti Iacobi de spata, vt ait *Cresent. dec. 3. de foro compet. cum aliis ibi alleg.*

9 Subamplia primò, quòd isti milites Hierosolimitani sunt ab omni iurisdictione ordinarij, ac aliorum inferiorum exẽpti, vt fuit dictum in *1. Leodien. Collecta 19. Martii 1604. coram Card. Sacrato, quæ est decis. 72. par. 1. in recent. Put. decis. 83. lib. 2.* vbi loquitur de iurisdictione Episcopi Melleuitani.

10 Subamplia secundò, quòd etiam milites de Alcantara viuunt, militantquè sub eadem regula, qua existunt professores Cistercìensium, vt fuit dictum à *Rota in decis. 266. num. 1. par. 2. nouiss.*

11 Amplia quintò, idem procedere in alijs militibus aliarum religionum à summo Pontifice approbatarum; licet tamen isti solum largo modo religiosi dicantur, vt ait *Cæsar. de Grass. in decis. 47. num. 13. & 14. 17. & 18. & ita fuit dictum in Interamnen. bonorum Lunæ 5. Maii 1603. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. decis. 109. num. 1.*

12 Contrarium licèt videatur tenere *Rot. in decis. 591. num. 6 par. 1. diuers.* vbi ait, quòd milites, qui matrimonio vtũtur & certum habitum deferentes, vt sunt illi Sancti Stephani, non dicuntur etiam largo modo Religiosi, nec ob id compræhendũtur in decreto de regularibus Concilij Tridentini *in sess. 25. cap. 15.* Nàm nos videmus, quòd profitentes religionem debent seruare formam in dicto decreto traditam, vt firmat *Rota ibi supra num. 1.*

13 Extende hanc secundam opinionem adeò esse veram, vt propterea dispositio *auth. ingress. C. de Sacros. Eccles.* non habet locum in bonis patrimonialibus illorum militum, qui cum vxoribus viuũt, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 587. nu. 3.*

14 Amplia sextò, quòd isti Religiosi potiũtur priuilegio *Canonis si quis suadente Diabolo.* Vndè si aliquis percusserit vnũ ex illis in excommunicationem offendit, vt ait *Villaz. in sua decis. 34. alleg. à Ricc. in sua Collect. 216. par. 1. & Gratia. in d. cap. 457. num. 28. cum ibi alleg.*

15 Amplia septimò, quòd summus Pontifex potest dispensare istos milites de voto solemni, per professionem facto, ad hoc vt vxores ducere possint, vt ait *Grat. lib. 3. discept. cap. 457. num. 1. cum seqq. & sub num. 23.* ait idem procedere posse in Mõnachis, vt signanter ait *Nauarra in suo cons. 2. num. 3. de conuers. coniugat.*

16 Declara tamen id esse verum præcedẽte vrgentissima necessitate, ac iusta, & magna causa, vt ait *Nauar. in sua summa cap. 12. num. 75. in fin. Anchar. in cap. cum ad Monasterium num. 24. de stat. Monach. & ibi Enric. Boich. col. 2. in fin. & Card. ibid. col. penult. propè med. & Diuus Bernard. 3. de considerat. cap. 23. Cordub. quæst. 24. in fin. lib. 1. Socein. cons. 92. col. 3. ad med. lib. 1. Henriq. in summa lib. 11. cap. 8. num. 11. Ias. in l. vlt. num. 2. C. de transf. Nauar. cons. 2. n. 3. de cõuer. coniugat. Felyn. in cap. si quando num. 5. ad fin. de rescript. & Natta cons. 33. in princ. & Azor. in par. 1. instit. Moral. fol. 1491. vers. postremò, & Grat. ibi sup. num. 9.*

17 Et iusta causa, & vrgentissima erit, quãdo, verbi gratia, tota Christianitas, vel aliqua pars eius esset in periculo, nisi talis æques Rex fieret, cum non esset alius, qui sciret, vel posset aliquod Regnũ regere, nisi ille, vel si ille, qui dare possunt Regnũ dicerent nulli alij illud concedere velle, nisi ille æques acciperet in vxorem talem Reginam, aliàs dabunt Regnum infideli, vel Tirano; Nam tunc ista publica vtilitas esset præferenda illi priuato commodo continentiæ, & vitæ contemplatiuæ, vt exemplificando ait *Innoc. in cap. cum ad monasterium num. 4. Ioan. Andr. col. pen. post med. Hostiens. col. penult. & vlt. Butr. col. fin. in princ. Card. col. penult. ante med. Henric. Boich. col. 3. in princ. & Anchar. num. 24. de stat. Monach.* Neque igitur isto casu debet dedignari mulier fidelis copulari cum viro infideli, quia vir infidelis sanctificatur per vxorem fidelẽ & è conuersò, vt ait D. *Paulus in Epist. 1. ad Corinth.*

18 Item causa vrgentissima esset, veluti si aliquis Rex infidelis vellet redire ad fidẽ cum toto suo Regno, si posset in vxorem ducere vnam monialem; quia tunc credẽdũ est, id magis Deo placere, quàm cõtinẽtia vnius hominis, quia ille maius meritum habebit obtẽperãdo Vicario Christi, quàm continendo, vt ait *Abb. in d. cap. cum ad monasterium num. 21. de statu regular.* Item causa erit vrgens ne stirps nobilis sinè hærede deficiat, & Regnum

pereat

pereat; quia tunc Papa saltem dispensare poterit, vt matrimonium ad tempus duret, puta, quòd Monachus, siuè alter Religiosus capiat vxorem, vsq. ad sobolis procreationem, vt ait *Iaf. in l. vlt. num.* 3. *C. de transact. & in l. arrigator num.* 4. & 5. *ff de adoptionibus*, vbi ait, quòd filius vnius Regis peccat, si professionē voueat *Bald. in l. si paterfamilias §. in arrogationibus ff. de adoptionib. & in l. si tibi ff. eodem tit. Rosental. de feud. cap.* 7. *concl.* 30. *num.* 4. *in glos. in littera E.* Quod tamen crederem verū, quando esset vnicus, & nullus alius de stirpe remaneret, qui posset Regnum in sancta fide conseruare; aliàs melius est seruire Deo, quàm in seculo remanere; veluti dixi in verbo adulterium.

19 Et ratio prædictorum ea est, siedum, quia Papa possit dispensare in his, quæ sūt de iure positiuo, & præcipuè in materia matrimonij, & legitimationis liberorum, in quibus habet amplissimam facultatem dispensandi, vt ait *Rota in decis.* 455. *nu.* 6. *p.* 1. *in recent. cum ibi alleg.*

Verùm etiam id potest facere Papa, licèt voti obligatio dicatur esse de iure diuino, cui per principem Ecclesiæ derogari non potest, & id ex ea ratione: quia huiusmodi obligatio prouenit ex voluntate humana, licèt postea de iure Diuino sit executioni tradenda; & sic cum actus humani Principibus subijciantur; ergò Papa potest voti obligationem tollere; veluti respondendo contrarijs dicunt infiniti Doctores allegati à *Gratiano ibi sup. num.* 1. *cum seqq.* vbi de magis communi testantur.

20 Extende hic obiter potestatem Papæ circa matrimonium adeò pollere, vt propterea ille possit etiam dispensare in radice matrimonium de facto inter consanguineos contractum, ac si à principio fuisset legitimè factum, & quòd filij per consequens ex eo nati, etiam in præiuditium venientium ab intestato reputentur legitimi, *Put. decis.* 483. *num.* 4. *lib.* 2. & *Rota in Pampilonen. illegitimitatis* 5. *Decembris* 1608. & 10. *Iunij* 1609. *coram. Iusto.*

21 Præterea magna causa quoque erit, si ob huiusmodi dispensationem magna guerra sopiatur, aut cultus Dei amplietur; veluti si in loco pauci fideles essent, nec non etiam pro componendis multorum Regnorum litibus, vt ait *Anchar. in cap. sunt quidam ante fin.* 25. *quæst.* 2. & *Emanuel Roder. quæst. regul.* 25. *tom.* 1. *art.* 2. *post Spec. per eum allegat. de cont. in lib.* 5. *c.* 5. vbi refert plures ob prædictam Causā fuisse dispensatum *Ioan. Andr. in cap. semel: Dec* 51. *in fin. de Regular. Iur. in nouel. Cordubens. lib.* 1. *quæst. Theolog. cap.* 24. *in fin. & Nauar. in suo cons.* 38. *num.* 20. *cum seq. lib.* 13. *de voto*, & multos alios casus enumerat *Natt. in cons.* 33. & *alii al legati à Grattan. ibi supra num.* 6. & *Nauar. cons.* 1. *num.* 3. *de conuers. coniug.* & *in summ. cap.* 12. *num.* 75. *in fine.*

22 Extende multò magis procedere in militibus de Alcantara, & Calatraua, qui possunt dispensari, vt ducant vxores; quia quamuis sint Religiosi, cum ad illa tria vota teneantur, id tamen dicitur impropriè, & sic largo modo loquendo, vt ait *Grat. in d. cap.* 457. *num.* 26. & 40. *cum seqq.* & *Put. in decis.* 217. *num.* 1. *lib.* 3.

Animaduertendo tamen, quòd causa vrgens ea non dicitur, si dispensaretur vnus, qui allegaret se legi carnis resistere nō posse, & propterea similis dispensatio fuit denegata cuidam Diacono, pro quo intercedebat Aeneas Siluius, tunc Cardinalis apud Calixtum III. cui postea successit idem Siluius nomine Pius II. veluti testatur *Grat. ibi supra num.* 36. licèt *sub n.* 38. dicat id habere locum in equitibus Hierosolimitanis S. Ioannis, cum quibus nūquā fuit dispēsatū ob istā cauā; quia non poterant se continere, & sic castitatem seruare; At secus in illis de Alcātara, & Calatraua, in quibus huiusmodi causa esset sufficiens ad hanc dispensationem concedendam, cum eis non repugnet ducere vxores, vt ait idē *Grat. ibi sup.*

23 Restringe tamen primò, quod illi æquites Hierosolymitani sunt incapaces factionis testamenti, *vt ait Rota in dicta Interamnen. bonorum Luna* 5. *Mai.* 1603. *coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. decis.* 109. *num.* 1. licèt *ex stabilimento dictæ Religionis* 14. *sub tit.* 16. de contracti, & alienationi, dicti Equires possint facere donationes, si tamen postea illis factis per quadraginta dies, à die factæ donationis, superuixerint; aliàs secus, vt fuit dictum à *Rota in dec.* 436. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers. Put. decis.* 7. & 55. *lib.* 3. *Crascent. decis.* 2. *de confess. allegat. à Rota in* Anco-

Anconitana pecuniaria Luna 13. Maii 1613. & 16. *Febr.* 1615. *coram Baratto.*

24 Amplia idem etiam procedere in milite non claustrali, sed præfecto commendæ: quia Religiosus non redditur testabilis ex habitatione extra claustrum; veluti videmus contingere in Monacho, qui si fiat Episcopus; non ob id tamen testari poterit, vt ait *Mohedan. in decis.* 10. *de caus. poss. & propr. & Rota per Gregor. ibi supra num.* 2. & 4. Et ratio est, quia licet talis eques non sit amplius claustralis; sed præfectus commendæ; non ob id tamen habet in se velle, & nolle, cum istæ præceptoriæ non sint beneficia perpetua; sed manualia, à quibus possunt milites ad nutum magni Magistri amoueri, vltra quod, vt superius dixi, habitatio extra claustrum Monachum testabilem non reddit, *Parij cons.* 44. *num.* 1. *& seq. lib.* 3. *Put. dec* 382. *lib.* 1. *Acchil. dec* 9. *num.* 3. *de præbend. Mohed. dicta dec.* 10. *Gonzal. super reg.* 8. *glos.* 8. *num.* 7. vbi ait, secus esse, quando beneficia regularia essent curata, quia tunc non dicerentur manualia; sed electiua, ita vt milites ab illis ad nutum amoueri non possent; *Rota in Firmana fructuũ* 13. *Nouemb.* 1589. *coram Card. Pamphilio & Greg. dicta decis.* 109. *num.* 3. *cum alijs ibi alleg.*

Quinimmò extẽde, quòd neq. Monachus, siue alter Claustralis possit ex consuetudine habilitari ad testandum, ea ratione, quia tamquam contra Canones præceptiuos, & contra substantiam regulæ tendens, reijcienda venit; & quod plus est, id etiam contra Cardinales procedit, quos ad testandum huiusmodi consuetudo habilitare non potest, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano lib.* 5. *discept. cap.* 880. *num.* 10. & 23. & *sub num* 48. docet, quando Monachi, & alij milites regulares possint validè testari, Idem ait *Sanchez. par.* 2. *oper. Moral cap.* 8. *num.* 26. & *Azor. lib.* 2. *cap.* 4. & 5. Et in casu, quòd prædicti testari valerent, tunc sola licentia Abbatis non esset sufficiens: sed illa Papę esset quoque necessaria, vt ait *Rota per Cardin. Seraphin. decis.* 1361. *num.* 3. & *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 363. *num.* 25.

25 Restringe secundò, quòd dicti milites Hierosolymitani nedum non possunt disponere de bonis, quę ad eos intuitu suę Religionis peruenerunt, sed nec etiam de patrimonialibus, cum verè, & propriè Religiosi dicantur, & propterea quicquid acquirunt adeò Religioni, & non sibi acquirunt, veluti faciunt alij Religionem profitentes, vt propterea in acquirenda hæreditate sibi delata nullum factum Religiosi sit necessarium, cum ea Monasterio immediatè acquiratur, & ideo pro ea cõpetit remediũ, *leg. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. vt ait Rot. per Buratt. in dec.* 394 & ibi in addit. Quinimmò nota, quòd isti non habent neque velle, neque nolle: quia in totum à voluntate Magni Magistri dependent, vt ait *Rota penes Greg. in sua decis.* 87. *n.* 4. *et fuit dictum in dicta Interamnen. bonorum coram eodem, quæ est in* 2. *part. recent. decis.* 76. *num.* 1. *et in alia Bonon. de Pafiis Ven.* 4. *Mart.* 1611. *coram Manzanedo, quæ est in dicta* 2. *part. recent. dec.* 333. *num.* 2. *et Monopolitana pensionis Mercurij* 26. *Februarij* 1596. *coram Orano, et in dictis Anconitana pecuniaria coram Buratto, et Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 880. *num.* 33.

26 Restringe tertiò, quòd neque etiam isti equites possunt disponere de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, etiam si essent Conclauistę: quia illud Priuilegium Conclauistarum nihil disponit circa habilitatem personę, vt ait *Rota ibi penes Greg. in dicta decis* 87. *num.* 5.

27 Fallit tamen in militibus vxoratis, qui bona habent aliunde, quàm ex redditibus militiarum prouenientia, quę eorum militijs non acquirunt, cum isti verè religiosi non sint, vt superius dictum est, & ideò de eorum bonis possunt liberè, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate disponere, nec per consequens isti, qui in eorum domibus, cum suis vxoribus, & filijs vitam degunt, comprębendũtur sub dispositione d. auth. ingressi, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec.* 587. *n.* 1.

Extende prædictam fallentiam procedere quoque in dictis militibus Hierosolimitanis, quãdo tamen alienatio bonorum acquisitorum ab eis fieret cum licentia Magni Magistri in scriptis, & in specie in vita, & in morte, cum aliàs non daretur extensio de vno casu ad alium, vt ait *Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 880. *num.* 30. *et seqq. cum omnibus ibi alleg.*

28 Restringe quartò, quòd isti milites sũt feudi incapaces, vt ait *Mohed. in dec. 169. num. 2. & 3. Osasch. in decis. 27. in vltima fallent.* vbi ait hanc opinionem esse veriorem, & *Thes. fil. in sua decis. 18.* vbi post longam disputationem tenet, quod in feudo isti milires non succedant, ea potissimum ratione; quia Domini temporales non possunt in eorum personam iurisdictionem exercere, & ideò merito sunt in Regno Neapolirano ab omnibus officijs iurisdictionalibus remoti, vt testatur *Ricc. in sua coll. 216. p. 1.* & *nouissimè Grat. li. 5. discept. c. 880. nu. 6.*

29 Licet *d. Thes* referat ibidem conrrariã consuetudinem in sua patria præualuisse, & dicit ita fuisse decisum per illos Senatores consulto Serenis. Duce Carolo Emanuele, & sic fuisse quemdam militẽ commendatarium admissum ad feudorũ successionem, non obstante, quòd fuisset allegata in contrarium consuetudo; Vndè ex hoc de iure ibi firmat Thes. quòd hæc Religio non in singulari, sed in communi feuda retinere possit, sibl de certa scientia concessa, idem ait *Anna in suo singular. 207.* & veluti quoque procedere in Religione sancti Ioannis in vniuersum tamen ait *Grat. lib. 5. discept. c. 880. num. 7.* Quinimmò id etiam posse habere locum in ipsis militibus Hierosolymitanis, si ira de consuetudine permitteretur, quçrit defendere *Viu. in sua decis. 446. alleg. à Ricc. in sua coll 216. p. 1. &* licet *Osasc. in sua dec 27. & Thes Fil. in dec. 18.* dicãt cõtrariã opinionẽ esse magis verã. Nihilominus idẽ *Ric. ibi sup. in fi* ait primã opinionẽ inualuisse, licèt fuisset allegata cõsuetudo in cõtrariũ, vt mox diximus ex *singul. Ann. 207.*

30 Extẽde quòd nec etiã Episcopi, & Cardinales succedũt in feudo, quando illud est rectũ, & propriũ; secus autẽ in feudo sub pręrestatione annui redditus cõcesso vt ait *Menoch. cons 54. nu. 32.* & *Grat. li. 3. discept. cap. 457. num. 35.*

31 Restringe quintò, quòd nec isti ad fideicommissum familiæ relictũ admittuntur, immò ne quidẽ ad vsũfructum, vt ait *Ant. Faber in sua decis. 34. de fideicom.*

32 Restringe sextò, ꝙ ob eorũ religiositatẽ ad officia iurisdictionalia, vel deputationẽ Ciuitatis nõ admittũtur, vt ait *Vinc. de Franch. in sua dec. 479. num. 3.*

33 Fallit tamen, quãdo essemus in statuto loquente de Professis, & Religiosis, quod enim extenditur, etiam ad huiusmodi milites, strictè tamen loquendo, vt ait *Rota. Rip. in obseruat. 185.* & *Ant. Faber in decis. de Episcop. & Cleric.*

34 Restringe septimò, quòd isti milites comprehenduntur sub dicta dispositione Concilij Tridentini de regularibus *sess. 25. cap. 15.* vbi cauetur, ne quis in quacumque Religione, tàm virorum, quàm mulierum (qui minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit) ad professionem admittatur, iuxta ea, quç ait *Rota in decis. 591. par. 1. diuers.* vbi in specie ait de militibus Sancti Stephani, qui ad hæc adstringi non possunt. Item talis miles Hierosolymitanus comprehenditur sub dispositione *Conc. Trid. sess 6. c. 3.* dum concedit, vt Regularis possit puniri ab ordinario loci si extra monasterij claustra deliquerit, vt ait *Gratian. ut dicto cap. 457. num. 30. cum alijs ibi per eum alleg.*

35 Vndè ex his infertur, quòd isti equites prædictis priuilegijs, & pręsertim illo exemptionis post emissam professionem gaudent; secus verò erit dicendum ea nõ dum emissa, & sic nec etiam ante susceptionẽ habitus Religionis: quia tunc licet omnia alia necessaria fecissent, vt puta probationes nobilitatis pro eorum admissione, & etiam si soluissent solitum viaticum, nec non si ad Insulam Maltę se conferre pręparassent. Nihilominus si antequam vnus ex istis militibus assumat habitum delinqueret, & capiatur, tunc à familia iudicis secularis remissionem petere non posset; & ratio est, quia materia proxima actui non habetur pro actu, veluti nec accingendus habetur pro accincto, vbi essẽtia facti est necessaria, cum illud non dicatur perfectum, quando aliquid remanet peragendum, vt ait *Franchus in decis. 449. allegata a Riccio in dicta collect. 216. par. 1. & ita fuit dictum in Placentina decimarum Luna 27. Nouembris 1581. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 549. num. 3.* & ibi subiungit, quòd neque versa vice huiusmodi milites ante emissam professionem Religionis Regulam seruare tenentur, & *Gregorius decis. 499.* ait quando antianitas in Religione

currere

currere incipiat, & quid opus sit, vt ea militi currat.

36 Veluti eodem modo dicitur de Clerico habitum post delictum Clericale suscipiēte, sed præcedente voto illius qui priuilegio Clericali gaudet, vt ait *Franch. dec. 449. num. 1.* licèt *num. 7.* dicat id in praxi non esse receptum.

37 Restringe octauò, quòd Præceptores stius ordinis sancti Ioannis possunt ad nutum magni magistri, & Conuentus amoueri; quia isti, vti Religiosi nil proprium habere possunt, nec eis aliquid in perpetuum concedi debet, vt ait *Mohed. in dicta decis. 10. Paris cons. 44. num. 1. & 2. lib. 3. Acchil. decis. 9. num. 3. de præbend. Put decis. 382. lib. 1. num. 3. & ita fuit dictum in* Romana, *seu Firmana fructuum 13. Nou. 1589. coram Card. Pamph.*

38 Declara tu tamen, id esse verum, quando beneficia regularia sunt manualia; secus autem, quando essent curata, & electiua; quia tunc non sunt ad nutum amouibilia, vt ait *Gonzal. in reg. 8. glos. 8. num. 7.* Et latè dicam ex mente *Rota Romana in verbo beneficium*, &c. & veluti dixi *sub. nu. 24.*

39 Extende, quòd immò etiam Magnus Magister possit per conuentum amoueri, vt ait *Put. in dicta dec. 382. in vltimis verbis* licèt *Oldrad. in suo cons. 128.* dicat id procedere cum causa.

40 Restringe nonò, quòd si quis nascatur ex vno tali milite professo dicitur incestuosus, ac si ex vero Religioso esset procreatus, vt ait *Franch. in sua dec. 17 & Grat. cap 457. num. 3. lib. 3. discept.*

41 Et ratio ea est, quia isti verè Religiosi dicuntur, & sic eos summus Pontifex bis nominat *in cap. cum, & plantare de priuileg.* vt colligitur ex eorum constitutionibus *Gratian. in dicto cap. discept. 457. num. 30. & Put. dicta decis. 382. num. 2.*

42 Extende id in tantum esse verum, vt propterea summus Pontifex permittit, vt Prior ecclesiæ ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani in Concilio præcedat, non solum omnes alios Priores quantumcūque Prius receptos; verùm etiam Episcopum ipsum Meleuitanum, vt ait *Rota per Put. in. decis. 104. lib. 3* & id ob meritum istius Religionis, quæ ad hospitalitatem fundata fuit, *vt ait idem Put. in dicta dec. 382. num. 5. lib. 1.* Et ratio quare dictus Prior illius Ecclesiæ, ēt quòd sit vltimò receptus; nihilominus omnes alios Priores quantumcumque prius receptos præcedat, est, quia d. Prior Ecclesiæ habet dignitatē cū administratione, & propterea maior, dignitas nō habēs iurisdictionem in aliquo loco debet pręstare reuerentiā minori iurisdictionem in eodem loco habenti, vt ait idē *Put. in d. d. c. 104. n. 5. li. 3.*

43 Restringe decimò, quòd dicti equites Hierosolymitani cōprēhendūtur sub declarationibus *Sacr. Conc. Trid.* etiam si de eis expressa mentio nō fiat, vt fuit declaratū *ab Eminentissimis Cardinalibus illius Sac. Congreg. sub sess. 6. de refor. in c. 3. in §. an Milites cart. mihi 754.*

44 Quod tñ declara verū, nisi post cōciliū aliquo speciali priuilegio muniātur; veluti fuit dictū in illa declaratione ibi supra.

Sed hic declara tamen, quòd ordinarij eo caso procedere poterunt, vti Sedis Apostolicę delegati; veluti si essemus in refectionibus Ecclesiarum, & similium; quia tunc dd. Episcopi procedere possunt, nō obstantibus quibuscumq. appellationibus, priuilegijs, & consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pręscriptis Iudicum quorumcumque deputationibus, ac illorum inhibitionibus penitus exclusis, vt expręsè ait dictū *Con. in sess 7. c 8. & in sess 21. c. 7. de reform.* & multa dixi de huiusmodi equitibus *in verbo Ars in concl. 147. num. 5.*

45 Quę quidem restrictio inseruiet pro limitanda, siue declaranda prędicta sub ampliatione prima, vbi habetur tales milites esse penitus ab omni iurisdictione ordinarij, ac aliorum inferiorum exemptos; quia non vti tales, sed tamquā sedis Apostolicæ delegati, contra eos in prædictis causis, & pręcipuè in illa decimarū procedere posśūt vt ait *Rot. per Card. Seraph, decis. 549. num. 1.*

46 Quibus pręterea addatur, quod licèt adsint alij equites non professi, qui prędictis priuilegijs non potiantur, vt sunt illi Laurerani, & Sancti Petri à summo Pontificę creati; tamen notandum erit, quòd huiusmodi milites habēt alterum priuilegiū, quod est retinēdi pēsiones, nō obstāte matrimonio, quę regulatiter p illud cōtractū in alijs cessant, vt fuit dictū in vna *Aesina pensionis Ven. 23. Febr. 1601. coram Greg. quæ est in meis impress. dec 18. n. 1. & 2.*

Vv 2 Exten-

47 Extende primò, id intãtum esse verũ, quod propterea illud priuilegium istorum militum comprehendit etiam pensiones iam translatas, vt ait *Rota ibi sup. n. 3.*

48 Extende secundò, quòd isti equites lauretani possunt etiam trasferre pensiones scutorum 200. cor solo notario & duobus testibus, & nedum in manibus Romani Pontificis, seù alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę; verùm etiã coram notario laico, & duobus testibus laicis, tàm in Romana, Curia quã vbiq. locorum, veluti fuit decisum in vna *Lucana pensionis Lunæ 17. Feb. 1592. coram Orano.*

49 Extende tertiò, quòd neq. in translatione pensionis opus sit priuilegia originalia exhibere, sed sufficit sola copia impressa, ad hoc, vt quis certus de sua facultate dicatur, vt fuit decisum in illa *Lucana coram Orano.*

50 Quinimmò, quando fit dicta translatio pensionis coram Notario illius interuentus id non desideratur ad alium effectum, quàm ad probationem; non autem, vt aliquam Iurisdictionem exerceat, vel quod ipse pensionem casset, & nouam reseruet, vt ait *Put. in decis. 334. lib. 2.* Secus verò si essemus in alijs executoribus à facto quorum translatio dependet; quia isti eorum iurisdictionem exercere non possunt, nisi visis litteris, & propterea illarum præsentatio est necessaria, vt ait dictus *Put. ibi sup. n. 2. lib. 2. & Rota ibi coram Orano.*

51 Extende quartò, quòd equites Sancti Petri dicuntur familiares Papæ, ita vt in in assecutione beneficiorum regulis ęditis, & edendis vti possunt, vt ait *Put. in dec. 154. n. 1. lib. 2. cum ibi alleg.*

52 Extende quintò, quòd dicti equites Sancti Petri in expectatiuis præferuntur pauperi, & graduato in Parochiali Ecclesia, *vt ait idem Put. in decis. 199. per totam.*

53 Extende sextò, quòd equites Sancti Petri idem priuilegium habent de transferendis pensionibus, quod habent ipsi Lauretani, vt ait *Put. in sua decis. 334. num. 2. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

AEQVITAS QVANDO SIT seruanda, & quando rigor.

CONCLVSIO LXVI.

1 AEQVITAS nota, quòd est Iustitia dulcore misericordiæ temperata; & ideo pars Iustitiæ dicitur, vt ait *Diuus Thom. 2. 2. q. 80.* Et propterea hinc fit, quòd ea regulariter rigori præfertur, ita vt Iudex semper debeat præoculis dictam ęquitatem habere, vulgata *l. quod ephebi*, & ibi scribentes *ff. aeco*, *quod cert. loco*, & *las in l. placuit C. de Iudic.* & *Cappell' Tholos. in sua decis. 261. num. 5. cart. mihi 454. & Rota decis. 1. num. 5. de rer. permut. in nouis.*

2 Amplia primò, id adeò esse verum, vt propterea Rota Romana semper ęquitatem sequi soleat, veluti fuit decisum in *vna Romana dotis 21. Iun 1601. coram Greg. XV. quæ est in p. 2. recent. decis. 60. numero 2. & in eius impress. dec. 60.*

3 Amplia secundò, quòd arbitrium Rotę semper operatur, vt relicto vtroque extremo rigoroso, æquitas seruetur *Bald. in cons 117. num. 4. lib. 1. & Rota in firmana Altaris Mercurii 15. Ianuarii 1614 coram Coccino quæ est in 2. par. recent. decis. 506. num. 1.* Et in hoc multa dixi in verbo Arbitrium vbi recurras.

4 Amplia tertiò, quòd ęquitas intret cõtra eum, ad cuius manus pretium rei alienę peruenit, veluti fuit decisum *in vna Romana locorum montium Mercurii 13. Nouemb. 1613. coram Vbaldo, quæ est in 2. p. recent. dec. 483. n. 7.*

5 Amplia quartò, quòd æquitas *l. si me*, & Titium *ff. si cert. pet.* semper est seruãda; sed est benè verum, quòd vti remedium subsidiarium, ita demum procedit, quando non est consultum contra eũ, cum quo fuit actum, veluti fuit decisum in *Romana pecuniaria Ven. 3. Iun. 1605. corã Greg. XV. quæ est in eius impress. dec. 216. n. 1. Surd. cons. 328. n. 19. & Rot. in alia Romana pensionis Domus 11. Mart. 1613. coram Card Sacrato.*

6 Amplia quintò, quòd ęquitas non patitur vnquam Lędi iura alterius, &

& ideò nunquam videtur derogatum Iuri tertij per verba generalia, vt ait *Afflict. in dec. 361. num. 37. & Card. Mantica dec. 148. n. 3. cum alijs ibo per eum alleg.*

7 Amplia sextò, quòd æquitas non permittit, etiam parte aduersa instante, vt procurator, qui acceptauit per transmissum mandatum, & qui præsumitur scire secreta Causæ, examini se subijciat in præiudicium principalis, vt ait *Rota in repertorio decis. nouiss. in 3. p.* in verbo æquitas; sed quando Procurator, siuè Aduocatus id facere debeat, dixi supra in verbo Aduocatus.

8 Amplia septimò, quòd æquitas non patiatur, vt in benificialibus propter ambitionem fingamus conditionem retrotrahi, vt ait *Rota per Acchil. de Graff. in decis. 279. seu 16. de prabend. & Verall. in dec. 298. num. 10. par. 2. & Bninten L. dec. 37. num. 21.*

9 Amplia octauò, quòd nihil magis equitati conueniat, quã quòd pacta seruetur; & ideò ad id nota, quòd cõductor renuncians Iuri inquilinatus, non porest amplius ad illud Ius reddire, veluti etiam dicitur, quando ad fauorem locatoris ad esset pactum de euacuando post finitam locationem, Iuramento, & obligatione Camerali munitum; quia runc primus conductor potest expelli à secundo pro maiori pensione, etiam si pensionis augumentum offerat, & sic isto casu cessaret dispositio *text. in l. fin. C. de locat. prad. or Ciuil. lib. 11.* & ratio est quia prouisio hominis facta de pacto euacuandi facit cessare prouisionem legis, vt ait *text. in l. fin. C. de pact. Conuent. & fuit ita decisum in Romana euacuationis Mercurii 2. Decembris. 1615. coram Vbaldo qua est decisio 692. in fine in parte prima recent.*

10 Amplia nonò, quòd æquitas *l. curabit C. de act. emp.* nõ patitur, vt quis cũ aliena iactura locupletetur; & sic vt penes eũdem rem, & prætium vno, & eodem tempore existat, & propterea prouidet, vt fructus compensatiui pro re vendita debeantur, veluti milies fuit decisum à Rota, & *signanter in vna Beneuentana pecuniaria 16. Iunii 1606. coram Card. Sacrato, & Grat. cap. 604. num. 2. lib. 4. suarum discept.*

11 Extende, quòd dicta æquitas l. curabit habet locum in omni contractu correspectiuo, tàm nominato, quàm inominato, vt ait *Rota per Cas. de Graff. decis. 187. alias prima de vsuris num. 8. cart. mihi 222.*

12 Declara igitur, quòd si emptor retinet rem, & pretium tũc nõ facit fructus suos; sed tenetur ad compensatiuos ad venditoris fauorẽ, & id procedit etiã stante sola rei traditione per venditorem facta; licèt ex parte sua idem venditor promissa in totum non adimpleuerit, vt ait *Rota in decis. 297. & ibi in addit. numero. 12. omnino viden. in hac materia coram Gregorio, & coram eodem in decis. 347. num. 2. & 10.*

13 Licèt tamen, dicta regula pluribus modis fallat, & primò quando esset data dilatio soluendi pretium rei emptæ, vt ait *Rota d. decis. 297.*

14 Fallit secundò, quando emptor ex re empta vllos fructus percipere non potuisset, vt ait *Rota ibidem* de veriori opinione testando, & ad id comprobandum plures rationes ibi per te videndas inuenies.

15 Fallit tertiò pro eo tempore, quo rem non habuit, quia tunc ad fructus compensatiuos non tenetur, *vt ait Rota in d. dec. 347. num. 1. & in addit. num.* 17 Sed est bene verum, quòd si non totum pretium, sed solum partem illius soluit, tunc fructus debentur à die solutionis prorata pretij soluti; licèt id quoq. declaretur ibi in dicta *dec. 347. num 18.* Et ibi recurras sed in omnem euentum ad hoc, vt ad huiusmodi vsuras nõ teneatur emptor debet pretium non retinere penes se; animaduertendo, quòd huiusmodi vsuræ debentur de æquitate canonica, & alijs rationibus adductis in illa *decis. 297. in addit, & in decis. 317. num. 3.* sed in hoc omnino *vide Gratian lib. 3. discept. cap. 588. per totum.*

16 Amplia decimò, quòd vbi cessat æquitas, fictio quoque locum non habet, cum fictio non introducatur, nisi quadam ratione, super æquitate fundata; & ideo nota, quòd æquitas non patitur, vt contractus alio tempore fingatur celebratus, ad effectum illum reddendi nullum; quia id esset contra omnes regulas, quæ volunt, vt ea interpretatio fiat per quam actus sustineatur, veluti fuit decisũ

in Placentina bonorum 13. *Iulii* 1583. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 607. *num.* 8. *&* 9. & *Magon. decis.* 28. *num.* 6. *Rota Flor.*

17 Extende igitur, quòd veluti fictio cessat, quando dicta æquitas repugnat, ita quoque erit dicendum, vbi mens statuentium repugnaret, vt puta, si essemus in statuto excludente Sorores, stantibus Fratribus defuncti, vt est in Vrbe *in lib.* 5. *cap.* 24. quia tunc ex eo excluduntur, etiam filiæ fratrum præmortuorum, licèt habeamus regulam illam, quòd scilicet statuta exclusiua fœminarũ de persona ad personam non extendantur, & ratio est, quia cum excludatur soror, ergo multò magis neptis excludenda venit, nec illa ob id conqueri potest; nam veluti ea si esset soror excluderetur, vti fœmina, eoquè magis, cum sit neptis, quia in dicto gradu cõstituitur per fictionem, eius patrem repręsentando, & sic, tunc illa exclusio de ea fiet, non ex vi extensionis; sed compręhensionis, ex maioritate rationis; aliàs esset velle dicere, quòd plus valeret fictio, si neptis repræsentando patrem admitteretur ad successionem, quàm ipsa veritas, quæ viget in sorore vti proximiore, quæ licèt de iure ex se, & non per alium ad hæreditatem concurrat; videmus tamen quòd illa, & multo magis eius filia ex statuto venit exclusa *Rota in Romana hæreditatis de Capranica* 23. *Ianuarii* 1581. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 496. *num.* 9.

Et propterea videmus, quòd sorores germanæ, & vtrinque coniunctæ in bonis fratris defuncti succedunt in capita vnà cũ fratribus; neptes verò in stirpes, & illis competit remedium, quorum bonorum vt ait *Rota per Buratt. dec.* 310. *num.* 1. Vlterius hic obiter erit notandum, quòd licèt sit vera illa conclusio, quòd scilicet statutum, vt est illud Vrbis in *cap.* 146. *li.* 1. quod defert hæreditatem fratris cæteris fratribus, exclusis sororibus; illud tamẽ non sibi vendicat locum in hæreditate sororis, quia ad eam etiam aliæ sorores, vnà cum fratribus æqualiter succedere debent, neque ad eas excludendas in vim illius statuti, fratrum appellatione veniunt sorores; Vndè cum talis casus sit omissus à statuto, & in iuris communis dispositione remaneat; idcircò soror ex vi illius, vnà cum fratre ad hæreditatem alterius sororis venit admittenda, neque isto casu masculinum fœmininum concipit, nec minus in odium iuris communis isto casu extensio de persona ad personam venit tolleranda, neque etiam ex identitate rationis potest soror sub eo statuto, ex vi compræhensionis venire, atque includi, & ratio est; quia statutum illud videtur esse fundatum in præsumpta defuncti dilectione, erga illos, qui ei succedere debent, & istud iudicium ex naturali ratione, & humana dispositione, nec non sanguinis necessitate elicitur; Vnde infertur ꝙ veluti frater pręsumitur magis diligere alterũ fratrẽ, quàm sororẽ & id nedùm ex paritate sexus; verũ etiã ea ratione agnationis cõseruandę, nec nõ ex altera, quia frater dicitur ferè alter; ergo vice versa, dũ agitur de hæreditate nõ fratris, sed sororis, tunc rationes paritatis sexus, nec non, ob vcissitudinariũ amorẽ, qui facilius inter eas, quàm inter fratres, ex illa simultanea, & quotidiana, apud matrem educatione cõtrahitur, pręd‍icta (in quã) faciũt saltẽ præsumere vnam sororẽ æqualiter alteram, vti fratrem diligere, & eò magis, quia hic non tantum militat ea ratio naturalis; sed etiã altera conseruandæ agnationis in hæreditate sororis, vt fit in illa fratris, & præcipuè cum portio illius esset iam ab eorum domo separata, quod enim operatur, vt non tanta ratio sit in recuperando id, quod iam erat extra eorum domum, quanta esset, vt ea fratrum continuaretur in familia, Imò nota, quòd prædicta procedunt etiam, si adesset renunciatio facta ad fauorem fratrũ; sed de bonis paternis, maternis, & fraternis; quia tũc ea nõ esset ad bona sororũ extendẽda; veluti fuit de his omnibus latè deductum in *Rom. Successionis Vener.* 14. *Iunii* 1630. *coram Merlino.*

Rursus extẽde prædicta eodem modo procedere in statuto exclusiuo fœminarũ ab hæreditate patris, quod nõ habet locũ in illa fratris, vt ait *Rot. per Burat. dec.* 310.

18 Amplia vndecimò, quòd æquitatis ratio semper dictat lites dirimere, & inutilibus sumptibus parcere, vt ait *Magon. in sua dec.* 18 *num.* 2. *Rotæ Lucen.*

19 Amplia duodecimò, quòd Iudex ex æquitate semper debet eius arbitriũ in humaniorem partem inclinare; veluti perso-

nis

nis causis, locis, & temporibus expedire videtur, veluti fuit decisum in *Clusin. exemptionum Lune 10. Iunii 1591. coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. decis. 148. num. 3.*

20 Limita tamen primò principalem conclusionem, vbi habetur æquitatem esse rigori præferendam, non procedere quoties æquitas non esset scripta: rigor vero sic: quia tunc rigor scriptus præferretur, iuxta *Text. in l. Prospexit ff. qui, & à quibus l. 1. & ibi DD. C. de leg. & Cappel. Tholos. decis. 261. num. 5. & idem Card. Mantic. dicta decis. 148. num. 3. & Grat. lib. 2. discept. cap. 254. num. 9.*

21 Et ratio est, quia nunquam æquitas nō scripta, tanquam in cerebro quorumcumque consistens, patitur, vt scilicet illi quod somniant æquum putent, vt ait *Gratian. in cap. 639. num. 25. & 27 lib. 4.* Sed ea attenditur, quæ ex legibus, & viris prudētibus sūmitur, & propterea videmus, q; quāuis extet statutū præcisū, licèt sit durū, & rigorosum; tamē est seruādum nulla habita consideratione æquitatis nō scriptæ, quia tunc ea non diceretur æquitas, tanquam ex motu, & affectione contra ius scriptum dependens; & sic non sequenda; immò per Iudices est euitanda, aliàs nihil reperiretur certum, & perpetuum in iure nostro, si quibuslibet liceret extorquere statum causarum, & illum ad imaginariam, & abusiuam æquitatē reducere, *Grat. ibi supra cum ibi allegat.*

22 Limita secundò, non procedere, quando æquitas esset scripta in genere, vt est neminem debere locupletari, cum alterius iactura; Rigor vero esset scriptus in specie, veluti dicitur in vsucapionibus, & præscriptionibus, ea ratione, ne dominia super incerto vagētur, in quibus enim terminis rigor æquitati præfertur, veluti fit species generi, vt optime probatur in *l. 1. vbi DD. ff. de vsu cap. iuncta l. Nàm hoc natura, vbi Bart. ff. de condit. indebit. Dyn. in regula possessor de regul. Iur. Ioan. Andr. in cap. fin. de solut. & Roman. in l. Si insulam in 7. col. ff. de verborum obligat. & Rota decis. 1. de rerum permut. in nouis sub num. 5. vers. In tertio dubio, & num. sequenti.*

23 Sed illud, quod fuit dictum de specie generi derogante, declara procedere in illis terminis, in quibus genus, & species super eodem iure concurrunt; at secus, si super diuerso, vt latè fuit deductum à *Rota in cons. 8. num. 37. & seqq. & ita fuit quoque resolutum à Rota in vna Verbenetano fructuum Veneris 11. Ianuarii 1602. coram Card. Lancellotto iuniore.*

24 Et ratio diuersitatis ea est: quia quando species nō est contraria generi, tunc intrat illa regula, vt scilicet dispositū in genere habeat etiā locum in suis speciebus; quia genus suas species sub se compræhēdit, & sic in istis terminis generi nō derogatur per speciem; at secus si è conuersò, vt fuit dictum à *Rota in Mediolanen. Decimarum 9. Iunii 1610. coram Pirouano, quæ est inter crim. Farinac. decis. 291. num. 7. & 17.*

25 Limita tertiò, quando rigor scriptus esset positus in lege posteriori; quia tūc ille æquitati legis præcedentis derogaret; cū habeamus, quòd posteriora semper prioribus derogare solent, *Gloss. est notabilis in cap. extirpanda de præbend. in 6. & ibi DD. & præsertim Imol. in 7. col. & Alex. in l. Placuit C. de Iudic.*

26 Limita quartò, quando sumus in arbitrarijs, in quibus potest Iudex sequi rigorem scriptum, & non sequi, prout magis sibi placuerit, iuxta doctrinam *Bald. in dicta l. 1. C. de legibus;* Sed est benè verū quòd iudex semper præoculis æquitatē habere debet, & semper potius misericordiam, quàm rigorem seruare conabitur, vt dicunt communiter DD. *in vulgata l. quod ephesi de eo. quod cert. loc.* & *veluti ex mente Rotæ latè dicam in verbo Iudex.*

27 Limita quintò, quòd inter Romanos æquitas canonica non seruatur, sed ius ciuile, in materia præsertim dotis, ex dispositione statuti, veluti fuit decisum in *Perusien. bonorum 2. Decembris 1580. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 487. num. 12.* licèt illa regulariter sit omnibus communis, vt ait *Magon. decis. Flor. 61. num. 13.*

28 Limita sextò, quòd æquitas considerari non potest, quando agitur de incursu alicuius pœnæ, vt ait *Rota in Rauennaten. domus Veneris 22. Iunii 1576 coram Cantuccio, quæ est decis. 28. num. 10. parte 2. nouiss.*

29 Contrarium tamen verius esset, quando ageretur cum Ecclesia, quæ pœnam caducitatis alicuius prætenderet: quia tunc

tunc potius æquitatem, quam rigorem amplecti debet; nàm Ecclesia tanquam pia mater, & cultrix iustitiæ non debet locupletari cum aliena iactura; sed benè omnes ad se concurrentes benignè amplecti, veluti dicam in verbo Emphiteuta, &c. & veluti dixi in *concl.84.n.86.*

30 Vltimò notandum est, quod in omni negotio semper attendendum est id, quod licet secundum æquitatem, & quod decet secundum honestatem, & demum id, quòd expedit secundum vtilitatem, veluti fuit decisum in vna *Calaguritana reductionis motus proprij 29. Mart. 1591 coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.942. num.18.*

In hac pag.516.col.1. sub num.30. ante num.31 hæc adde.

Subamplia, quod nec hæres grauatus tenetur soluere debita ex fructibus bonorũ hæreditariorũ, neque minus illos in sua credita imputare, etiam si testator mãdasset hæredi debita per eum ex fructibus esse soluenda, quia nihilominus eueniente casu restitutionis ea essent detrahenda, si ipse illa soluisset ex fructib. & ratio est: quia ad id opus fuisset, vt testator expressè mandasset, vt quoque fructus in restitutione venirent, vel saltẽ tacitè ex verbis testatoris; aliàs posset grauatus tot bona subiecta fideicommisso pro rata debiti soluti retinere, siue super eis onus imponere, vt fuit dictum à *Rota per Burati dec. 509. num. 3. & seq. & ibi per addent. num. 6. multos ad id doctores allegat, & Rota decis. 517. num.8. par. 4.diuers. & in Bsina Fideicommissi 8. Iunij 1618. coram Vbaldo*, & latè *Fusar. de substit. quæst.665. num. 7. & ibi plures allegat.*

31 Sed si aliquando inducatur æquitas exorbitans in fauorem certarum personarum, tunc ea semper interpretari debet, vt nunquam alijs noceat, vt ait *Bellamer. in decis.181. num. 2. tit. de rerum. permutat.* Licèt in omnem euentum semper aquitas seruari debea in his, quæ specialiter à Iure non sunt expressa, vt ait *Rota per Card. Mantic. in decis.148. num.3.* & proptetea nota, quòd si Iudex habet facultatem procedẽdi de æquitate, non debet tamen iudicare contra leges, etiam rigorem continentes, vt ait idem *Gratian. dicto. cap. 639. num. 26. lib.4. discept. ibi cum allis alleg.*

ARGVMENTVM.

AES ALIENVM QVOMMODO, & quando sit detrahen.

CONCLVSIO LXVII.

1 AES alienum testatoris nota, quòd in primis, & ante omnia debet detrahi ex fideicomisso ante hæreditatis restitutionem, veluti dicitur de inpensa funeris, & de dote vxoris Testatoris, *vt fuit decisum in Ciuitatis Castelli fideicomissi Mercurij 17. Iunij 1606. coram Gregor. XV. quæ est in recent. decis. 159. num. 1. & 2. part.2.* & *Gratian. lib.5. discept.cap. 816. num 11.*

2 Et ratio est; quia bona intelliguntur sempet deducto prius ære alieno, quando capiuntur pro vniuersa substantia, veluti fuit decisum in *Portuen. bonorum 15. Aprilis 1580. coram Seraph. quæ est eius impress. decis. 451. num. 1. & 2. in alia Romana Pecuniaria de Singalletiis 16. Octobris 1583. coram eodem Card. Seraph. quæ est impress. dec.643. n.2.*

3 Amplia primò id in tantum esse verum, vt proptetea grauatus in restitutione fideicomissi possit deducere vti æs alienum id, quod sibi à defuncto debebatur, nec ad istum effectum actiones dicuntur confusæ, & ratio est: quia Iura, & bona grauati non veniunt in restitutione fideicomissi *Castr. cons.77. in primo dubio lib. 2. Natt. cons.255. sub num. 7. Soccin. Iun. in cons. 160. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 35. in fin. vbi alios allegat. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. cum seqq. secundum nouam impress.* & *fuit decisum in Fanen. fideicomissi 13. Nouembris 1595. coram Litta, & decis. 259. par. 2. recentior.* & penes *Ludouisium decis. 421.* & ibi in addit. vbi habetur id procedere, etiam si hæres non confecisset inuentarium.

4 Amplia secundò, quòd æs alienum minuit fideicommissum, etiam quando (vt superius dictum fuit) ipsimet hæredi est debitum iuxta tradita per *Surd. in sua dec. 62. num. 22.* & *Rota decis. 680. num. 1. par. 1. diuers.*

5 Amplia tertiò, quòd ęs alienum contractum ex causa necessaria, & titulo oneroso impedit detractionem legitimę; secus autem, si ex causa voluntaria esset contractum: quia tunc detractionem legitimę nõ impediret, cum legitima omne onus, & grauamen reijciat; licèt secus, quando onus esset intrinsecum, & ex dispositione legis prouenіens, veluti fuit decisum in *Portuen. bonorum* de *Columna 16. Octobris 1579. coram Card. Seraph. quæ est in eius imp. ress. dec.416. nu. 27.* & *Rota in recent. in dicta decis. 259. par.2. num.4.* & *Rota diuers. par. 1. decis. 488. num.16.*

6 Et ratio quare æs alienum veniat ante legitimam semper detrahen. ea est quia illa debetur filijs, iuxta quantitatem patrimonij existẽtis tempore mortis patris; & sic semper ære alieno prius deducto, vt superius demonstratum fuit, & vt ait *Rota in 1. p. diuers. in dec. 749. n.8.* & *Card. Seraph. dec.976.* & veluti latè dixi in verbo legitima *concl.42.*

Amplia

Amplia quartò, quòd æs alienum sit iusta causa alienationis rerum minoris, quã do tamen creditor id petat, & instet; sed nota tamen, quòd pro subsistentia illius alienationis quædam alia sunt necessaria, & primò authoritas tutoris, secundò modus alienationis, nempè, quòd res minus damnosa vendatur, tertiò requiritur prædictorum omnium discussio, quartò solemnitates iuris sunt necessariæ; alias ipsis deficientibus cōtractus esset nullus; quintò decretum Iudicis requiritur, *velut fuit decisum in vna Romana domus de* Cuppis *Ven.* 10. *Decembris* 1600. *coram Card. Sacrato, quæ est apud Statil. de Saluia no decis.* 110. *num.* 7.

8 Extende, quòd illæ solemnitates, quæ requiruntur in qualibet rerum minoris alienatione, multò magis erunt necessariæ si administrator, & vendens esset creditor, & venderet ad effectum sibi satisfaciendi, vt ait *Rota ibi supra coram Card. Sacrato cum aliis ibi per eum allegatis.*

9 Amplia quintò quòd legatarij quoq. tenentur ad solutionem æris alieni, quando tamen liquidò constaret hęreditatem nō esse soluendo, quia bona semper intelligũtur deducto ęre alieno, veluti fuit decisum in Romana *domorum* 15. *Ianii* 1584. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 669. *num.* 4. *& prius in decis.* 451. *num.* 1. *&* 3. *& decis.* 643. *num.* 2.

ARGVMENTVM.

AESTIMATIO, QVANDO EMPTIOnem faciat in dote, & dominium transferat in virum, & quando secus.

CONCLVSIO LXVIII.

1 AESTIMATIO fundi in dotem dati nota, quòd facit censeri emptionem celebratam, *Glos. & DD. in l. si inter virum ff. de Iure dot. Marsil. in suo singul.* 691. *Gratian. decis. Marchiæ* 12. *num.* 1. *Ioseph Ludouic. in decis. Perusina* 10. *pe totam*, vbi latissimè de huiusmodi materia discurrit, *Surd. alios referens cons.* 225. *num.* 1. *Rota in Romana repetitionis dotis* 3. *Decembris* 1599. *coram Card. Seraph. & in Spoletana bonorum* 6. *Aprilis* 1602. *coram Penia, & in Romana Pecuniaria Luna* 12. *Decembris* 1605. *coram Coccino, quæ est in eius impress. decis.* 257. *num.* 4. *& in* Romana *assecurationis dotis* 12. *Decembris* 1605. *coram Marcomontio, & coram eodem in Camerinen. donationis* 12. *Maii* 1606. & *in alia Anagnina Vsurarum Veneris* 23. Maii 1608. *corã* Manzanedo, *quæ est inter crim. Farinacc. decis.* 255. *num. primo*, & *in* Romana Spolii *domorum* Luna 16. Iunii 1614. *coram* Pamphilio, *quæ est in* 1. *par. recent. dec.* 623. *num.* 3. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. Glo. 8. *par.* 13. *num.* 8. & Rota in Rom. *dotis* 9. *Decembris* 1613. *coram* Vbaldo, & *in* Perusina *dotis* 18. Febr. 1622. & 31. *Mar.* 1623. *coram Nauarro*, & *in* Sancti Seuerini *dotis* 4. Maii 1620. *coram eodem Vbaldo*, & *in* Sabinen. *Castri* Mompei 28. *Nouembris* 1622. & 15. Ianuarii 1625. *coram eodem*, & *in alia* Foroliuien. *dotis* 9. Iunii 1625. *coram* Durano.

2 Extẽde id in tantum esse verum, vt propterea si contingat, quòd dicta bona in dotem data æstimata augeantur, tunc illud augumentum erit viri; at secus si æstimatio eorum non intercesserit: quia tunc dictum augumentum esset Vxoris, vt ait *Grat. cap.* 826. *num.* 71. *lib.* 5. *discept.* & ratiò est, quia inducta in augumentum nō debent operari diminutionem, vt ait idẽ *Grattan. in cap.* 956. *num.* 17. *d. lib.* 5.

3 Amplia primò cõclusionẽ multò magis procedere, qñ prius dos fuisset promissa, & cõstituta in quãtitate, & postea pro solutione fuisset res æstimata in dotẽ assignata *Natt. cons.* 650. *num.* 3. *Caphal. cons.* 351. *num.* 11. *& seq. Roland. cons.* 86. *num.* 5. *& seq. lib.* 4. *Honded. consil.* 14. *num.* 45. *lib.* 1. *Rota per Card. Seraph. decis.* 1207. *& decis.* 1332. *num.* 1. & 2. & *alii* DD. *quos inferius allegabo in ampliatione* 5.

4 Amplia secundò, id adeò esse verum, vt propterea ex huiusmodi æstimatione dominium rei æstimatę transferatur in virum, & per consequens dictæ rei periculum quoque transit ad illum; veluti eodẽ modo dicitur de augumento in dote à natura proueniente, quod (vt iã diximus) ad maritum, aut illius hęredes spectat, vt ait *Afflict. decis.* 270. *num.* 4. *Put. in decis.* 376. *num.* 2. *lib.* 3. *Surd.* & *Honded. superius allegati à* Rota *in omnibus prædictis*

deci-

decisionibus ita firmauit.

5 Contrarium tamen esset, veluti quando rei æstimatio ad alium finem facta fuisset, nempè ad sciendũ rei valorẽ, adhoc, vt mulieri esset magis consultum; quia tunc dominium non transfertur in virum; veluti fuit decisum in vna *Perusina affictus* 13. *Iunii* 1580 *coram Cantuccio, & in alia Romana vsurariæ prauitatis Veu.* 4. *Iulii* 1597. *corã Peregrino, quæ est apud Statil. de Salutano decis.* 275. *sub num.* 10. *Ioseph Ludouic. concl.* 10. *vers. limitatur Mastril. decis. Sicil.* 119. *num.* 9. *Rota decis.* 136. *& decis.* 157. *num.* 2. *par* 2. *diuers. & in Roman. restitutionis dotis* 10. *Mart.* 1608. *coram Penia, & in eadem* 15. *Iunii* 1612. *coram Card Pamphilio, & in Sancti Seueri ni dotis* 23. *Mart.* 1618. *coram Vbaldo, & in alia Anconitana bonorum* 3. *Iulii* 1623. *coram Nauarro.*

6 Et tunc sufficeret, quòd tacitè colligi posset, vt æstimatio præsumeretur facta ad alium finem; veluti quia fuisset conuentum, quòd dos restitueretur in eisdẽ rebus, & corporibus viro assignatis, vt ait *Rota in Romana restitutionis dotis* 10. *Mart.* 1608. *coram Penia, & in alia Sancti Seuerini dotis* 23. *Mart.* 1618. *coram Vbaldo, & in cæteris allegatis.*

7 Amplia tertiò, quòd quando æstimatio in dote emptionem facit, tunc & eo casu non res, sed pretium in restitutione venit, vt ait *Gratian. ibi sup a allegat. nu.* 2. *& Surd. in decis.* 287. *num.* 22. *& R t. per Coccin. in decis.* 257. *& in alia Spoletana bonorum* 6. *April.* 1602. *coram Penia, & in Romana assecurationis dotis* 12. *Decemb.* 1605. *coram Card. Marcomontio, & coram eodem in Camerinen. donationis* 12 *Maii* 1606.

8 Amplia quartò, conclusionem principalem in tantum esse veram, quòd si præcedente æstimatione, postea fuerit etiã dictum, vt dos debeat restitui eo modo, quo fuit habita, & recepta; nihilominus maritus ad prætium tenetur, non autem ad rei restitutionem, vt ait idem *Gratian. ibi supra cum aliis per eum alleg. & pulchrè ait quoque Cephal. in cons.* 79. *num.* 2. *in fine & ita fuit quoque decisum in Rom. de Bombellis* 19. *Ian.* 1614. *coram Coccino.*

9 Contrarium licèt dicat *Couar. pract. quæst. quæst.* 28. *num.* 2. *lib.* 1. vbi latè hanc materiam examinat, & *Faber in dec.* 44. *C. de iur. dot. & idem colligitur ex Rota in dicta Romana restitutionis dotis coram Penia, & in alia Sancti Seuerini coram Vbaldo.*

10 Concorda tu tamen, iuxta distinctionem *Baldi in l. quoties, num.* 7. *&* 8. *C. de iur. dot. allegat. à Rota in Aueuionen. restitutionis dotis coram* Remboldo, *per me mox allegan. qui Bald.* tali pacto distinguit; nempè, aut actum est de reddenda re, & tunc præcisè res tradi debet, aut de reddenda re, seu illius æstimatione; & tunc electio est viri, cum in alternatiuis electio semper sit debitoris; sed si in instrumẽto nõ fuisset cautum de re, vel æstimatione reddenda, sed verba instrumenti dicerent, quam dotem maritus promisit reddere, &c. & tunc verba illa intelligi debent in potiori significatu, & sic de vera dote; dos autem vera est pretium, quo res æstimata fuit, & propterea eo casu prętium pręcisè debetetur, veluti fuit dictũ in *dicta Auconitana restitutionis dotis* 27. *Februarii* 1617. *coram Remboldo, & in illa Romana de Bombellis coram Decano.*

Veluti idem quoque procedere videmus in simili de eo, qui promisit soluere dotem, aut in bonis siue in pecunia ad illius electionem; quia si fuerit in mora tunc remanebit debitor in pecunia, & facultatem eligendi videtur amissa; veluti quoque per mortem resoluta censetur; aliàs, quando pro dote est promissa quãtitas soluenda de bonis, tunc bona dicuntur esse in facultate soluendi; quantitas verò in obligatione, si tamen quantitas promissa sit certa; species verò incerta, & in casu vbi quis erit debitor pro dote in pecunia, tunc erit obligatus pręstare alimenta pro tempore moræ, vt pulchrè ita distinguendo ait *Rota per Burat. in sua decis.* 287. *ferè per totam & in Interamnen. census* 2. *Iunii* 1621. *corã Vbaldo.*

11 Sed tenendo primam opinionem, extende illam procedere, etiam si in restitutione dotis allegaretur bona mobilia data æstimata in constitutione dotis fuisse consumpta; quia ex quo periculum illo casu ad virum spectat; igitur eorum æstimationem restituere tenetur, iuxta *Text. in l. æstimata vbi Bart. & alii ff. sol. matrim. Couar. pract. quæst. cap.* 28. *versic. si mentem contrahentium allegata à Rota ibi supra coram Remboldo.*

Am-

12 Amplia quintò, idem procedere, quãdo dos esset promissa in certa quantitate & postea fuerint data stabilia; quia nihilominus restitutio in pecunia, non autem in stabilibus fieri debet; & eò magis (vt superius dixi) quando dicta bona fuissẽt data æstimata, *l. quoties*, & *ibi Bald.* & *l. cum in dotem C. de iur. dot. Rol. cons. 92. num. 9. lib. 2. Cephal. cons. 351. num. 32. lib. 3. Natt. cons. 653. num. 2. lib. 4. cum aliis per Honded. cons. 14. num. 43. & seq.* & *cons. 41. num. 4. lib. 1. Surd. decis. 99. num. 9. Boer. decis. 327. num. 10.* Card. *Seraph. decis. 1332. num. 1. & seq.* & *ita fuit decisum in dicta* Anconitana *restitutionis dotis coram* Remboldo.

13 Subamplia primò procedere, etiam si fuisset dictum, quòd illa res estimata esset data pro fundo dotali; & quòd pro tali stare deberet: quia nihilominus faceret emptionem, & transferret dominium in virum, ita quòd tali casu vir est debitor quantitatis & non rei, *vt ait Honded cons. 41. num. 18. lib. 1.* Fachin. *conciuis meus controu. lib. 12. cap. 74. vers quia responsum fuit. Rota in* Romana *pecuniaria 12.* Decembris 1605. *coram* Coccino, *& in Romana successionis, & alimentorum 9. Iunii 1606. coram* Litta, *& in illa Romana de Bombellis 19. Ian. 1624 coram* Coccino.

14 Nec obstant illa verba (quòd res data deberet stare pro fundo dotali) quia illa intelliguntur respectu hipothecæ, *l. quoties, l. in dotem, & l. inter dotem C. de iure dot.* Couar. *pract. quæst. cap. 28. in fine cum aliis relatis per Iacob. nouell. de iure protbom. §. 4. num. 55. alleg. à Rota in* Romana, *seu* Intiramnen. *fundi dotalis* Lunæ 20 *Februarii 1584. coram Platto.*

15 Subamplia secundò, multò magis procedere, quando ex verbis instrumenti dationis insolutum argueretur dominiũ fuisse translatum, prout sunt illa verba (dedit, transtulit, titulo purę, verę, & liberę venditionis, & insolutum dationis) *vt ait* Rota *ibi supra coram Platto.*

16 Subamplia tertiò, procedere, quando etiam adessent verba illa (iure proprio, & in perpetuum ad omnimodám, & perpetuam proprietatem habere, & tenere possit) quæ enim verba excludunt temporale dominium, quod in fundo dotali maritus habere solet, vt pulchrè ait Rota *in d.* Romana, *seu* Interamn. *fundi dotalis coram Card. Platto.* Quod tamen secus procederet, quando nedum præcessisset conuentio, quòd bona remanerent pro fundo dotali; verùm etiam, si aliundè colligeretur saltẽ tacitè, quod dãs huiusmodi bona voluerit illa sẽper stare pro fundo dotali; quia tũc licèt subsequatur æstimatio; nihilominus vti facta ad alium finem, trãslationem dominij impediret in virum, vt fuit dictum à *Rota in Romana Saluiani 5. Decembris 1600. coram* Card. *Lancellotto,* & *nouissimè* Gratian. *lib. 4. disc. c. 745. n. 96. & 97.* & Rota *in* Rom. *Canonum 20. Mart. 1623. coram Vbaldo,* & *in Rom. de Bombellis 19. Ian. 1624. coram Coccino,* & Card. *Caual. dec. 645. n. 2.*

17 Amplia sextò procedere etiam, quòd bona non fuerint ab initio constitutionis dotis æstimata; quia sufficit, quòd æstimatio fuerit subsequuta ex interuallo; Nam eo ipso, quòd præcessit pactum, nẽpè quòd bona æstimarentur, si æstimatio postea subsequatur, tunc retrotrahitur, & perinde est, ac si ab initio fuerit facta, *iuxta doctrinam* Bart. *in l. Modestinus nu. 1. vers. Secundo nota, de solut.* & Rota *ibi coram Remboldo, in illa Anconitana restitutionis dotis.*

18 Subamplia idem procedere; veluti si fundus esset in dotem datus pro pretio æstimando; quia licèt dicta æstimatio nõ subsequatur; nihilominus illius dominiũ constante matrimonio in virum transit, ita vt eo soluto tanta quantitas pecuniæ restituenda veniat, habito respectu ad tempus dationis dotis, *Rota in dicta Romana, seu* Interamnen. *fundi dotalis Lunæ 20 Februarii 1589. coram* Card. *Platto.*

19 Contrarium, quòd scilicet æstimatio ex interuallo facta præsumatur ad effectum sciendi rei valorem, & vt sciatur quantitas in dotem consignata, & sic quòd eo casu in virum dominium non transferatur, quando fit ad illum effectum, fuit decisum à Rota *in decis. 255. n. 8. inter crim.* Farinat. & *in alia Romana Saluiani interdicti Veneris 5. Octobris 1600. coram* Card. Lancellotto, *quæ est apud Stanil. decis. 30. num. 7. Item in dec. 157. num. 8. par. 2. diuers.*

20 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando a principio fuit conuentum, quòd bona æstimarẽtur; secunda verò, quando de æstimatione à prin-

principio non fuisset inter partes conuentum, quia in isto secundò casu non præsumitur partes voluisse à primo contractu ex subsequenti æstimatione recedere, & sic velle dictum fundũ desinere esse dotalem, vt fuit consideratum in illa Romana Saluiani coram Card. Lancellotto. Rursus concorda, vt prima procedat, quando interuallum esset modicum post traditã viro inæstimatam rem dotalẽ, & sic quãdo æstimatio fuisset subsecuta post paucos dies; secunda verò quando interuallum fuisset magnum; quia tunc æstimatio præsumeretur facta ad effectum sciendi valorem, & quando interuallum sit modicum siue magnum Iudicis arbitrio erit remittendum, vt dicũt Fontanell. de pact. nupt. claufal. 5. glo. 8. part. 13. num. 37. Rot. penes Statil. de fal. dec. 30. num. 5. & 6. Ioseph. Ludouic. in ua concl. 10. Limit. 8. et in sua decis. Perus. 89. cum seq.

21 Amplia septimò, conclusionem procedere, etiamsi æstimatio à peritis facta non fuerit; quia nihilominus bona censentur data æstimata stante pacto prædicto, & illo casu æstimatio fit à lege pro pretio, quo tunc bona valebant de tempore dationis dotis, vt eleganter consuluit Socin. cons. 6. lib. 1. & not. Couar. practic. quæst. d. cap. 28. sub n. 1. vers. primum etenim, & n. 2. vers. 7. vbi in fine illius subdit, quòd fauore dotis multa supplenda sunt, vt ex incerta æstimatione rerum dotalium emptionem constituamus, & veluti fuit decisum à Rota ibi coram Robusterio.

22 Extende primò, dictam ampliationẽ adeò valere, vt si res perimatur, vel pretiosior efficiatur, tunc non ea, sed illius æstimatio venit restituenda, iuxta valorẽ de tempore datæ dotis, Gratian. lib. 2. discept. cap. 254. num. 53.

23 Extende secundò, eam procedere, quando æstimatio fuit collata in arbitrium tertij, & ipse postea non fuerit arbitratus; quia non per hoc corruit ille cõtractus; sed fauore dotis sustinetur, & ad arbitrium alterius boni viri recurritur; licèt tamen secus esset, si æstimatio esset remissa in arbitrium vnius ex contrahentibus, qui ad hoc cogi non possunt, & hanc esse veriorem opinionem, ait Grat. ibi sup. num. 54. & seq. cum aliis ibi alleg.

24 Amplia octauò, conclusionem adeò esse veram, vt propterea si res æstimata in dotẽ data euicta fuisset, tunc actione empti ageretur, l. 1. C. de iure dot. & est text. in l. quoties & l. non solum ff. eod. tit. Et ratio est, quia tunc vti contractus emptionis censetur, & dominium incommutabiliter in virum transfertur, & sic non res data, sed æstimatio in restitutione venit, l. plerumq. §. sed si ante ff de Iur. dot. Bald. nouell. in tract. dot. par. 7. priuil. 39. & seq. Socin. latè declarat, & destinguit in cons. 55. lib. 1. Rubin. cons. 5. Cauall. in tract. de euict. §. 4. num. 7. quem per te videas, & ita quoque fuit resolutum à Rota in vna Fauentina dotis Lunæ 2. Mart. 1608. coram Penia, et Grat. ibi sup. num. 53.

25 Amplia nonò, procedere; veluti si aliquid daretur mulieri pro acconcio ascenden. ad vnã quantitatem, cum ea conuentione, quòd esset per peritos æstimandum, quæ enim ęstimatio peritorum, etiamsi non sequatur; nihilominus cum fuerit prius facta nominatio pretij, illud dicitur æstimatum, & pretium à partibus nominatum præsumitur verò valori iustum, & condignum, veluti fuit decisum à Rota in vna Romana dotis Lunæ 9. Decembris 1613. coram Vbaldo.

26 Declara tamen, quòd licèt regulariter contractus emptionis corruat quando tertius non fuerit arbitratus, in cuius arbitrium fuerit collatum pretium; nihilominus id fallit fauore dotis; quia tali casu tertio non arbitrante, ad arbitrium alterius boni viri recurritur, & sic tunc à persona receditur, quod in alio casu non fieret, vt dicunt Doctores allegati à Gratiano in dicto cap. 254. num. 54. & seq.

27 Sub declara tamẽ illud non procedere, quando primi periti non fuerint arbitrati super valore augumenti dotis; quia tunc ad illorum arbitrium recurri non poteſt, vt fit in ipsa dote; nec per consequens illud augumentum eo casu debebitur; & ratio differentiæ quare in dote recedatur ab vno, & ad alium peritum recurratur, & in casu augumenti non, ea est ne mulier indotata remaneat, quod non ita contingit in augumento; quia etiamsi vxor illud non haberet, non ob id

obid indotata remanet, & sic ob huiusmodi rationis diuersitatem non licet arguere de vno, ad aliud; Sed est benè verum, quòd si vxor non esset sufficienter dotata, absque illo augumẽto, tũc poterit supplementum petere pro modo facultatum, & natalium viri, & vxoris, vt ait *Gratian. viden. ibi supra num. 61. & seqq.* Secus verò si conditio personæ non plus exposceret, quàm solam dotem absquè augumento, vt ait *Grat. ibi supra*.

28 Amplia decimò, quòd æstimatio debitoris generis facit emptionem, & sic Dominium transfert; secus autem si sit speciei, veluti de animalibus, quando eorum æstimatio fit ad effectum sciendi illorum valorem, *vt ait Rota in dec. 729. num. 2. part. 1. diuers.*

29 Amplia vndecimò, quòd quando est datum nomem debitoris in dotem æstimatum, tunc illud in emptionem transit, ita vt maritus teneatur de proprio litigare, & dictum creditum proprijs sumptibus exigere, veluti fuit decisum in Romana bonorum de Ceulis Veneris 14. Dec. 1584. *coram Clem. Octauo, & latius dicam in Verbo Maritus si Deo placuerit*.

30 Declara tamen eam ampliationẽ pluribus modis fallere, & primò fallit, quando impensæ essent magnæ; quia tunc minuunt dotem, & præsertim, quando maritus nullos fructus ex eo nomine in dotem dato perciperet, aut non tales, qui super abundent pro faciendis illis magnis sumptibus, *vt dicunt Doctores allegati a Rota ibi supra coram Clem. VIII. & Vrsil. ad Afflict. in dec. 359. num. 1. & prius in dec. 252. num. 4.*

31 Fallit secundò, quando impensæ essent necessariæ; quia tunc illæ ipso iure minuerent dotem, & propterea videmus, quòd non valet pactum factum, vt non agatur in dote ob impensas necessarias, at secus si propter vtiles, siue quando etiam fieret pactum, vt dos integra restituarur, nulla facta diminutione expensarum necessariarum, & veluti eodem modo diceretur de corporibus datis in dotem; quia licet tũc diminutio non fieret, quoad dominum ob impensas necessarias, tamen ea fieret quoad valorem, & rerum æstimationem, & sic in consequentiam ius vniuersale diminutum videretur, nempè quoad æstimationem rerum, vt ait *Gratian. in lib. secundo discept. capit. 236. numero 10. & sequentibus, & ibi allegat Rotam in dicta Rommana bonorum coram Clemente, & sub numero 20.* ait quòd maritus in impensis magnis vsufructuario æquiparatur, & sic veluti vsufructuarius non cogitur ad eas, & saltem quando sunt magnæ, cum illæ ad proprietarium spectent; ita quoque succedit in viro, & præcipuè quando accipiendo nomina debitorum sibi præcauisset, siue aliquo modo sibi voluisse præcauere constaret; quia tali casu posset, etiam vxori alimenta denegare, & tunc sibi præcauisse maritus censetur, quando faceret sibi ab vxore cedi omnia Iura, & actiones pro huiusmodi dotis exactione competentes, & præcipuè si in cessione tali adesset quoquè ius petendi alimenta, & sumptus litis ea pendente, & durante, vt pulchrè *ait Rota in dicta Romana bonorum coram Clemente Octauo, & Gratian. ibi supra num. 10. cum seqq.*

32 Amplia duodecimò, quòd æstimatio facta de præcodio tradito emptionem, & venditionem facit, & ideò si quis tradiderit pastori pecora æstimata, tunc illi medietatem vendere, & de illius pretio fidem facere censetur, & sic eo casu dominium pro illa parte in pastorem transfertur, & sic quilibet pro sua medietate periculum subibit, veluti fuit decisum in vna *Anagnina vsurarum Mercurij 14. Mart. 1607. coram Manzanedo, quæ est inter crim. Far. dec. 235. num. 1.*

33 Limita tamen primò conclusionem principalem non procedere; veluti quando dos promitteretur in pecunia; sed postea bona, licèt tamen non in solutum darentur; quia tunc dicta bona, & non eorum æstimatio in restitutione venirent; cum illa eo casu in dominium viri non transirent; veluti fuit resolutum à *Rota in vna Bonon. pecuniaria Luna 1. Decembris 1603. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 148. num. 2.*

34 Licèt secus esset, quando dos esset promissa, & in quantitate constituta, sed postea pro eius solutione assignaretur res æstimata; quemadmodum etiam diceretur; veluti si res æstimata esset data pro fundo dotali; quia tunc illa æstimatio faceret emptionem, & transferret dominium in virum; quia ille solum in tali casu quantitatis esset debitor, *Honded. cons.* 41. *num.* 5. & 18. *lib.* 1. *Facchin. controuers. lib.* 12. *cap.* 74. *versic. Quia*, *Natta consil.* 650. *num.* 3. *Cephal. consil.* 351. *num.* 11. *Roland. cons.* 86. *num.* 5. *lib.* 4. *Seraph. in decis.* 1207. *& in decis.* 1332. & *Rota in Romana successionis*, & *alimentorum* 9. *Iunii* 1606. *coram Litta*, *& in alia Romana de Bombellis* 19. *Ianuarii* 1624. *coram Reuerendissimo Coccino*.

35 Extende id in tantum esse verum, quòd si dicta bona fuerint euicta in casu restitutionis dotis pecunia restitui debet integrè à viro, nec patitur diminutionem ex eo, quòd illa fuissent euicta; & ratio est, quia quando bona transeunt in dominium mariti, tunc periculum euictionis ad ipsum spectat, & præsertim quando in datione in solutum adesset clausula ad habendum, & pactum constituti, & illud etiam de retrouendendo intercederet, siue verbum dedit, *Rota in d. Bononien. pecuniaria coram* Card. *Seraph. Coccin. dec.* 257. & *omnes alii superius allegati*.

36 Declara tu tamen id, quod fuit dictum de periculo euictionis ad maritum spectante, procedere, quando essemus in extraneo dotante, & quando dos inciperet à traditione; at secus si in dotare debente, qui nulla facta distinctione, an dos incæperit à promissione vel traditione semper de euictione tenetur, vt fuit dictum in *Bonon. de Pansarittis fideicommissi Veneris* 17. *Nouemb.* & 15. *Dec.* 1599. *& in Romana dotis* 26. *April.* 1619. *coram Vbaldo*, *Gratian. lib.* 5. *disc. c.* 882. *n.* 5. *& seq.* & *latè dixi in verbo Actio de euictione*.

37 Limita secundò non procedere, quoties appareret partes conuenisse, quòd bona æstimentur ad hoc, vt scire possent quantum supplēdum esset in pecunia pro dictæ dotis complemento, & non quòd dicta æstimatio emptionem faceret, licèt in dubio semper æstimatio emptionem inducat, *glo. in l. si inter virum*, & *vxorem*, *vers. Aestimata*, C. *de iur. dot. Ruin. consil.* 137. *num.* 13. *lib.* 3. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 20. & ita fuit decisum in vna Foroliuien. *dotis* 9. *Iulii* 1625. *coram Durano*.

38 Contrarium ait *Riccius in sua decisione* 125. veluti refert in sua Collectanea 829. *par.* 4. vbi ait, Quòd æstimatio potius præsumitur facta ad sciendum rei valorem, quàm ad inducendam emptionem.

39 Declara tu tamen, quòd prædicta difficultas tolleretur, quoties promissio dotis esset facta in certa quantitate, quia tunc præsumeretur facta bonorum venditio, *dicta l. si inter virum* & *vxorem*, & *ibi glos.* & *l. quoties*, *& l. in dotem*, C. *de iur. dot. cum aliis allegatis per Imol.* & *Roman. in l. si æstimatis*, *ff. solut. matrim. Bald. Castrens. Alexan. Ias. Purpurat. & Rimin. Sen. in l. ex conuentione*, C. *de pact. Socin. consil.* 56. *lib.* 1. *Paris. consil.* 81. *num.* 10. *lib.* 3. *Artus Pinellus in l.* 2. C. *de rescinden. vendit.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 18. *Corn. consil.* 92. *num.* 8. *lib.* 4. *Socin. iun. consil.* 141. *num.* 4. *lib.* 1. *Ruin. consil.* 137. *num.* 13. *lib.* 1. *Tiraquell. de retract. lignag. glos.* 14. *num.* 20. *Couar. practicar. quæst. quæstione* 28. *num.* 1. *vers. Secundò apparet*, *Rolan. cons.* 64. *lib.* 1. *Hip. Rimin. inst. quib. mod. alien. lic. in princip. num.* 71. *& fuit ita decisum à Rota in dicta Interamnen. fundi dotalis* 29. *Febr.* 1589 *coram* Card. *Platto*, & *in alia Romana recuperationis dotis* 10. *Maii* 1595. *coram Orano*.

40 Et tenendo dictam primam opinionem, vbi dicitur, quòd in dubio semper æstimatio emptionem inducat, Amplia eam, multò magis procedere, vbi promissio esset facta de restituenda pecunia, *Bald. in l. quoties C. de iur. dot. Socin. consil.* 56. *numero* 6. *versic. sextus casus libro primo*, *Natta cons.* 650. *num.* 4. *Couar. practic. quæst. capit.* 28. *num.* 1. *vers.* 2. *apparet Cardin. Mantic.* de

Cardin. Mantic. de tacit. & *ambig. libro 12. tit. 28. num. 4.* & *ita fuit decisum in Sancti Seuerini dotis 16. Decembris 1619. 4. Maii 1620. & 17. Martii 1621. coram Vbaldo, & in dicta Foroliuien. dotis coram* Durano.

41 Limita quartò, quòd æstimatio emptionem non inducat, quando fit vt sciri possit, si res reddatur meliorata, vel deteriorata, & præsertim, quando res æstimatæ viro à principio non consignantur; sed solum inæstimatę fuerunt datæ; sed postea fuit facta ex interuallo earum æstimatio; quia per huiusmodi æstimationem non censetur partes velle, quòd res illæ desinant esse dotales; sed æstimatio eo casu diceretur facta, ad declarationem deteriorationis, & meliorationis, vt ait Riccius *in sua collectanea 829. in fine ex eleganti Doctrina* Bal. *in l. ex conuentione C. de pactis* & *Surd. in decis.* 305. *num.* 37. Licèt contrarium procedat in casu, de quò dixi supra *sub numero* 17. vbi habetur, Quod æstimatio facta ex interuallo retrotrahi debet.

43 Et sic igitur nota quòd in casu illius quartæ limitationus periculum rei in maritum non transit, vt in puncto decidit *Rota in decis. 136. par. 2. diuers. & in Ananagnina vsurarum Veneris 13. Mart. 1608. coram Manzanedo.*

43 Contrarium licèt dicat *Ioseph Ludou. in dec. Perus. 89. veluti refert, & testatur Ricc. in dicta collect. 829. in 4. par. in fin.* apud quem concordantiam inuenies.

44 Limita quintò, quòd æstimatio non transfert Dominium, quando ad alium finem fuit facta, veluti fuit decisum in *Romanâ vsurariæ paruitatis Ven. 4. Iulii 1479. coram* Peregrino *quæ est penes Bartol. dec. 275. num.* 10. Veluti eodem modo esset dicendum; quando nuptiæ non sequātur, quia tunc vir eandē rem datam æstimatam restituere tenetur, & non illius prætium, vt ait *Cauale. in decis. 333. num. 6. part. 3. & Grat. lib. 1. discept. cap. 38. num 38 cum multis aliis ibi alleg.*

45 Limita sextò, quòd mulier regressum habet contra fundum æstimatum, si eius vir non soluendo efficiatur; quia isto casu ęstimatio rei in dotem assignatæ emptionem non inducit, vt ait *Faber in dec. 43. & in decis. 44. C. de Iur. dot.* & *veluti fuit decisum in Foroliuien. dotis 9. Iun. 1625. coram Durano,* & *est etiam Doctrina Cremens. in suo sing. 19. & Ias. in l. ex conuentione* C. *de pactis alleg. à* Rota *ibi supra,* & *ita ait Gratian. lib. 1. discept. c. 38. n. 34. et seqq.* vbi pręcipuè ait quòd vxori competit reivendicatio, licèt tūc dominium nō sit Ciuile, sed solum, naturale quasi quòd lex fingat nunquam in damnum vxoris processisse, sed illud est dominiū reuocabile, vt ait *Afflict. dec. 8.* & *alii allegati à Gratiano ibi supra Bal. & Salcet. in l. interest in fine* C. *de vsufr.* Io. *Imol. in l. si æstimatis de Iure dot. Surd. cons. 491. numero 9. Negus. de pignor. membr. 2. par. 2. num. 59. Rol. cons 92. n 7. principali li. 2.* & *Rot. in* Rom. *Salutani 5. Decembris 1603. coram Cardin. Lancellotto & in alia Sabinen.* Castri *Mompei 15. Iannarii 1625. coram Vbaldo.*

46 Extende idem procedere, quando vir de tempore consignationis dotis esset inops; quia tunc rem æstimatam, non autem illius prætium restituere tenetur, & ratio est, quia cū vir sit pauper ob id lex fingere non potest, quòd breui manu ille dederit pretium vxori pro æstimatione dotis; veluti in his terminis refert fuisse decisum *Rubin. in decision. 29. &* Rot. *in dicta* Romana *Saluiani coram Cardin. Lancelotto, & in alia Sabinen. Castri Mompei coram Vbaldo, cum aliis* Doctoribus *in fine præcedentis numeri allegatis;* Licèt contrarium teneant multi quos *allegat Fontanell in præallegata p. 13. num. 77. cum aliis ibi per eum alleg.*

47 Declara tamen, quòd emptores illius fundi dotalis liberarentur ab eius restitutione, offerendo vxori suæ dotis æstimationem, quod tamen subdeclara verum, quando per mulierem ageretur ad dotis restitutionem soluto Matrimonio; secus autem si eo constante id ageretur; quia tunc huiusmodi oblatio æstimationis dotis non esset admittenda, vt ait *Afflict. decision. 199. & Rol. qui de communi testatur allegationib.* à *Gratiano in præstato loco num. 36.* & *sequentibus,* & *viden. Natt. in consil. 496. per totam,* & *pulchrè Negus. de pignori. tertio membrorum quintæ partis sub numero 27. vide concl. 152. num. 47.*

48 Limita hic obiter septimò, quòd scilicet

æstimatio emptionem non faciat in contractibus ad translationem dominij non ordinatis; Vndè ex hoc inferri potest, quòd cum societatis contractus non dirigatur ad translationem dominij, tunc æstimatio in eo venditionem non inducit, & ideò ad id erit notandum, quòd si aliqua trãslatio dominij forsan in societate daretur, tunc illa esset comunicatiua inter socios, non autem abdicatiua dominij vnius in alium iuxta *dict. Corrad. de contract. quæst. 43. in 1. corollario vers. 2. quia*, & hæc est communis opinio, vt ait *Rota in decision. coram Manzanedo in causa Anagnina vsurarum quæ est inter crim. Farin. dec. 255. num. 3.*

49 Limita octauò, quòd æstimatio bonorum facta in ministerijs, & cultram agri non facit emptionem, vt ait *Rota in Pientina assictus Lunæ 16. Octob. 1581. coram* Cantuccio, *quæ est dec. 157. part. 2. diuers.*

50 Contrarium tamen, quando æstimatio esset facta de Instrumentis fundi locatis ad cultram, vel in perpetuum; quia tunc ea emptionem induceret, vt ait *Rota ibi supra cum ibi allegatis.*

51 Concorda tu igitur, quòd hæc secunda opinio procedat in dubio, quando scilicet Instrumenta fundi simpliciter æstimarentur, prout ait *Salicet. in l. 3. ff. locati.* Alia verò opinio procedit, quando conuentio fieret de restituendo animalia in eadem æstimatione iam facta, quia tunc æstimatio illa diceretur facta ad effectum sciendi valorem animalium, quę dominium, & sic emptionem non operatur, vt superius dixi, & *veluti ait Rota in dicta decis. 157. num. 3. par. 2. diuers.*

52 Limita nonò, quòd æstimatio non inducit venditionem, quando non est facta condigno pretio, & præsertim, quando diminutio pretij esset vltra dimidiam *vt ait Rol. cons. 64. num. 4. & 17. lib. 4. Nonius cons. 106. num. 5. Bald. in l. ex conuentione num. 1. vers. quod est verum C. de pactis.* Licèt sit benè verum, quòd in dubio pretium præsumitur iustum, & æquiualere rei; Vndè qui dicit contrarium illud probare tenetur, veluti fuit decisum à *Rota in Montis Falisci Mercurii 24. Nou. 1604. coram* Greg. XV. *quæ est in recent. dec. 131. nu. 8. p. 2. & in alia Rom. dotis Lunæ 9. Dec. 1613. coram Vbaldo, & in alia Romana Canonum 29. Mart. 1623. coram eodem Surd. dec. 248. num. 7. Casar. de Grass. dec. 10. de testam. idem Gregor. dec. 193. nu. 22.* & *dec. 321. num. 10.* & *dec. 524. num. 5.* & *Rot. in Romana census 21. Iun. 1624. coram Pirouano,* & *in Rom. Iusti pretii domus 31. Ian. 1625. coram Dunozetto,* & *deniq. in Rom. census vitalitius 4. Febr. 1628. corã Card. Virili Vrsil. ad Afflict. dec. 270. Mar. dec. 109. n. 6. et Rot. apud Zacchiã dec. 147. n. 8.* Qui nimmò id quoq. procedit contra Ecclesiam, vt fuit dictum in illa *Rom. Iusti pretii domus coram Dunozetto.*

53 Sed declara tu tamen, quòd licèt æstimatio non corresponderet vero valori; nihilominus ea potest augeri ex emptoris affectione; veluti quia erat valdè cõmodum recipienti, eam rẽ pro tali pretio habere, & sic venditio eo modo sustineretur, vt de permutatione beneficij ait *Anchar. cons. 388. num. 5. vers. præterea alleg. à Rota in Maceraten. retractus Mercurii 4. Iul. 1612. coram. Vbaldo, quæ est in recent. dec. 413. n. 7. in 2. p.*

54 Ratio autem istius opinionis, super eo est fũdata; quia in Iure plus quatuor modis considerari potest; nempè re, loco, tempore, & causa *§. plus, & ff. præterea l. stit. de actio.* Et propterea videmus, quòd veluti minus censetur legatum, quando illud dilationem, & conditionem continet; ita, & è conuerso; quia qui citò dat bis dat, vt ait *Rota per Greg. in sua decis. 173. num. 1.* Item, quòd pretium cuiuscunque rei ex illius qualitate, & conditione augeatur, & minuatur, *ait text. in l. quod sæpè §. vltimo, & ibi glos. & Doctores ff. de contrahen. emption. l. 1. §. si hæres, & ibi Ripa num. 25. & alii ff. ad Trebell. Cremens. in l. 2. num. 265. & ibi Pinell. par. 3. capitulo vltimo numero 19. C. de rescindend. venditione, & ita fuit decisum in vna Rauennaten. Pineti Veneris 23. Martii 1607. coram Cardinali Pamphilio Iuniore.*

55 Limita decimò non procedere; veluti quando fuit promissa dos certæ quantitatis primo viro, & postea ea simpliciter promitteretur secundo, nulla facta mentione taxatiua certæ quantitatis; sed solum eidem fuissent datæ quæ-

dam

dam res nomine dotis; quia tunc illæ non dicerentur æstimatæ, nec in solutum traditę pro quantitate primò viro promissa, nec per consequens æstimatio talis emptionem faceret; quia cum primo viro certa quantitas fuerit promissa, non ob id potest intelligi eadē dos in secundò matrimonio repetita, cum res simplicitèr pro dotè fuerint traditæ; quia tali casu alia dos, quæ consistit in rebus inæstimatis constituta videtur, & propterea non esset locus isto casu tacitæ dotis repetitioni, quę prius in certa quantitate pecuniæ fuerat constituta, vt ait *Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 8. allegat. a Grat. lib. 5. discept. cap. 826. num. 64.* quicquid senserint *Socin.* & *Couar. ibidem per eum allegati.*

56 Vltimò erit animaduerrendum, quòd si res, quę staret pro fundo dotali fuerit à viro vendita, & deinde ex pecunijs ex illo fundo dotali redactis altera res fuerit empta; & consequenter fuerit à viro facta illius possessionis, tamquam de fundo dotali appræhensio; nihilominus nisi constet nouam emptionem fuisse factam de consensu vxoris, necnon adhibitis solemnitatibus statutarijs, dicta emptio nō valebit, ita vt fundus dotalis vxoris esse dicatur; quia maritus emendo propria auctoritate vnā rem ex pecunijs ex fundo dotali redactis, non potest vxori pręiudicare, & pręcipuè, si res de nouo empta esset ęre alieno grauata, & per consequens dotis restitutio non in eo fundo, sed in pecunia fienda veniret, *text. est in l. ex pecunia vbi gl. ff.* & *D D. C. de Iur. dot. l. res quæ ff. de eodem tit. Bart. in rubr. ff. solut. matrim. num. 20. Socin. sen. cons. 224. num. 1. lib. 2. Berous cons. 163. nu. 10. lib. 1. Roland. cons. 87. num. 15. lib. 4. Honded. cons. 41. num. 27. lib. 1. Gutier. pract. quest. cap. 87. num. 8. lib. 5. cum alijs per Giurb. in dec. 111. num. 16. alleg. in Romana rescisionis contractus Ven. 2. Iun. 1628. coram Merlino*, Et ratio quare mulieri magis expediat habere actionem ad summam pecuniarum, quàm ad bona, ea est ob periculum diminutionis, quod in pecunia cessat, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 435. num. 3. cum alijs ibi per eum alleg.*

ARGVMENTVM.

AESTIMATIO LOCO REI, quando præstari debeat, & quomodo per peritos sit facienda, & quando ab illis facta teneat;

CONCLVSIO LXVIIII.

1 AESTIMATIO nota, quòd est soluenda quando id, quod debitum est præstari non potest; Vndè si (verbi gratia) habitatio alicui relicta præstari non poterit, tunc debetur æstimatio habitationis, & est facienda iuxta estimationem alimentorum, vt ait *Vinc de Franch. in dec. 186. num. 5. Afflict. decis. 347.* & *Caualcan. dec. 16. lib. 1. Grat. lib. 2. discept. cap. 243. nu. 7.*

2 Declara tñ, quòd huiusmodi æstimatio habitationis si sit ad vitam, debet fieri pro annis 15. præstita tamen cautione (si plus viueret creditor) illud plus soluendi, vt ait *Afflict. in sua dec. 34. n. 3.* & *ibi V ... num. 1 cum ibi allegat.*

3 Illa verò æstimatio quę fit de alimentis relictis ad vitam, extenditur vsque ad 30. annorū si alimētarius sit infra illā ętatē idem *Afflict. in dicta dec. 34. num. 1.* Sed est bene verū, quòd si alicui fuetit relictus, vsus siue commoditas habitationis, tunc ille talis alteri eam locare siue concedere, nec de ea ęstimationem recipere poterit; quia cum ea sit personalis concessio; idcircò ad alium extendi non poterit; secus autem si essemus in legato habitationis; quia illud ab huiusmodi concessione differt, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 773. num. 10. cum sequentibus.*

4 Amplia primò conclusionem intantū procedere, quòd etiam à creditore sit recipienda ęstimatio frumenti, vini, olei, aureorum, & similium, quando nō reperiatur eadem bonitas, & pecunia debita, vel quando possent etiam haberi fructus, sed cum maximo incommodo, & sumptu debitoris, vel pro immoderato, & excessiuo pretio, nec non cum difficultate, vt ait *Grat. lib. 1. discept. cap. 94. num. 71. cum ibi alleg.*

Amplia secundò, quòd æstimatio debetur alicui de feudo ipsi legato; veluti refert fuisse decisum *Annan. in decis. 126.* Quod tamen intellige verum, deducta prius legitima liquidanda, vt ait idem *Ann. in allegat. 227.* quam ampliat *in allegatione 180. num. 4. & Anna filius in addit. ad eius genitorem in decis. 127. in fin.*

6 Fallit tamen; veluti si essemus in extraneo in feudis instituto; quia tunc ei æstimatio non debetur, veluti refert ita fuisse decisum D. de Ponte in causa illorum de Sorianis, cum Sorotibus de Venato de anno 1582. *in tract. de potest. Prореg. tit. 6. §. 2. num. 10.*

7 Extende dictam secundam ampliationem multò magis procedere, vbi feudũ esset legatum pro anima, iuxta veriorem, & magis communem opinionem, vt dicunt *Cardin. Mantic. de contect. ultim. volunt. lib. 9. tit. 11. num. 8. & seqq. & Ioan. Faber. Inst. in §. non solum de legat. Socin. cons. 74. num. 21. lib. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 119. num. 6. lib. 4. Crass. in §. legatum quæst. 14. num. 18. & Rosental. de feudis cap. 7. conclus. 2.*

8 Contrarium licèt teneant *glos. Bald. & Afflict. in. cap. 1. de prohibit. feud. alienat.* & *ibi Federic. cũ aliis & Roland. cons. 41. num. 29. & seqq. lib. 2.* & ratio ab illis adducta ea est; quia in feudo non ordinatio defũcti; sed solum illius natura, pactum, consuetudo, siue licentia Domini attendi debet, & propterea cum sit prohibitum de eo testari, etiam illud legare, & causa mortis donare prohibetur, vt dicunt Do[illegible] *[illegible] superius allegati.*

9 Concorda igitur, vt scilicet prima opinio procedat, quando testator sciebat rẽ esse feudalem; secunda verò quando ignorabat, vt ait *Card. Mantic. ibi supra & idem comprobat Grat. in lib. 4. discept. cap. 611. nu. 38. & 39.*

10 Sed in æstimatione feudi cuius ratio sit habenda vide *decis. Anna in cons. 26. & ibi multa ait cum aliis ibi per eum alleg.*

11 Amplia tertiò, quòd æstimatio debetur hominis mortui ab homicida: quia istud est peccatum contra Iustitiam, & in materia homicidij fit regulariter in ducatis 50. licèt in cõtingẽtia facti, cuiusdam Iuuenis, qui prętendebat fieri procurator, æstimatio per magnã Curiam fuerit facta de eo in ducatis 100. veluti refert ita fuisse decisum *Vrsil. in dec. 34. num. 10.* & *Azorius instit. Moral. par. 3. lib. 5. c. 4. tit. de restitutione facienda ex vulnere vel membri amputatione.*

12 Secus tamen esset in Doctore occiso; quia illius hæredes possunt agere contra interfectores ad damna, & interesse pro eo tẽpore, quo de Iure viuere potuisset, vt ait *Rota per Put. in decis. 279. lib. 3.* & *Acchil. de Grassis in decis. 365. alias unica de Iniuriis, Franc. Marc. decis. 225. & decis. 929. par. 2.* Sed quanto tempore homo uiuere potuerit, id est relinquendum arbitrio Iudicis, vt ait *Acchil. de Grass. dicta decis. unica de iniur.* quod tamen regulari debet iuxta *text. in l. hæreditatum ff ad l. Falcid. vt ait Afflict. in dicta decis. 34. per tota m.*

13 Subamplia primò, id quòd fuit dictũ de Doctore occiso, in tantum procedere, vt compositio in Iuribus Fiscalibus facta ius partis interfecti non lædat, vt ait *Franc. Marc. in decis. 18. part. 1. & Riccius in sua collectanea 831. par. 4. vers. amplia 2.*

14 Amplia secundò, quòd si quis fuerit cõdemnatus ad huiusmodi interesse, non admittitur postea ad cessionem bonorum, vt ait *Peguer. in sua decis. 6. & in hac materia videndus est Francb. in sua dec. 358. cum ibi alleg.*

15 Subamplia tertiò, quòd si occisus esset Iuuensi, tunc eius parentes, liberi, & hæredes possunt petere operas, quas potuisset occisus exercere in vita sua, vt ait *dictus Franc. Marc. in dicta dec. 929. part. 2. Balb. decis. 91. & Riccius collect. 647. par. 3.*

16 Subamplia quartò, quòd etiam filij occisi possunt prætendere alimenta ab interfectore, etiamsi filij siue hæredes haberent exercitium, cum quo se alere possent, vt ait *Put. in dicta decis. 279. lib. 3. & Balb. in sua dec. 333. p. 2. Acchil. de Grass. dicta decis. unica de iniur.*

17 Subamplia quintò, quòd homicida nedum tenetur ad damna, & Interesse, sed etiam ad honorem sine partis requisitione, *vt ait Cappell. Tholos. in sua dec. 22. quam sequitur Magon. in decis. 91. Rota Lucens. & Azor. in præcitato loco propè medium.*

18 Subamplia sextò, vt etiam expensæ factæ

cta in curatione, & in medicinis reficiantur, vt ait *Thoming. in dec. 122. p. 2. Rota Lipsien.* & *Franch. dec. 460.*

19 Subamplia septimò, id quod fuit dictum de occiso procedere etiam in vulnerato, vt ait *Gratus cons. 92. lib. 2. alleg. à Put. in d. dec. 279. lib. 3.*

20 Subamplia octauò prædicta procedere non obstante dispositione *l. liber homo ff. ad l. Aquil.* dum dicitur, vt homo vti res inęstimabilis nullā æstimatio nem recipiat; quia non pro æstimatione tenetur vulnerans, siue occisor, sed ratione illius interesse, quod cessat ob carentiam operarum occisi, vt dicunt Fulgos. & alij allegati à *Puteo dicta dec. 279. num 2. & Ludouic. dec. Lucen. 62.* Sed quòd reuera homo sit inęstimabilis, & sic quādo de illius æstimatione ageretur, tunc ea in infinitum tendere deberet, ait *Franc. Marc. decision. 225. num. 5. & dec. 929. par. 2.* & *Rota in dec. 646. num. 6. part. 1. diuers. coram Clemente Octauo.*

21 Et propterea hinc fit, quòd prædicta non procedunt in homine officiperdo, idest nullius officij, siue exercitij, nec non etiam in iuuene septem annorum, in quo operarum consideratio non est habenda, vt ait *Vrsil. ad Afflict. in decis. 34. num. 6. & ibi plura, viden. ést in hac materia Mandos. in tract. de minori ætate cap. 4. num. 25. Aretin. in cons. 48. in fin. Bolognin. cons. 27. num. 17. Menoch. consil. 231. num. 25. Surd. de aliment. tit. 6. quæstion. 11 num. 44. Anch. quæst. 52. num. 15. par. 1. & Magon. decis. Lucen. 9. num. 25.* qui dicunt, quòd quando iuuenis eam ætatem egreditur tunc illius operæ cum alimentis compensantur.

22 Subamplia nonò procedere etiam, quòd operæ hominis mortui videantur incertæ, quia interesse, licèt sit incertū, tñ venit ex sentētia Iudicis certificandum, vt ait *Put. in dicta decis. 379. nu. 3.* & *Card. Seraph. prad. dec. 770. n. 1.*

23 Subamplia decimò procedere, etiamsi dicatur, quòd actio legis Aquiliæ non detur, nisi pro damno de præterito, quia damnum dicitur etiam amissio lucri iam in spe radicati, & acquisiti, vltra quod cū damnum istud futurum traheret damnum de præterito; ergo idem Iudicium est fiendum, quamuis etiam actio detur pro damno infecto, vt ait *Put. ibi supra num. 3.* & *Rota decis. 240. num. 28. part. 1. nouiss. Macera ten. variar. resolut. resol. 111. n. 34. Grat. lib. 1. discept. cap. 89. num. 6.* & *Rota in Placentina custodionis Luna 11. Iunii 1591. coram Cardin. Blanchetto,* & *in his terminis ait Acchil. de Grassis dec. vnica de iniuriis.*

24 Subamplia præterea, quòd æstimatio debeatur ēt deformitatis vulneris in facie puellæ, vt ait *Vrsil. in dicta decis. 34. num. 6.* licèt secus in homine, in quo non habetur cōsideratio libertatis & cicatricum, vel membrorum, vt ait *Acchil. de Grass. dicta decis. vnica de Iniuriis.* Sed hæc opinio non mihi placet, quando aliquod membrum esset mutilatum, cuius defectu vulneratus operari non posset, quod enim comprobatur ex prædictis *sub num. 19.* & *Azor. in præcitato loco ferè in fine.*

25 Sed declara tu tamen, quòd ista prætensio operarum solum competat illis personis, quibus occisus operari tenebatur, veluti parentibus, & filijs, cum similibus, licèt *Crott.* dicat, quòd socius in negotiatione idem prætendere possit, *vt ait idem Vrsil. ibi supra numero 11.* & *Papon. lib. 24. tit. 2. arrest. 5. Rota Franciæ.*

26 Contrarium tenet *Franch. in sua decis. 460. vbi ait*, quòd ista actio competit etiamsi occisus non esset in potestate alicuius, quia vbicumque oritur actio criminalis, quoad pœnam, nascitur etiam actio in factum ad interesse, quæ etiam extraneo competere potest, idem ait *Riccius in sua collectanea 647. in princ. p. 3.* vbi etiam firmat huiusmodi actionem etiam hæredi extraneo competere ex *decis. vnica de iniuriis Acchillis de Grass.*

Subamplia prædicta in tantum esse vera: quòd vltra pœnas, & interesse à damnificante restituendum, committit quoq. peccatum, etiam si quis se ipsum occideret, siuè vulneraret, cum faciat cōtra iustitiam Dei, & Reipublicę, quia nullus est dominus membrorum suorum, sed illius dominium sibi retinuit Deus, vt pulchrè ait *Azorius in præcitato loco in princ. cum ibi allegatis.*

27 Amplia quartò dictam principalem con-

conclusionem in tatum procedere, quòd quando ęstimatio loco rei ſuccedit, tunc ipſam rem adeò repræſentat, vt vnum, & idem cum ipſa re reputetur, iuxta ea, quæ ait *Surd. in dec. 35. n. 10. & Card. Seraph. dec. 480. num. 6.*

28 Sed quando dicta æſtimatio eſt facienda, tunc ea ſumi debet à tota re, non autem à ſingulis partibus, *vt ait idem Surd. in dec. 155. num 5.*

29 Verùm, quia plerumquè contingit, quòd pretia rerum tempore varientur, vt ait *Gratian. lib. 5. diſcept. cap. 826. num. 57. & prius lib. 4. cap. 766 num. 41.* Et quòd indè ab læſionem reſciſio contractus petatur, ſiue etiam cum facile poſſit euenire, quòd ad probandum verum valorem beneficij, æſtimatio ſit facienda; Idcircò ad dignoſcendum, an læſio extet ſiuè verus valor beneficij concurrat, nec ne, tunc ſi agatur, de probando vero valore beneficij, tali caſu tempus gratiæ erit attendendum, nempè per duos annos ante, & annum poſt, niſi tamen eſſemus in materia obiectiua; veluti quando ageretur de priuando vnum beneficio; quia tunc probatio decennalis eſſet neceſſaria *Cardin. Seraphin. dec. 485. num. 1. & Rota deciſ. 189. num. 1. par. 1. diuerſ. & ita fuit tentum in Romana nullitatis permutationis 24. Martij 1628. coram Vbaldo Iuniori, et veluti fuit dictum in Nullius de Stippa Veneris 19. Decemb. 1586. coram eodem Card. Seraphino, quæ eſt in eius impreſſis deciſ. 762. num. 2. & 3. & coram eodem in Bononien. pecuniaria Lunæ 8. Martij 1604. quæ eſt in eius impreſſ. dec. 1494. num. 3.*

Sed quando ageretur de probando valore, ad effectum reſcindendi contractum, tunc quis non debet ſe reſtringere ad ipſum tempus contractus præcisè, ſed ille probari debet de tempore anteriori, & poſteriori per aliquos annos, vt fuit dictum à *Rota in vna Tiburtina Caſtri Aſulorum 26. Iunij 1598. coram Penia*, quicquid dicat *Cagnol. in l. 2. num. 238. C. de reſcind. vend. & in alia Rom. reſciſionis contractus Mercurij 30. Octobris 1602. coram Card. Pamphilio ſeniore, & in Ariminen. Caſtrorum 28. Aprilis 1603. coram Cardin. Seraphino, & in alia Spoletana prædij Veneris 27. Iun. 1614. coram Card. Pamphilio Iuniore.*

Et licèt aliqui dicant, quòd valor ſit inſpiciendus per quinque annos ante, & per quinque poſt, vt ait *Put. in deciſ. 379. num. 3. lib. 3. Seraph. deciſ. 1340. num. 1. Acchil. de Graſſ. deciſ. 24. de probat. Mendoſ. in regula 22. de vnionibus quæſt. 5. num. 2. & Sarnen. in regula de valore quæſt. vltima, et Rota in Cremonen. Prioratus 28. Iun. 1627. coram Coccino, et in alia Bononien. legati de Mareſcottis 30. Aprilis 1629 coram Dunozetto.*

Nota tñ quòd Rota tenuit etiam ſufficere probationem per aliquot annos ante, & poſt contractum, etiam ſi non conſtituerent quinquennium; ſed quòd id ſit potius Iudicis arbitrio remittendum, fuit dictum in illa *Romana nullitatis permutationis 24. Martij 1628. coram Vbaldo, & eſt etiam deciſ. 825. num. 4. par. 4. diuerſ.* Animaduertendo tamen, quòd teſtes de valore deponentes debent, etiam non interrogati reddere rationem ſui dicti. Quod tamen declara verum, quando teſtes deponerent ſuper valore alicuius domus, ſiue fundi, vel alterius rei mobilis prætioſæ, quorum enim æſtimatio potius intellectu, quàm alio ſenſu corporis percipi poteſt; ſecus autem ſi deponerent ſuper valore frumenti, vini, & aliorum victualium in numero pondere, & menſura conſiſtentium, in quibus, cum non ſit opus ingenti diſcurſu; idcircò ſufficiet ſi teſtis dicat, quòd res tantum communiter valuit, abſque alia ſui dicti ratione, ſi tamen non fuerit interrogatus, iuxta tradita per *Cagnol. in l. 2. n. 237. C. de reſcind. vend. & Felin. in cap. cum cauſa, & ibi Aretin. de teſtib. & Bart. in tract. de teſtib. col. 2. verſ. Teſtis dixit n. 7.* Si verò ageretur de probando valore rei ex fructibus, tunc erit probanda quantitas fructuum ſolita percipi, computato tamen vno anno, cum alio, & quòd aliæ tenutæ in eadem regione eoſdem fructus reddentes communi æſtimatione vendi, & emi pro tanto prætio conſueuerunt, vt fuit dictum *in vna Romana Caſalis coram Litta, quæ eſt deciſ. 553. part. 4. diuerſ. & Rota in Veliterna bonorum Veneris 4. Iun. 1621. coram Buratto.* Animaduertendo præterea, quòd ſi deponant alternatiuè de valere beneficij, ab annis verbi gratia 20, 30. vel 40. citrà, tunc non probarent; ſecus

secus autem si deponer ent cum copula; (&) nempè ab annis 20. 30. & 40. citrà, vt fuit resolutum in *Perusina pensionis Veneris 28. Iun. 1619. coram Buratto.*

30 Fallit tamen primò, prædicta conclusio in materia prosana, quando inter partes aliter fuisset conuentum; quia tunc non tempus contractus, sed illud inter dictas partes conuentum est attendendum; veluti fuit dictum in dicta *Nullius de Stippa num. 3. cum aliis ibi allegatis.*

31 Fallit secundò; veluti si essemus in re manifesta, in qua æstimatio non admittitur; nàm quòd per se patet non est necesse probare, vt ait *Rota in Pranestina bonorum 6. Iul. 1579. coram eodem Card. Seraphin. quæ est in eius impressis decis. 412. num. 2.*

32 Fallit tertiò, quando essemus in solutione floreni, siue scuti aurei facienda, si illud tempore solutionis non reperiatur, quæ pari modo fieri debet, secundum æstimationem illius Scuti, seu Floreni, qui reperitur tempore solutionis faciendę, vt fuit decisũ in *Camerinen. æstimationis Floreni 14. Nou. 1569. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 84. num. 1.*

33 Fallit quartò in obligato ad solutionem ducatorum de Camera, qui tenetur soluere, iuxta æstimationem, & valorem hodierni temporis, veluti fuit decisum in *Narnien. legitima 27. Apr. 1581. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 511. n. 1.*

34 Et ratio est; quia vbi species certæ monetæ fuit promissa, quæ extet tempore, quo fieri debet solutio, tunc illa species est soluenda, vel eius æstimatio, inspecto tempore solutionis fiendæ, vt ait *Rota ibi supra*, & veluti Deo dante dicam in Verbo Monetæ valor, &c. & *Gratian. lib. 1. discept. cap. 94. num. 71. & Rota in vna Cesenat. pecuniaria 4. Mart. 1597. coram Penia, & in alia Romana aureorum octo Zeccharum Veneris 20. Iunii 1597. coram Cardin. Lancellotto, & in alia Asculana dotis Veneris 7. Aprilis 1606. coram Card. Marcomontio.*

35 Amplia dictam quartam fallentiam, etiam procedere, si moneta promissa fuisset æstimata, ad rationem alicuius summę; quia id intelligeretur demonstratiuè, non autem taxatiuè factum, & præsertim id procederet, quando valor monetæ minutæ æquipolleret valori temporis cõtractus, vt fuit dictum à *Rota in d. Asculana dotis Veneris 7. Apr. 1606. coram Card. Marcomontio.*

36 Subamplia procedere, etiamsi inter partes fuisset conuentum soluere, vel in auro, aut in argento, & solum fuisset alteratum aurum; quia tunc illud, nõ autem moneta, vel eius æstimatio in obligatione veniret; Nec isto casu posset allegari, vt vigore alternatiuæ æqualiter aurum, & argentum fuisset in obligatione deductum; Et ratio est quia hoc modo obligatio summam certam argenti non continet, vt fuit benè deductum in vna *Foroliuien. census Veneris 8. Mart. 1602. coram Card. Sacrato, & prius in vna Acheruntina fructuum 28. Aprilis 1600. coram Card. Lancellotto*, & sic isto casu electio non est debitoris, vt regulariter fieri solet, vt dixi in verbo alternatiua.

37 Declara tamen, prædicta non procedere, quando bonitas intrinseca monetæ fuisset mutata; quia tunc valor de tẽpore obligationis esset attendendus, & tũc bonitas intrinseca mutata dicitur, quando de præsenti moneta est minoris ponderis, quàm erat tempore obligationis; Secus autem, si bonitas extrinseca augeretur; quia tunc tempus solutionis esset attẽdendum, & extrinseca bonitas mutata dicitur, quãdo valor per Principem, vel alio modo per iudices augeretur, vt fuit benè deductum à *Rota in vna Cesenaten. pecuniaris 14. Mart. 1597. coram Penia, & in alia Foroliuien. Fructuum coram Sacrato, & in dec. 597. part. 1. recent. & in dec. 149. num. 11. par. 2. recent. & in hoc vide Scaccia de Comercio, & cambio §. 2. glos. 5. fol. 529. & Rot. in Rom. Cambiorum 2. Iun. 1625. coram Durano, et in Mediolanen, seu Camerinen. pecuniaria 18. Mai. 1629. coram Verospio, vbi aliæ decisiones allegantur, & prius in Capuana pensionis 6. Mart. 1617. coram eodem Verospio, & in vna Mantuana pensionis 12. Iunii 1617. coram R. P. D. Dunozetto et apud Cincium decensib. dec. 216. 217. & 218. & per Gregor. dec. 42. num. 6. et ibi adden. num. 8. et per Card. Seraph. dec. 82. num. 1. et Benintend. decis. 39. et aliis allegati per addent. ad decisionem. 626. Buratti, et dec. 793.* vbi concludunt, quòd quando

quando bonitas intrinseca monetæ sit mutata, siue si ea non reperiatur, quòd valor de tẽpore cõtractus sit attẽdẽdus.

38 Sed si forsan moueretur quæstio valoris monetæ, tunc attenditur locus contractus, & non destinatæ solutionis, etiãsi fuisset conuentum, quòd in alio loco solutio fieret, vt ait *Card. Seraph. in sua decis. 944.* & *Cocein in dec. 133 num. 4. Afflict. dec. 90. et dictus Seraph. dec. 511. et Rota in vna Acherontina fructuum 28. Aprilis 1600. coram Card. Lancellotti.* Frrario est; quia promissio (verbi gratia) scuti aurei, vel alterius monetæ, semper intelligitur, secundum morem loci, vbi fuit celebratus contractus, vt ait *Surd. decis. 227. num. 3. et 4. Ceph. cons. 755. n. 1. lib. 5. Vrsil ad Afflict. in dec. 90. et idem Surd. in dec. 298. cum ibi allegatis.*

39 Declara tñ, quòd solutio debet fieri in loco apposito, immò, id procedere etiã; si locus nõ expræsè, sed tacitè fuisset appositus *Scacc. de Comertio, et Camb. §. 2. glo. 5. num. 194. cum seqq. fol. 541. et prius sub nu. 146. cum seqq.* docet quando locus dicatur tacitè appositus.

40 Extende primò procedere etiamsi species seu quid generis subalterni solui deberet, & quòd pro solutione esset fienda transportatio ex loco distanti, & cum expensis idem *Scacc. vbi supra num. 197. et seq. cum aliis ibi allegatis.*

41 Extende secundò procedere, etiamsi locus esset appositus in gratiam vtriusq. nempè creditoris, & debitoris simul, licèt tamen secus esset, si in gratiam debitoris tantum; quia tunc electio solutionis ad eum spectaret idem *Scacc. in præcit. loco et aliis per eum allegatis.*

42 Declara tamen, prædicta regulariter non procedere in mutuatario, & commodatario, qui soluere debent in loco mutui & commodati, vt ait idem *Scacc. ibi supra* vbi multa alia habebis in hac materia per te videnda.

43 Fallit quintò, quando tractaretur de probando iusto pretio rei subhastatę; quia tunc illud ab æstimatoribus diffinitum attenditur, quando ab eis pignus æstimatur, vt appareat quis pluris sit licitatus; & propterea illud non ex præterita emptione; sed ex præsenti æstimatione venit constituendũ, vt ait *Grat. lib. 1. discept. c. 7. num. 21.* & veluti dixi in Verbo Adiudicatio.

44 Fallit sexto in ea æstimatione tertiæ partis causa dotis donatæ, quæ fieri debet, non tempore donationis; sed illud mortis erit attendendum, vt a *Ant. Gam. in d. c. L. sit. 103 n. 2 et 3. cum ibi all.*

45 Extedè idem procedere, vbi essemus in antiqua æstimatione, inter diuersas personas, & ad alium finem facta, quæ non consideratur in materia ęstimationis bonorum dotalium; sed intelligitur ea de tempore, quo (verbi gratia) consignantur bona dotalia secundò viro cui cedere debet (præcedente tamen æstimatione) augumentum illius dotis, & diminutio, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 826 nu. 65. cum aliis allegatis.*

45 Quod tamen secus esset veluti si essemus in legitima à Patre filio in vita sua assignata; quia tunc ad considerandum eius valorem tempus assignationis erit inspiciendum, vt ait *Gam. ibi supra & Iason in l. cum quæritur C. de inoff. testam. Cæsar. de Graff. in sua decis. 160. quam secuta fuit Rota in vnà Maceraten. bonorum 11. Aprilis 1603. coram Iusto et veluti dixi in verbo legitima.*

47 Contrarium licèt regulariter contingat in dicta æstimatione legitimæ, quæ fieri debet tempore mortis, & ratio est pulchra, quia ante tempus mortis patris incertum est ad quam summam legitima ascendere possit, veluti fuit *decisum in Ariminen Castrorum Lunæ 2. Mart. 1592. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. dec. 976. in fine.*

48 Concorda tu tamen; quòd prima opinio procedat, quando legitima fuisset à Patre filio in vita pro illius satisfactione assignata, siue quando Pater in eius vita maximam donationem fecisset, quia istis casibus tempus assignationis, siuè donationis attenditur, adeo, vt si postea tempore mortis Partis illius facultates auctæ reperiantur, non per hoc augebitur legitima filij, quam in vita à Patre recipit; veluti quoque è conuerso contingeret, nempè si illius facultates in eius morte fierent diminutæ; quia non per hoc legitima filij veniret diminuenda, vt pulchre distinguit *Iason. in dicta l. cumquæritur Cæsar. decis. 160.* & *Rota in dicta Maceraten. bonorum coram Iusto et veluti late dixi in consil. 42.*

Secun-

49 Secunda verò opinio procedit extra prædictos casus, & sic regulariter, quando legitima venit discutienda; quia tunc attenditur æstimatio inspecto tempore obitus Patris; Et ratio est quia legitima filijs numquam debetur viuēte Patre, sed eo decedente tantum, vt ait *Rot. per Cadin- Seraphin. in dec.* 815. *num.* 4. *& Paris.in consl.*45. *num.*31.*lib.*2. vbi de communi testatur.

50 Fallit septimò in æstimatione meliorамentorum facienda, in qua tempus præsens, non autem præteritum, in quo meliorationes factæ fuere erit attendendum, vt ait *Gam. in sua decis. Lusitan.* 137. *num.*1. *vbi allegat Bart.Paul. Alex. & Ias. in l. domus ff. de legat.*1. & *Neguſ. de pignor in* 4. *membro* 2. *par.nu.*16.

51 Contrarium tamen tenet *Abb. in cap.* 1. *de rest. in integ.* 2.*col.*& *in c.quibusdam num.*9. vbi ait tempus præteritum esse inspiciendum,& vt soluatur quantū quis in meliorando impēdit,non autem quan tum nunc melioratio valet.

52 Sed Contrarium huic secundæ opinioni ait *Felin. in c.cum causa num.* 28. *de re iudic.* & *in consl.*28. *num.* 19. vbi ait quòd si impensa fuit de centum, & res non sit effecta melior, nisi in quinquaginta, tunc solum veniunt restituenda quinquaginta, & *Rota in Sutrina melioramentorum* 9. *Decembris* 1589 *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 898. & *in alia dec.* 1051. *num.*1. *et idem Card. Seraph.* ait quòd in restituendo valore melioramentorum semper attenditur id, quod minus est; Vndè concorda, quòd si plus fuerit impensum, & minus melioratum, tūc attenditur,quod melioratum est; si verò plus sit melioratum,quàm impensum,tunc id venit restituendum quòd fuit impensum,& propterea *Abbas*, & *Felin. superius allegati tenent*, quòd si plantatur vinea, quæ nunc est fertilissima, non obid erit plantanti soluendum illud, quod nunc valet, sed benè, quod in plantando expensum est; Animaduertendo, quòd huiusmodi æstimatio à peritis fieri debet, vt ait *Rota in Florentina rescisionis contractus* 29. *Ianuarij* 1580. *quæ est decis.*115. *ante tract. Farinac.de testib.* Sed prędicta declara tamen procedere, quando fundus vendicaretur à domino,vel quando super eo hypothecaria ageretur, alias contra creditorem venientem posset prętendi deductio totius valoris melioramentorum, vt bene distinguēdo tali modo ait *Frāch. in dec.*38.*ferè in fine* Itē quòd melioramenta liquidentur capiēdo minimā, vel mediam summam ait *Veral. dec.*299.*par.* 3. *Cæsar. de Graſſ dec.*10.*num.* 6. *de test.* & *Rot. in Firmana dotis* 24. *Iun.* 1618. *coram Pirouano, & in Maceraten. Saluiani Lunæ* 5. *Iul.*1621. *coram Buratto.*

53 Fallit octauò in ęstimatione melioramentorum, & expensarum in re fideicommisso subiecta factarum,quę ęstimatio fieri debet tempore restitutionis, quod procedit etiam ad fauorem ipsius hęredis grauati; Vnde si res valebat centum tempore impensę, & hęres alia centum impenderit, & veniente postea tempore restitutionis res efficiatur valoris trecentorum, tunc hęres grauatus trecenta consequi debebit, & id eò magis procedet, quando impensę factę ad perpetuā rei vtilitatem tenderent, quia tunc habetur respectus ad id, quod res de pręsenti valet, vt dicunt *Doctores allegati a Menoch. præsumpt.* 32. *num.* 5. *&* 6. *lib.*3. & *Boer. decis.*44. *num.* 12. *&* 13. *in fine.*

54 Fallit nonò in ęstimatione rei pignoratę, quę fieri debet secundum tempus pręsens;quia omne augumentum ad cōmodum creditoris cedit, quod tamen intellige verum, quando possessor pignoris hipothecaria conueniretur, & rei valor esset auctus ex tempore; secus autem quando valor non ex tempore, sed ex melioramentis manu possessoris factis auctus reperiretur; quia tunc augmentum accedens fundo,loco pignoris detinetur; & sic igitur, qui fecit melioramenta non tenetur totum creditum secundò creditori offerre; at secus si ea non fecerit, & hypothecaria cōueniatur quia tunc totum creditum offerret, etiam si res obligata minoris valoris sit, & per consequens hoc modo consulitur creditori; quia habet pretium rei, pro vt hodie valet, item releuatur possessor; quia retinet eam rem, in qua forsan affectio cadere potest, vt ait *Magon. dec. Flor.*51.*per totam allegat. a Francho in dicta dec.* 38. *num.* 5. *vers. nec decisioni*, & *vt ait Neguſan. dicto* 4. *membro princip.*

princip. nu. 21. quem sequuti sunt Couar. lib. 1. var. resol. cap. 8. vers. Caeterum. Menoch. de praesumpt. dicta praesumpt. 33. num. 8. in fin. & Franch. dec. 38. num. 5.

55 Fallit decimò, veluti si essemus in aestimatione facienda de aliqua domo, de cuius valore ageretur; quia tunc est facienda aestimatio secundum tempus praesens ad hoc, vt verum pretiũ sciatur; quia pretium huiusmodi rerum tempore siue in melius, siue in deterius variari solet, vt ait Gratian. lib. 4. discept. cap. 766. num. 4. Et quod iustum pretium ex praesenti aestimatione constituatur, ait idem Grat. lib. 3. discept. 545. num. 9. veluti ex mente Rota Romana, & aliarum dixi in praecedenti concl. sub num. 54.

56 Rursus notandum erit, quòd cũ huiusmodi ęstimationes sint à peritis faciendę; ideò in hoc opere pretium est infrascriptas conclusiones firmare, & primò nota, quòd si arbitratores duo erunt electi à partibus, si ipsi inter eos discordent, isto casu Iudex non debet eligere tertium, quia tales sunt ad instar proxenetarum l. fi. de meis §. recepisse de arbitr. Bald. in c. 1. col. 2. in fine vers. sed hic num. 10. de inuest. in marit. fact. Abb. in cap. suspicionis in verb. cum quo col. 2. vers. sed notabile num. 6. de offic. delegati, & isto casu iudex interuenit vt compulsor ad compellendum, vt partes eligant tertium, non autem vti elector Bald. in l. hac edictali, §. his illud num. 2. vers. sed quid si isti arbitratores, C. de secund. nupt. & de communi ait Dec. in c. cum speciali col. 2. in fine glos. in verbo testium nu. 7. de appellat. Lanfranc. de arbitr. memb. 5. tom. 3. par. 1. fol. 212. Alex. in l. inter pares num. 7. ff. de re Iudic. Gratian. lib. 2. discept. cap. 228. num. 6.

57 Limita tamen dictam conclusionem nõ esse veram dũ mora partium intercederet; quia tunc tertius à Iudice erit eligendus, vt ait Gabr. cons. 168. quaest. 8. num. 100. latè Cagnol. in l. 2. num. 259. C. de rescind. vend. Grat. ibi sup. n. 7.

58 Secunda conclusio erit super eo. Quando essemus in casu, vbi duo primi arbitri sunt concordes, sed tertius discordat; quia tunc sententiae illorum duorum, & non tertij erit acquiescendum; nam illi duo primi non desinunt esse tales, nec amittunt potestatem ferendi laudum; veluti quoque dicitur, vbi maior pars arbitrorum concordat; quia non cogitur tertius ferre sententiam, ea ratione; quia maiori parti standum est & est idem, ac si à principio omnes tres fuissent electi, & quasi partes videntur elegisse tertium, si arbitros dissentire contingeret, vt latè Socin. explicat cons. 54. col. 1. num. 1. vers. secundus casus lib. 1. idem Gratian. ibi supra num. 8.

59 Extende idem procedere; veluti quãdo fuit electus tertius in casu discordiae duorum, & illi duo promitterent dicto illius tertij stare; quia si postea duo primi sententiam concorditer ferant, discordante tertiò; nihilominus laudum duorum valebit, non obstante illa forma electionis, iuxta quã dicto illius tertij stare promisserunt; quia illa promissio inde finita est intelligenda, secundum Iuris dispositionẽ, nempè in casu, quo illi duo primi in sententia ferenda non essent concordes, & tertius solum in subsidium eligitur, quia per eius electionem illi duo primi nõ desinũt esse arbitri; etsic cum retineant nomen arbitrorum, retinent quoque nominis effectum, argumento l. à nullo de feriis, & in terminis ita consuluit Bald. consil. 97. incip. proponitur in primo dubio lib. 5. & Gratian. in praecitato loco num. 9.

60 Tertia conclusio est super alio. Quando tertius eligitur; quia tunc illius sententiae solum stari debet, licèt ab alijs duobus dissentiat, quod tamen intellige verum, quando homo certus authoritate legis, vel statuti eligitur; secus verò quando non per legem declaratur, sed ipsorum arbitrio eligitur; cum tunc maiori parti standum erit, quia tertius non habeat nisi vnam vocem inter eos, vt ait Castr. qui ait id esse notandum in l. offerendus in fine C. de appellat. quem sequitur Felin. in dicto cap. suspicionis post princip. vers. aliter sentit de offic. deleg. Bald. in l. Iubemus in fin. C. de appellat. & in cap. Pastoralis in princ. de rescript. & text. in cap. legitima vers. cum ambo, vel alter ipsorum de appellat. in 6. Bald. in l. vnica col. 1. vers. iste est textus singularis num. 5. C. de his quae pan. nom. Marsil singul. 262. num. 4. Iacob. de Aren. in l. quod si forte §. 1. ff. de solut. & ibi Angel. in fine Socin. con. 54. col. 2. vers. tertius

tius, & vltimus casus lib. 1. & prædictam distinctionem esse magis communem, ait Gabr. *de Arbitr. concl.n* '1 *um.*2. & *Franc. Munoz. de ratiocin. administr. cap* 32. *num.*23. & Grat. *ibi sup. n.*10.

61 Et ratio diuersitatis ea est; quia vbi sumus in electione ex necessitate legis, vel Iudicis proueniente, tertius arbiter non dicitur, prout si ex mera voluntate eligeretur; quia tunc verè Arbiter dicitur, & perindè est, ac si omnes essent à principio Arbitri electi ad *trad. per* Surd. *consf.* 452 *num.*61. *lib.*3. *alleg. à* Gratian. *dicto cap.*228. *num.* 11. *cum aliis ibi alleg.*

62 Amplia id adeò esse verum, quando scilicet sumus in Arbitris ex necessitate electis, vt propterea nõ sustineatur tertij relatio ab aliorum relatione discordans, nisi quando alij eorum votum non propalarunt; quia tunc solum sententia tertij alijs præualebit. Secus autem illorũ voto relato, quia hoc casu tertius cogitur inhęrere sententię vnius ex arbitris; cum enim solus iudicare non possit, *Card. in dicto cap suspicionis, in fin. quæst.* 14. *vers. Quod videtur procedere, de off. deleg.* vbi ait, quòd iste tertius videtur esse consiliarius, & propterea cogitur reddere consilium in scriptis, & illi duo discordantes inhęrere debent; quod tamen intellige verum, si illi discordarent in sententia ferenda; at secus in iam lata; quia tunc non debent vltra pronunciare; sed sufficit, quòd tertius suum iudicium proferat, sententiam alterius approbando; nã isto casu cessat ratio *leg. si in tres, & l. item si vnus, § principaliter, de arbitr* vbi pręcipuè iubet, quòd partes sint pręsente; quia facile vnus poterit alium in suam sententiã trahere: quæ tñ ratio militat in ferenda, & non in iam lata, idem ait *Imol. in d. c. suspicionis, col. penult. quæst. fin. vers. Quod procedit. Socin. d. consf.*54. *in fin. versic. Operatur etiam. Surd. consil.* 452. *nu.* 64. *vers. Quinimmò, lib.*3. & Gabriel *consil.*168. *quæst.*8. *num.* 1. *lib.* 1. *&* Gratian. *ibi supra num.*12.

63 Quarta conclusio est firmanda de Arbitris discordantibus in summa; quia tunc est illis standum, qui in minori concordant *l. diem proferre, §. si plures, de arbitr. cap primo eodem titulo in sexto, &* Gratian. *lib.* 1. *discept. cap.* 187. *num.*4. *cum seqq.*

64 Declara tamen, quòd scilicet sententia trium discordantium in minori summa sustineatur, quando sumus in arbitris litis decisiuis, *vt ait idem* Gratian. *in sua decisione Marchiæ* 32. *num.* 15. Secus si essemus in æstimatoribus à Iudice electis, siue in arbitratoribus, vel arbitris electis super aliqua declaratione pretij, vel mercedis, vel super æstimatione alicuius rei; quia tunc eorum varietas id, quod agitur in totum vitiat, nec suffragatur dicere, quòd certitudo esset in minori summa, & sic, quòd maior, ad minorem reduci posset; quia id non procederet, quando aliud inconueniens resultaret, nempè disproportio pretij, veluti si esset res, quę valeret decem, & daretur pro quinque; nam isto casu sententia, neque in minori quantitate sustinetur, ad inæqualitatem euitandam, vt ait idem *Gratianus in decisione Marchia* 6. *num.* 13. *& decis.* 32. *num.*16. & *in lib.* 2. *discept. cap.*228. *num.* 15.

65 Extende prædicta, multò magis procedere, si sententia plus tempore licèt minus quantitate contineret, vtpotè, si vnus condemnaret in decem ad annum, alius verò in quinque ad mensem; quia tunc sententia non valeret, cum mensis contineat plus præstationis quàm annus, *l. stipulatus decem, de verbor. obligat.* Nàm licèt quinque sint minus quantitate, tamen mensis est plus tempore, in quo non est consensus, cum etiam mensis statim interpellet eo finito, prout annus illo elapso, quæ tanquam incompatibilia inuicem non operantur, *l. Valerianus, de prætor. stipul. l. cum in plures §. dicta ff. locati*, & in specie concludit *Bald. in l.* 1. *in princ. vers. item ille*, C. *de sent. quæ sin. cert. quant.* veluti etiam requiritur, vt arbiter intellexerit iudicare de toto debito, non de parte, aliàs secus, *l. apud Celsum, § item quæritur, ff. de dol. excep Bal. consf.*307. *in fi. vers. Respondeo lib.*1. & rõ est quia sentẽtia nõ possit valere pro parte, vt ait *Grat. ibi sup. in d.c.*228. *n.* 16.

66 Quinta cõclusio est illa de electione peritorũ, quę licèt ad partes spectet, tñ põt ẽt spectare ad Iudicẽ si velit; quia veluti ipse põt id p seipsum facere, eodẽ modo poterit p electos à se, *iux. reg. qui per alium de reg. iur. in* 6. *& Dec. in c. S. Maria col.* 8.

de consti & in specie ita concludit *Bart. in l. creditores, in 2. lectura in fin. vers. Erit igitur ordo, ubi, vel ipse Iudex eligat, C. de pignor. per text. in §. Quod autem, Auth. de non alien. & facit l. vltima in fin. C. de iur. domin. impetr. l. si quod ex Pamphila, ibi in addit. in verbo Officio suo*, quod etiam voluit *Bald. in l. 2. colum. penultima in princip. vers. Ex hac probatione facta, C. de rescindend. vendit. post glos. in l. comparitiones in verb. Ab iis, C. de fid. instr. Felin. in cap. veniens, il primo. colum. final. vers. Quartò in quantum dicit, num. 20. de testibus, idem Gratian. in pracit. loco.*

67 Extende, quòd veluti Iudex potest eligere peritos si velit, ita etiam poterit eligere tertium, cum in vtroque casu eadem ratio militet, vt concludit *Pantaleonus in l. 2. colum. 86. C. de rescind. vendit* Quod enim intellige verum, si Iudex prius non consenserit peritos, & æstimatores eligi à partibus; quia tunc facta electione ab eis, tertius etiam ab eisdem partibus erit eligendus. Et ratio est, quia electa vna via, ad aliam non datur regressus. *Gabr. consil. 168. quæst. 8 nu. 105. & 108. lib. 1. Specul. de arbitr. §. fi. nal. vers Sed pone, Bald. in l. 3. de milit. testam. Bart. Alexan. Rosa & alii alleg. per Felin. in cap. cum ex officio, colum. 12. vers. In contrarium videtur num. 23. de prascript. Gratian. ibi supra num. 18*

68 Declara igitur, quòd licèt de iure electio peritorum possit ex prædictis spectare ad Iudicem, aliud tamen seruatur de consuetudine, secundum quam partes, etiam æstimatores eligere tenentur, & ita debere seruari, testatur *Gratian. in dicto cap. 228. num. 21.* & in specie ita concludit *Cagnol. in l. 2. num 259. in fin. C. de rescinden. vendit.* Et eò magis; quia ista consuetudo est etiam conformis dispositioni iuris, *Text. est in l. hac edictali, §. his illud in verb. Quos vtraque pars elegerit*, & ibi *Bald. num. 2. C. de secund. nupt.*

69 Subdeclara tamen, quòd æstimatio facta per peritos à Iudice electos potius est attendenda, quàm dictum testium, cum nemo melius scire possit rei valorem, secundum communem æstimationem, quàm peritus, vt fuit decisum in *Romana palatii de Incoronatis 11. Maii 1584. coram Card. Seraph. qua est in eius impres. dec. 665. nu. 7. & in Romana pretii Frani 14. Ianuar. 1610. coram Cardinali Lancellotto.*

70 Et ratio est; quia isti periti participant de Iudice, & Teste; & dicuntur arbitratores, ita vt illis electis ad æstimandum, magis sit credendum, etiam quòd alij testes contradicerent; & hanc esse communem, & veram opinionem, testatur *Gratian. lib. 3. discept. cap. 620. nu. 23. & seq. & in decis. Marchie 32. n. 15.*

71 Declara tamen, quòd æstimatio ad hoc, vt valeat, debet fieri per æstimatorē cum præsentia partis, etiam si ille æstimator extraiudicialiter eligatur, & ideò in hoc erit cautela, vt partes moneantur ad interessendum pro die, & hora certis. Et ratio est, quia præsentia partis, posset peritum in diuersam sententiam trahere, siue sit citatio ad hoc, vt peritus possit esse informatus de qualitatibus rei æstimādæ, vt ait *Rosa per Greg. in dec. 545. num. 9. & in 1. part. recent. dec. 60. num. 14. & seq. & in 2. dec. 585. num. 2. & Cresc. dec. 2 num. 2. de arb. & cæteri Doctores allegati à Gratiano lib. 5. discept. cap. 929. nu. 14.*

72 Extende, quòd etiam monitio partiū erit necessaria ad videndum fieri calculum. Secus tamen erit in relatione per peritum facienda à partibus electum; quia tūc non est necessarium iuramentū præstare, & similia facere. Et ratio est, quia eius fides satis fuit per partes approbata, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 929. num. 17. cum aliis ibi alleg.*

73 Contrariū tamen, quando essemus in electione peritorū non à partibus facta; quia illi debent cum iuramento deputari, vt fuit decisum à *Rota in Narnien. fideicommissi Veneris 3. Iulii 1622. coram Merlino, qua est decis. 1. apud Merlinum de legit* vbi habetur, ꝙ illis debet iuramētum deferri de æstimatione legali, & de bono, & æquo facienda; & hæc est securior via ob timorem iuramenti, vt ait *Rota ibi supra.*

74 Extende idem procedere in laudo ferēdo, vbi citatio requiritur ad hoc, vt peritus possit esse informatus à partibus de qualitatibus rei æstimandæ, vt superius diximus, & vt ait *Ros. per Greg. XV. decis. 535. n. 9. & in 1. p. rec. dec. 515. n. 14. & in p. 2. dec. 585. nu. 2. Cresc. dec. 2. n. 2. de arb. & Rota ibi coram Merlino. & Grat. ibi sup.*

Fallit

75 Fallit tamen, si in compromisso fuisset data facultas amplissima perito videndi, & æstimandi, & præsertim, quando iuramentum adesset; quod enim operatur, vt citatio non sit necessaria, vt ait *idem Gratian. in dicto cap. 929. n. 16.* Licèt secus, quando essemus in æstimatore communiter electo; quia tunc non esset necessarium iuramentum; sed tunc solum monitio partis ad videndum fieri æstimationem, & calculandum sufficeret, vt ait *Gratian. lib. 5. disceptat. cap.* 874. *num.* 15.

76 Declara tamen, quòd quamuis æstimatio per peritos fieret, omissa certioratione partis non tamē ea dicitur nulla; licèt tñ ab ea benè reclamari possit; quia nemo denunciationi æstimatoris regulariter stare tenetur, sicut nec illi Iudicis, nec Arbitri, *Gratian. lib. 2. disceptat. cap.* 228. *num.* 5. & *Rota in Perusina executionis 26. Ianuarii 1582. coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis decis.* 554. *num.* 1.

77 Extende quòd à tali æstimatione licèt quandocunque appellare, quamuis etiā non fiat in tempore, vt fuit dictum à *Rota per Card. Seraph. in decis.* 513. *nu.* 2. Et ratio est; quia sententia lata ad relationem peritorum regulariter in rem iudicatam non transit, neq; propterea Iudex impeditur alterum quandocumque ad æstimandum admittere, vt ait *Rota ibi Iudex per Seraph in d. dec.* 513. *n.* 2. & 3.

78 Subextende prædictam declarationē, in tantum esse veram, vt propterea ea procedat etiam, q̃ fuerit promissū stare cuicūque æstimationi. Secus vero si grauatus reclamaret à prima æstimatione, & secunda fieret, quia tunc illi standum esset, q̃ tamen secus quoq; veniret dicendum, si illa secunda æstimatio nulliter facta fuisset; quia tunc ad nouam æstimationem deueniri deberet, cum (vt mox diximus) Iudex possit quandocunque alios peritiores ad denuo æstimandum admittere; vltra quòd id, quod nullum est nullum parit effectum, vt fuit dictum in dicta *Perusina executionis 24. Aprilis 1581. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decis.* 513. *num.* 1. 2. 4. & 5. & *Gratian. in lib. 3. discept. cap.* 600 *num.* 28. & *Affl. deci.* 188. *num.* 4.

79 Licèt tamen secus esset, quando difficiliter noua æstimatio fieri posset; quia tunc ea vti impossibilis concedenda nō veniret, veluti fuit decisum in *Romana executionis luna 3. Iulii 1595. coram Penia, quæ est dec. 65. apud Stabil. de Salutia-no.* Et nota quod illud impossibile dicitur, quod cum difficultate fieri debet, §. *fin. vers. Difficilis institu. de rerum diuis. Bero. consil.* 88. *num.* 33. *vers. Præterea lib.* 1. & *ita fuit dictum in vna Reatina depositi, Veneris 25. Maii 1601. coram Penia.*

80 Item nota, quòd tunc æstimatio legitima dicitur, quando essent (verbi gratia) tres, arbitratores, seu æstimatores, qui diuersas sententias ferant, & fieret eoæquatio summarum, & diuisio earum in tres partes fierent, & tertia pars illarū eligeretur, vt ait *Gratian in decis. Marchiæ* 32. *num.* 10. & *seq.* & *in lib. 2. disceptat. cap.* 228. *num. num.* 28. Sed id quomodo sit intelligendum, latè dixi in verbo Arbitri, vbi recurras.

81 Veluti eodem modo vera æstimatio dicitur ea, quę fit deductis oneribus, vt ait idem *Gratian. in lib. 2. discept. cap.* 343. *num.* 8.

82 Quando verò essemus in æstimatione, quæ fieri debet annonarum, & aliarum rerum comestibilium, tunc vt ea dicatur legitimè facta est sumenda ex loco fori publici ad effectum sciendi illarum valorem, vt dicunt *Bart. Bald. Cagnol. & alii allegati a Gratiano lib. 5. discep. cap.* 811. *num.* 17. & *sub num.* 18. ait, quod Iudex in casu subhastationis earum rerū melius faceret, quando dubitatur de iusto pretio illarum, si mitteret vna cum executore peritos in arte pro illis taxandis, ad hoc, vt earum subhastatio rectius sequatur. Item ibi ait, quomodo sint æstimādæ res pretiosiores, veluti gemmę, & margharite, & similia, in quibus aliqua affectio cadere potest, idem erit quoque in venditione annui redditus, quæ iuxta formam statuti est facta, etiam quod solutio esset tanta pecuniæ quanta erat sors ipsa, aliàs, ea nō seruata, esset nulla; quia potest esse, q̃ ex affectione carius venderetur. Subdens *Gratian. ibid* quod annui redditus ponuntur inter immobilia, quando illi adhuc non sunt cessi; quia postquàm sunt cessi fructibus à solo separatis æquiperantur.

83 Subdeclara, quòd quando fuerit semel

mel facta æstimatio fructuum, tunc non poterit amplius crescere, aut decrescere illis consumptis, dummodo æstimatio fuerit facta secundum valorem loci, vbi fructus fuerunt recollecti, vt ait *Stephan. Gratian. libro quarto discept. cap. 706. num. 63.*

84 Declara tamen, q cum æstimatio fructuum non sit vniformis, vt ait *Achil. decis. 4. de restit. spol.* Idcircò eorum valor ex redditibus veteribus probari non potest, *idem Gratian. lib. 3. discept. cap. 510 num. 4.*

85 Immò habemus, quòd iustum pretium ex præsenti æstimatione constituitur, *idem Gratianus dicto lib. 3. cap. 545. numero nono, cum aliis per eum allegat is.*

86 Qñ verò nos versamur circa æstimationem faciẽdam rerum, tàm mobilium, quàm immobilium, quæ fieri debeat, aut per testes, siue per Iudicem, vel æstimatores; tunc illi semper reddere debent rationem concludentem, etiam non interrogati, quando .s. deponunt de quãtitate, siue valore bonorum, *Felin. Aretin. & alii in cap. cum causa, de testibus*, latissimè *Cognol. in l. secunda, numero 236. vsque ad numerum 265. C. de rescinden. vendit. Cassador. decis. 19. num. 3. super regula.*

87 Sed est quoque verum, quòd isti testes de valore deponentes debent deponere de communi valore, & non de particulari affectione, vt fuit dictum *in Spoletana prædii Veneris 27. Iunii 1614. coram Cardinali Pamphilio Iuniore*, & deponendo super stabilibus, debent habere notitiam confinium, ac aliarum qualitatum, *vt fuit dictum in alia Anconitana terrarum, Luna 26. Februarii 1590. coram Cardinali Platto, & in Carpen. bonorum luna 14. Iunii 1610. coram Cardinali Lancellotto*, & vide quæ dixi in hac materia in *conclus. 148. num. 302. cum sequentibus.*

ARGVMENTVM.

AESTIMATIO QVANTI PLVrimi ad hoc, vt debeatur, quę sint necessaria, & quo sit facienda. Item in ea quanti minoris quomodo sit procedendum.

CONCLVSIO LXX.

1 AESTIMATIO quę fieri solet ad rationem quanti plurimi, ad hoc, vt debeatur ob morã comissam; nota, q in obligatione debet esse specificatus dies, atque locus solutionis, nec nõ debitũ debet esse liquidũ, aliàs ista ratio quanti plurimi cessaret, *vt ait Plot. in l. si quãdo, n. 18. C. vnde vir. Bar. in l. quod te, col. 1. & 2. ff. si cert. pet. & ibi Ias. col. 1. & 2. n. 8 Bal. in l. vinum, & ibi Ias. col. 16 ff. eod. tit. iuxta Bar. in l. 3. §. in hac, ff. commod. Marant. cons. 65. n. 6. Mascar. de prob. concl. 430. Affl. dec. 316. Gratian. in dec. Marchia 222. n. 7. & prius in dec. 169. n. 18.* vbi docet, quo huiusmodi æstimatio sit faciẽda, & *Rot. in Romana executionis laudi Ven. 19. Dec. 1597. corã Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1252. n. 1. Balb. dec. 95.* latè *Ant Faber dec. 30. C. de act. & obligat. Giurb. dec. 114. & Capic. dec. 19. Pisan. dec. 316. Anna in cons. dec. 95. Viuius dec. 442. idem Faber dec. 25. C. de iur. emphit. Barz. decis. 111. Franch. dec. 227. Rota Gen. dec. 195. Caualc. decis. 43. p. 2. Osasc. dec. 12.* qui omnes fatentur emptorem esse absoluendum, quãdo interesse, nec mora esset plenè probata.

2 Amplia primo, q debitor dicta æstimatione quanti plurimi non oneretur, si penuria insolita superuenisset, & propterea ad id animaduertendum est, q non sufficit, vt creditor se astringat ad probandum instantaneum insolitum, & momentaneum pretium, & interesse, ac etiam penuriam vnius anni tantum; sed probare debet, q de tali anno, & tempore, antè, & post, tantum valuit communiter; quia penuria insolita, ac pretium insolitum vnius anni non attenditur, & sic Iudex in tali æstimatione condemnare non debet; quia (vt dixi) non attenditur æstimatio illa insolita, quę currit vno sol o tẽpore, sed illa quæ communi cursu valet, & ideò reus si conuenitur ad huiusmodi æstima-

æstimationem debet esse cautus probare, quod talis æstimatio, & pretium non consueuit communiter in illa Ciuitate currere, ita *Practic. Papiens. in forma libell. in act. reali in glos. & in Florenis col. 8. post princip. vers. si qui producuntur testes num. 21.* Bellon. *lib. 2. disput. cap. 19. num. secundo*, & *Afflictus decisione 316. num. 6.*

3 Amplia secundò, idem procedere, qñ debitor fuisset interpellatus ad huiusmodi solutionem in tempore, quo ducebat vxorem, vel sepeliebat suum defunctum, siue dum Missam audiebat, vt ait *Bar. alleg. à Grat. lib. 2. discept. cap. 243. nu. 5.*

4 Declara, quòd dies luctus, qui dantur hæredi debitoris, extendũtur ad nouem dies, & dum illi durant, non attenditur mora, vel æstimatio quanti plurimi, ꝙ tamen intellige in agnatis, aut cognatis, nõ autem de famulis, vt ait *Ripa, Bart. & Alber. alleg. à Grat. ibi supra n. 6.*

5 Extende illam ampliationem adeò valere, vt propterea omnia acta infra dictos dies luctus contra hæredes debitoris facta sint nulla, ꝙ procedit etiam in sententia, cum illa tamen distinctione, an ignoranter, siue scienter eã tulerit Iudex; quia si scienter non tenet; si verò ignoranter, valebit, vt dicitur de sententia contra mortuum lata, in qua pari modo ista distinctio venit attendenda, vt ait *Rot. per Burat. dec. 241. n. 8. Rimin. iun. consil. 179. nu. 27. lib. 2. Angel. cons. 223. post princ. n. 2.* & huiusmodi opinionẽ ait esse veriorem *idem Grat. ibi supra num. 9.* Licèt *sub nu. 10.* dicat restitutionem cõpetere aduersus sententiam ignorãter latam contra defunctum, si tamen cum eo instantia iam non esset inchoata; aliàs si erat cum eo incępta, tunc illa transit ad hęredes. Immò ea quoque sustineretur contra defunctum, si esset concepta contra procuratorem dominum litis effectũ, vt ait *Cassad. dec. vlt. vt lit. pend. & dec. 2. n. 4. de appell. Card. Mantic. dec. 213. n. 4. Vant. de nul. ex defect. iurisd. ord. n. 106 Salust. Tiber. in sua prax. lib. 2. c. 13. n. 28.* & *Grat. lib. 1. discept. c. 18. n. 25.* Licèt sit benè verum, ꝙ sententia debet formari contra procuratorem, non procuratorio nomine, sed contra talem procuratorem quondam talis defuncti, & vti dominum litis effectum, iuxta tradita per *Surd. in suo cons. 99. n. 12. & 29. Salust. Tib. in d. c. 15. n. 28.* vbi ait, ita seruari in Curia; licet contrarium dicat *Bellon. in suo cons. 65. n. 59. & seqq* vbi ait sufficere, si ea fuerit lata contra eum procuratorio nomine, & ita quoque ait *Ferentil. ad dec. Burat. 241 sub num. 11.*

Sed ego prædictas opiniones tali modo concordarem, nempè, vt prima procedat, quando in mandato procuræ non adesset illa clausula (Reuelans, &c.) & eò magis, quando lis non fuisset incæpta cũ defuncto. Secunda verò quando dicta clausula fuisset apposita in mandato cũ satisdatione, &c. & multo plus si lis fuisset cum defuncto inchoata: quia tunc mandatum procuræ non expirat per mortem mandantis; & sic veluti eo casu potest procurator pro hæredibus sententiã obtinere; ita quoq. ea contra defunctum sustineretur, iuxta ea quæ ait *Rota per Buratt. d. decis. 241. num. 10.* Quamuis tamen prædicta distinctio non valeret, quando in beneficialibus versaremur; quia tunc licèt lis esset cum defuncto contestata; nihilominus expirat mandatum procuræ, etiam si procurator fuisset dominus litis effectus, vt ait *Put. dec. 182. lib. 2.* & *Card. Mantic. decis. 213. n. 5.*

Declara præterea ea, quæ fuerunt dicta de validitate sententiæ contra defuncto latę procedere, quando ea esset lata contra vnum viuum, & contra vnum mortuum, quemadmodum etiam sustinetur, quando defunctus ante mortem fuisset citatus, vt ait *Gratian. lib. 1. discep. cap. 18. nu. 27.* & *Gabr. cons. 56. nu. 15. lib. 1.* & *Ferentil. ad dictam decis. Buratti 241. sub num 11. in fine.*

6 Restringe tñ principalẽ conclusionẽ nõ procedere, qñ essemus in fure; quia tunc ille æstimatione quantumuis momentanea esset onerandus, licèt alij dicant, quòd humanior sit sententia, quòd res furto ablata sit Domino restituenda, & ea perempta illi æqualis æstimatio detur, nulla habita consideratione, quanti ea res plurimi fuerit à die furti patrati, quãdo Dominus non esset eam venditurus illo tempore, quo pluris valuerit, siue quando valor rei ob culpam furis non fuisset diminutus, vt comprobat *Couar. Siluestr. in sum. & Medic. alleg. à Gratiano ibi supra c. 243. num. 4.*

7 Sed hæc opinio non mihi placet, alias esset velle aperire viam furibus ad furandum, contra quos semper erit bonum rigorosè, & non mitè procedere.

8 Fallit tamen quando essemus in contractu vsurario à quo illa æstimatio quãti plurimi non datur; quia debitor tunc non cogitur adimplere pro parte sua, *vt ait Grat. d. c.* 243. *nu.* 41.

9 Vlterius erit notandum, quòd huiusmodi æstimatio ad rationem quanti plurimi vltra triennium non durat, *vt ait Surd. in sua dec-* 81. *per tot.* & præsertim, quando ageretur de grano, vel similibus, quorum enim species vltra triennium durare, & conseruari non possunt, *vt ait Aretinus in §. si quis à non Domino, num.* 7. *Insti. de rerum diuis. Soccin. cons.* 82. *num.* 27. *lib.* 4. *Curt. Sen. cons.* 71 *n.* 9. & *ita fuisse decisum in vna Terracinen. Molendini testatur Rot. per* Card. Ser. *dec.* 1252. *Surd. decis.* 81. *Rota Genuen. decis.* 144. *Peregr. dec.* 61. *nu.* 4. *Cancer. in dec.* 3. *cap.* 1. *tit. de action.* & *oblig.*

10 Sed Rota Siciliæ alio modo in hac materia distinguit, & tenor distinctionis est talis; nempe aut frumentum est in genere; quia venditum sit absque vlla demostratione, vel loci designatione, aut debitum est in specie veluti; quia illud sit venditum ex tali prædio vel talis indictionis vel quod quis habet in tali domo fouea, horreo, vel Naui; Nam in primò casu æstimatio crescit perpetuò à die incursæ moræ, vt ait *Surd. in dicta decis.* 81. *Cornazan. decis.* 11. *num.* 13. & *Cancer in decis.* 182. in posteriori verò casu verius est æstimationem vsque ad triennium crescere ex ea præsumptione, quòd scilicet illud frumentum extare dicatur, & ratio istius diuersitatis in vtroque casu ponit *Gurb. in sua decis.* 115. *Rota Siciliæ* vbi testatur de hac distinctione per illam Rotã amplexa licèt *idem Surd. ibi supra num.* 5. dicat valorem quanti plurimi solum crescere vsque ad triennium, quo frumentum erat duraturum, ex ea ratione; quia cum æstimatio succedat loco rei, & ipsam rem repræsentet; igitur non potest plus creditor ratione interesse consequi quàm percipisset ex ipsa re si illam habuisset.

11 Sed est benè verum, quòd in locis in quibus constaret huiusmodi fructus vltra triennium durare, de quibus mentionem facit *Caualcan. de Tutore num.* 229. eò casu æstimatio illius temporis attenderetur, ommissa præsumptione legis, quæ in isto casu particulari veritati cedit, & re vera frumentum adhibita industria potest durare vltra triennium, & illius renouatio datur quoq. tertiò anno; sed id tamen per allegantem venit probandum, *vt ait Gratian. in dicto cap. num.* 869. 70. & 81. & *Surd. dec.* 81.

12 Secus autem, quando quis se obligauit pro certa frumenti quantitate; quia tunc per eum valor quanti plurimi non præstatur; veluti eodem modo de fideiussore dicitur, qui non tenetur ad id, quod auget principalem obligationem, ob moram, & contumaciam, *vt ait Surd. in decis.* 212. *num.* 6. *cum aliis per eum alleg.*

13 Et prædicta extende procedere, tàm in obligato ad huiusmodi restitutionem fructuum in bona fide existente, quam etiam in mala; Nam cum ista consumptio fuerit à lege inducta, vnde in consideratione mala fides non habetur; quinimò id etiam procedit in qualibet priuilegiata obligatione, vt in alimentis, & similibus; quia in omni casu fructus debentur, qui legis præsumptione dicto tempore consumuntur *Caualcan. de Tutor. num.* 241. & *Glos. in l. vnica C. si aduers. vsucapion. cum aliis allegatis per Gratian. in præcitato loco num.* 83. & 84. & *in hoc vide eum in* 1. *lib. c.* 42.

14 In materia autem æstimationis soluendæ quanti minoris, nota, quòd ea pluribus casibus debetur, & primò si venditor non certiorauerit emptorem de qualitatibus rei venditæ, ob quas minoris esset empturus; quia tunc interesse totale erit emptori præstandum, quod tamẽ intellige verũ, quãdo sciẽter venditor talem denunciationem facere omisit; secus verò si ignoranter eam non fecit; quia tunc solum tenetur quanti minoris esset empturus, si rem grauatam esse emptor sciuisset, vt ait *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 361. *nu.* 1. 2. & 19.

15 Extende primò, quòd si venditor tradat rem obligatam ipsi emptori, tunc licèt non agat simpliciter de euictione ad pretium, agit tamen ad quantum interest rem nõ esse obligatam, quod procedit etiam si res esset obligata non purè,

rè, sed sub conditione; quia attenditur in hoc etiam ille dubius euentus conditionis, iuxta doctrinam *Alex. in cons. 63. nu. 11. lib. 6. & Gratian. ibi supra num. 5.*

16 Extende secundò procedere de seruitute, quam venditor in re vendita adesse ignorabat; quia tunc per eum solum debet præstari quanti minoris erat empturus ille, si huiusmodi seruitutem rei venditæ inhærere sciuisset *l. quoties*, & *ibi glos. in verbo victus ff. de edilit. edict.* & *l. 1. §. causa in verbo teneri ff. eodem tit. Castr. in l. 1. § venditor num. 2. ff. de act. empt.* & *Grat. d. loco cap. 361. num. 9.*

17 Extende tertiò idem è conuerso procedere; veluti si post venditionem super veniat notitia alicuius seruitutis rei venditæ debitæ; quia tunc redditur res vendita maioris æstimationis, ita vt pretium quoque sit augendum, nisi tamen illa seruitus superueniret à casu, seu fortuna; quia tunc illud commodum erit emptoris, veluti etiam contingeret, quando augumentum proueniret ex rei æstimatione post perfectam venditionem; quia regulare est, quòd emptor habere debeat, id quod rei venditæ intrinsecè accessit, vt fructus, & extrinsecè, vt actiones, vt benè declarat *Gratian. ibi supra num. 9. cum seqq.*

18 Et dicta æstimatio circa restitutionem quanti minoris quomodo sit facienda, & quòd tempus consideretur ait *dictus Grat. ibi supra ferè in fine.*

ARGVMENTVM.

AESTIMI LIBER QVANDO quomodo, & inter quos probet.

CONCLVSIO LXXI.

1 AESTIMVM, siuè Catastrum nota, quòd est liber communis, in quo describuntur omnia bona Ciuium, & Communitatensium, & dicitur Sacrarium Ciuitatis, & ideò vtires sacra custodiri debet, quod quidem Communitatis æstimum probat etiã dominiũ, & possessionem contra dictam communitatem, vt ait plures allegando *Caualcan. dec. 18. n. 8.* nec non etiam demonstrat qualitatem, & bonorum naturam in eo descriptorum, vt ait *Menoch. in consil. 191. num. 82.* & *Feslasius in tract. de collect.* & *æstim. cap. 1. num. 39. cum aliis ibi per eum alleg.*

2 Amplia primò, quòd dictus liber æstimi probet etiam cõtra omnes, & quoscunq. qui tali æstimo, consensum præstitere; alias secus, vt ait dictus *Caualc. ibi supra num. 7. Mascard. de prob. conclus. 273. n. 1. Menoch. de arb. Iud. cas. 91. num. 27. Peregr. de fid. art. 44. num. 9. Dec. consil. 146. num. 13. Card. Seraph. dec. 1061. num. 5.* & *dec. 1077. num. 2.* & *Rota decis. 706. num. 6. par. 2. recent.* & *in Reatina bonorum 13. Iun. 1622. coram Pirouano, & prius in Tudertina bonor. 31. Ian. 1622.* & *2. Maii eiusdem anni coram Manzan.*

3 Amplia secundò, quòd æstimum probet dominium, & possessionem alio non possidente, adeò quòd trãsfert onus probandi in aduersarium, *vt ait idem Caualc. in repert. suarum decis. in verbo æstimum probat &c. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 570.* & *Feslas. in dicto cap. 1. num. 129. cum seq.* Item quod liber æstimi saltem præsumptiuè probet, ait *Cephal. cons. 246. num. 7. lib. 2. Bart. Angel. & Ioannes de Platea in l. nostra C. de exm. age. desert. lib. 10. Alciat. de præsumpt. regula. 3. præsumptione 17. nu. 3.* & *Mascard. de probat. conclus. 664. num. 2. & sequenti* & *Gratian. lib. 3. discept. cap. 559. num. 28. Rot. in Foroliuien. fideicommissi 11. Februar. 1613. coram Cardin. Pamphilio & in Ciuitatis Castelli bonorum 24. Ianuar. 1622. coram Manzanedo*, & *in Nucerina prædij 20. Maii 1622.* & *29. Mai. 1623. coram Nauarro.* Item quòd ille adminiculum faciat vrgens ait *Card. Seraph. dec. 1061. nu. 5. Paris. cons. 55. num. 21. lib. 1.*

4 Extende id eò magis procedere, quãdo tunc temporis bona accatastrata ab alio non erant possessa, *vt ait Mag. dec. Flor. 37. num. 3. & 4.*

5 Extende tertiò, quòd identitas bonorum probatur ex descriptione facta in Catastro; veluti fuit decisum à *Rota in Ferratien de Tassonis Luna 1. Iun. 1615. coram Card. Pamphilio.*

Quemadmodum etiam videmus, quòd Merchium, siue stigma in corpore Gregis animalium identitatem probat, tex est in *l. stigmata C. de Fabric. lib. 10.* quod enim sufficit, nedum quo ad posc-

sci-

ſeſſionem; verùm etiam, quoad dominiũ, vt ait *Oſaſc. in dec. 40. num. 2. Menoch. de præſũpt. præſũpt. 15. n. 22. lib. 6. Lucas de Penna in dicta l. ſtigmata, & ibi multa aït, Iaſ. conſ. 170. num. 16. lib. 2. & ita fuit dictum in Carpentoraten. reſtitutionis ouium 23. Iun. 1625. coram* Pirouano.

6 Amplia quartò, quòd liber æſtimi, ſeu Cataſtri dominium probat, tã contra eos de quorum voluntate partitæ fuerunt ibi deſcriptæ, quàm etiam contra habentes cauſam ab eis, *Menoch. conſ. 191. num. 83.* & *Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 252. nu. 30. & Rota in dec. 706. num. 6. par. 2. recent. Peregrin. de fideicom. art. 44. num. 21. & ſeq. Iaſon. in l. decem num. 33.* & *36. verſ. ſed vnum ff de verb. obligat.* Roland. *conſ. 4. num. 17. & ſeq. lib. 2. idem Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. ſub num. 570.* & *ſub verſiculo Declaratur tertio,* & Rota *in Tudertina confinium 4.* Maii *1584. coram Clemente Octauo,* & *in alia Firmana Fontis 11. Februar. 1605. coram Cardin. Laucellotto* Iuniore.

7 Amplia quintò, vt ex eo quoque probentur confinia, & ſub eis cõfinia contineri, vt ait *Menoch. qui plures allegat in ſuo conſ. 252. num. 12 cum ibi alleg.*

8 Amplia ſextò, quòd æſtimum Patris dicatur quoque eſtimum filij, quod tamen intellige in cohabitante cum patre; ſecus tamen eſſet, ſi ab eo ſeorſum inhabitaret, & ei eſſet inuiſus, & odioſus; quia tunc inueriſimile eſſet, quòd ei vires, & ſecreta patrimonij communicaſſet: nam certum eſt, quòd ſcientia in filio præſumitur ob conuerſationem, & cohabitationem cum patre, qua igitur ceſſanter ceſſat quoque illius ſcientiæ præſumptio, vt pulchrè *ait Surd. in deciſ. 246. num. 15.*

9 Amplia ſeptimò, quòd æſtimum, ſiuè cataſtrum, quando ſumus in antiquis, tũc illud ſaltem præſumptiuè dominium, & poſſeſſionem probat, *vt ait Magon. dec. Flor. 37. n. 3.* quod enim eo magis procederet, quando bona accataſtrata tunc temporis ab alio non erant poſſeſſa, *vt ait idem Magon. ibi ſupra num 9.*

10 Fallit tamen, quando eſſemus in Cataſtro minus antiquo; quia tunc illud nullo modo poſſeſſionem probaret: Quinimò *Rota in Ceſenaten. ſpolii 21. Apr. 1589. coram Card. Platto, quæ eſt deciſ. 758. ante tract. Farinac. de teſtibus num. 10.* ſubiungit, quòd licèt Cataſtrum, ſiuè æſtimum ſit antiquum, non tamen plenè probat.

11 Amplia octauò, quòd liber æſtimi probat diuiſionem inter Fratres, vt ait *Grat. lib. 5. diſcept. cap. 951. num. 24.*

12 Amplia nonò, quod æſtimatio rei in æſtimo per Fratrem nomine ſuo, & fratrum facta transfert dominium omnibus in eo deſcriptis, idem Gratian. *libro 2 diſcept. cap. 252. num. 8.* & *lib. 3. cap. 539.* & *cap. 559. num. 29. & lib. 5. cap. 864. num. 43. & 44.*

13 Amplia decimò, quòd deſcriptio facta in æſtimo ad inſtantiam deſcendentium, vel intuitu coniunctæ perſonæ donationem arguit, *Berou. conſ. 178. nu. 9. & 10. lib. 2. & idem* Grat. *lib. 2. diſcept. cap. 252. num. 48. cum aliis ibi alleg.*

14 Amplia vndecimò idem procedere in deſcriptione locorum montium alicuius fauore facta; dummodo tamen dicta deſcriptio non reperiretur cancellata; Aliàs ea non prodeſſet per regulam contrariorum eadem eſt diſciplina idem *Grat. in dicto cap. 252. num. 26.*

15 Amplia duodecimò quòd æſtimi, & mercatorum libri plenè probant, quando illi ſunt approbati à lege generali, vel municipali, vt fuit deciſum in R*omana Matrimonii Mercurii 22. Iunii 1611. coram Pirouano, quæ eſt inter crim. Farin. deciſ. 337. num. 1. in fine.*

Quinimmò extende, quòd ob fauorem mercatorum inter eos de bono, & æquo, nec non ſummariè proceditur, neque ſolemnitates iuris attenduntur inter eos, ſed ſola facti veritate inſpecta, & ſic attenditur id, quod fuit probatum, & nõ petitum, vt ait Ro*ta per Buratt. deciſ. 58. num. 5. & deciſ. 85. num. 12.* & Boer. *deciſ. 221. num. 15.* & Ro*ta in dec. 268. num. 6. inter crim.* Farinac. *& alii DD. allegati ab addent. ad d. deciſ. Buratti* 58.

16 Limita tamen primò, quòd liber æſtimi non probat contra non ſubditos, veluti fuit deciſum *in vna Paduana Iuris patronatus* 31 Maii 1595. *coram Cardin. Seraphin. quæ eſt inter eius impreſſ. deciſ. 992. num. 4.*

17 Limita ſecundò, quòd licèt liber æſtimi probet inter commune, & deſcriptũ in eſtimo, ad hoc, vt appareat quid, &

quan-

quantum vnus soluere debeat nomine functionũ; id tamen non procedit inter descriptũ, & tertiã personam singularẽ, vt ait *Capic. in decis.* 107. *num.* 12. quemadmodum etiam illud non inducit possessionem vnius rei ab alio emptæ, vt ait *Rota in Ferentina Bubalarum Luna* 26. *Martii* 1618. *coram Buratto*.

18 Quod tamen declara non procedere, vbi essemus in eo, qui causam haberet à descripto in æstimo, contra quem ille liber probaret; & ratio est, quia differt persona extranea à tertio causam à principali debitore habente, ait idem *Capic. d. decis* 107. *num.* 13. Veluti eodem modo dicitur, vbi ageretur inter personas comprahensas in Catastro; quia tunc illud bene probaret, *vt ait Hier. de monte in tract. de finib. reg. cap.* 64. *num.* 6. & 7. *Parij cons* 104. *in fine. Alex. cons.* 10. *nu.* 6. *lib.* 4. Secus autem ad fauorem illius, cuius est Merchiũ, vel ibi est descriptus, vt fuit dictum in *d. Ferentina Bubalarum Luna* 26 *Martii* 1618. *coram Buratto*.

19 Limita tertiò, principalem conclusionem habere locum dummodo pro dictis prædijs in æstimo descriptis fuerit facta onerum solutio, aliàs secus, ad tradita per *Menoch. in cons.* 252. *num.* 14.

19 Limita quartò, & declara, quòd in æstimo nunquam fit exacta bonorum æstimatio, sed potius in eo bona largo modo describuntur, & eò magis, qñ concurrit quędã affectatio eorũ, qui ad hoc, vt ditiores appareant, pinguius patrimonium in dicto libro æstimi describendum affectant, q.n. non minus leuè, quàm dolosũ existimandum puto; quia plerumq. isti id fieri studẽt, vel, vt alios decipiãt, aut ꝙ sibi meliorem conditionem in nubendo, siuè indebitè contrahendo præparent, vt ait *Rota in Camerinen. Lasionis Vener.* 20. *Iunii* 1608. *coram Penia, quæ est inter crim. Farinac. dec.* 259. *num.* 2.

21 Contrarium licet dicat *Menoch. in cons.* 191. *num.* 82. vbi alios allegat dicendo; quòd qui Catastrum, siue æstimũ conficiunt diligenter bonorum qualitatem describere solent, sed ego teneo primam opinionem esse veriorem, quia in Patria mea experientia vidi, quòd nedũ ob eam rationẽ, vt homines ditiores appareant, sed etiam ob alteram, vt minus patrimonium in æstimo describere faciẽdo solutiones collectarũ ꝑ eos minus rigorosè soluantur, idem *Menoch. d. cons.* 191. *n.* 83. & *Grattian. in lib.* 2. *discept. cap.* 257. *num.* 44.

22 Limita quintò, quòd nec etiam liber æstimi ciuilitatem probat, cum ille sit factus ad effectum onera exigendi, & Gabellas, quod procedit, etiam si in eo distinctio fieret inter ciues, & forenses, vt fuit ita decisum in *Ciuitatis Castelli hæreditatis Luna* 9. *Iunii* 1608. *coram Gregorio* XV. *quæ est in eius impress. dec.* 372. *n.* 1.

23 Extende prædictas limitationes eo magis procedere, quando liber æstimi non esset benè custoditus apud publicos officiales, & ad id deputatos, cum alijs requisitis; de quibus *per Alex. cons.* 187. *num.* 2. & *Boer. decis.* 105. *num.* 11. & *seqq.* & *alii allegat. à Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 155. *nu.* 14. Nàm eo casu non probant exactiones redditũum, vel locationes, aut æstimationes; quia tales libri more sacrorũ custodiri debent, cum ille sacrariũ Ciuitatis appelletur, vt in principio conclusionis dixi. Secus verò, quã do ab officiali publico conseruaretur; quia tunc fidem faceret, vt ait *Socin. cons.* 205. *col.* 2. *Afflict. decis.* 303. *num.* 3. & *seqq. Card. Seraph. decis.* 1077. *nu.* 2. & præsertim si extaret solitum in loco, vt ei fides adhiberetur, vt ait *Barb. cons.* 6. *nu.* 10. *Alex. cons.* 92. *num.* 6. *lib.* 2. & *plura ait Mascard. in concl.* 273.

24 Amplia primò, id quod fuit dictum de istis libris Ciuitatum procedere etiam in illo baptismi, qui si non custoditur in plebania penes successorem ætatem non probat, vt ait *Card. Seraph. in Bellun. Canonicatus* 1. *Aprilis* 1596. & *Caputaq. dec.* 314. *num.* 1. *lib.* 1.

25 Amplia secundò procedere etiam in libris Episcoporum, Ecclesiarum, & similium, qui non probant, si prædicto modo non custodiuntur, vt ait idem *Grat. ibi supra num.* 14. *cum ibi alleg.*

26 Amplia tertiò, procedere etiam in libris Capitularibus, qui pro capitulo probant, si fuerint tenti, & rogati per secretarium capituli, qui fuerit notarius, vt fuit dictum in *Burgen. Quindenniorum* 9. *Martii* 1599. *coram Litta*, & *in alia Burgen. expensarum* 31. *Ianuarii* 1625. *coram D. Merlino*, & *Rota dec.* 629. *par.* 2. *recent.* & *in Elnen. distribuoionum* 25.

Iunii

Iunii 1629. coram Durano.

27 Amplia 4 prędicta procedere in libro Chori, & punctatoris, qui probat deficiētiam, & perseuerantiam in seruitio chori, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in decis. 548. num. 1. & est dec. 629. num. 1. par. 2. recentior.*

28 Amplia quintò, idem quoque procedere in libris officialium Religionis Hierosolymitanæ, qui in eius fauorem probant, dummodo sint legales, & prædicto modo retenti *Rota per Card. Seraphin. dec. 1390. num. 2. & in Campanien Prioratus 18. Maii 1618. coram Seleucien. & in Aquitanien. Prioratus 19. April. 1624. coram Pirouano, & in Meleuttana Prioratus Nauarre 18. Febr. 1628. coram Card. Virili.*

29 Amplia sextò, idem procedere in libris Decimarum, Baptismi, Tractatum, & Reformationum Ciuitatis Florentiæ, qui quando sunt ad inuicem adminiculati, plenè probant descendentiam familiarum illius Ciuitatis, vt fuit dictum in *Florentina Cappella 16. April. 1619. coram Pirouano, & in alia Florentina Fideicommissi de Cambiis 9. Iunii 1627. coram Dunozetto, & in illa Florentina Fideicommissi de Guidacetis 21. Iunii 1627. coram eodem.*

30 Vltimò debemus animaduertere vnā cautelā in hac materia, quæ est, vt si quis velit vēdere bona in ęstimo descripta, si vēditio sequatur, tūc vēditor cautus erit facere rē vēditā, pòstea emptori adnotari, aliàs ille semper pro collectis cōueniretur, vt mihi ipsi, antequam huiusmodi doctrinam animaduerterem, soluere contigit, sed est benè verum, quòd omne id, quod persoluerat repetij, veluti id cautum reperitur de iure, ait *Fossat. in tract. de collect. & aestim. in cap. 3. nu. 22.* ad quem semper in hac materia recurras, idem ait *Ioann. de Platea, & alii in l. iura. C. de omn. agr. desert. lib. 10. late Roland. cons. 24. num. 15. & Gratian. dicto cap. 252. num. 46. cum aliis ibi per eum allegatis.*

ARGVMENTVM.

AETAS EX QVIBVS ET A quibus probetur, & quos effectus operetur.

CONCLVSIO LXXII.

1 AETAS, nota, quòd dicitur esse quoddam substantiale in homine, secundum quam quis prædicatur scire, & alia facere, vt ait *text. in l. si infanti, C. de iur. deliber. Lucas de Penna in l. 1. col. 5. in fin. C. de priuileg. eorum lib. 12.* Quæ enim ętas ab antiquis variè distinguebatur; nam Seruius Tullius Rex Romanorum eos pueros appellauit, qui essent infra decimū septimum annū, indeque vsq. ad quadragesimum sextum Iuniores dixit, quos bello idoneos elegit, supra verò sextum; & quadragesimum annū Seniores nominauit; Varro autem quinque ætatis gradus ęquabiliter putat esse diuisos, & vnumquemq. præter extremum in annos quindecim, & propterea sectio prima, quæ est de infantia annum quintum decimum attingens pueros habet ex puritatis ratione nuncupatos: secunda ad trigesimum porrecta adolescentes ab incrementi ratione nomen adeptos Iuuenes faciunt sectionem tertiam ad annos quadraginta quinque, quibus inde appellatio facta, quod in belli vsibus Reipublicæ adiumento forent, & inde ex huiusmodi Catalogo esse dicuntur, sicut vltra Catalogum, quia iam Militię habētur inepti, ad annos decadam sextam Seniores perueniunt, reliquum inde tempus sectionem habet quintam, in qua qui agunt iam vocantur Senes. Hyppocrates verò in libro de die Natali, septem ætatis gradus constituit: & primum, anno septimo terminat, loquendo de Infantia. Secundum qui dicitur de Pueritia terminat spatio quatuordecim annorum; quę enim Pueritia duas partes habet. Altera, quę finem accepit anno septimo. Altera verò anno decimo quarto, sed pueri semper dicuntur illi, qui sunt impuberes minores quatuordecim annis, veluti fuit decisum à Rota in vna

Granaten. Cappellania Veneris 12. Ianuarii 1607. coram Marcomontio, quæ est in 2. par. recent. decis. 194. num. 3. Tertium gradum, qui est de Pubertate se extendit vsque ad annum decimum octauũ, quando Pubertas est plena, vt per *Doctores in l. infanti. C. de iure deliber. & in rubr. extra de delict. puer. Lucas de Peun. in l. 1. col. 2. C. qui ætat. lib. 10. Cassan. in consuet. Burgund. tit. des enfans, rubr. 6. §. 4. num. 15. & seq. & Rebuf. in l. pueri appellatio, in fin. de verbor. signif.* Quartum gradum, qui dicitur de Iuuentute constituit vsque ad annum trigesimum quintum. Quintum gradum, qui est de Virilitate, vsque ad quadragesimum secundum. Sextum gradum, qui est de Senectute, illum terminat anno sexagesimo primo. Septimum, qui est de decrepitate ad vitæ coronidem protendit, & in huiusmodi materia ætatis, videndus est *Farinac. in 2. par. praxis crimin. quæst. 92. tit. de pœn. temp.* vbi multa in proposito notanda inuenies, & *Grattian. lib. 5. discep. cap. 805. num. 43. cum aliis ibi alleg.*

2 Sed te veta ætas perfecta de iure cõmuni, est annorum viginti quinque, vt ait *Franch. decis. 650. num. 1. in 4 parte.* De iure autem Regni Neapolis est annorum quatuordecim in feudatario, siue sit masculus, siue sit fœmina.

3 Expeditus de diffinitionibus ætatum modo restat videndum, quomodo ætas sit probanda cum super ea sæpè difficultas oriatur. Vnde notandum erit, quòd probatio ætatis fieri debet cum causæ cognitione; aliàs in multis causis magnũ præiudicium produci posset; sed est benè verum, quòd cum ea sit difficilis probationis, igitur etiam coniecturis probari potest *Gratian. lib. 2. discept. cap. 313 num. 25.* & ita fuit dictum *à Rota in vna Veneta restitutionis dotis Veneris 13. Maii 1588. coram Card. Mantica, quæ est in eius impresi. dec. 25. num. 3. & coram eodem. in alia restitutionis dotis Mercurii 26. Aprilis 1589. quæ est in eius impresi. dec. 58. & Surd. dec. 75. num. 22. & idem Card Mantic. in dec. 124. n. 2.*

4 Amplia primò, id in tantum esse verũ, vt propterea ætas filiorum probetur ex libro patris, præsertim defuncti, cum aliis adminiculis; & eò magis, quando pater esset vir clarissimus, & integræ opinionis, & famæ, vt ait *Salicet. in l. minorem num. 10. C. de restitut. in integrum. Curt. iun. consil. 118. num. 8. Soccin. iun. cons. 3. n. 3. & seq. lib. 2. & Rota per Card. Mantic. in d. dec. 25. num. 6. & decis. 124. num. 3.*

5 Extende primò, quòd probatio tali modo facta de ætate, plenam, vel saltem plusquam semiplenam probationem inducit, adeò vt si aliquid ad perfectam probationem deficeret, tunc iuramentum in illius supplementum esset defertẽdum, vt concludit *Rota per d. Card. Mãtic. in dec. 58. ferè in fine.*

6 Extende secundò, huiusmodi ampliationem procedere, etiam quòd liber à testibus non esset recognitus, vt ait idẽ *Card. Mantic, in dec. 25. nu. 1. & d. dec. 58 n. 6. & 8. & dec. 124. n. 3.*

7 Et ratio est; quia non est opus, quòd testes deponant scripturam fuisse scriptã manu alicuius, & quòd eam viderint scribere, quando sumus in illis scripturis, quæ alijs absentibus scribi solent, vt in hac materia contingit, & veluti fuit ita decisum *in d. dec. Card. Mantic. 25. n. 2.*

8 Restringe tamen, quòd ætas non ita facilè probetur, si de dissoluendo matrimonio spirituali agatur; quia tunc strictius proceditur, nec eo casu leuiores probationes sufficerent, vt ait *Gemin. in cons. 27. num. 7. in fine cum seq. & Rota in d. dec. 124. n. 1. coram Mantica.*

9 Amplia secundò, quòd ætas ex fide baptismi probetur, vt ait *Viuius in decis. 489. & Magon. decis. Lucen. 13. num. 7.* Dummodo tamen liber Baptismi sit ab Ordinario approbatus, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec. 1182. num. 1. idemque ait Polid. Ripa in sua obseru. 247. & Rota in Viterbien. fideicommissi Vener. 16. Febr. 1607. coram Coccino, qua est in eius impresi. dec. 334. num. 1. Verall. in dec. 314. n. 1. par. 1. idem Card. Seraph. in dec. 1138. num 2. & Rota dec. 15. num. 2. par. 2. iu recent. & ita fuit decisum in alia Vrbeuetana bonorum Vener. 9. Maii 1614. coram Dunozetto, qua est dec. 592. num. 2. par. 1. in recen. & penes Burat. in sua dec. 410. nu. 4. & in Romana nullitatis obligationis 16. Ian. 1626. coram Durano.*

10 Extende etiam, quòd fides Baptismi concurrentibus adminiculis probat, nedum ætatem; verùm etiam descendentiam

tiam, & similia, veluti fuit decisum in dicta *Viterbien. Fideicommissi Mercur. 19. Ianuar. 1605. coram Coccino Decano, & prius in Regien. Prioratus 29. Aprilis 1592. coram Card. Mellino, & in causa Aretina Cappellaniæ 10. Maii 1591. coram Comitulo, & in d. Viterbien. fideicomm. Lunæ 22. Iun. 1609. coram eodem Coccino, quæ est in eius impresse. dec. 482. num. 1. & Grat. lib. 3. discept. cap. 491. num. 18. & cap. 555 num. 20. cum aliis ibi alleg.*

11 Declara tamen, quòd ad hoc, vt fides Baptismalis super ætate veram probationem faciat, ea debet formiter, & parte citata compulsari, prout iacet. Et ratio est; quia communiter filij solent baptizari paruos post dies ab eorum natiuitate, & propterea verè ætas ex ea fide colligi non potest, veluti fuit decisum in *Tudertina seu Romana nullitatis obligationum Lunæ 1. Iun. 1615. coram Buratto, quæ est apud Picum ad Statuta Vrbis dec. 64. num. 1.* & *prius in Catanien. Canonicatus 14. Iun. 1613. coram eodē Buratto, & per Gregor. dec. 359. & ibi per Addent. & in Toletana Cappellæ 18. Maii 1615. corā Pirouano, & in Aesina bonorum 17. Maii 1617. coram Andrea.*

12 Contrarium tñ, si à parte non fuisset oppositum; quia tunc licèt non fuerit recognita, & citata parte extracta, tunc recognitio non erat necessaria, cum Iudex parte non opponente possit adhibere fidem scripturis, etiam in formibus. Et ratio est; quia possunt quandocunque recognosci, vt ait *Rota dec. 487. par. 1. in recent. & Acchil. dec. 2. n. 7. de offic. deleg.* & fuit quoque dictum in *Romana Nullitatis obligationis Vener. 16. Ianuar. 1616. coram Durano & Card. Seraph. decis. 1407.*

13 Declara iterum dictam ampliationem esse veram, dummodo non simus in actu in quo ministerium notarij esset necessarium; quia tunc ille liber non probaret. At secus in his in quibus probatio absque Notario fieri posset, vtpotè per aliam quamcunque scripturam priuatam concurrente verisimilitudine, vt est in Parrocho Paruulos baptizante: quia tunc ille liber nedum ætatem probat; sed etiam mortem, excommunicationē, & similia, vt ait *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 155. num. 13. cum aliis ibi alleg.*

14 Subdeclara tamen prædicta procedere, dummodo hæc duo requisita quoq. concurrant; nempè primò, quando liber esset custoditus in Plebania, vt requiritur ad hoc, vt probet, vt ait *Caputaquen. dec. 314. num. 1. lib. 1. & Rota in Bellunen. Canonicatus 1. Apr. 1596. coram Card. Seraph. quæ est in impress. dec. 1182.*

Secundum requisitum illud erit, vt scilicet in calce fidei sit quoque inserta partita libri baptizatorum, prout iacet, veluti idem etiam seruandum venit in fide obitus alicuius, aliàs, neque ætas, neque mors ex fide alio modo facta probatur, vt ait *Rota in Vrbeuetana bonorum 25. Mart. 1615. coram Card. Verospio*, & in alia *Romana Nullitatis obligationis 16 Ianuar. 1624. coram Durano. & per Burattum dec. 11. nu. 5.* Immò quãdo mors, siue obitus per librum Parrochi probatur, q ille quoque probet obitū, ad effectum reseruationis, fuit dictum a *Rota in Catanien. Canonicatus Ven. 14. Iun. 1613. corã Buratto, quæ est d. dec. in eius impresse. 11. & ibi multa per Addentem, & dec 700 num. 4. par. 1. recent. & in Terulen. beneficii 7. Iun. 1610. coram Manzanedo. & in Leodien. Cappellaniæ 8. Nouemb. 1619 coram Vbaldo*, & vltimo loco in *Alben. Pecuniaria Lunæ 14. Ianuar. 1630. coram Motmanno*, & multò magis prædicta procedunt concurrentibus adminiculis, vt habetur in *additionibus ad Buratt. dicta decis. 11.*

15 Extende hanc subdeclarationem pari modo procedere in libris Episcoporum, Ecclesiarum, Ciuitatum, seu similium, qui non probant exactiones redditium, vel locationes, aut æstimationes, nisi quando sunt benè custoditi apud publicos officiales, ad hoc deputatos, cum alijs requisitis, de quibus per *Alexand. consil. 187. num. 2. vers. Confirmantur prædicta, Boer. dec. 165. num. 11. & seqq. & alij allegati à Gratiano ibi sup. nu. 14.*

16 Et ratio est; quia isti libri dicuntur sacrarium Ciuitatum, & Ecclesiarum; & propterea more sacrorum sunt custodiēdi, veluti dixi supra in verbo Aestimi liber, & ibi recurras.

17 Amplia tertiò, quòd ætas etiam ex aspectu probetur, vt ait *Ioseph. Ludouic. in sua decisione Perusina 25. Magōn. decis. Lucen. 66. & ibi in annot. vers. Minor autem ætas, in littera C. et in decis. 68. sub n. 7.*

et Rota

& Rota per Cardinalem Seraphinum in decis.283.num. 2.

18 Limita, & declara ampliationem prędictam super eo, quòd scilicet ætas ex aspectu per testes probetur, eam esse veram, detractis semper decem annis, iuxta stilum *Rotæ, veluti testatur Verall. in sua dec.131.n.2.& 3.p.1. quamuis Lauren. in sua decis. Auenionen. 64. n. 9.* dicat, quòd ista probatio ex aspectu sit dubia.

19 Extende huiusmodi declarationem procedere etiam, quando agitur de probanda ætate sepruaginta annorum, quæ pari modo ex aspectu non probatur, nisi detrahantur illi decem anni, iuxta prædictum stylum Rotæ, vt ait idem *Verall. in decis. 312. num. 1. par. 1. & in decis. 57. num. 2. par. 2.*

20 Amplia quartò, quòd ætas probetur ex publico instrumento, in quo illa enunciaretur, veluti fuit dictum in *Veronen. illegitimitatis Veneris 8. Martii 1591. coram Cardinali Mantica, quæ est in eius impres. dec. 133. num. 3.*

21 Amplia quintò, quòd ætas minor possit probari per dationem Curatoris, vt ait *Gratian. in sua decis. Marchia 134. num. 11. & Rota in Parmen. Status 10. Nouembris 1595. coram Cardinali Seraphino, quæ est inter crimin. Farinac. decis. 102. num. 4. & in eius impres. dec. 1155. n. 7. & Magon. dec. Lucen. 68. sub num. 7. & Gratian. mox allegan. num 11.*

22 Extende idem procedere in pupillari ætate, quæ ex deputatione facta de aliquo tutore probatur, veluti fuit decisum in *Romana domorum Veneris 28. Ianuar. 1616. coram Andrea, quæ est apud Statilium Pacificum de Saluiano decis. 96. num. 8. & 9.*

23 Extende secundò, quòd scilicet huiusmodi probatio ætatis probet, ne dum quo ad partes; sed ēt quo ad alios; & rō est; quia cū ista declaratio per Iudicē fiat; ideò pro eius decreto sēper est præsumēdum, & hanc opinionem in practica optimè valere, ait *Gratian. in dicto cap. 155. num. 1. & 2.* & illam esse communem, *ait Surd. dec. 100. nu. 9*

24 Declara tu tamen, quòd probatio minoritatis de vno tempore, non concludit de alio, cum simus in his, quæ tractu temporis mutari solent, & propterea si fuit datus curator de anno 1534. alicui minori, id non concludit, quod quis sit minor de anno sequenti, vt ait *Card. Seraph. dicta decis. 1155. n. 8* Et veluti in simili dicitur de datione curatoris vni, tamquam furioso, vel mentecapto, vt fuit decisum à *Rota in Romana successionis 19. Ianuar. 1629 coram Durano.*

25 Subdeclara igitur, q̄ sen̄tia lata super ætate in vno iudicio, probat etiam in alio, respectu illius ætatis de tempore, quo lata fuit; at secus, si de altero agatur, vt ait *Gratianus lib. 1. disceptation. cap. 155. num. 9. & 12.* & ita fuit dictum *à Rota per Burattum dec. 249 & in d. Romana successionis 19. Ianuarii 1629. coram Durano.*

26 Contrarium, quòd scilicet per dationem Tutoris, vel Curatoris non probetur ætas, fuit decisum à *Rota in vna Viterbien. fideicommissi Mercurii 19. Ian. 1605. coram Coccino, quæ est in eius impres. dec. 219. num 4.*

27 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat in præiudicium illius ad cuius instantiam fuit datus Curator; quia tunc eius ætas per dictam Curatoris dationem benè probatur, vt ait *Salicet. in l. minorem, in penultima quæst. de restitut. in integrum minor. Iacob. de Senis in l. de ætate num. 12. de minorib. Seraph. decis. 1155. num. 7. & Rota in Sartionen. 28 Ianuar. 1583. coram Clem 8.*

28 Secunda verò procedit, quando defectus ætatis ex aduerso obijcitur; quia vbi coprobatio ætatis requiratur pro fundamēto intentionis, tunc illud plenè est probandum, vel saltim semiplenè, quando solum defectus ætatis esset ex aduerso obiectus, vt ait *Rota in decis. 1162 n. 3. & 5 par. 3. diuers.* Item dicta secunda opinio procedit, q̄n concurreret præiudicium tertij, siue in his in quibus certa ætas est necessaria vt ait *Anton. Faber in dec. 55. de prob. & Rota in 2. p. rec. dec. 132 num. 2.* Quia illis casibus per dationem Curatoris non probatur ętas.

Et prædicta quę fuerunt dicta super probatione ętatis minoris per dationē Curatoris, extende procedere ēt in probando alicuius dementiam, ad quam præsumendam valdè vrget datio Curatoris alicui, vti furioso, vel mentecapto, vt dicunt *DD. allegati ab adden. ad decis. Burat. 249.*

num. 14. & ita quoque fuit decisum à *Rota in Rom. successionis* 19. *Ian.* 1619. *coram Durano*.

Sed declara tamen, id procedere respectu illius tẽporis, quo fuit datus curator; At secus respectu præcedentis, & subsequentis; veluti quoque ex ea curatoris datione non infertur, quòd ille, cui datur sit prorsus demens, & à mente omninò alienus; veluti requiritur ad annullandam alicuius furiosi dispositionem, cum curator detur, etiam habenti dilucida interualla, sed in hoc, vt sciatur; quando quis habuerit dilucida interualla, & quando dispositio fuerit facta ab vno, dum ea habebat, dixi in *conclusione* 47. *num. quinto*, *fol.* 324. sed nota tamen, quòd tẽpore induciarũ curatoris officiũ quiescit, vt ait *d. addens ad eam dec. Burat.* 249. *sub num.* 14.

29 Amplia sextò, quòd ætas probatur per testes, veluti fuit decisum in *dicta Viterbien. fideicommissi Veneris* 16. *Februarii* 1607. *coram Coccino*, *qua est in eius impress. decis.* 334. *num.* 1. *& in alia Parmen. Status* 10. *Nouemb.* 1595. *coram Card. Seraph. qua est inter crim. Farinac. decis.* 102. *num.* 5. *& decis.* 226. *penes eundem*, vbi docet quomodo testes deponere debent ad probandam ætatem.

30 Fallit tamen primò, quando testes negarent se natiuitati fuisse præsentes, veluti fuit decisum in *Rom. locorum Montium Mercurii* 13. *Nouembris* 1613. *coram Vbaldo*, *qua est in par.* 1. *recent. decis.* 525. *num.* 3.

31 Quod secus igitur esset, si testes dicerent se fuisse præsentes natiuitati, etiã quòd postea interrogati annum ignorarent; quia tũc censentur ignorare annũ Domini; non autem dinumerationem temporis, vt fuit decisum à *Rota in alia Constantinen. Canonicatus Luna* 4. *Iunii* 1610. *coram Coccino*, *qua est in* 2. *par. recent. decis.* 296. *& inter crim. Farinac. est decis.* 231. *in fin.* quod enim eò magis corroboratur, ex illa *decis. Card. Seraph.* 283 vbi habetur, quòd ætas, etiam per famã probatur; licèt sit benè verũ, quòd ibi ait, huiusmodi probationem ætatis per famam, esse diuersam ab illa, quæ fit ex aspectu, cum probatio isto modo facta sit (vt superius dixi) valde dubia, & veluti ait *Laurent. in dicta decis.* 64. *nu.* 9. Secus tamen esset, quando testes deponerent de iudicio suo; quia tunc probarent ætatẽ, si tñ ratione cõcludentem per sensum corporis redderẽt, vt ait *Rota in d. dec.* 231. *num.* 5. *inter crim. Farinac.* & ibi declaratur quomodo hæc conclusio procedat.

32 Contrarium, quòd scilicet ætas non probetur per testes deponentes de auditu, fuit decisum in *Romana locorum Montium Merc* 13. *Nouemb.* 1613. *coram Vbaldo*, *qua est in* 2. *par. recent. decis.* 483. *num.* 4. quæ videtur contraria illi *Card. Seraph. superius allegatæ* 283. vbi ait testes de auditu ætatem probare; Cõcorda tu igitur, vt prima opinio procedat, vbi agitur non de contractu annullando, & similibus; quia eo casu probatio deberet esse magis concludens; secunda verò quando secus, sed in hac materia videndus est *Mascard. de probation. conclusione* 666. *cum pluribus sequentibus*, *& ibi multa notanda inuenies*.

33 Amplia septimò, quòd probatio ætatis totaliter perfici potest, si concurrat testificatio patris cum iuramento; veluti dicitur etiam de filiatione, quæ pari modo ex scriptura, & annotatione per patrem in eius libro facta, probatur, vt ait *Rota per Verall. in sua decis.* 314. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. & eò magis id procedit, quando pater esset vir clarus, & bonæ qualitatis, & famę, vt ait *Card. Mantic. in sua decis.* 25. & *decis.* 124. & *Rota in alia Tridentinen. Canonicatus Mercurii* 10. *Decembris* 1608. *coram Iusto*, *qua est inter criminal. Farinac. decis.* 262. *num.* 3.

34 Et licèt quoque sit verum, quòd assertio matris ętatem filij probare videatur; nihilominus nota, quod non ita sufficienter probat, veluti fuit decisum in *Romana Tutela de Ceulis Luna* 20. *Iunii* 1588. *coram Gipsio*, *qua est inter crimin. Farinac. dec.* 34. *num.* 5.

35 Contrariũ, quòd scilicèt assertio Matris super ætate suffragetur, fuit decisum in *Aquen. irregularitatis* 14. *Maii* 1607. *coram Card. Caualerio*, *qua est in* 2. *parte recent. decis.* 200. *num.* 3. & *Mogon. in dec. Lucen.* 13. *in annot. in litt.* C.

36 Amplia octauò, quòd ætas minor probetur ex assertione Iudicis aliquam pupil-

pupillam nuncupaueris, dum ei curatorem deputat, ad ipsiusmet pupillæ instantiam *Alexander cons. 54. lib. 7. & cons. 92. num. secundo, lib. 5. Cott. in memor. in verbo decretum Iudicis, Menochius de præsumption. præsumpt. 50. num. 44. & Rota in vna Strigonien. Legati Lunæ 27. Ianuarii 1589. coram Cardinali Platto*, & veluti dixi superius *sub num. 26. & sequenti*.

37 Limita tamen, quòd hæc assertio Iudicis, sine adminiculo, non sufficit, vt ait *Rota ibi supra coram eodem Cardinali Platto, cum ibi alleg.*

38 Quinimmò, quòd cognitio ætatis, arbitrio Iudicis sit remittendum, ait *Magon. in decis. Lucen. 13.* & *ibi in annot. in verb. Fide baptismatis*.

39 Amplia decimònonò, quòd minor ætas probetur, quando quis Iuramento se maiorem dixit, & postea fuit detectus minor; sed si in illo contractu minor agebat de lucro captando, tunc non restituitur in integrum, veluti fuit decisum in vna *Maceraten. Census Mercur. 14. Maii 1614. coram Dunozetto, quæ est in prima parte recentior. decision. 599. num. 2.* Et ratio est; quia nemo aduersus proprium dolum est audiendum, vt ait *Rota ibi supra*.

40 Secus autem, quando minor (verbi gratia) causa donationis se maiorem dixisset, cum appositione iuramenti; quia tunc, cum ibi tractaretur de damno euitando; idcirco non excluderetur à beneficio restitutionis in integrum, aduersus minorem ætatem, absque quòd iuramentum obstet; quia ea facilitate, qua quis inducitur ad se maiorem dicendum, eadem quoquè inducitur ad iurandum, vt ait *Marc. Anton. de Amat. in decis. Marchia 33.* Et veluti fuit decisum *in Romana donationis de Cappis 5. Iunii 1602. coram Card. Pamphilio*.

41 Sed in hoc addas tu pulcherrimam distinctionem, quam tradit *Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 83. num. 3.* & *Soccin. iun. cons. 3. num. 27. lib. 2.* vbi dicunt, quòd iuramentum dupliciter præstari potest, videlicet, Verbo tantum, aut manibus tactis scripturis; vndè si iuramentum præstatur in primo casu, tunc minor maior repræsentatur, sed contrarium probari potest, per instrumentum publicum, nec isto casu perdit beneficium restitutionis in integrum; Si verò iurauit tactis scripturis, tunc vltra quòd iuramentum illud eum tanquam maiorem repræsentat, validatque contractum, aliàs ratione minoris ætatis inualidum; deinde perdit etiam beneficium restitutionis in integrum, vt dicunt *Doctores superius allegati*.

Sed quòd re vera possit minor dare de nullitate contractus; licèt se maiorem se iurauerit, si tamen solemnitates non fuerint seruatæ fuit resolutum à *Rot. per Card. Caualerian sua dec. decis. 237. n. 1. & in Rom.* Nullitatis obligationis *31. Ianuarii 1625. coram Merlino, & in eadem 16. Ian. 1626. coram Durano*, quod quideni procedit etiam, si duplex iuramentum intercessisset, nempè assertorium, & promissorium, ex ea ratione, quam mox dixi sub *num. 40.* & veluti fuit decisum *à Rot. in Romana de Cappis coram Card. Pamphilio, quæ est decis. 54. num. 3. par. 1. in recent.* & apud *Picum ad statutum decis. 5. num. 2.* & *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 63. num. 1. & 5.*

42 Hucusque fuit dictum, ex quibus ætas probetur, vel non; Modo restat videndum à quibus ea sit probanda, & propterea opus est dicere, quòd cum quilibet tempore contractus maior, & non minor præsumatur, nisi de contrario appareat, vt pluribus modis exemplificando tradit *Surd. in decis. 75. num. 14.* Igitur minor ætas erit probāda per eum, qui eam allegat, veluti fuit decisum in *Rom. locorum Montium, Mercurii 13. Nouembris 1613. coram Vbaldo, Surd. decis. 75. num. 9.* & *decis. 133. num. 20. Put. decis. 196. lib. 1. Caputaq. decis. 128. 129. 130. 131. & 311. 312. & 315. par. 1.* vbi agit de ætate in coadiutoria narrata, idem pulchrè ait *Puteus in decis. 292. lib. 1.* & *Rota in Parmen. status 12. Februarii 1596. coram Card. Seraphin. quæ est in eius impress. decis. 1169. num. 2. & Franciscus Marcus decisio. 898. par. 1.* & *Rota decis. 483. num. 2. par. 2. recentior.*

43 Vndè ex hoc inferri potest, quòd si contingat narrare, verbi gratia, in supplicatione coadiutoriæ aetatem ingrauescentem, tunc ea debet ve-

rificari in anno sexagesimo octauo; quia illa dicitur ætas ingrauescens, & sic quis ob eam senio confectus censetur, vt ait *Rota per Veralum in decis.* 311 *num. primo parte prima*; Secus autem, si cum ætate igrauescente concurreret etiam infirmitas; quia tunc ætas verificatur in annis 60. nam habemus, quòd ætas, & morbus in hoc casu à pari procedunt, & ideò propter vnam, & alteram coadiutoria prædicto modo conceditur, vt ait idem *Veral. in decis.* 130. *num.* 3. *& decisione* 315. *num.* 1. *in parte* 1. *cum aliis ibi per eum alleg.*

44 Amplia primò, conclusionem superius firmatam procedere, etiam si asserés se esse certæ ætatis solùm instaret pro ab solutoria, quando tamen Aduersarius, qui venit ex alio titulo illam aliàs iustificauit, vt ait *Put. in dicta decis.* 292. *lib.* 1. Et ratio est, quia ætas expræssa in gratia vti pars gratiæ per impetrantem venit verificanda, vt ait *Rota per Verall. in sua decis.* 313. *num.* 1. *par.* 1. Secus autem, quando quis (verbi gratia) impugnaret electionem ex defectu ætatis; quia tunc onus probandi eã impugnãti incũbit, vt ait *Alexander in consil* 149. *colum. fin. vers.* 5. *& Puteus in dicta decis.* 292. *in vltimis verbis.*

45 Contrarium autem, quando quis instaret pro absolutoria tantùm à petitis; quia tunc indistinctè ætatem probare non tenetur in sua gratia non compræhensam, etiam si ex aduersò negetur, & ratio est; quia cum de ea non fuerit facta mentio in gratia, tunc ille habilis ad illum effectum præsumitur, ita quòd opponenti eum non habere legitimam ætatem, onus probandi incumbit, vt dicunt *Doctores allegati à Garzia de benefic. in parte sexta, capit.* 2. *num.* 184. *cum ibi alleg.*

46 Amplia secundò procedere, quando certa ætas absolutè narratur sine dictione, (vel circa) quia tunc narratiua omninò verificari debet; Aliàs gratia esset nulla, vt ait *Rota in decis.* 121. *par.* 2. *diuersor. & Cas. de Grass. in decis.* 66. *aliàs* 2. *tit. de probat. cum ibi alleg.*

47 Amplia tertiò, quòd in omni eo, quod quis aliquid petit, ad quod obtinendum requirirur certæ ætatis verificatio, tunc illud onus probandi ætatem petenti incumbit, vt suç intentionis fundamentum, vt ait *Rota in decis.* 1. *de præsumpt. in antiq. & in nou. decis.* 19. *de restitut. spoliat.*

48 Infertur primò, id quoque obiter procedere in impetrante prioratum monachalem, ad quem cósequendum expræssa professio requiritur, quæ enim professio si negetur eam impetrans probare tenetur, vt ait *Bellamer. in sua decis.* 76. *cum ibi alleg atis.*

49 Infertur secundò, quòd si filius vti patrimonialis agat, debet se probare talem, vt ait *Rota in decis.* 1162. *par.* 2. *diuers. Verall. in decis.* 308. *num.* 2. *par.* 1. & *decis.* 289. *num.* 1. *par.* 2.

50 Fallit tamen, quando ętas ex aduersò non negetur; quia tunc eam probare non erit necesse, vt ait *Rota in dicta decisione* 1162. *par.* 2. *diuersorum, & Bellamer. in dicta decis.* 76.

51 Quinimmò nota, quòd quando ætas negatur, tunc ad eam probandam semiplena probatio sufficiet, vt ait *Rota in dicta decis* 1162. *& Put. in decis.* 196 *lib.* 1. vbi ait, quòd tunc sufficit ætatem ex coniecturis probari *Bart. & Bald. in leg. cum te C. de probation. & Alciatus in tractat de præsumption. præsumptione* 14. *pagin.* 240. *cum ibi alleg.*

52 Contrarium tamen concludit *Rota in dicta decis.* 1162 quando probatio ætatis pro fundamento intentionis requiritur, quia tunc plenè est probanda.

53 Declara tamẽ, quòd ad probandas habilitates narratas, tunc sufficit semiplena probatio, vt ait *Bellamer. in decis.* 76 *ad fin. & decis.* 113. & 114. vbi ait probationem summariam sufficere in impetrante, qui dixit se esse magistrum, vel præceptorem in supplicatione, *Capusaq. in decis.* 277. *par.* 1. Et *in decis.* 312. 314. *&* 315. *dicta par.* 1. docet quomodo ætas probetur, veluti dicunt etiam *Mohed. in decis.* 118. & *decis.* 148. *Bellamer. decis.* 114. & *decis.* 675. *Guidopap. in decis.* 141. & *Rot. in decis.* 8. *de caus. possess.* & *propriet.* & *in vna Ciuitaten. Scolastici Canonicatus* 19. *Maii.* 1597. *cor Card. Pãph.* Secus aũt, si essemus in infirmitate in coadiutoria exprẽssa, quę debet plenè, & cócluderet probari; nisi tñ fuisset semel probata, aut ageretur de secũda coadiutoria; quia tũc leuiores probationes sufficerẽt,

vt

vt ait Rota per Cardinalem Seraph. decis. 262. num. 1. & in Vlixbonen. Quartaria 13. Iunii 1625. coram Coccino, Vndè ad id erit notandum, quòd quãdo coadiutoria prætenditur, ob infirmitatem, tunc ea est probanda talis, quæ per se corpus aggrauaret, fine spe probabili futuræ prosperitatis, & valetudinis, & in summa talis, quæ perpetuum impedimentum præster, licet etiam cum aliquo quietis interuallo, & rõ ea est, quia coadiutoria cum futura successione, vti à iure communi exorbitans non debeat concedi, absq; vrgenti necessitate, & quando causa non fuerit prius diligenter examinata, iuxta S. *Conc. Trid. in sess. 25. cap. 7. de reform.* & *const. Pauli IV. vt fuit dictum in Giennen. Thesaurariæ Lunæ 21. Iun. 1621. coram Buratto*, & *est decis. Caputaq. 240. num. 2. par. 1.*

54 Verũ quia multòties quis ob defectũ ætatis fit dignitatum incapax, & beneficiorum, propterea bonũ erit scire, quòd ad obtinendum beneficium simplex, absque dispensatione ætas debet esse 14. annorũ ex dispositione *Sac. Conc. Trid. & vt dicunt DD. mox citandi*.

55 Ad obtinẽdũ aũt Canonicatũ sine dispensatione, ex eiusdemmet Conc. prouidentia requiritur ætas non minor 22. annorum, veluti fuit decisum in *Bellunen. Canonicatus Lunæ 19 Iunii 1595. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1138. num. 1.*

56 Fallit tamen in Canonicatu pœnitentiario; quia tunc ætas debet esse quadraginta annorum, vltra gradum doctoratus, siuè licentiam in Theologia, vel iure Canonico, seù aliàs aptior pro loci qualitate reperiatur, vt ait *Garz. de benef. cap. 4. par. 7. num. 32.*

57 Contrarium licèt teneat Sanctus Gregorius, qui ait huiusmodi ætatis defectum non obstare, quando alter aptior pro loci qualitate non reperiretur in Ciuitate, vel diœcesi, qui esset cum qualitatibus requisitis; quia non est quærendum pro tali extra diœcesim; animaduertendo, quòd dicta ætas 40. annorum debet esse completa *Garzias ibidem num. 33. cum ibi allegatis.*

58 Extende, quòd illa ætas quatuordecim annorum, quæ requiritur in beneficio simplici, eadem quoque requiritur in habenda pensione, iuxta dispositionem *Sacri Concilii, vt habetur in cap. 1 vbi beneficium*, &c. Licèt de iure antiquo sufficeret solum habere primam tonsuram, & septennij ætatem, veluti refert *Garz. de benefic. cap. 5. num. 127. cum seqq. in prima parte.*

59 Extende secundò, quòd eadem ætas requiratur, & sufficiat ad coadiutoriam à Papa concessam, vt ait *Caputaq. decis. 127. par. 1. Gonzal. glo. 5. §. 9. nu. 6. & 90. & Garz. de benef. in 7. par. c. 4. n. 90.*

60 Declara tamen non esse verum, quòd ætas quatuordecim annorum sit necessaria ad obtinendum simplex beneficiũ, sine pensione, si aliter in fundatione fuerit statutum, & re vera huiusmodi facultati derogatum non reperitur, iuxta declarationem *sac. Conc factam sub die 2. Iulii* 1579. & de hoc est *decisio* 482. *in fine in par. 1. diuersor. allegata à Gonzal. ibidem cap. 3. sub num.* 10. quem per te videre poteris in dicta *par. 7.*

61 Rursus animaduertas, quòd iuxta declarationẽ eiusdem Congregationis non est necessè, quòd obtinens beneficium simplex, sine pensione annum quatuordecim expleuerit; sed sufficit eum attingere, vt refert idem *Garz. ibi sup. in d. c. 4. nu. 11. & seqq.* & ibi declaratio Conc. extat per extensum impressa

62 Et quatenus ætas in beneficio requisita non concurrat, prouisio fit nulla, etiam in conscientia; immò licèt quoque in vna hora deficeret; quia in beneficijs tempus consideratur ad momentum; licèt secus sit, quòad ætatem ordinum, vt ait idem *Garz. ibi supra in d cap. 4. num. 82. & 84. in 7. par.*

63 Amplia, quòd etiam dicta ætas quatuordecim sufficiat incæpta tantum ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, etiam insignis, sicut ad alia beneficia; sed est benè verum, quòd ille interim non habebit vocem in capitulo, quod idem quoquè procedit in dimidijs portionibus Ecclesiæ Cathedralis idem *Garz. ibi sup. num. 39. & 40. cum ibi allegatis.*

64 Contrarium verò si essemus in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, siuè in illis portionibus, quæ habeant annexum ordinem presbyterij, aut Diaconatus, vel Subdiaconatus; quia isto casu per regulã decimã octauam Cancellariæ ex decre-

ex decreto Concilij statutum est, quòd nemo ad dignitatem Canonicatuum, aut portionem recipiatur, nisi ordine sacro requisito sit initiatus, vel in ætate ad hoc vt infra annum initiari valeat, vt animaduertit *Garz. dicto cap. 4. par. 7. num. 15. cum seqq. & Grat. lib. 3. discept. cap. 591. num. 1. & seqq.* & ibi ait, quòd non habemus certam determinatam ætatem in canonicatu obtinendo de iure communi, & propterea iuxta illius dispositionem, quilibet capax ad obtinendum beneficium simplex esset quoque capax ad obtinēdum canonicatum, qui adeò dicitur simplex beneficium, vt neque aliquem ordinem requirat; sed solum clericalem tonsuram habere sufficit, licèt tamen secus sit ex implicita dispositione Sacri Concilij dum in *sess. 24. cap. 12.* mandat, vt canonicatus oēs in cathedralibus Ecclesijs habeant annexū ordinē Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus.

65 Declara igitur, quòd neque defectus ætatis possit opponi illi, qui præsentatur ad beneficium simplex iurispatronatus, quando fundator dixit etiam minores 14. annis posse ad illud admitti, veluti fuit decisum in *Granaten. Capellaniæ Veneris 12. Ianuarii 1607. coram Card. Marcomontio, quæ est in 2. par. recentior. decis. 194. num. primo.*

66 In subdiaconatu verò hodie ex Concilio Tridentino ætas 22. annorum est necessaria, in Diaconatu verò ætas debet attingere annum 23. idem *Garz. in dicto cap. 4. par. 7. num. 21. cum seqq. & Card. Seraph. decis. 1138. num. 1. & Gratianus ibi supra num. 5.*

67 Aetas verò pro Sacerdotio debet esse viginti quinque annorum, iuxta *Text. in c. cum in cunctis §. inferiora de elect. Put. in decis. 393. lib. 1.* vbi quoque docet, quæ ætas sit necessaria in dignitate, & curata *Grat. ibidem num. 6.*

68 Contrarium, quòd scilicet ætas in Sacerdotio sufficiat esse annorum 24. completorum, & quòd solum sufficiat annum sequentem attigisse, ait *Garz. ibi supra in dicto cap. 4. num. 20. cum seqq.* & ibi declarationes Concilij in hoc inuenies.

69 Extende primò, quòd si quis in eadem ætate erit, poterit obtinere beneficia curata, & cætera Sacerdotalia habitu, etiam si prima tonsura fuerit tantum insignitus; Nā neq. requiruntur in eo quatuor minores, iuxta declarationem Concilij, quam habebis apud *Garz. in dicto cap. 4. num. 44. & seqq par. 7.*

70 Extende secundò, quòd istud tempus sit aptum ad promouendum ad dignitatem principalem in Collegiata, quando curam animarum habeat, idem *Garz. ibi supra num. 42.*

71 Extende tertiò, quòd eadem ætas illius, qui 25. annorū attingit, sufficiat ad promouendum aliquem ad Ecclesias parochiales, siuè beneficia curata, & cæteras quascūq. dignitates, quibus cura animarum subesset; aliàs prouisio esset nulla, vt ait idem *Garz. ibidem num. 41.*

72 Et quando dicatur curam animarum subire, vide *Text. in cap. dudum de electione & ibi DD. & in extrauaganti execrabilis, de præbendis, vers. quantum, & ibi Gloss. Nauar. cons. 4. & cons. 15. de præben. num. 2.*

73 Extende quartò, quòd licèt ad dignitates, & personatus non curatos sufficiat ætas viginti duorum annorum; nihilominus non sufficeret dicta ætas, quando illæ dignitates, & personatus haberent annexum ordinem presbyteratus; quia tunc illa viginti quinque annorum esset necessariò requisita, vt dicunt *DD. allegati à Garz. ibi supra num. 71.*

74 Extende quintò, quòd eadem ætas requiratur ad dignitatem Decanatus, Præpositturæ, & Archipresbyteratus, quamuis illis animarum cura non subsit, idem *Garz. ibi supra num. 75.*

75 Secus autem, si quis vellet ad alias dignitates, & personatus adscribi; quia eo casu sufficit habere viginti duos annos completos, iuxta declarationes Concilij, quas ponit idem *Garz. ibi supra n. 70.*

76 In promouendo autem ad Episcopatum, nota, quòd illa ætas triginta annorum completa est necessaria, & debet saltem esse ante sex menses in sacro ordine constitutus, veluti fuit sancitum à *Conc. Trid. in sess. 7. c. 8. & sess. 12. c. 2. & sess. 24. c. 1. de reformat. vt refert idem Garz. in præcitato loco num. 76.*

77 Extende, quòd illa ætas, quæ requiritur in Episcopis, requiritur eadem etiam in Cardinalibus, vt habetur in *cap. 1. in sess. 24. versic. ea vero omnia. & Garz. ibidem num. 78.*

Con-

78 Contrarium tamen venit dicendum ex constitutione Sixti V. de numero Cardinalium, ætate, tempore, qualitate, & officio, in vim cuius, Cardinalis fieri potest hodie Diaconus ille, qui sit in vigesimo secundo anno, vt animaduertit *Paleott. in 5. par. quæst. 1. de Sacri Consistorii consultatione, vt refert, & sequitur idem Garz. ibi sup. num. 79.*

79 In Abbate aũt requiritur ętas 25. annorum, & in Abbatissa 30. vt ait *Franc. Marc. decis. 1086. num. 5. par. 1.* & veluti dixi in verbo Abbatis, & Abbatissę electio.

80 In delegato requiritur annus vigesimus perfectus; quia vbi requiritur certa ętas annus vltimus debet esse completus, nisi aliud iure caueatur, vt ait idem *Franc. Marc. decis. 1398. par. 1.*

81 In Priore conuentuali illius ętas nota, quòd non debet esse minor vigintiquinque annis; in Rurali autem vigesimus annus sufficit, hic aũt obiter notandum est, quòd Prior Conuentualis loco Abbatis habetur, & ipse causas apostolicas vti Abbas recipere potest, vt ait *d. Franc. Marc. in decis. 1247. num. 1. & seq. p. 1.*

82 Prothonotarius verò vigesimum annum habere debet; sed si esset de sublimioribus, aut filijs, vel nepotibus Principum, tunc decimus sextus annus sufficeret; licèt tamẽ non possint gestare habitum, neque Rocchettum, nisi illi, qui vigesimum annum habent, quod tempus à Paulo Secundo fuit ita præscriptũ, vt refert idem *Franc. Marc. in decis. 1118 num. 4. par. 1.*

83 In Iudice autem ordinario, siue delegato, vel arbitro, quæ ætas requiratur, vide *text. in l. quidam, ff. de re iudic. & cap. cum vigesimum, de officio delegat. & l. cum lege, ff. de arbitr.* & ibi *Doctores.*

84 In teste in causa criminali ætas debet esse viginti annorum, & sufficit isto casu, quòd annus sit inceptus, & non completus, cum hic tractetur de interesse publico; quia vsus testimonij est frequẽs, & necessarius, vt ait idem *Franc. Marc. decis. 898. num. 1. par. 1. cum ibi alleg.*

85 In Procuratore aũt ad Iudicia, ætas debet esse vigintiquinque annorum, in eo verò ad negotia, ætas decem & septem annorum sufficit; veluti dicitur de Notario, qui debet esse ætatis annorum viginti quinque, cum sit officium publicum, vt ait *Franc. Marc. mox allegan.*

86 In Doctore autem, & Aduocato ætas ad minus debet esse annorum decẽ & octo, vt ait dictus *Franc. Marc. decis. 629. par. prima, licet in decis. 793.* dicat, quòd officio Aduocationis nullus gaudeat, nisi prius scientiæ legali ad minus per quinquennium operam nauauerit; sed hodie in huiusmodi exercitijs distinctio ętatis fieri non solet in Curia.

87 Animaduertendo prætereà, quòd ætas à natiuitate, non autem à conceptione commensuranda venit, vt ait *Garzias dicta par. 7. cap. 4. num. 89.*

88 Hucusq. vidimus ex prædictis in hac materia ætatis, quòd scilicet ea in multis nocet, ex infradicendis autem videbimus, quòd illam et in pluribus iuuat, & præsertim in delictis, in quibus plerumque ætas excusat, vel saltem delictum minuit, vt ait *Farinac.* per me mox allegan. & veluti testatur *Clar. in sua dec. siue quæst. 60. num. 1.* vbi refert, quòd quidam pueri, qui se ab alijs carnaliter cognosci permiserant, fuerunt fustigati tantum, non autem flammis combusti.

89 Extende primò, ætatem adeò in delictis iuuare, vt propterea quidam puer annorum vndecim, qui licèt habuisset accessum ad vnum canem contra naturam, & emisisset semen, ipse tamen fuit liberatus tanquam doli incapax, veluti testatur *Rubin. in dec. 80. quem sequitur Gomez. in cap. 1. de delict. num. 6.*

90 Extende secundò, quòd ob ætatem minorem quidam captus pro enormi delicto contra naturam præcedentibus indicijs, & qui sponte confessus fuit delictum, tñ postea per eius aduocatum petita restitutione in integrum, & ea per iudicem concessa, fuit liberatus, veluti testatur *Coppin. in dec. 93. cum ibi alleg.*

91 Extende tertiò, quòd licèt maior quatuordecim annorũ, minor tamẽ viginti, quandoque non excusetur; nihilominus ob ætatis imbecillitatem, semper mitius arbitrio Iudicis puniri debet; quia ætati, & imprudentiæ in omnibus iudicijs pœnalibus succurrendũ venit, vt refert *Rensner. in sua decis. 23. num. 12.* Item quòd minor ætas viginti quinque annor. pluribus priuilegijs dotetur, ait *Rebuff. super constit. Regni de restit. art. 1. glos. 3. quem allegat,*

allegat, & sequitur Magon. decis. Lucen. 13. num. 4. cum aliis ibi per eum alleg.

92 Quod amplia procedere, etiam si essemus in dispositione statutaria, siue alia cõstitutione pro cõtumace minorē habēte, sub quibus minor nō cōprehenditur, & quatenus cōprehēderetur, mitius tamē puniēdus veniret, quamuis ēt ille minor solitus delinquere esset, vel si essemus quoq; in delictis geminatis, & iteratis; Quinimmò neq; nisi uor Bullis Pōtificijs pœnā ordinariam minoribus, ad terrorem imponentibus, adeo subest, quin iudex possit, ac debeat sub peccato mortali illam rigorosam pœnam minuere, etiam si iudex iurasset statuta seruare, vt ait *Farinac in quæst. 17. num. 15. & seqq. in 1. par. sua prax. crim. & vt ait pulchrè Sforz. Odd. & alii allegati à dicto Farinac in 2. par. prax. crim. quæst. 82. ferè in fine* vbi ingēti charitate id iudicibus suadet, & pro prædictis faciunt ea quoque, quæ ait *idem Farinac. in par. 1. sua prax. crim. quæst. 11. num. 26. & ibid. in quæst. 23. num. 24.* in hac materia omnino viden. & ita ad fauorē D. Bernardi Barberij de Faușția fuit resolutū me scribente in Tribunali Auditoris Cameræ, licèt tū idem *Farinac.* dicat prædicta non procedere, quando statutum expræssè prohiberet iudici, ne pœnam minueret, vel alteraret *in sua quæst. 17. num. 68.*

93 Contrarium quidā tū dixerunt, quòd scilicet minori in vrbe pœna ordinaria irrogetur, & quòd pari modo minor verus contumax dicatur, quando pro confesso, & conuicto est declaratus, & quòd ptopterea statuta simpliciter loquentia minorem comprælıendant, vt ait *Garz. Mastril. decis. 161. & Marta in compilatione decis. in verbo bannitus tom. 2. cap. 15.* licèt contra hanc opinionem teneat idem *Farinac. in dicta 2. par. prax. quæst. 82. num. 42.* vbi testatur vti magis versatus, quòd in vrbe dicta opinio non sit vera; sed semper eum cōtrarium vidisse seruari; sed ego vtramque opinionem practicari in dicta Vrbe vidi; siquidem in crimine sodomiæ plures, qui non excedebant vigesimum octauum annum fuerūt furca suspensi, & postea igne combusti, ita dicto Farinaccio, vti generali Fiscali procurante. Licèt huiusmodi delicta secundum me, aut sub silentio essent prætereunda, aut potius eorum pœna esset secretò delinquentibus irroganda, vt potè, iuuenes in exilium mittendo; adultos verò ætate ad triremes perpetuò transmittendo, ne tanti sceleris participes impuniti remanerent.

94 Vndè si ego essem iudex circa dictarum constitutionum obseruantiam, hunc ordinem seruarem; nempè in primis qualitatē delicti considerando, deinde delinquentium ætatem, postremò eorum malitiam, atque solitum, siuè illorum insolitum in delinquendo; Nam si delictum de atrocibus esset, & in delinquēte maxima caliditas, & malitia detegeretur; veluti id ex natura ipsius delicti, & ex modo in eo seruato optimè dignosci potest; tunc absque dubio dicto minori delinquenti, siuè esset fictus, siuè verus contumax pœnam ordinariam iniungerem, & præsertim si annum vigesimum excederet, & delinquere solitus esset; secus verò vbi delictum non esset atrox, sed purum, & essemus in persona delinquere non solita; sed immò potius illius qualitas esset suauis, ac morigerata, necnon eius ætas esset minor viginti annorum; quia tunc illum, siuè verè, siuè fictè contumacem extraordinariè punirem, ex ea ratione; quia tales iuuenes ob eorum facilitatem dicuntur habere animum infirmum, & debilem; Nam facio ego maximum discrimen, quòd vnus excedat 20. annum, & propè ad vigesimum quintum accedat, & quòd vice versa quis illud tēpus nondum attingat, neque illud excedat, ob suprascriptam rationem; quia re vera si rectè consideremus hominum malitiam, adeò illa in omni genere delictorum creuit, & adeò sanguis in ea ætate feruet, vt propterea omnia ferè delicta à vigesimo anno, vsque ad vigesimum quintum soleant perpetrari, vndè rectè quidem ait *Psalm. In altitudine dies ego timebo Domine*. Quibus præterea addatur quòd cum plerumque ante illud tempus iuuenes vxorari non soleant; veluti faciunt ij, qui vigesimum quintum excedunt, tanquam firmiorem animum, & magis pacatum habentes; Nec per consequens in primo casu amor (verbi gratia) vxoris, & filiorum posset ita facilè eos ad delinquendum retrahere; veluti fieret in secundo, quando scilicet pater filiorum

liorum amore frui incæpisset, iuxta illud, quod ait *Aristot. in politicis* (*liberos tamquam Deos colere, ac venerari debere, & è contra*) veluti apud Delphos scriptum reperij (*Deos colendos, & parentes venerandos, & à delictis abstinendum fore*) Immò, qui hæc neglexerit, cõtra naturę, & iustitiæ leges aget, vt ait *Theophrast.* Quapropter cum plerumque (inquàm) delicta ab eo tempore viginti annorum vsque ad illud vigesimum quintum perpetrari soleant, idcircò minoribus intra illud tempus, non erit ita facile indulgendum, ratione frequentioris vsus in delinquẽdo, vti esset agendũ dicto tẽpore viginti nõdum adepto, & propterea intrat regula quòd vbi maius est periculum, ibi cautius sit agendum, & sic iuxta prędictam distinctionem semper ego procederem in huiusmodi materia delictorũ.

95 Rursus notandum erit, quòd in crimine paricidij in Vrbe patrati quidam iuuenis, qui erat minor viginti annis fuit ad furcas alligatus, dum maioribus ætare pœna ordinaria irrogabatur, & postea ad triremes more nobilis fuit transmissus licèt (*vt inferius dicetur vers. limita 3.*) nulla ætatis ratio habeatur in paricidio.

96 Extende quartò, quòd etiam senectus in delictis aliquando excusat, vt ait dictus Reusner. *in dicta decis.* 19. & *Gramat. in dicta decis.* 23. *num.* 11. *Misinger. centur* 2. *obseruat.* 54. *Gaill. obseruat.* 110. *nu.* 21. & *Thesaur. dec.* 61. Et propterea fuit ortum illud adagium, quòd veneranda sit senectus, vt ait *Cacheran. dec.* 123 & *Farinac. ibi supra num.* 37.

97 Contrarium licèt renuerit *Clar. in practicata quæst.* 60. *nu.* 3. vbi refert, quòd Senatus iussit fustigari quendam Senem furem ex longa ætate, & in furtis inueteratum.

98 Extende quintò, quòd minor foro iudicari non potest, vt voluit *Mastril. decis. Regni Siciliæ* 161. & id ob priuilegium minoris ætatis, vt ait *Garz. dec.* 49.

99 Extende sextò, idem procedere, & è conuerso, veluti in infirmo ætate, & sic in Sene, qui à pœna condemnationis in metallum liberatur, vt ait *Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 506. *num.* 8. Et quando Senes inter valetudinarios connumerentur, tradit idem *Gratian. decis.* 189. *num.* 5.

100 Extẽde, ꝙ ętas, quã est septuagenaria à tutela, & cura excusat, vt ait idem *Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 327. *nu.* 4. *cum ibi alleg.*

101 Extende septimò, quòd confessio minoris absque curatoris auctoritate, est nulla, *Afflict. decis.* 208. & *Ioseph. Ludou. dec.* 17. *Rota Lucen.* & *Rauden. dec.* 91.

102 Et propterea ex hoc infertur, quòd fatuitas, quæ minoritati assimilatur ea quoque à delicto excusat; quia isti quæque vident ignorant *Gramat. decis.* 2.

103 Extende octauò, quòd minor in delictis restituendus est, aduersus lapsũ anni dati ad se purgandũ, & ad recuperãdũ bona, vt ait *Boer. dec.* 63. *Farinac. vt infra.*

104 Quod tamen limita primò, in minore doli capace, vt fuit decisum à *Rota Pedemontana per Thesaur. decis.* 161. vbi quidam iuuenis ætatis annorum vigintiquatuor, qui alium alabarda deliberato animo occiderat, fuit à Senatu iussum eum ad mortem condemnari.

105 Limita secundò, quando essemus in delictis atrocibus, & propterea cum in Senatu Pedemontano inquisiti fuissent duo Iuuenes annorum 19. fuerunt ex illius voto, nulla habita minoris ætatis cõsideratione, furca suspensi, ex eò quia in via publica quemdam, pro pecunijs surripiendis occiderant, vt refert *Cacher. dec.* 90. & *meliùs Thes. in d. dec.* 161.

106 Limita tertiò, in crimine parricidij, in quo ob eius atrocitatem nulla ratio ætatis habetur, & ita fuisse decisum in *Consilio Neapol. testatur* Franc. *dec.* 230.

107 Limita quartò, in crimine nefando, in quo patientes tàm maiores, quàm minores pœnis ordinarijs puniuntur, vt ait *Rubin. in dec.* 321. licèt contrarium dicat *Farinac. quæst.* 92. *num* 85.

108 Sublimitat tamen primò *Thes. decis.* 220. dummodo minores patientes excedant ætatem viginti annorum; sed ego vidi in Vrbe contrarium seruari, vbi fuit irrogata poena furcarum, & postea ignis minoribus viginti annis, vt superius dixi.

109 Sublimita secundò, quando sponte; sed non coactè essent sodomitati, vt testatur *Caualcan. decis. Rotæ* Flor. 13.

110 Limita quintò in crimine stupri per minorem perpatrati, vt ait *Vincius in dec.* 76. quia in Regno Neapolis minor punitur arbitrio iudicis, pro delictis per eum patratis, vt est statutum in pragmatica de minoribus, & in proposito huius ma-

teriæ vide pulcherimam distinctionem Iosephi Ludouici dictæ *Rota Lucen.* 17. de quoadam puero ætatis annorum 15. inquisito, quòd carnaliter cognouerat quandam puellam ætatis annorum duorum, qui pudenda fregerat; ex qua enim fractione dicta puella decessit, & ob id fuit per Senatum cōdemnatus ille Iuuenis ad carceres per quadriennium, & deinde ad triremes in perpetuum.

111 Declara tamen, quòd illa pœna arbitraria Iudicis ad mortem non extenditur, si statutum, siue lex expressè non permitteret, vel nisi essemus in Iudice habente absolutum arbitrium, vel in Principe, siue quando delictum esset atrox, & qualificatum; aliàs secùs, & præsertim in delictis nondum consumatis, & in pœnis à Iure non expressis, fide quando essemus in Iudicibus inferioribus, iuxta tradita per *Farinac. in sua praxi crimin. quæst. 17. num. 34. cum pluribus seqq.*

112 Extende eò magis prædicta super ætatis habilitate esse vera, quando sumus in delictis, quæ sunt prohibita solum de Iure ciuili; non autem de Iure gentium, & naturali, vt pulchrè distinguit *Farinac. in sua praxi in quæst. 92. nu. 141. & seq. in 2. part. in hac materia viden.* vbi ait, quòd in primo casu minores excusantur & in integrum restituuntur, at secus in secūdò; licet ēt in primo casu, nēpè in delictis de Iure ciuili tantū prohibitis, nō excusentur, quando minores dolo delinquunt, & de eo clarè, & non præsumptiuè appareat, vt ait *Sforz. Odd. de rest. in integ. p. 2. q. 80. nu 62. & seqq.*

113 Rursus notandum est, quòd etiam ætas potest abbreuiari, seu suppleri; sed est bene verum, quod id, non nisi a Principe superiorem non recognoscente, concedi potest *Gratian. dec. 177. nu. 12. & Castr. in l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.* subdens non valere statutū disponens, quod maior 18. & 20. annis habeatur pro maiores 25. annis;

114 Contrarium licèt dicat *Salicet.* dum loquitur de statuto Pistoriensi in *l. 2. C. eodem tit.* in terminis tamen ciuilibus, & ibi distinguendo inter generalem, & specialem veniç concessionem; nam quando ætatis venia est generaliter concessa, tūc decretū Iudicis requiritur in alienatione rerū immobiliū; secus autem si specialiter esset concessa, super contractu alienationis; quia tunc illud decretum non esset necessarium, vt ait *Surd. in dec. 268. num. 1.* & quod praxis obseruet, huiusmodi ætatis veniam concedere, tradit *Rebuff. alleg. a Magon. in decis. 13. num. 6.* licèt *sub. num. 5.* dicat, quòd concessio veniæ semper in omnibus suffragatur, preterquam in alienatione immobilium, quæ sine solemnitate fieri non potest, subdēs id procedere etiam, quando quis sit in ætatis venia dispensatus *allegan. Rolan. cons. 7. n. 17. lib. 3. vbi alios allegat.* & *Corn. cons. 8. lib. 3.*

115 Sed mihi magis placet distinctio Surdi, dum ait, quod quando ætatis venia est specialiter concessa super aliquo alienationis contractu; tunc Iudicis decretum non est necessarium, & præsertim quādo huiusmodi concessio perueniret ab habente facultatem eam concedendi, vel id fieret ex concessione statuti, quod ex dispositione Iuris communis potest ætatem viginti quinque annorum restringere prout facit statutum Vrbis in *lib. 1. cap. 65.* a Summo Pontifice confectum, & eo casu illud statutum operatur, quia maiores 20. annis in quolibet actu pro maioribus reputenrur, nec tunc de statuti validitate dubitari potest, dum confirmatio summi Pontificis cōcurrat; aliàs secus, vt ait *Gratian. in addit. ad eius decis. 177. num. 1. & 2. & veluti fuit decisum a Rota in vna Florentina pecuniaria Mercurij 27. Ianuarij 1616. coram Pirouano, quæ est in 2. part. recent. decis. 776. num. 1.*

116 Extende, quòd ætas 20. annorum, iuxta statutum Vrbis, adeo sit ad omnes effectus perfecta, vt propterea ea etiam ad donandum sufficiat, vt ait *Gratian. lib. 3. disc̄ept. cap. 486. num. 4. & cap. 55. num. 3. cum ibi allegatis.*

117 Sed si fortè venia ætatis fuerit singulariter concesa, tunc ea debet publicari per proclama, ad hoc, vt omnibus innotescat *iuxta doctrinam Castrensis in dicta l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.* aliàs inconueniens esset, quòd ille deciperetur, qui sub auctoritate legis, vel Principis rescripto contrahit, vt animaduertit *Magon. in decis. Lucen. [illegible] num. 13.*

118 Vltimo erit notandum, quòd ætas durare præsumitur vsque ad centum annos *l. si. C. de*

ſatroſ.eccleſ. & *DD. allega ti ab addente ad deciſ. Buratt.* 675. *num.* 14. & propterea hinc fit, quòd ętas nō cōputatur, *iuxta l. hereditatum, ff. ad leg. falcid.* niſi in æſtimatione legati alimentorum, ob detractionem falcidiæ; at ſecus in contractibus inter viuos, vt ait *Afflict. in dec.* 34. *n.*2. *licet Molin. de primog. Hiſp. l.* 1. *c.* 19. *n.* 40 dicat, quòd æſtimatio dictæ legis, in alijs caſibus, quàm in eo legati alimētorū, nec omninò eſt ſequēda, neque omninò reijcienda, ſed benè iuxta qualitatē negotij, ac perſonarū, nec non dictæ legis diſpoſitionem, vt benè ait addens *ad Buratt. dicta deciſ.* 675. *ferè in fine, & ita quoque fuit dictum a Rota in Bononien. Saluiani* 25. *Iunii* 1629. *coram Cardin. Virili, & in alia Rom. domus de Caſtianis* 5. *Decembr.* 1629. *coram Pirouano.*

ARGVMENTVM.

AFFECTIO QVIBVS MODIS accipiatur in Iure, ac de eius effectibus.

CONCLVSIO LXXIII.

1 AFFECTIO, nota, quòd duobus modis in Iure accipitur, & prima eſt ea, quæ cadit ſuper beneficijs, ex eorum reſeruatione, ſiue per manus Pontificis appoſitionem; Altera verò ex beneuolentia hominis prouenit, & quæ ſuper rebus, atque perſonis cadit; & ea dicitur animi, & corporis, ex tempore aliqua de cauſa mutatio, vt ſunt gaudium, lætitia, miſericordia, cupiditas, beneuolētia, metus, moleſtia, & alia, quæ à nobis mō affectus, modo affectiones vocantur, & Greci eā Morbū vocent; hinc eſt, quòd affectare eſt nimio affectu, ac ingēti anxia quærere, Ariſtoteles *vero li.* 8. *Polit.* ait, quod affectio eſt raptus, & abſtractio animæ contra mores.

2 Verùmquia, quando ſumus in concurſu duarum affectionum, quarum vna Ius canonicum, altera verò Ius ciuile reſpiciat, tunc ſemper à digniori eſt inchoandum, vt eſt Ius canonicum *Doctor. in cap.* 1. *de oper. nou nunc.* Vnde hoc ſtante debemus in hac concluſione duas regulas conſtituere, ſed prius ſuper caaffectione diſcurrere, quæ ſuper beneficijs cadit, & ideò (vt ſuperius dictum eſt) illa inducitur, quando Papa manus apponit ad beneficium, ita vt eo caſu nullus alius inferior de eo amplius prouidere poſſit, niſi ſibi fuiſſet reſtituta poteſtas per decretum, & inhibitio ablata, vt ait *Rot. deciſ.* 10. *de præb. in nou.* & *in Oxomen. Archidiaconatus Luna* 10. *Martii* 1624. *coram Buratto*, & *vt ait Rota per Put. in ſua deciſ.* 180. *num.* 6. & 7. *lib.* 3. *Caſſad. deciſ.* 23. *nu.* 3. *de præb.* & *ita fuit quoque dictū in vna Ceneten. parrochialis Luna* 4. *Decembris* 1606. *coram Cardin. Marcomontio, quæ eſt in ſecunda parte recent. dec.* 190. & veluti dicam in verbo Appoſitio manus concl. 130.

3 Amplia primò, id tantum eſſe verum, quòd quando beneficium ſemel eſſet per commendam, ſiue alio modo affectum, ſemper durat affectum, donec de eo prouideatur, vt ait *Caſſad. in dicta deciſ.* 23. *num.* 2. & *Rota in deciſ.* 10. *de præb.* & *in extrauagant. Pauli II. incipien. ad* Romanum *de præb. Simonen. de reſeruat. q.* 64. *n.* 7. & 8. *Mandoſ. reg.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 9. & *Rota in recent. deciſ.* 144. *num.* 6. *par.* 2. *Put. deciſ.* 142. *num.* 1. *lib.* 1. & *veluti fuit deciſum in Pampilonen. Archidiaconatus* 29. *Martii* 1621. *coram Card. Caualerio* & *in deciſ.* 154. *num.* 5. *par.* 1. *recent. Caputaq. deciſ* 145. *par.* 1.

Subamplia ea, quæ fuerūt dicta de affectione beneficij, per manus appoſitionem inducta, adeò eſſe vera, vt propterea etiam gratia Papæ ſubreptitia affectionem inducat, quamuis eſſet ad fauorem certæ perſonæ, vt fuit dictum *à Rota per Burattum in dec.* 36. *num.* 4. & *dec.* 78. & *ibi in add.* ſed quomodo id intelligendum veniat, vide in verbo Appoſitio manus *concl.* 130. *ſub num.* 3.

4 Amplia ſecundò, quòd affectio peculiaris cadit ſuper beneficio manuali data ſcientia in Pontifice, quia tūc illud beneficium, pro illa vice, remanet affectum, in tantum quòd Ordinarius de eo prouidere non poteſt; ſed eſt bene verum, quòd quando poſtea vacat ad eius naturam manualem reddit; quia Papa non cenſetur velle eius ſtatum alterare, ſed præſumitur illud ſecundum ſuam naturā contuliſſe, vt ait *Felin. in cap. conſtitutus verſ.* & *ad hoc, de reſcript.* & *in cap.*

pir.

per tuas col. 3. & *seqq. de confirm. vtil. vel inutil Lap. alleg. 9.* & *alleg. 27. circa fin. Mil. in repert. vers. beneficium manuale propè finem,* & *Rota per Achil. de Grass. in decis. 272. alias 9. de prabend num. 8.* & *9.*

5 Declara igitur, quòd beneficia manualia regulariter sub generali affectione, vel reseruatione non veniant, & quando fiunt affecta, id contingit data scientia Pontificis; veluti quia vltima vice fuerũt ab eo comẽdata, licèt ob id non remaneãt ita affecta, quò minus adueniente vacatione possit Abbas, siue ordinarius de eis prouidere; & ratio est, quia ne dum, quando commenda cessat, cessat quoque affectio, vt ait *Franch. in cap. nemini col 3. de elect. in 6.* verùm etiam; quia (vt superius dixi) per huiusmodi commendationem Papę de beneficio manuali non censetur alteratus status beneficij; sed immò potius præsumitur illud, secundum naturam, qua prius erat, contulisse, vt ait *Achil. ibi supra num. 7.*

6 Amplia tertiò, quòd quando beneficia sunt duplici reseruatione affecta nõ comprælienduntur sub indultu concesso, vt ait *Caputaq. in dec. 85 p. 2. Aegid. dec. 425 Mandos. in prax. signat. Grat. in vers. Indultum conferendi in verb. An autē, Gonzal. super regula 8. glos. 13. num. 101.* & latissimè *fuit resolutum in vno voto in vna Cesenaten. facto coram Vbaldo,* & *Verosp.* vbi dixerunt, hoc etiã procedere, quamuis concurrerent clausulæ generales, & prægnantes; quia illæ ob id nunquam ea comprærhendunt, quæ Papa nõ esset de facili concessurus.

7 Sed est benè verũ, quod DD. in fine voti distinguunt inter duas reseruationes personales, seu coæquales; veluti si quis esset familiaris Papæ, & etiam Prothonotarius; quia tunc dixerunt indultum ad beneficia duplici reseruatione reseruata non extendi; secus verò, quando reseruationes essent dispares, vt pura realis, & personalis, vel vtraque personalis; sed vna esset alteri inferior; nempè, si quis esset familiaris Papæ, & Cardinalis; & isto casu dixerunt contrariam opinionẽ posse procedere, veluti in ijsdem terminis distinguit pulchrè etiã *Sarnen. reg. de impetr. benefic. vacant. per obit. q. 15. n. 7.* & *8.* distinguit quoquè in hoc, sed alio modo *German de indult. in §. cõmendare, n. 24.* & *seq.* scilicet inter indultarium, qui sit ordinarius collator, & alium, qui non sit collator ordinarius; in primo admittit indultum comprehendere etiã reseruata duplici reseruatione, cũ tale indultũ sit fauorabile; secus in secundo casu; & ad id notandum erit, quòd falsa expressio familiaritatis in litteris prouisionis gratiam non vitiat, si malitia non subsit, siue litteræ fuerint taxatæ, licèt in dubio expressio præsumatur dolosa in gratiosis; animaduertendo tamen, quòd falsitas sine commodo, & lucro committi non solet, vt ait *Cassador. in dec. 10. n. 1.* & *seq. de praben.*

8 Declara tamen primò, quòd affectio inducta per appositionem manus Pontificis cessat, ex perfectione gratiæ, vt quando esset signata supplicatio, quæ tunc esset sufficiens pro colore in possessorio recuperandæ, *vt ait Rota per Cassador. dec. 4. num. 4. de caus. possess.* & *propriet.* & *dec. 9. num. 1. de præben. Simon. de reseruat. quæst. 55.* & *56.* & *Sarnen. in regula de triennal. quæst. 30. num. 2.* & *3.* & *Rota in Oxonen. Archidiaconatus Lunæ 10. Martij 1614. coram Buratto.*

9 Itẽ quando gratia dicatur perfecta, ita vt, ob eam affectio cesset, tradit dictus *Cassad. ibi supra num. 2.* & *4. in d. dec. 4. de caus. pos.* & *propriet.*

10 Declara secundò, quòd scilicet affectio beneficij non inducatur ex gratia, quando ob non adimplementum conditionis suum effectum sortiri non potuit; & ideò si eo casu Ordinarius illud contulerit illius collatio valebit; quia appositio manus Papę facta ad vnum finem, non impedit prouisionem Ordinarij, si dictus finis cessat, *cap. cum cessante, de appellat.* & *ibi DD.* & *Gemin cons. 136. in fine* Secus verò, quando gratia subreptitia, vel nulla deregitur; quia tunc affectio in beneficio non excluditur, sed inducitur etiam, quòd prouisio esset facta ad fauorem certæ personę, vt fuit decisum in d. *Oxonen. Archidiaconatus lun. 10. Mart. 1614. coram Buratto,* & *prius in eadem coram eodem sub die 24. Ianuar. eiusdem anni, quæ est dec. 570. par. 1. in recent.* Quòd tamen intellige verum, quando prouisio non teneret, ob defectum personæ; secus autem si prouisio

fuisset

fuisset conditionalis, siue facta ex causa, vt fuit declaratum *a Rota in dicta O omen Archidiaconus 19. Nou. 1614. coram eodem Buratto*. Et ratio est: quia cum Papa numquam intendat præiudicare collatoribus ordinarijs, idcircò cessãte causa in gratia deducta, eadē gratia cessare debet, vt benè fuit deductum in *Barchinonen. præcedentiæ 23. Ian. 1602*. & melius *in Elnen. Canonicatus Ven. 11. Febr. 1628 coram Vbaldo iuniori*, & prius *in nullius Parochialis Castri Durantis Merc. 5. Mart. 1625. coram eodem*. & ibi fuit dictum affectionem cessare, ex quo causa erectionis collegiatæ non habuit effectum. Et in alia *Leodien. Canonicatus 28. iu. 1621. coram Remboldo*, fuit resolutum affectionem ex causa resignationis factæ in manibus Papæ cessare. ex quo dicta resignatio fuit nulla; licèt tamen secus esset, qñ nullitas ex ꝓpria culpa resignantis resultaret, veluti ob defectum non adimplementi conditionis; quia tunc talis cōditio haberetur pro adimpleta, in præiudicium resignantis, & per consequens ius adeò abdicaretur, à resignante, vt ob id beneficiū in Curia vacare diceretur, & sic illud affectū, & reseruatū remaneret. Secus autem veniret dicendum, quando resignatio euanesceret ex alia causa, quàm ex illa non adimplementi: quia tunc per huiusmodi resignationem ius à resignante non abdicaretur, neque per consequens beneficium fieret reseruatum, & affectum, vt fuit dictum in dicta *Leodien. Canonicatus coram Remboldo*, & ibi subiungendo ait, neque affectionem resultare ex resignatione simoniaca; quia per eam ius non abdicatur à resignante, etiam si esset pura, & sic beneficium non remaneret affectum, quia Papa non vult prouidere, nisi in euentum, in quem vacet per resignationem: vltra, quod affectio ad vacationem diuersam non porrigitur *vt ait Rota dec. 570. nu. 8. par. 1. rec. & Garz. de benef. par. 11. c. 3. n. 217.*

11 Quod enim extende procedere, quando Papa non apposuit decretum, sine quo affectio non inducitur, & nisi postquam Papa suam voluntatem Ordinario intimauit, *vt ait Cassador. in decis. 2. de vnion. cart. mihi 242. n. 11* vbi allegat *Ioan. Andr. Anchar. Domi. & Phil. in cap. si eo tempore, de elect. in 6.* & *Rota in d. Ceneten. Parochialis Luna 4. Dec. 1606. coram Card. Marcemontio.*

12 Declara tamen, quòd affectio semper difficilius remouetur, quàm reseruatio, & ideò quando reseruatio cessat, tamē remanet affectio, veluti fuit decisum à *Rota in Salamentina beneficij de Almenara Luna 20. Iun. 1605. coram Manzanedo, quæ est in recentior. dec. 144. n. 6. par. 2.*

13 Amplia quartò, quòd affectio in beneficijs contrahatur ex familiaritate Cardinalis, & multò plus ex ea Papæ, & propterea videmus, quòd ea Papæ semper facit cessare illam Cardinalis, cum lumen maius minus offuschet, *vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 251 per tot* olno viden. in hac materia.

14 Subamplia id in tantum esse verum, vt licèt familiaritas Cardinalis, vel Papæ esse desinat; nihilominus beneficia, quæ familiaris tempore familiaritatis obtinebat, remanent reseruata Papæ, *vt ait Cassador. decis. 23. num. 5. de præben.* licèt *Crescent. in sua decis. 18. al. 202 de probationibus* dicat, quòd per quinquennalem absentiam, quis desinat esse familiaris, sed meliùs dicam inferius de hac materia.

15 Declara tamen, quòd quando ageretur ad effectum reseruationis regulæ tertiæ, tunc familiaritas cum Cardinali esset plenè probanda, *vt ait Rota decis. 144. num. 1. part. 1. in recentiorib.* At secus si ad effectum iustificationis; quia tunc leuiores probationes sufficerent, *vt ait Rota decis. 645. num. 3. dicta par. prima in recent. or.* & *in 2. decis. 656. num. 8.* & *in Hidruntina Cappellaniæ 6. Aprilis 1617. coram Vbaldo*, & *in alia Regien. Cappellaniæ 2. Dec. 1619 coram Caramell Caualerio.*

16 Contrarium, quòd scilicet probatio non ita exacta requiratur, etiam quoad effectum reseruationis, sed quòd ex pluribus cumulatis probetur, ex eo, quia familiaritas sit difficilis probationis, cum de ea instrumenta non fiant, fuit dictum in *Auenionen. Archidiaconatus 9. Iun. & 3. Iul. 1618. cor. Burat.* & *idem ait Put. dec. 134. lib. 3.* licèt valde huic ꝓbationi cōferat ipsius Cardinalis attestatio, *vt ait Rota decis. 656 nu. 9. part. 2. in recentiorib.* quod tamen intelligo verum ad effectum iustificationis; quia tunc ea plene probaret: at secus si ad effectum reseruationis, *vt ait Rot. dec. 645. n. 3. par. 1. in rec.* Et præsertim vbi ageretur ad exclusionem prouisi ab ordinario, quia tūc familiaritas esset plenè probāda, *vt ait Rot. per Buratt. dec. 117. num. 9* neque isto casu statur assertioni Cardinalis, super probatione familiaritatis, & ad effectum reseruatio-

nis præiudicium tertij, idem *Buratt. dec.* 228

17 Declara tamen, quòd talis probatio ex eo verè resultaret, quando quis probaret seruitium per eum præstitum Cardinali, & ex parte Cardinalis victum, siuè partem inseruientibus dari solitam, cum (vt dici solet) ista familiaritas pane domini, & dente seruitoris contrahatur, *vt ait Rot. dec. 584. num. 3. part. 1. recent. & in Vlixbonen. beneficii de Azambuca. 7. Feb. 1618. coram Card. Pamph.* & *Buratt. dec. 117. & 228. n. 1.*

18 Subdeclara tamen inter familiares ad prædictum effectum non comprehendi quasdam personas, quibus Cardinales victum præbent, veluti illi, qui solùm Cardinalibus assistunt in cubiculo, siuè nell' Anticamera, & eos associando ad Capellas, & Concistoria, cum potius isti, vti consanguinei, vel ratione magnę amicitiæ, siue vti personæ benemeritæ, vel literatę à Cardinalibus domi retineātur, quàm vt seruitium principaliter præstent; Nā vltra cōmēsalitatem, est quoque probanda inseruiendi intentio, & ad aliquod seruitium deputatio, *vt fuit dictum à Rota in Vlixbonen. beneficii 6. Iun. 1614. coram Card. Pamph.*

Quamuis tamen ad habendam huiusmodi seruitij certitudinem, ad hoc, vt de familiaritate constaret, non est opus, quòd quis sit secretarius, siue domus, aut cubiculi pręfectus, sed solùm sufficeret, quòd sit ad seruiendum destinatus. Per simplice gentil' huomo, & vti familiaris Cardinali assistendo, illumque vnà cum alijs familiaribus associando ad Cappellas, & Concistoria, *vt fuit optimè dictum à Rota in Auenionen. Archidiaconatus 17. Februarii 1617. coram Buratto, & in eadem coram eodem 9. Iunii, & 3. Iulii eiusdem anni.*

19 Declara tamen, quòd ad id probandum multum facit liber Rotuli, vbi familiares regulariter solent describi, qui licèt de per se plene familiaritatem non probet, tamē iūctis adminiculis id plene probaret, *vt ait Rota decis. 406. part. 3. lib. 3. diuersor. & decis. 584. num. 11. part. 1. in recent.*

Extende, ꝙ probatio tali modo facta de familiaritate plenè probaret, etiam ad effectum reseruationis, *vt fuit dictum in Nullius seu Spoletana beneficiorum 20. Martii 1613. coram Nauarro, & in alia Valisoletana Cappellaniæ 17. Iunii 1623. coram Manzanedo, & per Gregorium Decimum quintum decis. 166. num. 1. & dec. 584. num. 11. part. 1. in recentioribus*, Veluti quoque è conuersò sumi potest ex illo Rotulo negatiuæ familiaritatis probatio, quando, scilicet quis non reperiretur descriptus in illo, vt fuit dictum in vna *Hispalen. beneficii coram Litta, quæ est penes Marches. tom. 2. fol. 468.* Licèt sit benè verum, quòd ex hoc non resultat plena negatiuæ probatio, cum liber Rotuli non sit de substantia, vel quia in illo describendo potest cadere error scribentis, licèt tñ id suppleret dictum aliorum testium deponentium eos in Rotulo non descriptos, pro familiaribus non existimari, *vt ait Rota decis. 619. num. 6. par. 3. lib. 3. diuers. & in dec. 684. num. 9 par. 1. in recent.*

Quinimmò, quòd testes etiam singulates admittantur ad dictam familiaritatem probandam, si tamen deponerent de aliquibus actibus in particulari, qui postca tenderent ad eam probandam in genere; fuit resolutum à *Rot. in vna Regien. Cappellaniæ 2. Dec. 1619 coram Card. Caualerio. & per Buratt. decis. 117. n. 23. & seqq* & ibi docet quomodo testes in hoc deponere debeant.

20 Declara pręterea, quòd semel probata familiaritate, ea semper durare præsumitur, nisi illius dissolutio probetur, *vt ait Rota in dicta decis. 584. num. 2. & decis. 645. n. 4. parte prima in recentior. & in secunda dec 656. num. 8. & in Vlixbonen. beneficii de Azambuca 7. Februar. 1618. coram Card. Pamphilio.*

21 Dissoluta autem censeretur familiaritas, quando familiaris, aut fuit à Domino licentiatus, siue ex se à seruitute discesserit, aliàs non sufficeret, si ipse absens fuerit per modicum tempus à Curia, vt fuit dictum à *Rota in dicta decis. 584. num. 2. & dec. 656. num. 8. & Calderin. in consil. 8. de offic. delegat.* Sed hic nota, quòd si forsan vnus obtineat beneficia dum erat familiaris vnius Cardinalis, & postea se conferat ad familiaritatē alterius, & in ea decedat; tūc familiaritas primi cessat per secundā, quāuis tamē cōsensus prioris, & nō secūdi sit necessarius, *vt ait Rot. per Card. Ser. dec. 1251. n. 21.*

22 Extende præterea, ea, quæ fuerunt dicta de huiusmodi familiaritate in tātum procedere, vt nedum beneficia ante familiaritatem Cardinalis obtenta dicātur reseruata; verùm etiam ea, quæ fuerunt obtenta durante familiaritate alterius, iam præ defuncti Cardinalis, iuxta tradita per

Gonz.

Gaz. de benef. p. 5. c. 1. n. 275. & in hac materia vide etiam addent. ad Burat. in dec. 255. & ibi præcipuè habetur, quòd ad effectum expediendi litteras gratis, tunc sufficienter familiaritas probata dicitur ex simplici attestatione Card. Vicecancellarij, si tñ nihil fuerit oppositum per expeditores, vt ait Achil. de Graf. dec. 4. n. 1. de probat. Rota dec. 170. n. 3. p. 3. lib. 1. diuer. & dec. 176. lib. 3 par. 3. diuers.

23 Modo ad secundam speciem affectionis, & sic ad secundam regulam deueniẽdo, dico, ꝙ illa ex beneuolentia oritur, & propterea ea non cadit erga incognitos, iuxta illud inuisa diligere possumus; sed non incognita, vt ait Surd. dec. 322. n. 43. & sic igitur dilectio non cadit in nondũ natos, vel saltim minor affectio cadit in nascituris, quàm in iam natis, vt ait Mangon. dec. Lucen 82. n. 33. Et hinc fit, qđ illi nondum nati, neq. mereri, neq. demereri de vno possunt, cum nõ entis nullę sint qualitates, Ang. in l. eius qui in prouincia, ff. si cer. pet. l. apud Labeonem, ff. de verb. sign. Alex cons. 196. n. 15. lib. 2. & Rota in vna Sabinen. fructuum dotis Lun. 26. Iunii 1606. coram Greg. quæ est in eius impresi. dec. 269. num. 5.

24 Extende ob id primò, quòd datio tutelæ, & legatum fauorabile factum non extenditur ad filios, quos pater habere ignorabat, vt ait Rom. cons. 231. n. 4. vers. vltimo quia, & Rota ibi supra.

25 Extende secundò, quòd affectio non cadit in fideicommissum vniuersale, vt ait dec. Pedem. 73. & Grat. dec. Marchia 54 nu 26. nec minus in pecunia cadit, vt ait Afflict. de sf. 269. num. 7.

26 Secus autem in rebus, & propterea nota, quòd licèt hæres teneatur seruare factum defuncti, & sic ob id non possit bona à suo auctore alienata vendicare; nihilominus id fallit, quando in re alienata, posset aliqua affectio considerari, vtputa si esset res antiqua maiorum suorum; quia tunc hæredi liceret eam vendicare, iuxta doctrinam Alber. in l fi. §. in computatione nu. 2. vers. Si autem emptori, C de iur. deliber. Gabr. cons. 125. sub nu. 12. lib. 1. Ludouic. Imol. cons. 138. sub nu. 4. & sequuta fuit Rota in Romana de Theodolis 10. Decemb. 1593. coram Card. Blanchetto, & de huiusmodi doctrina Alber. plura ait Rosental. de feud. in cap. 9. membr. 2. concl. 72. n. 8. & sub gl. in litt. F

sed quando affectus cadat in summa, & quantitate, ait Grat. lib. 1. discept. c. 70. n. 13. vbi ait secus esse ratione personæ, cui solui debet, vel loci in quo est facienda solutio, idem ait Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib 1. solut. 3. dub. 3. n. 3. cum seq fol. 11.

27 Sed est benè verum, quòd eam opinionem noluit firmare Rota in Romana, seu Tiburtina S. Angeli fideicommissi de Vrsinis 26. Nouembr. 1616. coram Andrea, sed reliquit in suspenso.

28 Licèt hanc secundã opinionem firmet Gratian. lib. 4. disc. c. 766. n. 25. vbi ait solã affectionem non sufficere pro auocatione rerum suorum maiorum; aliàs semper hæres posset dicere, quòd ob huiusmodi causam sua interesset rem alienatam vendicare, & propterea concludit, quòd in specie sit probandum damnum, & hæredis interesse, & causa debet esse vrgens, & magna, ob quam dictus hæres nolit stare facto defuncti in alienatione, per eũ facta, & eo non probato tertius emptor, (vt circuitus euitetur) non erit molestandus, vt ait Gabr. cons. 125. n. 12. vers. ideirco in feudis lib. 1. nec obstat huic opinioni doctrina Alber. in l. finali, § in computationem col. 2. C. de iur. delib. Quia Ludou. Molin. de prim. gen. Hisp. lib. 4. c. 1. num. 29. vers. Nec in hac re sequenda, est glos. 448. testatur opinionem Alberici in practica non seruari.

29 Has tamen opiniones hoc modo conciliare possumus, nempè, quòd prima procedat in feudis ob dignitatem, & decus, necnon iurisdictionem familię, ac cętera priuilegia, quæ potissimum ex retentione feudorũ in familia cõseruãtur; licèt ridiculum sit ea vẽdere, & postea nomẽ nudi tituli retinere, vt faciunt aliqui, qui potius in alijs risum excitant, quam quòd decus familiæ conseruent; quia de his dici solet, huc venit Dux talis bonæ memoriæ, siue infelicis recordationis. Secunda verò opinio procedit in cæteris rebus in quibus non ita facile huiusmodi affectio radicatur, Gratian. ibi supra, et alii ab eo allegati.

30 Sed primam opinionem tenendo, amplia eam procedere, etiam in domibus, & palatijs antiquis, quę valdè nobilitatem, & honorem familiarum demonstrant; & propterea videmus, quòd ius congruum in eis locum non habet, vt fuit dictum in Romana Palatii de Comitibus 16. Ianuarii coram

coram Card. Sacrato.

31 Sed in omnem euentum auocationis rei alienatæ, ob affectionem maiorum suorum; animaduertendum erit, quòd ad hoc, vt dicatur res suorum maiorum debet probari, quòd dicta bona essent vltra tritauum, vt in specie notat *Thes. dec. 99. num 6.* Et ratio est; quia maiorum appellatione illi vltra tritauum intelliguntur, cũ à tritauo infra parentes dicantur, *l. iurisconsultus, §. parentes, ff. de gradib. affin. Boer. dec. 13. nu 28 et 29. post glo. et Alber. in l. quicunque, §. parentes, ff. de in ius voc. et Gratian. in dicto cap. 766. num. 26. et seqq.*

32 Quæ enim affectio, seu dilectio rectè ex prima denominatione desumitur, & presertim, quando est facta denomine proprio, vt ait *Mazon. decis. Florent. 13. num. 16. et 17.* & propterea semper in dubio dispositio interpretatur ad fauorem primi instituti, contra secundo loco nominatum; quia ex parte testatoris maior affectio erga prius nominatum præsumitur, *Menoch. cons. 215. nu. 177 et 178. et cons. 333. nu. 32. Gabr. de hered. instit. conclus. 2. num. 22. Grat disc. 836. n. 1.*

33 Contrarium tamen ait *Gratian. dicto lib. 4. discept. cap. 646. num. 24. et 25.* vbi ait, quòd paritas affectionis æqualem tractatum, & dilectionẽ inducit in portionibus; etiam si nomen proprium, & appellatiuum concurrerent, ad nomen tamen indifferens, vt ait *Dec. et Soccin. allegat. à Gratiano ibi supra.*

34 Extende primò illã secundã opinionẽ quoque procedere in æqualitate coniũctionis, quæ testis inhabilitatem tollit, vt ait idem *Grat. lib. 3. discept. cap. 468. n. 18.* Et propterea videmus, quòd licèt frater non possit cogi deponere cõtra fratrem; nihilominus id fallit, quando essent duo fratres, qui insimul contenderent; quia tunc illius dictum valeret. Et id, ob parẽ affectionem in iure tolleratur, *l. Iulianus, ff. de testibus, l. non solum, §. de vno. ff. de rit. nupt. Bar. in l. qui testam. in § per contrariũ n. 119 ff. de test. Mars. de quæst §. ad q n. 6. et Menoch. de præsump præs. 53. n. 3. lib. 2. Rota dec. 342. p. 1. diu. et Put. dec. 118. lib. 2.* vbi ait, ꝙ frater potest testificari pro fratre, qñ est sanctimonia plenus, aliàs extra huiusmodi terminos, lex statuit fratrem à testimonio pro alio fratre esse repellendũ; ex quo iniuria illata vni fratri presumitur illata alteri, cum frater dicatur ferè alter & propterea aiebat D. Paulus, ꝙ frater si cum fratre in iudicio contendat, id apud infideles est, *Menoch. ibi supra num. 1.*

35 Extẽde secundò, ꝙ par affectio omnẽ dolum excludit, idem *Grat. lib. 1. discept. c. 100. n. 18.* Quod enim applicari potest præcedenti extensioni.

36 Et ideò nota, quòd si testator, ob affectionem in hæredes dixerit, ac si ipsi ex eo nati essent, tunc ista affectio facie eos esse filijs pares, & vti tales ad hæreditatem admittuntur, veluti fuit decisum in *Bonon. fideicom. de Pannolinis* 10. *Dec. 1610. coram Marcomontio; quæ est in recentior. dec. 266. par. 1. num* 7. & 8.

37 Declara, qđ licèt proximior in gradu censeatur magis dilectus, & sic præsumatur maior affectio erga descẽdẽtes suos, quàm ergo transuersales, *iux. tex. in l. generaliter, C. de inst. et subst. Roman. diffusè ait in cons. 134. incipien. pro declaratione, col. pen. vers. 2. idem, et Mazon. dec. Luc. 19. n. 2. et 14. et Grat. lib. 3. discep. c. 493 n. 14.*

38 Nihilominus id fallit in auo erga nepotem, qui per regulam illam, qđ. s. amor descendat, & non ascendat, & propter vlteriorem propaginem, q̃ de se Auus videt per nepotem, necnon cum per eius memoria in longius, q̃ per filiũ cõseruetur; hinc fit, ꝙ magis nepotem, q̃ propriũ filiũ auus diligere cẽsetur, ꝙ tñ *restringe* procedere in descẽdẽtib. ex masculis, vt pulchrè ait *Magõ. dec. Flor. 13. n. 18. et seq. & in d. dec. 19. n. 14. Rot. Lucen* ait ꝙ illa opinio, ꝙ. s. maior affectio sit in proximio rescõiter reprehẽditur, ex ea ratione motus; quia affectio ne dum consideratur secundum naturam; verùm etiam secundũ legem, vt ait quoq. *Gabr. cons 86. n. 89. vide Mascar. cõcl. 67. in ver. Affectio, et Surd. dec. 73. n. 6. et dec. 205. n. 3. et dec. 273. n. 5.*

39 Declara tu tñ amorẽ descendere, quoad ordinẽ dilectionis; secus aũt, quoad effectũ obligationis, vt ait *Rot. dec. 94. n. 14 p. 2. nouiss.* Et rõ est; quia pater habet in sanguine pignus cũ filio, quod non est in nepote cum Auo; & propterea si vterq. in necessitatibus reperiatur constitutus, tunc pater potius filio, quã nepoti succurrere tenetur; quia iuxta Philosophum, semper potentius operatur materia proxima, q̃ remota, & mediata; licèt in tali casu melius esset, si vna pars subuentionis vni tribueretur, alia alteri, veluti latè dixi in verbo Alimenta, vbi recurras.

ARGV-

ARGVMENTVM.

AFFECTVS QVANDO PVNIATVR etiam non sequuto effectu, & quando non.

CONCLVSIO LXXIV.

1 AFFECTVS est, vt ait *Zeno*, irrationabilis, ac redundans animæ commotio in animi naturam irrumpens, & secundũ Aristotelẽ affectus est auersa à recta ratione aduersus animi naturam cõmotio.

2 Qui enim affectus in delictis secundũ Iuristas, nota quòd non punitur, nisi sequatur effectus, ex consuetudine generali totius Italiæ, veluti testatur *Cacher. in decis. 19. in fine. Ioseph. Ludouic. in decis. Lucen. 15. Boer. in decis. 316. Thesaur. in dec. 243. Gaspar. Thesaur. in dec. Rota Pedemontana 24. par. 2. Mastril.* Rota *Sicilia decis. 155. par. 2. & alii infiniti allegati à* Farinaccio *in sua praxi criminal. quæst. 17. num. 49. tit. de delict. & pæn. in par. 1.* Gramat. *in dec. 2.* Roiz. *dec. 3.* Rota Lituaniæ, & *Balb. in dec. 22. per tot* & pulchrè *Mising. sing. obser. dec. 9. cent. 4.*

3 Amplia primò, procedere etiam si essemus in crimine veneni, vt ait *Gram. dec. 2. & Viuius in decis. 487. & ibi multa.*

4 Contrarium licèt dicat idem *Viuius ibidem, & Boer. in decis. 316.* vbi dicunt, q̃ si quis venenum alicui, causa parãdæ mortis, præberet, & sic ad actum proximum consumationis criminis deuenerit, tunc licèt effectus indè non sequatur, tñ veniret puniendus affectus, ob grauitatẽ illius delicti; quia magis delinquimus veneno, q̃ ferro, vt dicunt *DD. sup. allegati.*

5 Declara tñ, q̃ regulariter fit semper pœna extraordinaria puniendus ille, qui in atrocissimis delictis, solo affectu aliquod delictum fieri tentauit, veluti dicunt præcitati *DD.* & præsertim *Thes. in dec. 243. & Gram. in dec. 2. & Mising. in prae. loc. n. 2*

6 Amplia secundò, procedere etiam in crimine Sodomiæ, in quo non punitur solus conatus, si postea membrum etiam non imposuerit, vt ait *Peguer. in dec. 75.*

7 Amplia tertiò, quòd etiã in materia Iniuriarum affectus non punitur, nisi effectus sit sequutus, & propterea si quis dat pecuniam alicui, vt alteri dicat, vel faciat iniuriam, si iniuria non fuerit facta, vel dicta, tunc actione iniuriarum contra mandantem agi non poterit, licèt *Beroius in cons. 212. num. 14. lib. 3.* dicat id procedere, quando iniuria mandata esset modica; secus autem si atrox; sed *Farinac.* aliter distinguit in sua *prax. crimin. p. 1. tit. de var. & diuers. crim. quæst. 105. nu. 172.* vbi per te recurrere poteris.

8 Amplia quartò, quòd conatus pro cõsumato crimine non habetur, etiam in atrocibus, quando pœna esset statutaria, & propterea Iudex (quando per legem punitur affectus, ac si fuisset consumatus) põt tali casu arbitrio suo pœnam minuere, vt ait *Afflict. dec. 21. num. 10. & decis. 276. Gramat. in dec. 2. nu. 13. 15. & 18. & in dec. 74. num. 5.* Et ratio est; quia statutum nunquam extenditur ad casum fictum, vt ait idem *Afflict. d. dec. 21. n. 10.*

9 Amplia quintò, conclusionem procedere, si quis lectum nubilis puellæ ascenderit, & pectus tetigerit, sed vltra progressus non fuerit; quia isto casu affectus non punitur, veluti refert fuisse decisum *Clar. in dec. 91. & dec. 92. §. fin. num. 1. in fine.*

10 Amplia sextò, procedere, veluti si quis posuerit scalas de nocte ad domum alicuius puellæ, vt eam violaret; quia si ad effectum non deuenerit; tunc pœna mortis puniri non debet, sed alia mitiori, veluti testatur fuisse decisum, *Affl. in sua dec. 276. vt refert* Clar. *in dec. 92.* & *Ricc. in sua collect. 1895. par. 5.*

11 Amplia septimò, quòd affectus etiam in grauibus, non puniatur, nisi secuto effectu, si ita de cõsuetudine loci seruatur, cui standum est, vt ait *Clar. in §. fin. q. 92. in fine.* quod etiam comprobat *Surd.* ex multis similibus *in dec. 51. per tot. & Gratian. lib. 1. discept. c. 36. n. 54. cum ibi alleg.*

12 Limita conclusionem principalem, primò non procedere in crimine proditionis, in quo solus tractatus sufficit ad hoc, vt quis mortis pœna puniatur, vt ait *dec. Auenionen. 92. &* Cacheran. *in dec. 30.* vbi refert ita fuisse decisum.

13 Limita 2. non procedere (vt supra dixi) in delicto veneficij, veluti refert ita fuisse decisum *Ann. Rober. lib. 1. rerum iudic. cap. 6. & Clar. in q. 92.* & ibi testatur fuisse capitali supplicio punitũ quẽdã nobilẽ, qui sępius conspirauerat in necem sui

 agnati

signati pluries vt tentauerat illum vneq. sic interimere, veluti in pluribus casibus adnotum, siue conatum fuisse punitum effectu non sequuto, refert *Paton. arra. thit. 3. tit. 10.*

14 Limita tertiò in crimine læsæ maiestatis, ac oppugnationis patriæ, vt ait *Gaspar. Thesaur. in sua dec. 25.* & *Treuis. decis. 51.*

15 Limita quartò, quando esset deuentum ad actum proximum, & immediatum; quia tunc affectus etiam non sequuto affectu punitur, quod tamen declara procedere in atrocissimis delictis, vt ait *Annan.Robert. lib. 1. rerum iudic.* & *dictus Thes. in decis. 25. Ant. Faber in decis. 21. de pæn.* & *Bocr. in dec. 316.*

16 Limita quintò, in conante attentare aliquid contra pacem publicam, vt ait *Gayl. lib. 1. obseruation. obseru. 14.*

17 Limita sextò, non procedere in crimine assassinij, in quo affectus punitur etiã non sequuto effectu, veluti testatur ita fuisse obseruatum, *Afflict. super prima par. constit. Reg. Rubr. 12. num. 11.* vbi ait id contigisse in quodam assasino, qui cum dardo balistræ dedit in Arzone sellæ equi illius, quem volebat interficere; sed eum non offendit; & idem consuluit *Gramat. in voto 9.* & *Captc. in decis. 155.* vbi ait, quòd quidàm notarius fuit furca suspensus, licèt mors vulnerati per assasinium sequuta non fuisset, & *Cassad. idem tenet super constit. Burgund. fol. 14 num. 7. & fol. 44. num. 11.*

18 Contrarium licèt referat *Gramat. in suo voto 8.* vbi ait, quemdam assasinum non sequuta morte, fuisse in pœnam pecuniariam condemnatum, *& in voto 20.* refert alterum assasinum non sequuta morte, fuisse ad perpetuas triremes condemnatum; sed in huiusmodi materia loquente de clerico assasino, *vide Capic. in dec. 112. Vrsil. ad Afflict. dec. 24. num. 5. Gramat. dec. 2. num. 25. & dec. 74. num. 15.* Et tale dicitur, quando adest pecunia, vel promissio certa, vel aliqua alia res, seu species loco pecuniæ promissa, vel soluta; quibus enim modis cõmittitur assasinium, vt ait idem *Gramat. in voto decisiuo 9.* & *Captc. d. dec. 155.*

19 Limita septimò, non procedere in cogitante extrahere aliquem inuitum ab Ecclesia; quia hæc sola cogitatio mortis pœna punitur, vt ait *text. in l. præsenti, C. de his qui ad eccles. confug.* licèt *ibi Bar.* & *Salicet. & Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 360. num. 5. & 68.* dicant vltra cogitationem requiri etiam tractatum; licèt tamen id procedat de iure ciuili; secus verò de iure Canonico, pro quo pœna tãtũ pecuniaria datur, vt ait *Farinac. in q. 28. num. 4. & c. tit. de carcerat. par. 1. suæ prax. crimin.* & ibi exponit pœnam impositam istis violatoribus templorum, ac immunitatis ecclesiasticę, esse solũ ad restitutionem personæ auulsæ, cum omnibus damnis, & interesse, vltra pœnam arbitrariam, quæ erit iuxta qualitates, ac rerum circumstantias; licèt ibidem ampliet, quòd extrahentes confugientes ad Ecclesiam, puniuntur etiam de Iure Canonico tanquam rei læsæ Maiestatis; Si tamen in hac violenta extractione fuerit Clericis illata iniuria, declarando insuper, quòd si in hac materia oriatur differentia circa modum infligendæ pœnæ inter ius Ciuile, & Canonicũ, semper illud Canonicum erit attendendum, vt dicunt *Doctores allegati a Farinac. in præcit. loco*, & ibi ratio assignatur.

20 Limita octauò, non procedere in viro mulierem virginem, sine eius consensu, ætate maturam, in publica platea deosculante; quia eo casu punitur affectus cum attentato, etiam effectu non sequuto; *iuxta text. in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cleric. & ibi Bald. in vers. Septimo oppono, & idem in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & in l. qui autem operas, ff. de in fam.* & hoc speciale est in huiusmodi delicto contra eum, qui attentauit pudicitiam illius virginis, & contra eius voluntatem eam deosculatus fuit, & ob id dicitur istud delictum atrocissimum, vt ait *Affl. in sua dec. 276. num. 5. & seqq.*

21 Contrarium licèt fuerit decisum in dicta decisione; quia ille deosculans cũ amplexu, contra voluntatem illius mulieris acclamantis in via publica, fuit condemnatus ad pœnam relegationis à Ciuitate, vbi fuit datum osculum, & etiam ad pœnam pecuniariam, iuxta eius diuitias, & paupertatem moderandam. Et ratio ea fuit; quia per stuprum attentatum & non consumatum; sed solum per illum actum ad osculum, & amplexum contra virginem nolentem, & acclamantem,

non

non maculatur virginitas corporis, neque mentis, cum consensus mulieris non concurrat. Et ideò ex prædictis mitius arbitrio Iudicis puniri debet, & sic morte naturali exclusa, vt ait *Afflict. ibidem in d. dec. 276. num. 5. & seqq.*

22 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende eam multò magis procedere, quando deosculans id amore ductus fecerit, cum (vt ait Plato in Phedro) amor species furoris dicatur, veluti dixi in verbo Amor, & vt ait *Farinac. in sua prax. crimin. quæst. 98. num. 84. cum seqq. par. 2.* vbi multa ob amorem gesta recenset, & quomodo amor probetur, dixi in dicto verbo Amor, vbi recurras.

23 Tenendo autem primam opinionem, extende eam, multò magis procedere, stante Constitutione Marchiæ, quæ ad euitanda huiusmodi delicta, quibus tàm facilè possunt homines allici ad sumenda arma, pœnam confiscationis mandat, & quòd talis delinquens quoque puellam dotet, vt videre est in *lib. 4. illius Constitutionis cap. 72.* licèt *Boss. in tit. de extraord. crim. num. 3.* referat, quòd aliàs quidam fuit decapitatus, qui per vim mulierem nuptam fuerat deosculatus. *Clar. autem in §. finali, in quæst.* 83. ait, quòd sibi magis placet, vt pœna sit arbitrio Iudicis irroganda, facti, & personarum qualitate inspecta; cui enim opinioni, ego libenter me semper subscriberem; cum Iudex tanquam præsens, & de qualitatibus personarum informatus, melius scire possit, quàm illi, qui de huiusmodi casibus in abstracto discurrunt.

ARGVMENTVM.

AFFICTVS QVID SIT, ET quomodo eius iustitia probetur.

CONCLVSIO LXXV.

1 AFFICTVS nota, quòd est nomen generale, & indefinitum, vt ait *Bald. in suo consil. 116. incipien. Columbinus, nu. 4. vers. Et sciat, lib. 1.* vbi vult concessionē affictus, potius simplicem locationem, quàm emphiteuticam appellari. Et licèt hoc nomen Affictus rarò reperiatur in Iure; tamen Ius Canonicum facit mentionem de eo in *cap. Pisanis, de restit. spoliat. & Bald. cons. 114. incipien. Quadam Monialis, propè finem d. lib. 1.* vbi ait, quod concessio in Emphiteusim, vulgariter dicitur concessio in Affictum.

2 Et ad id nota, quòd Iustitia affictus nō probatur plenè per instrumentum locationum, vt ait *idem Bald. in l. 2. num. 58. & seq. C. de rescind. vendit. Imol. in c. cum causa, sub nu. 28. vers. An autem, de empt. & vendit. Alex. in l. falcid. §. corpora nu. 8. ff ad l. falcid.* & ita fuit decisum in *Romana affictus Vener. 15. Nouembris 1602. coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 76.*

3 Amplia illud, multò magis procedere, quando dicta instrumenta locationum, tempus illius locationis, de qua ageretur, non percurrerent, vt ait *text. in l. si voluntati in fin. C. de rescind. vend. Imol. d. cap. cum causa, num. 2 Soccin. consil 48. nu. 2. in fin. lib. 4. & Caputaq dec. 263. n. 9. p. 3.*

4 Sed in probanda Iustitia affictus, animaduertendum est, quòd cum non solū tpe, sed etiam ex loco pretia, & affictus varientur, ob id sequitur, quod valor vnius non potest necessariò inferri ad valorem alterius affictus, vt fuit decisum in *Bononien. Macelli Vener. 11. Aprilis 1603. coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 101. num. 4. & dec. 126. n. 9. & in alia Rauennaten. Pineti Vener. 21. Mart. 1607. coram Card. Pamphilio.*

5 Secus tamen, quando solutiones affictuum concurrerent cum locatione; quia tunc possessionem probarent, vt ait *Rota in Rauennaten. Magazeni Vener. 17. Decembris 1604. coram eodem Gregorio, quæ est in eius impres. dec. 200. num. 1.*

6 Extende id, tali casu non solū procedere inter conductorem, & locatorem, etiā non probata effectuatione locationis, vt fuit decisum in *Calinien. Hospitalis Lunæ 3. Iulii 1600. coram eodem Gregorio XV. & in alia Mediolanen. Dacimarum 9. Iun. 1610. coram Pirouano, quæ est inter crim. Farinac. dec. 291.* & demum in alia *Romana damnorum 10. Nouembr. 1617. coram Buratto.*

7 Verùm etiam probant contra tertium, quando cum locatione (vt superius dixi) con-

signati pluriesve tentauerat illum xoneq; interficere, veluti in pluribus casibus: adeptum, siue conatum fuisse punitum effectu non sequuto, refert *Paton. arrathis. 3. tit. 10.*

14 Limita tertiò in crimine læsæ maiestatis, ac oppugnationis patriæ, vt ait *Gaspar Thesaur. in sua dec. 25. & Triuis. de cis. 51.*

15 Limita quartò, quando esset deuentum ad actum proximum, & immediatum; quia tunc affectus etiam non sequuto affectu punitur, quod tamen declara procedere in atrocissimis delictis, vt ait *Anton. Robert. lib. 1. rerum iudic. & dictus Thes. in decis. 25. Ant. Faber in decis. 21. de pæn. & Bour in dec. 316.*

16 Limita quintò, in conante attentare aliquid contra pacem publicam, vt ait *Gayl. lib. 1. obseruation. obseru. 14.*

17 Limita sextò, non procedere in crimine assasinij, in quo affectus punitur etiã non sequuto effectu, veluti testatur ita fuisse obseruatum, *Afflict. super prima par. constit. Reg. Rubr. 12. num. 11.* vbi ait id contigisse in quodam assasino, qui cum dardo balistræ dedit in Arzone sellæ equi illius, quem volebat interficere; sed eum non offendit; & idem consuluit *Grammat. in voto 9. & Capic. in decis. 155.* vbi ait, quòd quidam notarius fuit furca suspensus, licèt mors vulnerati per assasinium sequuta non fuisset, & *Cassan. idem tenet super constit. Burgund. fol. 14 num. 7. & fol. 44. num. 11.*

18 Contrarium licèt referat *Gramat. in suo voto 8.* vbi ait, quemdam assasinum non sequuta morte, fuisse in pœnam pecuniariam condemnatum, *& in voto 20.* refert alterum assasinum non sequuta morte, fuisse ad perpetuas triremes condemnatum; sed in huiusmodi materia loquente de clerico assasino, *vide Capicium dec. 112. Vrsil. ad Afflict. dec. 24. num. 5. Grammat. dec. 2. num. 25. & dec. 74. num. 15.* Et tale dicitur, quando adest pecunia, vel promissio certa, vel aliqua alia res, seu species loco pecuniæ promissa, vel soluta; quibus enim modis cõmittitur assasinium, vt ait idem *Gramat. in voto decisiuo 9. & Capic. d. dec. 155.*

19 Limita septimò, non procedere in cogitante extrahere aliquem inuitum ab Ecclesia; quia hæc sola cogitatio mortis pœna punitur, vt ait *text. in l. præsenti, C. de his qui ad eccles. confug.* licèt *ibi Bar. & Salicet. & Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 360. num. 5. & 68.* dicant vltra cogitationem requiri etiam tractatum; licèt tamen id procedat de iure ciuili; secus verò de iure Canonico, pro quo pœna tãtũ pecuniaria datur, vt ait *Farinac. in q. 28. num. 4. & c. tit. de carcerat. par. 1. suæ prax. crimin.* & ibi exponit pœnam impositam istis violatoribus templorum, ac immunitatis ecclesiasticę, esse solũ ad restitutionem personæ auulsæ, cum omnibus damnis, & interesse, vltra pœnam arbitrariam, quæ erit iuxta qualitates, ac rerum circumstantias; licèt ibidem ampliet, quòd extrahentes confugientes ad Ecclesiam, puniuntur etiam de Iure Canonico tanquam rei læsæ Maiestatis; Si tamen in hac violenta extractione fuerit Clericis illata iniuria; declarando insuper, quòd si in hac materia oriatur differentia circa modum infligendæ pœnæ inter ius Ciuile, & Canonicũ, semper illud Canonicum erit attendendum, vt dicunt *Doctores allegati a Farinacc. in præcit. loco*, & ibi ratio assignatur,

20 Limita octauò, non procedere in viro mulierem virginem, sine eius consensu, ætate maturam, in publica platea deosculante; quia eo casu punitur affectus cum attentato, etiam effectu non sequuto; *iuxta text. in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cleric. & ibi Bald. in vers. Sexto oppono, & idem in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & in l. qui autem operas, ff. de infam.* & hoc speciale est in huiusmodi delicto contra eum, qui attentauit pudicitiam illius virginis, & contra eius voluntatem eam deosculatus fuit, & ob id dicitur istud delictum atrocissimum, vt ait *Affl. in sua dec. 276. num. 5. & seqq.*

21 Contrarium licèt fuerit decisum in dicta decisione; quia ille deosculans cũ amplexu, contra voluntatem illius mulieris acclamantis in via publica, fuit condemnatus ad pœnam relegationis à Ciuitate, vbi fuit datum osculum, & etiam ad pœnam pecuniariam, iuxta eius diuitias, & paupertatem moderandam. Et ratio ea fuit; quia per stuprum attentatum & non consumatum; sed solum per illum actum ad osculum, & amplexum contra virginem nolentem, & acclamantem,

non

non maculatur virginitas corporis, neque mentis, cum consensus mulieris non concurrat. Et ideò ex prædictis mitius arbitrio Iudicis puniri debet, & sic morte naturali exclusa, vt ait *Afflict. ibidem in d. dec. 276. num. 5. & seqq.*

22 Sed tenendo hanc secundam opinionem, extende eam multò magis procedere, quando deosculans id amore ductus fecerit, cum (vt ait Plato in Phedro) amor species furoris dicatur, veluti dixi in verbo Amor, & vt ait *Farinac. in sua prax. crimin. quæst. 98. num. 84. cum seqq. par. 2.* vbi multa ob amorem gesta recensct, & quomodo amor probetur, dixi in dicto verbo Amor, vbi recurras.

23 Tenendo autem primam opinionem, extende eam, multò magis procedere, stante Constitutione Marchiæ, quæ ad euitanda huiusmodi delicta, quibus tàm facilè possunt homines allici ad sumenda arma, pœnam confiscationis mandat, & quòd talis delinquens quoque puellam dotet, vt videre est in *lib. 4. illius Constitutionis cap. 72.* licèt *Boss. in tit. de extraord. crim. num. 3.* referat, quòd aliàs quidam fuit decapitatus, qui per vim mulierem nuptam fuerat deosculatus. *Clar. autem in §. finali, in quæst. 83.* ait, quòd sibi magis placet, vt pœna sit arbitrio Iudicis irroganda, facti, & personarum qualitate inspecta; cui enim opinioni, ego libenter me semper subscriberem; cum Iudex tanquam præsens, & de qualitatibus personarum informatus, melius scire possit, quàm illi, qui de huiusmodi casibus in abstracto discurrunt.

ARGVMENTVM.

AFFICTVS QVID SIT, ET quomodo eius iustitia probetur.

CONCLVSIO LXXV.

1 AFFICTVS nota, quòd est nomen generale, & indefinitum, vt ait *Bald. in suo consil. 116. incipien. Columbinus, nu. 4. vers. Et sciat, lib. 1.* vbi vult concessionẽ affictus, potius simplicem locationem quàm emphiteuticam appellari. Et licèt hoc nomen Affictus rarò reperiatur in Iure; tamen Ius Canonicum facit mentionem de eo in *cap. Pisanis, de restit. spoliat. & Bald. cons. 114. incipien. Quadam Manualis, prope finem d. lib. 1.* vbi ait, quod concessio in Emphiteusim, vulgariter dicitur concessio in Affictum.

2 Et ad id nota, quòd Iustitia affictus nõ probatur plenè per instrumentum locationum, vt ait *idem Bald. in l. 2. num. 58. & seq. C. de rescind. vendit. Imol. in c. cum causa, sub nu. 28. vers. An autem, de empt. & vendit. Alex. in l. falcid. §. corpora nu. 8. ff ad l. falcid.* & ita fuit decisum in *Romana affictus Vener. 15. Nouembris 1602. coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 76.*

3 Amplia illud, multò magis procedere, quando dicta instrumenta locationum, tempus illius locationis, de qua ageretur, non percuterent, vt ait *text. in l. si volun tati in fin. C. de rescind. vend. Imol. d. cap. cum causa, num. 2 Soccin. consil 48. nu. 2. in fin. lib. 4. & Caputaq. dec. 264. n. 9. p. 3.*

4 Sed in probanda Iustitia affictus, animaduertendum est, quòd cum non solũ tpe, sed etiam ex loco pretia, & affictus varientur, ob id sequitur, quod valor vnius non potest necessariò inferri ad valorem alterius affictus, vt fuit decisum in *Bononien. Macelli Vener. 11. Aprilis 1603. coram Ludouisio, postea Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 101. num. 4. & dec. 126. n. 9. & in alia Rauennaten. Pineti Vener. 21. Mart. 1607. coram Card. Pamphilio.*

5 Secus tamen, quando solutiones affictuum concurrerent cum locatione; quia tunc possessionem probarent, vt ait *Rota in Rauennaten. Magazeni Vener. 17. Decembris 1604. coram eodem Gregorio, quæ est in eius impres. dec. 200. num. 1.*

6 Extende id, tali casu non solũ procedere intet conductorem, & locatorem, etiã non probata effectuatione locationis, vt fuit decisum in *Calinien. Hospitalis Lunæ 3. Iulii 1600. coram eodem Gregorio XV. & in alia Mediolanen. Decimarum. 9. Iun. 1610. coram Pirouano, quæ est inter crim. Farinac. dec. 291.* & demum in alia *Romana damnorum 10. Nouembr. 1617. coram Buratto.*

7 Verùm etiam probant contra tertium, quando cum locatione (vt superius dixi) con-

In hac pag. 564. col. 2 lin. 13. ante nu. 15 hac adde.

Vnde hic erit aiaduertēdū, q cōductor est ille q tenetur verificare damnū culpa, siue facto locatoris euenisse, & sic antequam remissionē pĕtdat, debet pbare certā qualitatē dāni passi, & interesse, vt fuit dictū à *Rota in Anagnina Molendini Luna 28. Iun. 1599. cor. Pamia*, vbi disputatū fuit de remissione mercedis Molendini conducti ex eo, quia aliud Molēdinū reedificauerat locator, & ibi resolutū erat fictus remissionē nō cōpetere quo molendinū secūdū nō est pĭuiciale primo, veluti si esset in alio loco lōge remoto, in q fuit dictū pcedere, ēt si soliti ire ad illud primū molēdinū ad secūdū accederēt, & eo magis qdo id fieret ex eo q a Molēdinario male tractarētur, quia tūc culpa esset in mala electione institoris, & sic sibi imputanda. Secus aūt si fuisset de perdita aqua, ob innūdationē, quia tūc cōductor eā recōducere nō tenetur, et si pmisisset subministrare, & facere oia instrumenta necessaria ad molēdinū, q a illo casu appellatione instrumētorū nō est intelligēdū de aqua, & flumine, quia illud dicitur pars integralis molēdini, & substātia, qua n. perempta remissio affictus est necessaria, vt, in istis terminis fuit dictū à *Rota per Burat. dec. 210. per tot. & post in illa Anagnina Molēdini 1599. & in eadē Merc. 10. Maij 1600. cor. Penia*

Cōtrariū tamen illi opinioni veniret dicēdū, qdo ad illud repetādū modica impēsa esset necessaria, vt fuit dictū in illa *Anagnina* 1599. siue ēt qdo conductor pmisisset cōseruare, & manutenere molēdinū, quia tūc teneretur ēt ad illius refectionē, dūmodo illius deuastatio ex casu insolito nō pueniret, vt ait *Rot dec. 473. n. 2. & 3. p. 1. rec.* & ibi habetur qn casus dicātur insoliti, & in *d. dec. Bur. 210.* docetur qdo impetus fluminis pbet.

concurrunt etiam affictuum solutiones, *Gabr. conclus. 4. num. 2. 3. & 7. de locat. Menoch. de retin. remed. 3. num. 572.* & fuit ita decisum *in Romana de Iacomellis 29. Ianuarii 1609. coram Cardinali Sacrato, & in Luterina beneficii 6. Februarii 1609. coram Card. Caualerio.*

8 Sed cū in hoc facilè fraus cōmitti possit; quia inter duos extraneos posset supponi locatio, cum fictione locationis affictuum, & sic vero Domino, & possessori præiudicium inferre; idcirco Rota dixit huiusmodi conclusionem sibi locum non vendicare in illius præiudicium, de cuius vera possessione constaret, veluti fuit decisum in *Romana damnorum Vener. 1. Iulii 1616. coram Buratto, quæ est apud Statil. decis. 62. et penes ipsum est dec. 200.*

9 Extende secundò, id quod fuit dictum de probatione possessionis per solutiones affictuum, procedere etiam in affictuario, seu conductore; quia si deponat de receptione fructuum dictam possessionem probat, vt ait *Rota per Cesar. de Graff. in dec. 59. aliàs 13. de probat.*

10 Animaduertendo, quòd si affictus ab aliquo integrè persoluantur, tunc ipse præsumitur in integra bonorum possessione extare, vt ait *Rota in decis. 317. num 3 par. 2. diuersor.*

11 Rursus animaduertendum est, quòd affictus possunt exigi à Procuratore constituto ad locandum, & vendendum, absque alio speciali mandato, vt ait *Stracc. de decoct. §. mandati sub num. 23. Paris. cons. 122. num. 1. lib. 4 Surd. cons 229. nu. 8. & Rota per Seraph. in dec. 548. num. 4.*

12 Contrarium tamen dixit esse verius *Vincent. de Franc. decis. 699. cum ibi alleg.*

13 Concorda igitur, quòd prima opinio procedat, vti in æquitate fundata. Secunda verò attento iuris rigore, veluti testatur de veriori dictus *Franch. ibi supra*, vt refert etiam *Oliuer. in addit. ad decision. 139. Gregor. XV.*

14 Tertiò notandum quoque erit, quòd aliquando affictus remissio, ob sterilitatem, vel alium casum fieri debet, quando scilicet conductor tot fructus non recollegit, qui, deductis impensis, ad me dietatem pensionis conuenirε non ascendant, veluti fuit decisum in *Romana affictus Luna 8. Februar. 1583. coram Gipsio, quæ est apud Zacbiam de oblig. camer. dec. 151.* & veluti de hoc latè dicam in verbo Conductor, & in verbo Mercedis remissio; sed eo casu dū de ipsa Mercedis remissione disputatur, non potest cōductor solutionem affictus retardare, donec interesse liquidetur, veluti fuit decisum in *Imolen. Molendini Luna 30. Ianuar. 1606 coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 235. & ibi addent. nu. 6. & in alia Romana affictus 5. Nouemb. 1614 coram Card. Caualerio*, & demum ibi in *Theatina affictus 20. Nouembris 1615. coram Coccino.*

15 Nota quartò, & vltimò, quòd in æstimatione faciēda affictus domus, ex illius pensione, tunc deduci debent impensæ, quæ fieri solent, & sunt necessariæ pro illius reparatione, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 952. cum ibi alleg.*

ARGVMENTVM.

DE GRADIBVS AFFINITATIS ac de eius effectibus.

CONCLVSIO LXXVI.

1 AFFINITAS nota, quòd est quædam personarum proximitas ex coitu prouueniens, omni carens parentela, siue coitus sit licitus, siue illicitus, vt ait *Gemin. in consil. 33. num. 7. vers. Tacuit*, & *Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 4.* vbi ait, quòd affinitas ex fornicatione contracta, non dirimit Matrimonium cōtractum, nisi sit in primò, vel secundò gradu, idem ait *Cappell. Tholos. in sua dec. 96. & D. Tho. in loco mox citan. viden. est Azor. in 3 par. instit. fol. 169. & 170.*

2 Quæ enim affinitas nota, quòd contrahitur inter virum, & consanguineos vxoris, & inter vxorem, & consanguineos viri, & iuxta *D. Thom. in 4. sentent. distin. 41. art. 1.* Affinitas est vinculum causatū ex carnis copula consanguineorum, vbi propterea subiungit, quòd affines sunt viri, & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & alterā ad eius cognationis finem accedit; Vndè affinitas fit per coniunctionē ordinatam à Deo; Consanguinitas verò fit per carnis

propa-

propagationem, vt ait *Diuus Thomas ibi supra*. Secus verò est dicendum inter virum, & vxorem, qui non affines; sed principium affinitatis esse dicuntur, vt eodem modo dicitur de primo numero, qui propriè non dicitur numerus; sed principium numeri, vt ait *Sanchez de Matrimon. tom. 2. lib. 7. disput.* 64. & ibi latè ferè per totam.

3 Declara tamen primò, quòd affinitas non contrahitur per coitum sodomiticũ, vt est *text. in cap. extraordinaria, iuncta glo.* 4. 3. *et Cappel Tholos. in d. dec.* 96. *n.* 2. *et Franc. Marc. dec.* 891 *num.* 1. *par.* 2.

4 Declara secundò, quòd neque etiam affinitas contrahatur, si quis cognouit puellam, & claustrum pudoris intrauit, sed semen non emisit, vt ait dicta *Cappel. Tholos. ibi supra num.* 3. & veluti fuit decisum in *Mediolanen. de Casata Vener.* 30. *Aprilis* 1593. *coram Penia, quæ est inter crimin. Farinac. decis.* 72. *num.* 8.

5 Quinimmò extende id quoque procedere, etiam si vir semen emisit, sed non mulier, vt ait *Innoc. in cap. fraternitati de eo qui c gn. consang. vx. suæ, et Ioan. Andr. et Domin. in cap.* 1. *de sponsal. lib.* 6. *Ioan. Faber instit. de patr. potest. respons.* 1. qui dicũt, quòd ad hoc, vt affinitas cõtrahatur opus est, vt vir, & mulier simul emittant, idemque ait *Hostien. in summa, Vgo in d. c. extraordinaria*, & idem *Sanchez in prae citato loco num.* 2. *cum seqq. et Franc. Marc. decis.* 677. *num.* 8 *par.* 2.

6 Contrarium tamẽ tenet *Angel. Franc. in tit. de matrimon. §. impedimentum vers.* 7. *Federic. consl.* 290. qui dicunt, iuxta opinionem Medicorum, semen mulieris nõ esse ad generationem necessarium, & sic ad causandam affinitatem, seu ad consumandum Matrimonium semen mulieris non requiri; sed solum sufficit, quòd illud viri sit naturæ vxoris commixtum, veluti refert, & sequitur *Cappell. Tholos. ibi supra num.* 4. *cum ibi alleg.*

7 Declara tertiò, quòd affinitas per mortem vnius ex coniugibus dissoluitur, *§. deinceps, auth de nupt.* & veluti fuit decisum à *Rota Romana nullitatis census Luna* 8. *Nouembris* 1610. *coram Pirouano, quæ est dec.* 22. *apud Statil. Pacif.* & *in* 2. *p. recent. est dec.* 414. *num.* 4. & *penes Buratt. dec.* 349. *num.* 3.

8 Extende id in tantum esse verum, vt si etiam remanserint filij, nihilominus morte affinitas dissoluta cẽseatur, quoad omnes effectus, excepto tamen impedimento matrimonij contrahendi, vt ait *Alexand. in consil.* 207. *incipien. ponderatis num.* 21. *vers. non obstat, lib.* 6. *Viuius in dec.* 181. & *in dec.* 376. ait, quòd priuilegium veniæ petendæ intuitu affinitatis introductum, soluta affinitate cessat.

9 Contrarium tamen ait *Tiraquel. in tractatu Cessante causa in prima par. num.* 29. *vers. Sed hic paulisper, & in limitat.* 17 & 31. dicẽs, quòd si filij remanserunt, affinitas nõ sit dissoluta in totum, sed quasi suspensa; quia amor non cessat, sed semper prioris dilectionis reliquiæ remanere solent, & ob id nota, quòd respectus affinitatis operatur, vt actus censeatur factus contemplatione affinis, iuxta ea, quę tradit *Surd. in decis.* 118. *num.* 11. Quæ enim affinitas nota, quòd probari potest per instrumentum, in quo quis dat alicui dotem tanquam affini, vt ait idem *Surd in decis.* 145. *num.* 6. & 14 vbi ait, eodem modo procedere in probanda cõsanguinitate, licèt secus sit per testes deponentes de auditu, qui eam non probant, ad effectum succedendi, licèt sit benè verum, quòd illa duodecima requisita, quæ concurrere debent ad hoc, vt testes de auditu recipiantur (Quinimmò si vnum deficiat illi, nullam fidem faciũt) non sunt prorsus necessaria in testibus de auditu, vbi agitur de consanguinitate ad effectum succedendi, vt ait idem *Surd. in d. dec.* 145. *num.* 2. & 11.

10 Extende, quòd affinitatis qualitas adeò astringit, vt propterea quis ratione illius possit vsque ad quartum gradum iurari suspectus, vt ait *Maynard. in sua dec.* 98. *lib.* 1. nec suspicio cessaret, si affinitas per mortem alicuius dissolueretur, vt ait *Franch. in decis.* 719. *num.* 1 & 2. & præsertim quando effectus illius suspicionis iã fuisset consumatus, vt ait idem *Franch. ibidem cum aliis ibi per eum alleg.*

11 Declara tu tamen, quòd ad hoc, vt affinitas repellat quem, vti suspectum à testimonio, seu admittat eum ad agendum sine mandato, debet esse de linea ascendentium, vel descendentium, nec sufficeret eam esse per lineam transuersalem, vt pulchrè ait *Marsil. in suo singul.* 133. *incipien. Affinitas*, & *Magon. decis.*

cis. Lucen. 30. num. 22. & decis. 50. num. 14 & *Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 277. num.* 8. vbi ait, quòd tamen de fide diminuitur.

12 Licèt secus esset, quando tractaretur de probanda consanguinitate, necnon etiam in causa Matrimonij; quia tunc affinitas non impedit, quò minus affinis possit ad testificandum admitti, vt ait *Rota dec. 220. num. 5. p. 2. diuers. & Triuisan. dec. 10. par. 1.* Item, quòd dissoluta affinitate, affinis sit idoneus testis, ait *Rota per Burat. in sua decis. 349. num. 3. & sub num. 4.* subdit, affines in gradu remoto ad testificandum admitti, & præsertim quando essent contestes, idē quoque ait *Card. Mantic. dec. 228. n. 2.* & *327. n. 5.*

13 Contrarium tamen esset, quando ageretur in causa iniuriarum alteri affini illatarum; quia tunc vnus pro alio affine ad testificandum non admittitur, & optima ratio ea est; quia quando infertur iniuria vni de genere, tunc totum genus iniuriasse censetur, vt toto titulo *ff. de iniur.* & veluti dicam in verbo Iniuria, & pro hoc facit quoque dicta *decis. Magon. 30. n. 22. & ita Mascard.* ait in istis terminis in sua *conclus. 68. num. 4.*

14 Et pro istarum opinionum cōcordia, recurras tu ad doctrinam *Marsil* superius allegatam, per quam optimè dictas opiniones conciliabis.

15 Declara quartò, quòd ad probandam affinitatem id fieri potest (vt superius dixi) ex instrumento in quo quis daret, verbi gratia, alicui dotem tanquam affini, vt ait *Surd. dec. 145. num. 6. & Magon. decis. Lucen. 43. num. 26.* Sed animaduertas tamen, quòd regulariter affinitas debet probari per gradus distinctos, & specificatos, cum redditione sufficientis causę; quia ea in sensum corporis non cadit, vt ait *Ancharr. cons. 52. & Abb. in cap. tua nos, de cons. ang. & affin.* vbi tradit modum eam probandi, *Natt. cons. l.* 388. & *Magon. dec. Lucen. 43. n. 26. & dec. 50. n. 13.*

16 Extende, quòd etiam affinitatis præsumptio oritur ex actibus indicantibus copulam carnalem ad prolis susceptionem, quæ difficile recipit probationem in contrarium, nisi in foro conscientiæ, veluti fuit decisum à *Rota in Mediolanen de Casa. a Ven. 30. Aprilis 1593. coram Penia, quæ est dec. 72. inter crim. Farinac.*

17 Limita tamen prædicta, non procedere, veluti si essemus inter absentes, quo casu scientia affinitatis non præsumitur, vt ait *Franch. decis. 52. num. 7.* & prius *in num. 5.* docet, quomodo scientia affinitatis inter sponsos, vel consanguineos probetur, & in hoc genere probationis videndus est *Mascard. de probat. conclus. 69. & 73. cum alijs per eum ibi alleg.*

18 Sed quando affinitas non ignoratur, tunc affines præsumuntur scire iura sanguinis, & veritatem veluti fuit decisum in *Maceraten. hereditatis 13. Februarii 1609. coram Manzanedo, quæ est in recen. decis. 176 par. 1.*

19 Item, si fortè reperiatur, quòd quis affinitatem neget, tunc ea per errorem, & ignorantiam, non autem animo fallendi negata præsumitur, vt ait *Magon. in dictis decisionibus 43. num. 27. & decis. 50. nu. 11.* Et in oēm euentū testis à testificando non repellitur dummodo affinitas non esset talis, quæ de iure cum repellere posset, vt est ea ab ascendentibus vel descendentibus proueniens, vt sub *nu. 11.* benè probauimus; quia tunc de falso argui posset, vt ait idem *Magon. in dicta dec. 50. num. 14.* & in hoc videndus est *Mascar. de probat. concl. 68. per tot.* & in sequenti docet, quando ea per testes probari possit.

ARGVMENTVM.

AGER QVID SIT ET QVOMODO intelligatur.

CONCLVSIO LXXVII.

1 AGER nota, quòd habetur loco vnius fundi, qui iisdem regionibus circumscribitur, & eodem nomine nuncupatur, *vt est text. in l. Grauis, §. 1. ff. de legat. 2. & l. prædiis §. Titio de legat. 3. & ibi Doctores.*

2 Declara tu tamen, quòd licèt ex vno, fundo plures effici possint, tamen id non fit ex sola destinatione patrisfamilias, sed opus est etiam, vt fundus regionibus diuidatur, *l. Si quis duas, §. si quis partem ff com. præd. ponit glos. in l. quod in eorum §. si quis de leg. 1. Alex. cons. 169. incip. viso themate col. penult. lib. 4. & Natt. consil. 479. col. 5. num. 20. & 21.*

3 Extende idem procedere, quando, verbi

verbi gratia, essent plures petiæ terræ, & inter se separatæ, quæ etiam sub vocabulo vnius poderis comprehendi possunt, *Bursat. cons.* 80. *nu.* 1. *lib* 1. *Aym. cons.* 198. *num.* 4. *& seq.* & *ita fuit resolutum à Rota in Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Mart.* 1598. *coram Card. Pamphilio*, & *in alia Assisien. hæreditatis, Ven.* 18. *Mar.* 1611. *cor. Card. Caualer. & Grat. li.* 2. *discept. cap.* 337. *nu.* 20. 21. *&* 22. vbi ait, quòd istud nomē podere, est vniuersitatis, & propterea plura prædia comprehēdere illud aptum esse.

4 Et ideò ad id notandum est, quòd legato fundo, venit etiam quicquid eo nomine testator nuncupauit. Vndè si (verbi gratia) pascua sunt ad vsum fundi legati destinata, tunc ea quoque cedunt fundo, etiam, quòd essent separata, dummodo tamen à testatore eodem nomine nuncuparentur; quia regula est, quòd prædia iudicantur destinatione, & voluntate patrisfamilias, & sic ex prædictis infertur, quòd omnia prædia constituentia vnum podere, vel vnam possessionem, licèt sint separata, & in multa corpora diuisa, & distincta; tamen pro vno corpore habentur, ob destinationem patrisfamilias, & regulariter verbum illud podere, seù possessio, inspecto vsu communi loquēdi, significat massaritium, seù Curtem itaut ea omnia includat, quę sub illo vocabulo continentur, vt pulchrè tradit *Surd. in dec.* 241. *nu.* 10. *cum seqq.*

5 Licèt *Rota in d. Assisien. hæreditatis coram Card. Caualerio*, dicat, quòd non est verisimile, quòd podere pluribus petijs terrarum constituatur, stante, præsertim loci cōsuetudine, quę tamē in patria mea est, vt ex pluribus petijs vna possessio constituatur, vt plurimum.

6 Pręterea animaduertendum erit, quòd aliquando flumē, ob eius inūdationem, agrum sibi inhærentem corradit; vndè si totus ager à flumine corradatur, & postea iterum flumen ad antiquum alueum reuertatur, relicto loco, vbi aderat ille ager corrasus, tunc nota, quòd locus relictus debet esse de æquitate illius, cuius erat prius ager, sed de rigore debet esse illorū, qui prædia vicina, & coherētia habent *l. adeo §. præterea vers. si cuius tamen & ibi glos. ff. de acquir. rerum dom.* licèt *Alexand. in cons.* 91. *in fin. lib.* 2. dicat, quòd ista æquitas sit rigori præferenda; & propterea ait, quòd datur remedium reintegrandæ ei, qui aliàs dictum agrum possedit, itē ait *Rip. in l. quominus ff. de fluminibus*, & de hoc quoque dicam in verbo Alueus, &c. *& Franc. Marc. dec.* 270. *num.* 5. *par.* 2.

7 Sed si eo casu inundationis, vel alia necessitate publica via deperdita sit, vel etiam pro faciendis fossis publicis, tunc agri vicinorum capi possunt, soluto tamē pretio honesto, vt ait idem *Franc. Marc. dec.* 336. *nu.* 6. *par.* 1.

8 Vltimo erit quoq. notādū, q sæpè cōtingit q vnus ager sterilis aliquādo ad tēpus locetur, q si postea ex diligētia cōductoris fertilis efficiatur, tunc nota, q locatio fit ppetua, & conductor facit fructus meliorамentorum suos, vt ait *Afflict. in dec.* 87. *nu.* 5. *vers. compensatis Capic. dec.* 93. *num.* 10. *Menoch. de recuperand. remed.* 15. *num.* 609. *Put. dec.* 275. *num.* 1. *in fine lib.* 3. *secundum nouā impressionem Rota dec.* 112. *num.* 1. *par.* 2. *diuers. & postremò fuit decisum in vna Tiburtina pratensa deuolutionis* 18. *Decemb.* 1615. *coram Verospio.*

9 Extēde q tūc nō poterit in futurū vicinus amplius illum ingredi, & domino inuito depascere, *vt ait Surd. dec.* 236. *num.* 5. & *Benign. ad Statut. Agricult. Vrb. cap.* 41. *in lit.* C.

ARGVMENTVM.

AGERE VOLENS AD QVID TEneatur, & quæ sint eius partes in iudicio.

CONCLVSIO LXXVIII.

1 AGERE nota, quòd nemo potest sine interesse, & actione, *vt ait Surd. in decis.* 260. *num.* 3. & *Rota in nullius beneficij Mercurij* 28. *Maij* 1603. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 118. *num.* 5. & *in Beneuentana Saluiani Lunæ* 1. *Februar.* 1616. *coram Buratto, quæ est apud Cincium de censibus decis.* 263. *num.* 3. & *in* 2. *par. recent. est decis.* 464. *num.* 4 *idem Surd. dec.* 265. *num.* 38. & *prius dec.* 120. *num.* 11. & *dec.* 335. *num.* 8.

Vnde

Vndè ex hoc inferri potest, quòd si quis vellet in beneficialibus de eius iure docere, in vim mandati ab Auditore Cameræ concessi, tunc ille non esset audiendus; quia cum Auditor Cameræ nullam iurisdictionem in beneficialibus habeat; nimirū si ex dicto mandato ius aliquod allegari nō possit, *vt a it Bellam. dec. 316. Lancellot. de atent. l. 1. pendent. part. 2. cap 4. in præfat. num. 374 Rot. dec. 271 num. 4. par. 1. in recentior.* & fuit ita decisum in *Cremonēn. Præbendæ 21. Maij 1607. coram Cardinali Lancellotto. & in alia Catanien. Canonicatus 4. Iun. 1610. coram Card. Caualerio.*

3 Extende hic obiter primò, quòd nec etiam in vim prorogationis partium processus valeat coram Auditore Cameræ in beneficialibus factus; quia vbi nulla est iurisdictio, ibi prorogationi non est locus, cū non entis nullę sint qualitates; veluti in istis terminis fuit decisum in *Castritana beneficij 5. Maij 1595. coram Card. Blanchetto, quæ est penes Garz de benef par. 10 cap. 3 num. 14.*

4 Extende secundò, id procedere, nedum si essemus in petitorio; verum etiam in possessorio, in quibus enim iudicijs dictus A. C. in beneficialibus nullam Iurisdictionem habet, *vt ita fuit decisum in Gerunden. benefitij 13. Octobris 1600. coram Penia, & in illa Catanien Canonicatus coram Card Caualerio*, vbi dicitur quod signatura pluries exprese prohibuit locum tenentibus A.C. pro tempore existen̄, & in signatura interessentibus, vt mandata de manutenendo in benefitialibus non cōcederēt & G. de 118.

5 Amplia primo, principalem conclusionem in tantum esse veram, vt propterea, quis ne dum sine interesse agere non valeat; verùm etiam neque excipere, *vt ait Surd. in decis 260. num. 3* licèt dicat *sub num. 21.* quòd stante conuentione, & pacto, tunc opus non esset apparere de alio interesse, quia vt dicunt DD. ab eodem ibi supra allegati, etiam si nihil intersit pœna conuentionalis exigi potest, & pręcipue, quando ille ostenderetur, cui facta esset promissio, veluti quoque post *Dyn. distinguit Bart. in l. 2. §. si in facto, ff de verb. oblig. Soccin. in cons. 153. num. 12. volum. 2. & Angel. in cons. 157. in princ. versic. 3. quia*

6 Extende id non solùm procedere, quando quis à principio vllum interesse non haberet, sed etiam, si illud haberet ab initio incępti iudicij, sed postea deficeret, quia etiam in hoc casu omnis actio, & oppositio cessare debet, *Gratian. discept cap. 653. num. 29. & 30. lib. 4.* Licet tamen secus esset, quando Iudicium nulliter intentaretur ab initio, veluti si sine actione inchoaretur, quia tunc illud ex iure superuenienti actori, ex causa tamen de præterito, validum fieret, *vt ait Seraph de priuileg. iuramenti priuileg. 83. num. 67. cum aliis ibi per eum alleg.*

7 Amplia secundo, quòd agere volens sine interesse, & actione possit etiam à iudice repelli, licet pars id non opponeret, per regulam factum iudicis pro facto partis habetur, iuxta ea quæ tradit *Alex. in l. vbi pactum num. 7. C. de transact. alleg. in decis. nullius benefitij coram Greg. XV. & Magon. decis. Florent. 26. num 3. & decis. 104. num. 1. & 15. & prius in dec. 59. num. 1.*

8 Declara tamen illud procedere, si ante sententiam apponeretur; secus autem si post sententiam; quia tunc opponens de non interesse agentis non potest iudicium reddere retro nullum, *l. Cum puta rem vbi Bart ff Fami. ercisc. Castr. in l. Decem prope finem. ff. de verb. obligat Cas. b. d. consil. 112. num. 28 quem allegat. & sequitur Rota in Romana cui stionis, Veneris 6. Iun. 1613 coram Greg XV. quæ est in 2. par. recent. decis. 459. num. 2.* Sed quòd requiratur partis oppositio per viā exceptionis, *ait Rota in Beneuentana Saluiani, Lunæ 1. Februarii 1615. coram Buratto quæ est apud Cincium de Censibus decis. 263. num 4.*

9 Contrarium, quòd scilicet, si quis obtineat sententiam ad sui fauorem, ea sit nulla, quando sine actione egit, ait idem *Magon. dec Florent. 26. n. 5.*

10 Extende dictam ampliationem secundam adeò esse veram, vt si quis sine actione agat, iniuriam inferre dicatur, *vt ait dictus Magon. decis. Florentin. 85. num. 12.*

11 Amplia tertio, quòd quis agere non possit ex contractu correspectiuo, & sic vltro citroque obligatorio: nisi prius pro parte sua adimpleuisse probet, veluti fuit decisum à *Rota per Verall. dec. 127 n. 2 part. 3.*

par. 3. Magon. dec. Florent. 143. num. 3. & dec. Lucen. 11. num. 8. & dec. 21. nu. 16. & dec. 61. num. 3. Surd. *d. dec. 260. num.* 14. & Rota *in Neapolitana Matrimonii* Ven. 27. Febr. 1587. *coram Card. Mantic. quae est in eius impres. dec. 1. n. 8. & in alia Romana rescissionis instrumenti Mercur.* 27. *Iun.* 2612. *coram Vbaldo, quae est apud dictum Cintium dec. 262. num. 2. idem Surd. dec. 6. num. 12.*

12 Extende primò, huiusmodi ampliationem in tantum valere, vt propterea agere volens, teneatur docere se adimpleuisse, etiam in minimo, vt ait *Rota per* Card. Mantic. *ibi supra, & per Gregorium Decimumquintum in decisione* 261. *num. 3. & in decis. 236. num. 1. par. 2. diuers. Surd. consil. 101. num. 1. &* cons. 369. *num. 38. Menoch. cons 1. num. 368. Becc. consil. 45. num. 6.* & 10 latè *Mantica de tacit. lib. 3 tit. 16. num. 18.* pulchrè ait Rota *dec. 242 nu. 3. in 2. par. recent.* & *Put. dec. 3?7. in fine lib 3.*

13 Limita primò, vt non procedat, quando defectus implementi in re minima, non læderet in substantia Ius alterius; quia tunc dictus paruus defectus non obstaret, & sic isto casu faceret regula illa, quòd de minimis non curat Prætor, vt ait dictus *Card. Mantica ibi supra de tacit. tit. 16. num. 23.*

14 Limita secundò, hanc conclusionem procedere, respectu contentorum in eodem Capitulo, vel in Capitulis connexis; secus autem in separatis, vt ait *Nat. cons. 133. num. 5. Cephal. cons. 48. num. 42. Surd. d. consil. 101. num. 25. Mantic. ibi supra de tacit. num. 22.* Idemquè in *sua dec. 238. num. 2. &* Rota *in Romana de Cangis 25 Iun. 1621. coram Burutto.*

15 Limita tertiò, quòd agens ad interesse, ob non impletum contractum, debet probare de negligentia non adimplētis, vt ait *Rota decis 258. num. 2. p. 2. recen. & dec. 125. aliàs 4. de concess. praeben. in nou. & per Card. Seraph dec. 455. nu. 3.* Quod tamen intellige procedere, quando quis tenetur ad certum factum, tempore ac loco limitatum, aliàs secus, vt ait *Bartol. in consil. 202. num. 1. lib. 1. Felin. in cap. si autem, num 3. de rescript. Caputaquen. decis. 266. num. 2 parte prima.* Rota *decis. 352. num. 3. par. secunda in recentior. allegata à Rota in vna Cusentina Beneficii Luna 22. Iun. 1620. coram Buratto, quae est in eius impresf. decis. 484. num. 1. & 2.*

16 Extende secundò, quòd si agere volens, non adimpleat omnia ex parte sua, non facit incidere aduersarium in aliquam pœnam; quia intrat illa regula, Quod frangenti fidē, fides frangatur eidem, *Vrsil. ad Afflict. in dec. 220. num 3.* & 4. & ibi quoque subiungit, quòd huiusmodi exceptio, potest etiam opponi contra instrumentum guarentigiatum.

17 Extende tertiò, quòd nedum ipse agens, teneatur implementum probare, sed etiam succedens in locum alterius, ea omnia adimplere tenetur, ad quæ ipsius auctor se obligauit, vt ait *Rota in vna Romana pretii sundaci* 1. *Iun.* 1607. *coram Manzanedo.*

18 Extende quartò, id adeò esse verum, vt non adimplens amplius moram purgare non possit, *Puteus decis. 66. lib. 3 Caputaq. dec. 135. par. 2. Rota decis. 575. par. 1. diuersor. num. 2.*

19 Limita tamen dictam quartā extensionē procedere, qñ in contractu adesset pactum resolutiuum; secus autem, quando non adesset; quia tunc ob defectum implementi, non rescinditur contractus, sed benè ad illius perfectionem agi debet, veluti dixi in verbo Adimplementum, & dicam in verbo Contractus, &c. & idem ait *Riccius in sua Collectanea* 1298. *in quarta parte*, vbi Decisiones Rotæ allegat, & *Afflictus* plura ait in hac materia, *in sua decisione 171. per totam.*

20 Amplia quartò, quòd agere volens vigore fideicommissi, debet probare, quod fideicommissum de eo loquatur, & sic de illius vocatione, casumque in personam illius euenisse, necnon bonorum identitatē quoq. probare tenetur, aliàs si aduersarius opponeret dictum fideicommissum, de ipso non loqui, neque eius incūbentia probasset, vtiq. posset huiusmodi exceptione repelli, vt fuit decisum à *Rota in Romana fideicommissi de Paluzellis Vener.* 8. *Iun.* 1612. *coram Manzanedo*, & vltimo loco fuit ita resolutum *in Assisien. fideicommissi Luna* 13. *Maii* 1630. *coram* Peronano.

21 Si verò fideicommissarius legitimè de tegatur, tunc ei agenti ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.* sibi competen. sufficiet probare possessionem bonorum tẽpore mortis heredis grauati; sed nõ eorum identitatem, ac vocatorum descendentiam, veluti fuit decisum à *Rota in Perusina bonorum Lunæ 10. Maij 1610. coram Attrebaten. quæ est in 1. par. recent. decis. 237. num. 1. & gloss. in dicta l. fin. in verbo facerant, & ibi Bar. num. 3. in fine cum alijs allegatis per Gregor. in sua decis. 194. num. 2.*

22 Contrarium, quòd scilicet agenti ex fideicommisso incumbat onus probandi bona fuisse nõ solum in hæreditate fideicommittentis; sed etiam in eius dominio ait *Magon. decis. Flor. 37. num. 1.*

Concordari tñ prædictę opiniones tali modo possũt; nẽpè vt prima procedat, quando agitur de dominio incidenter, veluti fit in iudicio dictę *l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* vt puta si ageretur contra habentem causam ab hęrede fideicommittentis; quia tunc sufficeret solum probare possessionem de tempore obitus; ex qua dominium optimè ad hũc effectum probatum censetur, vt est *text. in l. 1. C. commun. præd. l. si aliena §. fin. ff. de vsucap. cap. querelam de elect. Peregr. de fid. art. 44. num. 3. Rota decis. 351. num. 1. par. 1. diuersor. & per Gregor. dicta decis. 194. nu. 1. & in addit. num. 24. & decis. 731. par. 1. recent. & vltimo loco in Romana hæreditatis de Capizucchis Lunæ 10. Iunij 1630. coram Queipo.*

Secunda verò opinio procedit, qñ ageretur de probatione dominij principaliter contra extraneũ; quia tũc agens ex fideicommisso teneretur probare non solum bona in hæreditate remansisse; sed etiam in dominio fideicommittentis fuisse, quod secus est, si ageretur contra grauatum; quia tunc sat erit per eum probari bona petita in bonis testatoris fuisse, absque alia dominij probatione; & ratio diuersitatis ea est; quia hæres non posset, allegando auctoris turpitudinem, dicere defunctum aliena bona possidisse, vt optimè ait *Magon. in dicta decis. 37. num. 2, & Rota ibi coram Queipo*, vbi colligitur dictam primam opinionem eò magis procedere, si ex inuentario per hæredem confecto, appareret dicta bona fuisse in hæreditate testatoris de tempore sui obitus, quod est sufficiens, vt ait *Text. in l. fin. C. arb. tut. & in d. l. fin. C. de iur. delib. Pereg. de fideicom. art. 44. n. 2. Rot. dec. 800. num. 23. par. 1. in recent. & in par. 2. decis. 407. num. 2. & ibi in dicta Romana hæreditatis de Capizucchis Lunæ 10. Iunij 1630. coram Queipo.* Amplius hic obiter erit quoque notandum, quòd si contingat dubitari, an bona possessa per filium dicantur fuisse in hæreditate patris, siue potius aliundè prouenisse, tunc ista simplex præsumptio non admittitur à Rota, vt scilicet ea in hæreditate patris fuisse præsumantur, nisi etiam alia adminicula cõcurrant, ita vt illis deficiẽtibus, ei onus probandi contrarium incumbat, vt fuit dictum à *Rota in Bononien. fideicom. de Desideriis 14. Martij 1629. coram Merlino, vbi aliæ decis. alleg. idemq. tenet Surd. decis. 339. num. 4. & in cons. 505. num. 6. & alij quos alleg. Fusar. de substit. quæst. 504. num. 13.* & ita fuit vltimo loco resolutum à *Rot. in Montisfalisci fideicom. 26. Aprilis 1630. coram Pirouano.*

Extende pręterea, ꝙ bona fuisse testatoris probatur quoq. ex instrumẽto diuisionis factę, tamq̃ de bonis testatoris. vndè hinc fit, quòd confessio resultans ex ea probat cõtra diuidentem, ac illius hæredes, etiam si cõfessio esset facta à minore, absquè solemnitatibus statuti, si tamen sit verisimilis, & adminiculata, aliàs secus vt ait *Rot. per Buratt. decis. 229. nu. 1. vbi aliæ decisiones allegantur.*

23 Amplia quintò, quòd agens ad bona vti ad ipsum spectantia, debet probare, quæ, & quanta sint illa bona; aliàs si de eorũ identitate, seu quantitate non constaret, tunc ille agere impediretur, veluti fuit decisum in *Mediolanen. bonorum Veneris 25. Februarij 1611. coram Vbaldo, quæ est in par. 1. recent. decis. 295. num. 4.*

Declara tamen, quòd postquam fuerit doctũ bona sibi fuisse applicata, tunc veluti hypotheca datur de sui natura contra quemlibet insolidum ex possessoribus, ita quoq. agens poterit contra vnum iudicium dirigere, omissis alijs, *Milanens. decis. 1. num. 29. & decis. 13. num. 40. & seq. & ibi declarat doctrinã Spiren. Capy. decis. 51. n. 8. Neguſ. de pignor. p. 8. mem. 1. n. 48. & ita fuit dictũ in Rom. Saluiani interdicti 26. Iunij 1630. coram Pirouano.*

Am-

24 Amplia sextò, quòd si quis agere velit, ex Constitutione, vel Statuto, debet probare omnes qualitates à Constitutione, siue à Statuto requisitas, quarum altera si deficeret, Constitutio, siue Statutum non intraret, & præsertim si adessent verba, quę animaduerterēt illius Cōstitutionis, siue Statuti obseruantiam ad vnguem; quia ea tunc importarent diligenter aduertere, & custodire, & sic præcisam obseruationem inducerent, iuxta *textum in l. obseruandum. ff. de offic. præsid.* & veluti fuit decisum in *Romana retractus Vineæ Luna 22. Iun. 1615. coram Cardinali Bifcia in Camera, quæ est in secunda par. recentior. dec. 783. num. 5.* & pulchrè *Gratian. lib. 4. disceptat cap. 745. num. 55. cum seqq. ubi multos alios allegat.*

25 Amplia septimò, quòd agere volens ex Statuto alienationem, absque licentia in forensem prohibente, tunc nota, quòd ei sufficeret alienationem probare, nec tenetur vlterius docere licentiam non interuenisse, veluti ait *Rebuff. & Paris. allegat. à Rota in Cladien. beneficc. Vener. 12. Ianuar. 1601. coram Gregor. XV. quæ est in secunda par. recent. dec. 37. num. 5. & in eius impress. dec. 12.*

26 Et ratio est; quia actor non tenetur illud probare, quod rei exceptione elidi debet, veluti dixi supra in verbo Actor, & propterea reus tenetur probare licentiam in venditione interuenisse, & non agens. Ex ea ratione; quia veluti actor tenetur suam actionem probare, ita reus suam exceptionem, vt latè dixi in verbo Actor.

27 Amplia octauò, quòd agere volens rei vendicatione tenetur probare dominium ad sui fauorem, veluti fuit decisum à *Rota in Regien. bonorum Luna 21. Maii 1578. coram Cardinali Blanchetto, quæ est apud Statil. dec. 202. num. 2.* veluti etiam dicitur de agente actione locati, qui tenetur probare possessionem, vt ait *Curt. iunio. conf. 70. per tot. allegat. à Rota ibi coram Card. Blanchetto.*

28 Declara tamen ampliationem prædictam esse veram, quando quis agit contra non habentem causam à debitore; quia tūc de dominio docere tenetur; secus autem si ageret contra aliquem habentem causam à debitore, quia tunc dominium probare non tenetur, vt dicunt *Bald. in l. cum res, C. si aliena res pignor. data sit*, & *ibi Bart. idemque tenet dictus Bald. in l. in rebus, C. de donat. ante nupt.* Licèt vario modo videatur distinguere *Afflict. in sua dec. 40. num. 1. & 2 versic. autem in addit.* ad eam ait, quòd agens rei vendicatione de dominio sui auctoris docere deber, dicens, quòd non sufficit dicere iste habet causam à me, & propterea me fatetur dominum, ita vt quæstio dominij contra me rei vendicatione agentem refricari non possit; quia, vt ait idem *Afflict. ibi supra num. 3* etiam non dominus rem alienam vēdere potest, licèt eo casu, cum non sit dominus, vtiquè dominium non transferat; sed solum tradere tenetur, & propterea ex prædictis concludit, quòd agēs actione prædicta de dñio sui auctoris ostēdere tenetur, & eò magis, quando quis immediatè ageret, ex persona auctoris; quia tunc tenetur illud probare, quod eius auctor probare tenebatur, vt ait *Rota dec. 188. num. 3. parte prima diuers.*

Animaduertendo id, quòd fuit dictum de venditione rei alienæ, procedere solum respectu contrahentium, sed non domini rei; si tamen ipse non fuerit præsens, & tacens, vt ait *Gratian. in decis. 169. num. 12* & *Rota in decis. 148. inter criminal. Farinacc.* & *in alia Romana prætensæ venditionis domunculorum Luna 28. Iun. 1604. coram Litta*, & de hoc latè dicam in *Conclus. 88. nu. 8 cum seqq.* & *in verbo* Aestimatio rei alienæ, & propterea nota, quòd *Rota in vna Romana datis Veneris 14. Iun. 1630. coram Motmanno* ait in hoc proposito, qđ impositio census facta supre aliena, impositorem obligat, idem ait *Rota apud Cenciun de Censibus. decis. 37. num. 2. & 9 & in Vrbeuetana census 10. Maii 1628. coram Vbaldo iuniore* [illegible]

29 Extende prędictam declarationem, etiam in fideicommissario procedere, qui pari modo non tenetur probare dominium Testatoris, sed possessionem illius, quando agit contra hæredem, vel habentem causam ab eo. Et ratio est; quia causam habens ab hærede grauato non potest quęstionem dominij sui auctoris refricare, vt potest ipse hæres, *Rom.*

Iun. conf. 290. *nu.* 35. *Gratian. discept. forens. cap.* 69. *num.* 12. & *Rota per Papã Ludouisium dec.* 194. *n.* 1. & *in alia Montu falijsei fideicommissi* 12. *Maii* 1603. *coram Pamphilio*, & *in Bononien. fideicommissi de Mauris* 24. *Iunii* 1606. *coram Cardin. Lancellotto*.

30 Amplia decimò, quòd agens ex vna causa regulariter non obtinet, si non ex illa, sed alia causa probet, vt ait *Surd. decis.* 71. *num.* 2. & *Rota decis.* 44. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.* & *Magon. decis. Flor.* 117. *num.* 53.

31 Limitatur tamen hæc ampliatio duobus modis non procedere, & primò, vbi ageretur sola facti veritate inspecta, *vt ait idem Surdus in decisione* 284. *num.* 14. *cum ibi alleg.*

32 Limitatur secundò, eam non esse veràm in iudicijs summarijs, in quibus si agens procedat ex vna causa, & postea aliam probet, ipse non succumbit, vt ait *Rota in decis.* 256. *num.* 3. *parte prima diuersorum*.

33 Sed in hoc notandum erit, quòd agẽs declarare non potest, ex qua causa agere voluerit, quandò ex multiplicatione causarum ambiguitas resultet, vt ait *Rota per Verall. dec.* 264. *nu.* 4. *par.* 1. licèt *in dec.* 126. *num. tertio, parte* 3. dicat, quòd iste benè agere semper dicitur, quocunque iure agatur; dummodo ei res petita debeatur.

34 Amplia decimò, quòd quis non potest agere ante diem, & sic antequam orta sit actio; aliàs agendo malè perit, vt ait *idem Surd. in dec.* 151. *num.* 2 Secus autem si agendo conditio purificetur; quia tunc talis conditio purificata facit, vt creditor rectè egisse dicatur, *l. si rem*, *§. fin. ff. de pignor. act. Iason in l. petum, num.* 9. *ff. si cert. pet. Ioseph Ludouic. in sua conclus.* 8, *vers. Limita primò*, & *vide Ricc. in sua collect.* 1420. vbi docet, quã do ante diem agi possit. Item nota idem procedere in agere ad caducitatẽ, ex eo, qa emphiteuta per bieniũ à solutione canonis cessauerit; quia etiam si pendente lite dictum biennium perficitur, nihilominus ille obtinebit, vt pulchrè ait *Surdus in dec.* 29. *num.* 10.

35 Extende, quòd etiã accessoriè potest agi pro futuro tempore, quamen declara procedere de eo tempore, pro quo iam orta est actio, & obligatio; aliàs secus, vt ait *idem Surdus in decis.* 120. *num. nono* 14. & 15.

36 Veluti quoque dicitur etiam de emptore, qui de euictione agere potest, antequam sibi molestia inferatur; veluti quando res vendita esset in totum, vel pro parte aliena, vt ait *idem Surdus in decis.* 295. *num.* 8. *cum alijs ibi per eum allegatis*.

37 Amplia vndecimò, quòd agenti ad caducitatem, & rem emphiteuticam prætendenti incumbit onus probandi dominium, & quòd res sit emphiteutica, iuxta doctrinam *Speculat. in §. nunc vers.* 72. & *in tit. de locat.* & *ita fuit resolutum à Rota in vna Foroliuien. Parrochialis* 3. *Iunii* 1588. *coram Card. Mellino*, & *in alia Romana prætensa deuolutionis* 13. *Nouembr.* 1566. *coram Litta*.

38 Et huiusmodi probatio nota, quòd debet fieri per scripturas, vt ait *Rota Pedemontana in decis.* 58. vel saltem per continuatam solutionem 30. vel 40. annorum *Balb. in dec.* 49 *cum ibi alleg.*

39 Extende primò, id in tantum esse verum, quod neque admittitur iuramentum in supplementum, vt ait *Becius in decisione* 105. *cum ibi alleg.*

40 Extende secundo, quòd neque locationes sufficiunt, vt ait *Rota in decis.* 1. *de fid instrum. in nou. Aff. Et. in dec* 126. verum nec confessiones, aut solutiones pro illius probatione sufficerent, vt ait *Caputaq. dec.* 280. *par.* 1. & *fuit decisum in Romana domus Sanctæ Agnetis* 13 *Iunii* 1589 *coram Orano*, & *in alia Romana domus* 11. *Maii* 1592. *coram Card. Mellino*. vbi dicitur, quòd licèt locationes concurrentibus adminiculis, puta solutione canonis, & confessione, sufficerent ad probandum dominium incidenter, & multò magis possessionem, quando fuerunt effectuatæ, vna cum perceptione pensionum. Immò etiam non probata earum effectuatione, quando adminicula concurrerent, si tamen non probaretur alium de eo tempore possidere, vt fuit dictum à *Rota per Baratt. dec.* 263. & *ibi per addent.* & *in Romana Casalis* 26. *Februarii* 1625 *coram Manzanedo*, & *prius per Caual. decis.* 507. *num.* 6. & *decis.* 524. *num.* 12. & *decis.* 573. *num.* 3. *par.* 3. *recentiorum*, & *per Gregor. decis.* 209. *num.* 1. &

1. & decis. 318. num. 2. & in Albiganen. Cappella 27. Ianuarii 1623. coram Nauarro, & prius in Romana hereditatis de Alexiis 1. Iulii 1622. coram Pirouano, & vltimo loco in Beneuien fideicommissi 11. Martii 1630 coram Motmanno, & in alia Romana hereditatis Luna 10. Iunii 1630. coram Quetipo.

Nihilominus ad effectum deuolutionis dictæ locationes non sufficerent; sed exacta, & concludens probatio esset necessaria, iuxta tradita per Caputaq. in dicta decis. 280. par. 1. cum ibi alleg.

Secus autẽ quando illud posset probari ex pluribus instrumentis antiquis, manu diuersorum notariorum conscriptis; quia tunc ea sufficerent etiam ad effectũ deuolutionis, vt fuit resolutum in vna Sabinen. tenuta Campi Rotompoli 31. Maii 1595. coram Litta.

Contrarium Licèt tenuerit Rota in Romana deuolutionis 28. Maii 1625. coram Pirouano, & ibi multa decisiones ad id corroborandum allegantur, ibique concludendo, quòd etiam ex adminiculis, & coniecturis probetur dominium ad istum effectum deuolutionis, si illa tamen dominium inferant, & ad illud tendant; At secus si ad illud non tenderent, vt sunt ea, quæ resultarẽt ex locationibus, cõfessionibus, & solutionibus, quę per necessè dominium non inferunt, vt fuit dictum à Rota ibi supra coram Pirouano, & per Buratt. in decis. 602. & ibi per addent. Secus autem quando adminicula desumerentur, veluti ex solutione canonis per spatium 30. annorum; aliàs per minus tempus non augeretur probatio dominij. Item aliqua inscriptio super aliquo lapide. Item antiquitas temporis. Testes pari modo de fama, & præsertim in antiquis. Item pluralitas Inuestiturarum. Item enunciatiuæ duorum, vel plurium instrumentorum, quæ si essent antiquissimæ, & quę centum annos excederent, essent aptæ illud probare ad quemcumque effectum, vt de prædictis omnibus fuit dictum in illa Romana deuolutionis coram Pirouano, & in Ferrarien. bonorum de Nasellis septima Iunii 1627. coram Coccino, et in Romana domus 24. Martii 1628. coram Merlino, et prius in Romana Medietatis domus quinta Martii 1625. coram Manzanedo, et in Leodien. Dominii quinta Maii 1625. coram Merlino, et in Assisien. bonorum prima Iunii 1627. coram Cardinali Virili, et prius in Romana deuolutionis domus 3. Aprilis 1623 coram Manzanedo. et in pluribus aliis decisionibus allegatis ab addente ad Burattum in decis. 602. sub num. 16. cum sequentibus.

41 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam multò magis procedere, si quis agere vellet remedio l. si quis conductionis C. locat. quia tunc si agens huiusmodi remedio plenè probaret se fecisse locationem; sufficeret ad istum effectum, vt ait Rota in Regien. bonorum Luna 21. Maii 1578. coram Cardinali Blanchetto.

42 Quinimò rursus extẽde, quòd si probaret semiplenè per confessionem factam per Inquilinum extra iudicium parte absente, nec non per alium Testem super veritate negotij tunc huiusmodi probatio ad prædictum effectum sufficeret; & ratio est, iuxta Afflict. in sua decis. 12. sub num. 1. et 2. quia ea confessio extra iudicium facta parte absente inducit semiplenam probationem, quæ iuncta cum dicto alterius testis, qui de veritate negotij deponat, plenam probationem facit, & licèt Vrsil. ibi in additionibus idem firmet sub num. primo, tamen veritas est, quòd ille loquitur de confessione absente parte facta, per duos tamen testes probata, cuius enim opinio securior mihi videtur de iure; quia confessio facta absente parte de iure ciuili non probat, & præsertim quando essemus in confessione non deliberatiua, sed condemnatiua, & testes, qui de ea deponerent non essent contestes de loco, & tempore, vt fuit decisum in Romana pecuniaria tertia Martii 1595. coram Penia, et in alia Maceraten. Afflictus Veneris 20 Decembris 1596. coram Litta, vbi habetur quòd etiam testes singulares; licèt singularitate adminiculatiua, non coniunguntur ad illam confessionem probandam, & eò magis si fuisset facta incidenter, quòd tamen secus esset de iure canonico, & præsertim quando esset geminata ex interuallo; quia tunc probaret etiam in criminali, quando tamen nõ ageretur ad pœnam ordinariam,

ve ait *Put. dec. 12. & dec. 53. lib. 2.* & *Rota in Sutrina bonorum Veneris 5. Decemb. 1588. coram Card. Blatto, & Surd. multa att. decis. 12. per totam, & in hac materia vidend. est Bellam. in sua dec. 690. per tot.* vbi multa inuenies in materia. Item, quòd confessio extraiudicialis probetur per testes singulares, quando sit adminiculata, fuit dictum à *Rota per Burat. decis. 941. & ibi per addent. & prius in decis. 328. num. 4. & in alia Romana domus 11. Decembris 1623. coram Manzanedo, vbi aliae dec. allegantur.*

43 Amplia illud remedium *l. si quis conductionis* habere locum in omni possessore aliquam rem nomine alieno possidente, quia tunc non admittitur exceptio dominij, quod tamen semper intellige verum, vbi ageretur remedio dictae *l. si quis conductionis*; secus autem si ageretur ex locato, in quo aduertendum est, alt. *Vrsill. in dicta decis. 12. num. 5.* vbi *vnanimiter Socin. in cons. 187. lib. 2. & Alex. in l. si aliquam rem ff. de acquir. poss.* limitant huiusmodi conclusionē in multis casibus non habere locum, & praesertim docent, quòd omnia, quae possunt opponi agenti interdicto recuperandae, obijci possunt agenti remedio dictae *l. si quis* & ad id facit *decis. apud Statil. Parsf. 202. num 4.* Veluti eodem modo dicitur, quando essemus in remedio *l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.* in quo agens ad fideicommissum contra grauatum potest probare dominium ex possessione per eū probata de tempore obitus testatoris, veluti dixi superius sub *num. 22. ex mente Rotae in Romana haereditatis de Capizucchis, una 10. Iunij 1620. coram Quetpo.*

44 Extende tertiò, dictam vndecimam ampliationem, vbi ageretur ad rem feudalem, de qua valet argumentum ad emphiteusim, veluti dicam in verbo emphiteusis, siue ad rei vendicationem, in quibus enim terminis Dominus pari modo tenetur eius dominiū concludenter probare, & praesertim, quod res esset ipsamet quam in feudum concessit, vt ait *Afflict. in sua dec. 267* quod enim procedit etiā, si dicta res intra fines sui castri extaret, quia non per hoc sequitur, quòd sit feudalis, nisi de hac seruitute, ab eo doceatur, cum habeamus regulam, quòd quaelibet res semper sit praesumenda eo modo, quo fuit prodita à natura, & sic libera, veluti in istis terminis tenuit *Rota in vna Asten. feudi 27. Aprilis 1584. corā Bubalo, & in alia Romana census 19. Iun. 1586. coram Orano,* & latè dicam in verbo allodialis, vbi recurrere poteris, & est *decis. Card. Seraph. 894. nu. 2. Caputaq. decis. 280. par. 1. Rota decis. 723. nu. 2. par. 4. diuers. & decis. 150. num. 9. par. 1. recent. & in Romana Vineae 11. Ianuarij 1602. coram Bubalo, & 14. Ianuarij 1602. coram Pamphilio, & in Leodien. dominij 21. Iunij 1601. coram Sacrato, & per Burat. decis. 236 & ibi in addit.* Sed quo modo in vera probetur dominium, finis lineq, & identitas bonorum ad praedictum effectum, vide *Burat. in sua dec. 602. & ibi in addit.*

45 Contrarium licèt ausus fuerit dicere consilium Neapolitanum teste *Afflicto in decis. 267.* qui enim ita reprehenditur à *Ricciull. 4. par. sub num. addit. à collect. 1295. par. 4.*

46 Cōcordantes, vt prima opinio procedat regulariter, secūda vero, quādo coniecturae vrgent in contrarium, veluti si essemus praesertim in Molondino, quod facilius praesumitur feudale, quam alia bona, vel si illud semper vti feudale fuerit possessum, vt ait *Card. Seraph. dicta decis. 894. per totam.*

47 Sed tenendo primam opinionem extendo eam procedere, siue illa bona possideantur ab inuestito, siuè à tertio, vt latè fuit deductum à *Rot. in vna Leodien. haereditatis 14. Nouembris 1603. coram Card. Seraph. allegat. à Ricciull. in dicta sua collect. 1295. in fin. par. 4.* quam ego tamen inuenire non potui, licèt mirum non sit, cum semper ille sit solitus infideliter allegationes recitare, quod enim est valdè graue ijs, qui studere, & discere veritatem profitentur, Sed quomodo in alijs quoq. casibus sit probandū dominiū, aut incidenter, siuè principaliter, vide in *addit. ad dec. 236. D. Buratti.*

48 Amplia duòdecimò, quòd agere volēs ad exhibendum, teneatur duo copulatiuè facere, & primò debet summariè docere de suo interesse, vt ait *Bolb. in dec. 79* & ratio est, quia edictū ad exhibendum super aequitate est fundatum, secundo requiritur, quòd ritè, & rectè rei existentia probetur penes illum, à quo petitur, vt ait *Mazzantus in dec. 69. lib. 3.*

lib. 3. & Thoming. decis. 90. lib. 2. & late fuit deductum in decis. 69. lib. 3. in Esto bonorum 11. Maii 1583. coram Card. Blanchetto.

49 Limita tamen, id non habere locum in hærede, quia sufficit, quòd ipse iuret se libros, seu alias res non habere, vt fuit decisum in *vna Clusina grani 3. Ianuarii 1549 coram Ortulen. & pulchrè ait Rota Romana in Collect. decis. 241. veluti refert Roccius in sua collect. 1501. in 5. parte*

50 Extende huiusmodi ampliationem adeò esse veram; vt ob id recusans exhibere librum penes se existentem, teneatur Domino ad omnia damna, & interesse, veluti ita fuisse decisum à *Rota Romana testatur Roccius ibi supra.*

51 Et ratio ea est, quia cum recusans exhibere in dolo præsumatur, idcircò ad interesse tenetur, vt fuit decisum in *Bononien. bonorum 21. Februarii 1591. coram Orano, & in alia Arminen. Castrorum 11. Februarii* 1597.

52 Secus autem, si essemus in vno, qui nõ erat obligatus ad illum librum custodiendum, & tamen omnem diligentiam in perquirendo fecerit; quia si iuramento asseruerit eum fuisse deperditum; tunc ad illum exhibendum non tenetur; licèt id non procederet in eo, qui ratione officij ad illius custodiam teneretur; quia tunc solo iuramento nõ habilitaretur, & præsertim vbi tractaretur de magno præiudicio, sed eo casu tenetur ille probare amissionẽ, & casũ ammissionis; aliàs ede re cogitur, vt ait *Rot. dec. 259. p. 1. recen. & dec. 339. inter cri. Fari & in alia Rom. computorum 5. Maii 1615. coram Coccino, veluti ait etiam Roccius ibi supra, qui allegat Rotã Romanam in collect. Ianes 238.* & veluti dicam in verbo amissio scripturarum.

53 Amplia decimotertiò, quòd si quis ex dispositione conditionali agere velit, tunc id facere poterit, quando euentus illius conditionis probetur, vt ait *Rota per Ver. all. dec. 272. num. 2. p. 2. & Surd. dec. 337. num. 1.*

54 Amplia decimòquartò, quòd agens ad spoliũ debet prius actionem habere; alias sine ea experiri non posset, & vtrũque extremum probare tenetur, vt ait *Rot. per Verall. dec. 174. nu. 5. par. 2. & in recent. in 2. part. dec. 189. num. 1.*

55 Extende, quòd etiam agenti spolio obstat exceptio proprietatis, dummodo sit talis, quæ iustificet possessionem rei conuenti, & ius agentis debilitet, veluti fuit resolutum in *Bononien. præceptoriæ Lunæ 27. Iunii 1605. coram Litta, quæ est in 2. par. recent. dec. 97. num. 4. & prius in Eugubina beneficii 13. Iunii 1594. coram Card. Pamphilio.*

56 Extende secundò, quòd agens remedio restitutorio super decimis tenetur probare titulum suæ possessionis coloratum, quod tamen declara procedere, quando actio spolij intentatur cõtra eũ, qui se fundat in iure communi, vt ait *Rota ibi supra dicta dec. 189. num. 4.* & hic nota, quòd quis spoliare dicitur, qui requisitus soluere recusat, vt ait *Put. decis. 151. lib. 3. Guidap. in sua dec. 629. & Rota dicta dec. 189. num. 4.*

57 Amplia decimò quintò, quòd agens in Saluiano de fructibus satisfieri debet, vt fuit decisum in *Romana Saluiani interdicti Veneris 8. Februarii 1602. coram Coccino* & aliàs sepè, veluti dicam in verbo Interdictum Saluianum, &c.

58 Fallit tamen huiusmodi ampliatio in duobus casibus, & primò, quando in Saluiano bona acquiruntur, quę sint in obligatione, vt puta, quia essent censualia, veluti in in istis terminis ego obtinui pro Mutio Cinthio contra Victoriam Grecam; nàm isto casu cum fructus ex illa re acquisita, & obligata percipiantur, vti ex re propria; Idcircò in sortem imputari non debent, veluti fuit decisum *in Romana Vinea Mercurii 11. Decem. 1591. corã Orano, quæ est dec. 2. apud Statil. Pacif. de Saluiano.*

59 Fallit secundò, quando res obligata in Saluiano quę capta esset ferè tanti valoris, quanti est creditum agentis; quia isto casu pari modo fructus non imputantur in sortem; sed tunc potest deueniri ad illius rei deliberationem mediante commissione Principis, ad hoc, vt de illius rei pretio creditori sit satisfaciendum, vt fuit decisum in *Senogallen. prædii Lunæ 5. Decembris 1594. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1010. num. 2.*

60 Amplia decimò sextò, idem procedere, quando sumus in eo, qui dicit se filiũ, & vti talis agere velit; quia tunc tenetur probare se esse talem, & filiationem iustificare,

ficare, vt ait latè *Roland. cons. 22. & 34. vol. 3. Decius cons. 471. in princ. idem Roland. cons. 63. num. 13. cum seq. vol. 1. & cons. 10. num. 22. cum seqq. vol. 3.* & *cons. 49. num. 21. vol. 4. & Caputaq. dec. 308. num. 1. par. 1.*

61 Extende primò, quòd neque etiam sola nominatio facta à Patre de filio dictam filiationem probat, neque filium in quasi possessione filiationis constituit, *Dec. cons. 22. num. 4. volum. 3.* vbi hanc opinionem esse communem testatur, & *Bellam. in sua decis. 690. omnino eadem. Crescent. decis. 6. num. 9. de Iur. patronatus & Rota in Hipporigien. plebaniæ 25. Iunii 1610. coram Ortembergo*, vbi fuit dictum, quòd sola nominatio non tribuit ius nominato, licèt ibi loquatur de nominatione ad beneficium.

62 Contrarium tamen esset, quando dicta nominatio esset facta de filio in testamento in institutione hæredis, & sic in actu, qui magis conuenit filio, quàm extraneo, vt est etiam in legitimatione, vt ait *dictus* Roland. *cons. 22. num. 23. & 26. col. 3. & cons. 96. n. 47. & prius cons. 49. num. 14. lib. 4.* Secus autem, quando dicta nominatio esset facta in legatis solum *Roland. dicto cons. 22. num. 23.* & *24.* & *ita fuit decisum in Bonon. vsusfructus 24. Ianuarii 1611. coram Ortembergo*, vbi ait id multò magis procedere, quando cum nominatione in testamento facta de filio, concurreret etiam ille actus positiuus institutionis, & quando adessent testes, qui dicerent talem habuisse filium nomine talem, vt ait *Ruin. cons. 109. num. 38. lib. 3. Gozzad. cons. 13. num. 7.* & *49.* Paris. *cons. 10. num. 7.* & *8. lib. 2. omnes allegati à Rota ibi supra*

63 Extende secundò dictam ampliationẽ multò magis procedere in nominatione facta alicuius filij spurij, & sic à ciuili iure reprobati; quia tunc ex dicta nominatione in quasi possessione filiationis non cõstituitur, idem *Roland. dicto cons. 22. nu. 6. & Menoch. cons. 181. num. 2.*

64 Contra tamen tenent multi, quos allegat *dictus Roland. ibi in cons. 22. num. 33. cum seq.* & præsertim iuxta dispositionem Iuris Canonici, cum ab eo spurij non sint omninò incogniti, veluti dicam in verbo alimenta, & in verbo naturales, &c.

65 Extende tertiò, multò magis procedere in decisorijs iudicij; quia licèt aliàs in præparatorijs, quasi possessio ex nominatione filiationis acquisita sufficeret, illud tamen in decisorijs non suffragatur, veluti dicitur etiã in possessorio, in quo hæc secunda opinio procedit, secus autẽ in petitorio, vt ait *Surd. decis. 83. num. 21. Roland. dicto cons. 22. num. 5. cons. 49. num. 8. lib. 4.* & ratio est, iuxta prædictos Doctores, quia in possessorijs leuiores probationes sufficiunt, multa dicam in hac materia in verbo Alimenta.

66 Contrarium, quòd scilicet etiam in decisorijs dicta quasi possessio filiationis sufficiat, tenent *Corn. Abb. Alex. Paris. Calderin. Crauett. Dec.* & *Felyn. allegati à Rolando in dicto cons. 22. num. 28.* qui dicunt hanc opinionem esse cómunem, sed magis communem ait esse *Crauett. cons. 249. col. fin.* addendo, quòd ad istum effectum tractatus sufficeret, si legitimè probaretur, veluti etiam ex mẽte Rotæ dicam in verbo filiationis probatio.

67 Extende hanc secundam opinionem multò magis procedere, quando essemus in decisorijs iudicij possessorij, vt ait Roland. *ibi supra num. 29. & Surdus decis. 83. num. 21.*

58 Extende secundò, eam procedere, quando plura adminicula concurrerent, *idem Roland. ibidem num. 3. & cons. 49. num. 16. lib. 4.*

69 Extende hanc secundam opinionem tertio loco procedere, quando de illo sola tractatio probaretur; at secus si de pluribus tractatibus, veluti si prius dictus filius ab vno tractatus fuisset, vti filius; quia postea tractatus alterius filiationem non probaret, vt concludit *dictus Roland. cons. 49. num. 46. cum sequenti lib. 4. cum ibi alleg.*

70 Animaduertendo præterea, quòd ad probandam filiationem citatio non est necessaria, vt tenet *Alciat. in cons. 212. num. 9. tom. 3. lib. 9. Asin. in sua prax. in § 7. cap. 5. limit. 13* quod tamen absolutè verum non puto; quia doctores ab eis allegati, hoc non dicunt, & ideò ego valdè dubito; quia sumus in materia valdè graui, & præiudiciali, & in qua ob interesse multæ fraudes in hac clandestina probatione occurrere possent

quod

quod enim de directo esset contra text. in l. de uno quoque actu, de re iudicat. & ibi scribentes omnes.

71 Sed quando filius erit in quasi possessione filiationis, tunc habet intentionē fundatam, ita vt alleganti contrarium onus probandi incumbat, ad tradita per Bart. in l. 1. C. de quorum bonorum, & Paris. cons. 41. n. 70. & 71. lib. 2. et Rot. vt inf.

72 Amplia decimoseptimò, quòd quando qu is vult agere, vti hæres non potest id facere, nisi prius se esse talem probet, & eius personam legitimet; quia regula est, quòd qui se dicit talem se esse talem probare tenetur, veluti fuit decisum in vna Romana census ac Perbenedictu 28. Iunii 1599. coram Litta.

73 Extende primò hanc ampliationē etiā procedere in hærede, qui non potest molestari ad aliquod soluendum, nisi prius probetur eum esse hæredem; aliàs sententia ex actis non esset iustificata, vt ait Carthar. in dec. 32. num. 33. & plures allegat Surd. dec. 154. nu. 17. & ita quoq. fuit decisum in Marsilien. pecuniaria 19. Ianuar. 1607. coram Card. Lancellotto.

74 Extende secundò id esse verum, etiam quòd filij obrulissent soluere de bonis hęreditarijs; quia non per hoc dicuntur se facere hæredes, vt ait idem Carthar. dicta dec. 33 sed re vera ex quibus actibus filius dicatur, siue præsumatur se hæreditati patris, vti hęres, vel non hęres immiscuisse, videndus est Mascard. de probat. conclus 804. per totam, & dixi latè in verbo Aditio hæreditatis, vbi recurras, & in omnem euentum ad probandum quòd quis adiuerit, vel se hæreditati immiscuerit, id probari, & liquidari debet, eo citato, vt ait Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 77. num. 40. & 62. & Carthar. ibi supra.

75 Extende tertiò, quòd etiam si filius subeat iudicium, non per hoc se pro hære de gerere videtur, nisi etiam se talem fateatur, vt ait Roland. cons. 20. num. 18. 19. & 20. lib. 1. vbi reprobat opinionem Bar. in l. 1. in fi. C. com. de legat. quod. n. procedit, siue filius agat, siue conueniatur, & pręsertim, quando de aliqua hæreditate ageretur, vt ait Rota per Gregor. in sua dec. 223. num. 2.

76 Extende quartò, quòd nec etiam dictum Apostoli obstet, dum ait filius ergo hæres; quia id procedit in filio agente, & non in filio excipiente, & conuento, vt ait Roland. ibi supra num. 18. quem refert, & sequitur Carthar. ibi sup. n. 15. Et ratio ea esse videtur; quia licèt illi qui in potestate existunt, sint ipso iure hæredes, etiam si non se immiscuerint; nihilominus, quia possunt se abstinere, ne creditoribus teneantur; idcircò filius excipiendo tenetur eum esse patris hæredem probare, vt fuit dictum in Florentina domus 17. Decembris 1603. coram Cardinali Lancellotto.

77 Extende quintò, ampliationem prędictam adeò esse veram, quòd etiam si filius conuentus tamquam hæres non opponat, se non esse talem, & ex aduersò nō probetur contrarium, id est cum esse talem, potest tñ Iudex eū absoluere ex officio, secundum magis communem, de qua testatur Carthar. ibi supra, & Rota in dicta Marsilien. pecuniaria coram Card. Lancellotto.

78 Extēde sextò, quòd id, quod fuit dictū de filio, habet etiam locum in tutore pro pupillo, in procuratore pro Domino, in Prælato pro Ecclesia, & sic de similibus, qui si comparere voluerint vti tales, debent probare se tales. Et ratio est; quia quando qualitas est causa, vt quis audiatur, ea est probanda, etiam parte non opponente, vt ait Benintend. dec. 18. vbi latè, & Carthar. ibi supra num. 3.

79 Extende septimò, id in tantum esse verum, quòd sententia lata ad fauorem hæredis illius, qui procuratorem constituerat, & qui Dominus litis fuit effectus, erit nulla, si hęres non probauit se hęredem, nec eius personam legitimauit; secus tamen esset si constaret, quòd erat, (vt puta, vxor, quia eo casu, vti vxor satis fundatam intentionem habere dicitur, vt fuit resolutum à Rota in Romana pecuniaria, siue executionis rei iudicatæ 30. Maii 1588. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 824.

80 Limita tamen primò dictam ampliationem non procedere, quando pars aduersa contra aliquem vti hęredem egit; quia tunc alia personarum legitimatio non erit necessaria, vt ait Rota per Card. Seraph. dec. 1407. num. 2. in fi. Et ratio est, quia eo ipso personę dicuntur legitimatę, quando vna habet aliam pro tali, &

pro

pro tali quis dicitur aliquem habere, quando cum eo, vti tali agit, veluti fuit decisum in *una Iullen. attentatorum Veneris 20. Decembris 1602. coram Ortembergo. & Surd. dec. 104. & dec. 108. Card. Seraph. dec. 392. num 3. et Grat. lib. 5. discept. cap. 855. num. 7.*

81 Limita secundò non procedere, quando contra agentem nomine hæreditario non negatur, eum esse hæredem; quia tunc eum esse talem probare non cogitur, vt ait *Glos. in l. 1. in verbo filium C. quorum bonorum Bald. in l. non ignorant num. 2. C. de b s, qui accusare non possunt Lanfranch. dec. 513. et Rota in dicta Romana census de Perben edictis coram Litta.*

82 Contrarium ait *Carthar. in dicta dec. 33.* dicens dictam legitimationem, etiã non opponente parte, esse necessariam, *et Rota dec. 307. par. 1. recent.*

83 Limita tertiò non habere locum, quãdo essemus in iudicio possessorio, vbi non est necessarium hęredem probare se talem; sed sufficit tantum dicere ego sum hæres; & ratio est; quia in iudicio possessorio probationes leues sufficiũt, vt superius dictum est, & veluti dicunt *DD. allegati a Rolando in dicto cons. 22. num. 29. lib. 3. et Rota in Lucerina beneficii Veneris 6. Febr. 1609. coram Card. Caualerio, & in Romana canonis Mercurii 1. Iulii 1609. coram eodem, et prius in Turitana tertiaria. 3. Iulii 1595. coram Card. Seraph. et in Aquilana beneficii 26. Iunii 1606. coram Manzanedo.*

Veluti eodem modo dicitur de substituto, sub ea conditione; nempè si sine filijs institutus decesserit; quia si euenerit casus agendi pro immissione, tunc ille non teneretur euentum istius conditionis probare, quia mors præsumitur sine liberis de iure, & sufficiet isto casu, quòd non constet grauatum, aliquando filios habuisse; aliàs si probaretur illos in rerũ natura semel extitisse, in tali casu adhuc illi viuere præsumerentur, vt ait *Fusar viden. de substit. quæst. 436. num. 3. & Rota in Spoletana hæreditatis 15. Iunii 1627. coram Dunozetto, & coram eodem in alia Florentina de Cambiis 9. Iunii eiusdem anni 1627. & prius in Bononien. fideicommissi 27. Ianuarii 1621. coram Card. Verospio, & in Romana fideicommissi 20. Decembris 1627. coram Vbaldo, & Card Mantic. dec. 32. num. 1. Capyc. dec. 159. num. 11. et Put. dec. 43. lib. 1.*

84 Contrarium tamen super eo, quòd scilicet personarum legitimatio sit necessaria in quolibet iudicio, si id à parte opponatur; aliàs quòd iudicium illud reddatur elusorium, dicunt quamplurimi *DD. allegati in una Ciuitatis Castelli Molendini Veneris 26. Nouembris 1599. coram Card. Lancellotto. et in alia Romana hæreditatis de Bonellis Veneris 21. Octobris 1605. coram Gregor XV. quæ est in eius impress. dec. 223.* vbi ait, quòd legitimatio personæ potest opponi in qualibet parte iudicij, & ea omissa processũ nullum reddit, siuè simus in iudicio summario, siuè in executiuis, vt ait *Rota in dec. 18. num. 3. et dec. 142. num. 2. par. 1. recent. et penes Zacch. de obligat. Cam. dec. 76. num. 6. et dec. 28. num. 4. par. 2. in recent. et in alia Clusina posta puteolæ 18. Iunii 1618. coram Buratto.*

85 Quod tamen intellige procedere parte opponente, aliàs processus, etiam nõ facta legitimatione valeret, vt ait *Rota dec. 307. n. 7 p. 1. in recen. et per Greg. dec. 88. n. 1. et in Ferrarien bonorum 30. Mart. 1615. coram Vbaldo,* animaduertendo insuper, quòd legitimatio personarum plenam probationem requirit, vt tenuit *Rota in Casalen. seu nullius de Carrettis 15. Decembris 1586. coram Rubeo,* Licèt secus tamen esset, si pars aduersa personas approbasset, & cũ eis vti legitimis iudicium fuisset prosecuta; quia tunc legitimatio personarum non esset necessaria, vt ait *Rota per Burattum in Romana domus, seu Salutani Ven. 12. Ian. 1624. quæ est in eius impress. dec. 751. nu. 21. & 22.*

86 Limita quartò, quòd quando quis prætendit se hæredem, & pro tali se probauit, tunc non tenetur docere se proximiorem esse; sed sufficit probare se esse vnum de his, qui ab intestato vocantur, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec. 824* & onus probandi non adesse alios hæredes non spectat ad hæredem, sed ad eum, qui id affirmat, vt ait *d. Card. Seraph. in sua dec. 1407. in fin.*

87 Amplia decimò octauò, quòd agens via monitorij non potest postea agere via executiua, & ideò si quis agit per viam monitorij, & comparuit ex aduerso procurator, & mandatum procuræ exhibuit

buit protestans, Nihil fieri, nisi ipso citato in forma, si postea actor hac via electa omissa, per audientiam contradictarum agat, tunc nulliter agere dicitur; quia iam constabat de consensu actoris, qui obtinuerat monitorium, itē de consensu rei, qui mandatum produxerat, & protestationem fecerat; & propterea ad viam executiuam amplius conuolare non poterat, tum ex regula electa vna via, altera non est concedenda, tum etiam, & eò magis; quia processus per contradictas non sustinetur procuratore ex aduerso comparente, & quando principalis est in Curia, vt ait *Rota per Cesar. de Grass. in dec. 2. de sent. excomm. aliàs decis. 191.*

Licèt tamen secus esset, quando essemus in causa executiua, quia tunc quāuis fuisset processum per viā monitorij, non ob id tamen sequitur, quòd dicatur actum via ordinaria, cum tali casu illud monitorium in simplicem citationē resoluatur, vt ait *Rota per Gregor. XV. dec. 307. num. 18. & per Burat. dec. 208. num. 11. & in Nicien. Parochialis 20. Maii 1624. coram Vbaldo.*

88 Extende, quòd etiam agere volenti via executiua obstat remissoria data Aduersario, quę processum retardat, vt ait *Rota dec. 668. num. 2. & 4. par. 3. nouiss.*

89 Limita tamen secus esse, si via ordinaria agere cępisset; quia tunc in causa executiuè procedi non posset, vt distinguit *Rota ibi supra num. 5.* Quod tamen secus esset, quādo quis viæ ordinariæ renunciaret, & ab ea desisteret; quia tunc refectis expensis, non prohibetur ad viam executiuam redire, vt ait *Rota penes Zacchiam de oblig. Cam. dec. 68. & penes Cincium de Censib. dec. 260.* vbi optimè respondet decisioni coram Oradino factæ, & in *Romana pecuniaria 28. Iun. 1593. coram Litta, & in Romana excessus legati coram Buratto, quæ est in eius impress. dec. 208.* & ibi benè per *addens.*

90 Amplia decimònonò, quòd non potest ille in contractu agere, qui ob morā cecidit ab omni illius contractus commoditate, vt ait *Rota in dec. 277. num. 1. par. 2 nou ss.* Et ratio est; quia mora facit nos teneri ad id, quod iam non teneremur *Bart. in l quod te. ff. si cert. pet.*

91 Extende, quòd nec etiam agens ex ea conuentione, cui contrauenit, iuuare potest; quia nemo ex actu impugnato vllum ius, seu auxilium consequi debet, vt ait *Rota in dec. 211. num. 1. par. 1. diuers.* & velutilatè dixi in verbo Actum impugnans, vbi habebis, quando hæc regula procedat.

92 Amplia vigesimò, quòd agere volens ad rescissionem concordię, debet prius restituere ea, quæ ex dicta concordia recepit, vt ait *Rota dec. 111. num. 1. & dec. 510. num. 1. par. 1. in nouiss. & in Romana transactionis Luna 16. Nouembris 1603. coram Litta.*

93 Contrarium, quòd scilicet agens ad rescissionem transactionis non teneatur dare, neque offerre accepta vigore transactionis, ait *Rota in dec. 810. num. 2. par. 1. nouiss.*

94 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat parte opponente. Secunda verò, quando pars non opponit, & sic in primo casu tenetur pars, aut restituere, vel saltem accepta offerre, vt distinguit *Rota in dicta dec. 111. num. 1. & dec. 810. num. 10. & 12.*

95 Et tenendo primam opinionem, vti à Rota semper amplexam, extende eam in tantum valere, quòd si pars non restituat in transactione accepta, non erit audienda, vt fuit decisum in *Recanaten. transactionis 20. Mar. 1591. coram Gipsio.* Veluti quoque non audiretur, si transactio sub prætextu erroris rescindi vellet, si ille non versaretur circa causam finalem, & per aduersarium probaretur, vt dicunt Doctores allegati à *Rota in Romana de Theodolis vltimo Februar. 1592. coram Card. Blanchetto, & per Gregor. XV. dec. 149. num. 1. & Abb. in conf. vlt. column. fin. lib. 2. & Aym conf. 153. num. 8.*

Et nota, quòd causa finalis ea dicitur, sine qua quis non erat cōtracturus, vt dixi in Conclus. 50. *sub num. 8.*

96 Amplia vigesimò primò, quòd agere volens ad rescissionem contractus, ex remedio legis secundæ C. *de rescind. vend.* tenetur vltra restitutionem pretij, subministrare quoque sumptus litis reis conuentis, super illius contractus rescissione, vt dicunt Doctores allegati in *Tiburtina Castri sancti Poli 17. Mart. 1564. coram Cotta, et in alia Romana Casalis Iuliani Luna 2. Maii 1594. coram Litta, et coram eodem*

eodem in Tiburtina Caſtri ſancti Poli 27. *Maii* 1604.

97 Extende primò, id procedere, etiam ſi fuerit renunciatum dictæ legi 2. C. *de reſcinden. vend.* veluti fuit deciſum in dicta *Tiburtina Caſtri* 1604. *coram Litta.*

98 Extende ſecundò, huiuſmodi remedium etiam habere locum in ſubhaſtatione, vt ait *Rota in Spoletana predii Vener.* 27. *Iun.* 1614. *coram Pamphilio, & eſt deciſ.* 259. *num.* 3. *inter crim. Farinac.*

99 Et huiuſmodi occaſione ſciendum eſt, quòd agens ad reſciſſionem contractus, debet probare plures conditiones, & circumſtantias, inter quas, non ſolum inſpiciendus eſt valor bonorum, ſed etiam ſunt habendi in conſideratione dubius euentus controuerſiarum, iura, probationes, & coloratæ pretenſiones, remiſſiones hinc inde, qualitates perſonarum, & cauſarum, ex quibus omnibus poſſit valor iuſtus, & communis per agentem verificari, vt benè ait *Rota in dec.* 235. *nu.* 1. *par* 2. *nouiſs & eſt deciſ.* 275. *apud Statil. de Saluiano num.* 14.

100 Amplia vigeſimoſecundò, quòd agens contra diffamantem remedio *leg. diffamari*, C. *de ingen. & manumiſs.* debet docere de ſuo intereſſe, & ſic de poſſione, & iure ſuo *Boer. dec.* 255. *num.* 10. *Aret. Gabr. Bald. & Abb.* omnes allegati *in dec.* 801. *num.* 1. *par.* 1. *nouiſſim.*

Immò, quòd ſolum ſuſficiat, per agentem huiuſmodi remedio, probare eſſe in quaſi poſſeſſione rerum, ſuper quibus moleſtatur, fuit dictum in *Barbaſtren. decimarum* 10. *Nouembris* 1624. *coram Vbaldo*, & *in Leodien. Canonicatus* 4. *Decēbris* 1624 *coram Merlino*, & *poſtea in Romana reſtitutionis in integrum* 26. *Ianuar.* 1629 *coram Vbaldo.*

101 Amplia vigeſimotertiò, quòd licèt quis agere poſſit exequutiuè contra hæredem, vigore obligationis Cameralis, id tamen fallit ad effectum periurij, vt ait *Rota in dec* 461. *num.* 15. *par.* 1 *in nouiſſ.* veluti habetur in eius Repertorio in verbo Agi poteſt, *Surd. conſil.* 122. & *deciſ.* 159. *in princip.* & *num.* 11. *et dec.* 172. *et Rota in Foroliuien dotis* 9. *Iul.* 1625. *coram Durano.* Et ratio eſt; quia nemo poteſt illaqueare animam alterius; Quinimmò, nec hæres preciſè cogitur ad factum, ex iuramento ſui auctoris; nam iuramentum non tranſit in hæredem, quo ad effectum periurij, ex ea ratione ſuperius allegata, ſed bene quòad effectum obligationis, vt ait *Rota per Seraph. dec.* 805. *n.* 3. & in ſimili, vide *concl.* 167. *n.* 17.

102 Extende, quòd neque etiam contra tertium, poteſt agi exequutiuè, licèt etiam obligatione Camerali ageretur, vt ait *Rota penes Greg. XV. in dec.* 330. *nu.* 2.

103 Amplia vigeſimoquartò, quòd penſionarius agens pro ſolutione ſuę penſionis, ſi ſuper nullitate penſionis tres ſententiæ præcederent, ex quibus conſtaret de notorio non iure penſionarij in petitorio; tunc idem penſionatius potius debet ſua poſſeſſione priuari, quā quod in ea manutenendus veniat; quia agenti iudicio retinendæ obſtat exceptio rei iudicatæ in petitorio, vt ait *Rota per Ceſar. ac Graſſ. dec.* 100. *alias* 7. *de ſentent. & re iudicata num.* 8 & 9.

104 Amplia vigeſimoquintò, quòd agenti ex cauſa lucratiua, minus ſuccurritur, quàm agenti ex cauſa oneroſa, quia leges magis fauent agenti de damno euitando, quàm de lucro captando, vt ait *Rota in Romana domorum Mercur.* 19. *Ianuar.* 1611. *coram Gregor. XV. quæ eſt apud Statil de Saluiano dec.* 268 *n.* 12.

105 Amplia vigeſimoſextò, quòd quando vnus poteſt agere per viam ordinariā, tūc non eſt locus remedio extraordinario, & propterea nota, ꝙ purgatio attentatorum ex officio Iudicis fieri non debet, quando per viam ordinariam agi poteſt, veluti fuit deciſum in *Parmen. ſtatus Vener.* 1. *Iun.* 1611. *coram Gregor. XV. quæ eſt in eius impreſs. dec.* 503. *nu.* 3.

106 Amplia vigeſimoſeptimò, quòd agēs ex incendio, niſi probet culpam certæ, & determinatę perſonæ ſuccumbit, & quāuis probetur de certa perſona familiæ, niſi illa ſit deputata ad certum officium, & in illo officio delinquat, paterfamilias nō tenetur; ſi verò elegerit, ſeu deputauerit, tunc illo delinquēte d. paterfamilias dicitur in culpa non ſufficientem deputando, & propterea tenetur, vt ait *Magon. in ſua dec. Flor* 111 *num.* 32 veluti eodem modo quoquè dicitur de Domino, qui tenetur ex delicto ſuæ familiæ, quando deliquit in eo, in quo quis eſt præpoſitus, licèt ſecus, quando alicui negotio præponeretur homo bonæ qualitatis, &

famæ cognitus, & qui in his solitus esset, cum integritate se ingerere; quia tūc Dominus de illius delicto nō teneretur vt fieret si ille fuisset improbus, hoc est homicida, leno, fur, & similibus vitijs esset implicatus; quia eo casu Dominus sciens eum esse talis conditionis, teneretur pro eo, & præcipuè si potuerit prohibere, & non prohibuit, & eò magis si mandauerit, & factum ratum habuerit, vt ait *Menoc. cons. 53. n. 12. & seq. & cons. 246 n. 70. & cons. 322. n. 23. & 24. & prius cōs. 98. n. 73.* vbi ait qđ Dñs non tenetur de facto momentaneo, *Seraph. dec. 527. n. 1. Affl. dec. 82. n. 4. & Boer. dec. 86. n. 1. & 2.*

ARGVMENTVM.

AGGERES, QVANDO ALICVI facere liceat, & quando non.

CONCLVSIO LXXIX.

1 AGGERES in Ripa fluminis, dicūtur munimēta quę oībus facere permissū est, ob suorū agrorum defensionem, & facere bassredum, archas, & alia necessaria, vt ait *Fran. Marc. dec. 270 num. 1. par. 1.*

2 Amplia primò, id procedere, etiam si quis aggeres facere vellet in suo, iuxta flumen, dummodo nauigatio, vel cursus aquæ, non impediatur vt ait idem *Franc. Marc. dec. 112. num. 3. par. 2.*

3 Amplia secūdò, quòd quis aggeres, seù munimenta facere possit aduersus aquā publici fluminis, pro sui prædij defensione, dummodò id in alterius Iniuriam, & inconsulto Principe non fiat, idē *Franc. Marc dec. 111. num. 38. d. par. 2.*

4 Amplia 3. qđ aggeres, seù munimēta in littore cuilibet facere liceat, dummodò nauigatio, vel cursus aquæ, ēt in torrēte, non impediatur, vt ait idem *Fran. Marc. in dicta decis. 112. n. 1* vbi subiungit, qđ sup hoc debet caueri infra decē annos.

5 Limita tamen prędicta non procedere, quando in faciendis aggeribus, pro tuendo prædio, cursus fluminis immutaretur, cum in his rebus vtilitatem, & tutelam facientis postponere illi publicæ debemus, vt ait idem *Franciscus Marc. in præallegatis decisionibus.*

ARGVMENTVM.

AGGRESSOR QVIS PRAEsumatur, & quis aggressus.

CONCLVSIO LXXX.

1 AGGRESSOR nota, quòd ille dicitur, qui expectat in aliquo loco, & postea cum alio pugnat, vt ait *Rota Lucen diuers. in decis. 41. & Riccius in sua collect. 691. in 3. par. & prius collect. 296. par. 2. in fine cum alijs ibi per eum alleg.*

2 Amplia primò, quòd aggressor ille præsumatur, qui tempore rixæ, melius erat armatus, vt ait *Rota Perusina dec. 14. penes Ambrosium. & Riccius ibi supra.*

3 Amplia secundò, quòd pari modò ille præsumatur aggressor, qui est robustior, & in exercitio armorum magis versatus, veluti ait *Rota Germania per Coleriū decis. 49. & plene Mascard. concl. 72. vbi latè.*

4 Amplia tertiò, quòd quando nullus rixantium mortuus est, nec apparet quis primo fuerit aggressus, tunc distinguendū erit, quòd respectu partis neuter tenetur, & respectu fisci dolus cum dolo, non compensatur, sed ob scandalum, & malum exemplum, vterque ad emendam puniendus est; si verò alter eorū mortuus est, tunc si ex coniecturis, vel inditijs non apparebit, quis aggressor, vel in culpa fuerit, tutius, atque benignius erit superuiuentem absoluere, cū in dubio semper debeamus, potius nocentē absoluere, quàm innocentē cōdēnare, aliàs contra iustitiam fieret, si per peccatorem innocens ordinariè puniretur, vt pulchrè distinguit *Nicolaus Boer. in sua decis. 237.* Licèt *Mascard. in sua conclus. 72. num. 1. & 5.* dicat quòd superstes in dubio præsumatur aggressor, & præsertim, quando mortuus visus fuit, vndecumque cōtra superstitem irruere.

5 Limita tamen primò, quòd aggressor cum telo, non tenetur de homicidio, nisi illud fuerit consumatum, vt ait *Franc. Marc. in 2 par. dec. in verbo Aggressor.*

6 Declara tamen, quòd ille qui prætenditur aggressor stans, & non se retrahēs, tūc malum animum habere pręsumitur.

Secus verò, si se retraheret, vt ait *Ma. g. n. in decis. Lucen. 56. num. 5.* neque iuramento aggressoris est standum, super eo, quòd scilicet illo animum occidendi non habuerit, vt ait *Franc. Marc. in decis. 504. nu. 4. p. 1* Sed animus illius occidendi ex gladij, seu ictu vulneris qualitate præsumitur, & in dubio contra aggressorē est iudicandū, vt ait idem *Marc. dec. 772. n. ... p. 1. & Masc. de prob. cocl. 71. n. 1*

7 Et quòd aggressor debeat probare, se non animo occidendi fuerit aggressus, ait *d. Mascar. in d. concl. 71. n. 2.* Licèt sub *num. 9.* dicat, quòd animus occidēdi iuramento probetur, cuius tamē opinio nescio quomodò hodie à Iudicibus esset approbata; quia hoc modò quilibet solo iuramento pœnam ordinariam euadere valeret, & sic magis via delictorum aperiretur, quod non est tollerandum.

8 Qua pœna verò aggressor sit puniendus, distinguendum est hoc modo, videlicet, si quis percusserit cū baculo re ipsa cum armis percutere dicitur; quia armorum appellatione, etiam baculus, & lapis veniunt; vndè aggrediens aliquem cum baculo, si in capite percusserit tūc animū occidendi habuisse præsumeretur, dummodo fuerit reiterata percussio; secus autem si in alia corporis partē offendisset, veluti dicā in verbo Arma, *cōcl. 143 sub n. 18.* Quid si contingerit, quòd aggressor cum armis insultet? tunc *l. Iulia, de vi public.* puniendus erit, non solùm si plures, verùm etiam, si solus non coadunato cætu impensatèque insultum fecerit, & quamuis pœna vis publicæ sit deportatio, tū ex generali consuetudine illa non imponitur viris inferēti, sed arbitrio Iudicis remittitur, vt ait *Franc. Viu. dec. Neap. 491.*

9 Amplia aduertendo, quòd si aggressus, timendo aggressorem, nesciens aliquem refugij locū habere, se retrò alios homines ponat, vt præseruētur, si eo casu inuasor aliquem eorum percusserit, puniēdus est aggressus autem si id fine dolo fecerit, non tenetur; secus autem si dolosè, & data opera, vt aliquis eorum occideretur, vt ait *Nicol. Boerr. in dec. 84.* & de nōnullis alijs pulcherrimis coniecturis, ex quibus quis, aut aggressor, seu aggressus præsumatur, vide *Piguer. in decis. Rota Cathalonia 14. per totam; vbi pulchra.*

10 Extende tertiò, quòd si aggressus sit in discrimine vitæ positus, tūc poterit licitè suū aggressorem interficere, *tex. est in l. is qui aggressorem, C. de sicar. & Ricc. in collect. decis. 296. in princ. par. 2.*

11 Extende quartò, quòd etiam si aggressus aggressorem aufugientem interfecerit, pœna extraordinaria; & non ordinaria punietur, vt ait *Sess. in suadec. 4. Regni Aragonia, & Riccius ibi supra.*

12 Extende quintò, quòd aggressus, qui prius fuerit percussus, licèt leuiter, si pòstea aduersariū repercusserit modū excedendo, à pœna excusatur, quia id ad sui defensionem fecisse dicetur, vt ait *Barz. dec. 182. & prius in decis. 181.* decidit, an aggrediens armis possit impunè ab aggresso percuti, & occidi, idem ait *Riccius ibi supra in fine.*

ARGVMENTVM.

AGNATIO QVID SIT, ET & appellatione agnatorum, qui comprehendantur, & quādo ea à testatore contemplata censeatur.

CONCLVSIO LXXXI.

1 AGNATIO nota, quòd est nomen iuris, vt ait *Ang. Aret. in suo cons. 114. incipien. Quo ad primum*, quæ agnatio per virilem sexum contrahitur, vndè agnati sunt, qui per sexus virilis personas cognatione iuncti sunt, quasi à patre cognati, veluti frater eodem patre natus fratris filius, nepos vè ex eo, & patrui filius nepos vè ex eo, vt ex iisdē verbis ita diffinit *Gaius in l. sunt autem, 7. ff. de leg. hære. & Grattian. lib. 5. discep. cap. 866. nu. 4. & 27. & prius lib. 4 cap 621. num. 13. & 661. nu. 7. & in d. lib. 5. in c. 890. n. 3.* & ait idem Iudicium fieri de illis qui vocātur de Cippo domus, cum tales dicantur illi, qui per lineam masculinam, & agnationem descendunt; quia illud nomen de Cippo, est idem, ac si specialiter fuisset facta mentio de agnatione, veluti quoque ait *Rota in dec. 461. n. 8. par. 2. in recentior.*

Et sic isti de Cippo intelliguntur de illis, qui gestant eadem Testatoris insigna, vt ait

vt ait *Gratian. dicto lib 5. discept. cap.* 901 *num* 18. vbi propterea ait, quòd sub appellatione istorum de Domo, siue de Cippo non veniunt fœminæ; quia quando præcipuè sunt nuptæ (vt mox dicemus) insignia testatoris non ferunt, vt dicunt *Doctores allegati à Gratiano ibi supra*, & fuit ita sæpissimè resolutum à *Rota*, & præcipuè *in dicta decis.* 461. *par.* 2. *in recentior.*

2 Vndè redeundo ad istud nomen agnatorum nota, quòd generalius est, quàm illud consanguineorum; quia consanguinei sunt inter se sanguine connexi; agnati verò sunt per sexus viriles coniuncti, etiam si non sint consanguinei, vt ait *Castil. in cons.* 39. *num.* 7. *& seq.*

3 Et propterea notandum erit, quòd omnes agnati dicuntur, & possunt esse cognati; sed non è contra, vt ait *Fulgos. consil.* 45. *nu* 1. *incip.* Quidam Franciscus, & agnatorum appellatione veniūt proximi consanguinei ex latere patris, vsque ad decimum gradum, secundum ius ciuile, *Bald in consil* 469. *lib.* 1. *incip* Statuto cauetur.

4 Et ideò, quando agnationis parentela, probari debet, incipiendus est à stipite, idest à primo parente per gradus distinctos, secundum communem opinionem, vt ait *Roland. à Valle in consil.* 32. *num.* 24. & *seq lib.* 3.

5 Extende, quòd verba Agnatio, Generatio, Posteri, & de Genere, & de Cippo, regulariter important tàm masculos, q̃ fœminas, vt ait *Fulgos in consil.* 131. *in fine* Sed est benè verùm, quòd agnatorū aliqui conseruant, & sunt habiles conseruare ius agnationis per se, & per eorum propagationem, & isti sunt masculi. Alij verò sunt agnati, sed sunt inhabiles conseruare ius agnationis, vt sunt agnatæ fœminæ; quia quando transeunt nubendo in alienam familiam, tunc dicuntur finis familiæ patris, & principiū alterius. *Alexand. consil.* 80. *num.* 7. *lib.* 1. *Surd. decis.* 9. *num.* 6. & *Rota in Farfen fideicommissi Luna* 20. *Iun.* 1611. *coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec.* 514. *cum al is Doct. ibi allegat.* Immò *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 428. *nu.* 10. *&* 11. ait, quod fœminæ, siue nuptæ, siue innuptæ, comparantur ramusculis, & frondibus, non autem stipiti, & id procedit, siue simus in vltimis voluntatibus, siue in statutis de agnatione loquentibus: *Surdus consil.* 51. *num.* 28. *lib.* 1. *Aymon. consil.* 180. *num.* 1. *Curtius Iunior consil.* 154. *num.* 14. & *Decius consil.* 13 *num.* 4. *cum ibi alleg.*

6 Contrarium, quòd scilicet fœminæ de familia dicantur agnatę; licet sint nuptæ extra familiam, & eò magis si postea fierent viduæ, fuit decisum à *Rota in Romana fideicommissi Luna* 29. *Mart.* 1610. *coram Greg XV. quæ est in eius impress decis* 464. *num.* 1 & *seq.* & *decis.* 514. Licèt tamen id fallat in earum filijs, qui de agnatione aui materni non dicuntur, vt ait *Gratianus lib* 4 *disceptat cap.* 621. *num.* 11. Et ratio est; quia fœmina eo ipso, quòd est vxorata, statim ius agnationis sui patris amittit, & etiam illud Ciuitatis cum forum sui viri sequi teneatur, vt ait *Thesaur. dec.* 37 *num.* 8 *& dec.* 133. *num.* 12. *Card. Seraph. dec.* 519 *num.* 4. *& Riccius videndus in sua collectanea decisionum* 251. *par secunda* Licèt sit benè verùm, quòd quàmuis fœminæ non sint agnatæ, possunt tamen fideicommissum in aliena agnatione cōstituere, vt illius bona in ea conseruentur, vt ait *Roland. consil* 82. *num.* 41. *lib.* 3 vbi multos allegat *Decian. consil.* 127. *num.* 25. *lib* 3 *Castr. cons* 92. *nu.* 7. *lib.* 2. *Socin. iun. cons.* 81. *num* 3 *lib.* 3. & *Grauar. dicto cap.* 611. *num* 12.

7 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando Testator præ oculis habuit cōseruationem agnationis, & bonorum in ea, & eo casu; quia per fœminas agnatio non conseruatur, vt fuit decisum in *Carpentoratan. fideicommissi Vener* 1. *Mart.* 1613. *coram Cardinali Lancelotto, quæ est in* 2. *par. recentior. dec* 432. *num* 4 Et sic igitur erit concludendum, quòd isto casu fœminæ nō veniant appellatione agnationis, & id procedit non solùm, si testator vocauit agnatos, verùm etiam si expressit verba, ex quibus constaret, voluisse bona in agnatione conseruari; quia tunc fœminæ non censentur vocatæ, etiam si verba substitutionum aliàs essent aptæ illas cōprehendere, vt ait *Rota in dec* 203. *num.* 4. & *dec.* 21 *num.* 1. *par.* 2. *recent* & latè fuit dictum *in Romana fide commissi de Iordanis* 6. *Nouembris* 1617. *coram Buratto*,

In hac pag. 584. col. 1. lin. 43. post num. 9. a ade hac verba.

Subextēde d. secundā opinionē eò magis procedere, qñ filia fœmina esset in eadē familia, seu agnatione nupta: quia tūc neq; gradū, neq; familiā amittit, sed in ea cōtinuāco vtrūq; cōseruat. imò in filiis descēdētib. ex fœmina in eadē agnatione nupta eō currūt requisita masculinitatis, & proximitatis; quia, vt ait *Craues. cons. 851. n. 3. & cō. 877* fœmina quæ nupsit in eadē familia gradū & cognomen conseruat; quia ea nō est finis lineç, nisi qñ nubit in aliena familia, *iux tex. in l pronunciatio in fi. ff de verb sign.* & ita fuit resolutum à *Rota in Lamen. iuris honorifi. Lune 26. Ian. 1632. coram Pirouano.*

In hac pag. col. 2. lin. 7 adde hęc verba.

Subextēde hāc 1. opinionē in tātū procedere, vt neq; fœmina nec minus eius filii veniāt appellatione filiorū, et si filia fœmina in ead. familia, vel agnatione fuisset nupta; quia in isto casu vbi à statuto qualitas masculinitatis est in successione cōtēplata, fit impossibile mulierē posse habere suos descēdētes agnatos, & sic igitur optime prædictę opiniones medio istius distinctionis concordari poterūt, & sic vt prima procedat, qñ sumus in simplici vocatione descendentium; quia tunc ea est apta comprehendere agnatos, & cognatos. Secunda verò qñ sumus in vocatione qualificata, & differēti per nomē familię, & agnationis masculinæ; quia tali casu ea cognatis nullo modo cōuenire poterit, & eò magis, si testator ētmā lasiet bona sua conseruari in agnatione paterna; quia tūc fœminæ nullo modo cōprehendi possunt, vt pulchrè fuit resolutū in illa *Ianuen. iuris honorifici coram Pirouano.*

ratio. & in Firmana fideicommissi 27. Ianuar 1620. coram Remboldo, in quibus colligitur, quòd Rota noluit admittere fœminas, etiam si non adesset concursus masculorum, ea ratione; quia ipsę non sunt habiles ad conseruandam agnationem, vt post alios concludunt **Card.** *Mantic de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 8. & 9.* & sic concluditur, quòd in isto casu non veniunt, nisi illi, qui conseruant agnationem, & sunt firmamentum, & stabilitas domus testatoris, ad quod per consequens, fœminæ admitti non possunt, ex ratione superius adducta sub *num. 5. in fine, & ita ait Gratian. lib. 5. discept. cap. 901. n. 1.*

8 Secunda verò opinio procedit, quando sumus extra casum contemplatę agnationis, ob illius conseruationem; quia tunc fœminæ veniunt sub mentione agnatorum, licèt non eorum filij, vt ait *Magon. decis. Florentin. 52. num. 10* & veluti fuit decisum, & conclusum in dicta *Romana fideicommissi Mercurii 13. Iun. 1605. coram Manzanedo*, & propterea agnatio, vt paulò antè dixi, non potest considerari in filijs, ac descendentibus filiarum, vt ait *Rota in 2. par. rec. dec. 354. nu. 4. & decis. Greg. XV. 293. in vlt. verbis, & decis. 464. n 5.*

9 Sed secundam opinionem tenendo, extende eam in tantum esse veram, vt per fœminas donec viuunt, dignitas familiæ, ac agnationis conseruetur, licèt sint nuptæ, etiā extra familiā, & eò magis si tpe purificati fideic. filia esset vidua, vt ait *Rot. dec. 282. n. 4. Honded* qui infinitos allegat *in cons. 12. n. 25. Surd. dec. 9. n. 5. Soccin. cons. 207. nu. 4. lib. 2. Gabr. cons. 195 n. 3. lib. 1. Surd. cōs. 140. n. 67. Card. Seraph. dec. 1438. nu. 8* qui ait in *in dec. 848. n. 3.* non esse curandū de Doctoribus, qui tenent fœminam nuptā nō esse de familia.

10 Extende eam secundò, quòd immò fœminæ veniunt sub vocatione de domo, & familia, & sub nomine proximiorum, vt fuit decisum in *d. dec. 282. in 2. par. recen.* & pluries *in vna Montisfalisci fideic. & præsertim 5. Iun. 1617. coram Coccino.*

11 Tenendo aūt primam opinionem, extende illā multò magis procedere, in illis locis, vbi extat statutū, q; stātibus masculis, filię fœminæ non succedant; quia tūc appellatione filiorum, nullo modo fœminę continentur in vltimis voluntatibus, quicquid esset eo statuto non extāte, vt ait *Grat. lib. 4. discep. cap. 708. n. 22. & Rot. dec. 282. n. 4.* & *in Carpentoraten. fideic. 13. Iu. 1607. corā Mānzanedo*, vbi ait q; fęminę dicūtur finis agnationis patris, & principium illius mariti.

12 Verùm, quia multoties dubitari contingit, an fœminæ agnatę ab aliqua successione excludantur, vel potius ad eam admittantur; ideò in huiusmodi difficultate cum prædicta distinctione contemplatæ, vel non contemplatæ agnationis pertransire debemus; sed in dubio ratio agnationis non censetur habita, nisi id expressit testator, vel nisi vrgeant coniecturæ in cōtrariū, veluti fuit decisū *in d. dec. 282. n. 4* & *in Ariminen fideic. Lunæ 23. Mart. 1615. corā Dunozetto, quæ est in rec. in d. 2 p. dec. 667. n. 10.* & nouissimè *Gratian. lib. 5. d scept. cap. 856. nu 24. cum seq.*

13 Contrarium licèt dixerim superius, & dicā inferius, & ibi cōcordantiā habebis.

14 Amplia primò, q; ratio conseruandæ agnationis, dicatur exclusa, quando testator vocauit fœminas, vt ait *Rota in Romana fideicommissi de Iacobatiis Mercur. 2 Decemb. 1609. coram Greg. XV* & *dec. 667. num. 10. in secunda par. recentior.*

15 Subamplia multò magis procedere quando vocatio fœminarum esset facta in certum casum tantum, veluti alienationis, & eò magis si in qualibet parte testamēti, veluti fuit decisum *in Maceraten. fideic. de Cardulis Ven. 2. Maii 1614. corā Card. Verospio, quæ est in 2. p. rec. dec. 538. n. 3. & est dec. Greg. XV. 433. n. 4. & Grat. lib. 3. discep. cap. 536. num. 62. & 63.*

16 Subamplia secundò, quòd etiam agnationis fauor, non consideratur, quoties successio limitatur ad certum gradum, vt ait *Magon. in decis. Lucens. 28.* & ibi *in annotat. sub littera C.* & *Rota apud Gregorium XV. in sua decisione 464. num. 17.* & *Grat. ibi supra dicto cap. 866. nu. 16*

17 Amplia 2. q; conseruatio agnationis nō censeatur contēplata, ex eo solo, qđ substitutus sit agnatus, vt fuit decisum à *Rota in d. dec. 282. in 2. par. recen. num. 4. in fin. vbi allegat Gabriel. qui alios cumulat in consil. 88. num. 9. lib. 2.*

18 Amplia tertiò, quòd dicta ratio agnationis considerata non censetur, quando nulla fuit facta mentio masculinita-

linita-

linitatis, sicut è contrario contingit, quòd scilicet prædilectio masculorum à testatore ostensa valdè arguat animum conseruandæ agnationis, vt ait *Rota ibi supra n. 5. & Greg. XV. dec. 464. num. 15.*

19 Amplia quartò, quòd dicta agnatio contemplata non censeatur, ex vnico tantùm substitutionis gradu, veluti è contra pluralitas graduum animum cōseruandæ agnationis inducit, vt ait *Rota ibid m num. 6 & ibi alios DD. alleg.*

20 Amplia quintò, quòd nec minus ratio agnationis, censeatur considerata, quando testator hæredes extraneos instituit; quia tunc per huiusmodi institutionem fœminæ non veniunt exclusæ ab illa hæreditate agnati, vt ait *Rota ibidem num. 6. cum altis ibi alleg.*

21 Amplia sextò, quòd ratio agnationis non censetur habita, quando testator vocauit Spurios, & Bastardos; quia illi non dicuntur agnati, veluti fuit decisum in *Romana fideicommissi de Iacobatiis, Merc. 2. Decembr. 1609. coram Greg. XV. quæ est in eius impres. dec. 433. n. 16. & Card. Mantid. dec. 319. num. 7.*

22 Vndè ex hoc inferri potest, quòd si ad iuspatronatus sint vocati illi de familia, tūc illegitimi non censentur comprehensi, vt plenè ait *Lupus de illegitim.* plures cumulans *comment. 1. §. 3. num. 24.* & latius *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 36.* & infinitos cumulat *Honded. cons. 5. num. 15. & seq. lib. 2. Rota decis. 345. num. 4. par. prima in recent.* & fuit decisum *in Bonouien. de Ranucijs 23. Ian. 1617. coram Card. Caualerio.*

23 Extende eodem modo procedere, vbi de nobilitate ageretur; quia tunc appellatione nobilium, non veniunt Bastardi, etiam si à nobilibus proueniant, nec non, siue in fauorabilibus, siue in odiosis versemur, cū illi nullam patris nobilitatem, & agnationem retineant, vt fuit decisum à *Rota in Veneta legitimitatis 26. April. 1602. coram Pamphilio, & in alia Ianuen. iurispatronatus 13. Mart. 1606. coram Litta, & Doctores allegati à Gratiano lib. 3. discept cap. 554. num. 51. & seq. & Merlin. de leg. lib. 1. tit. 2. q. 5. num. 71. cum sequentib.*

24 Sed ad pleniorem intelligentiam istius Conclusionis, opus est distinguere inter verba, quæ sunt Iuris, seu ciuilia, prout sunt Agnatio, Domus, Familia, & Parentela, & inter illa verba naturæ .i. significatum naturale habentia, vt sunt Coniunctus, Consanguineus, & Parentes; nam in primo casu illegitimi non censentur comprehensi. Licèt secus in secundò, vt latè distinguit *Garz. dicto cap. 15 num. 4. & seq.* Quam enim distinctionem amplexa fuit *Rota in Pampilonen. Cappellania 6. Nouembris 1617 coram Pirouano*, vbi fuit decisum, quòd Spurij veniunt sub nomine Consanguineorum, in materia Iurispatronatus, quæ Decisio fuit postea confirmata *in eadem coram eodem 16. Februarii 1618.* vbi fuit conclusum ideò magis procedere, si fuissent vocati proximiores Consanguinei, licèt secus sit de Iure Ciuili.

25 Sed primā opinionem tenēdo extende, quòd neque etiam agnatio conseruatur in filijs illegitimorū, etiam si illi ex legitimo Matrimonio fuissent procreati. & ratio est; quia Iuspatronatus dicitur gentilitiū, & familiare: & ideò ad illud nō admittuntur illegitimi, quādo præcipuè fundator in illius fundatione rationem conseruandæ agnationis expressit; quia illi non dicuntur de Familia, vel Parentelā; sed solùm succedunt descendentes, quamuis non sint hæredes; licèt in capita, sed non in stirpes. At secus, quando estemus extra descendentes; quia tunc in capita, & non in stirpes succedunt, vt ait *Rota dec. 251. num. 3. & seq. par. 2. recent.* Vndè quoties excludantur illegitimi, omnes quoquè ab eis prouenientes censentur exclusi, etiam quod sint ex legitimo Matrimonio nati, veluti fuit decisum in vna *Burgi sancti Donnini Iurispatronatus Luna 26. Martii 1612. coram Voaldo; quæ est in recentior. dec. 335. par. 1.* & nouissimè *Merlin. de legitim. lib. 1. titul. 2. quæst. 5. num. 71. cum seq.*

26 Contrarium tamen erit dicendum de legitimatis, qui dicuntur agnati, vt ait *Gratianus lib. 4. discept. cap. 673. nu. 22. cum aliis per eum ibi alleg.*

27 Extende huiusmodi opinionem in tantum procedere, vt propterea illi verè dicantur de agnatione, & familia ipsius Testatoris, & veniant in fideicommisso proximioribus relicto,

nec minus eis obſtat Bulla Pij Quarti de qua in Bullario *num. 26.* quia illa procedit ſolùm, quando legitimatus veniret contra mentem teſtatoris; at ſecus, ſi iuxta illius voluntatem ſuccederet, vt ait Rota *in deciſ. 388. & 667. parte prima in recentior.* vbi prætereà ſubiungit, eam Bullam intrare, ſi de præiudicio Iuris alicuius iam acquiſiti ageretur, veluti, quando legitimatio fieret poſt purificatum fideicommiſſum, veluti quoque idem teſtantur *Eugen. Decian.& Menocb. alleg. à Grat.d.lib. 4.diſceptat. eodem cap. 673.n. 21.&ſeq.*licèt *Tiraquel.de nobil.cap.15.num.10.&ſeqq* dicat, quòd in oẽm euentũ legitimati, non debent ſedere ad menſam cum legitimis. Et ratio eſt, ſecundum *Bald. in cap. vlt. prope med. de tranſlat. epiſcop.* quia legitimatus fit ad inſtar medicati à vulnere, cui ſemper remanet cicatrix, quod ego verum nõ puto, aliàs facultas Principis legitimantis læderetur.

28 Amplia ſeptimò, quòd ratio conſeruandæ agnationis conſiderari non poteſt, vbi agitur de ſucceſſione matris, veluti ait *Rota in Toletana hæreditatis Mercur. 7. Februar. 1602. coram Gregor. XV. quæ eſt in eius impreſ. deciſ. 293. nu. 18. & prius in Peruſina bonor. Lunæ 16. Martii 1592. coram Penia.*

29 Amplia octauò, quòd ratio conſeruãdæ agnationis excluditur à facultate alienandi inſtitutis, ſeu ſubſtitutis à teſtatore conceſſa, vt fuit dictum in *Narnien. fideicommiſſi de Cardulis Vener. 2. Maij 1614. coram Card. Vereſpio, quæ eſt in 2. par. recent. dec. 538. nu. 4. & Grat. lib. 3. diſcept. cap. 536. num. 6.*

30 Amplia nonò, quòd coniecturæ conſeruandas agnationis non ſumitur ex qualitate ſubſtituti, qui ſit de agnatione, vt ſuperius dictum fuit, & veluti ait Rota *in Romana fideicommiſſi Lunæ 29. Martii 1610. coram Gregor. XV. quæ eſt in eius impreſ. dec. 464. num. 14. & in recent. dec. 282. num. 4. par. 2.*

31 Et ratio eſt; quia quando in inſtitutione non fuit habita ratio conſeruandæ agnationis, tunc oritur præſumptio, quòd neque fuerit habita in ſubſtitutione, vt ait Rota *per Coccinum in deciſ. 32. num. 8. cum aliis ibi per eum alleg.*

32 Declara, quòd in illis caſib. in quib. nõ fuit habita dicta ratio conſeruandæ agnationis, tunc nulla conſideratio eſt facienda de excluſione fœminarum, vt ait *Rota per Greg. XV. dec. 514. num. 13.*

33 Fallit tamen in illo caſu, quando eſſet conſuetudo in domo, & familia vt (etiam nulla habita mentione conſeruandæ agnationis) maſculus, licèt in gradu remotior fœminę pręferatur ad illum finem conſeruandæ agnationis; quia tunc etiam extra caſum contemplatæ agnationis à teſtatore, fœminæ à maſculo remotiore dicerentur excluſæ, vt ait *Gratian. lib. 4. diſcept cap. 621. num. 6.*

34 Limita primò, concluſionem, ſuper eo firmatam, quando ſcilicet agnationis ratio cenſeatur omiſſa, non procedere ex multiplicata expreſſione maſculinitatis; quia illo caſu ex ea præſumitur habita illius agnationis conſeruatio, vt fuit deciſum in dicta *Romana fideicommiſſi coram Gregor. XV. & in alia Farfen. fideicommiſſi Lunæ 20. Iun. 1611. coram eodem, quæ eſt in impreſ. dec. 541. num. 9. & in par. 1. recen eſt dec. 193. num 4.*

35 Contrarium tamen fuit deciſum in alia *Ariminen. fideicommiſſi Lunæ 23. Martii 1615. coram Dunozetto, quæ eſt in 2. par. recent. dec. 667.* vbi habetur, quòd ex repetitione maſculinitatis, neceſſariò nõ inducitur ratio cõtemplatæ agnationis, ſubdens, quòd eſt maxima differentia inter conſideratam maſculinitatem, & agnationem, & quamuis teſtator videatur prædilexiſſe maſculos, non ob id tñ ſequitur, quòd teſtator voluerit dare legem ſuæ agnationi, *Corn. in l. 1. C. de condit. inſert. num. 20. Pariſ.conſ.41.nu. 83. lib. 3. & Rota per Card. Seraphinum deciſ. 1216. num.6.cum aliis ibi alleg.*

36 Sed tenendo primam opinionem, extende eam procedere, quando cum qualitate maſculinitatis, concurrerent etiam aliæ coniecturæ teſtatoris, ex ea ratione; quia ſola dilectio ſexus maſculini nõ eſt ſufficiens ad præſumendum agnationis fauorem, veluti fuit deciſum à *Rota in dec. 300. n. 25. par. 1. in recent.*

37 Tenendo autem ſecundam opinionẽ, extende eam, tantò magis procedere, ſi teſtator in eodem teſtamento vocaſſet fœminas in certum caſum; quia tunc illa vocatio excluderet conſeruationem agnationis, vt ex pluribus rationibus, & au-

& auctoritatibus, fuit resolutum à *Rota in Viterbien. fideicommissi 10. Maii 1613 coram Manzanedo, postea confirmata coram eodem 16. Febr. & 26. Maii 1614. & prius in Amerina successionis 2. Maii 1592. coram Penia. & 16. Nouembr. 1607 coram Card. Lancellotto.*

38 Secus igitur, quando testator posuit descendentes in conditione, cum qualitate masculinitatis; quia tunc præsumitur agnationis conseruationi prospexisse, & eo casu, vbi testator habuit rationem conseruandæ agnationis, etiam si filij sint solum in conditione positi; nihilominus appellatione filiorum, nepotes, ac pro nepotes quoquè veniunt, & ex hoc quoque desumitur coniectura, quòd filij positi in conditione, tali casu censeātur vocati ad portionem, etiam patruorum, vt ait *Rota per Greg. XV. dec. 332. nu 7. & in illa Ariminen. fideicommissi coram Tuncretto.*

39 Extende eodem modo dici de prohibitione alienationis facta filijs, ob conseruandam agnationem, quæ prohibitio operatur, & sub nomine filiorum quoque nepotes veniant, cum aliàs ad eos non extenderetur, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 765. num. 19. & 20.*

40 Contrarium licèt fuerit decisum à *Rota per Card. Seraph. in dec. 1486. n. 17. & 18.* dicens, quòd licèt testator cogitauerit de conseruando sua agnatione, non per hoc tñ sequitur fideicommissũ fuisse purificatum ad fauorem nepotum, neq. eo casu appellatione filiorum nepotes, & pronepotes comprehenduntur, nã ad inducendum fideicommissum in præiudicium grauati, ratio agnationis conseruandæ est intelligenda, iuxta terminos præcedẽtis substitutionis, ita vt exrẽsio de casu ad casum non sit tolleranda. *Dec. consil. 286. n. 9. vers. Non obstat, & num. 10. Decian. cons. 26. num. 86. Ferret. consil. 384. num. 15. Menoch. cons. 328. num. 36. late Cephal. cons. 26. nu. 11. Honded. cons. 78. num. 49. lib. 1. Sur d. decis. 9. num. 16. & Gratian. lib. 5. discept. cap. 866. num. 16. cum seqq. & prius in lib. 4. cap. 629. n. 27.* vbi ait, quòd neque substitutiones, etiam fauore agnationis tali casu sunt multiplicandæ.

41 Quæ enim extensio, veluti est prohibita de casu ad casũ, ita multò mi nus fieri poterit de persona ad personam, vel de gradu ad gradum, vt ait *Dec. cons. 280. n. 8. & 9.* pluries canonizatus, vt testatur *Rota dec. 667. nu. 11. in 2. par. recent.*

42 Er rõ est; q̃a illa qualitas, q̃ filij fuerint in conditione positi, non operatur, quòd nepotes ex solo respectu agnationis dicantur necessariò vocati, vt ex pluribus auctoritatibus Doctorum de communi testantium firmauit *Rota in dicta Viterbien. fideicommissi coram Manzanedo*, veluti, ita quoq. testatur *Rota in dicta dec. 667. num. 12. par. 2. recent.*

43 Sed tenendo illam primam opinionẽ, extende multò magis eam procedere, si dicta ratio conseruãdę agnationis expresse legeretur, vt ait *Pedroc. consil. 38. num. 3. vers. Et quare, & Rota per Card. Seraph. dec. 1426. num. 10. & 18.*

44 Extende secundò, pari modo illam opinionem procedere, quando testator ad plures gradus substitutionum deuenerit; quia tunc præ oculis agnationis rationem habuisse præsumitur, vt ait *Rota per Gregor. XV. in dicta dec. 464. num. 18. & dec. 282. nu. 6. in 2. par. recent.*

45 Extende tertiò, quòd ratio conseruandę agnationis à testatore habita presumatur, quando substituit etiam posteros, & descendentes ex filijs masculis, veluti fuit decisum à *Rota in Nucerina fideicommissi Ven. 24. Nouembris 1595. coram Card. Mantica, quæ est in eius impres. dec. 351. num. 2.*

46 Et propterea ad id notandum erit, q̃ quando est habita ratio à testatore pro conseruanda agnatione, id plurimum agnatos iuuat, ad faciendum eos ad fideicommissum admitti, veluti fuit decisum à *Rota in dicta Nucerina fideicommissi Vener. 14. Aprilis 1593. coram eodem Card. Mantic. quæ est in eius impres. dec. 310. num. 6.*

47 Extende quartò, quòd dicta ratio eò magis redditur potentior, si ei statutum suffragetur, vt est in Vrbe *cap. 141. & 145. lib. 1.* Quod enim statutum solùm ob fauorem agnationis fuit inductum, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 702. nu. 53. & Rota per Card. Mantic. in dicta dec. 351. cum aliis ibi per eum alleg.*

48 Et propterea hinc fit, q̃ in dubio testator præsumitur semper se voluisse confirmare cum Statuto fœminas, ob conseruationem

In hac pag. 587. col. 1. lin. 22. ante nu. 39. adde hac verba.

* Sed nota tamen, q̃ masculinitas in vna parte testamenti expressa nõ cẽsetur in alia parte repetita, iuxta veriorẽ, veluti testatur *addẽs ad d. dec. Burat. 271. n. 19.* idẽ ait *addẽs ad dec. Greg. 314 n. 7 & facit dec. 475. n. 3 p. 4 diu. & dec. 350 n. 2. post 2. vol. cons. Farinac. & in Rom. de Delphinis 1. Dec. 1623 corã Remboldo & in Florentina fideicom. de Guiduccijs 21. Febr. 1628 corã Dunozetto*, in qua fuit dictũ foeminas cõprehẽdi sub nomine proximiorum de familia, etsi testator expressisset qualitatem masculinitatis in precedentibus substitutionib. & postea immediatè in contextu eiusdẽ orõnis substituit p̃ximiorẽ de familia, & id, quia nõ verè constabat de expressa testatoris volũtate cõseruandi bona in agnatione, quæ n. opinio eò magis p̃cedit, quãdo pôt reddi aliqua rõ differentiæ, cur magis in vno, q̃ in alio casu, qualitas illa masculinitatis fuerit expressa, vt ait *Rota penes Greg. d. dec. 314. n. 7. & in illa Florent. de Guiduccijs corã Dunozetto & in alia Romana de Delphinis coram Remboldo.* Sed Rota in hoc seruat eam distinctionẽ nẽpè, quãdo fit mentio filiorum eiusdẽ personæ: & tũc qualitas masculinitatis repetita censetur. At secus, si mutaretur persona eius, de cuius filijs ageretur. & sic huiusmodi distinctione prædictæ opiniones optimè concordari poterũt, vt dicunt DD. allegati ab *addẽte ad d. dec. Buratti 272. sub n. 19.* Et rõ prædictæ distinctionis ea est: quia diuersitas personarũ diuersitatẽ affectionis p̃ducere pôt, q̃ non contingit, quãdo eic ea easdem ageretur, quo casu facilius pôt sumi interpretatio ab ãteriori dispositione, veluti fuit ita resolutum à *Rota in Rom. fideic. de Vipera 24. Ianuarij. 1629. coram Card. Verul.*

nem

nem agnationis excludente, & hæc esi sit potissima coniectura, & non leuis, id circò ab ea non est recedendum, nisi aliç magis fauorabiles in contrarium vrgeant, vt ait idem *Gratian. lib. 4. disc. c. 664. n. 8. cum seqq. vbi alios DD. alleg.*

49 Et nota, quòd illud statutum pro conseruatione agnationis dicitur fauorabile, & non odiosum, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 890. num 31. & prius cap. 449. Rot. dec. 51. par. 1. recen* Cuius tamen statuti dispositio non procedit, si qualitas agnationis non verificetur, vt ait idem *Grat lib. 3. discept. cap. 418. num. 11.*

50 Extende quintò, quòd semper benigna fieri debet interpretatio ad hoc, vt ratio conseruandæ agnationis habita censeatur, veluti fuit decisum in *Strigonen. violationis testamenti Mercur. 27. Mart. 1596. coram Card. Mantica, quæ est in eius impres. dec. 368. num. 6.*

51 Extende sextò, quòd fauor agnationis, adeò dicitur causa fauorabilis, vt propterea sit potens ad tollendam legitimam in totum, vt ait *Magon. in decis. 28. & ibi in annot. in vers. Factum in causam, sub littera E. Burat. dec. 6. n. 15.*

52 Extende septimò, quòd vbi ratio conseruandæ agnationis militat, id procedit, tàm in successione hæreditatis alicuius fœminç, quàm etiam in successione alicuius masculi, vt fuit dictum in *Rauennaten. bonorum Luna 16. Decemb. 1613. coram Vbal lo, quæ est dec. 548. nu. 4 par. 1. in recent.*

53 Extende octauò, prædicta adeò esse vera, vt ne dum ratio expressa conseruandæ agnationis sit sufficiens ad inducendum fideicommissum, sed etiam tacita, quæ ex testamento elicitur, vt ait *Surd. decis. 124. num. 7. & dec. 125 num. 6.* & *Rota per Coccinum decis. 267. num. 13.*

54 Contrarium tamen tenet *Gratian. lib. 5. disceptat. cap. 866. num. 25.* vbi ait, qđ argumentum à sola ratione agnationis non valet, nisi sit expressa, licèt prius in *lib. 4. discept. cap. 632. num. 45.* primam opinionem tenuerit, & ibi fatetur, quòd ratio agnationis operatur, siue expressè, siue tacitè concurrat.

55 Sed tu concordando huiusmodi opiniones dicas, vt prima procedat, quando cum tacita agnationis ratione, vrgentes etiam coniecturæ concurrant. Secunda verò, quando essent leues. Licèt in hoc optimè sit animaduertendum per *text. in vulg. l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* vbi fuit sublata agnationis, & cognationis differentia.

56 Rursus est notandum in hac materia, quòd quando fit mentio generalis agnationis, aut Casatæ; Nihilominus ea restringitur ad lineam descendentinm, non autem ad eam transuersalium, vt ait *Rota dec. 193. par. 1. in recent.* & *in dec. 300 num. 21. in dicta 1. par. recent.*

57 Declara tamen illud esse verum, quòd scilicet dicta mentio agnationis restringatur ad descendentes, quando specificè, & effectiuè testator de propria agnatione intellexerit, idest de illis qui ab eo descendunt: quod enim tantò magis procederet, si concurrerent illa verba (De agnatione ipsius) quòd quidem pronomen (Ipsius) personalitatem significat, ita vt ad agnatos remotos referri non possit, vt ait *Rota* mox allegan.

58 Secus autem, si Testator intellexerit de agnatis suis genericè, & contentiuè, idest de illis qui in domo Testatoris continebantur; quia tunc sub illis etiam agnati transuersales dicti testatoris includerentur, vt pulchrè ita distinguendo ait *Rota in Bononien. fideicommissi de Lambertinis Luna 27. Iun. 1609. coram Manzanedo, quæ est illa dec. 193. num. 10. par. prima recent.*

59 Sed hic bonum erit scire, quòd domus, siue familia in Iure duobus modis accipi potest, & primò causatiuè, & effectiuè. Secundò verò contentiuè, & passiuè, ita vt in primò casu solum descẽdentes ex testatore veniant; in secundo verò omnes agnati, etiam transuersales comprehendantur, vt ait *Gratianus lib. 4. discept. cap. 645. num. 2.*

Declara tu igitur, quòd vbi simpliciter, & absolutè nominatur familia, tũc istum terminum, etiam contentiuè accipiunt Doctores; at secus, quando concurrerẽt verba, ꝑ quæ esset accipiendus ille terminus effectiuè tantùm, veluti si adesset illud pronomen (Huiusmodi) & simile, à Papa in aliqua concessione prolatum; quia tunc ex eo deprehenderetur Papam præcisè designasse ad oculum corporis, & non intellectus præsens Col lonnel.

lonnellum oratorum, & sic gratiam intra illud restrinxisse, necnõ illud verbũ, (Huiusmodi) idem importare, ac si dixisset ipsius Oratoris, quæ dictio, cum sit personalissima; idcirco ad alios extendi non potest, *Card. Seraph. dec.* 606. *nu.* 3 *& Rota dec.* 373. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & cæteri Doctores allegati à *Rota in Romana Iurispatronatus veneris* 15. *Mart.* 1630. *coram Merlino*.

Extende prædicta eò magis procedere, si persona alicuius à disponente fuisset contemplata, quod enim à serie cõcessionis, & ex verbis illius facilè deprehendi potest; quia tunc familia debet accipi cum termino effectiuo, sed non contentiuo, & eò fortiùs si obseruantia ad illius fauorẽ concurreret, veluti qñ semper illi de eò Collonnello disposuissent; non autem transuersales, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Merlino*. Secus autem esset, quando deficerent illi de familia effectiua, nempè descendentes, quia tũc fieret aperta via cæteris de familia contentiua, & sic tali casu illud Iuspatronatus, v.g. desineret esse gentilitiũ, & fieret hęreditariũ iuxta singulare *Consl. Ancharan.* 81. *num.* 2. *Rota per Cassad. decis.* 1. *num.* 3. *de iurepatron. & dec.* 385. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* & *Card. Seraphin. pulchrè ait dec.* 364. *num.* 3. & alij allegati à *Rota in dicta Romana Iurispatronatus Veneris* 15. *Mart.* 1630. *coram Merlino*.

60 Animaduertendo præterea, quòd quando agnati descendentes, aut transuersales, vocantur semper id intelligendum erit, salua gradus prærogatiua, vt ait *Rota in Romana fideicommissi de Miccinellis* 10. *Iun.* 1602. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impres. dec.* 1438 *num.* 7. & *Surd. dec.* 338. *num.* 17. *cum alijs ibi per eum allegatis*.

61 Extende primò, idem procedere, si testator vocaret agnatos in defectum suorum descendentium; quia tunc illos ordine successiuo vocare censetur, qui ordo est intelligendus per vulgarem, & non per fideicommissariam substitutionem, vt ait *Rota in Brixien. compromissi* 16. *Nouembris* 1571. *coram eodem Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. decisio* 145. *num.* 6.

62 Extende secundò, quòd etiam vocatio Cippi domus, comprehendit agnatos, secundum gradus prærogatiuam, & eos qui sunt in proximiori gradu tantùm, quod secus tamen esset, si testator vsus fuisset verbis tractum successiuum importantibus, vel verbis futuri temporis, vt fuit decisum *coram eodem Card. Seraphin. in Tiburtina Castri Viuarij* 28. *Mart.* 1588. *quæ est in eius impress. decis.* 812. *num.* 1. Et quõ illa clausula [Ordine successiuo] concipiatur, & quid ea operetur, omninò vide in Conclusione 149. *sub num.* 27.

63 Addendo, quòd numquam potest dari proximitas agnati respectu testatoris, nisi ipso viuente, idem *Card. Seraph. dicta decis.* 145. *num.* 9. *cum ibi alleg.*

64 Sed est benè verùm, quòd quamuis agnati succedere debeant, salua gradus prærogatiua, nihilominus proximior potest viam aperire remotiori, vtputa, quádo ratificaret alienationem factam in remotiorem, vt ait *Surd. dec.* 300. *n.* 20.

65 Et eo casu, vbi fit vocatio proximioris, tunc agnatio erit probanda in specie per gradus distinctos; secus verò, quando agnatio esset vocata in genere, quia illo casu satis erit illam probare in genere, vt ait *Grattan. lib.* 5. *discept. cap* 969. *num.* 2. & ea semper erit probanda, etiam si de ea ex aduerso non opponatur, idem *Grattan. ibi supra num.* 14. *&* 15. *& in lib.* 1. *c.* 135. *n.* 40. & 41 Neque cõfessio tali casu procuratoris super eo, quod quis sit agnatus præiudicat principali, vt ait idem *Grattan. lib.* 3. *disceptat. cap.* 491. *num.* 17. Sed in antiquis, quomodo ea probanda veniat, dixi in verbo Antiquum tempus, Conclusione 120. *sub num.* 48. *& seqq.*

66 Et in dubio ea præsumitur, quando concurrit cognominis, & armorũ identitas, quod .n. transfert postea onus probandi contrarium in aduersarium, vt ait idem *Grattan. lib.* 4. *disceptat. cap.* 645. *num.* 16. *cum alijs ibi per eum alleg.*

67 Et in oẽ euentũ nota, qđ nomẽ agnationis magis conseruatur, quando omnia bona testatoris penes vnum tantùm vocatum existunt, quàm quòd ea in plures personas diuidantur, vt fuit dictum in *Bononien. de Capacellis Lunæ* 17. *Febr.* 1614. *coram Card. Pamphilio, quæ est decisio* 566. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

68 Quæ enim bona si debeant in agnatione

tione conseruari, dum dicta agnatio durat, nota, quòd ea in aliqua parte non sunt distrahenda, vt ait *Gratianus lib. 4. discept. cap. 621. num. 24.*

69 Quando aũt est facta prohibitio alienandi successoribus, semper extenditur ad vltimum gradum agnationis, vt ait idem *Gratian. lib. 3. discept cap. 487. nu. 14 cum alijs per eum alleg.*

70 Declara insuper, quòd etiam ratio conseruandæ agnationis in restitutione dotis sit habenda, in qua masculi semper fœminis sunt pręferendi, veluti fuit decisum in *Firmana pecuniaria Luna 27. Ianuar. 1614 coram Card. Verospio, quæ est decisio 563. num. 3. par. 1. recentior.*

71 Itẽ, quando dicta ratio conseruandæ agnationis, fuit per testatorem habita, tunc nota, quòd ea debet intelligi in casu, quo expresse fiet substitutioni locus, vt fuit dictum *in Narnien. fideicommissi de Cardulis Vener. 2. Maij 1614. coram Card Verospio, quæ est dec. 338. n. 4 par. 2. in recentior.* & *Gratian. lib. 4. discept. cap. 774. num. 10.*

72 Et sic igitur dicta ratio agnationis est solùm attendenda in casibus, & personis expressis, veluti fuit decisum *in Firmana fideicommissi de Egidijs quinta Maij 1593. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 1023. num. 9.* & *in alia Romana fideicommissi de Iacobatijs Mercur. 2. Decembris 1609. coram Greg. XV. quæ est decis. 267. num. 6. par. 1. recent. Surd. dec. 9. num. 16. & Put. viden. in dec. 256. num 4. lib. 2.*

73 Declara, quòd ea restringatur vsque ad gradum per statutum dispositum, & in casu solùm à testatore contemplato, & non vlterius, vt ait idem *Surd. decis. 66. num. 23. & dec. 239 num. 11.* & propterea ex hoc infertur, quòd si agnati à Statuto vocati, non petunt pupillo tutorem, tunc illi vti indigni ab eius successione excluduntur, idem *Surd. decis. 48. num. 5* & *Gratian. lib. 5. discept. cap. 866. num. 16. cum seqq.*

74 Et propterea ex hoc rursus infertur, qđ fides agnatorum à statuto, & à lege censetur magis contemplata in administratione tutelæ, quàm aliorum; quia ob spem successionis diligenter plusquam alij administrant, vt ait *Rota decis. 744. n. 2. par. 2. in recent.*

75 Si verò contingat, quòd testator vocet extraneum, cum onere assumendi cognomen familiæ testatoris, tunc ista dicitur agnatio noua, & ficta, quę à vera, & reali differt, vt fuit dictum *in Bononien. de Capacellis Veneris 26. Ianuar. 1615. coram Card. Pamphilio, quæ est dec. 622. num. 7. par. 2. in recent.*

76 Declara tñ, qđ ista aggregatio operatur illum effectum, vt ille dicatur de stirpe, & sanguine illius, cui fuit aggregatus, vt ait *Gratian. lib. 5. discept cap. 930. n. 14. cum alijs ibi per eum allegat.*

77 Et propterea videmus etiam, quòd pro ea conseruanda primogeniturę cõstitui solent, tàm in bonis paternis, quàm etiam maternis, vt ait *Gratian. lib. 4. discept cap. 621. num. 10.*

78 Sed ad augendum fauorem huiusmodi agnationis, substitutiones non sunt multiplicandę, vt ait *Gratian. lib. 4. discept cap. 629. num. 27.* & ideò quamuis sit contemplata agnatio, procedit solùm actiuè respectu substitutorum, vt ait idem *Grat. lib. 3. discep c. 536. n. 65.*

79 Et tunc, quando agitur de ea conseruanda, etiam consanguineus tantùm succedit, cum vtrinque coniuncto, quod alio casu non fieret, idem *Gratian. lib. 4 discept. cap. 661. num 8 & 12.*

80 Pręterea nota, quòd verba [In infinitum] perpetuitatem non inducunt, si nõ sit expressa causa agnationis conseruandæ, alias extra casum istius expressionis illa verba [In infinitum, in perpetuum, & similia] non semper infinitatem importabunt, sed secundum subiectam materiam restringuntur, & ideò aliquando importabunt tempus triginta annorum, aliquando donec quis vixerit, & plus, ac minus, secundum quòd dispositio verificari potest, *Berous consil 102. nu. 23. lib. 1.* & *consil. 27. num. 7. & 8. lib. 3. & Surd. dec. 2. num 12. & 13.*

81 Vltimò erit videndum, qui nam dicãtur agnati, & propriè illi dicuntur tales, qui per lineam masculinam descendunt, & sic filius dicitur agnatus patri, adeò vt appellatione agnatorum in fideicommissis, etiam filij comprehendantur. *Grat. in lib 3. disceptat. cap. 418. num. 7.* & ita fuit dictum à *Rota in Romana fideicommissi de Palazellis Veneris 8. Iun. 1612. coram Manzanedo, quæ est dec. 403 num.*

num. 20. & seq. in recent. & priùs in decis. 330. num. 31. & 32. dicta par. 2. recentior. declaratur, quomodo id procedat; & quando nepotes ex filio dicantur agnati auo, quod tamen euenire nun potest in auia, & matre, quæ non dicuntur agnatæ filio, & nepoti; & ratio est; quia filij, qui nascuntur familiam patris, & aui, non autem matris, & auiæ sequuntur, *§. atque instit. de leg. agnat. tutel. & §. 1. instit. de Sen. cons. Tertull.* & Rota in *Perusina bonorum Lunæ 16. Mart. 1592. coram Penia, & Gratian. lib. 2. discept. cap. 309. num. 26. & 27. cum aliis ibi alleg.*

82 Declara tamen, quòd filij, & descendentes per lineam masculinam, non dicuntur agnati, ante natiuitatem, quia in non entis nullæ sunt qualitates, *Gratian. lib. 3. discept. cap. 433. num. 48.*

83 Extende primò, quòd etiam legitimati verè dicuntur agnati, idem *Gratian. lib. 4. discept. cap. 673. num. 22.*

84 Extende secundò, quòd etiam Spurij, & Bastardi dicuntur agnati, sed retenta tamen illa distinctione per me adducta superius in versiculo Sed ad pleniorem intelligentiam, & sic quando dispositio esset concepta per verba non iuris, sed naturæ, vt habetur per *Addit. ad dec. Greg. XV. 433. num. 23.*

85 Extende tertio, quòd etiam soror nupta, & ex masculis nata, dicitur quoque de agnatione, & familia, vt ait idem *Gratian. lib. 3. discept. cap. 568. n. 16. & 17.*

86 Extende quartò, procedere, etiam si soror non esset vtrinque coniuncta, sed ex latere patris tantùm, vt ait idem *Gratian. lib. 2. discept. cap. 309. num. 26.*

87 Secus autem in amita, quę appellatione agnatorum non venit, idem *Gratian. d. cap. 309. num. 26* vbi extendit id, ad quamcumque mulierem, præter sororē, (vt superius dictum fuit) & veluti etiam ad matrem, ac eius lineam, idem *Gratian. lib. 3. cap. 428. num. 14. & cap. 491. num. 6.*

88 Quod enim optimum erit scire, ob illud priuilegium, quod agnati habent in prælatione emphiteusis, finita generatione, veluti etiam in locatione, quamuis ad modicum tempus, quando tamen consuetudo vigeret, vt agnati in tali locatione præferantur, veluti fit regulariter in illa ad longum tempus, alias secus, vt ait idem *Gratianus dicto lib. 2. discept. cap. 357. num. 25. & seqq.*

89 Quę prælatio in inuestitura de nouo obtinenda dictis agnatis competit, etiā si non sint hęredes vltimi descendentis, sed sufficit, quòd sint primi inuestiti ad hoc, vt in feudo antiquo succedant, pro se, suisque hæredibus, ac successoribus obtento, vt ait *Mohedan. dec. 2. de feud. & Mart. in sua compilat. decis. in verbo Agnatus tom. 4. c. 4.*

90 Extende primò, id adeò esse verùm, vt si feudum amittatur ab vno, occasione delicti; Nihilominus ad fiscum non deuoluitur, vita durante delinquentis, ad quem, neque fructus, nec commoditas ad eum spectat, sed transit ad fratrem, seu ad agnatum, ex facto, & prouidentia vocatum, vt ex veriori opinione, ait *Marta dec. Pisana 204.* & hanc opinionem confirmat ibi supra *d. tomo 4. cap. 4.*

91 Et ratio ea est; quia veluti in fiscum non transit seruitium, ita nec commoditas, nec vsusfructus; Secus tamen erit, si essemus in filijs, quibus vna cum nepotibus in quocunque feudo pręiudiciū fieri potest, licèt contrarium sit in agnato, ad quem statim feudi deuolutio fit, vt ait idem *Marta ibi supra.*

92 Extende secundò, idem procedere in feudo nulliter alienato; quia tunc agnatus illud reuocat, & tūc nulliter dicit alienatum, quoties hæc quatuor non cōcurrant, nempè Principis consensus, alienandi necessitas, vt puta ob constitutionem, vel dotium restitutionem, quando alia bona libera non existant, & quòd agnatis oblatio feudi fiat, quæ si non cōcurrant vel alterum ex eis deficiat agnatus proximior reuocabit, vt ait *Ant. Thesaur. dec. Pedemont. 99. n. 9. Mart. ibi supra cap. 5. Osasch. dec. 166. & 167. & decis. 174. & 175. cum ibi alleg.*

93 Fallit tamen primò, quando agnati consentirent alienationi, seu transmutationi naturæ feudalis, veluti; quia de feudo antiquo, quis fuerit inuestitus, vti de nouo; nam eo casu si ille moriatur, illud feudum ad Dominum exclusis agnatis reuertitur, vt ait *Ioachin. Mysinger. dec. 83. in 4. par. Cam. Imperial.*

94 Fallit secundò, quando agnatus proximior, alteri agnato consensit in venditione feudi antiqui paterni, quia ille consentiens

sentiens adeò suis filijs præiudicat, vt mortuo alienante, illud amplius per eos non possit reuocari, vt ait *Gaspar Gybel. dec.* 155. *par* 1. *Rota Spiren.* & præsertim si illius alienatio esset facta in alium agnatum, *Surd dec.* 343. *cum ibi alleg.*

95 Aliàs regulariter agnatus, quando est proximior, semper est præferendus alijs in gradu remotioribus, & præsertim in renouationibus emphiteusis, vt fuit dictum in *Forosempronii emphiteusis Merc.* 5 *Maii* 1627. *coram Vbaldo*. Et proximiotitas agnationis quomodo probetur, dixi inferius in *concl.* 84. *sub num.* 71. & ibi recurras, & præsertim, quando essemus in antiquis, vt dixi in *concl.* 120. *sub n.* 48. & *seqq* & superius *sub num.* 65.

96 Extende et, quòd quis antiquior esse probatur per testes de fama, & communi reputatione deponentes, & præcipuè, quando alter non comparet, qui se antiquiorem præsumat, neque antiquiores extare probetur, vt ait *Rota per Buratt. dec.* 260. *num.* 10. *cum ibi allegat.*

ARGVMENTVM.

AGRICVLTVRA QVAE PRIuilegia in iure habeat.

CONCLVSIO LXXXII.

1 AGRICVLTVRA nota, quòd dicitur ab Agricula, qui est agrorum cultor, & in se multas consolationes, & declarationes habet, vt plenè habetur per *Boer. dec.* 322. *num.* 11. vbi inter cætera ponit, quòd agricultura nobilitatem cōseruat; & allegando ad hoc historiam Cincinati ait, quòd ipse electus dictator à Populo Romano, dum vocaretur ad dignitatem bobus arabat, & demisso aratro accepit officium, deinde fortiter se gessit, & inimicos debellauit, sed deposito postea officio, ad agriculturam redijt arando, & seminando, idemque ait quoq. *Corn. consil.* 155. *lib.* 1.

2 *Cicero autem in lib.* 1. *de offic. ait*, quòd omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nil vberius, nil dulcius; & Valerius Maximus dicere solebat, quod, Beatus, qui procul negotijs paterna rura bobus exercet suis, omni solutus fœnore, idem *Cicero de Senectute ait*: Venio nunc ad voluptates agricularum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere: habent enim rationem cum terra, quæ nūquam recusat Imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accipit, licèt aliàs minore, plerumque maiore cum fœnore; & ibidem, inquit Cicero, quod semper boni, assiduique Domini referta cella vinaria, olearia, melaria, & penaria, villaq; tota locuples est, abundat enim porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, & melle; Nam hortum ipsi agriculæ succidiam alteram appellant. Tum cōditiora facit hæc, & supervacanei operis aucupium, atque venatio. Agroque benè culto, nihil potest esse, nec vsu vberius, nec specie ornatius, ad quem fruendū non modò non retardat; verū etiam inuitat, atque allectat senectus, & denique *Vitruuius lib.* 2. *de Architectura* aiebat, quòd veluti natus infans, sine nutricis lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus produci; sic etiā Ciuitas sinè agris, & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non potest crescere, nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumquè sine copia tueri.

3 Amplia primò, quòd agricultura in iure, est valdè priuilegiata; nam boues, & alia destinata prò agricultura non possunt in executione capi, & capta debent restitui, vt ait *Mantuan. in suo singulari* 497. vbi plura priuilegia congerit, & idem notatur in *l. executores*, *cum l. seq. & authent. ibi posita*, *C. quæ res pignor. oblig. poss. idem Mantuan. in singul.* 632 *in fine. Marant. de ordin. iudic. tit. de execut. num.* 31. *Viu. in suis commun. opinion. in verbo* Executio, & *ibi de communi*.

Quinimmò id in tantum procedit, vt birruarij executores in prædictis instrumētis rusticalibus executionem facientes, possint arbitrio Iudicis puniri, etiam si alia bona non extarent, super quibus executio fieri posset, vt ait *Menoch. de arbitrar. iudic. centur.* 4 *casu* 378. *num.* 1. *cum seqq.* Licèt *Viuius* contrarium teneat in præcitato loco, quando nulla alia bona extarent, & hæc opinio mihi videtur æquior,

æquior, & verior, ne detur materia, vt sub hoc clypeo solutiones debitorum euitentur, & in hoc vide *Bart. in l. antu, §. columnis, ff. de legat. 3.*

4 Amplia secundò, quòd neque pro debito publico de Iure communi, potest fieri executio, vel pignoratio in bobus aratorijs, & alijs instrumentis, pro agricultura necessarijs, vt ait idem *Mantuan. dicto singul. 497.* vbi extendit, id quoque procedere, etiam si rusticus sponte pignorasset; quia non valet talis pignoratio, sed est reuocanda, idemque colligitur in regulis iuris Ciuilis, ac Pontificij in littera S. in verbo Sententia, *carta mihi 345.* & de huiusmodi materia dicam in verbo Rusticus, permittēte Deo.

5 Declara tamen prædictas ampliationes non procedere, vbi essemus in obligatione Camerali, ob quam omni legum priuilegio renunciari censetur, veluti latè fuit decisum de ordine Signaturæ in vna causa 12. *Maii 1594. coram Robustiero,* & veluti dixi in verbo Auditor Cameræ, & ita videtur quotidie practicari in Tribunali Agriculturæ Vrbis Romæ.

6 Amplia tertiò, quòd laborantes proprijs manibus suas possessiones priuilegium nobilitatis non ammittunt; veluti eodem modo dicitur de Clerico, qui si proprijs manibus suas possessiones laboret, non ob id priuilegium clericatus ammittit: Vndè ex prædictis infertur, quòd nobiles, qui tenentur subsidium contribuere, etiam illi laborantes proprias possessiones suismet manibus illud soluere teneretur, si sint nobiles, vt ait *Guidopap dec. 392. per totam.*

7 Contrarium tamen venit dicendum in his, quæ respiciunt dictam artem Agriculturæ; quia tunc ius fori amittunt, & coram Iudicibus, siue Consulibus Agriculturæ conueniri possunt, vt ait *Fulminius Benignus ad Statutum Agricultura Vrbis cap. 22. sub littera B.*

8 Vltimò, pro prædictis, potest allegari exemplum eorum, qui à Senatu missi fuere ad Attilium accersendum ad Imperium Populi Romani suscipiendum, quem semen spargentem viderunt; Sed illę manus attritæ rustico operè salutem publicam stabilierunt, ingentesque hostiū copias pessundederūt. Vndè quæ quę modo arantium bouū iugum rexerāt, triūphalis currus habenas retinuerūt, nec fuit ijs rubori eburneo Scipione deposito, agrestem stiuam aratri repetere, vt ait Valerius Maximus *lib. 4. de paupertate.* Item aranti C. Quintio, nunciatum fuit eum Dictatorem fuisse factum, vt ait *Cicero pro Roscio.*

ARGUMENTUM.

ALEXANDRINA CONSTItutio, quomodo, & in quibus procedat.

CONCLUSIO LXXXIII.

1 ALEXANDRINA Constitutio, nota, quòd fuit adinuenta ad reprimendam litigantium audaciam, inter quos, siue litis procuratores, si aliqua verberatio contingat, tunc id ex causa litis fieri præsumitur, vt ait *Rota per Puteum in dec. 99. lib. 1.* & id eò magis procederet, quando vulnus causa litis illatum fuisse probaretur, vt ait *Rota dec. 868. num. 1. lib. 3. diuers.*

2 Secus autem, quoties alia causa vulnerum, seù homicidij appareret; quia tunc causa litis non præsumeretur, & qui diceret rixam, seù delictum ex causa litis processisse, illud probare tenetur, iuxta tradita per *Roman. in suo consil. 183 & Bart. in l. aut facta. §. causa, ff. de pan.* cum alijs de quibus in *l. si quis seruum, ff. eodem tit. & Put. in dec. 97. per totam, lib. 1 cum aliis DD. ibi alleg.*

3 Contrarium, quòd scilicet, non requiratur probatio, quòd offensio fuerit ex causa litis secuta, ait *Grattanus in sua decis. 84. num. 1.* Et ratio est; quia litigantes præsumuntur inimici, & præsertim, quando lis esset de tota, vel maiori parte bonorum, vt ait *Bart. in l. 3. de testibus, Marsil. in l. 1. §. praterea, num. 27. de quaest. Ioan. de Ann. in cap. cum oporteat, num. 6. de accusat.* & *Rota in Parmen. Status Luna 16. Maii 1594. coram Cardinali Seraphino.*

4 Etpropterea, cū de facili soleant litigātes

tes se inuicem iniuriari, ergo sequitur, quòd in dubio vulnus, siuè delictum ex causa litis euenisse præsumatur, veluti testatur idem *Marsil. in suo sing.* 549. Et *Natt. in suo consil.* 530. *num.* 13. *lib.* 3. ait, quòd lites sæpè solent criminibus præstare materiam. Et quomodo sint puniendi se inuicem iniuriantes coram Iudice, pro Tribunali sedente, dixi supra in verbo Actio iniuriarũ *concl.* 40.

5 Extende primò, dictam conclusionẽ principalem, adeò esse veram, quòd ne dum Alexandrina vendicet sibi locum in eo, qui verberauit procuratorem litis vertentis in Curia, sed etiam extra Curiam, quando illuc occasione litis accesserat. Et ratio est; quia Alexandrina tanquam fauorabilis venit extendenda; necnon etiam; quia dictus procurator, qui ab Vrbe recessit, causa exequendi aliquid pertinens ad litem animo reuertendi ad Curiam, post illius executionem, ab ea absuisse non dicitur, aliàs lites impedirentur, per indirectum in Curia exerceri, vt ait idem *Puteus dicta dec.* 99. *propè finem, lib.* 1.

6 Extende secundò, eam non solum non procedere in verberante procuratorem, sed etiam testem, vel Iudicem, aliàs existentes in Curia non essent tuti, & sic libertas ipsius Curiæ impediretur, quòd esset valdè absurdum, vt ait *Rota ibi supra prope medium, & in fine.*

7 Extende tertiò, quòd verba Bullæ [ibi occasione litis, quis sit vulneratus, aut interfectus] important non tantum causam immediatam, verùm etiam remotã; quia illud verbum [occasione] causam remotam importat, vt exemplificando ait *Put. in dec.* 98. *lib.* 1. *per totam.*

8 Declara tamen primò, quòd dictæ Constitutioni non sit locus, per leuem offensam, & nisi offensa sit dolosa; & sic igitur non per leuem rixam, seu percussionem erit deueniendum ad dictæ Cõstitutionis rigorem, vt per *Cardinalem in Clementina* 1. 39. *quæst. de priuileg. Marsil. in suo singul.* 287. & ita fuit dictum à *Rota in vna Romana incursus Bulla Alexandrinæ* 19. *Decembris* 1581. *coram Cardinali Blanchetto.* Et quando iniuria dicatur grauis, seu leuis, id arbitrio Iudicis venit remittendum, attenta qualitate loci, siue personarum, & similibus, vt dixi in Verbo Actio iniuriarum, *conclusio* 40.

9 Declara secundò, quòd iniuria verbis, vel facto illata, opus est, vt sit ex causa litis, aliàs prædictæ Constitutioni locus non erit, vt ait *Put. in præcitato loco, & Rota in dicta Romana incursus Bulla coram Blanchetto.*

10 Animaduertendo tamen, quòd in dubio offensio est semper attribuenda causæ, cui magis adaptatur, & sic semper ea ex noua causa erit præsumenda, vt ait *Iaf. in l. qui seruum, ff. de verbor. obligat. num.* 2. *vers. Et aduerte, Cephal. in consil.* 35. *num.* 4. *lib.* 1. *Puteus, & Card. Blanch. in locis supra citatis.*

11 Declara tertiò, quòd illa pœna Alexandrinæ non est applicanda parti, sed fisco: & ratio est; quia huiusmodi pœna, non fauorem partis offensæ, sed illum Reipublicæ respicit, vt ait *Mohed. in sua dec.* 1. *aliàs* 55. *num.* 2. & 4.

12 Subdeclara tamen id non esse verum, veluti si essemus in eo, qui collitigantẽ iura feudi offenderet, & illud in pœnam amittere deberet; quia tunc non parti, neque fisco, sed agnato proximiori applicatur, vt fuit dictum à Rota *in decis.* 823. *par.* 3. *nouiss. & Marta in sua compilat. decision. in verbo Amissio, cap.* 10. *tom.* 4.

13 Declara quartò, quòd Bulla prædicta non ligat extra Romanam Curiam, nisi tamen lis penderet in Curia, quia tunc offendens ea pœna afficiendus veniret, vt ait *Gratian. in sua decis.* 84. *num.* 3. & 4. *cum Doctor. ibi allegat. & Rota in decis.* 639. *par.* 1. *diuers.*

14 Contrarium tamen hodie reperitur sancitum, ex bannimentis generalibus Vrbis, à Summis Pontificibus emanatis: quorum enim vigore Bulla prædicta ad totum Statum Ecclesiasticum fuit extensa, vt in eis videri potest.

ARGVMENTVM.

ALIENATIO QVID SIT, ET quotuplex sit, & quando ea sustineatur, & ex ea dominium transferatur, & quando non.

CONCLVSIO LXXXIV.

1 ALIENATIO nota, quòd dr omnis actus per quē dominium transfertur, *textus est in l. 2. C. de rebus alien. §. alienationis, authen. de non alien. l. 1. §. 1. C. de fund. dotal. Corn. consil. 147. num. 22. Negusant. de pignorib. 3. memb. 2. par. num. 4. Craueit. consil. 215. nu. 2. Alexand. consil. 29. num. 15. lib. 7. & cons. 108. num. 3. lib. 6. Anchar. consil. 102. Oldrad. consil. 270. num. 2. Lapus alleg. 41. in princip. Bald. consil. 108 lib. 1. Decius consil. 640. num. 8. & consil. 745. num. 14. Afflict. decis. 240. num. 4. & Rota apud Card. Seraph. dec. 196. & Rota dec. 480. nu. 2. par. 1. diuersor. cum aliis DD. ibi allegatis.*

2 Et licèt dicat *Oldrad. consil. 159. num. 8. vers. Si igitur, & Rolan. cons. 80. num. 30. lib* 3. quod alienatio sit permissa omnibus de Iure communi, tamen plerumque illius prohibitio à testatore fieri solet, ob fauorem conseruandæ agnationis ne homines temporum ac aduersæ fortunę iniuria mendicare cogantur, & ideò respectu grauati dicitur odiosa respectu vero agnationis in genere fauorabilis; veluti dicitur de fideicommisso, quòd respectu extraneorum dicitur odiosum, vtputa, quando extraneis relinquitur, respectu verò eorum de agnatione dicitur fauorabile, & per consequens latè interpretandum, quando scilicet alicui de agnatione relinquitur, veluti latè dicam in verbo Fideicommissum, vbi recurrere poteris, & de hoc est *dec. Card. Seraph. 1023. num. 2. Rota apud Cinetum de censib. dec. 49 num 11. & Magon. decis. Florent. 149. num. 15.*

3 Quæ enim alienationis prohibitio duplex reperitur in Iure, altera est expressa hominis, altera verò tacita legis, vt fuit decisum in *Romana de Ciociis Luna 17. Nouembris 1597. coram Card. Seraph. quæ est in eius impresi. decis.* 1224 licèt ea prohibitio legis ęquiparetur prohibitioni hominis, vt ait idem *Card. Seraph. decis. 285. in fine, cum aliis ibi per eum allegat.*

4 Expressa testatoris ea dicitur, quando testator alienationem expressè prohibet indefinitè, aut ad tempus; tacita verò legis est ea, quæ oritur ex coniecturata mente testatoris, quando lex interpretatur, & prohibet, vt neque transacto eo tempore intra, quod fuit prohibita alienatio ea post illud censeatur permissa; & id fit ad fauorem substitutorum, ne substitutio fiat elusoria, vt inferius dicetur.

5 Vndè istæ duæ prohibitiones adeò in iure valent, vt propterea alienatio in vim illarum omninò prohibita cēseatur, etiam in casibus alias à Iure permissis, & hinc fit, quòd ad eam duplicem prohibitionem tollendam opus sit duplicem permissionem interuenire, vt ait *Rum. cons. 118. num. 4. alleg. à Rota in decis. 49. num. 18 & seqq. par. 2. diuersor.* vbi propterea subiungens ait, quòd duplex causa prohibitiua, vincit vnam tantum permissiuam, & ideò (vt mox diximus) duplex permissio est necessaria cum duo vincula strictius ligent, quam vnum, vt ait *Rota ibi supra.*

6 Alienationis autem prohibitio expressa hominis, nota, quòd reddit actum à principio ipso iure nullum, quòd secus tamen est in tacita, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in decisione 787. num. 14.* & ea aut solet fieri in perpetuum, nempè, quando à testatore fuit ordinatum, vt bona perpetuò in agnatione conseruentur, aut limitari solet ratione temporis, seu ratione consensus aliquorum, vtputa, quòd Ioannes Andreas, vsque ad vigesimumquintum annum alienare non possit, & post dictam ętatem alienare non valeat sine consensu propinquorum, & propterea, si moriantur illi quorum consensus requirebatur, tunc institutus poterit libere bona alienare, & eo casu relinquitur dispositioni Iuris, vt dicunt *Doct. allegati à Rota in vna Montis falisci fideicom. 20. Nou. 1602. corā Card. Pamph. & prius in*

dicta Romana de Cinciis coram Cardinali Seraphino.

7 Declara tu tamen illud, quòd fuit dictum de instituto, qui possit alienare mortuis ijs, quorum consensus in alienatione requirebatur, esse verum, quando sumus in simplici prohibitione expressa hominis; secus verò, quando adesset prohibitio duplex, nempè vna expressa ab homine; altera verò tacita à legis dispositione proueniens; quia tũc cessante illa expressa hominis, remanet tamen tacita legis, per quam alienatio impedienda venit: Et propterea (vt mox diximus) duplex permissio est necessaria, aliàs vna tantum concessa; altera prohibitio remanet firma, vt fuit decisum in vna *Bononien de Rubeis allegata in alia Romana de* Cinciis 17. *Nouembris* 1587. *coram Alexandrino*, in quo casu erat prohibita alienatio ad certum tẽpus quorundam bonorum fideicommisso subiectorum; quo enim elapso, fuit declaratum à Rota, alienationem postea factam non censeri permissam in damnũ fideicommissariorum, ex quo remanebat altera tacita legis prohibitio in fauorem substitutorum, vt ait *Castr. consil.* 262. *num.* 3. *lib.* 2. & *alij plures adducti à Peregrino de fideicommiss. omnes allegati in dicta* Romana *de Cinciis coram Alexandrino*, veluti erit dicendum è conuerso, quando essemus in materia stricti iuris, vbi alienatio prohibita, vsque ad certum tempus, post illud tamen censetur permissa, vt ait *Cardinalis Seraphinus decis.* 1466. *num.* 5.

Immò nota, quòd intra illud tempus censetur etiam probibita legitimæ alienatio, vt testatur *Magon. decis. Floren.* 149. vbi in proposito ait, quòd prohibitio legis tacita, per fideicomissum inducta, non tollitur per taciram permissionem resultantem ex prohibitione de non alienando intra certum tempus, quod enim optimè concordat cum eo, quod fuit decisum in *dicta* Romana *de Cinciis coram Alexandrino*.

8 Extende primò, quòd vbi concurrit prohibitio hominis, cum ea legis, tunc translatio dominij impeditur, nec eo casu potest fieri alienatio in casibus, aliàs à iure permissis; quod tamen fallit, quando essemus in tacita prohibitione; quia tunc ea non impediret, puta confiscationem bonorum, durante tamen prohibiti vita, ad tradita per *Surdum in decisione* 254. *num.* 12. & 35. & *Rota decisione* 49. *num.* 17. *par. secunda diuersorum.*

9 Et quando alienatio restringatur ad illam, quæ contingit facto hominis, & non legis, ait *Gratianus lib.* 2. *discept. forens. cap.* 376. *num.* 16. *cum alijs ibi per eum allegat.*

10 Extende secundò, quòd prohibitio alienationis expressa fideicommissum inducit, non tamen restrictum ad personas nominatas, vt fuit decisum in *Romana domus de Alicornis Lune* 2. *Martij* 1598. *coram Pellegrino*, & in isto casu secundum fideicommissum, non regulatur à primò, vt ait *Rota in Vrbeuetana fideicommissi* 29. *Mart.* 1597 *coram* Card. *Pamphilio.*

11 Quando verò essemus in terminis in quibus fideicommissum fuit restrictum ad certas personas, tunc illud ad alias extendi non debet, siue fideicommissũ præcedat, & prohibitio sequatur, siue non, iuxta opinionem Rotæ de qua testatur Card. *Seraph. decis.* 883. *n.* 2. *&* 4.

12 Contrarium tamen colligitur ex alia *Perusina fideicommissi de Tumaiolis coram Litta*, vbi expressè colligitur, quòd alienationis prohibitio venit consequutiuè ad fideicommissum in casu mortis, ad illud magis corroborandum. *Decius consil.* 736. *num.* 7. Card. *Alban. consil.* 1. *num.* 9. *Gabr. consil.* 3. *num.* 21. *Menoch. consil.* 323. *num.* 72. latè *Peregrin. de fideicommiss. art.* 14. *num.* 43. *versic. Quamobrem*, *Gomez. in lib.* 4. *tauri nu.* 37. *Gabr. consil.* 9. *de fideicommiss. Veral. decis.* 121. *in manuscript.* & ita quoque fuit decisum in *Fauentina fideicommissi de Pasiis* 1588. *coram* Card. *Pamphilio.*

13 Concorda tamen, vt prima opinio procedat, quando in secundo fideicommisso in casu alienationis plures personę vocantur, quàm in primo in casu mortis; & ratio illius conclusionis est, ne illud à testatore de nouo expressum stet sine virtute operandi contra *text. in l. si quando, ff de legat.* 1. *Mantic. de coniectur. vlt. voluntat. lib.* 6. *titul.* 1. *num.* 3 & in istis terminis fuit decisum in illa *Vrbeuetana fideicommissi coram* Pamphilio, *& in alia*

alia Romana domus de Alicornis coram Peregrino.

14 Et ideò, qñ prohibitio alienandi non stat consecutiuè, sed de per se principaliter, tunc importat fideicommissum à præcedenti separatum, & sic iuxta illud non regulatur, vt ait *Rota decis. 44. num. 4. parte prima in recentior.* vbi ait, quòd tūc fideicommissum censetur stare principaliter, & de per se, quando orationes sunt separatæ, vt latè fuit decisum in *Spoletana fideicommissi 16. Nouembris 1618. coram Cardinali Caualerio.*

15 Secunda verò opinio procedit, quando in secundo fideicommisso in casu alienationis nouæ personæ non vocantur; quia tunc prohibitio alienationis venit consecutiuè ad fideicommissum in casu mortis, ad maiorem illius firmitatē, nec perconsequēs eo casu dicta prohibitio ampliat fideicommissum, vt ait *Rota in decis. 100. num. 7. in prima par. recentior.* & veluti etiam distinguunt Doctores allegati in dicta *Fauentina fideicommissi de Pasiis, & in alia Romana domus de Alicornis Vener. 24. Martii 1598. coram eodem Pellegrina, & Rota in decisione 568. num. 9. par. prima diuers.*

16 Et tenendo hanc secundam opinionem, amplia primò, eam procedere, etiā si ista prohibitio alienationis esset vestita ab illa causa (nempè, vt bona conseruentur in familia) quia nihilominus fideicommissum illud stare dicitur ad maiorem firmitatem primi, vt superius dictū est, & vt ait *Rota in Perusina fideicommissi de Fumaiolis 1598. coram Litta.*

17 Declara tamen, quòd licèt prohibitio alienationis (vt bona conseruentur in agnatione) famuletur substitutionibus præcedentibus, & id nō faciat nouum fideicommissum oriri; ex ea tamen arguitur mentem testatoris esse, vt bona in agnatione conseruentur, & sic illud magis deliberatā illius voluntatē demōstrat, vt ait *Dec. consil. 23. num. 2. Ruin. consil. 119. num. 14. lib. 2. Curt. iun. consil. 121. num. 10. Rimin. iun. consil. 21. num. 36. lib. 1.* & ita fuit decisum in vna *Romana fideicommissi Luna 2. Aprilis 1601. coram Cardinali Pamphilio.*

Et sic igitur prædicta eò magis procederent, quando testator non per viā simplicis rationis, sed per alteram principalis dispositionis testator mandauit bona perpetuò in familia remanere, veluti quia non dixit testator prohibeo alienari simpliciter, vt remaneant, vel quia volo, vt remaneant in familia, sed dixit quia volo bona remanere in familia, tunc non solum inducitur fideicommissum in casu alienationis, sed etiam in eo mortis, cum hoc modo inducatur fideicommissum simplex, & absolutum, iuxta ea quæ ait *Curt. Iun. consil. 145. num. 6. & seq. Rota decis. 121. nu. 1. & 2. par. 2. diuers. & decis. 10. n. 11. & decis. 143. num. 1. & dec. 193. num. 6. & seqq. & latius in decis. 300. num. 15. & seqq. par. 1. in recent. & in Bononien. fideicommissi de Desideriis 26. Iunii 1616. coram Merlino, & prius in Romana fideic. de Guidis 29. Maii 1620. coram Card. Verospio. & denique in Rom. fideic. de Vipera 24. Ianuar. 1619. coram Card. Virili.*

18 Amplia secundò, quòd licèt etiam prohibitio alienationis, non inducat fideicommissum in casu contrauentionis, non expectata morte grauati sine filijs, cum conditio negatiua semper vsque ad mortem verificari possit; non ob id tamen tollitur, quominus dicta prohibitio stet consecutiuè ad maiorem firmitatem grauaminis grauato iniuncti, veluti fuit decisum in *d. Perusina cor. ā Litta.*

19 Declara tamen hanc secundam ampliationem procedere, quando in dicto casu contrauentionis, aliquis de nouo vocatus non esset, aliàs si noua persona vocaretur, vtique mors non esset expectanda, quia nouum resultaret fideicommissum, veluti fuit decisum in *dicta Perusina de Fumaiolis Vener. 10. Decembris 1597. coram eodem Litta.*

20 Amplia tertiò, quòd neq. etiam nouū inducatur fideicommissum ex alienatione, seu contrauentione, per grauatum facta, licèt in alias personas, quàm in vocatas; quia dicta alienatio tenuisset vsquè quo purificata esset conditio dicti fideicōmissi in casu mortis sine filijs, *per text. in l. fi. §. fin autem, vbi Doct. C. com. de leg. Rota ibi supra coram Litta.*

21 Limita tamen huiusmodi ampliationem esse veram (quòd scilicet dicta alienatio tenuisset, vsquequò conditio esset purificata) circumscripta tamē dicti testato-

testatoris prohibitione, ac nouarum personarum vocatione, dicta alienatio non teneret, immò nec dominium transferretur, ita vt alienata possent etiam per eundem alienantem reuocari, veluti fuit decisum in illa *Perusina de Fumaiolis* Luna 27. *Aprilis* 1598. *coram Litta*, *& in alia* Romana *de Alvornes* Lunæ 2. *Mart.* 1598. *coram Pelegrino.*

22 Amplia quartò, quòd prohibitio alienationis, ex verbis quantumuis generalibus concepta fideicommissum non inducit, in casu mortis, quando in alia parte testamenti fuit facta in dictum casum substitutio, & ratio est, quia non inducitur tacita, vbi reperitur expressa, vt fuit dictum in *Romana fideicommissi de Iacobatiis Mercur.* 2. *Decembr.* 1609. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 433 *num.* 12. *&* 13. Et eo casu alienationis prohibitio facta per verba generalia, sed tamen restricta ad institutos, dicitur personalis, nec propterea extenditur ad positos in conditione, neq. per consequẽs est inductiua fideicommissi, vt ait *Rota per Buratt. in sua dec.* 387.

23 Extende primò, id, quòd fuit dictum de prohibitione alienationis adeò esse potens, vt propterea à testatore fieri possit, quòd dictæ prohibitioni contrauenjendo hæres statim cadat à iure suo; quia voluntas testatoris, vti lex inuiolabiliter est seruanda, vt fuit dictum in *Regien. bonorum* Lunæ 13. *Maii* 1585. *coram Cotta.*

24 Declara tu tamen, quòd quando prohibitioni alienationis esset adiecta pœna, illi nunquam erit locus, nisi sequuta vera, & reali traditione rei; quia non per actum verbi, sed per actum facti, quis incidit in pœnam; & ratio est, quia, non sequuta traditione, alienatio ita perfectionem non recipit, vt quis isto casu ab illo contractu recedere non possit, vt ait *Franc. Marc. in sua dec.* 577. *num.* 1. *par.* 1. *& Rota in una Romana deuolutionis situam Vener.* 20. *Maii* 1588. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec.* 27. *num* 4. *& seq. & in* Romana *de Theodolis* 12. *Februar.* 1596. *coram Cardinali Blanchetto; & in eadem coram eodem* 22. *Mart. eiusdem anni.*

25 Amplia istud in tantum esse verum, quòd neq. etiam clausula constituti, quæ veram possessionem tradit, sufficeret ad faciendum quem in pœnam incurrere; quia vbi vera, & actualis possessio requiritur, nunquam constitutarius dicitur eadem persona cum actuali possessore, iuxta communem Doctorum sententiã, de qua per *Alex. anl. consil.* 28. *num.* 7. *volum.* 2. quem sequuta fuit *Rota in vna Beneuentana præstantiæ* 16. *Iun.* 1616. *coram* [illegible] *Sacrato.*

Secus autem, quando essemus extra casum incurrendæ pœnæ; quia tunc clausula constituti non minus operatur, quã vera, & actualis traditio, & est ẽt ad manutentionem sufficiens, vt fuit dictum à *Rota in vna Beneuentana hæreditatis* 29. *Nouembris* 1621. *coram Pirouano*, & *in Romana hæreditatis de Cincus* 19. *Decembris* 1622. *coram eodem*, & *per Card. Caualer. dec.* 420. *num.* 2. & *per Burat. decis.* 179. *num.* 4. & *seq.* & *ibi per D. adden. Ofasch. dec.* 36. *num.* 2. *Gurb dec.* 112. *n.* 11. *& Rota in alia Bononien. de Bologninis* 11. *Decembris* 1619. *coram Card. Verospio.* Quod tamen declara verum, si possessio constituentis probetur de tẽpore constituti, aliàs secus; quia tunc intraret illa regula, quòd .s. nemo dat, quod non habet, vt ait *Rota per Burat. dec.* 701. *n.* 3. *cum aliis ibi per eum alleg.*

26 Extende quoque prædicta eodem modo procedere de eo, qui præcisam, & certam scientiam alienationis non habuit; quia tunc licèt ille sit prohibitus alienare, non tñ in pœnam ignoranter alienãdo incurrit, nec isto casu præsumpta scientia sufficeret; quia (vt dixi) requiritur specifica, cum suis qualitatibus, quãdo præsertim de amissione iuris iã quæsiti ageretur, vt fuit decisum in *Romana de Arronis* Lunæ 20. *Decembris* 1614. *coram Vbaldo, quæ est in* 2. *par. recent. dec.* 563. *num.* 4. & *Rota decis.* 49. *num.* 52. & 54. *lib.* 2. *diuers.*

27 Declara tamen, quòd, quando quis alienasset res hæreditarias, tunc præsumitur habuisse notitiam fideicommissi, & prohibitionis alienationis, vt fuit decisum à *Rota in decis.* 231. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Et quando quis præsumatur habuisse notitiam fideicommissi tradit *Fusar. de substitut. quæst.* 595. *per totam.*

28 Et propterea hinc infertur, quòd quñ ab aliquo patre fuit scienter facta alienatio

nis contra prohibitionem testatoris, ille statim à iure restitutionis cadit, & illicò fit restitutio filio in casu alienationis vocato, ad tradita per *Surd. in dec.* 242. *num.* 3. & *dec.* 254. *num.* 3. Veluti eodem modo, quis caderet à iure suo, si prius ignoranter alienasset, & postea si superueniret illius scientia, alienata non recuperaret, sed potius causam pro emptore defenderet; quia tunc ignorantia ab initio eum non iuuaret, vt ait *Rota per Card. Caualer. dec.* 81. *num.* 1. & *decis.* 204. *num.* 5. *& per Buratt. dec.* 182. & *ibi per addent. & Fusar. de substit. quæst.* 556 *per totam.*

29 Nota tamen, quòd petere volens dicta bona alienata, tenetur scientiam alienantis probare, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis.* 940. *num.* 8. *& Francisc. Marc. decis.* 580. *num.* 1. *par.* 1.

30 Quinimmò in casu alienationis cũ traditione scienter factæ, licèt alienans rem tradidisset, cum illa protestatione, saluo consensu Domini; Nihilominus in commissum cadit, vt ait *Magon. decis. Floren.* 91. *num.* 3. & latè dicam in verbo Emphiteuta.

31 Extende secundò, dictam conclusionem in tantum esse veram, vt propterea testator possit relinquere fideicommissum, sub conditione, illudquè adimere eo casu, quo tertius aliquid (verbi gratia) alienet, vel aliud faciat, & sic, vt quis facto tertij alienantis hæreditate priuetur, *cap. verum, vbi Abb. num.* 2. *de cond. appos. Card. cons.* 82. *num.* 3. *Fel. consil.* 41. *num.* 6. *Soccin. Iun. consil.* 177. *num.* 18. *lib.* 1. & ita fuit resolutum in vna *Lucana bonor.* 5. *Decembris* 1603. *coram Card. Pamphilio, & Surd. dec.* 101. *nu.* 10.

32 Contrarium licèt videatur sentire *text. in l. pater familias, ff. de hæred. instit.* vt refert *Rota in prædicta Lucana bonorum coram Card. Pamphilio*, ea ratione; quia videtur quodammodo durum, vt vni per alterum sit iniqua conditio inferenda, contra *text. in l. sancimus & ibi DD. C. de pæn. & Magon. dec.* 138 vbi ait, quòd alienans contra prohibitionem, non priuat suos filios, & descendentes vocatos, per regulam illius *text. in l. sancimus C. de pæn. & ibi Doctor.*

33 Concorda tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando versamur in legato sub conditione relicto, ab alterius voluntate pendente; quod enim sub contraria conditione adimi potest, & alteri applicari, etiam quòd conditio cuius solus euentus expectatur, ex facto alterius purificetur, *l. si quis Sempronium, ff. de hæred. instit. l. si ita fuerit, ff. de manumiss. testam. Bart. in l. paterfamilias sub num.* 2. & 4. & *Angel. num.* 2. *ff. de hæred. instit. Imol. in l. qui soluendo, num.* 6. *in fin. ff. eodem tit. Soccin. consil.* 21. *num.* 1. *cum seq. lib.* 3. *Peregr.* plures allegans in suo tractatu de fideicommisso *art.* 11. *num.* 86. & *Rota in dicta Lucana bonor. coram Card. Pamphilio, & Carthar. dec.* 104. *Rota Genua.*

34 Secunda verò opinio, procedit in legato purè relicto, quòd sub conditione adimitur, & sic prædicta vtroq. modo fieri possũt, veluti ita distinguendo dicunt *DD. allegati à Rota ibi supra.*

35 Extende tertiò, conclusionem, quòd scilicet testator, nedum possit alienationũ prohibire; verùm etiã illius attẽtationem; veluti iubendo, quòd neque quis alienare tractaret: quod enim fieri solet ad terrendum heredes, ne tractatũ quidem alienandi cogitare audeant, vt fuit decisum à *Rota in Regien. bonorum Luna* 13 *Maij* 1585. *coram Cotta.*

36 Subextende, idem procedere, veluti si essemus in aliqua constitutione, quæ actum solum consideret, per se malum, etiam sine effectu; quia tunc sufficeret, etiam quòd actus sit nullus, ad incurrendam pœnam; At secus, quando essemus extra istum cogitatum: quia tunc faceret illa regula, quòd ex nihilo, nihil fit, & quòd appellatione actus intelligatur de perfecto, nõ autem imperfecto, vt exemplificando, ait *Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 213. *num.* 4. *& seqq.* & veluti inferius dicam sub *num.* 48.

37 Extẽde id adeò esse verùm, q licèt quis etiam tractatum non perficeret, sed statim ab eo pœnitentia ductus recederet; Nihilominus à Iure suo cecidisse diceretur, *text. est in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & Cleric.* & ratio est; quia aliàs hæres semper pœnitentiam allegaret, ad hoc ne diceretur in attentationẽ effectualiter incidisse, vt animaduertit *Rota ibi coram Cotta.*

38 Declara tamen id, non procedere, quando

quando alienans stante illa prohibitione alienata recuperaret, antequam tertio præiudicaret; quia isto casu non diceretur testatorem offendisse, vt ait *Rota in decis. 593. num. 6. in 2. par. recent. & apud Cincium de censibus decis. 49. num. 2.* & *Surd. dec. 220. num. 38.* vbi ait, quòd alienatio nihil operatur, quando resoluitur, quia tunc perinde est, ac si numquam facta fuisset.

39 Licèt aliter sentiat *Decianus consil. 48. num. 23. & Angel. consil. 169. sub n. 1.* vbi dicunt, quòd quando pœna est imposita à testatore, ea consideratur vltra contemptum ipsum, idem ait *Curt. Iun. cons. 210. num. 11. vt refert Rota ibi coram Cotta, & in decis. 47. num. 3. apud Cinc. de cens. & Ant. Gam. decis. 3. Regni Lusitaniæ* vbi in terminis ait quòd cuidam monasterio fuerat Legatus fundus, cum onere celebrandi Missas, pacto insimul adiecto, vt nunquam ille fundus alienaretur, & in casu contrauentionis proximiori consanguineo daretur, vndè fuit postmodum alienatus fundus, & licet alienatio nulla extitisset, & Monasterium fundum recuperasset; nihilominus fuit decisum consanguineo fuisse ius quæsitum, & sic per nullitatem alienationis ius suū amittere nō debere; quia etiam ex voluntate nulla mens contrahentis deprehenditur, nec per consequens alienans ex eius improbitate vllum cōmodū consequi debebat & ob id contra monasterium iudicatum fuit, vt ait idem *Gam. ibi supra*, & in hoc omninò vide *Surd. dec. 102. cum ibi alleg.*

40 Amplia prędicta procedere, etiam si alienatio fieret causa, verbi gratia, recuperandæ pacis; quia nihilominus ea à pęna non excusat, vt ait *Rota in decis. 3. Rota Romana in antiq. & Gratian. lib. 2. discept. cap. 214. num. 24.* vbi ait, quòd hęres postquā alienauit, non potest redimendo rē alteri pręiudicare, licèt secus esset, quando hęres vellet aliquam rem particolarem, sibi propriam facere, quod .n. illi facere liceret, ex auctoritate Iudicis, absque aliquo pœnæ incursu, vt ait *Gratian. ibi supra. & Rota decis. 680. nu. 6. par. 1. diuers.*

Declara tamen hic obiter prędicta non procedere, veluti si essemus in bonis, quæ ex delicto non fisco, sed certis personis applicata fuissent; quia tunc illę personæ dicta bona alienata à delinquente non reuocant, etiā si in fraudem alienata fuissent. Secus autem, quando fiscus, siue Episcopus, vel Inquisitor in bonis delinquentis succedere deberent; quia tunc illi possunt alienationes in fraudem factas reuocare, *iuxta tradita per Surd. dec. 280. num. 1. & seqq.*

41 Præterea animaduertendum est, quòd quando prohibitio alienationis est facta sub pœna, tunc si alienatio fiet, etiam quòd ea sustineatur, tamen pœna debetur, vt ait *Rota decis. 178. num. 2. & seq. penes Statil. de Saluiano.*

42 Extende id quoque procedere, veluti si essemus in duplici pœna, nempè cōuentionali, & legali; vtputa, si fuisset factum pactum, vt alienans rem cadat à commodo rei alienatæ; quia tunc vtrāque patitur, scilicet perdendo rem, quę alteri applicanda veniret, item è commodo contractus quoque cessaret, vt ait *Rota decis. 21. num. 7. lib. 3. diuersorum*, & ibi ratio assignatur, quæ est, quòd pœna conuentionalis à partibus in tractatu apposita non elidit illam legalem, sed mutuò sępè concurrunt. Licèt sit benè verùm, quòd quis duplici pœna grauatus non præsumitur in dubio, vt ait *Rota dicta decis. 178. num. 8 cum alijs ibi alleg.*

43 Declara igitur, quòd licèt alienatio prædicta sustineatur nihilominus pœna debetur illi, in cuius præiudicium fuit facta dicta alienatio; animaduertendo tamen quòd tunc alienatio contra prohibitionem sustinetur, quando pœna non afficit ipsam rem alienari prohibitam, sed extra eam constituitur; secus autem quādo prohibitio, aut dictam rem afficeret, vel alio modo alienatio ipso iure inualidaretur à principio; quia tunc illa sustineri non posset, vt inferius dicetur, & veluti ait *Rota in d. decis. 178. num. 2. & seq. penes Statil. de Saluiano.*

44 Subdeclara tamen illam distinctionē non procedere, quoties cum alienatione esset quoquè prohibita attentatio; quia tunc licet ex ea attentatione ille, in cuius fauorem est prohibita alienatio non lædatur; nihilominus potest testator hæredem sua hæreditate priuare, si eius voluntati præcisè non paruisset, quòd hodie in dubium refricari non potest.

testi iux. tex. in l. 1. C. de his qua pana nom. & ibi DD. Iason in rubr. ff. eodem titulo in tertio casu.

45 Et ratio est; quia sola testatoris voluntas vti lex attendi debet, saltem in his quæ per viam fideicommissi ordinantur, vt ait *Bald. in l. Quæstione n. 25 C. de fideicomm. quem refert Rota ibi coram Cotta in dicta Regien. bonorum.*

46 Contrarium licet teneat *Speculat. in tract. de emphit. num. 119. cum pluribus sequentibus.*

Concorda tu, quòd scilicet prima opinio, quæ in subdeclaratione habetur, procedat, quando cum alienatione est prohibita etiam attentatio, sed expresse; secunda verò procedit, quando simpliciter est prohibita alienatio tantum; quia tunc opinio speculatoris esset vera, vt videtur concludere *Rota in prædicta Regien. bonorum coram* Cotta.

47 Extende quartò, quòd quando testator alienationem prohibuit, & in euentum alienationis alium vocauit, tunc nedum censetur eum prohibuisse alienationem validam; sed multò magis illã de facto iuxta doctrinam *Bald. in cap. aut si libellario num. 4 quibus mod. feud. ammitt. Corn. cons. 243. num. 3. lib. 3. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 4 cap 1. num. 21. Roderic. suarum alleg. allegat. 3. num. 7. Gomes ad l. 40. Tauri num. 88.* & *Rota in Romana de Theodolis 6. Nouembris 1595. coram Card. Blanchetto, & veluti dixi supra sub num. 36. ex doctrina* Grattiani *lib. 2. discept cap. 213. num. 4. cum seqq.*

48 Quam enim extensionem amplia multò magis procedere, quando testator vlterius procedendo declarasset quamcũque alienationem fiendam irritam, & nullam, vt ait *Decian. cons. vltimo num. 15. lib. 1.* & *Rota in dicta Romana de Theodolis coram Blanchetto.*

49 Declara tamen, quòd ad hoc, vt quis incidat in pœnam scientia debet esse certa, & indubitata, non autem præsumptiua, veluti dixi *in conclus 50. in verbo adimplere, & facit dec. Put. 6 de probat. Caputaq dec. 110. num 2. Card. Seraph. dec 972.* & *Rota per Greg. dec. 425.* & *Surd. dec. 221. cum ibi alleg.*

50 Quibus ergo hucusque sic firmatis, opus est, quòd altera conclusio proponenda veniat, quando scilicet versamur in illo casu alienationis prohibitæ, & est quòd dicta prohibitio impediat fieri trãslationem dominii in emptorem *iux. tex. in l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1. Ias. in l. Quoties num. 2. C. de fideicomm.* & *Rota in vna Spoletana Terrarum 1599. coram Card. Mellino, & in Romana pecuniaria 25. Iunii 1601. coram Card. Pamphil. & in alia Leodien. Fideicommissi, Mercurii 2. Dec. 1609. coram Card. Cauallerio.*

51 Contrarium huic conclusioni tenuit *Crescent. in d. 1. de pignor. alias 152.* vbi habetur, quòd prohibitio alienationis nõ impedit translationem dominii fieri, etiam si esset facta prohibitio ad fauorẽ certæ personæ, sed solum contrauenicns tenetur ad interesse.

52 Concorda vt prima opinio procedat quãdo vltra prohibitionem expressam alienationis, concurrit etiam fideicommissum pro conseruatione bonorum in vocatis, quia tunc bona sunt restitutioni subiecta, ita vt ante obitum alienari non possint, & post obitum alienantis intelligitur acquisitum dominium in vocatis, & ita intelligitur *lex quoties de donat. quæ sub mod. vt ait Rota in d. Spoletana Terrarum coram Card. Mellino vbi allegat. Salicet. in dicta leg. C. de condit. ob caus. Roder. alleg. 9. num. 25. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 12. num 32. Cappell. Tholos. decis. 6. in 4. par. per Maynard.*

53 Secuuda verò opinio procedit quando sumus in simplici prohibitione alienationis, quæ regulariter (vt toties dictum fuit) non impedit fieri translationem dominii in emptorem, vt dicunt *DD. allegati à Rota ibi supra.*

54 Rursus declara primam opinionẽ procedere, (vtputa) si versamur in alienatione per viam vltimæ voluntatis facta, in qua non transfertur dominium, quando prohibitio fuit expressa, quia tunc ea reddit venditionem à principio ipso iure nullam, siue quando essemus in duplici prohibitione, nempè testatoris, & legum; quia alienationis prohibitio isto modo inducta dicitur expressa, & quæ nullitatem alienationis ipso iure inducit *Magon. decis. Florent. 149. nu. 20.*

55 Sed hic nota, quòd dicta alienatio contra duplicem prohibitionẽ facta, vti nulla ipso iure, nunquam vllum caducitatis, siue priuationis effectum parit, & ratio est,

est; quia, quòd nullum est, nullum parit effectum, idem *Magon. decis. 50. num. 29. Rota Florentina*, idemque ait *Rota in Romana saluiani interdicti 1. Iunii 1587. coram Card. Seraphino*, & *in decis. 110. num. 3 par. 2. diuersorum*, & *apud Cincium de Censibus decis. 45. nu. 2.*

56 Id quis eò magis procederet, vbi prohibitio esset concepta per illas clausulas quouis modo, & quacumque causa; quia tunc huiusmodi prohibitio contineret, etiam aliam alienationem factam per modum subueniendi necessitatibus hæredis, vt ait *Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 334. num. 21. cum aliis ibi per eum allegatis*.

57 Secus tamen procederet, quando alienatio per viam contractus fieret; quia eò casu alienans solùm tenetur ad interesse, nisi tamen adesset specialis hypotheca, vel iuramentum, vel nisi quædam requisita concurrant, seù verba certo modò fuerint concepta per quæ dominium transferri impediretur, vel nisi prohibens ius in re sibi reseruauerit; Nàm istis casibus dominij translatio impediretur, idem *Card. Seraph. decis. 447. per totam*, & *Crescent. in decis. 1. de pignor.* & pulchrè *Magon. dec. Florent. 102. nu. 3.*

58 Et ratio diuersitatis prædictæ distinctionis ea potissimum esse videtur; quia prohibitio facta in vltima voluntate potentior est ea facta inter viuos, vt dicunt DD. *allegati per Card. Manticam dec. 63. num. 8.* & *Viuius dec. 471.*

59 Contrarium, quòd scilicet alienans rem alienari prohibitam per contractum, statim à iure suo cadat, nec minus per redemptionem rei excusetur, ait *Rota apud Cincium de censibus dec. 47 num. 3.* Secus autem, quando aliquo modo consensus prohibentis concurreret, vt ait *Rota apud eundem Cincium de censibus dec. 59. num. 14.*

60 Et propterea videmus, quòd fideicommissum non impedit fieri translationem dominij, sed benè illud reuocatur, quòd secus est, quando sumus in prohibitione expressa, quæ tunc illam benè impedit, & ob id inferri potest, quòd alienatio facta ignoranti de re fideicommisso subiecta, sed conditionali, & non expresè, vt prædictum est, alienari prohibita, tenet & per consequens ex ea fit translatio dominii; sed est benè verum, quòd sequuta conditione postea resoluitur, vt ait *Card. Seraph. in decis. 321.* & *Rota decis. 110. num. 34 par. 2. diuers. coram Cantuccio*, & sic vbi alienatio non est expræsè prohibita semper alienante viuente tenet, vt ait *Magon. dec. Florent. 16. num 8.* & *dec. 102. n. 13.* & *dec. 72. n. 4.*

61 Quod tamen secus esset de illa re expræsè alienati prohibita in qua dominium nullo modo transfertur cum alienatio tali modo facta à principio sit nulla idem *Card. Seraph dec. 785. n. 6.* & *Rota in dec. 295. num. 1. par. 2. recent.*

62 Sed animaduertas, quòd alienatio prędicta nunquam enim ipso iure nulla, nisi fideicommissario volente, & quando erit nulla potest tunc alienans contra proprium factum venire & sic rem alienatam reuocare: Nam nullitas, quando est inducta ad fauorem alicuius semper eo volente sustinetur, *Magon. dec. Flor. 16. n. 10.* & *11.* & *decis. 92. num. 30.* & *50* & *prius in decis. 50. num. 30.*

63 Veluti eodem modo dicitur de restitutione in integrum aduersus alienationem rei prohibitæ alienari ignoranter factam, quæ non datur tertio si alienans eam non petat, vt ait *Rota dec. 281. n. 4. par. 2. in recent.*

64 Et nota quòd vbi dixi, seu dicam, ob expræssam alienationem dominium nullo modo transferri, intellige semper de illa prohibitione in testamento facta, non autem de ea, quæ fit per viam contractus, quia isto casu prohibitio nullo modo eam translationem fieri impedit, vt ait *Magon. superius alleg. st. d. decis. 102. Flor. num. 3.* & in hoc rationem assignat *Card. Mantic. dec. 63. n. 8. videndus.*

65 Declara tamen secus esset, quòad portionem quartæ, seù legitimæ ipsi grauato debitæ, vt ait *Card. Seraph. in decis. 787. num. 16.* & *Rota in decis. 215. num. 2. par. 2. recent. Amat. decis. 20.* & *Gratian. decis. 54. Rota Marchiæ*, & *Magon. decis. 35. Rota Florentia.*

66 Contrarium quòd scilicet quando est prohibita bonorum alienatio censeatur quoque prohibita trebellianicæ detractio, ait *Franch. decis. 612. num. 6. in quarta parte.*

67 Vndè si fortè alienans dictam rem alienari expræsè prohibitam de illius eui-

euictione promitteret, cum assecuratione, quòd illa res esset ab omni fideicommisso libera; tunc ex hujus modi pacto resultaret obligatio ad omnia damna, & interesse, quando res onerata reperiretur, vt ait idem *Card. Seraph. in d. decis. 785. num. 7. & 9. cum ibi alleg.*

68 Tenendo autem primam opinionem, amplia primò, eam procedere, quando adesset stipulatio, & hypotheca ad fauorem vocatorum, & eò magis pactum resolutiuum, quia tūc nulla trāslatio dominij dari potest, idem *Card. Seraph. decis. 787. num. 16. & ita fuit decisum in dicta Spoletana terrarum Mercurii 15. Februarii 1599 coram Card. Mellino.*

69 Amplia secundò eam procedere, quādo prohibens reseruauerit sibi ius in re (puta) hypothecā, & licèt hic Doctores videantur loqui de speciali; nihilominus etiam in generali procedit, quando non poterat nisi generalis fieri, veluti quia omnia bona erant prohibita alienari, & super omnibus bonis erat retenta hypotheca, quod idem est, ac si res quælibet prohibita esset hypothecata, vt ait *Corn. cons. 61. lib 3. (recent. dec. 1. alias 152. de pign.* & *Card Seraph dec. 374. num. 6.*

70 Amplia tertiò procedere, quando adest causa prohibitionis alienationis, & persona, in cuius fauorem dicta prohibitio fiat, quia tunc in dicto casu censetur inductum fideicommissum, si alienatio fit, per quam dominij translatio inducatur, vt dicunt *DD. in l. filiusfamilias §. diui, ff. de leg. 1. Gomes in l. 40. Tauri num. 37. cum seqq. Specul. de testam. glos. 19. nu 79. & Rota in dicta Spoletana coram Mellino, & in decis. 231. num. 3. par. 2. recent.* vbi in proposito habetur, quòd alienatione prohibita fauore certarum personarum, sequuta alienatione, res alienata potest peti à non alinante vocato.

71 Quid si fuisset à Testatore dictum, quòd in casu alienationis dicta res alienata in proximiorē deueniret? & plures in eodem gradu vocati existerent, in hoc recurras ad *Rotam decis. 22. lib. 3. diuers. num. 1.* vbi concludit inter eos maiorem natu dicti Testatoris proximiorem præferri; Secus autem, si nascatur vnus in æquali gradu, tàm post mortem fideicommittentis, quàm etiam post ipsā alienationem, quia tunc ei dicta successio communicatur, non vt ex tunc; sed, vt ex nunc, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 776. num. 16 & seq. cum aliis ibi alleg.*

Sed hic obiter erit notandum, an scilicet proximitas grauantis, siuè potius grauati sit attendenda; & in hoc erit firmanda conclusio, vt semper ea grauati in fideicommissis sit attendenda, non autem illa grauantis; & ratio potissima istius conclusionis est, quia si proximitas grauantis esset attendenda, sæpissimè turbarentur successores, & de facili lites inextricabiles excitarentur, vltra quod, quando hæreditas est adita per grauatum, non dicitur amplius hæreditas grauantis; at secus quando non fuisset adita, veluti late fuit deductum à *Rota in Bononien. de Cataneis Luna 5 Nouembris 1629 coram Pirouano* & ibi testatur hanc opinionem semper fuisse amplexam, ita fuit quoq. dictum à *Rota in Fauentina fideicommissi de Castellanis Luna 6. Aprilis 1615. coram Buratto, & in alia Bononien. de Muletis 6. Februarii 1623. coram eodem, & in eadem coram eodem 11. Decembris eiusdem anni 1623. & in Corduben. Iurispatronatus 10. Maii 1624. coram Dunozetto, & in Palentina anniuersarii 9. Decembris 1626. coram Coccino Decano, quæ postea fuit confirmata 9. Decembris 1627. coram Durano, & nouissimè Fusar. de Substit. quæst. 484. num. 10. cum seqq. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 12. num. 30.* vbi ait, id esse verum, quando descendentes ex vltimo descendente supersint; aliàs secus; quia tunc proximitas testatoris, non autem grauati esset attendenda, & ratio est, vt dicunt multi allegati à *Mantica ibi supra num. 31.* quia per fideicommissum succeditur testatori, non autem vltimo morienti, & eò magis quādo descendentes essent sub nomine collectiuo vocati, & multò magis, quando testator vsus esset verbis, quæ ad illius personam referantur, veluti si substituit in eius hæreditate, vel in suis bonis, item quando substitutio transiret de masculis ad fœminas, quę fuerant exclusę, vt ait *Roland. cons. 70. num. 78. lib. 3. cum ibi allegatis*, vbi ait opinionem Soccinij communiter reprobari, veluti eodem modo procederet, quando post mortem grauati fieret transitus ad diuersam conditionem personarum, siue de linea ad fi-

tes se inuicem iniuriari, ergo sequitur, quòd in dubio vulnus, siuè delictum ex causa litis euenisse præsumatur, veluti testatur idem *Marsil. in suo sing.* 549. Et *Natt. in suo consil.* 530. *num.* 13. *lib.* 3. ait, quòd lites sæpè solent criminibus præstare materiam. Et quomodo sint puniendi se inuicem iniuriantes coram Iudice, pro Tribunali sedente, dixi supra in verbo Actio iniuriarũ *concl.* 40.

5 Extende primò, dictam conclusionẽ principalem, adeò esse veram, quòd nedum Alexandrina vendicet sibi locum in eo, qui verberauit procuratorem litis vertentis in Curia, sed etiam extra Curiam, quando illuc occasione litis accesserat. Et ratio est; quia Alexandrina tanquam fauorabilis venit extendenda; necnon etiam; quia dictus procurator, qui ab Vrbe recessit, causa exequendi aliquid pertinens ad litem animo reuertendi ad Curiam, post illius executionem, ab ea absuisse non dicitur, aliàs lites impedirentur, per indirectum in Curia exerceri, vt ait idem *Puteus dicta dec.* 99. *propè finem, lib.* 1.

6 Extende secundò, eam non solum non procedere in verberante procuratorem, sed etiam testem, vel Iudicem, aliàs existentes in Curia non essent tuti, & sic libertas ipsius Curiæ impediretur, quod esset valdè absurdum, vt ait *Rota ubi supra prope medium, & in fine.*

7 Extende tertiò, quòd verba Bullæ [sibi occasione litis, quis sit vulneratus, aut interfectus] important non tantum causam immediatam, verùm etiam remotã; quia illud verbum [occasionẽ] causam remotam importat, vt exemplificando ait *Put. in dec.* 98. *lib.* 1. *per totam.*

8 Declara tamen primò, quòd dictæ Constitutioni non sit locus, per leuem offensam, & nisi offensa sit dolosa; & sic igitur non per leuem rixam, seu percussionem erit deuenlendum ad dictæ Cõstitutionis rigorem, vt per *Cardinalem in Clementina* 1. 39. *quæst. de priuileg. Marsil. in suo singul.* 287. & ita fuit dictum à *Rota in vna Romana incursus Bullæ Alexandrinæ* 19. *Decembris* 1581. *coram Cardinali Blanchetto*. Et quando iniuria dicatur grauis, seu leuis, id arbitrio Iudicis venit remittendum, attenta qualitate loci, siue personarum, & similibus, vt dixi in Verbo Actio iniuriarum, *conclusio* 40.

9 Declara secundò, quòd iniuria verbis, vel facto illata, opus est, vt sit ex causa litis, aliàs prædictæ Constitutioni locus non erit, vt ait *Put. in præcitato loco, & Rota in dicta Romana incursus Bullæ coram Blanchetto.*

10 Animaduertendo tamen, quòd in dubio offensio est semper attribuenda causæ, cui magis adaptatur, & sic semper ea ex noua causa erit præsumenda, vt ait *Ias. in* §. *qui seruum*, ff. *de verbor. obligat. num.* 2. *vers. Et aduerte*, *Cephal. in consil.* 35. *num.* 4. *lib.* 1. *Puteus, & Card. Blanch. in locis supra citatis.*

11 Declara tertiò, quòd illa pœna Alexandrinæ non est applicanda parti, sed fisco: & ratio est; quia huiusmodi pœna, non fauorem partis offensæ, sed illum Reipublicæ respicit, vt ait *Mohed. in sua dec.* 1. *aliàs* 55. *num.* 2. & 4.

12 Subdeclara tamen id non esse verum, veluti si essemus in eo, qui collitigantẽ iura feudi offenderet, & illud in pœnam amittere deberet; quia tunc non parti, neque fisco, sed agnato proximiori applicatur, vt fuit dictum à *Rota in decis.* 823. *par.* 3. *nouiss. & Marta in sua compilat. decision. in verbo Amissio, cap.* 10. *tom.* 4.

13 Declara quartò, quòd Bulla prædicta non ligat extra Romanam Curiam, nisi tamen lis penderet in Curia, quia tunc offendens ea pœna afficiendus veniret, vt ait *Gratian. in sua decis.* 84. *num.* 3. & 4. *cum Doctor. ibi allegat.* & *Rota in decis.* 639. *par.* 1. *diuers.*

14 Contrarium tamen hodie reperitur sancitum, ex bannimentis generalibus Vrbis, à Summis Pontificibus emanatis: quorum enim vigore Bulla prædicta ad totum Statum Ecclesiasticum fuit extensa, vt in eis videri potest.

ARGVMENTVM.

ALIENATIO QVID SIT, ET quotuplex sit, & quando ea sustineatur, & ex ea dominium transferatur, & quando non.

CONCLVSIO LXXXIV.

1 ALIENATIO nota, quòd dr̃ omnis actus per quẽ dominium transfertur, *textus est in l. 2. C. de rebus alien. §. alienationis, authen. de non alien. l. 1. §. 1. C. de fund. dotal. Corn. consil. 147. num. 22.* Negusant. *de pignorib. 3. memb. 2. par. num. 4. Crauett. consil. 215. nu. 2. Alexand. consil. 29. num. 15. lib. 7. & cons. 108. num. 3. lib. 6. Anchar. cons. 102. Oldrad. consil. 270. num. 2. Lapus alleg. 41. in princip. Bald. consil. 108 lib. 1. Decius consil. 640. num. 8. & consil. 745. num. 14. Afflict. decis. 240. num. 4. & Rota apud Card. Seraph. dec. 196. & Rota dec. 480. nu. 2. par. 1. diuersor. cum aliis DD. ibi allegatis.*

2 Et licèt dicat *Oldrad. consil 159. num. 8. vers. Si igitur, & Rolan. cons. 80. num. 30. lib* 3. quod alienatio sit permissa omnibus de Iure communi, tamen plerumque illius prohibitio à testatore fieri solet, ob fauorem conseruandæ agnationis ne homines temporum ac aduersæ fortunę iniuria mendicare cogantur, & ideò respectu grauati dicitur odiosa respectu vero agnationis in genere fauorabilis; veluti dicitur de fideicommisso, quòd respectu extraneorum dicitur odiosum, vtputa, quando extraneis relinquitur, respectu verò eorum de agnatione dicitur fauorabile, & per consequens latè interpretandum, quando scilicet alicui de agnatione relinquitur, veluti latè dicam in verbo Fideicommissum, vbi recurrere poteris, & de hoc est *decis Card. Seraph. 1023. num. 2. Rota apud Cincium de censib. dec. 49 num 11. & Magon. decis. Florent. 149. num. 15.*

3 Quæ enim alienationis prohibitio duplex reperitur in Iure, altera est expressa hominis, altera verò tacita legis, vt fuit decisum in *Romana de* Cinciis *Luna* 17. *Nouembris 1597. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1224 licèt ea prohibitio legis ęquiparetur prohibitioni hominis, vt ait idem *Card. Seraph. decis. 285. in fine, cum aliis ibi per eum allegat.*

4 Expressa testatoris ea dicitur, quando testator alienationem expresè prohibet indefinitè, aut ad tempus; tacita verò legis est ea, quæ oritur ex coniectura ta mente testatoris, quando lex interpretatur, & prohibet, vt neque transacto eo tempore intra, quod fuit prohibita alienatio ea post illud censeatur permissa; & id fit ad fauorem substitutorum, ne substitutio fiat elusoria, vt inferius dicetur.

5 Vndè istæ duæ prohibitiones adeò in iure valent, vt propterea alienatio in vim illarum omninò prohibira cẽseatur, etiam in casibus alias à Iure permissis, & hinc fit, quòd ad eam duplicem prohibitionem tollendam opus sit duplicem permissionem interuenire, vt ait *Rum. cons. 118. num. 4. alleg. à Rota in decis. 49. num.* 18. & *seqq. par. 2. diuersor.* vbi propterea subiungens ait, quòd duplex causa prohibitiua, vincit vnam tantum permissiuam, & ideò (vt mox diximus) duplex permissio est necessaria cum duo vincula strictius ligent, quam vnum, vt ait *Rota ibi supra*.

6 Alienationis autem prohibitio expressa hominis, nota, quòd reddit actum à principio ipso iure nullum, quòd secus tamen est in tacita, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in decisione 787. num. 14.* & ea aut solet fieri in perpetuum, nempè, quando à testatore fuit ordinatum, vt bona perpetuò in agnatione conseruentur, aut limitari solet ratione temporis, seu ratione consensus aliquorum, vtputa, quòd Ioannes Andreas, vsque ad vigesimumquintum annum alienare non possit, & post dictam ętatem alienare non valeat sine consensu propinquorum, & propterea, si moriantur illi quorum consensus requirebatur, tunc institutus poterit libere bona alienare, & eo casu relinquitur dispositioni Iuris, vt dicunt *Doct. allegati à Rota in vna Montis falisci fideicom. 20. Nou. 1602. corã Card. Pamph. & prius in*

dicta Romana de Cinciis coram Cardinali Seraphino.

7 Declara tu tamen illud, quòd fuit dictum de instituto, qui possit alienare mortuis ijs, quorum consensus in alienatione requirebatur, esse verum, quando sumus in simplici prohibitione expressa hominis; secus verò, quando adesset prohibitio duplex, nempè vna expressa ab homine; altera verò tacita à legis dispositione proueniens; quia tūc cessante illa expressa hominis, remanet tamen tacita legis, per quam alienatio impedienda venit: Et propterea (vt mox diximus) duplex permissio est necessaria, aliàs vna tantum concessa; altera prohibitio remanet firma, vt fuit decisum in vna Bononien. de Rubeis allegata in alia Romana de Cinciis 17. Nouembris 1587. coram Alexandrino, in quo casu erat prohibita alienatio ad certum tēpus quorundam bonorum fideicommisso subiectorum; quo enim elapso, fuit declaratum à Rota, alienationem postea factam non censeri permissam in damnū fideicommissariorum, ex quo remanebat altera tacita legis prohibitio in fauorem substitutorum, vt ait Castr. consil. 262. num. 3. lib. 2. & alii plures adducti à Peregrino de fideicommiss. omnes allegati in dicta Romana de Cinciis coram Alexandrino, veluti erit dicendum è conuerso, quando essemus in materia stricti iuris, vbi alienatio prohibita, vsque ad certum tempus, post illud tamen censetur permissa, vt ait Cardinalis Seraphinus decis. 1466. num. 5.

Immò nota, quòd intra illud tempus censetur etiam prohibita legitimæ alienatio, vt testatur Magon. decis. Floren. 149. vbi in proposito ait, quòd prohibitio legis tacita, per fideicomissum inducta, non tollitur per tacitam permissionem resultantem ex prohibitione de non alienando intra certum tempus, quod enim optimè concordat cum eo, quod fuit decisum in dicta Romana de Cinciis coram Alexandrino.

8 Extende primò, quòd vbi concurrit prohibitio hominis, cum ea legis, tunc translatio dominij impeditur, nec eo casu potest fieri alienatio in casibus, aliàs à iure permissis; quod tamen fallit, quando essemus in tacita prohibitione; quia tunc ea non impediret, puta confiscationem bonorum, durante tamen prohibiti vita, ad tradita per Surdum in decisione 254. num. 12. & 35. & Rota decisione 49. num. 17. par. secunda diuersorum.

9 Et quando alienatio restringatur ad illam, quæ contingit facto hominis, & non legis, ait Gratianus lib. 2. discept. forens. cap. 376. num. 16. cum aliis ibi per eum allegat.

10 Extende secundò, quòd prohibitio alienationis expressa fideicommissum inducit, non tamen restrictum ad personas nominatas, vt fuit decisum in Romana domus de Alicornis Lunæ 2. Martii 1598. coram Pellegrino, & in isto casu secundum fideicommissum, non regulatur à primò, vt ait Rota in Vrbeuetana fideicommissi 29. Mart. 1597 coram Card. Pamphilio.

11 Quando verò essemus in terminis in quibus fideicommissum fuit restrictum ad certas personas, tunc illud ad alias extendi non debet, siue fideicommissū præcedat, & prohibitio sequatur, siue non, iuxta opinionem Rotæ de qua testatur Card. Seraph. decis. 883. n. 2. & 4.

12 Contrarium tamen colligitur ex alia Perusina fideicommissi de Fumaiolis coram Litta, vbi expressè colligitur, quòd alienationis prohibitio venit consequutiuè ad fideicommissum in casu mortis, ad illud magis corroborandum. Decius consil. 736. num. 7. Card. Alban. consil. 1. num. 9. Gabr. consil. 3. num. 21. Menoch. consil. 323. num. 72. latè Peregrin. de fideicommiss. art. 14. num. 43. versic. Quamobrem, Gomez. in lib. 4. tauri nu. 37. Gabr. consil. 9 de fideicommiss. Veral. decis. 121. in manuscript. & ita quoque fuit decisum in Fauentina fideicommissi de Pasiis 1588. coram Card. Pamphilio.

13 Concorda tamen, vt prima opinio procedat, quando in secundo fideicommisso in casu alienationis plures personę vocantur, quàm in primo in casu mortis; & ratio illius conclusionis est, ne illud à testatore de nouo expressum stet sine virtute operandi contra text. in l. si quando, ff. de legat. 1. Mantic. de coniectur. vlt. voluntat. lib. 6. titul. 1. num. 3 & in istis terminis fuit decisum in illa Vrbeuetana fideicommissi coram Pamphilio, & in alia

alia Romana domus de Alicornis coram Peregrino.

14 Et ideò, quā prohibitio alienandi non stat consecutiuè, sed de per se principaliter, tunc importat fideicommissum à præcedenti separatum, & sic iuxta illud non regulatur, vt ait *Rota decis. 44. num. 4. parte prima in recentior.* vbi ait, quòd tūc fideicommissum censetur stare principaliter, & de per se, quando orationes sunt separatæ, vt latè fuit decisum in *Spoletana fideicommissi 26. Nouembris 1618. coram Cardinali Caualerio.*

15 Secunda verò opinio procedit, quando in secundo fideicommisso in casu alienationis nouæ personæ non vocantur; quia tunc prohibitio alienationis venit consecutiuè ad fideicommissum in casu mortis, ad maiorem illius firmitatē, nec perconsequēs eo casu dicta prohibitio ampliat fideicommissum, vt ait *Rota in decis. 100. num. 7. in prima par. recentior.* & veluti etiam distinguunt Doctores allegati in dicta *Fauentina fideicommissi de Pasiis, & in alia Romana domus de Alicornis Vener. 24. Martii 1598. coram eodem Pellegrino, & Rota in decisione 568. num. 9. par. prima diuers.*

16 Et tenendo hanc secundam opinionem, amplia primò, eam procedere, etiā si ista prohibitio alienationis esset vestita ab illa causa (nempè, vt bona conseruentur in familia) quia nihilominus fideicommissum illud stare dicitur ad maiorem firmitatem primi, vt superius dictū est, & vt ait *Rota in Perusina fideicommissi de Fumaiolis 1598. coram Litta.*

17 Declara tamen, quòd licèt prohibitio alienationis (vt bona conseruentur in agnatione) famuletur substitutionibus præcedentibus, & id nō faciat nouum fideicommissum oriri; ex ea tamen arguitur mentem testatoris esse, vt bona in agnatione conseruentur, & sic illud magis deliberatā illius voluntatē demōstrat, vt ait *Dec. consil. 23. num. 2. Ruin. consil. 119. num. 14. lib. 2. Curt. iun. consil. 121. num. 10. Rimin. iun. consil. 21. num. 36. lib. 1.* & ita fuit decisum in vna *Romana fideicommissi Luna 2. Aprilis 1601. coram Cardinali Pamphilio.*

Et sic igitur prædicta eò magis procederent, quando testator non per viā simplicis rationis, sed per alteram principalis dispositionis testator mandauit bona perpetuò in familia remanere, veluti quia non dixit testator prohibeo alienari simpliciter, vt remaneant, vel quia volo, vt remaneant in familia, sed dixit quia volo bona remanere in familia, tunc non solum inducitur fideicommissum in casu alienationis, sed etiam in eo mortis, cum hoc modo inducatur fideicommissum simplex, & absolutum, iuxta ea quæ ait *Curt. Iun. cons. 145. num. 6. & seq.* Rota *decis. 121. nu. 1. & 2. par. 2. diuers.* & *decis. 10. n. 11. & decis. 143. num. 1. & dec. 193. num. 6. & seqq.* & *latius in decis.* 300. *num. 15. & seqq. par. 1. in recent.* & *in Bononien. fideicommissi de Desideriis 26. Iunii 1626. coram Merlino, & prius in Romanā fideic. de Guidis 29. Maii 1620. coram Card. Verospio,* & denique *in Rom. fideic. de Vipera 24. Ianuar. 1629. coram Card. Virili.*

18 Amplia secundò, quòd licèt etiam prohibitio alienationis, non inducat fideicommissum in casu contrauentionis, non expectata morte grauati sine filijs, cum conditio negatiua semper vsque ad mortem verificari possit; non ob id tamen tollitur, quominus dicta prohibitio stet consecutiuè ad maiorem firmitatem grauaminis grauato iniuncti, veluti fuit decisum in *d. Perusina corā Litta.*

19 Declara tamen hanc secundam ampliationem procedere, quando in dicto casu contrauentionis, aliquis de nouo vocatus non esset, aliàs si noua persona vocaretur, vtique mors non esset expectanda, quia nouum resultaret fideicommissum, veluti fuit decisum in dicta *Perusina de Fumaiolis Vener. 10. Decembris 1597. coram eodem Litta.*

20 Amplia tertiò, quòd neq. etiam nouū inducatur fideicommissum ex alienatione, seù contrauentione, per grauatum facta, licèt in alias personas, quàm in vocatas; quia dicta alienatio tenuisset vsquè quo purificata esset conditio dicti fideicōmissi in casu mortis sine filijs, *per text. in l. fi. §. fin autem, vbi Doct. C. com. de leg. Rota ibi supra coram Litta.*

21 Limita tamen huiusmodi ampliationem esse veram, quòd scilicet dicta alienatio tenuisset, vsquequò conditio esset purificata) circumscripta tamē dicti testato-

testatoris prohibitione, ac nouarum personarum vocatione, dicta alienatio non teneret, immò nec dominium transferretur, ita vt alienata possent etiam per eundem alienantem reuocari, veluti fuit decisum in illa *Perusina de Fumaiolis* Luna 27. *Aprilis* 1598. *coram Litta, & in alia Romana de Altoviris Luna* 2. *Mart.* 1598. *coram Pelegrino.*

22 Amplia quartò, quòd prohibitio alienationis, ex verbis quantumuis generalibus concepta fideicommissum non inducit, in casu mortis, quando in alia parte testamenti fuit facta in dictum casum substitutio, & ratio est, quia non inducitur tacita, vbi reperitur expressa, vt fuit dictum in *Romana fideicommissi de Iacobatiis Mercur.* 2. *Decembr.* 1609. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis.* 433 *num.* 12. & 13. Et eo casu alienationis prohibitio facta per verba generalia, sed tamen restricta ad institutos, dicitur personalis, nec propterea extenditur ad positos in conditione, neq. per consequēs est inductiua fideicommissi, vt ait *Rota per Buratt. in suo dec.* 387.

23 Extende primò, id, quòd fuit dictum de prohibitione alienationis adeò esse potens, vt propterea à testatore fieri possit, quòd dictæ prohibitioni contraueniendo hæres statim cadat à iure suo; quia voluntas testatoris, vti lex inuiolabiliter est seruanda, vt fuit dictum in *Regien. bonorum* Luna 13. *Maii* 1585. *coram Cotta.*

24 Declara tu tamen, quòd quando prohibitioni alienationis esset adiecta pœna, illi nunquam erit locus, nisi sequuta vera, & reali traditione rei; quia non per actum verbi, sed per actum facti, quis incidit in pœnam; & ratio est, quia, non sequuta traditione, alienatio ita perfectionem non recipit, vt quis isto casu ab illo contractu recedere non possit, vt ait *Franc. Marc. in sua dec.* 577. *num.* 1. *par.* 1. & *Rota in vna Romana deuolutionis Aluarii Vener.* 20. *Maii* 1588. *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec.* 27. *num* 4. & *seq.* & *in Romana de Theodolis* 12. *Februar.* 1596. *coram Cardinali Blanchetto; & in eadem coram eodem* 22. *Mart. eiusdem anni.*

25 Amplia istud in tantum esse verum, quòd neq. etiam clausula constituti, quæ veram possessionem tradit, sufficeret ad faciendum quem in pœnam incurrere; quia vbi vera, & actualis possessio requiritur, nunquam constitutarius dicitur eadem persona cum actuali possessore, iuxta communem Doctorum sententiā, de qua per *Alexand. consil.* 28. *num.* 7. *volum.* 2. quem sequuta fuit *Rota in vna Beneuentana præstantiarum* 16. *Iun.* 1616. *coram Card. Sacrato.*

Secus autem, quando essemus extra casum incurrendæ pœnæ; quia tunc clausula constituti non minus operatur, quā vera, & actualis traditio, & est ēt ad manutentionem sufficiens, vt fuit dictum à *Rota in vna Beneuentana hæreditatis* 29. *Nouembris* 1621. *coram Pirouano*, & in *Romana hæreditatis de Cincus* 19. *Decembris* 1622. *coram eodem*, & *per Card. Caualer. dec.* 420. *num.* 1. & *per Burat. decis.* 179. *num.* 4. & *seq.* & *ibi per D. adden. Ossasch. dec.* 36. *num.* 2. *Giurb dec.* 112. *n.* 11. & *Rota in alia Bononien. de Bologninis* 11. *Decembris* 1619. *coram Card. Verospio.* Quod tamen declara verum, si possessio constituentis probetur de tēpore constituti, aliàs secus; quia tunc intraret illa regula, quòd nemo dat, quod non habet, vt ait *Rota per Burat. dec.* 701. *n.* 3 *cum aliis ibi per eum alleg.*

26 Extende quoque prædicta eodem modo procedere de eo, qui præcisam, & certam scientiam alienationis non habuit; quia tunc licèt ille sit prohibitus alienare, non tñ in pœnam ignoranter alienādo incurrit, nec isto casu præsumpta scientia sufficeret; quia (vt dixi) requiritur specifica, cum suis qualitatibus, quādo præsertim de amissione iuris iā quæsiti ageretur, vt fuit decisum in *Romana de Arronis* Luna 20. *Decembris* 1614. *coram Vbaldo, quæ est in* 2. *par. recent. dec.* 563. *num.* 4. & *Rota decis.* 49. *num.* 52. & 54. *lib.* 2. *diuers.*

27 Declara tamen, quòd, quando quis alienasset res hæreditarias, tunc præsumitur habuisse notitiam fideicommissi, & prohibitionis alienationis, vt fuit decisum à *Rota in decis.* 231. *num.* 1. *par* 1. *recent.* Et quando quis præsumatur habuisse notitiam fideicommissi tradit *Fusar. de substitut. quæst.* 595. *per totam.*

28 Et propterea hinc infertur, quòd qñ ab aliquo patre fuit scienter facta alienatio

sio contra prohibitionem testatoris, tunc statim à iure restitutionis cadit, & illicò sit restitutio filio in casu alienationis vocato, ad tradita per *Sard in dec.242. num.3. & dec.254.num.3.* Veluti eodem modo, quis caderet à iure suo, si prius ignoranter alienasset, & postea si superueniret illius scientia, alienata non recuperaret, sed potius causam pro emptore defenderet; quia tunc ignorantia ab ini tio eum non iuuaret, vt ait *Rota per Card.Caualer. dec. 81. num. 1. & dec. 204. num.5. & per Buratt.dec. 182. & ibi per addent. & Fusar. de substit. quaest.556 per totam.*

29 Nota tamen, quòd petere volens dicta bona alienata, tenetur scientiam alienantis probare, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis. 940. num. 8. & Francisc. Marc. decis. 580. num. 1. par. 1.*

30 Quinimmò in casu alienationis cũ tradi tione scienter factæ, licèt alienans rem tradidisset, cum illa protestatione, saluo consensu Domini; Nihilominus in com missum cadit, vt ait *Magon. dec. Floren. 91. num.3.* & latè dicam in verbo Emphiteuta.

31 Extende secundò, dictam conclusionem in tantum esse veram, vt propterea testator possit relinquere fideicommissum, sub conditione, illudquè adimere eo casu, quo tertius aliquid (verbi gratia) alienet, vel aliud faciat, & sic, vt quis facto tertij alienantis hæreditate, priuetur, *cap. verum, vbi Abb. num. 2. de cond. appos. Card. cons.82. num. 3. Fel. consil. 41. num. 6. Soccin. Iun. consil. 177. num. 18. lib. 1.* & ita fuit resolutum in vna *Lucana bonor. 5. Decembris 1603. coram Card. Pamphilio, & Surd. dec. 101. num. 10.*

32 Contrarium licèt videatur sentire text. in l. pater familias, ff. de hæred. inst. vt refert *Rota in prædicta Lucana bonorum coram Card. Pamphilio*, ea ratione; quia videtur quodammodo durum, vt vni per alterum fit iniqua conditio inferenda, contra *text. in l. sancimus, & ibi DD. C. de pæn. & Magon. dec. 138.* vbi ait, quòd alienans contra prohibitionem, non priuat suos filios, & descendentes vocatos, per regulam illius *text. in l. sancimus C. de pæn. & ibi Doctor.*

33 Concorda tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando versamur in legato sub conditione relicto, ab alterius voluntate pendente; quod enim sub contraria conditione adimi potest, & alteri applicari, etiam quòd conditio cuius solus euentus expectatur, ex facto alterius purificetur, *l. si quis Sempronium, ff. de hæred. instit. l. si ita fuerit, ff. de manu miss. testam. Bart. in l. paterfamilias sub num. 2. & 4. & Angel. num. 2. ff. de hæred. instit. Imol. in l. qui soluendo, num. 6. in fin. ff. eodem tit. Soccin. consil. 21. num. 1. cum seq. lib. 3. Peregr.* plures allegans in suo tractatu de fideicommisso *art. 11. num. 86. & Rota in dicta Lucana bonor. coram Card. Pamphilio, & Carthar. dec. 104. Rota Genua.*

34 Secunda verò opinio, procedit in legato purè relicto, quòd sub conditione adimitur, & sic prædicta vtroq. modo fieri possũt, veluti ita distinguendo dicunt *DD. allegati à Rota ibi supra.*

35 Extende tertiò, conclusionem, quòd scilicet testator, nedum possit alienationẽ prohibire; verùmetiã illius attẽtationem; veluti iubendo, quòd neque quis alienare tractaret: quod enim fieri solet ad terrendum heredes, ne tractatũ quidem alienandi cogitare audeant, vt fuit decisum à *Rota in Regien. bonorum Luna 13 Maij 1585. coram Cotta.*

36 Subextende, idem procedere, veluti si essemus in aliqua constitutione, quæ actum solum consideret, per se malum, etiam sine effectu; quia tunc sufficeret, etiam quòd actus sit nullus, ad incurrendam pœnam; At secus, quando essemus extra istum cogitatum: quia tunc faceret illa regula, quòd ex nihilo, nihil fit, & quòd appellatione actus intelligatur de perfecto, nõ autem imperfecto, vt exemplificando, ait *Gratian. lib.2. disceptat. cap. 213. num. 4. & seqq.* & veluti inferius dicam sub *num.48.*

37 Extẽde id adeò esse verùm, q licèt quis etiam tractatum non perficeret, sed statim ab eo pœnitentia ductus recederet; Nihilominus à Iure suo, cecidisse diceretur, *text. est in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & Cleric.* & ratio est; quia aliàs hæres semper pœnitentiam allegaret, ad hoc ne diceretur in attentationẽ effectualiter incidisse, vt animaduertit *Rota ibi coram Cotta.*

38 Declara tamen id, non procedere, quando

quando alienans stante illa prohibitione alienata recuperaret, antequam tertio præiudicaret; quia isto casu non diceretur testatorem offendisse, vt ait *Rota in decis.* 593. *num.* 6. *in* 2. *par. recent. & apud Cincium de censibus decis.* 49. *num.* 2. & *Surd. dec.* 220. *num.* 38. vbi ait, quòd alienatio nihil operatur, quando resoluitur, quia tunc perinde est, ac si numquam facta fuisset.

39 Licèt aliter sentiat *Decianus consil.* 48. *num.* 23. *& Angel. consil.* 169. *sub n.* 1. vbi dicunt, quòd quando pœna est imposita à testatore, ea consideratur vltra contemptum ipsum, idem ait *Curt. Iun. consil.* 210. *num.* 11. *vt refert Rota ibi coram Cotta*, & *in decis.* 47. *num.* 3. *apud Cinc. de censib. & Ant. Gam. decis.* 3. *Regni Lusitaniæ* vbi in terminis ait quòd cuidam monasterio fuerat Legatus fundus, cum onere celebrandi Missas, pacto insimul adiecto, vt nunquam ille fundus alienaretur, & in casu contrauentionis proximiori consanguineo daretur, vndè fuit postmodum alienatus fundus, & licet alienatio nulla extitisset, & Monasterium fundum recuperasset; nihilominus fuit decisum consanguineo fuisse ius quæsitum, & sic per nullitatem alienationis ius suũ amittere nõ debere; quia etiam ex voluntate nulla mens contrahentis deprehenditur, nec per consequens alienans ex eius improbitate vllum cõmodũ consequi debebat & ob id contra monasterium iudicatum fuit, vt ait idem *Gam. ibi supra*, & in hoc omninò vide *Surd. dec.* 102. *cum ibi alleg.*

40 Amplia prędicta procedere, etiam si alienatio fieret causa, verbi gratia, recuperandæ pacis; quia nihilominus ea à pęna non excusat, vt ait *Rota in decis.* 3. *Rota Romana in antiq. & Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 214. *num.* 24. vbi ait, quòd hęres postquã alienauit, non potest redimendo rẽ alteri pręiudicare, licèt secus esset, quando hęres vellet aliquam rem particolarem, sibi propriam facere, quod .n. illi facere liceret, ex auctoritate Iudicis, absque aliquo pœnæ incursu, vt ait *Gratian. ibi supra. & Rota decis.* 680. *nu.* 6. *par.* 1. *diuers.*

Declara tamen hic obiter prędicta non procedere, veluti si essemus in bonis, quæ ex delicto non fisco, sed certis personis applicata fuissent; quia tunc illę personæ dicta bona alienata à delinquente non reuocant, etiã si in fraudem alienata fuissent. Secus autem, quando fiscus, siue Episcopus, vel Inquisitor in bonis delinquentis succedere deberent; quia tunc illi possunt alienationes in fraudem factas reuocare, *iuxta tradita per Surd. dec.* 280. *num.* 1. & *seqq.*

41 Præterea animaduertendum est, quòd quando prohibitio alienationis est facta sub pœna, tunc si alienatio fiet, etiam, quòd ea sustineatur, tamen pœna debetur, vt ait *Rota decis.* 178. *num.* 2. & *seq. penes Statil. de Saluiano.*

42 Extende id quoque procedere, veluti si essemus in duplici pœna, nempè cõuentionali, & legali; vtputa, si fuisset factum pactum, vt alienans rem cadat à commodo rei alienatæ; quia tunc vtrãque patitur, scilicet perdendo rem, quę alteri applicanda veniret, item è commodo contractus quoque cessaret, vt ait *Rota decis.* 21. *num.* 7. *lib.* 3. *diuersorum*, & ibi ratio assignatur, quæ est, quòd pœna conuentionalis à partibus in tractatu apposita non elidit illam legalem, sed mutuò sępè concurrunt. Licèt sit benè verùm, quòd quis duplici pœna grauatus non præsumitur in dubio, vt ait *Rota dicta decis.* 178. *num.* 8 *cum aliis ibi alleg.*

43 Declara igitur, quòd licèt alienatio prædicta sustineatur nihilominus pœnæ debetur illi, in cuius præiudicium fuit facta dicta alienatio; animaduertendo tamen quòd tunc alienatio contra prohibitionem sustinetur, quando pœna non afficit ipsam rem alienari prohibitam, sed extra eam constituitur, secus autem quãdo prohibitio, aut dictam rem afficeret, vel alio modo alienatio ipso iure inualidaretur à principio; quia tunc illa sustineri non posset, vt inferius dicetur, & veluti ait *Rota in d. decis.* 178. *num.* 2. & *seq. penes Statil. de Saluiano.*

44 Subdeclara tamen illam distinctionẽ non procedere, quoties cum alienatione esset quoquè prohibita attentatio; quia tunc licet ex ea attentatione ille, in cuius fauorem est prohibita alienatio non lædatur; nihilominus potest testator hæredem sua hæreditate priuare, si eius voluntati præcisè non paruisset, quòd hodie in dubium refricari non potest.

resu iux. tex. in l. 1. C. de his qua pœna nom. & ibi DD. Iaf. in rubr. ff. eodem titulo in tertio casu.

45 Et ratio est; quia sola testatoris voluntas vti lex attendi debet, saltem in his quæ per viam fideicommissi ordinantur, vt ait *Bald. in l. Quæstione n. 25 C. de fideicomm. quem refert Rota ibi coram Cotta in dicta Regien. bonorum.*

46 Contrarium licet teneat *Speculat. in tract. de emphit. num. 119. cum pluribus sequentibus.*

Concorda tu, quòd scilicet prima opinio, quæ in subdeclaratione habetur, procedat, quando cum alienatione est prohibita etiam attentatio, sed expressè; secunda verò procedit, quando simpliciter est prohibita alienatio tantum; quia tunc opinio speculatoris esset vera, vt videtur concludere *Rota in prædicta Regien. bonorum coram Cotta.*

47 Extende quartò, quòd quando testator alienationem prohibuit, & in euentum alienationis alium vocauit, tunc nedum censetur eum prohibuisse alienationem validam; sed multò magis illã de facto iuxta doctrinam *Bald. in cap. aut si libellario num. 4 quibus mod. feud. ammitt. Corn. cons. 243. num. 3. lib. 3. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 4 cap 1. num. 21. Roderic. suarum alleg. allegat. 3. num. 7. Gomes ad l. 40. Tauri num. 88. & Rota in Romana de Theodolis 6. Nouembris 1595. coram Card. Blanchetto, & veluti dixi supra sub num. 36. ex doctrina Grattani lib. 2. discept. cap. 213. num. 4. cum seqq.*

48 Quam enim extensionem amplia multò magis procedere, quando testator vlterius procedendo declarasset quamcũque alienationem fiendam irritam, & nullam, vt ait *Decian. cons. vltimo num. 15. lib. 1. & Rota in dicta Romana de Theodolis coram Blanchetto.*

49 Declara tamen, quòd ad hoc, vt quis incidat in pœnam scientia debet esse certa, & indubitata, non autem præsumptiua, veluti dixi *in conclus. 50. in verbo Adimplere, & facit dec. vlt. 6 de probat. Caputaq. dec. 110. num 2. Card. Seraph. dec 972. & Rota per Greg. dec. 425. & Surd. dec. 221. cum ibi alleg.*

50 Quibus ergo hucusque sic firmatis, opus est, quòd altera conclusio proponenda veniat, quando scilicet versamur in illo casu alienationis prohibitæ, & est quòd dicta prohibitio impediat fieri trãslationem dominii in emptorem *iux. tex. in l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1. Iaf. in l. Quoties num. 2. C. de fideicomm. & Rota in vna Spoletana Terrarum 1599. coram Card. Mellino, & in Romana pecuniaria 25. Iunii 1601. coram Card. Pamphil. & in alia Leodien. Fideicommissi, Mercurii 2. Dec. 1609. coram Card. Caualerio.*

51 Contrarium huic conclusioni tenuit *Crescent. in d. 1. de pignor. alias 152.* vbi habetur, quòd prohibitio alienationis nõ impedit translationem dominii fieri, etiam si esset facta prohibitio ad fauorẽ certæ personæ, sed solum contraueniens tenetur ad interesse.

52 Concorda vt prima opinio procedat qñ vltra prohibitionem expressam alienationis, concurrit etiam fideicommissum pro conseruatione bonorum in vocatis, quia tunc bona sunt restitutioni subiecta, ita vt ante obitum alienari non possint, & post obitum alienantis intelligitur acquisitum dominium in vocatis, & ita intelligitur *lex quoties de donat. quæ sub mod. vt ait Rota in d. Spoletana Terrarum coram Card. Mellino vbi allegat. Salicet. in l. ea leg. C. de condit. ob caus. Roder. alleg. 9. num. 25. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 12. num 32. Cappell. Tholos. decis. 6. in 4. par. per Maynard.*

53 Secunda verò opinio procedit quando sumus in simplici prohibitione alienationis, quæ regulariter (vt toties dictum fuit) non impedit fieri translationem dominii in emptorem, vt dicunt *DD. allegati à Rota ibi supra.*

54 Rursus declara primam opinionẽ procedere, (vtputa) si versamur in alienatione per viam vltimæ voluntatis facta, in qua non transfertur dominium, quando prohibitio fuit expressa, quia tunc ea reddit venditionem à principio ipso iure nullam, siue quando essemus in duplici prohibitione, nempè testatoris, & legum; quia alienationis prohibitio isto modo inducta dicitur expressa, & quæ nullitatem alienationis ipso iure inducit *Magon. decis. Florent. 149. nu. 20.*

55 Sed hic nota, quòd dicta alienatio contra duplicem prohibitionẽ facta, vti nulla ipso iure, nunquam vllum caducitatis, siue priuationis effectum parit, & ratio

est,

est; quia, quòd nullum est, nullum pa. rit effectum, idem *Magon. decis. 50. num. 29. Rota Florentina*, idemque ait Rota *in Romana saluiani interdicti 1. Iunii 1587. coram Card. Seraphino, & in decis. 110. num. 3. par. 2. diuersorum*, & *apud Cincium de Censibus decis. 45. nu. 2.*

56 Id quis eò magis procederet, vbi prohibitio esset concepta per illas clausulas quouis modo, & quacumque causa; quia tunc huiusmodi prohibitio contineret, etiam aliam alienationem factam per modum subueniendi necessitatibus hæredis, vt ait *Gratian. lib. 2. disceptat. cap. 334. num. 21. cum aliis ibi per eum allegatis*.

57 Secus tamen procederet, quando alienatio per viam contractus fieret; quia eò casu alienans solùm tenetur ad interesse, nisi tamen adesset specialis hypotheca, vel iuramentum, vel nisi quædam requisita concurrant, seu verba certo modò fuerint concepta per quæ dominium transferri impediretur, vel nisi prohibens ius in re sibi reseruauerit; Nam istis casibus dominij translatio impediretur, idem Card. *Seraph. decis. 447. per totam*, & *Crescent. in decis. 1. de pignor.* & pulchrè *Magon. dec. Florent. 102. nu. 3.*

58 Et ratio diuersitatis prædictæ distinctionis ea potissimum esse videtur; quia prohibitio facta in vltima voluntate potentior est ea facta inter viuos, vt dicunt DD. *allegati per Card. Manticam dec. 63. num. 8.* & *Viuius dec. 471.*

59 Contrarium, quòd scilicet alienans rem alienari prohibitam per contractum, statim à iure suo cadat, nec minus per redemptionem rei excusetur, ait Rota *apud Cincium de censibus dec. 47 num. 3.* Secus autem, quando aliquo modo consensus prohibentis concurreret, vt ait *Rota apud eundem Cincium de censibus dec. 59. num. 14.*

60 Et propterea videmus, quòd fideicommissum non impedit fieri translationem dominij, sed benè illud reuocatur, quòd secus est, quando sumus in prohibitione expressa, quæ tunc illam benè impedit, & ob id inferri potest, quòd alienatio facta ignoranti de re fideicommisso subiecta, sed conditionali, & non expresse, vt prædictum est, alienari prohibita, tenet & per consequens ex ea fit translatio dominij; sed est benè verum, quòd sequuta conditione postea resoluitur, vt ait *Card. Seraph. in decis. 321. & Rota decis. 110. num. 34. par. 2. diuers. coram Cantuccio*, & sic vbi alienatio non est expressè prohibita semper alienante viuente tenet, vt ait *Magon. dec. Florent. 16. num 8. & dec. 102. n. 13. & dec. 72. n. 4.*

61 Quod tamen secus esset de illa re expressè alienari prohibita in qua dominium nullo modo transfertur cum alienatio tali modo facta à principio sit nulla idem *Card. Seraph dec. 785. n. 6. & Rota in dec. 295. num. 1. par. 2. recent.*

62 Sed animaduertas, quòd alienatio prędicta nunquam enim ipso iure nulla, nisi fideicommissario volente, & quando erit nulla potest tunc alienans contra proprium factum venire & sic rem alienatam reuocare: Nam nullitas, quando est inducta ad fauorem alicuius semper eo volente sustinetur, *Magon. dec. Flor. 16. n. 10.* & *11.* & *decis. 92. num. 30. & 50 & priui. in decis. 50. num. 30.*

63 Veluti eodem modo dicitur de restitutione in integrum aduersus alienationem rei prohibitæ alienari ignoranter factam, quæ non datur tertio si alienans eam non petat, vt ait *Rota dec. 281. n. 4. par. 2. in recent.*

64 Et nota quòd vbi dixi, seu dicam, ob expressam alienationem dominium nullo modo transferri, intellige semper de illa prohibitione in testamento facta, non autem de ea, quæ fit per viam contractus, quia isto casu prohibitio nullo modo eam translationem fieri impedit, vt ait *Magon. superius alleg. d. decis. 102. Flor. num. 3.* & in hoc rationem assignat *Card. Mantic. dec. 63. n. 8. videndus.*

65 Declara tamen secus esset, quoad portionem quartæ, seu legitimæ ipsi grauato debitæ, vt ait *Card. Seraph. in decis. 787. num. 16.* & *Rota in decis. 215. num. 2. par. 2. recent. Amat. decis. 20.* & *Gratian. decis. 54. Rota Marchiæ*, & *Magon. decis. 35. Rota Florentia.*

66 Contrarium quòd scilicet quando est prohibita bonorum alienatio censeatur quoque prohibita trebellianicæ detractio, ait *Franch. decis. 612. num. 6. in quarta parte.*

67 Vndè si fortè alienans dictam rem alienari expressè prohibitam de illius

cui-

euictione promitteret, cum assecuratione, quod illa res esset ab omni fideicommisso libera; tunc ex huius modi pacto resultaret obligatio ad omnia damna, & interesse, quando res onerata reperiretur, vt ait idem *Card. Seraph. in d. decis. 785. num. 7. & 9. cum ibi alleg.*

68 Tenendo autem primam opinionem, amplia primò, eam procedere, quando adesset stipulatio, & hypotheca ad fauorem vocatorum, & eò magis pactum resolutiuum, quia tūc nulla trāslatio dominij dari potest, idem *Card. Seraph. decis. 787. num. 16. & ita fuit decisum in dicta Spoletana terrarum Mercurii 15. Februarii 1599 coram Card. Mellino.*

69 Amplia secundò eam procedere, quā do prohibens reseruauerit sibi ius in re (puta) hypothecā, & licèt hic Doctores videantur loqui de speciali, nihilominus etiam in generali procedit, quando non poterat nisi generalis fieri, veluti quia omnia bona erant prohibita alienari, & super omnibus bonis erat retenta hypotheca, quod idem est, ac si res quælibet prohibita esset hypothecata, vt ait *Corn. cons. 61. lib. 3.* recent. *dec. 1. alias 152. de pign.* & *Card. Seraph. dec. 374. num. 6.*

70 Amplia tertiò procedere, quando adest causa prohibitionis alienationis, & persona, in cuius fauorem dicta prohibitio fiat, quia tunc in dicto casu censetur inductum fideicommissum, si alienatio fit, per quam dominij translatio inducatur, vt dicunt *DD. in l. filiusfamilias §. diui. ff. de leg. 1. Gomez in l. 40. Tauri num. 37. cum seqq. Specul. de testam. gloss. 19. nu 79. & Rota in dicta Spoletana coram Meltino, & in decis. 231. num. 3. par. 2. recent.* vbi in proposito habetur, quòd alienatione prohibita fauore certarum personarum, sequuta alienatiòne, res alienata potest peti à nōn alinante vocato.

71 Quid si fuisset à Testatore dictum, quòd in casu alienationis dicta res alienata in proximiorē deueniret? & plures in eodem gradu vocati existerent, in hoc recurras ad *Rotam decis. 22. lib. 3. diuers. num. 1.* vbi concludit inter eos maiorem natu dicti Testatoris proximiorem præferri; Secus autem, si nascatur vnus in æquali gradu, tàm post mortem fideicommittētis, quàm etiam post ipsā alienationem, quia tunc ei dicta successio communicatur, non vt ex tunc, sed vt ex nunc, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 776. num. 16. & seq. cum aliis ibi alleg.*

Sed hic obiter erit notandum, an scilicet proximitas grauantis, siuè potiùs grauati sit attendenda; & in hoc erit firmanda conclusio, vt semper ea grauati in fideicommissis sit attendenda, non autem illa grauantis; & ratio potissima istius conclusionis est, quia si proximitas grauantis esset attendenda, sæpissimè turbarentur successores, & de facili lites inextricabiles excitarentur, vltra quod, quando hæreditas est adita per grauatum, non dicitur amplius hæreditas grauantis; at secus quando non fuisset adita, veluti late fuit deductum à *Rota in Bononien. de Cataneis Luna 5 Nouembris 1629 coram Pirouano* & ibi testatur hanc opinionem semper fuisse amplexam, ita fuit quoq. dictum à *Rota in Fauentina fideicommissi de Castellanis Luna 6. Aprilis 1615. coram Buratto, & in alia Bononien. de Muletis 6. Februarii 1623. coram eodem, & in eadem coram eodem 11. Decembris eiusdem anni 1623. & in Corduben. Iurispatronatus 10. Maii 1624. coram Dunozetto, & in Palentina anniuersarii 9. Decembris 1626. coram Coccino Decano, quā postea fuit confirmata 9. Decembris 1627. coram Durano, & nouissimè Fusar. de Subst. quæst. 484. num. 10. cum seqq. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 12. nu. 30.* vbi ait, id esse verum, quando descendentes ex vltimo descendente superessint; aliàs secus; quia tunc proximitas testatoris, non autem grauati esset attendenda, & ratio est, vt dicunt multi allegati à *Mantic. ibi supra num. 31.* quia per fideicommissum succeditur testatori, non autem vltimo morienti, & eò magis quādo descendentes essent sub nomine collectiuo vocati, & multò magis, quando testator vsus esset verbis, quæ ad illius personam referantur, veluti si substituit in eius hæreditate, vel in suis bonis, item quando substitutio transiret de masculis ad fœminas, quę fuerant exclusę, vt ait *Roland. cons. 70. num. 78. lib. 3. cum ibi ibi allegatis*, vbi ait opinionem Soccinij communiter reprobari, veluti eodem modo procederet, quando post mortem grauati fieret transitus ad diuersam conditionem personarum, siue de linea ad

fi-

lineam; quia tunc proximitas grauantis, non autem ea grauati esset attendenda;& ratio peculiaris istius opinionis eã esse videtur; quia, quando vna linea terminatur, & fit transitus ad aliam, tunc ad ipsum fontem reuertitur, & sic ad testatorem, cui succeditur, cum tunc ratio cesset prædilecti gradus, & sic attēditur prædilectio sui ipsius,respectiuè ad alios, & ad nouum statum, ad quem fit trāsitus tanquàm à primo gradu, & à sua linea separatum, & sic ex prædictis apparet, quod ab vtraque conclusione recedi possit, iuxta quod vrget in hoc voluntas fideicommittentis,verbis,aut cōiecturis expressa, quæ potissimum sequēda venit ad inclusionem,& exclusionem respectiuè proximiorum grauantis, vel grauati, vt dicunt *Doctores allegati à Rota in Bononien. de Cataneis Luna* 5. *Nouembris* 1629.*coram Pirouano, & prius in decis.* 460. *num.* 3.& 510.*num.* 2.*p.* 1. *& dec.* 627. *num.* 4.*par.*2.*in recentior.* Et in hac materia videndi sunt *Magon. decis.*83. *Rota Lucen.& Rota decis.*22.*lib.* 3. *diuersor. & Fusar. ibi supra.*

Sed est benè verum, quòd proximimitas prętensa erit probanda ab allegāte, & talis pręsumitur in illo, quando ei nemo in gradu pręcedit, itē tunc talis esse dicetur, quando se coniunctum probat, vt fuit decisum in *Bononien. fideicommissi de Cataneis Veneris* 12. *Iun.* 1615. *coram Pirouano*. Et ratio est; quia quis proximior probatur, quando non apparet alium adesse, qui se proximiorem affirmet, vt ait *Rota per Card. Seraphinum dec.* 1282. *num.* 8.

72 Sed redeundo ad id, quod superius dicebamus,notandum est, quòd, quando quis grauatur ob prohibitionem alienationis, tunc intelligitur si sine filiis decesserit, & non aliàs; quia si illi extant, non est vlterius quęrendum,vulgata, *l. cum auus. ff. de condit. & demonstr.* quod enim extende procedere ne dum, quando grauatur filius, vel nepos, sed etiam si alius vlterioris gradus descendens grauabitur; quia filius in fideicommissis in locum patris subintrat,vt fuit dictum in *Romana fideicommissi* 8. *Martii* 1630. *coram Motmanno*. sed prędicta tamen, declara non esse vera, quando testator voluit substitutos succedere salua gradus prærogatiua; quia eo casu filius locum patris non ingreditur, vt pulchrè ait *Gratianus lib.* 3. *susceptae cap.*419.*nu.* 24.*& seqq.* vbi subiungit,quòd si testator mandat saluam fore gradus pręrogatiuam, sequitur, quòd patruus auunculus, & similes tanquam gradu proximiores sunt pręferendi filio fratris,vel sororis, vt ait *Peregrin. & Menoch. allegat. à Gratiano ibi supra.*

Extēde prędicta eodē modo procedere in successione transuersaliū: quia tunc repręsentatio non egreditur gradum fratrum, & sororum, vt fuit dictum in illa *Romana fideicommissi* 8. *Mart.* 1630. *coram Motmanno*.

73 Amplia quartò, quando alienationis prohibitio esset expressè adiecta in testamento,per viam rationis, quę sufficit ad inducendum liberum, & perpetuum fideicommissum, licèt secus esset, quando prohibitio tacitè subintelligeretur, veluti ita distinguendo, ait *Rota in dec.* 10. *num.* 2. *& 7. in par.* 1. *recent.*

74 Amplia quintò, procedere etiam in prohibitione de non alienando à Iudice facta; quia eo quoque impedit fieri translationē dominii, veluti testatur ita fuisse decisum *Anna in dec.* 9 & eodem modo quoque diceretur de ea facta contra pactum à testatore initum, cuius factum hæres approbare tenetur, aliàs dictus alienans à commodo contractus cadere dicitur, vt ait *Rota dec.* 21. *lib.* 3. *diuers. num.* 1. *& dec.* 61. *num.* 4. & *decis.* 256. *num.* 5.*par.* 2. *in recent. & per Gregor. decis.* 418.*num.* 6. *& ibi in addit. num.* 15 *per Card. CauaIer. dec.* 430. *num.* 6. *& in Bononien. legati de Marescoteis* 14.*Iunii* 1627. *coram Merlino*.

75 Amplia sextò,procedere in casu decisionis *Capici* 108 vbi habetur, quòd prohibitio alienationis per testatorem, facta de aliqua re, alicui specialiter legata,eius vita durante, & eo defuncto primogenitis, si sine liberis decesserit, addita clausula, quòd dicta res de familia nō exeat,huiusmodi prohibitio (inquā) isto modo facta translationem dominii impedit, & id quòque sequitur *Franch. in dec.* 523 & *Laurent. in dec Rota Auenion.*214 & talis prohibitio vsque ad quem gradum extendatur,erit distinguendum cū *Capic. in d. dec.* 108. *num.* 2. vbi ait, aut prohi-

prohibitio est impersonalis, & fit in rem, aut personalis, vt quando hæres sub nomine proprio alienare prohiberetur, & tunc personam prohibiti non excederet; veluti quoque diceretur de prohibitione, quæ esset personalissima, vt quando esset dictum ipse hæres, etiam si ea sub nomine appellatiuo fieret. Secus verò, quando prohibitio esset realis, vtpotè si nullum nomen esset adiectum, & esset facta de re, quæ fuit maiorum suorum, & sic ratione affectionis facta; quia tunc extenderetur ad posteros, si tamen causa prohibitionis esset adiecta, veluti si diceretur, q̄a vult Testator, vt de familia illa res non exeat, necnon ista verba fuissent per modum causæ, & sic dispositiuè, non autem enunciatiuè à Testatore prolata, vt ait dictus *Capicius ibi supra*, per te videndus. Quinimmò notandum est, quòd, quando prohibitio alienationis est realis, tunc extenditur, etiã ad alienationem legalem, vt ait *Surd. in dec.* 124. *nu.* 20. & *Grat lib* 3. *discept. c.* 594. *n.* 5. Licèt contrarium dicat idem *Surd. dec.* 254. *n.* 8. vbi ait, quòd alienatio legalis sub prohibitione non venit.

76 Amplia septimò, in casu decisionis 51 *Cauagnol. volum.* 2. vbi habetur, quòd alienatione prohibita in forma generica, tunc censetur prohibita alienatio, tàm in ter viuos, quàm in vltima voluntate, in personas non vocatas, neque in fideicõmisso comprehensas.

Declara tamen, q̄ licèt prohibitio vniuersalis omnem alienationẽ comprehendat, id tamen non procedit in ea, quæ fit à lege, vt est cõfiscatio, vt ait *Surd. in dec.* 254 *n.* 6. & *n.* 34. & *Grat. lib.* 1. *disc. c.* 108 *num.* 3. *cum alijs ibi alleg.*

77 Amplia octauò, quòd dicta prohibitio alienationis, adeo est potens, vt propterea ea translationem dominii impediat, etiam si dicta alienatio esset iuramento valliata, *vt ait Antonius Faber. in decis. prima, C. de rebus eccles. non alienand. cum aliis ibi per eum alleg.*

78 Extende id, multò magis procedere, quando duplex prohibitio concurreret, scilicet legis, & hominis; quia tunc alienatio, etiam iurata, non tenet, veluti de communi testatur *Rota decis.* 49. *num.* 25. *in parte secunda diuersor.* & *Magon. decis. Floren.* 37. *num.* 10. & propterea ea, vti nulla, in alienante aliquam caducitatem non causat, idem *Magon. decis. Floren.* 50 *num.* 29.

79 Amplia nonò, procedere in casu *decisionis* 9. *eiusdem Antonii Faberti, C. eodem tit.* vbi fuit decisum, quòd in re alienari prohibita, tàm à lege, quàm ab homine, si fit illius alienatio, nullo modo valet, nec etiam ex causa necessaria, dummodo tamen alia bona extent, vt ait quoque Riccius *in sua collect. dec.* 2058 *par.* 5. *Afflict. dec.* 17. *num.* 5. *vers. Octauo.*

80 Amplia decimò, in casu decisionis *Reusnerii* 11. *lib.* 1. vbi deciditur, quòd, neque pacto, neque partium transactione, potest induci fideicommissum graduale, & alienabile, idem tenet etiam *Riccius ibi supra.*

81 Amplia vndecimò, procedere, etiã in bonis demanialibus, siue fiscalibus; quia per eorum alienationem dominium non transfertur, cum sint à Principe alienari prohibita, vt ait idem *Reusner. dec.* 4. *lib.* 4 & *Riccius ibidem.*

82 Amplia duodecimò, idem procedere in impositione census; quia, qui est prohibitus alienare, non potest, etiam censũ constituere, & propterea si res, super qua census imponatur, esset emphiteutica, tunc ob huiusmodi cẽsus impositionem, ea deuoluta fieret, veluti fuit decisum à *Rota in Romana Casalis Marciliani* 19. *Iun.* 1587. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 794. *num.* 7.

83 Extẽde p̄cipuè, si in concessione illius emphiteusis fuissent apposita tàm rigorosa pacta de non alienando, prout sunt in casu illius decisionis factæ in illa *Romana Casalis Marciliani*, necnõ, si in illius census impositione, adesset clausula [Ad habendum, &c.] vt ibi, veluti ait *Rota ibidem coram Card. Seraphino.*

84 Et ratio illius ampliationis ea est; quia census impositio, prædicto modo, facta, quędam alienatio dicitur, vt ait *Surdus in decisione* 204. *Verall. parte prima, dec.* 17. & *Rota in Romana de Rusconibus* 17. *Martii* 1600. *coram Cardinali Sacrato, & coram eodem in alia Romana census Luna* 15. *Iun.* 1613. *quæ est in* 2. *p. recent. dec.* 456 *sub num.* 5. & *Guidopap. in sua dec.* 606. *in princip.* & *dec.* 92. *par.* 3. *lib.* 2. *nouiss.*

85 Contrarium tamen sæpè tenuit *Rota*, & præ-

& præsertim in illa *Romana casalis Marcellani coram Card. Seraph* dicens impositionem census alienationem non vocari. Et ratio est: quia census impositio nõ continet totalem iurium translationem, prout continet simplex alienatio. Nàm scire debes, quòd per impositionem census, solùm constituitur ius quoddam distinctum, & separatum ab ipsa re, ac illius dominio, nec illa clausula [Ad habendum, &c.] veram alienationem, & sic dominij translationem importat, quando ea est restricta, prout est in casu illius decisionis 794. *coram eodem Cardinali Seraphino*, quàm per te videre poteris.

86 Concordare prædictas opiniones hoc modo possumus, & sic, vt prima procedat, quando cum prohibitione tacita legali, concurreret etiam illa hominis expressa; quia tunc duæ prohibitiones plus stringere videntur, quàm vna tantùm, vt in principio istius conclusionis diximus. Secunda verò, quando solum concurreret illa tacita legis, & ageretur cum ecclesia, quia ea tanquam pia mater, & cultrix omnium numquam patitur locupletari, cum alterius iactura, & præcipuè, quando ex parte ecclesiæ illius conditio nõ esset effecta deterior, & ex parte aduersa concurrerent miserabiles personæ, ac de graui eorum præiudicio ageretur, & multò magis si in te emphiteutica extarent melioramenta notabilis summæ, & census fuisset venditus, cum pacto redimendi, & iam fuisset redẽptus, antequam fuisset facta, & acceptata deuolutio. Rursus concorda, vt prima procedere possit, ex pacto pattiũ, de non alienando, & concurrente illa clausula [Ad habendum, &c.] in census impositione. Secunda verò procedit attenta iuris communis dispositione, secundum quam non incurritur caducitas, ob census impositionem, vt ait *Rota ibi coram Seraphino*, & veluti fuit pulchrè decisum in *Romana, seu Amalphitana Saluiani interdicti Luna 9. Iunii 1603. coram Litta*.

87 Sed tenendo primam opinionem, extende eam, multò magis procedere, quando essemus in prohibitione alienationis, largo modo sumpto vocabulo; quia tunc censetur, etiam prohibita hipotheca, vt ait *Rota per Coccinum in sua dec. 50. n. 5. & in dec. 56. num. 1.*

88 Tenendo autem secundam opinionẽ, extende eam primò procedere, quando census fuit impositus super fructibus, puta alicuius domus, licèt secus esset, quãdo super domo, vna cum hypoteca imponeretur, vt ait *Rota dec. 480. p. 1. nouis.*

90 Extende secundò, eam procedere, veluti si essemus in permuratione vsus, & godimenti, necnon etiam in pignoratione, quæ non dicuntur veræ alienationes, saltem ad effectum incurrendæ caducitaris, vt ait idem *Card. Seraph. in decis. 1356. num. 5. & Capic. dec. 108. nu. 17.*

91 Contrarium, quòd scilicet ille, qui est prohibitus alienare, neque possit etiam permutare, ait *Afflict. in dec. 17. allegat. à Riccio in sua collect. dec. 466. vers. Infero quarto*, quod tamen secus esset, quando res alienari prohibita minaretur ruinam, & prohibitus esset pauper, vt ait *Capic. in dicta dec. 108. num. 17.* quod enim inseruire potest pro prædictarum opinionum concordantia.

92 Extende tertiò, procedere, quando melioramenta facta, in re emphiteutica fuissent hipotecata, & obligata; quia cũ ea ad hæredes, & successores spectent, finita emphiteusi, absque eorum culpa, igitur possunt obligari, absque vllo caducitatis incursu, vt fuit dictum in illa *Romana Casalis Marcelliani coram Card. Seraphino*, & in alio Voto *coram eodem eodem Card. Seraphino*.

93 Amplia decimotertiò, idem procedere in locatione ad lõgum tempus, in qua licèt non transferatur dominium, tamen illa sapit naturam alienationis, & ideò dici solet, quòd qui non potest alienare, nec etiam poterit ad longum tempus locare, iuxta *gloss. in cap. 1. vbi scribentes de rebus eccles. non alien. Natt. cons. 480. num. 24. Quam dec. vltima, quam not. ad extrauag. ambitiosè*, vt ait *Riccius in sua collect. dec. 694. par. 3 & Franch. decis. 123. num. 8.*

94 Et propterea videmus, quòd, quando alienatio est prohibita, non solùm intelligitur respectu directi dominij, verùm etiam vtilis, ita vt ad vllam eorum alienationem deueniri nõ possit, & maximè, quando versemur in re Ecclesiastica, vbi (alienationis) verbũ propriè intelligitur, etiam

etiam in vtili dominio, & id eò magis ex consuetudine loci, vt ait *Rota dec. 700 num. 1. & 2. par. 1. diuersor.*

95 Extende id, quòd fuit dictum de locatione ad longum tempus procedere, etiam in venditione ad vitam conceden tis facta; quia ea dicitur perpetua, vt ait *Magon. d. dec. Florent. 67. nu. 35.*

96 Quinimmò extende, quòd etiam ea non possint hypothecari, vt est *decis. 76. apud Statilium num. 9.* & veluti ex mente Rotæ, dicam in verbo Bona prohibita alienari, idemque ait *Menoch. consil. 116 num. 6. cum seqq.* & *Rota in decis. 555. num. 5. in par. 1. recentior.* vbi habetur, quòd alienari prohibita (alienationis latissimè sumpto vocabulo) non veniunt sub generali hypotheca, etiam ad fauorem vxoris.

97 Et ob id notandum est, quòd alienatio vtilis dominij ad longum tempus facta requirit solemnitates necessarias in alienatione rerum minorum, vt ait *Rota penes Statil. dec. 110. num. 14. & 17.* veluti etiam requiruntur in alienatione ad vitam, quę pari modo appellatur perpetua, *Rota ibi supra num. 15.*

98 Amplia decimoquartò, quòd prohibitus alienare, neque potest bona fideicommisso subiecta, ad longum tempus locare, vt ait *Ioseph. Ludouic. in decis. Rotæ Lucen. 64.* quæ ad ampliationem *auth. res quæ, C. com. de leg.* deseruire potest, vt ait *Ricc. in d. collect. 694. propè fin. in 4. p.* & *Rota dec. 26. par. 2. diuersor.*

99 Sed quando prohibitio alienationis est adiecta in locatione ad longum tempus, tunc operatur nullitatem alienationis, sed caducitatem non causat, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 313. num. 4.*

100 Et ratio est; quia non dicitur propriè alienatio, quando est reseruatum directum dominium, vt ait *Rota decis. 608. nu. 1. par. prima diuersor.* & *prius in decis. 146 num. 3. Ioseph. Ludouic. dec. 64. Rota Lucen.* & *Magon. decis. Florent. 91. num. 6. & decis. 92. nu. 9* Deinde, quando pœna non est imposita, nec à lege, nec à contrahentibus; tunc dicta prohibitio, non caducitatem; sed solum actus nullitatem inducit, vt ait idem *Card. Seraph. in d. dec. 313. n. 4.* vltra quod pœna, *l. fi. C. de iure emphyt.* non habet locum in contractibus locationis, siue sit perpetua, siue ad longum tempus facta, vt ait idem *Seraphin. in prælitato loco, num. 1.*

101 Amplia decimoquintò, idem procedere, quoad bona maioratui Hispaniæ subiecta, quæ veluti alienari sunt prohibita, ita, & locari, vt ait *Gam. decis. 20. alleg. à Riccio ibi supra*, secus autem si in emphiteusim ad tres personas cōcedantur; quia tunc ea bona alienata non dicuntur. Nàm Imperator solùm emphiteusim perpetuam vocat alienationem, vt pulchrè ait *Ant. Gam. dec. 16. Regni Lusitaniæ, & Ludouic. ibidem d. dec. 64.*

102 Amplia decimosextò, quòd prohibitus alienare, neque poterit etiam confiteri aliquid, quod ad alienādum tendat, vt fuit decisum à *Rota in Spoletana spolii Ven. 23. Ianuar. 1568. coram Grato, quæ est decis. 7. num. 9. in par. 1. recent.*

103 Amplia decimoseptimò, quòd prohibita alienatione, censetur etiam prohibita repudiatio. Vndè ex hoc infertur, quòd Prælatus non potest legatum Ecclesiæ delatum repudiare, vt ait *Peguer. in sua decis. 136* Et ratio diuersitatis est; quia Prælatus pōt benè suæ Ecclesię præiudicare ante acceptationē, & Ius acquisitum, At secus postea, quando versamur in acquisitis, aut tacitè, aut expressè vt ait *Franch. in cap. 1. sub nu. 23. limit. 11. de rebus eccles. non alienan. Rebuff. d. tit. de alienat. rer. eccles. num. 30. allegat. à Rota in vna Mediolanen. legati 27. Iun. 1594. coram Gipsio*, & vt latè dicam inferius in *concl. de alienatione rer. eccles.*

104 Amplia decimooctauò, quòd prohibita alienatione, censetur quoque prohibita in emphiteusim concessio, vt ait *Anton. Faber dec. 5 C. de reb. alien. Ricc. ibi supra, & Fran. Marc. dec. 604. n. 2. p. 1.*

105 Sed intellige de perpetua, non autē de temporali, iuxta superius deducta; item procedit, largè loquendo; at secus, quando strictè proceditur, vt ait *d. Ioseph. Ludouic. dicta dec. 64. cum aliis ibi alleg.*

106 Fallit tamen primò, dicta ampliatio in alienatione bonorum censualium, quorum alienatio tenet, reseruato tamen cōsensu; nam huiusmodi bona habent distinctam naturam, ab emphiteusi, & feudo; quia veluti in contractu censuali, nemo suo iure priuatur, non soluendo; ità non priuatur alienando, cum ista duo non soluere, & alienare inuicem se-

contingant; & propterea sicut non soluens canonem non priuatur; ita quoque alienans, nisi Ecclesia velit, vt ait *Capic. in decis. 196. consil. Neapolit. num. 1. & 5.*

107 Fallit secundò, veluti si essemus in materia constitutionis vsusfructus super re fideicommisso subiecta, per quã rei alienatio facta non censetur, vt ait *Rota decis. 619. num. 3. parte prima diuersorum, cum DD. ibi allegatis.*

108 Contrarium, quòd scilicet appellatione prohibitionis alienationis, censeatur quoque prohibitus vsusfructus, ait *Franciscus Marcus in decis. 872 num. 1. parte prima.*

109 Amplia decimononò, quòd, qui nõ potest alienare, neque seruum potest manumittere, vt ait *Thoming. dec. 49. quem allegat Ricc. in pract. loco. collect. 466.*

110 Amplia vigesimò, quòd, quando alienatio reperitur prohibita, censetur etiam prohibita renunciatio; quia renunciare, est abdicare à se illud ius, quod quis habet, iuxta ea quæ ait *Ant. Faber dec. 3. de reb. alien.* & *Riccius ibi supra.*

111 Amplia vigesimoprimò, quòd sub ista appellatione alienationis comprehenditur etiam vsucapio, & præscriptio, vt ait *Grattan. lib. 4. discept. cap. 735. nu. 16. & Surd. dec. 3. num. 24.*

112 Fallit tamen, veluti si essemus in aliquo casu priuilegiato, veluti in casu dotis, & alimentorum, in quibus non obstante prohibitione alienationis, prędicta non habent locum, vt ait idem *Gratian. ibi supra. cum aliis alleg. ab eo.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta de prohibitione alienationis rerum fideicommisso subiectarum, pari modo procedere in transactione, super eis facta, cũ sit regulare, quòd super illis transactio nõ est permissa, bona dimittendo: & propterea in omnem euentum alicuius transactionis de illis factæ, ea ad fauorem fideicommissi retineri debent, & ratio est; quia in eorum alienatione requiritur cõsensus quorumcumque vocatorum, vt dixi inferius *sub num. 244.* & veluti ait *text. in l. si pro fundo, in fine, C. de transact.* & ibi *Bart. Bald. Iason,* & communiter *Doctor. Tiraquell. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. gloss. 14. num. 60. Velasc. consult. cap. 16. num. 10. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 22.* & *Rota per Greg. XV. dec. 418. num. 12.* & ibi *adden. num. 17.* & vltimo loco ita fuit quoque resolutum in *Romana hereditatis de Capizucchis Luna 10. Iun. 1630. coram Queipo.*

113 Modo reassumendo iterũ eã Conclusionem de non valente alienare loquentem. Limita primò, eam non procedere, si alienatio sequatur per viam testamenti. Et ratio est; quia alienare prohibitus generaliter non prohibetur testari, vt fuit decisum à *Rota in Imolan. bonorum 5. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio, Alban. consil. 109. num. 1.* & hanc opinionem dicit communem *Bald. in l. ea lege, num. 11. C. de cond. ob caus.* Et *Cephal. cons. 161. num. 21. lib. 2.* ait, quòd huiusmodi alienatio per institutionem filii, dicitur necessaria, adeò, vt si quis etiam ex decreto Principis esset prohibitus alienare; nihilominus non impeditur eius filium de dictis bonis prohibitis hæredem instituere, veluti quoque dicitur de eo, qui est prohibitus alienare in potentiorem; quia tunc non prohibetur in eius filium potentiorem alienare, vt ait *idem Cephal. d. cons. 161. num. 26.* & *Surd. dec. 25. num. 24.* & *decis. 124. num. 8.* vbi ait, id eò magis procedere, quãdo filius ab intestato erat successurus. & *Thoming. dec. 14. Colleg. Lipsen.* & *Surd. decis. 124. num. 16.* & *decis. 254. num. 24. & Magon. decis. Florent. 16. nu. 30. cum aliis DD. ibi allegat.*

114 Contrarium tamen tenuerunt *Iason in l. filius familias, §. diui, quasi. 7. ff. de leg. 2.* & *in consil. 101. lib. 1. Angel. consil. 57. num. 5. Soccin. consil. 277. num. 9. lib. 2. Alciat. in dicto §. diui, sub num. 41.* & ibi *Ripa nu. 99.* & *Gramat. in sua decis. 50.* vbi ait, quòd censetur prohibita hæredis institutio, ac etiam infeudalibus dispositio, vt refert *Riccius ibi sup. in d. collect. 460. propè fin. par. 2. cum aliis D. Floribus ibi per eum allegatis.*

115 Extẽde id eò magis procedere, vbi alienatio prohibetur, quoad certum genus personarum; quia tunc, ne dum hæredis institutio, sed etiã censetur prohibita ab intestato successio, vt ait *Surd. dec. 124 n. 3.* & *in n. 4.* ait, idem procedere, qñ prohibitio alienationis esset facta de aliqua re particulari; qa tũc ea impedit alienationem

tionē, tàm ex testamento, q̄ ab intestato, licèt ibi *num.* 24. reprobetur dicta opinio à *Petra in tract. de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 273. qui tamen reprobatur à *Sur do ibi supra num.* 24.

116 Quas enim opiniones hoc pacto, iudicio meo, conciliare possumus; nempè, vt prima procedat, quando sumus in simplici prohibitione alienationis, & vbi alij in defectum alienantis ad hæreditatem non sunt vocati; quia tunc posset procedere conclusio, quòd scilicet prohibitus alienare, non censeatur prohibitus testari, hæredemque instituere, ad tradita per *Grattianum lib.* 3. *disceptat. cap.* 594. *num.* 5 & 6. vbi ampliat, id quoque procedere, etiam latè sumpto vocabulo alienationis, quo casu licèt videatur venire, etiam hæredis institutio; tamen id procedit respectu obligationis, & hypothecæ, *Rota decis.* 426. *num.* 8. *par. prima.* & *facit dec.* 555. *p.* 1. *recent.*

117 Secunda verò opinio, procedere posset, quando sumus in expressa alienationis prohibitione, siue quando in prohibitione, geminata dispositio concurreret, quæ magis deliberatam mentem testatoris ostenderet, de non alienando, per viam vltimæ voluntatis, quæ alienatio regulariter est potentior illa alienatione inter viuos facta, siuè etiam, quando in casu alienationis essent vocati alii in locum alienantis, vt superius dixi in versic. *Rursus declara*, &c. & ad hoc facit *decis. Card. Mantic.* 63. *nu.* 8.

Et hæc secunda opinio, eò facilius procederet, vbi esset dictum, vt bona conseruentur in agnatione; quia tunc alienatio, quæ fieret, per viam testamenti impedienda venit, licèt ratio conseruandæ agnationis esset tacita, quæ isto casu idem operatur, quod expressa, vt ait *Surdus videndus in decis.* 124. *num.* 2 5. & 6. & *in decis.* 271. *nu.* 30. ait, quòd prohibitio alienandi facta verbis generalibus, quoquo modo, vel quouis titulo, &c. includit etiam intestati successionem. Rursus illas opiniones concordare possumus, vt scilicet prima procedat, quando alienationis mentio fit prohibitiuè; quia tunc ea hæredis institutionem non comprehendit. Secunda verò, quando mentio alienationis fieret permissiuè; quia tunc etiam hæredis institutio veniret, vt distinguendo ait, *Surd. d. decis.* 124. *num.* 1. & 16.

Secus autem, si essemus in emphyteusi Ecclesiastica, quæ contra illius naturā esset facta alienabilis; veluti talis fieri potest, vigore Bonifacianæ, & ex consuetudine; quia tunc à quolibet in inuestitura comprehenso alienari posset, & transiret cum hęreditate, etiam ad extraneos hæredes, ut fuit dictum *à Rota per Buratt. dec.* 87. *nu.* 1. & *seqq. cum aliis ibi alleg.*

118 Sed tenendo primam opinionē, extende eam quoque procedere in donante, qui licèt fuisset prohibitus alienare, nō censeretur tn̄ impeditus donare, vt ex mente Rotæ, dicam in verbo Emphiteuta, & *Greg. XV. dec.* 520. *num.* 1. *videndus.*

119 Quemadmodum dicitur de alienatione facta, per viam legati, quæ licèt nō dicatur valida, tamen sustinetur, & valet quòad eius æstimationem, vt ait *Rota decis.* 110. *num.* 28. *par.* 2. *diuers.*

120 Vndè ex prædictis inferri potest, quòd, quando alicui fuit data facultas alienandi; tunc ille poterit ex vi extensionis alienationem facere, tàm inter viuos, quàm etiam in vltima voluntate, vt ait *Menoch. consil.* 210. *num.* 7. & *Surd. dec.* 343. *num.* 44.

121 Licèt tamen secus esset, si facultas data fuisset disponendi in vita tm̄; quia tunc per viam vltimæ voluntatis disponi non posset, vt dicunt DD. allegati à *Thesaur. in dec.* 209. *num.* 1.

122 Contrariam tamen opinionem tenet *Ias. in cons.* 230. *lib.* 4 & alii quos allegat *Thesaur. ibi supra*, quam enim opinionem veriorem existimo, vt fuit quoque dictum à *Rota in Beneuentana donationis, seu Territorii Lunæ* 28. *Iun.* 1568. & 16. *Ianuar.* 1587. *vbi alleg. Alexand. consil.* 26. *num.* 4. *lib.* 3. §. *vlt. circa medium, instit. quib. ex caus. manumit. non licet, Ruin. consil.* 214. *num.* 14. *lib.* 1. & *cons.* 121. *num.* 4. *lib.* 2. §. *disponat. auth. de nupt. glo. in verbo Solut. matr.* quam cōmuniter sequuntur *DD.* & *Rim. iun. cons.* 12. *n.* 140. *lib.* 2. *Surd. dec.* 272. & 279.

123 Et ratio istius secundæ opinionis ea est; quia illud verbum [Disponere] propriè restringi debet ad dispositionem, per viam vltimæ voluntatis, non autem ad contractus inter viuos; & propterea videmus, quòd, quando sumus in

in materia consuetudinis, seu statuti, illud verbum [Disponere] ad donationem inter viuos extendi non debet, vt ait *Roland. consil.* 168 *num.* 37. *inter cons. vltim. voluntat. Afflict. decis.* 370. *num.* 12. vbi loquitur de consuetudine, & hanc esse magis communem opinionem dicunt Doctores allegati in illa *Beneuentana donation's, seu Territorii Lunæ* 28. *Iun.* 1568. & 16. *Ian.* 1587.

Declara tamen, quòd significatio illius verbi [Disponere] potest ex subiecta materia robur recipere, & sic ad vtrumq. actum, tàm inter viuos, quàm vltimæ voluntatis extendi, vt ait *Surd. in dec.* 272. *num.* 12. & 13. & 279. *num.* 7.

124 Extende secundò dictam opinionem multò magis procedere in casu permissionis alienationis, sinè aliqua pęna; quia isto casu, vtiquè dispositio censetur per viam institutionis permissa, ad tradita per *Gratian. lib.* 2. *discept. cap* 344. *nu* 6.

125 Limita secundò, principalem conclusionem non procedere, quando quis tractaret de se eximendo, vel filium à carceribus; quia tunc bona alienari prohibita, & fideicommisso subiecta ad istum effectum vendi possunt, vt ait *Surd. decis.* 86. *num.* 6. *cum ibi alleg.*

126 Extende, idem procedere, vbi quis esset in aliqua naturali necessitate constitutus, veluti si ob infirmitatem, vel ex causa liberos alendi; quia tunc alienatio permissa censetur, vt ait *Rota per Coccinum dec.* 104. *num.* 2.

127 Quod tamen declara procedere, quando sumus in descendentibus à fideicómittente in quia in istis casibus, & similibus bona alienari prohibita vendere, vel alio modo distrahere licet, aliàs secus, vt dicam in verbo Fideicommissũ, & *Card. Seraph. dec.* 925. *num.* 2. & *dec.* 1244. *num* 8. *cum DD. ibi alleg.*

128 Limita tertiò, non procedere in filio fideicomisso grauato, qui si tot bona alienat, quæ eius Trebellianicam, seu Legitimam importarent, à iure suo non cadit; quòd tamen restringe procedere, quando alienatio bona fide fiat, at secus, si dolosè, vel in fraudẽ fieret, vt ait *Surd. in decis.* 316. *nu.* 2. & 19. *Franch. decis.* 80. *num.* 23. & *Rota in Bononien. bonor. de Muletis Mercur.* 26. *Iun.* 1602. *coram Card. Pamphilio.* & *in decis.* 215. *num.* 7. & 8. *in* 2. *par. recent.* vbi habetur, quòd fraus, & malitia non præsumitur, iuxta *text. in l. merito, ff. pro soc.* & veluti dicam in verbo Dolus, & multa dixi in verbo Actio personalis ex lege, vbi de legitima tractatur.

129 Restringe tamen dictam limitationẽ non procedere, quando essemus in prohibitione alienationis alicuius rei particularis; quia isto casu filius à caducitate non excusaretur, allegando illam rem alienatam in eius legitimam imputandã fore; nam si pater aliquam rem alteri legaret filius eam pro sua Legitima, seu Trebellianica eligere non posset, quoties hæreditas esset soluendo. *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 334 *num.* 5. & *seqq.*

130 Et tunc Iudex arbitrari non debet, vt alienata per filium in Legitimam computentur, quando eidem non est vtile, vt huiusmodi computatio fieret, veluti procedit è contra, etiam, quando grauaretur fideicommissarius in alienatione corporum, sub prætextu, quòd essent meliora: & ratio est; quia filius non potest cogi, vt in bonis minus preciosis eligat pro sua Legitima, prout nec fideicommissarius potest grauari, vt filius eligat in magis vtilibus, sed id arbitrio iudicantis tribuendum erit iuxta tradita per *Gratian. lib.* 4. *discept. cap* 713. *nu.* 7. Vnde Iudex tenetur assignare Legitimã filio in corporibus, nec de melioribus nec de peioribus, veluti dixi in verbo Legitima, vbi recurras in *conclus.* 42. *in reg.* 5. *num.* 302. *cum infinitis seqq.* & *in nu.* 402. *cum pluribus seqq. vbi recurras in hac materia* quia ibi multa inuenies.

131 Extende eandem tertiam limitationem, etiam procedere in hærede creditore, qui, quando primo loco alienat, id præsumitur facere ad sibi satisfaciendum de eo, quod illi debetur, vt ait *Franch. in sua decis.* 80. *num.* 22.

132 Limita 4. nõ procedere in alienãte bona fideicómisso subiecta, pro dote dãda, vel restituenda, quando tamen grauatus non haberet alia bona libera, & sic, quando id in subsidium fieret, quod ei de iure permittitur, vt ait *Magon. decis. Florent.* 50. *num.* 26. *Viuius in sua decis.* 18. *Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 832. *num.* 40. *Rota per Greg. XV. decis.* 266. *in princip.* & *decis.* 543. & *inter recent. dec.* 96. & *decis.*

109.

269. par. 1. & tandem in vna *Bononien. fideicommissi de Maluetiis Vener. 31. Martii* 1628. *coram Virili*, & *Rota dec. 66. n. 6. par. 1. recent.* & *Thes. dec. 192. nu. 12.*

133 Fallit tamen in casu, vbi alienatio etiã pro maritandis fœminis prohiberetur, tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis; quia tũc cessaret dispositio dictæ *auth. n. res quæ*, vt superius dixi, & vt ait *Surd. in dec. 61. n.* 4. & 10. *Card. Seraph. in dec.* 447. *nu.* 1. & *Franc. Viuius in dec.* 18.

134 Contrarium, quòd scilicet bona alienari prohibita ex causa dotationis filiarum possint (non obstante prohibitione etiam expressa) alienari pro dote tàm danda, quàm restituenda ait *Rota decis. 49. num. 31. par. 2. diuers. Seraph. decis.* 1224. *Magon. dec. Florent.* 37. & *decis. Lucen. 33. in annot in littera E.* vbi ait, id procedere, etiam si essemus in fideicommisso dupliciter iuncto, & *Grat. lib. 4. disceptat. c.* 735. *nu.* 18. vbi ampliat id etiam procedere in bonis maternis, & maioratus, licèt testator id expressè prohibuisset, idem *Gratian. lib. 1. disceptat. cap.* 65. *num.* 13 *cum aliis ibi alleg.*

135 Concorda tu, quòd prima opinio procedat, quando sumus in non descendentibus à fideicommittente. Secunda verò procedit in descendentibus ab eo, etiam post illius obitum conceptis, vt ait *Card. Seraph. dec. 61. n.* 7 & veluti dicã in verbo Dos, & sic hmõi opiniones, hac distinctione concordari possunt. *Gerard. Maynard. dec. 18. & dec. 21. par. 3.* & ita vltimo loco fuit resolutum à *Rota in Romana hæreditatis de Capizucchis Luna* 10. *Iun.* 1630. *coram Queipo.*

136 Quinimmò extẽde istam secundam opinionem procedere, etiam in fideicõmisso transuersalium, sed in casu tamen quo frater deberet dotare sororem inopem, vt ait *Thes. dec. 192. num. 7.* & *Gratian. d. cap. 65. num. 12.* aliàs secus, si extra casum inopiæ sororis essemus, vt ait *Gratian. & Thesaur. ibi sup.*

137 Subextende, idem procedere ad fauorem sororis vterinæ, quando fratres vtrinque coniuncti non extarent, veluti quoque idem dicitur de sorore naturali, pro quibus dotandis bona, etiam fideicommisso subiecta alienari possunt, vt ait *Peregr. de fideicom. art. 41. num.* 50. *Boer. dec. 129. num* 9. & *Grat. ibi supra num.* 7. Immò, & quòd magis est pater, & frater tenentur redotare filiam, & sororem respectiuè, si dos illi semel assignata fuerit, sine dolo, & culpa mulieris deperdita, licèt secus tamen esset in eo, qui ex pacto dotare teneretur, cum obligatio conuentionalis ex primo solutionis actu tollatur, quod enim falleret, quando necessitas esset præcisa, vt est in eo, qui ex legis dispositione dotare tenetur, vt de veriori testatur *Gratian. in dicto cap. 65. num.* 18. *Ossasch. decis.* 167. *num.* 4. & *Boer. decis.* 131. *num.* 3.

138 Rursus extende dictam quartam limitationem adeò esse veram, vt quemadmodum dicta bona possunt distrahi pro dote; ita etiam ex causa donationis propter nuptias, quæ à pari procedunt, veluti dicam in verbo Dos, idemque ait *Franch. in sua decis.* 182. *num.* 6. *Magon. dec. Florent.* 37. *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 65. num.* 8.

139 Declara tamen, quòd postquam dicta bona fuerint in dotem, aut donationem propter nuptias assignata, tunc nõ poterunt postea per maritum alienari, nisi in casibus à iure expressis, vt ait *Franch. in sua decis.* 170. *num.* 4. & ibi enumerat causas iustas, & necessarias per quas eorum alienatio permittatur, &. *Surd. decis. 86. num. 8. & seqq. & Grat lib. 2. discept. cap. 292. num.* 24. vbi docet, quando res dotalis ab vxore, cum consensu sui viri, alienata possit reuocari, etiam soluto matrimonio.

140 Contrarium tamen inter cæteros casus erit, si fundus dotalis ob alimenta viri venderetur; quia tunc illius alienatio valeret, quod secus est si venderetur ob eius excarcerationem, cum alimentorum præstatio, & excarceratio à pari non procedant, nec propterea de vno, ad aliud argumentum sumi potest, vt ait *Surd. in præcitato loco, & Rota in Bononien. cens. Iui 20. Februar.* 1609. *coram Card. Marcomont o.*

141 Sed contra hanc secundam opinionem, quòd scilicet vxor possit alienare fundum dotalem, vel se obligare, etiam pro redimendo viro captiuo, seu à carceribus eum eximendo, vel impediendo ne carceretur, etiam pro delicto, ex ea potissimum ratione; quia liberatio carcera-

ceratorum dicitur causa pijssima, ait *Gratian. lib. 1. discept. cap.* 108. *num.* 1. & 26. & *Rota per Greg. in dec.* 321. *per totam.*

142 Extende primò hanc vltimam opinionem in tantum esse veram, vt propterea maritus ex se ipso impendere possit de bonis dotalibus, pro illius redemptione, siuè exemptione, etiam vxore reclamâte, & ratio ea est; quia dedecus esset vxoris maritum in carceribus mãcipari, ob eam vnitatem carnis, & obligationẽ, qua vxor ei subuenire tenetur, iuxta tradita per *Bald. in cons.* 478. *num.* 2. *vers. sed si tamen lib.* 5. & *ita concludit Surd. cons.* 367. *num.* 14. *Cuman. in l. quamuis ff. solut. matr.* & *est doctr. eiusdem Bald. in l. si quis*, 24. *num.* 7. *colum. vlt. versic. sed ponamus* C. *de negot. gest.*

143 Extende secundò eam alienationem fieri efficaciorem, si Iuramentum vxoris in ea apponatur; quia tunc de nullitate obligationis, pro viro excarcerando factæ, dici non potest *Bald. cons.* 5. *lib.* 5. & *Gratian. dicto cap.* 108. *num.* 27. Quinimmò neque illi restitutio datur, vt fuit dictum in *Rom. nullitatis contractus* 26. *Apr.* 1624. *coram Buratto*. Licèt tamẽ secus esset in filio, quãdo reperiretur enormissimè læsus, & talis dicitur, si dum fide iubet pro patre idemnitatem consequi non potest, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua dec.* 75. *num.* 8. *cum seqq.* & *per Gregor. dec.* 406. & *ibi in addit. num.* 18. & *in Ariminen. legatorum* 26. *Iunii* 1619. *coram Manzanedo*, & *in alia Rom. pecuniaria de Querris* 26. *Iun.* 1624 *coram* Coccino *Decano*.

144 Fallit id pari modo in Vrbe, vbi statutum præsumit Iuramentum, per fraudem, & dolum extortum, vt fuit dictum in *Romana Societatis officii, seu fideiussionis* 4. *Februarii* 1602. *coram* Penia, & *in alia Rom. releuationis indemnitatis* 22. *Maii* 1602. *coram Ortembergo*, & *per Greg. in in sua decis.* 363.

145 Subextende prædicta in obligationẽ quoq. procedere, etiam si solemnitates statuti nõ fuissent adhibitæ, vt ait *Tiraq. in l.* 16. *conuub. gl.* 8. *n.* 285. *Lamberteng. de contract. glos.* 10. *nu.* 25. *Cephal. cons.* 51. *num.* 21. & *Surd. cons.* 367. *lib.* 3. & *Rota per Gregor. XV. dec.* 120. *n.* 10.

146 Rursus extẽde eodẽ modo procedere in obligatione filijfamilias, quę valet pro redimendo patre, quamuis solemnitates non interuenerint *Bald. cons.* 213. *lib.* 2. & *ita fuit dictum in Imolen. rescissionis contractus* 18. *Iun.* 1610. & 29. *Aprilis* 1611. *coram Manzanedo*, Et præsertim quoad bona castrensia, vel quasi, & aduentitia, vt dixi *in concl.* 86. *sub num.* 145.

147 Quinimmò amplia huiusmodi obligationem factam pro Patre, adeò esse efficacem, quòd neque filius in integrum restituitur, & præsertim, si Iuramentum adsit, nec non si dictæ restitutioni renunciatio concurrat, vt fuit dictum in *Bononien. pecuniaria* 9. *Iunii* 1603. *coram* Greg. XV. *qua est in eius impress. decis.* 120. *nu.* 10. & *in* Rom. *pecuniaria de Quercis* 26. *Iuni.* 1624. *coram Coccino Decano*, & *in alia Romana nullitatis contractus* 26 *April.* 1624. *coram Buratto item ait Rota in omnibus prædictis decisionibus allegatis sub. num.* 143. retenta tamen eadem declaratione, ibidem allegata, quando scilicet filius ex sua obligatione exormissimè læsus non remaneret, & ibi quoque dicitur, quando filius enormissimè læsus dicatur.

148 Contrarium, quòd scilicèt solemnitates statuti sint adhibendę, etiam in obligatione filii facta pro Patre, si in loco contractus statutum adsit, quòd det certam formam in obligatione minorum, fuit dictum in *Bononien census Lunæ* 17. *Mart.* 1608. *coram Card. Marcomontio, qua est decis.* 153. *num.* 12. *part.* 1. *in recent.* & *facit Rot. in Bononien. pecuniaria* 21. *Febr.* 1625. *coram* Pirouano & *per Burat. dec.* 44. & *ibi in addit.*

149 Et ratio diuersitatis inter prædictos casus, ea est; quia obligatio filii pro excarceratione Patris dicitur laudabilis, sed non necessaria; illa verò vxoris pro marito dicitur necessaria, ob indiuiduam vnitatem inter eos, ex Matrimonio resultantem, & obid in primò casu, nempè obligationis filij, solemnitates sunt necessariæ, In secundò verò non; licèt habeamus etiam, quòd filius obligando se pro patre dicitur actum piũ facere, pro quo facit illa regula, quod ea quæ Spiritu Dei aguntur sub lege nõ cadunt, *vt fuit dictum in Rom. aperitionis oris* 8. *Martii* 1613. *coram Card.* Sacrato, & *coram Greg. in sua decis* 120. *num.* 11. & prædictam distinctionem facit Rota *in*

dicta

dicta Bononien census coram Marcomonto 20. Febr. 1609.

150 Fallit tamen, id, quod superius fuit dictum de muliere fideiubente pro viro, quando mulier ex illius obligatione remaneret penitus indotata, vt ait *Rota per Greg. XV. in sua decis. 321.* Sed est benè verum, quòd si mulier dicat eam esse indotatam, id probare tenetur, dicta *dec. Greg. 321. num. 9.*

151 Fallit secundò, quando carceratio mariti esset sequuta, ob delictum commissum, contra legem matrimonij; quia tunc vir ex ista sua improbitate, aliquod Ius ab vxore consequi non deberet, cum delictum nunquam alicui immunitatem præstet. *Gratian. in dict. lib. 1. disc. 1. cap. 108. num. 36.* & ita fuit dictum in vna *Romana computorum 13. Maii 1594. coram Card. Arigonio.*

152 Et tenendo illam opinionem circa solemnitates in obligatione filij, pro patre adhibendas, extende illam adeò valere, vt propterea, si post obligationē ei insinuatio nō sequatur, tūc illius obligatio non sustinetur, iuxta Constitutionem Marchiæ, & ita fuit dictum in *Perusina fideiussionis Sabbati 26. Nouembris 1611. coram Cardinali Pamphilio.*

153 Subextende primò procedere, etiā si in eo loco adesset statutum particulare, super contractibus minorum, & filiorumfamilias, & illius solemnitates essēt seruatæ, sed in eo non fuerit facta mentio de insinuatione, vt ait *Rota vbi supra coram eodem Pamphilio,* & *Rota per Gregor. XV. dec. 260. num. 4.* & *decis. 8. penes Picum ad Statutum*, quia Constitutiones plures, quando non sunt inuicem incompatibiles, vna non tollit aliam, *Card. Seraph. dec. 343. Menoch. cons. 384. num. 14.* & *Rota per Buratt. dec. 333. num. 5. & seqq.* & *dec. 385. num. 5. par. 2. in recent.* & *in Ciuitatis Castelli pecuniaria 5. Maii 1621. coram Remboldo,* & *in Ariminen. Legatorum 16. Iun. 1625. coram Manzanedo,* & *in Perusina hæreditatis 10. Decembris 1628. coram Card. Verils.*

Et ratio diuersitatis ea est; quia, quando extat statutum particulare, tunc ea constitutio non est attendenda, at secus, quando illud particulare non est contrarium generali dispositioni, sed cō patitur: quia tunc, vbi particulare non disponit, generalis Constitutio attenditur, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dict. dec. 333. num. 5. & seqq. Gratian. lib. 3. discept. cap. 574. num. 2. & seqq. Card. Seraph. dec. 343.* & *Rota in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Card. Pamphilio,* & *in alia Camerinen. transactionis 24. Maii 1606. coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 260. num. 4.*

154 Subextēde 2. eā opinionē procedere, etiam si in dicta fideiussione iuramentū, esset appositum, licèt extra casum Cōstitutionis soleat supplere insinuationē, vt fuit dictum in dicta *Perusina fideiussionis Lunæ 2. Apr. 1612. coram eodem Cardinali Pamphilio.*

155 Subextende tertiò, quòd neque isto casu Constitutio Marchiæ suppletur, ex præsentia Iudicis, dum requiritur registratio insinuationis in actis. Et ratio est; quia quando ea requiritur pro solemnitate contractus, tunc dicta præsentia Iudicis non supplet defectum insinuationis à d. Cōstitut. Marchię requisitę, vt fuit dictum in *Imolen. rescissionis contract. 26. Iun. 1615. coram Manzanedo, & prius in Perusina donationis 12. Decembr. 1608. coram Gregor. quæ est in eius impress. dec. 391. & prius dec. 260. cum aliis ibi alleg.*

156 Subextende quartò, quòd neque etiam insinuatio suppletur, ex præsentia patris; quia pater non potest auctorizare contractum filij, respectu eorum bonorum, quorum pater non habet administrationem, neque vsumfructum; cum tunc lex de eo non confidat, sed eū pro suspecto habet, vt ait *Rota per Gregor. dicta dec. 260. num. 13.*

157 Subextende quintò, quòd Constitutio Marchiæ requirens insinuationem, habet locum in quolibet contractu, in quo minor, etiam indirectè lædi posset, vt habetur in *annotat. ad dec. 164. Gregor. XV. & est dec. 8. penes Picum ad Statutum Vrbis.*

158 Subextende sextò, quòd ista Constitutio fuit extensa per Cardinalem de Carpo ad omnes contractus in prouincia Marchiæ fiendos; sed non vltra, quia ibi eius iurisdictio non ligabat, cum leges non ligent extra territorium iusdicentis, & licèt postea illius Constitutiones fuerint confirmatę à Paulo III. tū confirmatio illa non extendit confirmatum, vltra id

est; quia, quòd nullum est, nullum pa. rit effectum, idem *Magon. decis.* 50. *num.* 29. *Rota Florentina*, idemque ait *Rota in Romana salutani interdicti* 1. *Iunii* 1587. *coram Card. Seraphino*, & *in decis.* 110. *num.* 3. *par.* 2. *diuersorum*, & *apud Cincium de Censibus decis.* 45. *nu.* 2.

56 Id quis eò magis procederet, vbi prohibitio esset concepta per illas clausulas quouis mod ò, & quacumque causa; quia tunc huiusmodi prohibitio contineret, etiam aliam alienationem factam per modum subueniendi necessitatibus hæredis, vt ait *Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 334. *num.* 21. *cum aliis ibi per cum allegatis.*

57 Secus tamen procederet, quando alienatio per viam contractus fieret; quia eò casu alienans solùm tenetur ad interesse, nisi tamen adesset specialis hypotheca, vel iuramentum, vel nisi quædam requisita concurrant, seù verba certo modò fuerint concepta per quæ dominium transferri impediretur, vel nisi prohibens ius in re sibi reseruauerit; Nàm istis casibus dominij translatio impediretur, idem *Card. Seraph. decis.* 447. *per totam*, & *Crescent. in decis.* 1. *de pignor.* & pulchrè *Magon. dec. Floren.* 102. *nu.* 3.

58 Et ratio diuersitatis prædictæ distinctionis ea potissimum esse videtur; quia prohibitio facta in vltima voluntate potentior est ea facta inter viuos, vt dicunt DD. *allegati per Card. Manticam dec.* 63. *num.* 8. & *Viuius dec.* 471.

59 Contrarium, quòd scilicet alienans rem alienari prohibitam per contractum, statim à iure suo cadat, nec minus per redemptionem rei excusetur, ait *Rota apud Cincium de censibus dec.* 47 *num.* 3. Secus autem, quando aliquo modo consensus prohibentis concurreret, vt ait *Rota apud eundem Cincium de censibus dec.* 59. *num.* 14.

60 Et propterea videmus, quòd fideicommissum non impedit fieri translationem dominij, sed benè illud reuocatur, quòd secus est, quando sumus in prohibitione expressa, quæ tunc illam benè impedit, & ob id inferri potest, quòd alienatio facta ignoranti de re fideicommisso subiecta, sed conditionali, & non expressè, vt prædictum est, alienari prohibita, tenet & per consequens ex ea fit translatio dominij; sed est benè verũ, quòd sequuta conditione postea resoluitur, vt ait *Card. Seraph. in decis.* 321. & *Rota decis.* 110. *num.* 34. *par.* 2. *diuers. coram Cantuccio*, & sic vbi alienatio non est expræssè prohibita semper alienante viuente tenet, vt ait *Magon. dec. Florent.* 16. *num* 8. & *dec.* 102. *n.* 13. & *dec.* 72. *n.* 4.

61 Quod tamen secus esset de illa re expræssè alienari prohibita in qua dominium nullo modo transfertur cum alienatio tali modo facta à principio sit nulla idem *Card. Seraph dec.* 785. *n.* 6. & *Rota in dec.* 295. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

62 Sed animaduertas, quòd alienatio prædicta nunquam enim ipso iure nulla, nisi fideicommissario volente, & quando erit nulla potest tunc alienans contra proprium factum venire & sic rem alienatam reuocare: Nam nullitas, quando est inducta ad fauorem alicuius semper eo volente sustinetur, *Magon. dec. Flor.* 16. *n.* 10. & 11. & *decis.* 92. *num.* 30. & 50 & *prius in decis.* 50. *num.* 30.

63 Veluti eodem modo dicitur de restitutione in integrum aduersus alienationem rei prohibitæ alienari ignoranter factam, quæ non datur tertio si alienans eam non petat, vt ait *Rota dec.* 281. *n.* 4. *par.* 2. *in recent.*

64 Et nota quòd vbi dixi, seu dicam, ob expræssam alienationem dominium nullo modo transferri, intellige semper de illa prohibitione in testamento facta, non autem de ea, quæ fit per viam contractus, quia isto casu prohibitio nullo modo eam translationem fieri impedit, vt ait *Magon. superius alleg.* 1. *d. decis.* 102. *Flor. num.* 3. & in hoc rationem assignat *Card Mantic. dec.* 63. *n.* 8. *videndus.*

65 Declara tamen secus esset, quòad portionem quartæ, seù legitimæ ipsi grauato debitæ, vt ait *Card. Seraph. in decis.* 787. *num.* 16. & *Rota in decis.* 215. *num.* 2. *par.* 2. *recent. Amat. decis.* 20. & *Gratian. decis.* 54. *Rota Marchia*, & *Magon. decis.* 35. *Rota Florentia.*

66 Contrarium quòd scilicet quando est prohibita bonorum alienatio censeatur quoque prohibita trebellianicæ detractio, ait *Franch. decis.* 612. *num.* 6. *in quarta parte.*

67 Vndè si fortè alienans dictam rem alienari expræssè prohibitam de illius

eui-

euictione promitteret, cum assecuratione, quod illa res esset ab omni fideicommisso libera; tunc ex huius modi pacto resultaret obligatio ad omnia damna, & interesse, quando res onerata reperiretur, vt ait idem *Card. Seraph. in d. decis. 785. num. 7. & 9. cum ibi alleg.*

68 Tenendo autem primam opinionem, amplia primò, eam procedere, quando adesset stipulatio, & hypotheca ad fauorem vocatorum, & eò magis pactum resolutiuum, quia tūc nulla trāslatio dominij dari potest, idem *Card. Seraph. decis. 787. num. 16. & ita fuit decisum in dicta Spoletana terrarum Mercurii 15 Februarii 1599 coram Card. Mellino.*

69 Amplia secundò eam procedere, quā do prohibens reseruauerit sibi ius in re (puta) hypothecā, & licèt hic Doctores videantur loqui de speciali, nihilominus etiam in generali procedit, quando non poterat nisi generalis fieri, veluti quia omnia bona erant prohibita alienari, & super omnibus bonis erat retenta hypotheca, quod idem est, ac si res quælibet prohibita esset hypothecata, vt ait *Corn. cons. 61. lib 3. Crescent. dec. 1. alias 152. de pign.* & *Card. Seraph dec. 374. num. 6.*

70 Amplia tertiò procedere, quando adest causa prohibitionis alienationis, & persona, in cuius fauorem dicta prohibitio fiat, quia tunc in dicto casu censetur inductum fideicommissum, si alienatio fit, per quam dominij translatio inducatur, vt dicunt *DD. in l. filiusfamilias §. diui, ff. de leg. 1. Gomez in l. 40. Tauri num. 37. cum seqq. Specul. de testam. glos. 19. nu 79. & Rota in dicta Spoletana coram Mellino*, & *in decis. 231. num. 3. par. 2. recent.* vbi in proposito habetur, quòd alienatione prohibita fauore certarum personarum, sequuta alienatione, res alienata potest peti à non alinante vocato.

71 Quid si fuisset à Testatore dictum, quòd in casu alienationis dicta res alienata in proximiorē deueniret? & plures in eodem gradu vocati existerent, in hoc recurras ad *Rotam decis. 22. lib. 3. diuers. num. 1.* vbi concludit inter eos maiorem natu dicti Testatoris proximiorem præferri; Secus autem, si nascatur vnus in æquali gradu, tàm post mortem fideicommittētis, quàm etiam post ipsā alienationem, quia tunc ei dicta successio communicatur, non vt ex tunc; sed, vt ex nunc, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 776. num. 16 & seq. cum aliis ibi alleg.*

Sed hic obiter erit notandum, an scilicet proximitas grauantis, siuè potius grauati sit attendenda; & in hoc erit firmanda conclusio, vt semper ea grauati in fideicommissis sit attendenda, non autem illa grauantis; & ratio potissima istius conclusionis est, quia si proximitas grauantis esset attendenda, sæpissimè turbarentur successores, & de facili lites inextricabiles excitarentur, vltra quod, quando hæreditas est adita per grauatum, non dicitur amplius hæreditas grauantis; at secus quando non fuisset adita, veluti late fuit deductum à *Rota in Bononien. de Cataneis Lunæ 5 Nouembris 1629 coram Pirouano* & ibi testatur hanc opinionem semper fuisse amplexam, ita fuit quoq. dictum à *Rota in Fauentina fideicommissi de Castellanis Lunæ 6. Aprilis 1615. coram Buratto*, & *in alia Bononien. de Muletis 6. Februarii 1623. coram eodem*, & *in eadem coram eodem 11. Decembris eiusdem anni 1623. & in Corduben. Iurispatronatus 10. Maii 1624. coram Dunozetto*, & *in Palentina anniuersarii 9. Decembris 1626. coram* Coccino *Decano, quæ postea fuit confirmata 9. Decembris 1627. coram* Durano, & *nouissimè Fusar. de Subst. quaest. 484. num. 10. cum seqq. & Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 12. nu. 30.* vbi ait, id esse verum, quando descendentes ex vltimo descendente supersint; aliàs secus; quia tunc proximitas testatoris, non autem grauati esset attendenda, & ratio est, vt dicunt multi allegati à *Mantica ibi supra num. 31.* quia per fideicommissum succeditur testatori, non autem vltimo morienti, & eò magis quādo descendentes essent sub nomine collectiuo vocati, & multò magis, quando testator vsus esset verbis, quæ ad illius personam referantur, veluti si substituit in eius hæreditate, vel in suis bonis, item quando substitutio transiret de masculis ad fœminas, quę fuerant exclusę, vt ait *Roland. cons. 70. num. 78. lib. 3. cum ibi ibi allegatis*, vbi ait opinionem Soccinij communiter reprobari, veluti eodem modo procederet, quando post mortem grauati fieret transitus ad diuersam conditionem personarum, siue de linea ad

li-

lineam; quia tunc proximitas grauantis, non autem ea grauati esset attendenda,& ratio peculiaris istius opinionis ea esse videtur; quia, quando vna linea terminatur, & fit transitus ad aliam, tunc ad ipsum fontem reuertitur, & sic ad testatorem, cui succeditur, cum tunc ratio cesset prædilecti gradus, & sic attēditur prædilectio sui ipsius, respectiuè ad alios, & ad nouum statum, ad quem fit trāsitus tanquàm à primo gradu, & à sua linea separatum, & sic ex prædictis apparet, quod ab vtraque conclusione recedi posit, iuxta quod vrget in hoc voluntas fideicommittentis, verbis, aut cōiecturis expressa, quæ potissimum sequēda venit ad inclusionem, & exclusionem respectiuè proximiorum grauantis, vel grauati, vt dicunt *Doctores allegati à Rota in Bononien. de Cataneis Luna 5. Nouembris 1629. coram Pirouano, & prius in decis. 460. num. 3.* & *510. num. 2. p. 1. & dec. 627. num. 4. par. 2. in recentior.* Et in hac materia videndi sunt *Magon. decis. 83. Rota Lucen. & Rota decis. 22. lib. 3. diuersor. & Fusar. ibi supra.*

Sed est benè verum, quòd proximimitas prętensa erit probanda ab allegāte, & talis pręsumitur in illo, quando ei nemo in gradu pręcedit, itē tunc talis esse dicetur, quando se coniunctum probat, vt fuit decisum in *Bononien. fideicommissi de Cataneis Veneris 12. Iun. 1615. coram Pirouano.* Et ratio est; quia quis proximior probatur, quando non apparet alium adesse, qui se proximiorem affirmet, vt ait *Rota per Card. Seraphinum dec. 1282. num. 8.*

72 Sed redeundo ad id, quod superius dicebamus, notandum est, quòd, quando quis grauatur ob prohibitionem alienationis, tunc intelligitur si sine filiis decesserit, & non aliàs; quia si illi extant, non est vlterius quęrendum, vulgata, *l. cum auus. ff. de condit. & demonstr.* quod enim extende procedere ne dum, quando grauatur filius, vel nepos, sed etiam si alius vlterioris gradus descendens grauabitur; quia filius in fideicommissis in locum patris subintrat, vt fuit dictum in *Romana fideicommissi 8. Martii 1630. coram Motmanno.* sed prędicta tamen, declara non esse vera, quando testator voluit substitutos succedere salua gradus prærogatiua; quia eo casu filius locum patris non ingreditur, vt pulchrè ait *Gratianus lib. 3. discept. cap. 419. nu. 24. & seqq* vbi subiungit, quòd si testator mandat saluam fore gradus prærogatiuam, sequitur, quòd patruus auunculus, & similes tanquam gradu proximiores sunt pręferendi filio fratris, vel sororis, vt ait *Peregrin. & Menoch. allegat. à Gratiano ibi supra.*

Extēde prędicta eodē modo procedere in successione transuersaliū: quia tunc repręsentatio non egreditur gradum fratrum, & sororum, vt fuit dictum in illa *Romana fideicommissi 8. Mart. 1630. coram Motmanno.*

73 Amplia quartò, quando alienationis prohibitio esset expressè adiecta in testamento, per viam rationis, quę sufficit ad inducendum liberum, & perpetuum fideicommissum, licèt secus esset, quando prohibitio tacitè subintelligeretur, veluti ita distinguendo, ait *Rota in dec. 10. num. 2. & 7. in par. 1. recent.*

74 Amplia quintò, procedere etiam in prohibitione de non alienando à Iudice facta; quia eo quoque impedit fieri translationē dominii, veluti testatur ita fuisse decisum *Anna in dec 9.* & eodem modo quoque diceretur de ea facta contra pactum à testatore initum, cuius factum hæres approbare tenetur, aliàs dictus alienans à commodo contractus cadere dicitur, vt ait *Rota dec. 21. lib. 3. diuers. num. 1. & dec. 61. num. 4. & decis. 256. num. 5. par. 2. in recent. & per Gregor. decis. 418. num. 6. & ibi in addit. num. 15 per Card. Caualer. dec. 430. num. 6. & in Bononien. legati de Marescottis 14. Iunii 1627. coram Merlino.*

75 Amplia sextò, procedere in casu decisionis *Capien 108* vbi habetur, quòd prohibitio alienationis per testatorem, facta de aliqua re, alicui specialiter legata, eius vita durante, & eo defuncto primogenitis, si sine liberis decesserit, addita clausula, quòd dicta res de familia nō exeat, huiusmodi prohibitio (inquā) isto modo facta translationem dominii impedit, & id quoque sequitur *Franch. in dec. 523* & *Laurent. in dec Rota Auenion. 214* & talis prohibitio vsque ad quem gradum extendatur, erit distinguendum cū *Capic. in d. dec. 108. num. 2.* vbi ait, aut prohi-

prohibitio est impersonalis, & fit in rem, aut personalis, vt quando hæres sub nomine proprio alienare prohiberetur, & tunc personam prohibiti non excederet; veluti quoque diceretur de prohibitione, quæ esset personalissima, vt quando esset dictum ipse hæres, etiam si ea sub nomine appellatiuo fieret. Secus verò, quando prohibitio esset realis, vtpotè si nullum nomen esset adiectum, & esset facta de re, quæ fuit maiorum suorum, & sic ratione affectionis facta; quia tunc extenderetur ad posteros, si tamen causa prohibitionis esset adiecta, veluti si diceretur, qa vult Testator, vt de familia illa res non exeat, necnon ista verba fuissent per modum causæ, & sic dispositiuè, non autem enunciatiuè à Testatore prolata, vt ait dictus *Capicius ibi supra*, per te videndus. Quinimmò notandum est, quòd, quando prohibitio alienationis est realis, tunc extenditur, etiã ad alienationem legalem, vt ait *Surd. in dec.* 124. *nu.* 20. & *Grat lib.* 3. *discept. c.* 594. *n.* 5. Licèt contrarium dicat idem *Surd. dec.* 254. *n.* 8. vbi ait, quòd alienatio legalis sub prohibitione non venit.

76 Amplia septimò, in casu decisionis 51 *Cauagnol. volum.* 2 vbi habetur, quòd alienatione prohibita in forma generica, tunc censetur prohibita alienatio, tàm in ter viuos, quàm in vltima voluntate, in personas non vocatas, neque in fideicõmisso comprehensas.

Declara tamen, q licèt prohibitio vniuersalis omnem alienationẽ comprehendat, id tamen non procedit in ea, quæ fit à lege, vt est cõfiscatio, vt ait *Surd. in dec.* 254 *n.* 6. & *n.* 34. & *Grat. lib.* 1. *disc. c.* 108 *num* 3. *cum aliis ibi alleg.*

77 Amplia octauò, quòd dicta prohibitio alienationis, adeo est potens, vt propterea ea translationem dominii impediat, etiam si dicta alienatio esset iuramento vallata, *vt ait Antonius Faber. in decis. prima, C. de rebus eccles. non alienand. cum aliis ibi per eum alleg.*

78 Extende id, multò magis procedere, quando duplex prohibitio concurreret, scilicet legis, & hominis; quia tunc alienatio, etiam iurata, non tenet, veluti de communi testatur *Rota decis.* 49. *num.* 25. *in parte secunda diuersor.* & *Magon. decis. Floren.* 37. *num.* 10. & propterea ea, vti nulla, in alienante aliquam caducitatem non causat, idem *Magon. decis. Floren.* 50 *num.* 29.

79 Amplia nonò, procedere in casu *decisionis* 9. *eiusdem Antonii Faberti, C. eodem tit.* vbi fuit decisum, quòd in re alienari prohibita, tàm à lege, quàm ab homine, si fit illius alienatio, nullo modo valet, nec etiam ex causa necessaria, dummodo tamen alia bona extent, vt ait quoque Riccius *in sua collect. dec.* 2058 *par.* 5. *Afflict. dec.* 17. *num.* 5. *vers. Octauo.*

80 Amplia decimò, in casu decisionis *Reusnerti* 11. *lib.* 1. vbi deciditur, quòd, neque pacto, neque partium transactione, potest induci fideicommissum graduale, & alienabile, idem tenet etiam *Riccius ibi supra.*

81 Amplia vndecimò, procedere, etiã in bonis demanialibus, siue fiscalibus; quia per eorum alienationem dominium non transfertur, cum sint à Principe alienari prohibita, vt ait idem *Reusner. dec.* 4. *lib.* 4 & *Riccius ibidem*.

82 Amplia duodecimò, idem procedere in impositione census; quia, qui est prohibitus alienare, non potest, etiam censũ constituere, & propterea si res, super qua census imponatur, esset emphiteutica, tunc ob huiusmodi cẽsus impositionem, ea deuoluta fieret, veluti fuit decisum à *Rota in Romana Casalis Marciliani* 19. *Iun.* 1587. *coram* Card. *Seraph qua est in eius impres. dec.* 794. *num.* 7.

83 Extẽde pcipuè, si in concessione illius emphiteusis fuissent apposita tàm rigorosa pacta de non alienando, prout sunt in casu illius decisionis factæ in illa *Romana Casalis Marciliani*, necnõ, si in illius census impositione, adesset clausula [Ad habendum, &c.] vt ibi, veluti ait *Rota ibidem coram Card. Seraphino.*

84 Et ratio illius ampliationis ea est; quia census impositio, prædicto modo, facta, quędam alienatio dicitur, vt ait *Surdus in decisione* 204. *Verall. parte prima, dec.* 17. & *Rota in Romana de Rusconibus* 17. *Martii* 1600. *coram Cardinali Sacrato, & coram eodem in alia Romana census Luna* 15. *Iun.* 1613. *quæ est in* 2. *p. recent. dec.* 456 *sub num.* 5. & *Guidopap. in sua dec.* 606. *in princip.* & *dec.* 92. *par.* 3. *lib.* 2. *nouissi.*

85 Contrarium tamen sæpè tenuit Rota, & præ-

& præsertim in illa *Romana casalis Marcellani coram Card. Seraph* dicens impositionem census alienationem non vocari. Et ratio est: quia census impositio nõ continet totalem iurium translationem, prout continet simplex alienatio. Nàm scire debes, quòd per impositionem census, solùm constituitur ius quoddam distinctum, & separatum ab ipsa re, ac illius dominio, nec illa clausula [Ad habendum, &c.] veram alienationem, & sic dominij translationem importat, quando ea est restricta, prout est in casu illius decisionis 794. *coram eodem Cardinali Seraphino*, quàm per te videre poteris.

86 Concordare prædictas opiniones hoc modo possumus, & sic, vt prima procedat, quando cum prohibitione tacita legali, concurreret etiam illa hominis expressa; quia tunc duæ prohibitiones plus stringere videntur, quàm vna tantùm, vt in principio istius conclusionis diximus. Secunda verò, quando solum concurreret illa tacita legis, & ageretur cum ecclesia, quia ea tanquam pia mater, & cultrix omnium numquam patitur locupletari, cum alterius iactura, & præcipuè, quando ex parte ecclesiæ illius conditio nõ esset effecta deterior, & ex parte aduersa concurrerent miserabiles personæ, ac de graui eorum præiudicio ageretur, & multò magis si in re emphiteutica extarent melioramenta notabilis summæ, & census fuisset venditus, cum pacto redimendi, & iam fuisset redēptus, antequam fuisset facta, & acceptata deuolutio. Rursus concorda, vt prima procedere possit, ex pacto partiũ, de non alienando, & concurrente illa clausula [Ad habendum, &c.] in census impositione. Secunda verò procedit attenta iuris communis dispositione, secundum quam non incurritur caducitas, ob census impositionem, vt ait *Rota ibi coram Seraphino*, & veluti fuit pulchrè decisum in *Romana, seu Amalphitana Saluiani interdicti Luna 9. Iunii 1603. coram Litta*.

87 Sed tenendo primam opinionem, extende eam, multò magis procedere, quando essemus in prohibitione alienationis, largo modo sumpto vocabulo; quia tunc censetur, etiam prohibita hipotheca, vt ait *Rota per Coccinum in sua dec. 50. n. 5. & in dec. 56. num. 1.*

88 Tenendo autem secundam opinionẽ, extende eam primò procedere, quando census fuit impositus super fructibus, puta alicuius domus, licèt secus esset, quãdo super domo, vna cum hypoteca imponeretur, vt ait *Rota dec. 480. p. 1. nouis.*

90 Extende secundò, eam procedere, veluti si essemus in permutatione vsus, & godimenti, necnon etiam in pignoratione, quæ non dicuntur veræ alienationes, saltem ad effectum incurrendæ caducitatis, vt ait idem *Card. Seraph. in decis. 1356. num. 5. & Capic. dec. 108. nu. 17.*

91 Contrarium, quòd scilicet ille, qui est prohibitus alienare, neque possit etiam permutare, ait *Afflict. in dec. 17. allegat. à Riccio in sua collect. dec. 466. vers. Infero quarto*, quod tamen secus esset, quando res alienari prohibita minaretur ruinam, & prohibitus esset pauper, vt ait *Capic. in dicta dec. 108. num. 17.* quod enim inseruire potest prò prædictarum opinionum concordantia.

92 Extende tertiò, procedere, quando melioramenta facta, in re emphiteutica fuissent hipotecata, & obligata; quia cũ ea ad hæredes, & successores spectent, finita emphiteusi, absque eorum culpa, igitur possunt obligari, absque vllo caducitatis incursu, vt fuit dictum in illa *Romana Casalis Marcelliani coram Card. Seraphino*, & in alio Voto *coram eodem eodem Card. Seraphino*.

93 Amplia decimotertiò, idem procedere in locatione ad lõgum tempus, in qua licèt non transferatur dominium, tamen illa sapit naturam alienationis, & ideò dici solet, quòd qui non potest alienare, nec etiam poterit ad longum tempus locare, iuxta *gloss. in cap. 1.* vbi scribentes *de rebus eccles. non alien. Natt. cons. 480. num. 24. Quem dec. vltima, quam not. ad extrauag. ambitiosè*, vt ait *Riccius in sua collect. dec. 694. par. 3 & Franch. decis. 223. num. 8.*

94 Et propterea videmus, quòd, quando alienatio est prohibita, non solùm intelligitur respectu directi dominij, verùm etiam vtilis, ita vt ad vllam eorum alienationem deueniri nõ possit, & maximè, quando versemur in re Ecclesiastica, vbi (alienationis) verbũ propriè intelligitur, etiam

etiam in vtili dominio, & id eò magis ex consuetudine loci, vt ait *Rota dec. 700 num. 1. & 2. par. 1. diuersor.*

95 Extende id, quòd fuit dictum de locatione ad longum tempus procedere, etiam in venditione ad vitam conceden tis facta; quia ea dicitur perpetua, vt ait *Magon. d. dec. Florent. 67. nu. 35.*

96 Quinimmò extende, quòd etiam ea non possint hypothecari, vt est *decis. 76. apud Statilium num. 9.* & veluti ex mente Rotæ, dicam in verbo Bona prohibita alienari, idemque ait *Menoch. consil. 116 num. 6. cum seqq.* & *Rota in decis. 555. num. 5. in par. 1. recentior.* vbi habetur, quòd alienari prohibita (alienationis latissimè sumpto vocabulo) non veniunt sub generali hypotheca, etiam ad fauorem vxoris.

97 Et ob id notandum est, quòd alienatio vtilis dominij ad longum tempus facta requirit solemnitates necessarias in alienatione rerum minorum, vt ait *Rota penes Statil. dec. 110. num. 14. & 17.* veluti etiam requiruntur in alienatione ad vitam, quę pari modo appellatur perpetua, *Rota ibi supra num. 15.*

98 Amplia decimoquartò, quòd prohibitus alienare, neque potest bona fideicommisso subiecta, ad longum tempus locare, vt ait *Ioseph. Ludouic. in decis. Rotæ Lucen. 64.* quæ ad ampliationem *auth. res quæ, C. com. de leg.* deseruire potest, vt ait *Ricc. in d. collect. 694. propè fin. in 4. p.* & *Rota dec. 26. par. 2. diuersor.*

99 Sed quando prohibitio alienationis est adiecta in locatione ad longum tempus, tunc operatur nullitatem alienationis, sed caducitatem non causat, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 313. num. 4.*

100 Et ratio est; quia non dicitur propriè alienatio, quando est reseruatum directum dominium, vt ait *Rota decis. 608. nu. 1. par. prima diuersor.* & *prius in decis. 146 num. 3. Ioseph. Ludouic. dec. 64. Rota Lucen.* & *Magon. decis. Florent. 91. num. 6. & decis. 92. nu. 9* Deinde, quando pœna non est imposita, nec à lege, nec à contrahentibus; tunc dicta prohibitio, non caducitatem; sed solum actus nullitatem inducit, vt ait idem *Card. Seraph. in d. dec. 313. n. 4.* vltra quod pœna, *l. fi. C. de iure emphyt.* non habet locum in contractibus locationis, siue sit perpetua, siue ad longum tempus facta, vt ait idem *Seraphin. in præcitato loco, num. 1.*

101 Amplia decimoquintò, idem procedere, quoad bona maioratui Hispaniæ subiecta, quæ veluti alienari sunt prohibita, ita, & locari, vt ait *Gam. decis. 20. alleg. à Riccio ibi supra*, secus autem si in emphiteusim ad tres personas cōcedantur; quia tunc ea bona alienata non dicuntur. Nàm Imperator solùm emphiteusim perpetuam vocat alienationem, vt pulchrè ait *Ant. Gam. dec. 16. Regni Lusitaniæ*, & *Ludeuic. ibidem d. dec. 64.*

102 Amplia decimosextò, quòd prohibitus alienare, neque poterit etiam confiteri aliquid, quod ad alienādum tendat, vt fuit decisum à *Rota in Spoletana spolij Ven. 23. Ianuar. 1568. coram Grato, quæ est decis. 7. num. 9. in par. 1. recent.*

103 Amplia decimoseptimò, quòd prohibita alienatione, censetur etiam prohibita repudiatio. Vndè ex hoc infertur, quòd Prælatus non potest legatum Ecclesiæ delatum repudiare, vt ait *Peguer. in sua decis. 136* Et ratio diuersitatis est; quia Prælatus pōt benè suæ Ecclesię præiudicare ante acceptationē, & Ius acquisitum, At secus postea, quando versamur in acquisitis, aut tacitè, aut expressè vt ait *Franch. in cap. 1. sub nu. 23. limit. 11. de rebus eccles. non alienan. Rebuff. d. tit. de alienat. rer. eccles. num. 30. allegat. à Rota in vna Mediolanen. legati 27. Iun. 1594. coram Gipsio*, & vt latè dicam inferius in *concl. de alienatione rer. eccles.*

104 Amplia decimooctauò, quòd prohibita alienatione, censetur quoque prohibita in emphiteusim concessio, vt ait *Anton. Faber dec. 5 C. de reb. alien. Ricc. ibi supra, & Fran. Marc. dec. 604. n. 2. p. 1.*

105 Sed intellige de perpetua, non autē de temporali, iuxta superius deducta; item procedit, largè loquendo; at secus, quando strictè proceditur, vt ait *d. Ioseph. Ludouic. dicta dec. 64. cum alijs ibi alleg.*

106 Fallit tamen primò, dicta ampliatio in alienatione bonorum censualium, quorum alienatio tenet, reseruato tamen cōsensu; nam huiusmodi bona habent distinctam naturam, ab emphiteusi, & feudo; quia veluti in contractu censuali, nemo suo iure priuatur, non soluendo; ita non priuatur alienando, cum ista duo non soluere, & alienare inuicem se-

Eee 2 con-

contingant; & propterea sicut non soluens canonem non priuatur; ita quoque alienans, nisi Ecclesia velit, vt ait *Capic. in decis. 196. consil. Neapolit. num. 1. & 5.*

107 Fallit secundò, veluti si essemus in materia constitutionis vsusfructus super re fideicommisso subiecta, per quā rei alienatio facta non censetur, vt ait *Rota decis. 619. num. 3. parte prima diuersorum, cum DD. ibi allegatis.*

108 Contrarium, quòd scilicet appellatione prohibitionis alienationis, censeatur quoque prohibitus vsusfructus, ait *Franciscus Marcus in decis. 872 num. 1. parte prima.*

109 Amplia decimononò, quòd, qui nō potest alienare, neque seruum potest manumittere, vt ait *Thoming. dec. 49. quem allegat Ricc. in pract. loco. collect. 466.*

110 Amplia vigesimò, quòd, quando alienatio repetitur prohibita, censetur etiam prohibita renunciatio; quia renunciare, est abdicare à se illud ius, quod quis habet, iuxta ea quæ ait *Ant. Faber dec. 3. de reb. alien.* & *Riccius ibi supra.*

111 Amplia vigesimoprimò, quòd sub ista appellatione alienationis comprehenditur etiam vsucapio, & præscriptio, vt ait *Grattian. lib. 4. discept. cap. 735. nu. 16. & Surd. dec. 3. num. 24.*

112 Fallit tamen, veluti si essemus in aliquo casu priuilegiato, veluti in casu dotis, & alimentorum, in quibus non obstante prohibitione alienationis, prędicta non habent locum, vt ait idem *Grattian. ibi supra. cum aliis alleg. ab eo.*

Extende ea, quæ fuerunt dicta de prohibitione alienationis rerum fidei commissio subiectarum, pari modo procedere in transactione, super eis facta, cū sit regulare, quòd super illis transactio nō est permissa, bona dimittendo: & propterea in omnem euentum alicuius transactionis de illis factæ, ea ad fauorem fideicommissi retineri debent, & ratio est; quia in eorum alienatione requiritur cōsensus quorumcumque vocatorum, vt dixi inferius *sub num. 243.* & veluti ait *text. in l. si pro fundo, in fine, C. de transact.* & ibi *Bart. Bald. Iason,* & *communiter Doctor. Tiraquell. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. gloss. 14. num. 60. Vilasc. consult. cap. 16. num. 10. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 22.* & *Rota per Greg. XV. dec. 418. num. 12.* & ibi *adden. num. 17.* & vltimo loco ita fuit quoque resolutum in *Romana hæreditatis de Capizucchis Luna 10. Iun. 1630. coram Queipo.*

113 Modo reassumendo iterū eā Conclusionem de non valente alienare loquentem. Limita primò, cam non procedere, si alienatio sequatur per viam testamenti. Et ratio est; quia alienare prohibitus generaliter non prohibetur testari, vt fuit decisum à *Rota in Imolen. bonorum 5. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio, Alban. consil. 109. num. 1.* & hanc opinionem dicit communem *Bald. in l. ea lege, num. 11. C. de cond. ob caus.* Et *Cephal. cons. 161. num. 21. lib. 2.* ait, quòd huiusmodi alienatio per institutionem filii, dicitur necessaria, adeò, vt si quis etiam ex decreto Principis esset prohibitus alienare; nihilominus non impeditur eius filium de dictis bonis prohibitis hæredem instituere, veluti quoque dicitur de eo, qui est prohibitus alienare in potentiorem; quia tunc non prohibetur in eius filium potentiorem alienare, vt ait *idem Cephal. d. cons. 161. num. 26.* & *Surd. dec. 25. num. 24.* & *decis. 124. num. 8.* vbi ait, id eò magis procedere, quādo filius ab intestato erat successurus. & *Thoming. dec. 14. Colleg. Lipsen.* & *Surd. decis. 124. num. 16.* & *decis. 254. num. 24.* & *Magon. decis. Florent. 16. nu. 30. cum aliis DD. ibi allegat.*

114 Contrarium tamen tenuerunt *Iason in l. filius familias, §. diui, quæst. 7. ff. de leg. 2.* & *in consil. 101. lib. 1. Angel. consil. 57. num. 5. Soccin. consil. 277. num. 9. lib. 2. Alciat. in dicto §. diui, sub num. 41.* & ibi *Ripa nu. 99.* & *Gramat. in sua decis. 50.* vbi ait, quòd censetur prohibita hæredis institutio, ac etiam infeudalibus dispositio, vt refert *Riccius ibi sup. in d. collect. 460. propè fin. par. 2. cum aliis Doctoribus ibi per eum allegatis.*

115 Extēde id eò magis procedere, vbi alienatio prohibetur, quoad certum genus personarum; quia tunc, ne dum hæredis institutio, sed etiā censetur prohibita ab intestato successio, vt ait *Surd. dec. 124 n. 3.* & *in n. 4.* ait, idem procedere, qn̄ prohibitio alienationis esset facta de aliqua re particulari; qa tūc ea impedit alienationem

tionē, tàm ex testamento, q̄ ab intestato, licèt ibi *num.* 24. reprobetur dicta opinio à *Petra in tract. de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 273. qui tamen reprobatur à *Surdo ibi supra num.* 24.

116 Quas enim opiniones hoc pacto, iudicio meo, conciliare possumus; nempè, vt prima procedat, quando sumus in simplici prohibitione alienationis, & vbi alij in defectum alienantis ad hæreditatem non sunt vocati; quia tunc posset procedere conclusio, quòd scilicet prohibitus alienare, non censeatur prohibitus testari, hæredemque instituere, ad tradita per *Grattianum lib.* 3. *disceptat. cap.* 594. *num.* 5 & 6. vbi ampliat, id quoque procedere, etiam latè sumpto vocabulo alienationis, quo casu licèt videatur venire, etiam hæredis institutio; tamen id procedit respectu obligationis, & hypothecæ, *Rota decis.* 426. *num.* 8. *par. prima.* & *facit dec.* 555. *p.* 1. *recent.*

117 Secunda verò opinio, procedere posset, quando sumus in expressa alienationis prohibitione, siue quando in prohibitione, geminata dispositio concurreret, quæ magis deliberatam mentem testatoris ostenderet, de non alienando, per viam vltimæ voluntatis, quæ alienatio regulariter est potentior illa alienatione inter viuos facta, siuè etiam, quando in casu alienationis essent vocati alii in locum alienantis, vt superius dixi in versic. *Rursus declara*, &c. & ad hoc facit *decis. Card. Mantic.* 63. *nu.* 8.

Et hæc secunda opinio, eò facilius procederet, vbi esset dictum, vt bona conseruentur in agnatione; quia tunc alienatio, quæ fieret, per viam testamenti impedienda venit, licèt ratio conseruandæ agnationis esset tacita, quæ isto casu idem operatur, quod expressa, vt ait *Surdus videndus in decis.* 124. *num.* 2 5. & 6. & *in decis.* 272. *nu.* 30. ait, quòd prohibitio alienandi facta verbis generalibus, quoquo modo, vel quouis titulo, &c. includit etiam intestati successionem. Rursus illas opiniones concordare possumus, vt scilicet prima procedat, quando alienationis mentio fit prohibitiuè; quia tunc ea hæredis institutionem non comprehendit. Secunda verò, quando mentio alienationis fieret permissiuè; quia tunc etiam hæredis institutio veniret, vt distinguendo ait, *Surd. d. decis.* 124. *num.* 1. & 16.

Secus autem, si essemus in emphyteusi Ecclesiastica, quæ contra illius naturā esset facta alienabilis; veluti talis fieri potest, vigore Bonifacianæ, & ex consuetudine; quia tunc à quolibet in inuestitura comprehenso alienari posset, & transiret cum hęreditate, etiam ad extraneos hæredes, ut fuit dictum *à Rota per Buratt. dec.* 87. *nu.* 1. & *seqq. cum aliis ibi alleg.*

118 Sed tenendo primam opinionē, extende eam quoque procedere in donante, qui licèt fuisset prohibitus alienare, nō censeretur tñ impeditus donare, vt ex mente Rotæ, dicam in verbo Emphiteuta, & Greg. XV. *dec.* 520. *num.* 1. *videndus.*

119 Quemadmodum dicitur de alienatione facta, per viam legati, quæ licèt nō dicarur valida, tamen sustinetur, & valet quòad eius æstimationem, vt ait *Rota decis.* 110. *num.* 28. *par.* 2. *diuers.*

120 Vndè ex prædictis inferri potest, quòd, quando alicui fuit data facultas alienandi; tunc ille poterit ex vi extensionis alienationem facere, tàm inter viuos, quàm etiam in vltima voluntate, vt ait *Menoch. consil.* 210. *num.* 7. & *Surd. dec.* 343. *num.* 44.

121 Licèt tamen secus esset, si facultas data fuisset disponendi in vita tñ; quia tunc per viam vltimæ voluntatis disponi non posset, vt dicunt DD. allegati a *Thesaur. in dec.* 209. *num.* 1.

122 Contrariam tamen opinionem tenet *Ias. in cons.* 230. *lib.* 4 & alii quos allegat *Thesaur. ibi supra*, quam enim opinionem veriorem existimo, vt fuit quoque dictum à *Rota in Beneuentana donationis, seu Territorii Lunæ* 28. *Iun.* 1568. & 16. *Ianuar.* 1587. *vbi alleg. Alexand. consil.* 16. *num.* 4. *lib.* 3. *§. vlt. circa medium, instit. quib. ex caus. manumit. non licet*, *Ruin. consil.* 214. *num.* 14. *lib.* 1. & *cons.* 121. *num.* 4. *lib.* 2. *§. disponat. auth. de nupt. glo. in verbo Solut. matr.* quam cōmuniter sequuntur *DD.* & *Rim. Iun. cons.* 12. *n.* 120. *lib.* 2. *Surd. dec.* 272. & 279.

123 Et ratio istius secundæ opinionis ea est; quia illud verbum [Disponere] propriè restringi debet ad dispositionem, per viam vltimæ voluntatis, non autem ad contractus inter viuos; & propterea videmus, quòd, quando sumus

in materia consuetudinis, seu statuti, illud verbum[Disponere]ad donationem inter viuos extendi non debet, vt ait *Roland consil. 168 num. 37. inter consil. vltim. voluntat. Afflict. decis. 370. num. 12.* vbi loquitur de consuetudine, & hanc esse magis communem opinionem dicunt Doctores allegati in illa *Beneuentana donationis, seu Territorij Luna 28. Iun. 1568. & 16. Ian. 1587.*

Declara tamen, quòd significatio illius verbi [Disponere]potest ex subiecta materia robur recipere,& sic ad vtrumq. actum,tàm inter viuos, quàm vltimæ voluntatis extendi, vt ait *Surd. in dec. 272. num. 12. & 13. & 279. num. 7.*

124 Extende secundò dictam opinionem multò magis procedere in casu permissionis alienationis,sinè aliqua pęna;quia isto casu, vtiquè dispositio censetur per viam institutionis permissa, ad traditã per *Gratian. lib. 2. discept cap 344. nu. 6.*

125 Limita secundò, principalem conclusionem non procedere, quando quis tractaret de se eximendo, vel filium à carceribus; quia tunc bona alienari prò hibita, & fideicommisso subiecta ad istum effectum vendi possunt, vt ait *Surd. decis. 86. num. 6. cum ibi alleg.*

126 Extende, idem procedere, vbi quis esset in aliqua naturali necessitate constitutus, veluti si ob infirmitatem,vel ex causa liberos alendi; quia tunc alienatio permissa censetur, vt ait *Rota per Coccinum dec. 104. num. 2.*

127 Quod tamen declara procedere, quando sumus in descẽdentibus à fideicõmittente in quia in istis casibus,& similibus bona alienari prohibita vendere, vel alio modo distrahere licet, aliàs secus, vt dicam in verbo Fideicommissũ, & *Card. Seraph. dec. 925. num. 2. & dec. 1244. num 8. cum DD. ibi alleg.*

128 Limita tertiò,non procedere in filio fideicomisso grauato, qui si tot bona alienat, quæ eius Trebellianicam, seu Legitimam importarent,à iure suo non cadit; quòd tamen restringe procedere, quando alienatio bona fide fiat,at secus, si dolosè,vel in fraudẽ fieret,vt ait *Surd. in decis. 316. nu. 2. & 19. Franch. decis. 80. num. 23. & Rota in Bononien. bonor. de Muletis Mercur. 26. Iun. 1602. coram Card. Pamphilio. & in decis. 215. num. 7. & 8. in 2. par. recent.* vbi habetur, quòd fraus, & malitia non præsumitur, iuxta *text. in l. merito, ff. pro soc.* & veluti dicam in verbo Dolus, & multa dixi in verbo Actio personalis ex lege,vbi de legitima tractatur.

129 Restringe tamen dictam limitationẽ non procedere, quando essemus in prohibitione alienationis alicuius rei particularis; quia isto casu filius à caducitate non excusaretur, allegando illam rem alienatam in eius legitimam imputandã fore; nam si pater aliquam rem alteri legaret filius eam pro sua Legitima, seù Trebellianica eligere non posset, quoties hæreditas esset soluendo. *Gratian. lib. 2. discept. cap. 334 num. 5. & seqq.*

130 Et tunc Iudex arbitrari non debet, vt alienata per filium in Legitimam computentur, quando eidem non est vtile; vt huiusmodi computatio fieret, veluti procedit è contra, etiam, quando grauaretur fideicommissarius in alienatione corporum,sub prætextu, quòd essent meliora: & ratio est; quia filius non potest cogi, vt in bonis minus preciosis eligat pro sua Legitima, prout nec fideicommissarius potest grauari, vt filius eligat in magis vtilibus, sed id arbitrio iudicantis tribuendum erit iuxta traditã per *Gratian. lib. 4. discept. cap 743. nu. 7.* Vnde Iudex tenetur assignare Legitimã filio in corporibus, nec de melioribus nec de peioribus,veluti dixi in verbo Legitima,vbi recurras in *conclus. 42. in reg. 5. num. 302. cum infinitis seqq. & in nu. 402. cum pluribus seqq. vbi recurras in hac materia* quia ibi multa inuenies.

131 Extende eandem tertiam limitationem, etiam procedere in hærede creditore, qui, quando primo loco alienat, id præsumitur facere ad sibi satisfaciendum de eo, quod illi debetur, vt ait *Franch. in sua decis. 80. num. 22.*

132 Limita 4.nõ procedere in alienãte bona fideicõmisso subiecta,pro dote dãda, vel restituenda, quando tamen grauatus non haberet alia bona libera,& sic, quando id in subsidium fieret,quod ei de iure permittitur, vt ait *Magon. decis. Florent. 50. num. 26. Viuius in sua decis. 18. Grat. lib. 5. discept. cap. 832. num. 40. Rota per Greg. XV. decis. 266. in princip. & decis. 543. & inter recent. dec. 96. & decis.*

109.

109. *par.* 1. & tandem in vna *Bononien. fideicommissi de Maluetiis Veuer.* 31. *Martii* 1628. *coram Virili*, & *Rota dec.* 66. *n.* 6. *par.* 1. *recent.* & *Thes. dec.* 192. *nu.* 12.

133 Fallit tamen in casu, vbi alienatio etiã pro maritandis fœminis prohiberetur, tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis; quia tũc cessaret dispositio dictæ *authen. res quæ*, vt superius dixi, & vt ait *Surd. in dec.* 61. *n.* 4. & 10. *Card. Seraph. in dec.* 447. *nu.* 1. & *Franc. Viuius in dec.* 18.

134 Contrarium, quòd scilicet bona alienari prohibita ex causa dotationis filiarum possint (non obstante prohibitione etiam expressa) alienari pro dote tàm danda, quàm restituenda ait *Rota decis.* 49. *num.* 31. *par.* 2. *diuers. Seraph. decis.* 1224. *Magon. dec. Florent.* 37. & *decis. Lucen.* 33. *in annot in littera E.* vbi ait, id procedere, etiam si essemus in fideicommisso dupliciter iuncto, & *Grat. lib.* 4. *discep. c.* 735. *nu.* 18. vbi ampliat id etiam procedere in bonis maternis, & maioratus, licèt testator id expresse prohibuisset, idem *Gratian. lib.* 1. *disceptat. cap.* 65. *num.* 13 *cum aliis ibi alleg.*

135 Concorda tu, quòd prima opinio procedat, quando sumus in non descendentibus à fideicommittente. Secunda verò procedit in descendentibus ab eo, etiam post illius obitum conceptis, vt ait *Card. Seraph. dec.* 61. *n.* 7 & veluti dicã in verbo Dos, & sic hmõi opiniones, hac distinctione concordari possunt. *Gerard. Maynard. dec.* 18. *& dec.* 21. *par.* 3. & ita vltimo loco fuit resolutum à *Rota in Romana hæreditatis de Caprzucchis Lunæ* 10. *Iun.* 1630. *coram Quetpo.*

136 Quinimmò extẽde istam secundam opinionem procedere, etiam in fideicõmisso transuersalium, sed in casu tamen quo frater deberet dotare sororem inopem, vt ait *Thes. dec.* 192. *num.* 7. & *Gratian. d. cap.* 65. *num.* 12. aliàs secus, si extra casum inopiæ sororis essemus, vt ait *Gratian. & Thesaur. ibi sup.*

137 Subextende, idem procedere ad fauorem sororis vterinæ, quando fratres vtrinque coniuncti non extarent, veluti quoque idem dicitur de sorore naturali, pro quibus dotandis bona, etiam fideicommisso subiecta alienari possunt, vt ait *Peregr. de fideicom. art.* 41. *num.* 50. *Boer. dec.* 129. *num* 9. & *Grat. ibi supra num.* 7. Immò, & quòd magis est patet, & frater tenentur redotare filiam, & sororem respectiuè, si dos illi semel assignata fuerit, sine dolo, & culpa mulieris deperdita, licèt secus tamen esset in eo, qui ex pacto dotare teneretur, cum obligatio conuentionalis ex primo solutionis actu tollatur, quod enim falleret, quando necessitas esset præcisa, vt est in eo, qui ex legis dispositione dotare tenetur, vt de veriori testatur *Gratian. in dicto cap.* 65. *num.* 18. *Ofasch. decis.* 167. *num.* 4. & *Boer. decis.* 131. *num.* 3.

138 Rursus extende dictam quartam limitationem adeò esse veram, vt quemadmodum dicta bona possunt distrahi pro dote; ita etiam ex causa donationis propter nuptias, quæ à pari procedunt, veluti dicam in verbo Dos, idemque ait *Franch. in sua decis.* 182. *num.* 6. *Magon. dec. Florent.* 37. *Gratian. lib.* 1. *disceptat. cap.* 65. *num.* 8.

139 Declara tamen, quòd postquam dicta bona fuerint in dotem, aut donationem propter nuptias assignata, tunc nõ poterunt postea per maritum alienari, nisi in casibus à iure expressis, vt ait *Franch. in sua decis.* 170. *num.* 4. & ibi enumerat causas iustas, & necessarias per quas eorum alienatio permittatur, & *Surd. decis.* 86. *num.* 8. & *seqq.* & *Grat lib.* 2. *discept. cap.* 292. *num.* 24. vbi docet, quando res dotalis ab vxore, cum consensu sui viri, alienata possit reuocari, etiam soluto matrimonio.

140 Contrarium tamen inter cæteros casus erit, si fundus dotalis ob alimenta viri venderetur; quia tunc illius alienatio valeret, quod secus est si venderetur ob eius excarcerationem, cum alimentorum præstatio, & excarceratio à pari non procedant, nec propterea de vno, ad aliud argumentum sumi potest, vt ait *Surd. in præcitato loco*, & *Rota in Bononien. census* 20. *Februar.* 1609. *coram Card. Marcomont o.*

141 Sed contra hanc secundam opinionem, quòd scilicet vxor possit alienare fundum dotalem, vel se obligare, etiam pro redimendo viro captiuo, seu à carceribus eum eximendo, vel impediendo ne carceretur, etiam pro delicto, ex ea potissimum ratione; quia liberatio carcera-

dicta Bononien census coram Marcemonsio 20. Febr. 1609.

150 Fallit tamen, id, quod superius fuit dictum de muliere fideiubente pro viro, quando mulier ex illius obligatione remaneret pœnitus indotata, vt ait *Rota per Greg. XV. in sua decis.* 321. Sed est benè verum, quòd si mulier dicat eam esse indotatam, id probare tenetur, dicta *dec. Greg.* 321. *num.* 9.

151 Fallit secundò quando carceratio mariti esset sequuta, ob delictum commissum, contra legem matrimonij; quia tunc vir ex ista sua improbitate, aliquod Ius ab vxore consequi non deberet, cum delictum nunquam alicui immunitatem præstet. *Gratian. in dict. lib.* 1. *disc.* 1. *cap.* 108. *num.* 36. & ita fuit dictum in vna *Romana computorum* 13. *Maii* 1594. *coram Card. Arigonio.*

152 Et tenendo illam opinionem circa solemnitates in obligatione filij, pro patre adhibendas, extende illam adeò valere, vt propterea, si post obligationē ei insinuatio nō sequatur, tūc illius obligatio non sustinetur, iuxta Constitutionem Marchiæ, & ita fuit dictum in *Perusina fideiussionis Sabbati* 26. *Nouembris* 1611. *coram Cardinali Pamphilio.*

153 Subextende primò procedere, etiā si in eo loco adesset statutum particulare, super contractibus minorum, & filiorumfamilias, & illius solemnitates essēt seruatæ, sed in eo non fuerit facta mentio de insinuatione, vt ait *Rota vbi supra coram eodem Pamphilio,* & *Rota per Gregor. XV. dec.* 260. *num.* 4. & *decis* 8. *penes Picum ad Statutum,* quia Constitutiones plures, quando non sunt inuicem incompatibiles, vna non tollit aliam, *Card. Seraph. dec.* 343. *Menoch. cons.* 384. *num.* 14. & *Rota per Buratt. dec.* 333. *num.* 5. & *seqq.* & *dec.* 385. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* & *in Ciuitatis Castellis pecuniaria* 5. *Maii* 1621. *coram Remboldo,* & *in Ariminen. Legatorum* 16. *Iun.* 1625. *coram Manzanedo,* & *in Perusina hæreditatis* 10. *Decembris* 1628. *coram Card. Virili.*

Et ratio diuersitatis ea est; quia, quando extat statutum particulare, tunc ea constitutio non est attendenda, at secus, quando illud particulare non est contrarium generali dispositioni, sed cō patitur: quia tunc, vbi particulare non disponit, generalis Constitutio attenditur, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dict. dec.* 333. *num.* 5. & *seqq. Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 574. *num.* 2. & *seqq. Card. Seraph. dec.* 343. & *Rota in Perusina fideiussionis* 26. *Nouembris* 1611. *coram Card. Pamphilio,* & *in alia Camerinen. transactionis* 24. *Maii* 1606. *coram Gregor. XV. quæ est in eius impresi. dec.* 260. *num.* 4.

154 Subextēde 2. eā opinionē procedere, etiam si in dicta fideiussione iuramentū, esset appositum, licèt extra casum Cōstitutionis soleat supplere insinuationē, vt fuit dictum in dicta *Perusina fideiussionis Lunæ* 2. *Apr.* 1612. *coram eodem Cardinali Pamphilio.*

155 Subextende tertiò, quòd neque isto casu Constitutio Marchiæ suppletur, ex præsentia Iudicis, dum requiritur registratio insinuationis in actis. Et ratio est; quia quando ea requiritur pro solemnitate contractus, tunc dicta præsentia Iudicis non supplet defectum insinuationis à d. Cōstitut. Marchię requisitę, vt fuit dictum in *Imolen. rescissionis contract.* 26. *Iun.* 1615. *coram Manzanedo,* & *prius in Perusina donationis* 12. *Decembr.* 1608. *coram Gregor. quæ est in eius impress. dec.* 391. & *prius dec.* 260. *cum altis ibi alleg.*

156 Subextende quartò, quòd neque etiam insinuatio suppletur, ex præsentia patris; quia pater non potest auctorizare contractum filij, respectu eorum bonorum, quorum pater non habet administrationem, neque vsumfructum; cum tunc lex de eo non confidat, sed eū p suspecto habet, vt ait *Rota per Gregor. dicta dec.* 260. *num.* 13.

157 Subextende quintò, quòd Constitutio Marchiæ requirens insinuationem, habet locum in quolibet contractu, in quo minor, etiam indirectè lædi posset, vt habetur in *annotat. ad dec.* 164. *Gregor. XV.* & *est dec.* 8. *penes Picum ad Statutum Vrbis.*

158 Subextende sextò, quòd ista Constitutio fuit extensa per Cardinalem de Carpo ad omnes contractus in prouincia Marchiæ fiendos; sed non vltra, quia ibi eius iurisdictio non ligabat, cum leges non ligent extra territorium iusdicentis, & licèt postea illius Constitutiones fuerint confirmatę à Paulo III. tū confirmatio illa non extendit confirmatum, vltra id

id, quod aliàs, ex sui natura non comprehendebat, vt in istis terminis fuit dictũ à *Rota dec. 6. num. 3. par. 4. in recent. & in Imolen. damnorum 22. Iun. 1611. coram Card. Sacrato.*

159 Subextende septimò, quòd ea insinuatio sit quoque necessaria de iure communi in donatione inter patrem, & filium facta, vt ait *Rota per Gregor. XV. decis. 334. num. 4. & 11. in addition.* velut etiam requiritur in renunciatione donationem sapiente, *d. dec. 334. & prius dec. 15. nu. 6. penes d. Gregor.*

160 Subextende octauò, eam opinionẽ de solemnitatibus in obligatione filij loquentem, multò magis procedere in obligatione à filio facta pro patre in causa non necessaria, à qua potest filius recedere mortuo patre; si tamen tempore obligationis non fuerit renunciatum expresse *benef. l. 2. ff. & C. quod cum eo,* & sui iuris effectus se abstinuerit ab hæreditate paterna, & bona hæreditaria creditoribus dimiserit, veluti pulchrè, & copiosè fuit resolutum à *Rota in Romana nullitatis obligationis Vener. 29. Nouem. 1617. coram Buratto, Vrsil. ad Afflict. decis. 308. Mar. Giurb. dec. 42. num. 7.* & *prius Rota in Brundusina pecuniaria 15. Aprilis 16* *. coram Card. Marcomontio, & in eadem 15. Nouembris 1613. & 21. Aprilis 1614. coram Buratto.*

161 Quam enim subextensionem, amplia procedere, etiam si in obligatione filii fuisset appositum iuramentum; quia illud non mutat naturam contractus, super quo interponitur, sed secundum illam regulatur; quia illud solùm corroborat obligationem, sed eam non auget, vt ait *Card. Seraph. dec. 66. num. 4. Vrsil. ad Afflict. dec. 308. num. 2. Franch. dec. 181. n. 13.* & *Rota in dicta Brundusina pecuniaria coram Card. Marcomontio,* & *in illa Romana nullitatis obligationis coram Burat.*

162 Subextende iterum prædicta procedere, etiam non obstantibus quibuscũque aliis clausulis, nempè ea in solidum; & aliis in obligatione Camerali contentis, necnon ea, renuncians omni legum auxilio; quia expressa dictæ *l. 2.* renunciatio est necessaria, vt fuit conclusum in illa *Romana nullitatis obligationis coram Buratto.*

163 Limita quintò, conclusionem principalem non procedere, vbi essemus in alienatione rei fideicommisso subiectæ, per grauatum facta, antequàm vllos fructus perceperit; quia tunc huiusmodi alienatio, ob prędictas detractiones, ab hęrede fieri valeret, iuxta *distinct. Crott. in d. l. filiusfamilias, §. Diui,* nec emptor isto casu molestari posset, vt fuit decisum in *Romana domus de Vfazzis Mercur. 5. Mart. 1608. coram Card. Caualerio.*

164 Extende huiusmodi limitationem in tãtum esse veram, quòd si postea grauatus vixerit, & pluries fructus ex hæreditate perceperit; nihilominus, cum talis alienatio fuerit legitimè facta, non posset amplius ex alio superuenienti actu vitiari per *text. in l. sancimus, C. de administr. tut.* & *Rota vbi supra coram Card. Caualerio.*

165 Subextende primò, quòd immò dicta alienatio tenet, etiam inuito alienante, vt ait *Rota per Gregor. XV. decis. 580. num. 3.*

166 Subextende secundò, quòd dicta alienatio sustineatur, etiam si alienata valorem legitimæ excedant; dummodò tamen pars pretii legitimam excedentis, pro assecuratione fideicommissariorum inuestiatur, vt fuit dictum in *Romana legitimæ 31. Maii 1617. coram Card. Sacrato, & prius in illa Romana domus coram Caualerio.* Et quomodo sit probanda venditio portionis legitimæ, & trebellianicæ ad effectum repetendi rem alienatam alienari prohibitam, docet *Rota in dec. 628 par. 1. diuers. per tot.*

167 Sed est benè verùm, quòd illud alienatum debet imputari in legitimam, seu trebellianicam, quatenus dictis detractionibus esset locus, vt ait *Rota vbi supra,* & *Rota apud Cincium de censibus decis. 49. cum ibi alleg.*

168 Declara tamen, illud esse verùm, quando exceptio legitimæ esset liquida, secus autem si illiquida, veluti, quia alienans inuentarium non confecisset, vt ait *Rota per Cardinalem Seraph. in decis. 311. num. 16.*

169 Declara præterea id, quod fuit superius dictum, de alienatione, per grauatũ facta, nẽpè eam sustineri, anteq̃ vllos fructus percepisset, ob detractiones fiẽdas, solùm procedere in hærede extraneo, qui de iure fructus imputat in trebelliani-

sianicam, & propterea, si tot perceperit, qui eã importent, ille nõ potest amplius bona sub hoc prætextu alienando, à caducitate excusari, quia per eorum perceptionem causa alienationis cessat; At secus in filijs primi gradus, & etiam in nepote mortuo patre, quia illi tales fructus in ea non imputant, veluti fuit decisum à *Rota in dicta Romana de Vlazz.s* vbi in fine videtur concludere, id habere locum, etiam in extraneo, & idem comprobat, *Gratian. lib. 2. discept. cap. 265. num. 10. & decis. 54.*

170 Declara tñ, quòd filius allegans se alienasse tot bona, quæ solum eius legitimam importent, & sic prohibitioni non contrauenisse, illud probare tenetur, & sic, quod alieneta per eũ valorẽ legitimæ non excedant; nec illi prodest habere intentionem fundatam in quolibet corpore hæreditario, pro sua legitima, qã vocatus ad fideicõmissũ dat eius intẽtionẽ in alienatione prohibita fũdatã, & propterea verus valor per alienantẽ venit probandus, *Rota in Bonon. fideicom. de formaliarijs Vener. 2. Aprilis 1593. coram Litta, & prius in Anconitana de Rinaldinis Lunæ 20. Februar. 1584. coram Blanchetto, & per Buratt. in decis. 693. num. 9.* & ibi multa per addentem in hac materia inueniens.

171 Limita sexto non procedere, quando alienatio rei prohibitæ esset facta ab ignorante, quia tunc ea irreuocabiliter valeret, & fideicommissarius contra alienantem, vel eius hæredem agit tantum ad pretium, vt ait *Intrigl. de substit. quæst. 73. num. 6. & 7. centur. 3. vbi alios allegat Menoch. in hoc videndus cons. 116. num. 17. cum seqq.* & *Rota in vna Bononien. de Sancto Petro Veneris 13. Ianuarii 1589. coram Card. Platio Caccher decis. Pedemont. 75.* & *Peguer. decis. Catalun. 102. & Magon. decis. Florent. 102. num. 0. & 12.* & *Grattan. discept. Forens. cap. 656. num. 24. & seq. lib. 4.* vbi ait idem procedere, tàm in fideicommisso vniuersali, quam in particulari, nec non etiam in alienatione, ex titulo lucratiuo sequuta.

172 Amplia prædictam limitationem procedere, siue ignorancia oriatur ex facto testatoris, vt puta, quia ipse prohibuerat codicillos aperiri, in quibus fidei commissum continebatur, siuè aliundè dicta ignorantia causetur, vt ait *Rota ibi supra coram Card. Platto.*

173 Sed in dubio, semper ignorantia præsumitur in acquirente, & præsertim quãdo verisimilitudo concurrit, vt ait *Rota in Portuen. bonorum 24. Octobris 1580. coram Card. Seraph. in eius impres. dec. 416*

174 Item error in alienatione subesse præsumitur, si alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, fuerit facta, sine solemnitatibus Iuris, vt ait *Rot. dec. 160. num. 5. par. 1. nouiss.*

175 Quæ enim ignorantia si versaretur super Iure controuerso, tunc vtrumque contrahentem excusaret, quia ea ignorantiæ facti æquiparatur; quinimò dato etiam, quòd quis haberet scientiam testamenti, non ob id ea infertur, ad illam fideicommissi, seu aliarum qualitatum in testamento contentarum, vt ait *Rota in decis. 268. num. 2. & 3. par. 2. recent.*

176 Contrarium, quòd scilicet alienans non excusetur ab ignorantia prohibitionis alienationis ait *Rota in decis. 49. in 2. nouiss. Cantucit, & decis. 243. in 1. parte recent. & Franc. Viuius dec. 18.*

177 Concorda, vt prima opinio procedat, quando sumus in tacita alienationis prohibitione, seu quando fideicommissarii acconsentirent; quia tunc prohibitio cessaret, vt ait dictus *Viuius decis 18.* Secunda verò in expressa prohibitione procedit, vt superius in pluribus locis satis abundè dixi, & *Surd. in decis 159. num. 11.* & *Rota in decis 178. num. 23. apud Statil. Paris* Item procederet etiam ista opinio secunda, quando alteruter contrahentium sciuisset prohibitionem; quia tunc ignorantia alterius non suffragaretur, vt ait *Osasch in sua d. c. s. 37.*

178 Rursus concorda primam opinionem procedere, ad effectum, vt alienans in aliquam pœnam non incidat; veluti ca ducitatis, vel alterius contrauentionis. Secunda verò procedit, ad effectum, vt bona possint à tertiis possessoribus auocari, vt pulchrè distinguit *Rota in Lunen. fideicommissi Merc. 2 Dec. 1609. coram Card. Cauallerio quæ est in 2. p. recent. dec. 268. num. 4. et Rota decis 49. n. 52. 53 et 74. in 2. part. diuers.*

179 Extende primò, id in tantum valere, quòd nedum possint dicta bona à tertio posses-

possessore reuocari, per remotiores descendentes, & consanguineos; verùm etiam id fieri posset, licèt proximiores adessent, si tamē dicti proximiores se vel le agere non declararunt, vt pulchrè ait *Rota per Coccin. in sua decis. 166. num. 4.*

180 Subextende præterea id, adeò esse verum, quòd si bona grauati alienantis non sufficerent ad implementum fideicommissi, eo casu fideicommissarius posset agere contra alienantem, ad ipsius rei alienatæ restitutionem; veluti eodem modo dicitur, quando sumus in expressa prohibitione; quia tunc actus in istis terminis factus fieret nullus à principio, ita vt translatio dominii ex eo impediretur, & prȩsertim, quando cum dicta expressa prohibitione testator dedisset, etiam facultatem cuilibet vocatorum recuperandi bona alienata; quia tunc nedum impediretur traslatio dominii; sed etiā id repelleret alienantem, vti indignum à reuocatione rei alienatȩ, vt ait *Rota in decis. 73. num. 1. par. 1. recent. Idemque ait in dicta* Bononien. *de Sancto Petro coram Cardin. Platto, et in alia* Portuen. *bonorum coram Card. Seraphino.*

181 Item, quando dicta bona alienata, stante facultate reuocandi, possint ab illis reuocari, qui postea nati, & concepti sunt, ait *Rota dicta decis. 73. in recent. et in dicta decis. Coccin. 165. n. 3.*

182 Rursus ad id notandum erit, quòd in fideicommisso in casu alienationis ad fauorem descendentium, admittitur non solùm ille, qui natus est post mortem fideicommittentis; verùm etiam qui nascitur post ipsam alienationem, non ex tunc, sed vt ex nunc; & propterea cum semper relictum alicui familiæ, deferatur proximiori tempore mortis grauati, ideò si postea nascatur alter in eodem gradu, tunc ei quoque successio cōmunicabitur, nisi tamen aliter de mente testatoris appareret; Sed tunc extra casum omnis difficultatis essemus, vbi testator expressè nascituros vocasset, siue quando testator tempore testamenti nullos nepotes natos habuisset, quia in casu eorum deficientiæ, testator censetur nascituros expressè vocasse, vt ait *Gratian. lib. 4 disccept. cap. 776. num. 56. et seqq. cum aliis ibi allegat.*

183 Quinimmò dato etiam, quòd essemus in prohibitione tacita, tunc licèt etiam, quòd vterque alienationem ignorasset, tamen si alienans, seu eius hæres essent effecti non soluendo, fideicommissarius poterit rem ab emptore auocare, vt ait *Viuius in decis. 516. vbi latè et Franch. decis. 298. allegati à Riccio, in collectanea decis. 170. in prima parte, et Rota decis. 243. num. 1. pat. 1. recent. Et Franciscibus Viuius decis. 18. Consilii Neapolit. et Gratian. lib. 4. disceptat. cap. 656. num. 36 cum aliis DD. ibi alleg.*

184 Extende secundò pdictam opinionē in tantum valere, quòd propterea venditor non excusatur, sub prætextu ignorantiæ prohibitionis alienationis, ab obligatione damnorum, & Interesse, si pro illis, ex pacto expresso se obligasset, vt ait *Rota per Card. Seraph. in decis. 477. et decis. 787.*

185 Subextende id in tantum procedere, quòd vltra damnum, & Interesse, tenetur quoq. de euictione, ex natura actionis ex empto, vt ait idem *Card. Seraph. in dicta decis. 787. num. 4.*

186 Subdeclara tamen, quòd venditor ignorans non tenetur ad interesse extrinsecum, sed solum ad illud intrinsecum circa rem; & tunc ad illud tenetur, siue scienter, siue ignorantèr alienauerit, vt ait idem *Card. Seraph. in eadem decis. 787. num 9. cum ibi allegatis.*

187 Limita septimò conclusionem principalem non procedere, quando ageretur pro recuperanda alia re maioris conditionis, fideicommisso subiecta, quàm esset illa res vendita; quia eo casu alienans in aliquam pænam incidere non potest, iuxta ea quæ tradit *Magon. in decis. Lucens. 33. num. 8.* & in istis terminis ait *Rota penes Gregor. XV. in decis. 299. num 5* & ratio est, quia alienatio nō dicitur ea, quȩ tendit ad hȩreditatis vtilitatem, vt ait idem *Magon. ibi supra num. 9. cum aliis per eum citatis.*

188 Limita octauò eam non habere locum, quando essemus in casu solutionis debitorum prohibentis; quia tunc alienari, prohibita possunt ad illum effectum vendi, vel distrahi, vt ait *Rota ibi supra in dicta decisione 299. num. 1. penes dictum Greg. XV. & Card. Seraph. decis. 1244. num. 8. & Peguer decis. 106. & Andr. Gayl. decis. 137. part. 2. & Gratian. lib. 2.*

discept

discept. cap. 265. num. 46. & fuit dictum in vna *Romana supplementi legitima Lunæ 15. Iunii 1620. coram Baratto*, vbi ait, quòd bona fideicommisso, siue primogenituræ subiecta, possunt absque licentia Principis, & solemnitatibus distrahi, ac alienari, veluti in terminis Bullæ Baronum, fuit dictum in *Romana Barchi 19. Ianuar. 1621. coram Remboldo*, & *per Cardinalem Caualerium in sua decis. 612. num. 36.*

189 Sed obiicitur ad id, hic nota, quòd etiam in huiusmodi alienationibus sunt necessariæ solemnitates, nisi interueniat id, quòd tradit *Gratian. in dec. 131. Rota Vbi ar. bis* omninò videndus.

190 Quod tamen Intellige verùm, si debitum esset hipothecarium, cui per prohibitionem præiudicari non potest, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum dec. 104. nu. 1. & 2.* Secus tamen esset in solutione debitorum chirographariorũ, & personalem actionem tantum continentium; quia tunc bona prohibita alienari, neque vendi, neque distrahi possũt, vt pulchrè distinguit *Rota ibi supra apud Seraph. in d. dec. 104. cum ibi alleg.*

191 Veluti etiam contingeret, quando bona alienari prohibita venderentur pro soluendis proprijs debitis, quod fieri nõ potest in præiudicium fideicommissi, vt potest fieri pro soluendis debitis hæreditarijs, vt ait *Card. Seraph. decis. 925. num. 1. cum alijs ibi per cum alleg.*

192 Declara tñ, q̃ ad hoc, vt alienatio fideicõmissi, sustineatur, quãdo est facta, ex ea causa solutionis æris alieni hæreditarij, animaduertendus est, quòd duo sunt necessaria, & primò, quòd id fiat, quando non adsunt alia bona libera. Secundò, quòd constet pretium ex illis extractum versum fuisse in solutionem debiti hæreditarii, vt ait *Peregrinus de fideicommiss. artic. 40. num. 23.*

193 Extende, quòd neque etiam erit deueniendum ad venditionem immobilium, quando adsunt mobilia, ex quibus debita solui possent, vt ait *Molin. de primogen Hispan. lib. 4 cap. 6. num. 15. & cap. 7. num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 570. num. 12. Vrsill. ad Afflict. decis. 243. num. 3.* & *Rota in Romana fideicommissi 18. Ian. 1618. coram Remboldo, cum Doct. ibi per eum alleg.*

194 Subextẽde id, adeò esse verum, quòd si ab aliquo allegaretur non extare mobilia, & postea fuisse detectum contrarium, tunc dicta alienatio esset nulla, vt ait idem *Vrsill. vbi supra num. 5.*

195 Vlterius curandum est, ne pro modico debito, re magni valoris vendatur, vt ait idem *Peregrinus de fideicommiss. artic. 40. num. 26. & Gabr. consil. 91. num. 6. cum ibi alleg.*

196 Præterea ad hoc, vt dicta alienatio sustineatur, pro solutione debiti hæreditarii, opus est, quòd creditores vrgeant, vt animaduertunt *Peregrinus, & Gratian. ibi supra.*

197 Contrarium tamen esset, quando debitum esset sub vsuris: quia tunc etiã nemine instante venditio valebit, vt pulchrè declarat *Imol. in cons. 98.* quem allegat, & sequitur *Vrsill. ad Afflict. in decis. 249. num. 6 cum ibi alleg.*

198 Limita nonò, non procedere, veluti si essemus in alienatione prohibita per Statutum, quæ alienationem necessariam non comprehendit, vt ait *Roman. consil. 300. num. 9. Gratianus lib. 2. disceptat. cap. 202. num. 40. & cons. 334. num. 12. Gozad. cons. 103. num. 21. Grauet. cons. 215. num. 3. & 4. & Rota in Romana retractus domus Lunæ 15 Maii 1589. coram Card. Mantica, quæ est inter suas impress. dec. 63. num. 9.*

199 Extende huiusmodi limitationem eò magis procedere in alienatione, per Statutum ad publicam vtilitatem permissa, quę valeret, etiam ad fauorem forensis ementis; licèt secus, si aliud statutum adesset, quod prohiberet, vt quis vti forensis possessionem in alio territorio habere non posset, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 209 num. 10. & 12.*

200 Subextende huiusmodi limitationẽ procedere, etiam in alienatione nulla, quę non comprehenditur sub statuto alienationem prohibente, vt ait idem *Gratian. d. lib. 2. discept. cap. 213. n. 5.*

201 Limita Decimò, idem esse, quando essemus in eo, qui coactè alienat; secus verò si voluntariè, vt est *text. in l. illius, ff. de petit. hared. in princip. l. al tenat. ff. fami. herc. l. peto. § pratium, ff. de leg. 2. l. pater filium in princ. ff. de leg. 3.* & latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 18.* & *Rota in dicta Romana retractus coram*

Mantica, quæ est decis. 63. in eius impress. num. 7. vbi habetur, quòd pactum de nõ alienando rem locatam non impedit alienationẽ, quæ fit per viã retractus, quæ dicitur necessaria, quinimmò id procedit etiam, quòd prohibitio alienationis esset facta in testamento, quæ licet sit potentior, quàm ea, quæ fit in contractu, nõ tamẽ per eã impeditur retractus, vt ait dictus *Mantica ibi supra in dicta decis.* 63. Et quando alienatio coactè fieri dicatur vide, quæ dixi in verbo Actus *conclus.* 47. *sub num.* 44.

202 Contrarium licet videatur fuisse resolutum à *Rota in alia Romana prælationis 19. Nouembris 1604. coram Gregorio XV. & coram eodem in alia Burgi Sancti Sepulchri Luna 24. Maii 1607.* vbi loquitur in alienatione per subhastationem facta, quę licet sit venditio necessaria, nihilominus sub prohibitione alienandi comprehenditur, quod enim comprobatur ex *decis. Card. Seraph.* 808. *num. tertio*, vbi habetur quòd stante pacto in cõcessione, quòd res non possit quomodolibet alienari, non requisito prius Domino, an velit proferri, tũc alienatio, vel cessio postea facta ab eo, ad cuius vitam concessa fuerat, non valet, etiam si alienatio, vel cessio per viam subhastationis fiat.

203 Sed pro maiori declaratione istarum opinionum, censui exemplum afferre, quod erit tale; Nempè si à Principe fuerit prohibitum, ne res in eius territorio in forenses alienentur, tunc ista prohibitio speciem illam alienationis per subhastationem comprehendit, quod tu tamen intellige verùm, respectu forensis, qui per huiusmodi necessariam alienationem illas res emere non poterit, sed non respectu venditoris, qui per talem alienationem à iure suo nullo modo cadere debet, & sic huiusmodi distinctione possunt prædictæ opiniones conciliari, vt colligitur ex prædictis *decisionib. in Romana prælationis, & in Burgi Sancti Sepulchri coram Gregorio XV.*

204 Declara tamen, quòd quando dicimus de alienatione permissa, ex causa necessitatis, illud est intelligendum de ea in qua quis coactè, & non spontè se subiecit, & in hoc do exemplum de alienatione, quæ fit ob delictum, quæ licèt dicatur fieri ob causam, causa tamen illa dicitur voluntaria, & non necessaria, ad tradita per *Surdum in sua decis.* 254. *num.* 24. & 29. & pulchrè fuit decisum in vna *Placentina bonorum 23. Ianuar. 1584. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impres. dec. 653. cum aliis per eum allegat.*

205 Subdeclara præterea, q̃ q̃n Doctores loquuntur de paupertate, ob quam alienatio permittatur, intelligunt de egeno, idest de eo, qui nil aliud, nisi rem fideicommisso subiectam habeat, at secus, si essemus in paupere simpliciter, nempè in eo, qui aliquid haberet de suo, vndè sibi subuenire posset; quia tunc donec de proprio haberet, manus ad fideicommissum apponere non posset; sed solum in subsidium; quia hæc duo inter se differunt, nempè egestas, & paupertas; nam egestas nil secum defert; paupertas verò aliquid, *Magon. decis. Florent.* 50. *num.* 27. & 28. *Grattian. disceptation. forens. lib.* 5. *cap.* 832. *num.* 40. *cum aliis DD. per eum ibi alleg.*

206 Animaduertendo rñ, q̃ necessitas semper probari debet aliundè, quàm per assertionem alienantis, vt ait *Rota per Cinctum de Censibus decis.* 52. *num.* 6. Nisi tamen adminicula concurrerent, vt ait *Rota ibi supra apud Cinctum in suo tract. de Censibus, quæ decisio est Gregorii Decimiquinti*, & *est apud eundem dec.* 299.

207 Sed huiusmodi occasione nolo prætermittere differentiam, seu disparitatem, quàm ponit textus in *dicta l. alienationes, ff. famil. herciscun.* quæ versatur inter alienationem voluntariam, & necessariam; quia vltra illam disparitatem, ab illo textu enunciatam, addo alterã ego, quæ est, vt scilicet in alienatione necessaria teneatur creditor se potiorem, & anteriorem ostendere; secus verò in voluntaria, vt ait *Anna allegat. à Riccio in sua collect. dec.* 630. *in princ. par.* 3.

208 Licèt talis differentia pluribus modis cesset, & primò quòad solutionem laudemij, quia illud in vtraq. alienatione solui debet, & sic facta venditione sub hasta illud domino directo debetur, & præsertim, quando ea subhastatio culpa debi-

debitoris proueniret;quia tunc voluntaria diceretur,vt mox pbabitur, &pluries ita fuisse decisum à sacro *Neapolitano Consilio testatur Franch. dec.* 488. *num.* 6. *& prius dec.* 277. & *Senat. Pedemont. per Thesaur. in decis.* 139. *& in alia dec. eiusdem Senatus per Fabr. dec.* 27 *tit. de lau dem o*,& *Riccius ibi supra in d. collect.* 630 *cum alijs ibi per eum alleg.*

209 Et ratio est; quia licèt alienatio per subhastationem videatur necessaria, (vt superius diximus) nihilominus id fallit, quando proueniat ex facto, vel culpa debitoris, qui obligauerat illa bona, postea per subhastationem alienata; quia tunc dicta alienatio non dicitur necessaria ex ea ratione,veluti quia habuit ortum à voluntate debitoris. Secus autem, si subhastatio perueniret ex meta iuris dispositione, vt pulchrè ait *Franch. in d. decis.* 277. *& dec.* 488. *num.* 5. *&* 6. & *Afflict. decis.* 191. *& ibi Vrsil in additionib.*

210 Cessat secundò, dicta differentia, quoad ius congruum, quod in vtraque alienatione debetur, vt testatur *Magon. dec. Florent.* 100. & *Riccius ibidem.* & *Franch. dicta decis.* 277. *prope medium. cum DD. ibi allegatis.*

211 Cessat tertiò, circa remedium *l.* 1. *C. de resc. indend. vendit.* quia illud locum habet,tàm in voluntaria,quàm in necessaria alienatione,prout ita fuisse decisum in Senatu Lusitan. testatur *Gam. in dec.* 95. *alleg. à Riccio in praecitato loco, Grat. lib.* 1. *discep. cap.* 7. *nu.* 20. *cum seqq. & lib.* 3 *cap* 545. *n.* 26. *&* 27. & *Rota in Romana annuae praestationis* 1. *Februar.* 1613. *coram Card. Sacrato, & in alia Romana domorum de Roncionibus* 9. *Februar.* 1615 *coram Buratto.*

212 Cessat quartò,in successore singulari, qui in vtraque alienatione non tenetur stare colono, vt ait *Franch. in decis.* 4. 8. *& Riccius ibi supra in fine*, & ita fuit decisum à *Rota in Romana retractus domus* 15. *Maii* 1589. *coram Card. Mantica, quae est in eius impress. dec.* 63. *Surd. dec.* 40. *num.* 4. & *decis.* 52. *cum alu. Doct. per eum ibi all g.*

213 Declara tamen primò, istud quartū notabile non procedere, quando Inquilinus haberet specialem hypothecā pro conseruatione locationis, vsque ad stabilitum tempus; quia tunc posset retinere domum, donec sibi damna, & interesse soluantur:secus tamen si quis retraxerit domum, vigore Bullae Gregorij Decimi tertij,super retractu, veluti fuit decisum à *Rota per d. Card. Manticam in d. dec.* 63. *num.* 2. *cum alns ibi alleg.*

214 Declara secundò, non procedere in successore necessariò; quia tunc ille tenetur stare colono, & necessarius ille dicitur, qui acquirit ius,ex sententia Iudicis, vt est creditor immissus ex Saluiano,vt ait *Rot. per Greg. dec.* 68. & ibi p addentes. Item tales dicūtur fideicommissarius, & alij similes, qui obtinent sententiā rem suā auocando in iudicio, vt pulchrè ait *Surd. in sua dec.* 40. *per totam.* & *Franch.* in hac materia videndus in *dec.* 488. Secus autem veluti, si essemus in eo successore, qui succederet per priuationem, & extinctionem iuris, quod locanti competebat;quia tunc teneretur stare colono. Et ratio est: quia resoluto iure locatoris resoluitur ius cōductoris, vt ait idem *Surd. dicta decis.* 40. *num.* 10. *cum alus ibi per eum alleg.*

215 Declara praedicta insuper procedere, iuxta distinctionem superius habitā, & sic quando sumus in alienatione voluntaria, quae scilicet habeat ortum à voluntate debitoris, qui prius obligauerat bona, quae postea per subhastationem fuerunt alienata; quia isto casu successor particularis non tenetur stare colono: secus verò si ex mera iuris dispositione, dicta alienatio sequeretur; quia tūc qs tenetur stare colono, vt est in muliere,cui facto diuortio fit res restituenda,ex iuris dispositione; quia eo casu tenetur stare colono, sed causatiuè tamen, non autem praecisè, vt pulchrè distinguit *Franch. in decisione* 488. *num.* 4. & 5.

216 Limita vndecimò, conclusionem principalem non procedere, quando sumus in alienatione in vim pacti de affrancando facta: quia ea necessaria, & non voluntaria dicitur etiam, quòd fuerit seruata forma respectu inuestimenti pecuniarum,& sic in aliquo fuerit immutatus modus qualitatum, ob imminentes necessitates, & aes alienum: quia tunc valet etiā, absq. solēnitatibus a iure requisitis, si tū lapsus t pis,cū obseruātia

subseeuta concurrat, siue nouus consensus approbatus à Papa superueniat, vt ait Rota *per Cardin. Seraphin. in decis.* 1080. *num.* 9.

217 Limita duodecimò, non proccdere in alienatione per hęredem facta pro restauratione, & reparatione corporis hæreditarij; quia isto casu hæres alienare non prohibetur, vt ait Rota *in Romana fideicom. de Iacobatiis Mercurii* 14. *Martii* 1607. *coram* Gregor. *decimoquinto, qua est in eius impreß. decisione* 299. *num.* 2.

218 Limita dęcimotertiò, quando vnus fideiussit pro alienāte, quia ille alienare non dicitur, nec per consequens in pœnam alienantis incidit, *glos. in l. cum Pater §. libertis in vers.* Ne *id alienarent, & ibi Barc. num.* 2. & *Castr. num.* 4. *ff. de legat.* 2. latè *Bero. cons.* 64. *num.* 22. *lib.* 1. & ita fuit decisum in vna *Bonon: Bonorum de Muleeis Mercurii* 26. *Iun.* 1602. *coram Card. Pamph.*

219 Extende primò, huiusmodi limitationem mùltò magis procedere, quando alienatio fuisset facta pro soluendo dicti Testatoris debito, vt ait Bartol. *in l. peto §. prædium ff. de legat.* 2. & *communiter Doctores in l. filio familias ff. de legat.* 1. *[allegat. à Rota ibi coram Cardinali Pamphilio, &* Card. *Seraphin. decis.* 1244. *num.* 8. *&* Gratian. *lib.* 2. *disceptat. cap.* 265. *num* 46.

210 Extende secundò, quando alienatio fieret pro portione legitimæ, seu alterius causæ necessariæ; quia tunc fideiussor nullo modo alienasse diceretur, *iuxta text. in l.* Marcellus §. *Res quæ ff. ad Trebell.* & *Rota apud Cinc. de censibus decis.* 49. *num.* 1. & *Rota ibi coram Card. Pamphilio.*

221 Exteude tertiò procedere, quando alienatio fuisset facta (vt mox diximus) cum pacto affrancandi; quia illa de sui natura est redimibilis, vt ait *Rota ibi coram* Pamphilio.

Subextende idem proeedere, quando alienatio esset facta cum pacto si, & quã tum, de iure valere potest, siue si domino placuerit; quia tunc ista alienatio nō diceretur talis, per quam quis in pœnam incurrere possit, ad tradit. per Gratian. *lib.* 5. *discept. cap.* 949. *nu.* 9. & ratio est, quia alienatio sub conditione facta, stat in suspensio, quæ nil in esse ponit, neque per consequens prohibito alienari præiudicar, cum non eueniente conditione ipso iure resoluatur contractus, & æquiperatur illi conditioni, si Nauis ex Asia venerit, vt ait *Menoch. cons.* 38. *num.* 17. *libro* 1. *Aret. cons.* 11. *num.* 2. *Balb. cons.* 188. *lib.* 3. Et prædicta tantò magis proccderent, quando in transactione apponeretur illa clausula [Non aliàs, non aliter, nec alio modo] quæ cum formam præcisam inducat; idcircò ea non adimpleta corruit actus, neque propterea vllo modo pœnam caducitatis incurritur, etiam si traditio fuerit subsecuta; si tamen recuperatio difficilis non esset, vt ait *Gramat. dec.* 49. *numero* 3. *Guidopap. decis.* 163. *num.* 1. & *ita fuit dictum à Rota in vna Rauennaten. bonorum* 21. *Iun.* 1596. *coram Cardinal. Pamphilio, & in alia Senogaglien. bonorum* 2. *Iun.* 1597. *coram Orano, & alii infiniti Doctores allegati à Gratiano ibi supra numero* 6. & *sequentibus.*

222 Extendo quartò, procedere in pacto posito in contractu alienationis, de retrouendendo, quod enim facit reincidere rem in suam causam fideicommissi, & operatur perindè, ac si res numquam fuisset vendita, sequuta tamen eius redemptione, vt in terminis ait *Dec. in cons.* 237. *alias* 238. *incip. pro tenui sub num.* 2. *vers. sed in casu Cassan. in consuet.* Burgund. *rubr.* §. 25. *nu* 4. & *sequentibus Tiraq. de retract. conuent. in fin. tit. num.* 87.

223 Declara tamen dictam quartam extensionem non procedere, veluti si essemus in alienante rem emphiteuticam, cum hoc pacto redimendi; quia alienans caducitatem non euitabit, si redimat, postquàm ad caducitatem fuit citatus; quia per citationem in mala fide constituitur, pulchrè *Magon. dec. Florent.* 145. *num.* 25. *cum aliis ibi per eum alleg.*

224 Extende quintò, quando essemus in eo, qui alienationi cōsentiret, antequam fideicommissum, vel aliud esset sibi Ius quæsitum; quia tunc, nec ille alienans, nec pro eo fideiubēs alienare dicuntur, nisi etiam concurreret consensus respectu Iuris futuri; aliàs hoc seruato dictus consentiens non impediretur, quominus eueniente fideicommiso posset

bona

bona fideicommissaria auocare, *Bartol. in l. si fundum, num. primo. versiculo Secundo casu*, & ibi *Iason num. 31. ff. de lgat. 1.* Idem Bartol. *in l. quæ dotis, num. 14. ff. solut. matrim. Alexand. consil. 40 num. 10. lib. 4. Bero. consil. 64. num. 12. lib. 1.* & Rota *in Romana de Theodolis 10. Ianuar. 1597. coram Litta*, vbi habetur, quòd per consensum non censetur renunciatum iuri de futuro, etiam ex Iure de præterito competenti, sed expressa renunciatio est necessaria. *Surdus videndus in decis. 208. num. 10. & l. prima, §. quod si ante*, vbi Bartol. *ff. quorum legatorum, & Rota in dicta Bononien. bonorum de Muletis coram Card. Pamphilio.*

225 Contrarium tamen esset, quando quis consentiret alienationi rei prohibitæ alienari, iam acquisitæ; quia tunc regulariter talis à iure suo cadit *Rota per Cardinalem Seraphinum decisione 321. num. 15.*

226 Extende sextò, quòd per Constitutionem vsusfructus, super re fideicommisso subiecta, non dicitur facta alienatio, vt ait *Rota dec. 619. num. 3. par. 1. diuers.* & veluti superius dixi.

227 Limita decimoquartò, non procedere in alienatione rei pignoratæ, per debitorem facta, quæ valet, & tenet, nec potest dici cōtra legem facta, veluti fuit decisum in *Romana Casalis Capitonæ Veneris 30. Octobris 1615. coram Card. Canalerio, quæ est decisio in secunda parte recent. 759. num. 3.*

228 Contrarium, quando essemus in pignoratione facta de bonis fideicommisso subiectis, contra expressam prohibitionem testatoris, ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in decis. 257. num. 2.* vbi fuit decisum talem pignorationem esse nullam.

229 Quinimmò, quòd alienationis appellatione, latè sumpto vocabulo, pignus quoque veniat, ait *Rota dec. 426. num. 8. par. 1. diuers.*

230 Contrarium tamen, quando essemus in Constitutione vsusfructus, super re fideicommisso subiecta; quia tunc per eam alienatio facta non dicitur, vt mox diximus, & vt ait *Rota in prima parte diuersor. dec. 619. num. 3.*

231 Limita decimoquintò, non procedere, quando alienatio fieret pro alimentis necessarijs, si tamen hæres sit de descendentibus testatoris; at secus si sit de extraneis, vt ait *Card. Seraph. decis. 925. num. 2.* & *Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 265. num. 46. cum aliis ibi per eum allegatis.*

232 Limita decimosextò, regulam non habere locum, quando alienatio esset facta pro liberando carceratum, iuxta veriorem, vt ait *Gratian. lib. 1. discept. cap. 108. num. 33.* quòd procedit etiam, si carceratio esset ex debito. *Grat. ibi sup. et dec.* Pedemon. 171. & *Rota in Bononien. fideicommissi de Formagliaris Veneris 2. Aprilis 1593. coram Litta.*

233 Limita decimoseptimò, quòd neque pactum de non alienando impedit translationem dominij, licèt secus sit, vbi adiecta esset clausula, quòd in casu contrauentionis alienatio esset nulla, vt pulchrè ait *Franch. in dec. 356. num. 1. & 2. cum DD. ibi allegat.*

234 Extende, quòd neque pactum illud impedit translationem in fiscum. *Surd. dec. 254. & Franch dec 461.* Quinimmò, neque illud impedit, quominus res alienari prohibitæ comprehendantur, sub obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, *Maynard. decis. 19. cum* DD. *ibi per eum alleg.*

235 Quamuis secus tamen esset, in casu, quo minor esset prohibitus alienare à testatore; quia tunc non valet alienatio, nec minus transfertur dominium, etiamsi iuramentum esset adiectum, vt ait *Anton. Faber in dec. 1. C. de reb. alien. non alienan. & Riccius in sua collect. dec. 471. per totam*, & Rota *decis. 49. num. 25. par. 2. diuersor* & *decis. 911. lib. 3. diuersor.* vbi ait alienari prohibitum in fiscum non transire occasione confiscationis fiendæ.

236 Idquè ampliatur multò magis procedere, quando duæ prohibitiones concurrerent, ea scilicet hominis, & legis; quia eo casu neq iuramentum in alienatione vllo modo operaretur, vt ait *Rota vbi supra.*

237 Et ratio est: quia illa duplex prohibitio est altera simplici potentior; nam duplex vinculum fortius ligat, quàm vnum. *Magon. decis. 37. num. 10. Floren. cum aliis Doctoribus ibi per eum allegat.*

Licèt secus, quando vnum, ex dictis vinculis esset impertinens, & vbi non essemus in paritare gradus, & affectionis; at secus, si idem esset gradus, & affectio, vt fuit dictum in vna *Paduana Fendi Luna 4. Februarij 1602. coram Card. Lancellotto. & in alia Bonon. bonorum de Muletis Mercur. 26. Iunii 1602. coram Card. Pamphilio.*

238 Sed in hoc vnum animaduertas, & est, quòd quando illa duplex prohibitio cõcurrit, nēpè illa expressa testatoris, & altera legis tacita, tūc illę prohibitiones intelligūtur procedere, quoad bona tātū, non autē, quoad fructus, vt benè distinguit, *Grat. lib. 3. discept. cap. 580. nu. 21.*

239 Est tamen verùm, quòd tunc illa duplex prohibitio cessat, si duplex permissio alienandi concurrat, vt ait *Rota dicta decis. 49. num. 30. cum aliis ibi alleg.*

240 Verùm, quia de facili posset oriri quęstio, an prohibitio vni facta, ad alios extēdatur; Igitur opere pretium esse duxi, docere quot sint genera prohibitionum alienationis; quia cum earum distinctione prsus omnes dubitationes tollemus. Vndè animaduertendum est, quòd prohibitio alienationis aliqua est impersonalis, veluti quando non adijcitur nomen, & fit in rem, scilicet (ne alienetur, & in familia remaneat) de qua specie prohibitionis loquitur textus in *l peto §. fin. ff. de legat. 2.* & ista transit ad filios filiorum, vt ait *Imol. in l. filius familias §. Diui col. 4. ff. de legat. 1.*

241 Personalis autem dicitur, veluti quādo hæres, vel legatarius, sub nomine proprio alienare prohiberetur, & hæc non excedit personam prohibiti, vt est *text. in l. Lucius in princ. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Surd. in decis. 125. num. 2.* nec propterea fideicommissū includit, vt ait *Rot. dec. 316. num 9. p. 1. rec.* Personalissima verò est, quando diceretur (ipse hæres) etiam si sub nomine appellatio fieret, & hæc pari modo personam non excedit, *Bald. cons. 304. vol. 5 incip.* Nobilis vir, quem refert, & sequitur *Ias. in dicto §. Diui in col. 26.* Alia demum realis prohibitio dicitur, & est veluti, quando non est adiectum nomen, prout est in dicto *§. fin. de legat. 2.* vel quando hæres esset prohibitus, cum causa adiecta; quia vult testator, vt de familia nō exeat, iuxta distinctionē *Bart. in l. Pater filium. §. fundum ff. de legat. 3. & Socin. cons. 227. in 2. colum. & Surd. in decis. 125. num. 5.* Licèt in *dec. 254. numero 31.* dicat, quod prohitio alienandi dicitur Realis, quando verba directa sunt ad bona, & non ad personam, *Bart.* autem, ad hoc vt prohibitio censeatur realis, tradit esse necessariū, quòd ponantur illa verba, Ne exeat de familia, per modum rationis, cum expręssione dictionis (Quia) vel (Ideò) vt ipse exemplificat, nempè, ideò fieri; quia volo hoc, & multa alia in hac materia habebis apud *Capice. in sua decis. 108. num. 2. & seqq.* sed *sub. num. 4.* in specie ait, quòd ad considerandum, an prohibitio sit realis in dubio, & sic ad posteros extensiua, est attendenda natura rerum alienari prohibitarum, vt puta, si quis ratione affectionis prohiberet alienationem Turris, Sepulchri, siue Domus, quæ fuerunt maiorum suorum; quia isto casu diceretur realis, & sic ad posteros transitoria, veluti quoque ex qualitate rei iudicatur realis, ait *Rota apud Cinc. de censib. decis. 51. nu. 7.* & tunc ea extenditur quoque ad alienationem legalem, vt ait idem *Surd. in decis. 124. num. 20. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 776. nu. 30.* omninò viden. vbi tradit quando prohibitio dicatur realis, & sic quando inducat fideicommissum inter eos de agnatione, & quando secus.

142 Declaratamen, quòd quando à testatore fuit facta prohibitio de aliqua re non alienanda, ne exeat de familia, tunc ista prohibitio, extenditur vsque ad quartum gradum, vt ait dictus *Capice. in dicta decis. 108. num. 4. Misinger. in decis. Camer. Imperial. 64. par. 4.*

142 Secus verò, si alienatio fuerit prohibita in perpetuum; quia tunc ea interpretatio est accipienda, ex qua perpetuitas in omnes descendentes conseruetur, *Gratian. lib. 5. discept. cap. 930. num. 41. & fuit dictum in Romana Casalis Palazzeti Mercurii. 10. Iunii. 1615. coram Manzando, quæ est decisio 718. num. 3. in 2. par. recent. & Misinger. in dicta decis. 64. & Rota per Coceln. in sua decis. 493. num. 8.*

244 Vndè, ex hoc inferri qnoque potest, quòd quando sumus in fideicommisso perpetuo, tunc consensus pręstitus alienatio-

nationi rei prohibitæ alienari ab his solum, qui sunt in rerum natura non sufficit ad eam alienationem validandam, sed requiritur consensus quorumcumq. vocatorum, veluti dicam infra in verbo Consensus,&c. Idemque ait *Seraph. dec.* 321. *num.*14. & *Rota in Romana domus de Alicornis Luna* 2. *Martii.* 1598. *coram Pelegrino, & prius in alia Auximana bonorum Vener.* 2. *Iunii.* 1595. *coram Card.* Mellino, *& in alia Benon bonorum de Muletis Merc.* 26. Iunii 1602. *coram Card. Pamphilio.*

245 Extende prædicta multò magis procedere,quando essemus in expressa, & particulari alienationis pro hibitione, ex qua inducatur nouum fideicommissum,non quidem restrictum ad personas, quæ vocantur in primo, & tunc tale dicitur,quando in dicta prohibitione alienationis longè plures vocarētur, quàm in primo fideicommisso; secus autem quando in secundo noua non vocaretur persona,vt fuit dictū in *Vrbenetana fideicommissi* 29. *Martii.* 1597. *coram Card. Pamphilio*,& *Card. Seraph.in decis.*1216.

246 Fallit tamen,quando per Papam fuisset fideicommisso derogatum, cum expressa prohibitione, quòd vocati nullo modo possent emptorem molestare, & præsertim si talis derogatio esset cum clausulis amplissimis, & quòd de subreptione, vel obreptione, cum decreto irritanti, & sublata, &c. per quas manus Iudicis ligatę censentur, vt fuit dictum in *Bononien. de Dulphis Luna* 19. *Iun.*1617. *coram Card. Caualerio* . & *in Romana hæreditatis de Caprzucchis Luna* 10. *Iun.* 1630. *coram Quetpo.*

Secus autem,veluti si essemus in dubio dictæ licentiæ obtentæ à Papa, siue si ea aliquo modo fuisset limitata; quia tunc in dubio est sumenda interpretatio, ne Pontifex voluerit licentiam concedere in euidens præiudicium fideicōmissariorum, nisi aliud in rescripto expresse caueatur, vt fuit dictum à *Rota in dicta Romana hæreditatis coram Quetpo.*

247 Declara secundò, quòd quando prohibitio alienationis est facta filijs, & non aliis, tunc ad alios non se extendit, veluti si sit facta ad certū tēpus;quia vltra illud non esset porrigendum *text. in l. ita quis, ff. de vulg. & pupill. l. epistolas* §. *vltimo. ff. de pactis, l. Imperator in fine, ff. de postulat. l. in hoc iudicio*, §. *si conueniat, ff. comm. diuid. l. Pater filium*, §. *fundum*, & ibi *Bart. ff. de legat.* 2. *Idem Bart. in l. peto*, § *frater, ff. de legat.* 2. *Mantic. de coniect. vltim. volunt lib.* 3. *tit.*13. *num.* 11. *Marta decis. Pisan. Col. leg.* 30. *Dectan. cons.* 9. *num.*12. *lib.* 3. & Rota *in Bononien. Vsusfructus* 12. *Nouembris* 1610. *coram Ortembergo*, & *in dec.* 399. *par.* 2. *in antiq.* & Rota *apud Cincium de censib. in dec.* 51. *num.*1. & 9. vbi habetur, quòd prohibitio alienationis non debet extendi, vbi testator non expressit, & ideò, quando vni est facta,ad alium non extenditur,si inter eos nulla diuersitatis ratio adsit, veluti neque prohibitio alienationis in vno legato facta ad aliud extenditur, vt ait *Rota ibi supra num.* 6. & eò magis, quando prohibitio alienationis esset legatario iniuncta nomine proprio; quia tunc ea vti personalis ad illius hæredes. nec minus ad alias personas extendi debet, vt pulchrè ait *Surd dec.*125. *num.*2. & *Rota in vna Tudertina fideicommissi Luna* 13. *Aprilis* 1585. *coram G psio*, & *facit decisio Card. Seraph.* 1479. *num.* 9.

248 Contrarium tamen habemus in Regulis Iuris Ciuilis,& Pontificij in verbo Alienationis prohibitio *car. mihi* 82 vbi habetur, quòd prohibitio alienationis, quando est facta hæredi, tunc intelligitur quoque facta hæredi hæredis, ob eā rationem: quia hæres hæredis dicitur etiam hæres testatoris, *text. est in l. fin.* & ibi Doct. *C. de hæred. instit.* & *l. hæredis appellatione ff. de verb. signif.* & hęc est opinio *Bart in l. filiusfamilias*, §. *Diui ff. de legat.* 1. quàm opinionem sequitur *Alex. in consil.* 56. *volum.* 1. *Michael Grass. in* §. *hæreditas, quæst.*10. *Ioseph. Ludou. concl.* 16. *car. mihi* 43. vbi diffusè, & de hac materia,ego quoque dicam in verbo Hæres.

249 Concorda, quòd prima opinio procedat, quando testator vsus fuerit dictione taxatiua, quæ de sui natura omnes alios excludit, vel etiam si prohibitio fuerit facta nominatim in personam hæredis, veluti si diceret testator Titiū hæredem prohibeo; quia tunc, vti prohibitio personalis hęredem hæredis non com-

comprehendit, veluti sequeretur etiam quando prohibitio esset facta verbis per sonalitatem significantibus, vt ipsis (di ctis) & similibus, secundum *Menoch. plures allegan. in consi.* 315. *num.* 24. siuè si de contraria mente testatoris non con staret, quæ de sui natura facit transmissi- bile id, quod aliàs non esset trāsmissibile & è contra, vt ait *Rota per. Gregor. dec.* 56. *num.* 8. *& dec.* 551. *num.* 4. Secunda verò opinio procederet, quando ali- quo modo colligeretur testatorem ex- tensionem ad hæredes heredis contem- plasse, veluti si testator prius nomen ap- pellatiuum, quàm proprium nominasset, vt puta si dixisset prohibeo hæredem ti- tium, quo casu prohibitio de non alie- nando hęredē hæredis comprehēderet, ad *notat per Bartol. in l. cum ita* §. *fin. ff. de condit, & demōstr.* DD. *in l. quoties ad Trebellian.*

Licèt etiam hæc secunda opinio tan- to magis procederet, quando essemus in aliquo casu paris affectionis; quia tunc operaretur æqualem tractatum, & transmissionem, siuè distributionem in- duceret, etiam si nomen proprium, & appellatiuum concurreret, iuxta *trad. per. Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 646. *num.* 24. *& seqq. cum aliis ibi per eum alleg.*

250 Et tenendo hanc secundam opinio- nem, extende illam procedere, si testator adiecisset, quòd volebat suas res in fa- milia permanere, vel de genere suo non exire, quia tunc, cum ratio sit genera- lior dicto; ideò ampliat, & declarat di- ctum ipsum, & dato etiam, quòd prohi- bitio sit nominatim facta; tamen ad hære dem hæredis erit extendenda, vt con- suluit *Roman. consi* 457. *num.* 1. *Iason. in dicto* §. *Diui in secunda lect. num.* 152 vbi refert se ita in hac facti specie consuluis- se, obtinuisseque, idemque ait *Capic. in dicta decis.* 108. *num.* 2. *& seqq.* & *Surd. decis.* 125. *num.* 5. vbi concludit, quòd prohibitio alienandi facta fauore familiæ, censetur realis, & sic ad posteros transitoria, vt ait idem *Capice. dicta decis.* 108. *num.* 2. *& seqq.*

Vndè prima opinio procedit, quando no minatim, secunda verò, quando simpli- citer à testatore fuit facta prohibitio, & sic cum præallegatis doctrinis, ita illæ duæ opiniones conciliari possunt.

251 Sed tenendo primam, amplia primò eam multò magis procedere, si testator prohibitioni alienationis adiecerit pœ- nam in personam hæredis, in casu aliena- tionis, quæ tūc nullo modo afficeret hæ redem hæredis, vt ait *Ioann. Crot. in d.* §. *Diui vers.* 3. *& l. multa ff. de condit, & demonstrat. & Bald. in l. fin. num.* 42. *C. de hæred. instit.*

252 Amplia secundò eam procedere, quando prohibitio esset solum facta hæ- redibus institutis, & substitutis, quæ vti personalis non induceret fideicommis- sum in his, qui non sunt in conditione positi, ait *Rota per Card. Seraphin. decis.* 482. *num.* 2. *cum aliis ibi per eum alleg.*

253 Limita tamen, quòd licèt quis esset à testatore prohibitus alienare extra fa- miliam, vel descendentes, tamen pote- rit ex testamento transferre in eum, qui aliàs esset sibi ab intestato successurus, dato etiam, quòd non esset de familia, *gloss. est singularis in l. Pater familias* §. *Iulius Agrippa ff. de legat.* 3. quæ commu- niter approbatur secundum *Imol. & Cu- man. in l. cum Pater* §. *cum interff. de le- gat.* 2. & *sequitur etiam Bartol. in l. peto* §. *frater ff. eo tit. Iason. eam confirmat. in l. filius familias* §. *Diui ff. de legat.* 1. & *Surd. in decis.* 24. *per tot.*

254 Et tūc alienationis prohibitio eo mo do facta scilicet, quòd ea extra illos de domo, siue de familia non fiat, censetur facta fauore familiæ, vt bona conserue- tur in ea, vt ait *Magon. decis. Florent.* 138 *num.* 3.

255 Declara tamen, quòd, vbi est alie- natio prædicto modo prohibita, si po- stea concedatur inter eos de familia, tunc ea non regulatur secundum fidei- commissum familiæ relictum, vt ait i- dem *Magon. decis.* 72. *num.* 8. *Rota Flo- rent.* vbi ait quòd tunc ordo successiuus non attenditur, sed sat est rem remanere in familia.

256 Rursus declara, quòd quando di- ceretur à testare, quòd alienatio permit- tatur inter eos de familia, & non inter alios, tunc ex huiusmodi prohibitione fi- deicommissum inductum non censetur, vt ait *Grattan. lib.* 4. *discept. cap.* 776. *nu.* 14. & 15.

257 Illam tamen limitationem sublimitat *Ias. in dicto* §. *Diui n.* 137. & 138. ad quē ibi

ibi per te recurrere poteris.

258 Neque in proposito est ommittendæ illa distinctio, quam adducit *Bart. in dicta l. peto § frater*, vbi præsertim, ait quòd quando testator iubet de relinquendo in familia, tunc intelligendum est de ea testatoris; sed est benè verum, quòd alienare prohibitus extra familiam, & descendentes masculos dicitur contrauenire instituendo sorores: immò filias proprias, quod ego puto verùm præsertim ob eam geminationem, quæ multum in iure operatur, & semper magis deliberatam mentem disponentis ostendit, vulgata, *l. Balista ff. ad Trebel. Menoch. conf. 95. num. 119. cum pluribus seqq.* vbi nonnullas limitationes, & declarationes adducit, *& conf. 227. num. 112. vbi alios allegat. & conf. 356. num. 3. Cephal. conf. 58. num. 17. lib. 1. & Surd. decif. 124. num. 2.*

259 Et ad hoc nota discrimen, quando prohibitio alienationis fit extra familiã, vel grauamen relinquendo in familia, cum isti termini differant à nominatione plurium personarum vocatarum; Nam in grauato relinquere in familia, tunc satisfit menti testatoris relinquendo vni, vt ait *Rota per Card. Seraph. decif. 874. num 2.* Quemadmodum dicitur de licentia data à testatore alienandi res hæreditarias in aliquas personas, quæ alienatio sustinebitur, si sit facta ab hærede vni ex dictis personis, vt ait *Rota in Romana fideicom. de Vrsinis Luna 9. Maii 1611. coram Pirouano, quæ est in 2. p. rec. dec. 344. num. 21.*

260 Veluti idem procederet, si alienatio inter colibertos legatarios permittatur, quæ si fiat in vnum ex eis sustinebitur, vt ait *Gratian. dict. lib 4. discept. cap. 774 num. 43. cum aliis ibi alleg.*

261 Extende eodem modo procedere, quando esset facta prohibitio alienationis in certum genus personarum, quę si sit facta sustinebitur, si tñ ille, in quẽ est facta dicta alienatio sit paratus subire eã qualitatem, ob quam alienatio permittebatur. *Grat. lib. 2. discep. c 209, n. 1.*

262 Secus tamen est, quando plures personæ sunt nominatim vocatę; quia tunc vni relinquendo menti disponentis satisfecisse non dicitur, vt ait dictus *Cardin. Seraph. in decis. prædicta 874. num. 2.*

263 Fallit tamen si alienatio esset facta sine causa; quia tunc etiã si esset facta pluribus non valet, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 765 num. 21. & 22.*

264 Et circa illud, quòd fuit dictum de alienatione extra familiam non fienda, nota, quòd si non superfit nisi vnus in ea, tunc ille vendere poterit, vt ait *Borr. decif. 146. num. 6. & alii Doctores allegat. à Gratian. lib. 5. discept. cap. 930. num. 40.*

265 Extende pari modo alienationem rei prohibitæ alienari factam in familia, valere, quando simpliciter fuit relictum familiæ; secus verò, quando sub certo modo vocatorum, vt ait idem *Card. Seraph. in decif. 477. num. 9.*

266 Si verò testator prohiberet alienationem cum expressione causę, nempe; quia volebat quòd bona remanerent in suis descendentibus, tunc nota, quòd id operatur, vt in fideicommisso nepotes, & alij descendentes comprehendantur, idem *Card. Seraphin. decif. 883. num. 3.*

267 Et propterea ad id animaduertendum est, quòd licèt prohibitio alienandi in infinitum, extendatur etiam permisse generationes, id tamen habet locum solummodo existentibus masculis descẽdentibus ipsius testatoris, non autem in non suis, aliàs multiplicarentur in infinitum fideicommissarię substitutiones in personas non cognitas, nec vocatas, vt ait idem *Card. Seraph. in decif. 1486. nu. 19. & 20.*

268 Extende, quòd nec etiam prohibita alienari extra familiam in fiscum transire possit, *vt ait Surd. decif. 254 num. 25.* Sed si contingat, quòd semel extra familiam dicta bona alienentur, tunc ea sẽper alienabilia remanerent, idem *Surd. decif. 9. num. 10.*

269 Declara tamen, quòd prohibitio alienationis nõ extenditur ad bona post prohibitionem acquisita, nec ad prętëritos contractus, nec minus ad ea quæ pręscriptione acquisita fuere; quia lex noua, ad præterita non trahitur, & dominium pręscriptione acquisitum per legem nouam ablatum esse non præsumitur, vt ait *Doctor Marta decision. 37. Colleg. Pisan. & Petr. Gaz. à Toleto decisione 24. cum ibi alleg.*

Ex-

270 Extende idem pari modo procedere in pacto facto de alienandis cum pæna certis bonis; quia tunc illud ad alia bona non extenditur, vt ait *Magon. dec. Florent. 47. num. 13. cum aliis ibi alleg.*

271 Rursus notandum est, quòd multoties euenire solet, quòd post prohibitam alienationem solet à grauato obtineri licentia dictã rem prohibitam alienandi, & propterea si in casu petitionis licentiæ fiat mentio hæredum; tunc erit intelligendum de hæredibus sanguinis, non autem de extraneis, si tamen verba licentiæ non repugnent, vt fuit decisum in *Senen. prædii 28. Aprilis 1589. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 868. nu. 2.*

272 Extende primò, id eò magis procedere, quando licentia alienandi in rescripto Apostolico esset restricta ad filios, & descendentes; quia tunc ea non porrigeretur ad extraneos *Bartol. in l. etiam num. 1. ff soluto matrimonio. Clarus in vers. Emphiteusis in quæst. 28. vers. primus casus, & Rota ibi coram Seraphino dicta decis. 868.*

273 Extende secundò, quòd facultas alienandi cõcessa in Instrumẽto trãsactionis inter Emphiteutas factæ, intelligitur strictè secundum naturam Emphiteusis, & non vltra, vt ait *Rota in Romana Hospitii de Lucatellis Mercur. 28 Mai. 1603. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1466. num. 1.* Licèt secus esset, quando facultas alienandi esset data pro dotali; quia intelligitur etiam pro lucro dotis, *Coccin. decis. 244.*

274 Extende tertiò, quòd si Papa daret facultatem alienandi, vtputa plures petias terræ, tunc ea etiam intelligitur concessa de vna tantum, sed non de pluribus in gratia conceßis, veluti dicitur etiam, quando est data facultas respectu summæ maiori, & alienatio fieret in summa minori, quod.n.optimè fieri permittitur, sed non è conuerso, *Rota in Anconitana bonorum 6. Aprilis 1579. coram Seraphino quæ est in eius impress. decis. 401. num. 1. & seqq.*

275 Contrarium, quòd scilicet, si alienatio in vnũ casum permittatur, non posSit fieri in alium maiorem, vel minorem, ait *Surd. decis. 244. num. 2.*

276 Extende quartò, quòd quando facultas alienandi esset data alicui personæ, tunc alteri cedi non potest, vt fuit decisum in *Romana fideicommissi de Paluzzellis Mercurii 23. Ianuarii 1613. coram Manzanedo, quæ est decis. 426. num. 5. par. 2. recent.*

277 Secus verò si contingerit, quòd permittatur licentia alienandi in familia in casu necessitatis; quia tunc si alienatio in remotiorem fiat, valida erit; quia sufficit, quòd in vno de familia sequatur, vt ait *Surd. decis. 338. num. 14. & Magon. dec. Florent. 72. & Gratian. lib. 4. discept. cap. 776 num. 28.*

278 Vnde nota, quòd ex huiusmodi licentia tali modo concessa, clarè dignoscitur testatorem noluisse fideicommissum inducere; quia si hoc voluisset, vtique eos de familia ordine successiuo vocasset, & sic vnus post alium; qui esset alienanti proximior, *Gratian. ibi supra num. 29. cum ibi allegatis.*

279 Amplia idem procedere, quando prohibitio alienationis esset facta sine causa conseruationis illorum in agnatione; quia etiam isto casu in remotiorem poterit fieri alienatio, idem *Gratian. lib. 4. cap. 774. num. 21. & seqq.*

280 Declarando insuper, quòd quando alienatio est concessa, tunc potest fieri etiam in præiudicium vocati, vt dicitur de ea data primo acquirenti; sed est benè verum, quòd ei solum, & non aliis data censetur, si adsit illa clausula in inuestitura concessa (quibus voluerit) veluti latè dixi supra in verbo Acquirens, &c. & *Rota in Ferrarien. bonorum Veneris 24. Ianuarii 1603. coram Greg. XV. quæ est in 2. part. recent. decis. 75. num. 10.*

281 Contrarium tamẽ esset, quando versaremur in re de sui natura ad extraneos hęredes non transitoria, & quando Pater esset stipulatus pro se, & filiis; quia tunc alienatio illius rei fieri non posset in pręiudicium filiorum, vt pulchrè ait *Surd. in decis. 234. num. 4 cum ibi alleg.*

282 Quę enim facultas alienandi, quando est concessa alicui simpliciter, tunc ille potest ea liberè, & sine aliqua limitatione vti *Surdus decis. 268. num. 2.* Dũmodò tamẽ alienatio fiat in casibus à Iure permissis, & non aliàs, ait *Rota dec. 225. num. 3. in secunda part. recent* Et propterea videmus, quòd quando alienatio

natio

est in certis casibus permissa, in alijs censetur prohibita, vt ait *Rota decis. 45. num. 1. par. 1. nouiss. & decis. 326. num. 6. dicta par. 1. nouiss.*

283 Declara, quòd quando facultas est concessa, non potest indè reuocari, nisi à Principe superiorem non recognoscente, & quando posset reuocari, tunc procedit re integra, non autem post ius quæsitum, vt ait *Rota in Albanen. Vinea 23. Ianuarij 1573. coram Card. Seraph. qua est in eius impress. decis. 188. num. 2.*

284 Quinimmò si contingeret superuenire licentiam alienandi, tunc ea alienationem validaret, vt ait *Rota apud Marchesi. in 1. part. commiss. car. mihi 808. coram Card. Mellino.*

285 Extende idem procedere in consensu Domini, & solemnitatibus, quæ si ex interuallo superueniunt, actum perficiunt, vt ait *Grattan. lib. 2. disecpt. cap. 202. nu. 20. & 21.*

286 Et quando in aliqua dispositione est prouisum, vt sit necessaria licentia, tunc sufficit eam esse generalem, nec specialis requiritur, nisi fuisset additum illud nomen speciale, vt ait *Grattan lib. 4. disecpt. cap. 776. num. 13. cum aliis ibi per eum allegatis.*

287 Vlterius notandum erit, quòd si talis licentia alienandi erit filio concessa pro medietate, tunc idē importat, ac si fuisset concessa licētia alienandi totum; quia certum est, quòd filius est Dominus medietatis hæreditatis paternę, respectu detractionum Legitimæ, & Trebellianicę, per eum fiendarum, & sic erit postea Dominus totius, si ei facultas vendendi medietatem concedatur, quod enim habet etiam locum in grauato onere fideicōmissi, qui detractiones habeat, cui si postea a testatore concedatur licentia alienandi, tunc poterit omnia bona vendere, absquè, quòd teneatur quartam fideicomissario reseruare; Sed si fortè testator permitteret in vna parte testamenti alienationem, in alia verò eam prohiberet, tunc vltima dispositio ad euitandam contrarietatem erit attendenda; nam cum voluntas sit vsque ad mortem ambulatoria; igitur secunda dispositio prohibitiua vti contraria primæ erit attendenda, vt ait *Grat. lib. 3. disecpt. car. 416. per tot.*

288 Quid modò erit dicendum de eo, qui sit prohibitus alienare, & solum partem rei alienet? An ab illa parte tantum, vel potius à toto cadat? Ista opinio inter Doctores est valdè controuersa, sed pro parte negatiua, quod scilicet ab illa parte alienata tantum, & non à toto cadat ait *Clar. in §. Emphiteusis quæst. 43. in fin.* vbi ait hanc opinionem in emphiteuta esse magis communem, & æquam, & secundum eam iudicauit *Concil. Neapolitan. vt ait Grammat. in decis. 49.* quem refert, & sequitur *Rota in Perusina bonorum Luna 2. Maij 1588. coram Card. Plattio, & in alta Romana fideicommissi de Iaccobattis Luna 20. Iunij 1605. coram Gregorio Decimoquinto, & in Romana de Aronijs Luna 10. Nouembris 1614. coram Vbaldo qua est in 2. part. recent. dec. 593. num. 6. & pulchre Magon. decis. Flor. 145. num. 4.*

289 Contrariam opinionem tenuerunt multi quos allegat. *Menoch. in cons. 116. num. 17. & Natt. consil. 479. num. 1. cum seqq. & Honded. in cons 58. num. 29. lib. 1.* qui dicunt, quòd alienare prohibitus, non solum intelligitur prohibitus alienare totum, sed etiam illius partem; quia idē iudicium fit de toto, respectu totius, quod de parte respectu partis, quod enim quoque è conuerso procedit, vt scilicet; qui pōt alienare totū poterit etiā alienare partē, dicta prohibitione nō obstante, quod tamen intellige verum, quādo res commodam diuisionem non patitur, vt *dicunt. Doct. superius allegati.*

290 Sed tenendo primam opinionem amplia eam multò magis procedere, quādo fuit dictum, si in totum à toto, si in parte à parte cadat, iux. ea quę tradit *Caputaq. dec. 312. lib. 2. & Rota ibi sup. & in Firmana fideicommissi 17. Iunij 1611. coram Card. Caualerio, & in Perusina dotis 9. Iunij 1614. coram Vbaldo, & coram eodem in Reatina bonorum 24. April. 1617.*

291 Amplia secundò eam procedere, quādo alienatio esset facta, per viam impositionis census, qui cum sit quandocūq. redimibilis; ideò pæna caducitatis euitari debet, *vt ait Rota apud Seraph. decis. 819 num. 3. & decis. 593. in 2. part. recen. num. 6. in fin.*

292 Amplia tertiò, id eò magis procedere in Emphiteuta partem Emphiteusis alienan-

alienante, qui à toto non cadit, si partem alienat, vt ait idem *Clar. in dicta §. emphyteusis quæst. 13. num. 10. vbi de magis communi testatur Corbul. de caus. priuil. ob alien. ampliat. 41 sub num. 6. Mastic. de iac. tit. 22. lib. 22. n. 13.* vbi dicit hanc esse magis communem, & magis benignam, quam sequuta fuit *Rota in Bononien. bonorum Emphiteuticorum 2. Decembris 1596. coram Card. Pamphilio, & in Burgen. Decimarum 2. Iulii 1606. coram Ortembergo.* Et licèt aliqui DD. velint, quòd non valeat argumentum de emphiteuta ad prohibitum à testatore; ea ratione; quia Vassallus, & emphiteuta prohibentur alienare à lege, cum qua mitius agitur, quàm fit cum homine; prædictis tamen non obstantibus, contrarium fuit decisum in illa *Romana fidecomm. de Iacobatis 1605. coram Gregor. XV.* vbi dicitur, quòd prçterquam quòd prohibitio testatoris pro lege habetur; deinde argumentum valçt de legç ad testatorem, & è contra, quando eadem ratio viget, vt ait *Socin. iun. in l. filius familias §. Diui in fin. ff. de legat. 1.*

293 Amplia quartò, quòd emphiteuta qui habet plures condominos, si alienat rem emphiteuticam, sine consensu omnium, tunc ab emphiteusi non cadit, nisi pro parte illius, cuius consensum non requisiuit; vt ait *Magon. in decis. Rot. Flor. 19. num. 3. cum ibi allegat.*

294 Sed si ei concedatur licentia alienandi feudum; tunc illud fit frãcum, & ad fœminas transitorium, *Gratian. lib. 4. discept. cap. 736. num. 75.*

295 Tenendo autem secundam opinionem, extende eam primò multò magis procedere, quando emphiteuta alienasset vti rem propriam, nulla facta mentione de dominio directo Domini: quia tunc alienans partem cadit à toto, cum isto casu appareat de euidenti præiudicio Domini, nec non de corrupta mente alienantis interuertendi Dominium directum, vt ait *Roland consil. 17. num. 2. in fin. lib. 2. Corbul. de caus. priuil. ob alienat. ampliat. 42. sub. num 7.* vbi ait ad hunc effectum sufficere, quòd in prima alienatione non fit facta mentio de qualitate rei emphiteuticæ, & ita tenuit *Rota in Cesenaten. bonorum. 6. Aprilis 1590. coram Card. Plato.*

296 Secus verò si alienatio rei emphiteuticæ esset facta ab hæredibus; quia tunc illi ex capite ignorantiæ à caducitate excusantur, census decursos tamen soluendo, vt ait *Magon. decis. Florent. 69.*

297 Extendo secundò hanc vltimam opinionem procedere, veluti si in alienatione comtemptus caderet; quia cum sit indiuisibilis; idcircò priuatio isto casu tàm procederet de toto, respectu totius, quàm de parte, respectu partis, *vt ait Natta, & alii superius allegati.*

298 Animaduertendo præterea, quòd si quis esset expresè prohibitus alienare partem suam, tunc non censetur prohibitus alienare eam, quam redemit, vt ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 774. num. 42.*

299 Vltimò notandum est, quòd quando sumus in alienatione, & alijs contractibus, qui fiunt titulo lucratiuo, tunc in dubio quis censetur illud ius tantum cedere, quod in re alienata habet, secus verò in alienationibus, & alijs contractibus onerosis: quia eo casu quis non prçsumitur vendere ius tãtum, quod habet, sed plenum ius transferre videtur, veluti fuit decisum à *Rota in Eugubina Terrarũ 18. Decembris 1570. coram Card. Seraphino quæ est in eius impress. decis. 173. num. 3. & in alia Romana officii Curiæ de Sabellis 3. Iunii 1580. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 468. num. 5.*

300 Sed si quis alienationi rei suæ consentiret, cũ clausula [sine præiuditio Iurium suorum] tunc consentiens censetur sibi seruasse ius, sed respectu pretii tantũ; non autem dominii, veluti fuit decisum *in Romana domorum 5. Martii 158. coram eodem Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 658. num. 1. & 2.* aliàs esset protestatio de directo cõtraria facto, vt in istis terminis ait *Seraphin. dec. 1343. per totam*, & per consequens elusoria redderetur.

AR-

ARGVMENTVM.

DE ALIENATIONIBVS Rerum Ecclesiæ, & quæ ad earum validitatem sint necessaria.

CONCLVSIO LXXXV.

1 ALIENATIO Rei Ecclesiæ, nota, quòd non permittitur, nisi hæc duo copulatiuè concurrant, nempe causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesię, & solemnitates, quæ in dicta alienatione adhiberi solent, nec vnum sine altero sufficit etiam si alienatio fieret ex causa soluendi æris alieni, vt ait *Farinac. in collect. decis. dec. 203. vbi allegat Balb. dec. 21 & dec. 210. & eti te. xt. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. clem. 1. eod. tit. Dict. in c. fine exceptione. 12. q. 2.* & ibi latè *Laurent. de Rodulf. in 2. q. Couar. var. resol. cap. 17. num. 2. lib. 1. Rota in Mediolanen. bonorum 7. Februar. 1597. coram Card. Pamphilio. Card. Seraph. dec. 278. nu. 16.* vbi ait, quòd alienatio prædicta alio modo facta, est ipso iure nulla, *& Rota in Bononien. census 17. Marti 1608. coram Card. Marcomontio, quæ est apud Statil. dec. 123. num. 20. & apud Coccin. decis. 374. num. 3. & dec. 391. num. 1. & dec. 415. num. 1. & 3. Card. Seraph. dec. 508. num. 1. & Rota dec. 430. num. 4. par. 2. recent.* & ita fuit resolutum in *Lucana bonorum Lunæ 11. Februar. 1613. coram Card. Pamphilio*, & prius in *Romana prætensæ deuolutionis 28. Mart. 1582. coram Rubeo, & in Pisana bonorum 3. Decembris 1588. coram Cantuccio, & in Sabinen. prædii 8. Aprilis 1588. coram Card. Pamphilio, & in Romana inualiditatis census 28. Maii 1591. coram eod. & in Mediolanen. rescissionis 10. Ianuar. 1592. coram eod. Card. Pamphilio. Card. Seraph. dec. 518. num. 1. Cupice. dec. 16. & dec. 105. Franc. Marc. dec. 1078. par. 1. & in dec. 188. num. 1. par. 2. Guidopap. dec. 149. Borgn. Cauale. dec. 45. num. 27. cum seqq. lib. 1. & in dec. 29. num. 15. cum seqq. & dec. 30. num. 15. cum seqq. lib. 2. Gram. dec. 79. Octau. Cacher. dec. Pedem. 99. n. 32. & dec. 172. n. 3. Ioseph. Ludou. dec. Perusin. 93. num. 15. Afflict. dec. 107. Rota dec. 360. num. 17. & dec. 463. num. 1. lib. 1. nouiss. coram Cæsare de Grass. & dec. 160. num. 1. lib. 2. nouiss. coram Cantuccio, Franch. dec. 35. per totam, Cappell. Tholosan. per Maynard. dec. 7. lib. 2. Magon. dec. 69. num. 4. Rota Florent. & Rota in Senen. prædii 8. Octobr. 1584. coram Cardin. Pamphilio, & in Romana validitatis census 24. Maii 1591. coram eodem, & in Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuar. 1597. coram eodem, & in alia Mediolanen. bonorum 7. Februar. eiusdem anni coram eodem Card. Pamphilio, & Riccius in sua praxi fori ecclesiastici dec. 7. per totam*, vbi subdit id quoque procedere, etiam si alienatio esset cum vtilitate Ecclesiæ, & ibi de magis receptа opinione testatur. Et tandem ita fuit resolutum à *Rota in Romana Domus Ven. 19. April. 1630. coram Durano*.

2 Amplia primò, conclusionem adeò esse veram, vt propterea vtilitas Ecclesiæ dicatur causa finalis illius alienationis, ita vt si ea non probetur alienatio rescindatur, quod tamen intellige verum, vt mox dicam, si Ecclesia voluerit, aliàs secus, vt ait *Rota apud Marchesan. de Commissionib. in prima par. car. mihi 99 num. 5. & 8. & apud Cincium de Censibus decis. 264. & 265. num. 1. & 5. Rota decis. 133. num. 11. par. 2. diuersor. Card. Seraph. decis. 256. num. 2. Idem Card. Seraph. decis. 508. num. 10. & Rota decis. 34. num. 5. in par. prima recent. & Rota ibi coram Durano in illa Romana Domus 1630.*

3 Et licèt *Rota per Cardinalem Manticam decis. 101. num. 5.* dicat, quòd sola intentio Papæ in vtilitate consistit, tamen vnum ex prædictis duobus, sine altero sufficere non potest, vt mox dixi, & vt ait *Card. Seraph. in dicta dec. 508. num. 1. & decis. 1174. num. 1. & decis. 1490. eodem num. 1.* quamuis postea in dicta *decis. 1174. num. 6.* dicat, quòd dummodo euidens vtilitas adsit aliæ præsumptiones non attenduntur, idem ait *Marta decis. 243. Collegii Pisani, & Riccius in dicta sua decis. 7. in praxi fori ecclesiastici.*

4 In casu autem, quo alienatio rei Ecclesiasticæ detegitur nulla, tunc nota, q si Ecclesia volet, potest rem cum fructibus repetere, etiam si alienans alienationi consensisset, sed emens tamen poterit recuperare pretium, ab hæredibus alienantis, si ipse alienans non viueret, vt ait *Rota dec.* 14. *num.* 3. *& sequentib. par.* 1. *diuersor. & dec.* 301. *in* 4. *par. nouiss. & penes Marchesſ. tar.* 105. *in* 1. *par. de commiss.*

5 Extende idem procedere, in Prælato ipso nulliter contrahente, & actum damnosum Ecclesiæ faciente, qui potest illius nomine actui contrauenire, cum ipse vices duarum personarum gerat, vt fuit dictum à *Rota in Regien. Sancti Thomæ* 10. *Decembris* 1576. *coram Robusterio, quæ est inter diuersdecis.* 100. *num.* 5. *par.* 1. *& in alia Burgen. Concordiæ coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1058. *num.* 6. & cæteri allegati à *Grat. lib.* 2. *disceptcap.* 298. *num.* 47. *& seqq.*

6 Declara tamen, procedere illud, quod fuit dictum, circa restitutionem fructuum, per emptorem faciendam, quando idem emptor esset in mala fide, vtputa, si absque Beneplacito emisset: quia tunc, neque excusaretur, sub eo prætextu, quòd Episcopus illud obtinere promisisset, & sic quòd ei vti probo viro emptor credere debuerit; nam illi est imputandum, si post annum illius Beneplaciti impetrationem non perquisierit, vt ait *Rota in dicta decis.* 14. *in* 1. *par. diuersor. Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 202. *num.* 22. *cum aliis ibi per eum allegat.*

7 Quinimmò, neque tunc contra Ecclesiam datur actio ad pretij restitutionem, sed contra Oeconomum, etiam si emptor sit in bona fide, *Francisc. Marc. decis.* 1074. *par. primo. & Rota dicta decis.* 301. *in* 4. *parte nouiss.* & in hoc videndus est *Imol. in cap. si quis presbyterorum num.* 19. & 20. *Abbas in fine.* & *Bero num.* 50. *de rebus eccles. non alienand. Laurent. de Rodulphis in cap. fine exceptione num.* 180. 12. *quæst.* 2. *Card. in Clement.* 1. *quæst.* 2. *eod. tit.* & alij allegati in *Placentina euictionis* 5. *Maii* 1589. & 2. *Aprilis* 1590. *coram Card. Platto.*

8 Extende, quòd nedum contra dictum alienantem bona, sed etiam contra illius hæredes agitur, re euicta ab Ecclesia, & tunc non solum ad restitutionem pretij; sed etiam ad omnia damna, & interesse, *l.* 1. *l. vt actio de hæred. & contra hæredes, l. cum non controuertit, ff. si status, & l. cum successores, C. de euictio. l. iubemus, §. Oeconomus C. de sacrosanct. Eccles. & Rota ibi coram Card. Platto, & l. si eum venditori, in fine, & l. euicta la seconda, ff. de euict. l. Lucius, §. final. ff. de action. empti. Innocent. in dicto cap. si quis presbyterorum*, & ibi alij Doctores, & pulchrè ait *Ricc. in sua prax. for. ecclesiast. in dec.* 17. *num.* 1. & *seqq.*

9 Extende secundò, quòd Prælatus Modernus agere potest contra hæredes prædecessoris, pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, vt dicunt Doctores allegati in *Pisana liquidationis fruct.* 15 *Oct.* 1571. *coram Oradino, & dec.* 14. *num.* 6. *parte prima diuersor. & in Romana Casalis* 13. *Aprilis* 1592. *coram Card. Blanchetto.*

10 Extende tertiò, quòd isto casu fructus veniunt restituendi à die alienationis, quando in ea solemnitates defecerunt, *l. iubemus, §.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. Felin. in cap. cum causa. num.* 27. *de re iudic. Doct. in dicto cap. si quis presbyterorum*, & *Berous ibi nu.* 14. *Gramm. decis.* 79. *num.* 8. *Menoch. de recuperan. possess. remed.* 15. *nu.* 634. & *Rota in Placentina bonorum* 26. *Iun.* 1584. *coram Card. Blanchetto*, & *in Vrbeuetan. nullitatis locationis* 1. *Iun.* 1596. *coram Card. Pamphilio.*

11 Subextende, quòd nec etiam error Iuris emenrem excuset, cum idem ius huic actui ab initio resistat, *Bart. in l. sed in lege, §. scire, ff. de petit. hæredit.* & *Doct. in dicto cap. si quis presbyterorum*, & *Felin. in dicto cap. cum causa, Curt. Sen. in consil.* 71. *colum.* 7. *vers. Ita decta rat, Grammat. dec.* 74 & 79. & *Rota in d. Placentina bonorum* 26. *Iun.* 1585. *coram Card. Blanchetto.*

12 Limita tamen prædicta, non procedere, si facto fuit erratum, vtpotè, si emptor putasset solemnitates interuenisse, vt ait *Felin. ibi supra in dicto cap. cum causa, et Berous in cap. si quis* pre-

presbyterorum. qui de communi testatur; quia in isto casu fructus restituuntur solũ à die motę litis, vt cõmuniter dicunt Doctores *in dicto cap. si quis presbyterorum*, & *Rota in Vlixbonen. locationis 1. Iul. 1595. coram* Card. *Pamphilio*, & ad hoc facsunt *decis.* Gregor. XV. 336. *nu.* 12. & *decis.* 320. *par.* 2 *in recent.* vbi expresè dicunt, quòd ad hoc, vt quis sit in mala fide, & sic teneatur ad restitutionem fructuum, à die initi contractus, & non à die motæ litis tantum, debet habere explicitam scientiam omnium qualitatum, & circumstantiarum, in contractu existentium, aliàs emptor excusatur, & solum ad fructus à die motæ litis tenetur, cum tunc in mala fide constituatur.

13 Animaduertendo tamen, quòd quando contingit dare de inualiditate alienationis, seu læsione Ecclesiæ, eo casu per Titularem allegantem, id probandum venit, *Rota decis.* 684. *in secunda par. recentior. & prius in Auximana bonorum Luna* 21. *Nouembris* 1580. *coram Card. Seraph.* & *in alia* Romana *census Mercur. die* 2. *Decembris* 1609. *coram Manzanedo, quæ est apud dictum Cincium de censib. decis.* 30. *num.* 4.

14 Declara tñ, quòd causa illa necessitatis, siue euidentis vtilitatis, non potest per testes in iudicio summario examinatos probari, vt ait *Rota decis.* 463. *par. prima in nouis. & decis.* 210. *in* 4. *parte*. Et ratio est; quia, vbi vtilitas Ecclesiæ in controuersiam deducitur, tunc testes in iudicio summario examinati non probant, vt fuit decisum in vna *Agrigentina* Palatii 1568. *coram Oradino allegata in illa dec.* 463. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

15 Fallit tamen, quandò probationes in iudicio summario essent plenariæ, vt ait *Card. Mantic. dec.* 206. *num.* 4. & 5.

16 Extende, quòd neque alienationis nullitas potest ab alio allegari, quàm ab eo, in cuius fauorem dicta alienatio est nulla, vt ait *Rota dec.* 133. *num.* 1. *in secunda par. diuersor. & dec.* 262. *num.* 9. *par.* 1. *Put. dec.* 310. *lib.* 1. & *dec.* 365. *num.* 5. *lib.* 2. *& Rota in Perusina rescissionis contractus* 24. *Februar. & 18. Mart.* 1588. *coram Card. Blanchetto*, & *in Romana Domus* 4. *Decembris* 1592. *coram Card. Mantic.* & *in alia Romana census* 20. *Decembris* 1590. *coram Card. Mellino*, & *in Vlixbonen. nullitatis locationis* 1. Iul. 1596. *coram Card. Pamphil. allegat. à Riccio in dec.* 7. *nu.* 5. *in sua prax. for. ecclesiast.* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 16. *& lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 53. vbi alias Decisiones allegat, *Gratian. lib.* 2. *disceptat. cap.* 202. *num.* 23. & *lib.* 5. *cap.* 819. *num.* 11. sed in *cap.* 855. *lib.* 5. *sub num.* 20. & *seq* docet; quando nullitas possit à tertio allegari, licèt prius in *cap.* 691. *num.* 20. *lib.* 4. dicat, quòd exceptio nullitatis contractus, non est propriè exceptio de iure tertij, sed iuris agentis exclusio.

17 Quinimmò extende iterum, quòd, nec etiam altera pars possit alienationem impugnare, adeò vt, si Ecclesia velit illi stare, eidem pars aduersa quoque stare cogatur, *Put. dec.* 310. *lib.* 1. & *decis.* 365. *num.* 5. *lib.* 2. *& Rota in Perusina rescissionis contractus* 28. *Febr.* & 18. *Mart.* 1588. *coram Card. Blanchetto*, *& in Romana* Domus 4. Febr. 1592. *coram* Card. *Mantic.* & *in Romana census* 10. Maii 1596. *coram Card. Mellino*, & *in alia* Vlixbonen *nullitatis locationis* 1. Iul. 1596. *coram* Card. Pamphilio, & *prius in vna Romana* Domus 4. *Decembris* 1592. *coram* Card. Mantic. & *Crescent. dec.* 1. *de locat.* Et ratio est; quia claudicatio contractus semper admittitur ad fauorẽ Ecclesiæ, & minoris, vt ait Rota *dec.* 285. *n.* 3. *par.* 2. *in recent* quod tamen intelliget verum cum eo temperamento, vt dicam inferiùs, in versiculo Fallit tertiò, & non alias.

18 Fallit tamẽ primè, quando actio esset popularis, vt fuit dictũ in *Oxomen. transactionis* 20. *Octobris* 1592. *coram eodem Card.* Mantic. *allegata à Card. Pamphilio in suis manuscript.* Licèt ego non inuenerim istud dictum in ea, & præsertim, quando allegaret nullitatem, per viam exceptionis; quia tunc etiam illam committens excusatur; licèt secus, si agendo veniret, vt ait *Rot. per* Seraph *dec.* 25. *n.* 1. *alleg. à* Grat. *lib.* 5. *disc. c.* 835. *n.* 9. *et seq.*

& veluti dixi in Conclus. 47. *sub nu.* 56.

19 Fallit secundò, ante consummatum actum, veluti ante beneplaciti consecutionem; quia tunc pœnitentiæ locus erit, idem *Card. Mantic. in sua decis.* 201. *num.* 2. Quinimmò id fieri potest, etiam Ecclesia inuita, vt ait *Tiraquell. de leg. connub. glo.* 8. *num.* 88. *cum aliis per Pinell. lib.* 1. *par.* 3. *vers. hic tamen*, C. *de bon. matern.*

Et veluti eodem modo dicitur ad effectum euitandæ caducitatis, ob alienationem alicuius rei alienari prohibitæ, quando alienans transactionem, & sic actum prohibitum reuocaret, antequam ex aduersò opponeretur; quia tunc saltem de æquitate tolleratur, & maximè, quādo rei traditio nō fuisset secuta, vt ait *Grattan. lib.* 5. *disceptat. cap.* 949. *num.* 12. *cum aliis ibi per eum allegatis*.

20 Fallit tertiò, vbi Ecclesia vellet pro parte approbare contractum, & pro parte non; quia tunc id facere non potest; sed aut in totum alienationem dicere nullam, aut in totum eam approbare debet, vt latè ait *Couarruu. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *sub num.* 5. & ita fuit dictum in vna *Placentina decimarum* 2. *Iun.* 1586. *coram Bubalo*, & *Rota decis.* 283. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

21 Amplia secundò, quòd neque absque causa, & solemnitate dicta alienatio permittatur, veluti sub eo prætextu, quòd res alienata fuisset eodem tempore acquisita Ecclesiæ; quia sufficit, quòd temporis momento in eius dominio stetisset, vt fuit decisum in dicta *Lucana bonorum coram Card. Pamphilio*.

22 Contrarium licèt videatur tenuisse *Rota in Romana Domus in Burgo* 11. *Decembris* 1580. *coram Card. Blanchetto*, & in alia *Romana Domus de tribus Montibus* 29. *Octobris* 1582. *coram Aldobrandino*, *postea Clemente VIII.* & *in Mediolanen. bonorum* 18. *Mart.* 1586. *coram Iusto*.

23 Concordatur tamen, quòd prima opinio procedat, quando sumus in acquisitione rei Ecclesiæ facta, quæ licèt postea incontinenti alienetur; nihilominus solemnitates sunt necessariæ; quia id ex duobus actibus separatis euenire diceretur, vt ait *Phanuc. de Lucre dotis, glos.* 8. *num.* 18. *Franch. decis.* 14. *num.* 26. *Peregrin. decis.* 30. *lib.* 2. *allegat. à Rota in dicta Mediolanen. coram Card. Pamphilio*.

Secunda verò procedit, quando acquisitio resultaret, ex actu instanti, qui fit ad renunciandum; quia tunc ea vti momentanea in consideratione non est habenda, *Franch. dicta decis.* 14. *num.* 15. *Put. decis.* 519. *lib.* 2. & *Rota in Romana Domus in Burgo* 11. *Decembris* 1580. *coram Card. Blanchetto*.

24 Iterum concordatur, quòd prima opinio procedat, quando, vtputa Ecclesia hæreditatem adiret animo perpetuæ acquisitionis, & tunc in eius alienatione solemnitates essent necessariæ. Secunda verò procedit, quando adiuit, sed animo cedendi statim, & alienandi, & sic in casu momentaneæ possessionis, quæ in consideratione non habetur, & vti talis solemnitates non requirit, vt dicunt *Soccin. consil.* 53. *seu* 54. *num.* 27. *lib.* 4. *Natt. consil.* 441. *num.* 20. *lib.* 2. *Roland. consil.* 15. *num.* 24. *lib.* 1. *Franch. dicta decis.* 14. *num.* 25. *& seqq. Phanuc. ibi supra, Peregrin. dicta decis.* 30. *lib.* 2. *& Rota in dictis Mediolanen. coram Iusto, & Pamphilio*, & in illa *Romana de tribus Montibus coram Clemente Octauo*.

25 In summa concludendum est, quòd dictæ solemnitates sint necessariæ, quādo fit alienatio alicuius rei Ecclesiæ incorporatæ; secus verò, quando ageretur de repudiatione acquirendorum, & non adhuc Ecclesiæ incorporatorum, veluti firmant Doctores allegati in *Mediolanen. bonorum* 18. *Martii* 1596. *coram Iusto*. & in eadem 7. *Febr.* 1597. *coram Card. Pamphilio, & prius in dicta Romana Domus de Tribus Montibus* 29. *Octob.* 1582. *coram Clemente Octauo*, & in alia *Romana Domus in Burgo* 11. *Decembris* 1580. *coram Card. Blanchetto*.

26 Et tunc res dicuntur incorporatæ Ecclesiæ, quando per officiales deputatos, ad id fuit descripta res in libro Mensæ, aut hoc fuit declaratum per Prælatum, *Guidopap. quæst.* 154. *Abbas in cap.*

cap. vt super, & in cap. 2. vbi Card. q. 12. de feud. Ancharan. Menoc. & alii alleg. in Mediolanen. bonorum 23. Ianuar 1593. coram Orano, & Bellon. in sua decis. 91.

27 Et ratio prædictorum ea est; quia Prælatus potest suæ Ecclesiæ præiudicare in acquisitis, ante acceptationem; secus autem postea, siue loquamur in acquisitis tacitè, siue expressè, vt ait *Franch. in cap. 1. num. 23. Limitat. 11. de reb. Eccles. non alienandis*, Rebuff. *de alienat. rer. eccles. num.* 30. & Rota *in vna Mediolanen. legati 27. Iun. 1594. coram Giffio.*

28 Extende idem procedere, etiam, quando alienatio esset facta pro maiori pretio, quàm res valeat; quia tunc licèt ea ad fauorem Ecclesiæ teneat, tamen potest Prelatus ad fauorem emptoris læsi bonam fidem agnoscere, & ab ea alienatione recedere, vt fuit dictum in *Pisana bonorum 2. Decembris 1585. coram Orano.*

29 Amplia tertiò, quòd eadem solemnitas requiratur in constitutione Procuratoris, ad alienandum, quæ requiritur in alienatione bonorum, aliàs mandatum esset nullum, vt fuit decisum in *Romana Casalis longhezza 17. Iunii 1594 coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 1080. *num.* 2. & veluti dixi in sequenti Conclusione *sub num.* 184. & ibi multa in hoc puncto notanda inuenies.

30 Sed ad id notandum erit, quòd si postea alienatio fiat à procuratore fines dicti mandati excedente, erit nulla, vt fuit dictum in *Cortonen. bonorum 28. Mart. 1588. coram Card. Platto. & in Perusina rescissionis contractus 28. Mart. 1588. coram Comitulo, & in dicta Cortonen. bonorum 9. Iun. 1589. coram Card. Platto*, & pulchrè ait *Riccius in sua Praxi fori Ecclesiastici in decis. 19. num. 1.*

31 Extende, quòd tunc, nec etiam ratificatio istius alienationis induci potest ex scientia Fratrum, vel Canonicorum, sed requiritur etiam illa Capituli, *Abb. & alii Doctor. in cap. 1. & in cap. continebatur de his quæ fiunt. à Prælat. & Rota in dictis Cortonen. bonorum 17. Mart. 1588. & 26. Ianuar. 1590. coram Card. Platto, & in alia Romana Domus, & Hospitii 2. Iun. 1590. coram Card. Blanchetto, & in Tiburtina necessitatis locationis 5. Decembris 1597. coram Card. Mellino.*

32 Extende secundò, quòd vltra consensum Conuentus, vel Congregationis generalis in alienatione bonorum Ecclesiæ, requiritur etiam tractatus, qui præcedere debet alienationem, vt fuit dictum in *Romana Casalis 23. Martii, & 27. Maii 1594. coram Card. Seraph. quæ sunt in eius impress. dec.* 1070 *num.* 1. & *dec* 1080. *eodem num.* 1.

33 Subextende, quòd immò in alienatione rerum Ecclesiæ Monachorum sancti Benedicti duplex, & per duos dies ante, tractatus requiritur, vt ait *Rota ibi supra*, & *in alia Placentina Aquarum 10. Februar. 1597. coram Orano*, & ibi fuit conclusum, quòd tres tractatus, & diuersis diebus sunt necessarij.

34 Licèt tamen secus esset, quando auctoritas Papæ interueniret; quia tunc, nec consensus, nec tractatus, nec minus solemnitates sunt necessariæ, vt superius dictum fuit, & *Capic. dec. 16.* & *Rota in Seg bien. spolii silua 10. Decembris 1568. coram Finetto*, & *in Romana Casalis 21. Maii, & 28. Iun. 1593. & 23. Mart 1594. coram Card. Seraph.*

35 Et nota, quòd ille tractatus, & consensus, præsumitur ex spatio triginta annorum, vt ait *Rota* in prædictis decisionibus *coram Card. Seraph. & in alia Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Febr. 1597. coram Card Pamphilio.*

36 Et ratio, quare consensus in huiusmodi alienationibus requiratur, ea est, ob interesse Ecclesiæ, ne ea depauperetur, & egena fiat, vt ait *Rota in dicta Segobien. spolii coram Finetto, & in Romana Casalis longhezza 21. Martii 1593. coram Card. Seraph.*

37 Amplia quarto, quòd ad validandam alienationem rei Ecclesiæ, non sufficit causa æris alieni, sed vltra illud, quòd in primis probari debet, requiruntur etiam cæteræ duæ qualitates, nempè vtilitas, & solemnitas, vt ait *Ossasch. decis. 172. Balb. decis. 22. allegata à Riccio in sua collectanea decis. 996. in*

ſecunda parte. *&* Cardinal. *Seraphin. deciſ.* 278. & *Rota per Coccinum deciſ.* 374. *num.* 3. & *deciſ.* 391. *num.* 1. & *dec.* 445 *num.* 1. *cum aliis Doctoribus ibi per eum allegatis*.

38 Contrarium licèt dixerim ſuperius in verſiculo Licèt Rota, vbi habetur, quòd ſola intentio Papæ in vtilitate conſiſtit, idem ait *Cardinalis Mantic. deciſ.* 101. *num.* 5. Et *Cardin. Seraph. deciſ.* 1174. *num.* 6. ait, quòd dummodo euidens vtilitas adſit, aliæ præſumptiones non attenduntur, *Rota deciſ.* 178. *num.* 8. *par. ſecunda diuerſor.* & *in prima parte deciſ.* 651. *num.* 1. & *in Romana Domus* 2. *Octobris* 1588. *coram Bubalo*, & *prius in illa Auximana bonorum* 1. *Februar.* 1580. *coram Cardin. Seraphino, quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 443. *num.* 4. *&* 5.

39 Et propterea nota, quòd in gratia, ſi in euidentem, &c. non attenditur ſubreptio, quando non eſt circa vtilitatem; at ſecus, ſi eam reſpiceret; quia tunc gratia vitiatur, vt fuit dictum in *Placentina bonorum* 7. *Aprilis* 1581. *quæ eſt dicta deciſio* 178. *num.* 8. *par. ſecunda diuerſor.* & *in dicta Auximana bonorum prima Februar.* 1580. *coram Cardinali Seraphino, & in Romana Domus* 2. *Decembris* 1588. *coram Bubalo*, & *in Placentina Tenuta della Madalena* 27. *Iun.* 1597. *coram Cardinali Seraphino, quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 1233. *cum aliis ibi per eum allegat.*

40 Amplia quintò, quòd neque in alienatione rei Eccleſiæ facta, habita fide de precio transfertur Dominium, veluti fuit deciſum in *Lucana Terrarum Veneris* 19. *Nouembris* 1603. *coram Gregorio XV. quæ eſt in ſecunda par. recentior. deciſ.* 96. *num.* 1. vbi habetur, quòd reperitur id in Iure ſpeciale, quòd ſcilicet adminiſtrator Eccleſiæ, non poſſit habendo fidem de pretio, dominium transferre.

41 Extende primò, huiuſmodi ampliationem, etiam procedere in permutatione, vtputa, ſi fides haberetur de re, in dicta permutatione accipienda, cum permutatio ſit ſimilis emptioni, *l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* nec non vicem emptionis obtinet ait, *l.* 2. *C. de rer. permutat. Bart. in l. fin. ff. eod. tit.* & Rota ibi *coram Greg. XV.*

42 Extende ſecundò, etiam ſi interueniret beneplacitum Apoſtolicum; quia illud validat contractum, ſed non transfert dominium, *Bald. in l. inciuile, C. de rei vindicat. in fin. Alex. in l. à Dino Pio in §. ſed ſi emptor, ſub num.* 8. *verſic. Quod intelligatis ſanè, ff. de re iudic.* & ibi *Iaſ. nu.* 6. *verſ. Intellige verum, idem Iaſ. in l.* 1. *num.* 18. *in fin. ff. de offic. Procur. Cæſar.*

43 Et ratio quare adminiſtrator Eccleſiæ non poſſit habere fidem de pretio, ea eſt; quia in hac alienatione requiritur cauſa, cuius defectum, neque Beneplacitum ſanare poteſt, veluti fuit deciſum in illa *Placentina bonorum* 7. *Apr.* 1581. *coram Alexandrino, &* Card. *Seraph. deciſ.* 508. *num.* 2. *cum Doctor. ibi per eum allegat.*

44 Amplia ſextò, quòd alienatio rei Eccleſię in perpetuum facta non ſuſtinetur, niſi ea ex priuilegio Pontificis concedatur, veluti fuit deciſum in N*onantulana ſiu Nullius bonorum* 18. *&* 22. *Mart.* 1597. *coram* Card. *Mantic. quæ eſt in ſecunda par. recentior. deciſ.* 11. *num.* 7. *cum aliis ibi per eum allegat.*

45 Extende, quòd nec etiam locatio ad longum tempus facta ſuſtineatur; quia appellatione alienationis continetur etiam locatio ad longum tempus, quod tamen intellige procedere, ad effectum inualiditatis locationis; ſecus autem quòad effectum incurſus pœnæ, vt fuit dictum à *Rota in Rauennaten. domus* 2. *Aprilis* 1576. *coram Cantuccio, quæ eſt deciſio* 26. *par. ſecunda diuerſorum cum aliis per eum allegat.*

46 Fallit tamen in Emphiteuſi ſolita concedi ad 29. annos, ad renouandum, cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ; quia ea tranſit ad quoſcumque hęredes, & propterea ſi alteri in perpetuum concedatur, erit abſq. beneplacito valida, vt ait *Marta in deciſ.* 81. *Rotæ Piſanæ*, & *Riccius in ſua collectanea* 511. *in fin part.* 3. & *Rota in* Rom. *domus veneris* 19. *Apr.* 1630. *coram Durano*.

47 Amplia ſeptimò, quòd vbi alienatio admittitur à Papa, ſi in euidentem vtilitatem, &c. tunc non erit valida, niſi citato Epiſcopo, vel eius Procuratore, veluti fuit

fuit dictum *in Ferrarien. bonorum Luna 16. Iunii 1614. coram Dunozetto, quæ est in prima part. recens decis. 624. num. 4.*

48 Aliàs alienatio alio modo facta, & sic inconsulto Episcopo non tenet, & alienans in pœnam Paulinæ incideret, vt ait *Rosa decis. 896. num. 1. lib. 3. diuers. & dec. 20. de rescrip. in nouis, & in Cortonen. bonorum 28. Mart. 1588. & 9. Iun. eiusdem anni, & 26. Ianuar. 1590. coram Card. Platto, & in Cremonen. aquarum 9. Iun. 1594. coram Card. Arigonio, & in alia Auximiana bonorum 28. Nouemb. 1594. coram Orano.*

49 Et ratio est; quia, quando Papa rescribit, si in euidentem vtilitatem, tunc inducit formam, quæ nõ seruata actus corruit, & sic tali casu Beneplacitum nullum operaretur effectum, vt ait *text. in cap. cum delicta, & ibi DD. de rescrips. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gonzal. cons. 67. num. 2. & Rota in Cortonen. rescissionis locationis 26. Ianuar. 1595. coram Orano, Card. Seraph. decis. 1195. num. 2. & prius decis. 308. & Rot. dicta Rom. domus vener. 19. Apr. 1630. coram Durano.*

50 Extende primò prædicta multò magis procedere, quando in rescripto fuisset apposita ea clausula (vocatis vocandis) quia tunc in obseruatione prædictæ formæ, erit quoque prædictorum necessaria citatio, *c. exhibita vbi Abb. in vltimo notab. de iudic. Cardin consil. 63. in princip. & Rosa dec. 30. de rescript. in nou.*

51 Declara tamen, quòd illa clausula (vocatis vocandis) in alienatione fienda, intelligitur solum de his, qui habent interesse, non autem de illis, qui solum pro solemnitate adhibentur, vt fuit dictum *in Anconitana bonorum Luna 17. Iun. 1577. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 338. num. 3.*

52 Extende secundò, procedere, quando clausulæ prædictæ, esset etiam altera adiecta (si tibi constiterit) *glos. in cap. præsentis in verbo constiterit, Abb. in cap. conquerente num. 9. de restitut. spoliat. Egid. decis. 68. & Card. Seraph. in Maioricen. Legati Veneris 4. Februar. 1583. quæ est in eius impress. dec. 601. num. 3.*

53 Contrarium tamen, quòd scilicet extraiudicialis informatio sufficiat, neque sit necessaria citatio, quando fuit Paulinæ derogatum, & simpliciter fuerit alicui à Papa commissum, vt se informet, ait *Abb. cons. 41. col. 2. vers. quibus verbis lib. 1. Rosa decis. 479. num. 2. & decis. 776 num. 1. part. 1. diuers. & decis. 160. n. 8. p. 2, & fuit dictum in vna Leodien. census 29. Ianuar. 1596. coram Orano, & 15 Ianuar. 1597. coram Corduba. Crescent. dec. 12. de priuil. & Ricc. in collect. 511.*

54 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando Papa dixisset, vocatis vocandis, vel si tibi legitimè constiterit, quia tunc citatio, & Iudicialis informatio requiritur; secunda verò procedit, vbi Paulinę fuit derogatum, vel Papa dixit, quòd quis extraiudicialiter se informet, quia tunc citatio non esset necessaria, sed solum informatio extraiudicialis sufficeret, *cap. exhibita, & ibi Abb. num. 6. de Iudic. & Rota dec. 30. de rescript. in nou. & Dec. cons. 313. num. 2. & Rota in præallegatis decisionibus, & præsertim in dicta Leodien. census 29. Ianuar. 1596. coram Orano, & 15. Ianuar. 1597. coram Corduba, & est quoque doctrina Felyn. in cap. si constiterit num. 5. de accusat.*

55 Et tenendo illã secundã opinionẽ, extẽde igitur eã primò, multò magis procedere, quando Papa iudiciariam cognitionem non contemplasset, vt ait idem *Abb. in cons. 41. lib. 4. & Rota dicta dec. 160. secunda pars. diuers. & Decc. in l. certum nu. 13. C. vndè legitimi, & Rota in dicta Leodien. census 15. Ianuar. 1597. coram Corduba.*

56 Extende secundò eam in tantum procedere, vt propterea sufficiat citatio Rectoris alienantis, licèt ille non compareret, & sic indefensus reperiretur, vt fuit dictum in vna *Romana Casalis 16. Mart. 1567. coram Oradino, & in alia Terdonen. rescissionis contractus 26. Ianuar. 1590. coram Orano.*

57 Extende tertiò, illam procedere, etiãsi solum fuisset præsens Rector, licèt non fuerit citatus, etiam quod citatio esset necessaria pro formã. Et ratio est: quia citatio non fit ad alium finem, nisi vt quis certioretur, vndè sequitur, quòd semel certus, amplius certiorari non debet, & sic ea forma per æquipollens adimpleri potest, vt ait *Iason in l. 1. nu. 25 ff. de*

ff. de liber. & posth. Gabr. de citat. co: clus. 1. num. 396. & Rota in Anconitana bonorum 2. Mart. 1584. coram Bubalo, & in Auximana bonorum 13. Maii 1583. coram de Rubeis, & in Romana domorum 20. Mai i 1582. coram Card. Lancellotto Senior e.

58 Extende quartò, quòd nec etiam requiratur citatio, quando Rector ipse supplicaret Papæ, vt ait *Paris. cons. 115. num. 10 lib. 4. & Rota in dicta Romana Casalis coram Oradino, & in illa Romana domorum coram dicto Card. Lancellotto.*

59 Quod enim subextende procedere, etiamsi adesset (vt superius dictum fuit) illa clausula (vocatis vocandis) quia tunc intelligitur de alijs, qui essent vocandis, & non de ipso Rectore, vt ait *Rota in dicta Romana domorum coram Card. Lancellotto, & in Terdonen. rescissionis contractus 26. Ianuar. 1592 coram Orano.*

60 Declara tamen, quòd illo casu vocationis vocandorum, absentes necessariò non sunt vocandi, (vt superius diximus) & veluti fuit quoque dictum in *Mediolanen. bonorum 21. Maii 1591. coram eodem Card. Lancellotto*, & veluti eodem modo dicitur in aliqua electione, siue præsentatione facienda, ad quam non vocātur, siue citantur illi, qui sunt in eadem Prouincia, vel diœcesi; quia tales absentes, quemadmodū neq. ēt ille esset vocandus, qui debita opera, siue alio affectato modo abesset, vt ait *Rot. per Card. Manticam in sua dec. 188. n. 1. & 3.*

61 Et reassumendo id, quod fuit dictum de alienatione, quæ fieri non potest inconsulto Episcopo, Limita primò, eam non procedere, si alienatio ipsimet Episcopo fieret; quia tunc nil aliud necessarium esset; quia constitutioni id iubenti, tunc satisfactum diceretur, vt ait *Rota per Card. Seraph. in sua dec. 1027. num. 2.*

62 Limita secundò non procedere, si auctoritas Papæ interueniret; quia tunc consensus Prælati, vel Capituli Generalis, siue illius Præsidentis, vel Diffinitorum non esset necessarius, sed tali casu ille omitti posset, vt ait *Rota in Romana Casalis Longezza 22. Maii 1593. coram Card. Seraph quæ est in eius impress. d dec. 1027. nu. 7.* Immò huiusmodi consensus, qui reseruatur ad alienationem auctorizandam, non autem rationem præiudicii, recipit illam tacitam conditionem, quatenus opus sit, vt ait idem *Card. Seraph. ibidem, & dec. 1070. num. 3. & Rot. per Buratt. dec. 394. num 1.*

63 Amplia octauò, quòd licèt alienatio fuerit concessa a Papa, cum illa clausula (si in euidentem vtilitatem) nihilominus ea concessio non valebit, quando Ecclesia, siue Prælatus ipsi contractui stare nollet, sed quatenus ei, tamquam vtili stare velit, tunc solemnitates essent necessariæ, vt ait *Rota decis 262. par. 3. lib. 3. in nou ij. quæ est coram Fabio Vinc. de Franch. in sua decis. 35. Regni Neapol. Put. dec. 310. lib. 1. & decis. 365. lib. 2. & fuit dictum in Perusina rescissionis contractus 24. Febr. & 18. Mai. 1588. coram Card. Blanchetto, & in Rom. domus 4. Decembris 1592. coram Card. Mantica, & prius in Rom. censur 10. Decemb. 1590. coram Card. Mellino, et in Vlixbonen. nullitatis Locationis 1. Iul. 1596. coram Card. Pamphilio, et Riccius in praxi fori Ecclesiastici decis. 7. fere in fin. et faciunt etiam omnes dec. alleg sub n. 1.*

64 Declara tamen quòd numquam dictæ litteræ, si in euidentem vtilitatem, suffragantur, quando alienatio non fit necessaria, vel vtilis, vt ait *Rot. dec 178. par. 3. nouiss.* Immò vtilitas debet esse clara, & indubitata, aliàs illud Beneplacitum Apostolicum expeditum in ea forma, si in euidentem vtilitatem, non suppleret, vt pulchrè ait *Rot. in dec. 544. num. 5. part. 1. in recent.*

65 Amplia nonò, quòd alienatio non valeat, nec dicatur facta in vtilitatē Ecclesiæ, nisi sint specificata bona, quæ vendi debent, & nisi visis bonis illis, per Iudices euidentiales, vt ait *Rota in vna Lucana nullitatis obligationis coram Card. Blanchetto, quæ est apud Marches. de com. miss. in 1. part. cart. 110. num. 1. Idemque ait Rota in dicta decis. 624. num. 2. et 3. in 1. par. rec.* & propterea tali modo facta erit ex prædictis nulla dicta alienatio

66 Contrariam tamen esset, veluti, quando Episcopus concederet licentiam vendendi rem Ecclesiæ minus damnosam, licèt eam non specificaret, nec illius pretium exprimeret, quia etsi Episcopus malè faciat, in nō exprimendo, nihilominus alie-

alienatio valebit, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 776. num. 12. cum aliis ibi allegatis*.

67 Extende hæc secundam opinionem quoque procedere, veluti si esset data licentia de alienandis septem petiis terræ, sed postea in alienatione fuisset dictum de omnibus petiis terræ; quia tunc dicta alienatio sustinetur, sub illo vocabulo, quando tamen constat Ecclesiam non habuisse plures petias in illo loco, vt inferius dicam in ampliat. 13. in versiculo fallit tamen, si licentia, & ibi in fine ampliationis recurras.

68 Amplia decimò quòd nec minus alienatio rei Ecclesiæ facta à Prælato, sine consensu Capituli valet; sed est ipso Iure nulla, veluti fuit decisum à *Rota in vna Montis Regalis Iurisdictionis Lunæ 5. Iun. 1606. coram Penia, quæ est in 1. par. recent. dec. 119. num. 3.*

Declara tamen, quòd alienatio rei Ecclesiæ, sine solemnitatibus facta dicatur ipso in re nulla respectu præsentis status; at secus respectu futuri: quia tunc alienatio stat in pendenti ita vt ratificari possit: si de vtilitate ecclesiæ constet, & propterea hinc fit, quòd talis alienatio non dicatur absolutè ipso iure nulla, aliàs non posset amplius ratificari; quia quod nullum est à principio, tractu temporis convalescere non potest, vt fuit dictum in *Rom. Spolii Mercur. 31. Ian. 1629. coram Coccino Decano*.

69 Extende idem procedere in alienatione bonorum Episcopatus, in qua requiritur consensus capituli, non vti personæ interessatæ, sed solum tamquàm solemnitas, vt ait *Rota per Card. Seraph. in decis. 338. num. 2. cum aliis ibi per eum alleg.*

70 Contrarium licet dicat *Andr. Gaill. in suâ decis. Camer. Imper. 161. in 2. part.* vbi ait indubitati Iuris esse, Prælatum nihil de rebus Ecclesiæ disponere posse, nec quicquam absque Canonicis solemnitatibus alienare: idest tractatu, cõsensu, sigillatione, atque subscriptione Capitulari, & in hoc expressus consensus erit necessarius, & præsertim, si de re magni momenti, siue de perpetua rerum alienatione ageretur.

71 Fallit tamen quando ratificatio Capituli subsequatur: quia tunc dicta alienatio validaretur, vt dicunt communiter Canonistæ in *cap. dilecti de maiorit. & obedient. & præsertim Imol. in 1. notab. vt refert Rota ibi coram Penia*.

Sed hic bonum erit scire, quòd licet omnes de capitulo sint vocãdi, in faciendis huiusmodi ordinationibus, seu mandatis Procuræ, ad illud obligandũ; nihilominus sufficit duas partes, ex tribus interuenire, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 933. num. 2.* & *Rota in Romana seu Caribaginen pensionis Luna 24. Ianuar. 1628. coram Dunozetto* Et ratio ea est; qa duæ partes maiorẽ, & saniorẽ partem constituunt, & præsertim, cum cæteri fuerint vocati; quia tũc, si non venerunt tota potentia capitularis remanet in illis, qui venerunt, ita vt gesta per eos valeat, ac si à toto capitulo gesta fuissent, cum contumacia, & præsertim duorum, actiones capitulationes impedire non valeat; sed tunc solum esset illis imputandum; quia non venerunt, vt ait *text. in cap. vnico C. de cler. agrot. in 6. & ibi glos. in verbo duæ partes, & ibi notat Franch. in §. si vero circa med. in dicto verbo duæ partes Abb. in cap. cum omnes col. fin. de const. & ibi Felin. Put. dec. 283. lib. 3. & ita fuit resolutum à Rota in Argentina coadiutoria veneris 2. Maii 1631. coram Ghislerio.*

Amplia prædicta procedere, etiam si illud mandatum non fecerunt in loco, in quo solebant conuentualiter congregari, sed in alio; quia defectus loci non est reuelans, sed sufficit, vt in aliquo intra septa Monasterii capitulariter omnes, ad id vocati congregentur, quia omnis locus, vbi capitulum est congregatum, dicitur capitularis, dummodo sit honestus; & præcipuè, si in solito fieri non poterit, ob bellum, siue impetum inimicorum, neque istò casu poterit dici consensum in loco capituli nõ fuisse præstitum, cum aliud sit aliquid fieri capitulariter, aliud fieri in loco capituli, vt ait *Card. Seraph. dec. 1347.* & tunc aliquid fuisse conuentualiter, & capitulariter cõcessũ dicitur, qñ id ex assertione notarii deprehenderetur, nomina Monachorum recensendo, vt ait *Gabr. conclus. 2. de fide instr. & ost. d. c. 9. & 29. de procurat. in antiq. allegat in d. Argentina coadiutoria 1631. coram Ghislerio.*

72 Extende prædicta eodem modo procedere

cedere in consensu Rectoris, qui si interueniat, etiam post obtentum super alienatione rescriptum, sufficit, *Seraph. decis.* 1338. *num* 2. qui enim consensus dicti Rectoris, seu Capituli generalis in aliena tione interuenisse præsumitur talis, qualis esse debet ex cursu triginta annorum idem *Seraph.* 1027. *num.* 9.

73 Amplia vndecimò, quòd pari modo alienatio rei Ecclesiasticæ à capitulo facta, sine Episcopi consensu, non valet, veluti fuit decisum in *Calciaten. Decimarum Veneris* 20. *Iun.* 1624. *coram Dunozetto, quæ est in* 1. *part. recent. decis.* 625. *num.* 1.

74 Extende primò idem procedere, etiã in quacumque alienatione, licèt modici valoris, in qua consensus Episcopi est necessarius, vt ait *Maceraten. var. resolut. resol.* 50. *num.* 42. *lib.* 1. vbi alios allegat, neq. authoritas Vicarii, aut alterius officialis sufficit, vt ait *Cappll. Tholos. dec.* 97. *Ioan. Corseti.*

75 Extende secundo, quòd neque alienatio valet, ex causa reductionis censuũ, ex causa sterilitatis, vel refectionis meliorамentorum, etiamsi esset obseruata per 30. annos, vt ait *Rota in Mediolanen bonorum* 5. *Mart.* 1597. *coram Card. Seraph.*

76 Extende tertiò, quòd neque etiam alienatio rei Ecclesiæ, per Monachos facta, sine Episcopi authoritate sustineatur, vt ait *Alex. in Auth. hoc ius porrectum num.* 17. *C. de Sacrosanct. Eccles.* & *Rota in Romana Casalis Veneris* 27. *Maii* 1594. *coram Card. Seraph.*

77 Fallit tamen primò in alienatione facta à Guardiano, & Fratribus capitulariter, sed de licentia Generalis, vt fuit decisum in *Ianuen. Veneris* 26. *Iun.* 1616. *coram Card. Lancellotto quæ est apud Marches. in* 1. *par. tom miss. car.* 117.

78 Fallit secundò, si alienationes factæ per Canonicos, vel Conuentum absente Præpositio, vel Abbate, & vt etiam dicitur de ea facta ab Episcopo, sine cõsensu Capituli, quã sint vtiles Ecclesię, vt ait *Pileus in sua quæst.* 106. *Io. Andr. in addit. ad specul. tit. Sede vacante in rubrica Alber. in Auth. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. Eccles. & Rota in Mediolanen. bonorum* 21. *Maii.* 1581. *coram Cardin. Lancellotto Iuniore, & in Romana Casalis* 27. *Maii* 1594. *coram Cardin. Seraph. qua est in eius impress. decis.* 1080. *& prius in Auximana bonorum* 1. *Februar.* 1580. *coram eodem.*

79 Et ratio, est quia iste consensus potius reseicit solemnitatem, quàm substantiam actus *Abb. in cons.* 41 *num.* 3. *lib.* 1. *& Rota in dicta Auximana bonorum coram Card. Seraph.*

80 Extende igitur multò magis procedere, quando esset postea confirmata à Sede Apostolica; quia per eam confirmationẽ omnes solemnitates Episcopales, siuè similes supplentur *Abb. cons.* 41. *num.* 3. *vers. item omnis solemnitas, Redoan. de rebus Ecclesiæ quæst.* 63. *num.* 18. *Dec. cons.* 341. *num.* 12. *Gabr. cons.* 71. *num.* 10 & 13. *lib.* 2. *Surd. cons.* 245. *num.* 39. & *cons.* 249. *num.* 9. *lib.* 2. *& fuit dictum à Rota in decis.* 479. *nu.* 1. *part.* 1. *diuers. & Card. Seraph. decis.* 1307. *num.* 1. *& prius in dec.* 338. *num.* 4.

81 Et qui dicit alienationem confirmatam non fuisse vtilem, id clarè probare tenetur, & eò magis si obseruantia subsecuta per 30. annos extet, vt ait *Rota dec.* 221 *par.* 4. *nou. coram Card. Pamph.*

Quamuis secus esset si euidenter constaret alienationem fuisse Ecclesiæ damnosam, & commissarius cui fuit huiusmodi cognitio directa formam commissionis non obseruasset; vt fuit dictum in *Rom. domus Ven.* 13. *Apr.* 1630 *corã Durano*, secus verò absolutè venit, dicendũ de alienationæ rei Ecclesiæ facta auctoritate, q̃ alienãs authorizare non potest, sine speciali mandato sui ordinarii *Bero. cons.* 83 *num.* 7 & 17. *lib.* 1. *& fuit ita resolutum à Rota in Placentina domus* 5. *Decembris* 1629 *coram Coccino, vbi allegatur alia decisio in Cremonen. bonorum.* 9. *Febr.* 1607. *coram Card. Lancellotto.*

82 Amplia duodecimò illud, quod fuit dictum circa necessaria in alienatione rei Ecclesiæ adhiben. procedere etiam in transactione; q̃a cũ ea est alienationis species, propterea eisdem regulis censenda venit *Bart. & alii in l. nulli de transact. Abb. in cap. contingit eodem tit.* & sæpissimè fuit decisum à *Rota*, & *signanter in Auersana tenimenti* 27. *Iunii* 1583. *coram Rubeo, & in dicta Calciaten, Decimarum coram Dunozetto, & prius in Mediolanen. rescisionis permutationis Ven.* 20. *Ianu ar.*

Ianuarii 1597. *coram Card. Pamphilio qua est apud Marches. in p. 1 de commiss. cart.* 112. *num.* 1. *& dec.* 596. *in* 4. *par. nouiss. coram Iusto, & Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 846. *num.* 6. & 7.

83 Fallit tamen quando transactio de re Ecclesiæ fuisset facta, ob dubium litis euentum, quia tunc valet, etiam non probata vtilitate Ecclesiæ, nec solemnitatibus adhibitis, & propterea videmus etiam, quòd transactio facta à maiori parte Capituli, ab omnibus facta censetur, quando est vtilis Ecclesiæ, & tunc demique vtilis præsumitur, quando à maiore parte fuit facta, quod procedit etiam, quod actus iure singulari spectet, & præcipuè, vbi argeretur de recedēdo à lite, habito etiam respectu ad illius dubium euentum, & propterea hinc fit, quòd transactio facta, post rem iudicatam valet, quando, ex pluribus nullitatibus oppositis, ea offuscata redderetur, vt benè fuit deductum *in Burgen. praeminentiarum vener.* 14. *Ianuar.* 1611. *coram Coccino Auditor. cons.* 136. *circa med. versic. item etiam Angel. in l. Imperatores num.* 2. *ff. de pactis Dec. cons.* 474. *nu.* 9. *Gemin. cons.* 129. *sub num.* 3. *Aym. cons* 151. *nu.* 26. *Rol. cons.* 15. *num.* 51. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 1. *de transact. & decis.* 5. *de locat. Rota in Nullius Castri Montis Portii* 1580. *coram Orano. qua est dec. diuers.* 582. *par.* 1. *vers. minus obstat.*

84 Secus autem si super re clara, & super gratuita pactione fieret transactio, siue super re diuersa à lite, quia tunc absque solemnitatibus non valeret *Rota dicta decis.* 582. *Aym. cons.* 323. *num.* 1. *&* 2. *Gemin. cons.* 124. *num.* 4. *Abb. in cap.* 1. *num.* 5. *de deposit. Federic. cons* 94. Veluti quoque solemnitates prædictæ essent necessariæ in transactione, super re Ecclesiastica, quamuis penes tertium reperiretur, cum quo fit transactio si tamen agatur, vt penes illum ea res remaneat, licèt etiam Ecclesiæ aliquid pro dimissione solueretur, vt fuit dictum à *Rot. per Gregor. dec.* 418. *num.* 17. *Gra. lib.* 3. *discept c.* 476. *nu* 16. *& cap.* 486. *num.* 12. *& ita fuit quoque dictum in Bononien. transactionis* 14. *iun.* 1628. *coram Ghislerio, & per Coccin. dec.* 301. *num.* 1. *& per Veral. dec.* 106. *num.* 3. *par.* 1. *& dec.* 318. *par.* 3. *& per Buratt. dec.* 690. Secus autem, quando bona Ecclesiæ penes eam remanerent, & non alteri darētur; quia tunc prædicta alienatio sic facta, per transactionem valeret, etiam si Ecclesia aliquid ad fauorem transigentis daret, vel faceret, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dicta decis.* 690 *& alii doctores allegati per addent. sub lit. B. & Rot. in Toletana iurispatronatus* 26. *Febr.* 1627. *coram Coccino Decano, & in Papien. bonorum* 13. *Mart. eiusdem anni* 1627. *& in Rom. spolii* 31. *Ianuar.* 1629. *coram eodem & tandem in Romana haereditatis de Capuzucchis* 10. *Iunii* 1630. *coram Queipo.*

85 Subamplia prædicta quoque procedere in impositione census, super re Ecclesiæ, quæ vti species alienationis requirit solemnitates, iustam causam, & beneplacitum Apostolicum, vt ait *Rota apud Cenc. de censibus decis.* 28. *num.* 3. & *decis.* 40. *num.* 5. vbi ait eum non posse imponi, sine iusta causa, & *Rota ibidem apud Cencium dec.* 77. *n.* 2.

86 Licet secus esset, quando dicta impositio census nulliter facta, ab Ecclesia fuisset approbata, quia tunc ea amplius nulla dici minimè poterit, vt ait *Rota ibi sup. apud Cenc. dec.* 29. *n.* 5.

87 Declara, quòd isto casu eædem solemnitates requiruntur, quæ in ipsa alienatione sunt adhibendæ, vt ait *Gratian. lib.* 5. *cap.* 981. *num.* 44.

88 Subamplia secundò procedere, etiam in permutatione bonorum Ecclesiæ, vbi requiritur Beneplacitum Apostolicum, & solemnitates, prout in alienatione, vt ait *Rota in Romana Palatii* 15. *Mart.* 1604. *coram Card. Pamphilio.* Veluti in simili dicitur de permutatione rei emphiteuticæ, in qua consensus directi domini est necessarius veluti dixi in *concl.* 86. *sub num.* 174.

89 Subamplia tertiò, idem etiam procedere in reemente censum à Rectore, qui nisi curet reinuestimētum illius pecuniæ de nouo, liberatus non censetur *Amat. decis. Marchiæ.* 50. & *Marta in sua compilat. decis. in verbo Alienatio cap.* 27. *tom.* 2.

90 Subamplia quartò idem habere locum in alienatione Patrimonii, ad cuius titulum, quis fuerit ordinatus, quæ fine licentia Episcopi fieri non potest iuxta *Concil. Trident. in sess.* 21. *cap.* 2. *de reformat.*

reformation Et ratio est, ne Clericus cum ordinis dedecore, mendicare siue aliquem sordidū quæstum, exercere cogatur *text. est in cap. Diaconi sunt 93. dist. cap. neminem*, & *cap. Sanctorum 70. dist. cap. 2.* & *cap. Episcopus cap. tuis de praben. Salced. in prax. crim. Bernard. c.* 18 *num. 3. Vgolin. de irregularit. c. 61. n. 1.*

Quod tamen declara verum, quando tunc temporis non haberet vnde viuere posset; at secus, si haberet: quia eo casu illud Patrimonium etiam sine licentia Episcopi ordinatus ad illud alienare posset, & ratio, est quia potest euenire casus est necessitas per quam non posset ordinatus impedire ab Episcopo ne illud alienetur etiamsi aliundè non haberet vnde viuere posset, vt ait *Garz. de benef. c. 5. p. 2. n. 184. & seq.* quicquid dicāt alii contrariū tenentes, & præsertim *Bursat. cons. 178. num. 55. lib. 2.*

91 Causa enim legitima istius alienationis ea esset, si verbi gratia ordinatus vel eius parentes essent hostium captiui, vel si Pater aut Frater Clerici essent, ob aliquod delictum pęna mortis afficiendi, siue si eius sororis immineret periculum amittendi honestatem, nam ex his causis iniustè dicta alienatio denegaretur, quia tunc Episcopus esset securus, ne ei vmquam alimenta præstare teneretur, veluti esset, si ex non iusta causa ei alienationem Patrimonii concederet, vt optimè ait dictus *Garz. in prædict. loco num. 188. & 189.*

92 Amplia decimotertiò idem procedere in locatione vltra triennium, quæ solemnitates solitas adhiberi requirit, iuxt. *extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan. Rota in Senen. prædii* 8. *Oct.* 1584. *coram Card. Pamph. & pulchre ait Bec. in suo cons. 92.* & *Bero. in cons. 8. nu. 9. lib. 3.*

93 Extende id etiam procedere in Prælato registratore, vt ait *d. extrauag. Ambitiosæ, & Rota ibi coram Card. Pamph.*

94 Fallit tamen primò in Locationibus Casalium, quæ non singulo anno, sed de triennio, in triennium fructus afferunt, vt ait *Rota in vna rescissionis contractus* 28. *Nou.* 1580. *coram Clem.* 8 vbi habetur quod extrauag. illa Pauli Secundi in ea Parte, in qua prohibet Locationes vltra triennium non est vsu recepta respectu locationum Casalium districtus Vrbis Romanæ, vel saltem interpretaur, quòd illud triennium de iure intelligatur de illis rebus, quę singulis annis fructuum afferunt, secus verò, quando fructus colliguntur de triennio in trienaium, quia tunc intelligitur de tribus recollectis, & sic de nouem annis, vt ait *Conar. et alii allegati à Rota in d. Romana rescissionis contractus coram Clem. 8.*

95 Fallit secundò dicta ampliatio vbi Paulina non esset vsu recepta, vt fuit dictum in *Lauden. bonorum* 8. *Iun.* 1588. *coram Gypsio.* vbi loquitur de alienatione cum licentia Generalis Montis Oliueti *Riccius in collect. 511. par. 3.*

96 Sed nota tamen, quòd ea præsumitur vsu recepta, vt fuit dictum in *Brixien. Locationis* 5. *Decembris* 1599. *coram Penia* & *Benintend. dec. 13. num. 9.*

97 Et licèt contrarium dicat *Mobedan. in sua decis. 6.* tamē Rota *ibi coram Penia decidit dictam decisionem Mobedan. non esse attendendam*

98 Sed an istæ solemnitates sint necessariæ in translatione Canonis, siue in affrancatione, videnda est decisio in causa *pratensi deuolutionis* 10. *Mart. et* 10. *Maii coram Card. Mellino Socin. in l. 1. §. Item acquirimus num. 18. & 19. ff. de acquir. poss. Tiraquel de leg. connub. glos. 5. num. 198.*

99 Et in omnem euentum, nota, quòd alienatio in vim pacti de affrancando dicitur necessaria, & non voluntaria, vt ait *Cyr. Senarb. decis. 1080. in fin.*

100 Extende secundò dictam ampliationem procedere, quandò locatio rei Ecclesię esset facta durante prima locatione, quia tunc nòn valet, vt ait *Lap. alleg. 12. num. 1. Alex. cons. 165. num. 1. Iason. cons. 94. num. 2. lib. 1. Becc. cons. 92. nu. 1 & Borgn. dec. 43. nu 6. lib. 1.* & *Rota in Albanen. minuta* 27. *Nou.* 1591. *coram Orano.*

101 Declara tamen illud procedere, si dicta locatio fieret ante primam finitam, per viam nouę concessionis, secus si per viam prorogationis, vt ait *Ruin. cons. 116. num. 1. & 4 lib. 1.*

102 Extende tertiò dictam ampliationem adeò esse veram, vt si locatio fiat vltra tempus permissum tunc neque pro tēpore permisso sustinetur, vt ait *Borgn. decis. 43. numero 45. Afflict. decis. 107. num. 2.* & *alii allegati à Rota in dicta*

Bri-

Brixien. locationis 5. *Decembris* 1599. *coram Penia.*

103 Contrarium tamen prædictæ extensioni tertiæ procederet, veluti, si essemus in re solita concedi ad tertiam generationem; quæ si concedatur vltra tertiam, concessio valet, vsque ad tertiam, licèt quoad alias non valeret, vt, ait *Castren. in auth. qui rem, in fin. & ibi Dec. num.* 22 qui de communi testatur, & *Cagnol. num.* 60. qui idem firmat de communi, C. *de sacrosanct. Eccl. ſ. Curt. Iun. de feud. par.* 1. *quæst.* 6. *num.* 11. *Paris.* §. 41. *quæst.* 10. *num.* 43. & ibi de communi testatur, & *Rota in Vlixbonen.* 2. *Iun.* 1567. *coram Sarmiento*, & *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 23. *glo.* 1. *num.* 12. & *de retract. conuent. in fin. nu.* 145. & *seqq.*

104 Licèt contra huiusmodi opinionem teneat *Angelus in* §. *emphiteusim, num.* 17. *Authen. de non alienand.* & *Iason in dicta authent. qui rem, num.* 21. *vers. Ego teneo, & Tiraquel. de retract. lignag.* § 23. *glo.* 1. *num.* 13.

105 Sed tenendo dictam primam opinionem, vbi habetur contractum in totum corrui, extendi eam procedere quoque, in locatione ad longum tempus facta, quæ si fiat vltra tempus permissum in totum vitiatur, vt fuit dictum in *Brixien. locationis* 5. *Decembr.* 1594. *coram Penia, & in eadem* 17. *Maii* 1595. *coram Orano, & coram eodem in Montis falisci spolii* 18. *Marc* 1596. & ibi loquitur de bonis Religionis Hierosolymitanæ.

106 Quòd eò magis subextende primò procedere, quando constat contrahentes pro minori tempore non fuisse contracturos, aliàs actus operaretur vltra intentionem agentium, quod esset contra *text. in l. non omnis, ff. si cert. petat. vt dicunt Doctores allegati in illa Romana locationis* 21. *Maii* 1593. *coram Cardin. Blanchetto.*

107 Subextende secundò, eò magis procedere, si locatio fieret pro toto tempore, sub vna tantum pensione; quia tunc vitiatur in totum, nec pro tempore permisso sustinetur, vt fuit dictum in *Melphiten. & Rapbolen. fructuum* 19. *Ianuar. & 9. Februar.* 1582. *coram Cantuccio, vt in dec.* 709. *num.* 6. *par prima diuersor*

108 Subextende tertiò, quando in alienatione esset reseruatum Beneplacitum Apostolicum, cum clausula [non aliàs, nec aliter, nec alio modo,] quia tunc eo non obtento, contractus vitiatur in totum, vt fuit dictum in *Romana locationis* 21. *Maii* 1593. *coram Card. Blanchetto:*

Et ratio est; quia licèt Beneplacitum Apostolicum in contractu simpliciter requisitum, intelligatur quatenus sit necessarium, vt ait *Put. decis.* 44 *in fine lib.* 2. & *Card. Seraph. dec.* 1027. *num.* 7. & *dec.* 1319. *num.* 2. *Rot. decis.* 519. *nu.* 3. *par.* 1. *diuers* & *dec.* 404. *num.* 6. *par.* 2. *in recent.* Nihilominus id fallit, quando adest illa clausula [non aliàs, non aliter, nec alio modo] quia tunc illud esset obtinendum, etiam, quòd aliàs non fuisset necessarium, vt fuit dictum à *Rota in Aretina Cappellaniæ Mercur.* 16. *Ianuar.* 1619. *coram Buratto.* Et ratio est, quia illa clausula in tantum operatur, vt propterea illa forma ad vnguem sit seruanda, vt fuit dictum in vna *Aueniouen. donationis* 29. *April.* 1619. *coram Manzanedo, & Rota decis.* 650. *in fine par. prima diuers. Ossasch. dec.* 165. *num.* 13. & *Rota per Gregor. dec.* 191. *num.* 1. & *ibi per adden.* & *in Papien. bonor.* 12. *Maii* 1628. *coram Coccino* Aliàs contractus corrueret ex defectu consensus: quia eo ipso quòd Beneplacitum cessat, ille quoque cessare censetur, tanquè illi correspectiuum, vt ait *Rota in decis.* 428. *num.* 6. & 7. *par. prima recentior.* Et in istis terminis reseruationis Beneplaciti, hoc modo fuit dictum in *Treueren. bonorum* 15. *Mart.* 1621. *coram Archiepiscopo Seleucien.*

109 Subextende quartò, procedere, quando alienatio fuisset concessa in emphiteusim, sed postea res fuisset data in perpetuum; quia tunc alienatio saltem non sustinetur in perpetuum. *Abbas consil.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. *Gozadin. consil* 73. *num.* 2. *Card. Seraphin. decis.* 1195. *num. primo, & decis.* 1235. *eodem num.* 1.

110 Sed si dubitati contingat, an facultas data alienandi, sit concessa

vno, vel altero ex prædictis modis, tunc erit recurrendum ad supplicationem, non autem ad instrumentum, vt ait *Rota in Senen. prædij 28. Aprilis 1589. coram Card. Seraph.* & *in eadem 7. Maij 1590. coram G ipsio.*

111 Subextende quintò, quòd si fuerit dictum in gratia, si in euidentem &c. quod fieret specificatio bonorum, tunc si ea non fiat alienatio corruit, nec minus cõfirmatio suffragaretur, vt ait *Rota in Cortonen. rejectionis locationis 26. Ianuar. 1590. coram Orano, & in Nouarien. Decimarum 14. Octobr. 1592. coram eodem*, & *15. Maij 1593. coram Card. Blanchetto*, & *in Cremonen. Aquarum 9. Maij 1594. coram Card. Arigonio*, & *in Romana Domus Vener. 19. April. 1630. coram Durano.*

112 Sed in casu in quo esset necessaria confirmatio, tunc non valet, si illius instrumentum non exhibeatur, vt ait *Rota in dicta Cortonen. rejectionis locationis coram Orano.*

113 Fallit tamen, si verbi gratia, licentia fuisset data de alienandis septem petijs terræ, & postea in alienatione fuisset dictum de omnibus petijs terræ: quia tunc ea sub eo vocabulo tenet, si tamen Ecclesiam non habuisse in illo loco plures petias constaret, vt ait *Rota in Bononien. bonorum de Morano 16. Iun.* & *20. Nouembris 1595. coram Card. Mellino*, & *in eadem 27. Maij 1596. coram Card Arigonio.*

114 Fallit secundò, quando venditio esset facta, cum licentia Episcopi vendendi rem Ecclesiæ, minus damnosam: quia tunc, etiam si eam non specificet, nec illius pretium exprimat; nihilominus alienatio valebit, quamuis Episcopus malè fecerit in non exprimendo, vt ait *Grat an. lib. 4. disceptat. cap. 766. num 12.*

115 Subextende sextò, idem procedere, quando probaretur defectus causæ alienationis: quia ille redderet nullam interpositionem decreti, super alienatione facti, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 508. num. 3.* & *4.*

116 Amplia decimoquartò, quòd alienatio rei Ecclesiæ facta, vltra facultatem concessam erit nulla: quia limitata causa producit limitatum effectum, vt ait *Paris. consil. 85. num. 45 lib. 1.* & *Rota in Lucana bonorum 29. Mart. 1610. coram Card. Pamphilio.* & *in alia Lucana bonorum Lunæ 11. Februar. 1613. coram eodem, quæ est in secunda par. recen. dec. 430 num. 2.*

117 Vndè ex hoc infertur, quòd si fuerit facta alienatio à procuratore Capituli, qui fines mandati excessit, erit nulla, vt fuit dictum in *Cortonen. Bonorum 28. Mart. 1588. et 9. Iun. 1589. coram Card Plato.*

118 Amplia decimoquintò, quòd veluti vtilitas, de qua supra diximus, debet esse euidens, clara, & indubitata: ita vt Ecclesiæ cõditio fuerit facta melior, & locupletior, vt fuit dictũ in *Rom. Domus Vener. 19. Apr. 1630. coram Durano.* Ita etiam, quãdo alienatio deberet fieri ex causa necessitatis; quia ea non solum debet esse præcisa, sed debet aliundè, etiam, quàm per instrumentalem, enunciationem, & partium assertionem probari, vt ait *Rota apud Cenc. de censib. dec. 27. n. 4. & 5. et dec. 28 n. 5. et decis. 36. nu. 9. & decis. 37. num. 6.* & *7. Guidopap. in sua decis. 152.* & *Rota in Nullius Castri Montis portis 9. Maij 1580. coram Brauo, quæ est dec. 65. par. secunda diuersor.* & *in Romana inualiditatis census 24. Maij 1591. coram Card. Pamphilio.*

119 Subamplia, quod immò versio, siue causa vtilitatis deberet esse perpetuò duratura; licèt tamen sufficiat eam talem à principio apparere, quamuis pòstea ea non duret, & causa diceretur vtilis, quando stabilia emerentur, siue quando pecuniæ erogarentur pro alimentis, & vestibus monachorum, aut in solutione debitorum, & similibus, vt ait *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 45. num. 6.* & *7. cum ibi allegat.*

120 Vndè ad id erit notandum, quòd si alienatio rerum Ecclesiæ ab initio vtilis appareat, postea nulla non redditur, ex eo, quòd pretium in illius vtilitatem fuisse versum non doceatur, nec per consequens emptor amplius versionem probare tenetur, vt dicunt communiter *Doct. in cap. 1.* & ibi *Bart. col. 4. vers. Oppono 2.* & ibi latè *Imol. tit. de depositi,*

Dec.

Dec. consil. 36. num. 8. & consil. 330. num. 3. Crot. consil. 4. num. 6. lib. 1. Aretin. in l. Ciuitas num. 6. ff. si cert. pet. Menoch. cons. 376. num. 12. lib. 4. & *Rota in Anconitana Terrarum Vener. 13. Jun. 1578. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 366. num. 1. & in Romana deuolutionis domus de Przzonibus 17. Nouembr. 1581. coram Rubeo,* & *est decis. 162. lib. 2. diuers.* & *in Pisana bonorum 8. April. 1585. coram Vicecomite,* & *in Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram de Rubeis,* & *in eadem 25. Nouembr. 1585. coram Robusterio,* & *in Volaterana bonorum 28. Nouembr. 1586. coram Cardinali Blanchetto,* & *in Romana Casalis 7. Iun. 1591. coram Gipsio,* & *in Florentina bonorum 7 Maii 1590. coram Card. Pamphilio,* & *in Romana Casalis 7. Iunii 1590. coram Gipsio.*

121 Extende idem procedere, quando pretium illud fuit actualiter depositatum, vt ait Dec. *consil. 36 sub num. 8.* & Rota *in dicta Anconitana terrarum 13. Nouembr. 1577 coram Card. Seraph quæ est in eius impress. dec. 349. & in Florentina bonorum 7. Maii 1590. coram Card. Pamphilio*, & ibi habetur, quando dicatur factum actuale depositum, & in alia Romana *census 27 Iunii 1590. & 26. Ianuar. 1591. coram Bubalo.*

122 Animaduertendo tamen, quòd ex pluribus dicta vtilitas ad fauorem Ecclesiæ præsumi potest, & præsertim ex confirmatione executorum, & commissariorum Apostolicorum; quia tunc Ecclesia ad illius rescissionem agere non poterit, nisi de non illius vtilitate doceat; licèt secus, quando Commissarius non processisset, iuxta formam suæ commissionis; quia tunc cum agatur de solemnitate extrinseca, igitur ille, qui contrahit cum Ecclesia, illius vtilitatem probare tenetur, vt ait *Rota per Seraph. decis* 1073. & vltimò loco ita fuit decisum in *Romana domus Vener. 19 April. 1630. coram Durano. Et Rota per dictum Card. Seraph. in decis. 1125. num. 1. & dec. 479. num. 1. parte diuersor. Surd. cons. 249. num. 12.* & *Rota decis. 684. num. 1. parte secunda in recentior.*

122 Et ideò magis procederet si in ea alienatione debitæ solemnitates, siue Beneplacitum Apostolicum interuenissent, vt ait *Capicc. dec. 16.* & *Rota dec. 479. par. prima diuersor. Card. Seraph in decis. 143.* & *in Pisana bonorum 13. Maii 1585. coram Rubeo, & in eadem 15. Nouembr. eiusdem anni coram Robusterio,* & *in dicta Volterana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Card. Blanchetto,* & *in Romana deuolutionis domorum 26. Mart. 1590. coram Card. Pamphilio.* & *in Florentina bonorum 7. Maii 1590. coram eodem,* & *in Romana Casalis Turricella 29. Apr. 1594. coram Card. Seraph.* & *in Bononien. bonorum de Morano 16. Iun. 1595. coram Cardin. Mellino, & 20. Nouembr. 1595. coram Card. Arigonio,* & *in Mediolanen. bonorum 20. Ianuar. 1597. coram Card. Pamphilio. & Gregor. XV. decis. 113. num. 11. in addit.* & *Rota per Coccin. dec. 391. num. 2.* & *Rota in d. Romana domus 1630. coram Durano.*

124 Extende id, in tantum valere, vt propterea dicenti alienationem esse Ecclesiæ læsiuam, onus probandi læsionem, vel non euidentem vtilitatem incumbit, vt ait Rota *in d. Mediolanen. bonorum coram Card. Pamphilio, & coram eodem in Romana deuolutionis domorum 26. Mart. 1596. & decis. 28 num. 3. par. 1. diuersor.* & *Rota in aliis prædictis Decisionibus.*

125 Extende secundò, idem procedere, quando alienatio esset confirmata; quia tunc si Rector dicat causas fuisse falsas, ei onus probandi incumbit, vt ait *Rota in Bononien. S. Apollinaris 28. Mart. & 9. Iun. 1586. coram Orano, & Card. Seraph. dec. 1073. num. 1 & dec. 1125. num. 1.*

126 Declara tamen primò, quòd licèt dicta vtilitas Ecclesiæ, ex illa confirmatione executorum, & Commissariorum Apostolicorum, præsumatur in dubio, tamen id pluribus modis cessare potest, & primo, quãdo de contrario, & presertim ex actorum inspectione apparebit; Imme ad hoc, vt de in obseruantia formæ commissionis appareret, sufficit, quòd de illius obseruantia in actis non appareat, vt ait *Honded. qui plures allegat in consil. 37. n. 15. lib. 2. & Card. Seraph. in*

& veluti dixi in Conclus. 47. *sub nu.* 36.

19 Fallit secundò, ante consummatum actum, veluti ante beneplaciti consecutionem; quia tunc pœnitentiæ locus erit, idem *Card. Mantic. in sua decis.* 201. *num.* 2. Quinimmò id fieri potest, etiam Ecclesia inuita, vt ait *Tiraquell. de leg. connub. glo.* 8. *num.* 88. *cum aliis per Pinell. lib.* 1. *par.* 3. *vers. hic tamen*, C. *de bon. matern.*

Et veluti eodem modo dicitur ad effectum euitandæ caducitatis, ob alienationem alicuius rei alienari prohibitæ, quando alienans transactionem, & sic actum prohibitum reuocaret, antequam ex aduersò opponeretur; quia tunc saltem de æquitate tolleratur, & maximè, quãdo rei traditio nõ fuisset secuta, vt ait *Grattan. lib.* 5. *disceptat. cap.* 949. *num.* 12. *cum aliis ibi per eum allegatis*.

20 Fallit tertiò, vbi Ecclesia vellet pro parte approbare contractum, & pro parte non; quia tunc id facere non potest; sed aut in totum alienationem dicere nullam, aut in totum eam approbare debet, vt latè ait *Couarruu. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *sub num.* 5. & ita fuit dictum in vna *Placentina decimarum* 2. *Iun.* 1586. *coram Bubalo*, & *Rota decis.* 283. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

21 Amplia secundò, quòd neque absque causa, & solemnitate dicta alienatio permittatur, veluti sub eo prætextu, quòd res alienata fuisset eodem tempore acquisita Ecclesiæ; quia sufficit, quòd temporis momento in eius dominio stetisset, vt fuit decisum in dicta *Lucana bonorum coram Card. Pamphilio.*

22 Contrarium licèt videatur tenuisse *Rota in Romana Domus in Burgo* 11. *Decembris* 1580. *coram Card. Blanchetto*, & in alia *Romana* Domus *de tribus Montibus* 29. *Octobris* 1582. *coram Aldobrandino, postea Clemente VIII.* & *in Mediolanen. bonorum* 18. *Mart.* 1586. *coram Iusto.*

23 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando sumus in acquisitione rei Ecclesiæ facta, quæ licèt postea incontinenti alienetur; nihilominus solemnitates sunt necessariæ; quia id ex duobus actibus separatis euenire diceretur, vt ait *Phanuc. de Lucro dotis, gloss.* 8. *num.* 18. *Franch. decis.* 14. *num.* 26. *Peregrin. decis.* 30. *lib.* 2. *allegat. à Rota in dicta Mediolanen. coram Card. Pamphilio.*

Secunda verò procedit, quando acquisitio resultaret, ex actu instanti, qui fit ad renunciandum; quia tunc ea vti momentanea in consideratione non est habenda, *Franch. dicta decis.* 14. *num.* 15. *Put. decis.* 519. *lib.* 2. & *Rota in Romana Domus in Burgo* 11. *Decembris* 1580. *coram* Card. *Blanchetto.*

24 Iterum concorda, quòd prima opinio procedat, quando, vtputa Ecclesia hæreditatem adiret animo perpetuæ acquisitionis, & tunc in eius alienatione solemnitates essent necessariæ. Secunda verò procedit, quando adiuit, sed animo cedendi statim, & alienandi, & sic in casu momentaneæ possessionis, quæ in consideratione non habetur, & vti talis solemnitates non requirit, vt dicunt *Socein. consil.* 53. *seu* 54. *num.* 27. *lib.* 4. *Natt. consil.* 441. *num.* 20. *lib.* 2. *Roland. consil.* 15. *num.* 24. *lib.* 1. *Franch. dicta decis.* 14. *num.* 25. *& seqq. Phanuc. ibi supra*, *Peregrin. dicta decis.* 30. *lib.* 2. *& Rota in dictis Mediolanen. coram Iusto, & Pamphilio*, & in illa *Romana de tribus Montibus coram Clemente Octauo.*

25 In summa concludendum est, quòd dictæ solemnitates sint necessariæ, quãdo fit alienatio alicuius rei Ecclesiæ incorporatæ: secus verò, quando ageretur de repudiatione acquirendorum, & non adhuc Ecclesiæ incorporatorum, veluti firmant Doctores allegati in *Mediolanen. bonorum* 18. *Martii* 1596. *coram Iusto*. & in eadem 7. *Febr.* 1597. *coram Card. Pamphilio, & prius in dicta Romana Domus de Tribus Montibus* 29. *Octob.* 1582. *coram Clemente Octauo*, & in alia *Romana Domus in* Burgo 11. *Decembris* 1580. *coram Card. Blanchetto.*

26 Et tunc res dicuntur incorporatæ Ecclesiæ, quando per officiales deputatos, ad id fuit descripta res in libro Mensæ, aut hoc fuit declaratum per Prælatum, *Guidopap. quæst.* 154. *Abbas in*

cap.

cap. vt super, & in cap. 2. vbi Card. q. 12. de feud. Ancharan. Menoc. & alii alleg. in Mediolanen. bonorum 23. Ianuar 1593. coram Orano, & Bellon. in sua decis. 91.

27 Et ratio prædictorum ea est; quia Prælatus potest suæ Ecclesiæ præiudicare in acquisitis, ante acceptationem; secus autem postea, siue loquamur in acquisitis tacitè, siue expressè, vt ait *Franch. in cap. 1. num. 23. Limitat. 11. de reb. Eccles. non alienandis*, *Rebuff. de alienat. rer. eccles. num. 30.* & *Rota in vna Mediolanen. legati 27. Ian. 1594. coram Giffio*.

28 Extende idem procedere, etiam, quando alienatio esset facta pro maiori pretio, quàm res valeat; quia tunc licèt ea ad fauorem Ecclesiæ teneat, tamen potest Prælatus ad fauorem emptoris læsi bonam fidem agnoscere, & ab ea alienatione recedere, vt fuit dictum in *Pisana bonorum 2. Decembris 1585. coram Orano*.

29 Amplia tertiò, quòd eadem solemnitas requiratur in constitutione Procuratoris, ad alienandum, quæ requiritur in alienatione bonorum, aliàs mandatum esset nullum, vt fuit decisum in *Romana Casalis longhezza 17. Mart. 1594 coram Card. Seraph. quæ est in eius impressi dec. 1080. num. 2.* & veluti dixi in sequenti Conclusione *sub num. 184.* & ibi multa in hoc puncto notanda inuenies.

30 Sed ad id notandum erit, quòd si postea alienatio fiat à procuratore fines dicti mandati excedente, erit nulla, vt fuit dictum in *Cortonen. bonorum 28. Mart. 1588. coram Card. Platto*. & *in Perusina reiectionis contractus 28. Mart. 1588. coram Comitulo*, & *in dicta Cortonen. bonorum 9. Iun. 1589. coram Card. Platto*, & pulchrè ait *Riccius in sua Praxi fori Ecclesiastici in decis. 19. num. 1.*

31 Extende, quòd tunc, nec etiam ratificatio istius alienationis induci potest ex scientia Fratrum, vel Canonicorum, sed requiritur etiam illa Capituli, *Abb. & alii Doctor. in cap. 1. & in cap. continebatur de his quæ fiunt à Prælat. & Rota in dictis Cortonen. bonorum 17. Mart. 1588. & 26. Ianuar. 1590. coram Card. Platto, & in alia Romana Domus, & Hospitii 2. Iun. 1590. coram Card. Blanchetto, & in Tiburtina necessitatis locationis 5. Decembris 1597. coram Card. Mellino.*

32 Extende secundò, quòd vltra consensum Conuentus, vel Congregationis generalis in alienatione bonorum Ecclesiæ, requiritur etiam tractatus, qui præcedere debet alienationem, vt fuit dictum in *Romana Casalis 23. Martii, & 27. Maii 1594. coram Card. Seraph. quæ sunt in eius impress. dec. 1070 num. 1. & dec. 1080. eodem num. 1.*

33 Subextende, quòd immò in alienatione rerum Ecclesiæ Monachorum sancti Benedicti duplex, & per duos dies ante, tractatus requiritur, vt ait *Rota ibi supra*, & *in alia Placentina Aquarum 10. Februar. 1597. coram Orano*, & ibi fuit conclusum, quòd tres tractatus, & diuersis diebus sunt necessarij.

34 Licèt tamen secus esset, quando authoritas Papæ interueniret; quia tunc, nec consensus, nec tractatus, nec minus solemnitates sunt necessariæ, vt superius dictum fuit, & *Capic. dec. 16.* & *Rota in Seg bien. spolii silua 10. Decembris 1568. coram Finetto*, & *in Romana Casalis 21. Maii, & 28. Iun. 1593. & 23. Mart 1594. coram Card. Seraph.*

35 Et nota, quòd ille tractatus, & consensus, præsumitur ex spatio triginta annorum, vt ait *Rota* in prædictis decisionibus *coram Card. Seraph. & in alia Med. olanen. rescissionis permutationis 10. Febr. 1597. coram Card Pamphilio.*

36 Et ratio, quare consensus in huiusmodi alienationibus requiratur, ea est, ob interesse Ecclesiæ, ne ea depauperetur, & egena fiat, vt ait *Rota in dicta Segobien. spolii coram Finetto, & in Romana Casalis longhezza 21. Martii 1593. coram Card. Seraph.*

37 Amplia quartò, quòd ad validandam alienationem rei Ecclesiæ, non sufficit causa æris alieni, sed vltra illud, quòd in primis probari debet, requiruntur etiam cæteræ duæ qualitates, nempè vtilitas, & solemnitas, vt ait *Ossesb. decis. 172. Balb. decis. 22. allegata à Riccio in sua collectanea decis. 996. in*

secunda parte. & *Cardinal. Seraphin. decis.* 278. & *Rota per Coccinum decis.* 374. *num.* 3. & *decis.* 391. *num.* 1. & *dec.* 445 *num.* 1. *cum alias Doctoribus ibi per eum allegatis*.

38 Contrarium licèt dixerim superius in versiculo Licèt Rota, vbi habetur, quòd sola intentio Papæ in vtilitate consistit, idem ait *Cardinalis Mantic. decis.* 101. *num.* 5. Et *Cardin. Seraph. decis.* 1174. *num.* 6. ait, quòd dummodo euidens vtilitas adsit, aliæ præsumptiones non attenduntur, *Rota decis.* 178. *num.* 8. *par. secunda diuersor.* & *in prima parte decis.* 651. *num.* 1. & *in Romana Domus* 2. *Octobris* 1588. *coram Bubalo*, & *prius in illa Auximana bonorum* 1. *Februar.* 1580. *coram Cardin. Seraphina, qua est in eius impress. dec.* 443. *num.* 4. & 5.

39 Et propterea nota, quòd in gratia, si in euidentem, &c. non attenditur subreptio, quando non est circa vtilitatem; at secus, si eam respiceret; quia tunc gratia vitiatur, vt fuit dictum in *Placentina bonorum* 7. *Aprilis* 1581. *qua est dicta decisio* 178. *num.* 8. *par. secunda diuersor.* & *in dicta Auximana bonorum prima Februar.* 1580. *coram Cardinali Seraphino*, & *in Romana Domus* 2. *Decembris* 1588. *coram Bubalo*, & *in Placentina Tenuta della Madalena* 27. *Iun* 1597. *coram Cardinali Seraphino, qua est in eius impressi. dec.* 1233. *cum aliis ibi per eum allegat.*

40 Amplia quintò, quòd neque in alienatione rei Ecclesiæ facta, habita fide de precio transfertur Dominium, veluti fuit decisum in *Lucana Terrarum Veneris* 19. *Nouembris* 1603. *coram Gregorio XV. qua est in secunda par. recentior. decis.* 96. *num.* 1. vbi habetur, quòd reperitur id in Iure speciale, quòd scilicet administrator Ecclesiæ, non possit habendo fidem de ptetio, dominium transferre.

41 Extende primò, huiusmodi ampliationem, etiam procedere in permutatione, vtputa, si fides haberetur de re, in dicta permutatione accipienda, cum permutatio sit similis emptioni, *l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. eat.* nec non vicem emptionis obtinet ait, *l.* 2. *C. de rer. permutat. Bart. in l. fin. ff. eod. tit.* & *Rota ibi coram Greg. XV.*

42 Extende secundò, etiam si interueniret beneplacitum Apostolicum; quia illud validat contractum, sed non transfert dominium, *Bald. in l. inciuile, C. de rei vindicat. in fin. Alex. in l. à Diuo Pio in §. sed si emptor, sub num.* 8. *versic. Quod intelligatis sanè, ff. de re iudic.* & ibi *Ias. nu.* 6. *vers. Intellige verum*, *idem Ias. in l.* 1. *num.* 18. *in fin. ff. de offic. Procur. Casar.*

43 Et rario quare administrator Ecclesiæ non possit habere fidem de pretio, ea est; quia in hac alienatione requiritur causa, cuius defectum, neque Beneplacitum sanare potest, veluti fuit decisum in illa *Placentina bonorum* 7. *Apr.* 1581. *coram Alexandrino*, & *Card. Seraph. decis.* 508. *num.* 2. *cum Doctor. ibi per eum allegat.*

44 Amplia sextò, quòd alienatio rei Ecclesię in perpetuum facta non sustinetur, nisi ea ex priuilegio Pontificis conceda tur, veluti fuit decisum in *Nonantulana seu Nullius bonorum* 18. & 22. *Mart.* 1597. *coram Card. Mantic. qua est in secunda par. recentior. decis.* 11. *num.* 7. *cum aliis ibi per eum allegat.*

45 Extende, quòd nec etiam locatio ad longum tempus facta sustineatur; quia appellatione alienationis continetur etiam locatio ad longum tempus, quod tamen intellige procedere, ad effectum inualiditatis locationis; secus autem quoad effectum incursus pœnæ, vt fuit dictum à *Rota in Rauennaten. domus* 2. *Aprilis* 1576. *coram Cantuccio, qua est decisio* 26. *par. secunda diuersorum cum aliis per eum allegat.*

46 Fallit tamen in Emphiteusi solita concedi ad 29. annos, ad renouandum, cum beneplacito Sedis Apostolicæ; quia ea transit ad quoscumque hęredes, & propterea si alteri in perpetuum concedatur, erit absq; beneplacito valida, vt ait *Marta in decis.* 81. *Rotæ Pisana*, & *Riccius in sua collectanea* 511. *in fin part.* 3. & *Rota in Rom. domus veneris* 19. *Apr.* 1630. *coram Durano*.

47 Amplia septimò, quòd vbi alienatio admittitur à Papa, si in euidentem vtilitatem, &c. tunc non erit valida, nisi citato Episcopo, vel eius Procuratore, velnti fuit

fuit dictum *in Ferrarien. bonorum Luna 16. Iunij 1614. coram Dunozetto, quæ est in prima part. recent. decis. 624. num. 4.*

48 Aliàs alienatio alio modo facta, & sic inconsulto Episcopo non tenet, & alienans in pœnam Paulinæ incideret, vt ait *Rota decis. 896. num. 1. lib. 3. diuers.* & *dec. 20. de rescrip. in nouis, & in Cortonen. bonorum 28. Mart. 1588. & 9. Iun. eiusdem anni, & 26. Ianuar. 1590. coram Card. Platto, & in Cremonen. aquarum 9. Iun. 1594. coram Card. Arigonio, & in alia Auximana bonorum 28. Nouemb. 1594. coram Orano.*

49 Et ratio est; quia, quando Papa rescribit, si in euidentem vtilitatem, tunc inducit formam, quā nō seruata actus corruit, & sic tali casu Beneplacitum nullum operaretur effectum, vt ait *text. in cap. cum delicta*, & *ibi DD. de rescript. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gonzal. cons. 67. num. 2.* & *Rota in Cortonen. rescissionis locationis 26. Ianuar. 1595. coram Orano, Card. Seraph. decis. 1195. num. 2.* & *prius decis. 308. & Rot. dicta Rom. domus vener. 19. Apr. 1630. coram Durano.*

50 Extende primò prædicta multò magis procedere, quando in rescripto fuisset apposita ea clausula (vocatis vocandis) quia tunc in obseruatione prædictæ formæ, erit quoque prædictorum neces saria citatio, *c. exhibita vbi Abb. in vltimo notab. de iudic. Cardin consil. 63. in princip.* & *Rota dec. 30. de rescript. in nou.*

51 Declara tamen, quòd illa clausula (vocatis vocandis) in alienatione fienda, intelligitur solum de his, qui habent interesse, non autem de illis, qui solum pro solemnitate adhibentur, vt fuit dictum in *Anconitana bonorum Luna 17. Iun. 1577. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 338. num. 3.*

52 Extende secundò, procedere, quando clausulæ prædictæ, esset etiam altera adiecta (si tibi constiterit) *glos. in cap. præsentis in verbo constiterit, Abb. in cap. conquerente num. 9. de restitut. spoliat. Egid. decis. 68.* & *Card. Seraph. in Masericen. Legatis Veneris 4. Februar. 1583. quæ est in eius impress. dec. 601. num. 3.*

53 Contrarium tamen, quòd scilicet extraiudicialis informatio sufficiat, neque sit necessaria citatio, quando fuit Paulinæ derogatum, & simpliciter fuerit alicui à Papa commissum, vt se informet, ait *Abb. cons. 41. col. 2. vers. quibus verbis lib. 1. Rota decis. 479. num. 2.* & *decis. 776 num. 1. part. 1. diuers.* & *decis. 160. n. 8. p. 2,* & *fuit dictum in vna Leodien. census 29. Ianuar. 1596. coram Orano, & 15 Ianuar. 1597. coram Corduba. Crescent. dec. 12. de priuil. & Ricc. in collect. 511.*

54 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat, quando Papa dixisset, vocatis vocandis, vel si tibi legitimè constiterit, quia tunc citatio, & Iudicialis informatio requiritur; secunda verò procedit, vbi Paulinę fuit derogatum, vel Papa dixit, quòd quis extraiudi cialiter se informet, quia tunc citatio non esset necessaria, sed solum informatio extraiudicialis sufficeret, *cap. exhibita*, & *ibi Abb. num. 6. de Iudic.* & *Rota dec. 30. de rescript. in nou.* & *Dec. cons. 313. num. 2.* & *Rota in præallegatis decisionibus*, & *præsertim in dicta Leodien. census 29. Ianuar. 1596. coram Orano*, & *15. Ianuar. 1597. coram Corduba, & est quoque doctrina Felyn. in cap. si constiterit num. 5. de accusat.*

55 Et tenendo illā secundā opinionē, extēde igitur eā primò, multò magis procedere, quando Papa iudiciariam cognitionem non contemplasset, vt ait idem *Abb. in cons. 41. lib. 4.* & *Rota dicta dec. 160. secunda part. diuers.* & *Dece. in l. certum nu. 13. C. vndè legitimi*, & *Rota in dicta Leodien. census 15. Ianuar. 1597. coram Corduba.*

56 Extende secundò eam in tantum procedere, vt propterea sufficiat citatio Rectoris alienantis, licèt ille non comparuerit, & sic indefensus reperiretur, vt fuit dictum in vna *Romana Casalis 16. Mart. 1567. coram Oradino, & in alia Terdonen. rescisionis contractus 26. Ianuar. 1590. coram Orano.*

57 Extende tertiò, illam procedere, etiāsi solum fuisset præsens Rector, licèt non fuerit citatus, etiam quod citatio esset necessaria pro forma. Et ratio est: quia citatio non fit ad alium finem, nisi vt quis certioretur, vndè sequitur, quòd semel certus, amplius certiorari non debet, & sic ea forma per æquipollens adimpleri potest, vt ait *Iason in l. 1. nu. 15 ff. de*

ff. de liber. & posth. Gabr. de citat. cot clus. 1. num. 396. & Rota in Anconitana bonorum 2. Mart. 1584. coram Bubalo, & in Auximana bonorum 13. Maii 1583. coram de Rubeis, & in Romana domorum 20. Maii 1582. coram Card. Lancellotto Seniore.

58 Extende quartò, quòd nec etiam requiratur citatio, quando Rector ipse supplicaret Papæ, vt ait *Paris. cons. 115. num. 10 lib. 4. & Rota in dicta Romana Casalis coram Oradino, & in illa Romana domorum coram dicto Card. Lancellotto.*

59 Quod enim subextende procedere, etiamsi adesset (vt superius dictum fuit) illa clausula (vocatis vocandis) quia tunc intelligitur de alijs, qui essent vocandis, & non de ipso Rectore, vt ait *Rota in dicta Romana domorum coram Card. Lancellotto, & in Terdonen. rescisionis contractus 26. Ianuar. 1592. coram Orano.*

60 Declara tamen, quòd illo casu vocationis vocandorum, absentes necessariò non sunt vocandi, (vt superius diximus) & veluti fuit quoque dictum in *Mediolanen. bonorum 21. Maii 1591. coram eodem Card. Lancellotto*, & veluti eodem modo dicitur in aliqua electione, siue præsentatione facienda, ad quam non vocatur, siue citantur illi, qui sunt in eadem Prouincia, vel diœcesi; quia tales absentes, quemadmodū neq. et ille esset vocandus, qui debita opera, siue alio affectato modo abesset, vt ait *Rot. per Card. Manticam in sua dec. 188. n. 1. & 3.*

61 Et reassumendo id, quod fuit dictum de alienatione, quæ fieri non potest inconsulto Episcopo, Limita primò, eam non procedere, si alienatio ipsimet Episcopo fieret; quia tunc nil aliud necessarium esset; quia constitutioni id iubenti, tunc satisfactum diceretur, vt ait *Rota per Card. Seraph. in sua dec. 1027. num. 21*

62 Limita secundò non procedere, si auctoritas Papæ interueniret; quia tunc, consensus Prælati, vel Capituli Generalis, siue illius Præsidentis, vel Diffinitorum non esset necessarius, sed tali casu ille omitti posset, vt ait *Rota in Romana Casalis Longezza 21. Maii 1593. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. d. dec. 1027. nu. 7.* Immò huiusmodi consensus, qui reseruatur ad alienationem auctorizandam, non autem rationem præiudicii, recipit illam tacitam conditionem, quatenus opus sit, vt ait idem *Card. Seraph. ibidem, & dec. 1070. num. 3. & Rot. per Buratt. dec. 394. num 1.*

63 Amplia octauò, quòd licèt alienatio fuerit concessa à Papa, cum illa clausula (si in euidentem vtilitatem) nihilominus ea concessio non valebit, quando Ecclesia, siue Prælatus ipsi contractui stare nollet, sed quatenus ei, tamquam vtili stare velit, tunc solemnitates essent necessariæ, vt ait *Rota decis. 262. par. 3. lib. 3. in nouis. quæ est coram Fabio Vinc. de Franch. in sua decis. 35. Regni Neapol. Put. dec. 310. lib. 1. & decis. 365. lib. 2. & fuit dictum in Perusina rescisionis contractus 24. Febr. & 18. Mai. 1588. coram Card. Blanchetto, & in Rom. domus 4. Decembris 1592. coram Card. Mantica, & prius in Rom. census 10. Decemb. 1590. coram Card. Mellino, et in Vlixbonen. nullitatis Locationis 1. Iul. 1596. coram Card. Pamphilio, et Riccius in praxi fori Ecclesiastici decis. 7. fere in fin. et faciunt etiam omnes dec. allig. sub n. 1.*

64 Declara tamen quòd numquam dictæ litteræ, si in euidentem vtilitatem, suffragantur, quando alienatio non sit necessaria, vel vtilis, vt ait *Rot. dec 178. par. 3. nouis.* Immò vtilitas debet esse clara, & indubitata, aliàs illud Beneplacitum Apostolicum expeditum in ea forma, si in euidentem vtilitatem, non suppleret, vt pulchrè ait *Rot. in dec. 544. num. 5. part. 1. in recent.*

65 Amplia nonò, quòd alienatio non valeat, nec dicatur facta in vtilitatē Ecclesiæ, nisi sint specificata bona, quæ vendi debent, & nisi visis bonis illis, per Iudices euidentiales, vt ait *Rota in vna Lucana nullitatis obligationis coram Card. Blanchetto, quæ est apud Marches. de commiss. in 1. part. cart. 110. num. 1. Idemque ait Rota in dicta decis. 624. num. 2. et 3. in 1. par. rec.* & propterea tali modo facta erit ex prædictis nulla dicta alienatio

66 Contrariam tamen esse, veluti, quando Episcopus concederet licentiam vendendi rem Ecclesiæ minus damnosam, licèt eam non specificaret, nec illius pretium exprimeret, quia etsi Episcopus malè faciat, in nō exprimendo, nihilominus alie-

alienatio valebit, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 776. num. 12. cum aliis ibi allegatis*.

67 Extende hac secundam opinionem quoque procedere, veluti si esset data licentia de alienandis septem petiis terræ, sed postea in alienatione fuisset dictum de omnibus petiis terræ; quia tunc dicta alienatio sustinetur, sub illo vocabulo, quando tamen constat Ecclesiam non habuisse plures petias in illo loco, vt inferius dicam in ampliat. 13. in versiculo fallit tamen, si licentia, & ibi in fine ampliationis recurras.

68 Amplia decimò quòd nec minus alienatio rei Ecclesiæ facta à Prælato, sine consensu Capituli valet; sed est ipso Iure nulla, veluti fuit decisum à *Rota in vna Montis Regalis Iurisdictionis Lunæ 5. Iun. 1606. coram Penia, quæ est in 1. par. recent. dec. 119. num. 3.*

Declara tamen, quòd alienatio rei Ecclesiæ, sine solemnitatibus facta dicatur ipso in re nulla respectu præsentis status; at secus respectu futuri: quia tunc alienatio stat in pendenti ita vt ratificari possit: si de vtilitate ecclesiæ constet, & propterea hinc fit, quòd talis alienatio non dicatur absolutè ipso iure nulla, aliàs non posset amplius ratificari; quia quod nullum est à principio, tractu temporis conualiscere non potest, vt fuit dictum in *Rom. Spolii Mercur. 31. Ian. 1629. coram Coccino Decano*.

69 Extende idem procedere in alienatione bonorum Episcopatus, in qua requiritur consensus capituli, non vti personæ interessatæ, sed solum tamquam solemnitas, vt ait *Rota per Card. Seraph. in decis. 338. num. 2. cum aliis ibi per eum alleg.*

70 Contrarium licet dicat *Andr. Gaill. in suâ decis. Camer. Imper. 161. in 2. part.* vbi ait indubitati Iuris esse, Prælatum nihil de rebus Ecclesiæ disponere posse, nec quicquam absque Canonicis solemnitatibus alienare: id est tractatu, cõsensu, sigillatione, atque subscriptione Capitulari, & in hoc expressus consensus erit necessarius, & præsertim, si de re magni momenti, siue de perpetua rerum alienatione ageretur.

71 Fallit tamen quando ratificatio Capituli subsequatur: quia tunc dicta alienatio validaretur, vt dicunt communiter Canonistæ in *cap. dilecti de maiorit. & obedient. & præsertim Imol. in 1. notab. vt refert Rota ibi coram Penia*.

Sed hic bonum erit scire, quòd licet omnes de capitulo sint vocãdi, in faciendis huiusmodi ordinationibus, seu mandatis Procuræ, ad illud obligandũ; nihilominus sufficit duas partes, ex tribus interuenire, vt ait *Gratian. lib. 5. discept. cap. 933. num. 2. & Rota in Romana seu Carthaginen pensionis Lunæ 24. Ianuar. 1628. coram Dunozetto* Et ratio ea est; qa duę partes maiorẽ, & saniorẽ partem constituunt, & pręsertim, cum cęteri fuerint vocati; quia tũc, si non venerunt tota potentia capitularis remanet in illis, qui venerunt, ita vt gesta per eos valeãt, ac si à toto capitulo gesta fuissent, cum contumacia, & pręsertim duorum, actiones capitulationes impedire non valeat; sed tunc solum esset illis imputandum; quia non venerunt, vt ait *text. in cap. vnico C. de cler. ægrot. in 6. & ibi glos. in verbo duæ partes, & ibi notat Franch. in §. si vero circa med. in dicto verbo duæ partes Abb. in cap. cum omnes col. fin. de consti. & ibi Felin. Put. dec. 283. lib. 3. & ita fuit resolutum à Rota in Argentina coadiutoriæ veneris 2. Maii 1631. coram Ghislerio.*

Amplia prędicta procedere, etiam si illud mandatum non fecerunt in loco, in quo solebant conuentualiter congregari, sed in alio; quia defectus loci non est reuelans, sed sufficit, vt in aliquo intra septa Monasterii capitulariter omnes, ad id vocati congregentur, quia omnis locus, vbi capitulum est congregatum, dicitur capitularis, dummodo sit honestus, & pręcipuè, si in solito fieri non potuerit, ob bellum, siue impetum inimicorum, neque isto casu poterit dici consensum in loco capituli nõ fuisse præstitum, cum aliud sit aliquid fieri capitulariter, aliud fieri in loco capituli, vt ait *Card. Seraph. dec. 1247.* & tunc aliquid fuisse conuentualiter, & capitulariter cõcessũ dicitur, qñ id ex assertione notarii deprehenderetur, nomina Monachorum recensendo, vt ait *Gabr. conclus. 2. de fide instr. & est d. c. 9 & 29. de procurat. in antiq. allegat in d. Argentina coadiutoria 1631. coram Ghislerio.*

72 Extende prædicta eodem modo procedere

cedere in consensu Rectoris, qui si interueniat, etiam post obtentum super alienatione rescriptum, sufficit, *Seraph. decis.* 1338. *num.* 2. qui enim consensus dicti Rectoris, seu Capituli generalis in alienatione interuenisse præsumitur talis, qualis esse debet ex cursu triginta annorum idem *Seraph.* 1027. *num.* 9.

73 Amplia vndecimò, quòd pari modo alienatio rei Ecclesiasticæ à capitulo facta, sine Episcopi consensu, non valet, veluti fuit decisum in *Calciaten. Decimarum Veneris* 20. *Iun.* 1624. *coram Dunozetto, quæ est in* 1. *part. recent. decis.* 625. *num.* 1.

74 Extende primò idem procedere, etiã in quacumque alienatione, licèt modici valoris, in qua consensus Episcopi est necessarius, vt ait *Maceraten. var. resolut. resol.* 50. *num.* 42. *lib.* 1. vbi alios allegat, neq. authoritas Vicarii, aut alterius officialis sufficit, vt ait *Cappell. Tholos. dec.* 97. *Ioan. Corseris.*

75 Extende secundo, quòd neque alienatio valet, ex causa reductionis censuũ, ex causa sterilitatis, vel refectionis melioramentorum, etiamsi esset obseruata per 30. annos, vt ait *Rota in Mediolanen bonorum* 5. *Mart.* 1597. *coram Card. Seraph.*

76 Extende tertiò, quòd neque etiam alienatio rei Ecclesiæ, per Monachos facta, sine Episcopi authoritate sustineatur, vt ait *Alex. in Auth. hoc ius porrectum num.* 17. *C. de Sacrosanct. Eccles.* & *Rota in Romana Casalis Veneris* 27. *Maii* 1594. *coram Card. Seraph.*

77 Fallit tamen primò in alienatione facta à Guardiano, & Fratribus capitulariter, sed de licentia Generalis, vt fuit decisum in *Ianuen. Veneris* 26. *Iun.* 1616. *coram Card. Lancellotto qua est apud Marches. in* 1. *par. commiss. car* 117.

78 Fallit secundò, si alienationes factæ per Canonicos, vel Conuentum absente Præpositio, vel Abbate, & vt etiam dicitur de ea facta ab Episcopo, sine cõsensu Capituli, q̃n sint vtiles Ecclesię, vt ait *Pileus in sua quæst.* 106. *Io. Andr. in addit. ad specul. tit. Sede vacante in rubrica Alber. in Auth. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. Eccles. & Rota in Mediolanen. bonorum* 21. *Maii.* 1581. *coram Cardin. Lancellotto Iuniore, & in Romana Casalis* 27. *Maii* 1594. *coram Cardin. Seraph. quæ est in eius impress. decis.* 1080. & *prius in Auximiana bonorum* 1. *Februar.* 1580. *coram eodem.*

79 Et ratio, est quia iste consensus potius respicit solemnitatem, quàm substantiam, actus *Abb. in cons.* 41 *num.* 3. *lib.* 1. & *Rota in dicta Auximiana bonorum coram Card. Seraph.*

80 Extende igitur multò magis procedere, quando esset postea confirmata à Sede Apostolica; quia per eam confirmationẽ omnes solemnitates Episcopales, siue similes supplentur *Abb. cons.* 41. *num.* 3. *vers. item omnis solemnitas, Redoan. de rebus Ecclesię quæst.* 63. *num.* 18. *Dec. cons.* 341. *num.* 12. *Gabr. cons.* 71. *num.* 10 & 13. *lib.* 2. *Surd. cons.* 245. *num.* 39. & *cons.* 249. *num.* 9. *lib.* 2. & *fuit dictum à Rota in decis.* 479. *nu.* 1. *part.* 1. *diuers.* & *Card. Seraph. decis.* 1307. *num.* 1. & *prius in dec.* 338. *num.* 4.

81 Et qui dicit alienationem confirmatam non fuisse vtilem, id clarè probare tenetur, & eò magis si obseruantia subsecuta per 30. annos extet, vt ait *Rota dec.* 221 *par.* 4. *nou. coram Card. Pamph.*

Quamuis secus esset si euidenter constaret alienationem fuisse Ecclesiæ damnosam, & commissarius cui fuit huiusmodi cognitio directa formam commissionis non obseruasset; vt fuit dictum in *Rom. domus Ven.* 13. *Apr.* 1630. *corã Durano*, secus verò absolutè venit, dicendũ de alienationæ rei Ecclesiæ facta auctoritate, q̃ alienãs authorizare non potest, sine speciali, mandato sui ordinarii *Beto. cons.* 83 *num.* 7 & 17. *lib.* 1. & *fuit ita resolutum à Rota in Placentina domus* 5. *Decembris* 1629 *coram Coccino, vbi allegatur alia decisio in Cremonen. bonorum.* 9. *Febr.* 1607. *coram Card. Lancellotto.*

82 Amplia duodecimò illud, quod fuit dictum circa necessaria in alienatione rei Ecclesiæ adhiben. procedere etiam in transactione; qa cũ ea est alienationis species, propterea eisdem regulis censenda venit *Bart. & alii in l. nulli de transact. Abb. in cap. contingit eodem tit.* & sæpissimè fuit decisum à *Rota*, & *signanter in Auersana tenimenti* 27. *Iunii* 1583. *coram Rubeo, & in dicta Calciaten. Decimarum coram Dunozetto, & prius in Mediolanen. refectionis permutationis Ven.* 20. *Ianu ar.*

Ianuarii 1597. *coram Card. Pamphilio qua est apud Marches. in p. 1 de commiss. cort.* 112. *num.* 1. *& dec.* 596. *in* 4. *par. nouiss. coram Iust. & Grat. lib.* 5. *discept. cap.* 846. *num.* 6. & 7.

83 Fallit tamen quando transactio de re Ecclesiæ fuisset facta, ob dubium litis euentum, quia tunc valet, etiam non probata vtilitate Ecclesiæ, nec solemnitatibus adhibitis, & propterea videmus etiam, quòd transactio facta à maiori parte Capituli, ab omnibus facta censetur, quando est vtilis Ecclesiæ, & tunc denique vtilis præsumitur, quando à maiore parte fuit facta, quod procedit etiam, quod actus iure singulari spectet, & præcipuè, vbi argeretur de recedẽdo à lite, habito etiam respectu ad illius dubium euentum, & propterea hinc fit, quòd transactio facta, post rem iudicatam valet, quando, ex pluribus nullitatibus oppositis, ea offuscata redderetur, vt benè fuit deductum *in Burgien. præeminentiarum vener.* 14. *Ianuar.* 1611. *coram Coccino Anchar. cons.* 136. *circa med. versic. item etiam Angel. in l. Imperatores num.* 2. *ff. de pactis Dec. cons.* 474. *nu.* 9. *Gemin. cons.* 129. *sub num.* 3. *Aym. cons* 151. *nu.* 26. *Rol. cons.* 15. *num.* 51. *lib.* 1. *Mohedan. decis.* 1. *de transact.* & *decis.* 5. *de locat. Rota in Nullius Castri Montis Portii* 1580. *coram Orano. qua est dec. nouiss.* 582. *par.* 1. *vers. minus obstat.*

84 Secus autem si super re clara, & super gratuita pactione fieret transactio, siue super re diuersa à lite, quia tunc absque solemnitatibus non valeret *Rota dicta decis.* 582. *Aym. cons.* 323. *num.* 1. *&* 2. *Gemin. cons.* 124. *num.* 4. *Abb. in cap.* 1. *num.* 5. *de deposit. Federic. cons* 94. Veluti quoque solemnitates prædictæ essent necessariæ in transactione, super re Ecclesiastica, quamuis penes tertium reperiretur, cum quo fit transactio si tamen agatur, vt penes illum ea res remaneat, licèt etiam Ecclesiæ aliquid pro dimissione solueretur, vt fuit dictum à *Rot. per Gregor. dec.* 418. *num.* 17. *Gra. lib.* 3. *discept. c.* 476. *nu* 16. *& cap.* 486. *num.* 12. *& ita fuit quoque dictum in Bononien. transactionis* 14. *iun.* 1628. *coram Ghislerio, & per Coccin. dec.* 301. *num.* 1. *& per Veral. dec.* 106. *num.* 3. *par.* 1. *& dec.* 318. *par.* 3. & *per Buratt. dec.* 690. Secus autem, quando bona Ecclesiæ penes eam remanerent, & non alteri darẽtur; quia tunc prædicta alienatio sic facta, per transactionem valeret, etiam si Ecclesia aliquid ad fauorem transigentis daret, vel faceret, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dicta decis.* 690 & *alii doctores allegati per addent. sub lit. B.* & *Rot. in Toletana iurispatronatus* 26. *Febr.* 1627. *coram Coccino Decano, & in Papien. bonorum* 13. *Mart. eiusdem anni* 1627. *& in Rom. spolii* 31. *Ianuar.* 1629. *coram eodem & tandem in Romana hæreditatis de Capuzucchis* 10. *Iunii* 1630. *coram Queipo.*

85 Subamplia prædicta quoque procedere in impositione census, super re Ecclesiæ, quæ vti species alienationis requirit solemnitates, iustam causam, & beneplacitum Apostolicum, vt ait *Rota apud Cenc. de censibus decis.* 28. *num.* 3. & *decis.* 40. *num.* 5. vbi ait enim non posse imponi, sine iusta causa, & *Rota ibidem apud Cencium dec.* 77. *n.* 2.

86 Licet secus esset, quando dicta impositio census nulliter facta, ab Ecclesia fuisset approbata, quia tunc ea amplius nulla dici minimè poterit, vt ait *Rota ibi sup. apud Cenc. dec.* 29. *n.* 5.

87 Declara, quòd isto casu eædem solemnitates requiruntur, quæ in ipsa alienatione sunt adhibendæ, vt ait *Grattian. lib* 5. *cap.* 981. *num.* 44.

88 Subamplia secundò procedere, etiam in permutatione bonorum Ecclesiæ, vbi requiritur Beneplacitum Apostolicum, & solemnitates, prout in alienatione, vt ait *Rota in Romana Palatii* 15. *Mart.* 1604. *coram Card. Pamphilio.* Veluti in simili dicitur de permutatione rei emphiteuticæ, in qua consensus directi domini est necessarius veluti dixi in *concl.* 86. *sub num.* 174.

89 Subamplia tertiò, idem etiam procedere in reemente censum à Rectore, qui nisi curet reinuestimẽtum illius pecuniæ de nouo, liberatus non censetur *Amat. decis. Marchiæ.* 50. & *Marta in sua compilat. decis. in verbo Alienatio cap.* 27. *tom.* 2.

90 Subamplia quartò idem habere locum in alienatione Patrimonii, ad cuius titulum, quis fuerit ordinatus, quæ sine licentia Episcopi fieri non potest iuxta *Concil. Trident. in sess.* 21. *cap.* 2. *de reformat.*

reformation Et ratio est, ne Clericus cum ordinis dedecore, mendicare siue aliquem sordidũ quæstum, exercere cogatur *text. est in cap. Diaconi sunt* 93. *dist. cap. neminem*, & *cap. Sanctorum* 70. *dist. cap.* 2. & *cap. Episcopus cap. tuis de praben l. Salced. in prax. crim. Bernard. c.* 18 *num.* 3. *Vgolin. de irregularit. c.* 61. *n.* 1.

Quod tamen declara verum, quando tunc temporis non haberet vnde viuere posset; at secus, si haberet: quia eo casu illud Patrimonium etiam sine licentia Episcopi ordinatus ad illud alienare posset, & ratio, est quia potest euenire casus est necessitas per quam non posset ordinatus impedire ab Episcopo ne illud alienetur etiamsi aliundè non haberet vnde viuere posset, vt ait *Garz. de benef. c.* 5. *p.* 2. *n.* 184. *& seq.* quicquid dicāt alii contrariũ tenentes, & præsertim *Bursat. cons.* 178. *num.* 55. *lib.* 2.

91 Causa enim legitima istius alienationis ea esset, si verbi gratia ordinatus vel eius parentes essent hostium captiui, vel si Pater aut Frater Clerici essent, ob aliquod delictum pęna mortis afficiendi, siue si eius sororis immineret periculum amittendi honestatem, nam ex his causis iniustè dicta alienatio denegaretur, quia tunc Episcopus esset securus, ne ei vmquam alimenta præstare teneretur, veluti esset, si ex non iusta causa ei alienationem Patrimonii concederet, vt optimè ait dictus *Garz. in præcit. loco num.* 188. *&* 189.

92 Amplia decimòtertiò idem procedere in locatione vltra triennium, quæ solemnitates solitas adhiberi requirit, iuxt. *extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan.* nota in *Senen. prædii* 8. *Oct.* 1584. *coram Card. Pamph. & pulchre ait Bec. in suo cons.* 92. & *Bero. in cons* 8. *nu.* 9. *lib.* 3.

93 Extende id etiam procedere in Prælato registratore, vt ait *d. extrauag Ambitiosæ, & Rota ibi coram Card Pamph.*

94 Fallit tamen primò in Locationibus Casalium, quæ non singulo anno, sed de triennio, in triennium fructus afferunt, vt ait *Rota in vna rescissionis contractus* 28. *Nou.* 1580. *coram Clem.* 8 vbi habetur quod extrauag. illa Pauli Secundi in ea Parte, in qua prohibet Locationes vltra triennium non est vsu recepta respectu locationum Casalium districtus Vrbis Romanæ, vel saltem interpretatur, quòd illud triennium de iure intelligatur de illis rebus, quę singulis annis fructuum afferunt, secus verò, quando fructus colliguntur de triennio in trienaium, quia tunc intelligitur de tribus recollectis, & sic de nouem annis, vt ait *Conar. et alii allegati à Rota in d. Romana rescissionis contractus coram Clem.* 8.

95 Fallit secundò dicta ampliatio vbi Paulina non esset vsu recepta, vt fuit dictum in *Lauden. bonorum* 8. *Iun.* 1588. *coram Gypsio.* vbi loquitur de alienatione cum licentia Generalis Montis Oliueti *Riccius in collect.* 511. *par.* 3.

96 Sed nota tamen, quòd ea præsumitur vsu recepta, vt fuit dictum in *Brixien. Locationis* 5. *Decembris* 1599. *coram Penia* & *Benintend. dec.* 13. *num.* 9.

97 Et licèt contrarium dicat *Mohedan. in sua decis.* 6. tamē Rota *ibi coram Penia decidit dictam decisionem Mohedan. non esse attendendam*

98 Sed an istæ solemnitates sint necessariæ in translatione Canonis; siue in affrancatione, videnda est decisio in causa *pratensa deuolutionis* 10. *Mart. et* 10. *Maii coram Card. Mellino Socin. in l.* 1. *§. Item acquirimus num.* 18. & 19. *ff. de acquir poss. Tiraquel de leg. connub. glos.* 5. *num.* 198.

99 Et in omnem euentum, nota, quòd alienatio in vim pacti de affrancando dicitur necessaria, & non voluntaria, vt ait *Cap. Seraph. decis.* 1080. *in fin.*

100 Extende secundò dictam ampliationem procedere, quando locatio rei Ecclesię esset facta durante prima locatione, quia tunc non valet, vt ait *Lap. alleg.* 12. *num.* 1 *Alex. cons.* 165. *num.* 1. *Iason. cons.* 94. *num.* 2. *lib.* 1. *Becc. cons* 92. *nu.* 15. *Borgn. dec.* 43. *nu* 6. *lib.* 1. & *Rota in Albanen.* 1 *Iulii* 27. *Nou.* 1591. *coram Orano.*

101 Declara tamen illud procedere, si dicta locatio fieret ante primam finitam, per viam nouę concessionis, secus si per viam prorogationis, vt ait *Ruin. cons.* 116. *num.* 1. *&* 4 *lib.* 1.

102 Extende tertiò dictam ampliationem adeò esse veram, vt si locatio fiat vltra tempus permissum tunc neque pro tēpore permisso sustinetur, vt ait *Borgn. decis.* 43. *numero* 45. *Afflict. decis.* 107. *num.* 2. & *allis allegati à Rota in dictis*

Bri-

Brixien. locationis 5. Decembris 1599. coram Penia.

103 Contrarium tamen prædictæ extensioni tertiæ procederet, veluti, si essemus in re solita concedi ad tertiam generationem, quæ si concedatur vltra tertiam, concessio valet, vsque ad tertiam, licèt quoad alias non valeret, vt ait *Castren. in auth. qui rem, in fin. & ibi Dec. num.* 22 qui de communi testatur, & *Cagnol. num.* 60. qui idem firmat de communi, C. *de sacrosanct. Eccl. s. Curt. Iun. de feud. par. 1. quæst. 6. num.* 11. *Paris. §. 43. quæst. 10. num.* 43. & ibi de communi testatur, & *Rota in Vlixbonen.* 2. *Iun.* 1567. *coram Sarmiento*, & *Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. glo. 1. num.* 12. & *de retract. conuent. in fin. nu.* 145. *& seqq.*

104 Licèt contra huiusmodi opinionem teneat *Angelus in §. emphiteusim, num.* 17. *Authen. de non alienand. & Iason in dicta authent. qui rem, num.* 21. *vers. Ego teneo, & Tiraquel. de retract. lignag. §* 23. *glo.* 1. *num.* 13.

105 Sed tenendo dictam primam opinionem, vbi habetur contractum in totum corrui, extendi eam procedere quoque, in locatione ad longum tempus facta, quæ si fiat vltra tempus permissum in totum vitiatur, vt fuit dictum in *Brixien. locationis* 5. *Decembr.* 1594. *coram Penia, & in eadem* 17. *Mali* 1595. *coram Orano, & coram eodem in Montis falisci spolét.* 18. *Mart.* 1596. & ibi loquitur de bonis Religionis Hierosolymitanæ.

106 Quòd eò magis subextende primò procedere, quando constat contrahentes pro minori tempore non fuisse contracturos, aliàs actus operaretur vltra intentionem agentium, quod esset contra *text. in l. non omnis, ff. si cert. petat. vt dicunt Doctores allegati in illa Romana locationis* 21. *Maii* 1593. *coram Cardin. Blanchetto.*

107 Subextende secundò, eò magis procedere, si locatio fieret pro toto tempore, sub vna tantum pensione; quia tunc vitiatur in totum, nec pro tempore permisso sustinetur, vt fuit dictum in *Melphiten.* & *Rapholen. fructuum* 19. *Ianuar.* & 9. *Februar.* 1582. *coram Cantuccio, vt in dec.* 709. *num.* 6. *par prima diuersor*

108 Subextende tertiò, quando in alienatione esset reseruatum Beneplacitum Apostolicum, cum clausula [non aliàs, nec aliter, nec alio modo,] quia tunc eo non obtento, contractus vitiatur in totum, vt fuit dictum in *Romana locationis* 21. *Maii* 1593. *coram Card. Blanchetto:*

Et ratio est; quia licèt Beneplacitum Apostolicum in contractu simpliciter reseruatum, intelligatur quatenus sit necessarium, vt ait *Put. decis.* 44 *in fine lib.* 2. & *Card. Seraph. dec.* 1027. *num.* 7. & *dec.* 1319. *num.* 2. *Rot. decis.* 519. *nu.* 3. *par.* 1. *diuers* & *dec.* 404. *num.* 6. *par.* 2. *in recent.* Nihilominus id fallit, quando adest illa clausula [non aliàs, non aliter, nec alio modo] quia tunc illud esset obtinendum, etiam, quòd aliàs non fuisset necessarium, vt fuit dictum à *Rota in Aretina Cappellaniæ Mercur.* 16. *Ianuar.* 1619. *coram Buratto.* Et ratio est, quia illa clausula in tantum operatur, vt propterea illa forma ad vnguem sit seruanda, vt fuit dictum in vna *Auenionen. donationis* 29. *April.* 1619. *coram Manzanedo, & Rota decis.* 650. *in fine par. prima diuers. Ossach. dec.* 165. *num.* 13. *& Rota per Gregor. dec.* 191. *num.* 1. *& ibi per adden.* & *in Papien. bonor.* 12. *Maii* 1628. *coram Coccino* Aliàs contractus corrueret ex defectu consensus: quia eo ipso quòd Beneplacitum cessat, ille quoque cessare censetur, tanquè illi correspectiuum, vt ait *Rota in decis.* 428. *num.* 6. & 7. *par. prima recentior.* Et in istis terminis reseruationis Beneplaciti, hoc modo fuit dictum in *Treueren. bonorum* 15. *Mart.* 1621. *coram Archiepiscopo Seleucien.*

109 Subextende quartò, procedere, quando alienatio fuisset concessa in emphiteusim, sed postea res fuisset data in perpetuum; quia tunc alienatio saltem non sustinetur in perpetuum. *Abbas consil.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. *Gozadin. consil* 73. *num.* 2. *Card. Seraphin. decis.* 1195. *num. primo, & decis.* 1235. *eodem num.* 1.

110 Sed si dubitari contingat, an facultas data alienandi, sit concessa

Dec. consil. 36. *num.* 8. *& consil.* 330. *num.* 3. *Crot. consil.* 4. *num.* 6. *lib.* 1. *Aretin. in l. Ciuitas num.* 6. *ff. si cert. pet. Menoch. cons.* 376. *num.* 12. *lib.* 4. & Rota *in* Anconitana Terrarum *Vener.* 13. Iun. 1578. *coram* Card. *Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 366. *num.* 1. *& in* Romana *deuolutionis domus de Pizzonibus* 17. Nouembr. 1581. *coram* Rubeo, & *est decis.* 162. *lib.* 2. *diuers.* & *in Pisana bonorum* 8. *April.* 1585. *coram Vicecomite*, & *in* Auximana *bonorum* 13. *Maii* 1585. *coram de Rubeis*, & *in eadem* 25. *Nouembr.* 1585. *coram* Robusterio, & *in Vulaterana bonorum* 28. *Nouembr.* 1586. *coram* Cardinali Blanchetto, & *in* Romana *Casalis* 7. *Iun.* 1591. *coram Gipsio*, & *in Florentina bonorum* 7 *Maii* 1590. *coram* Card. Pamphilio, & *in* Romana *Casalis* 7. *Iunii* 1590. *coram Gipsio.*

121 Extende idem procedere, quando pretium illud fuit actualiter depositatum, vt ait Dec. *consil.* 36 *sub num.* 8. & Rota *in dicta Anconitana terrarum* 13. *Nouembr.* 1577 *coram* Card. *Seraph quæ est in eius impress. dec.* 349. *& in Florentina bonorum* 7. *Maii* 1590. *coram* Card. *Pamphilio*, & ibi habetur, quando dicatur factum actuale depositum, & in alia R*omana census* 27 *Iunii* 1590. *&* 26. *Ianuar.* 1591. *coram* Bubalo.

122 Animaduertendo tamen, quòd ex pluribus dicta vtilitas ad fauorem Ecclesiæ præsumi potest, & præsertim ex confirmatione executorum, & commissariorum Apostolicorum; quia tunc Ecclesia ad illius rescissionem agere non poterit, nisi de non illius vtilitate doceat; licèt secus, quando Commissarius non processisset, iuxta formam suæ commissionis; quia tunc cum agatur de solemnitate extrinseca, igitur ille, qui contrahit cum Ecclesia, illius vtilitatem probare tenetur, vt ait Rota *per Seraph. decis* 1073. & vltimò loco ita fuit decisum in *Romana domus Vener.* 19 *April.* 1630. *coram Durano.* Et *Rota per dictum Card. Seraph. in decis.* 1125. *num.* 1. *& dec.* 479. *num.* 1. *parte diuersor. Surd. cons.* 249. *num.* 12. & *Rota decis.* 684. *num.* 1. *parte secunda in recentior.*

122 Et ideò magis procederet si in ea alienatione debitæ solemnitates, siue Beneplacitum Apostolicum interuenissent, vt ait *Capicc. dec.* 16. & Rota *dec.* 479. *par. prima diuersor.* Card. *Seraph in decis.* 143. & *in Pisana bonorum* 13. *Maii* 1585. *coram* Rubeo, *& in eadem* 15. *Nouembr. eiusdem anni coram Robusterio*, & *in dicta* Volterana *bonorum* 28. *Nouembris* 1586. *coram* Card. Blanchetto, & *in* Romana *deuolutionis domorum* 26. *Mart.* 1590. *coram* Card. *Pamphilio*. & *in Florentina bonorum* 7. *Maii* 1590. *coram eodem*, & *in* Romana *Casalis* Turricellæ 29. *Apr.* 1594. *coram* Card. Seraph. & *in Bononien. bonorum de Morano* 16. Iun. 1595. *coram* Cardin. *Mellino*, *&* 20. *Nouembr.* 1595. *coram* Card. *Arigonio*, & *in Mediolanen. bonorum* 20. Ianuar. 1597. *coram* Card. *Pamphilio*. *&* Gregor. X-V. *decis.* 113. *num.* 11. *in addit.* & *Rota per Coccin. dec.* 391. *num.* 2. & Rota *in d.* Roman*a domus* 1630. *coram* Durano.

124 Extende id, in tantum valere, vt propterea dicenti alienationem esse Ecclesiæ læsiuam, onus probandi læsionem, vel non euidentem vtilitatem incumbit, vt ait Rota *in d. Mediolanen. bonorum coram* Card. Pamphilio, *& coram eodem in* Romana *deuolutionis domorum* 26. Mart. 1596. *& decis.* 28 *num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* & *Rota in aliis prædictis Decisionibus.*

125 Extende secundò, idem procedere, quando alienatio esset confirmata; quia tunc si Rector dicat causas fuisse falsas, ei onus probandi incumbit, vt ait *Rota in Bononien.* S. *Apollinaris* 28. *Mart.* & 9. Iun. 1586. *coram Orano*, & *Card. Seraph. dec.* 1073. *num.* 1 & *dec.* 1125. *num.* 1.

126 Declara tamen primò, quòd licèt dicta vtilitas Ecclesiæ, ex illa confirmatione executorum, & Commissariorum Apostolicorum, præsumatur in dubio, tamen id pluribus modis cessare potest, & primo, quādo de contrario, & præsertim ex actorum inspectione apparebit; Immò ad hoc, vt de in obseruantia formæ commissionis appareret, sufficit, quòd de illius obseruantia in actis non appareat, vt ait *Honded. qui plures allegat in consil.* 37. *n.* 15. *lib.* 2. *& Card. Seraph. in*

decis. 1073. *num.* 1. *Mohedan. decis.* 12. *de sentent.* & *re iudic. Balb. dec.* 21. *Rota dec.* 178. *num.* 3. *volum.* 2. & *Alciat. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 10. *Limit.* 4. & cæteri allegati à *Riccio in sua praxi fori Ecclesiastici in decis.* 8. *num.* 1. & *Rota in illa Romana domus Vener.* 19. *April.* 1630. *coram Durano*, vbi ait, id eò magis procedere quando euidenter appareret de damno Ecclesiæ, necnon quando commissarij formam dictæ commissionis non obseruassent, vt superius diximus; quia tunc cum agatur de solemnitate extrinseca; ideò qui con trahit cum Ecclesiæ, illius vtilitatem probare debet, vt ait *Card. Seraph. dec.* 1073. & *alii allegati à Rota in d. Romana domus coram Durano.*

127 Declara secundò, quòd dicta præsumptio, pro confirmatione commissariorum cessaret, quando dubitaretur, si causæ cognitio præcessisset; quia si de causa non fuerit maturè discussum, & cognitum, sed celeritèr, ad interpositionem decreti fuisset deuentum, tunc cōtrarium veniret præsumendum, vt dicūt *Menoch.* & *Simoncell. allegat. à Riccio in dicta dec.* 8. *versic. Limita tertio.*

128 Quinimmò extende, quòd ad hoc, vt confirmatio prædicta operetur, debet in primis iustificari euidens Ecclesię vtilitas in confirmatione expræssa, iuxta stilum Curiæ, *vt ait Rota decis.* 430. *num.* 6. *par.* 1. *in recent.* & *prius in Tusculana Vinea* 27. *Octobris* 1581. *coram. Lauretano*, & *in alia Romana Casalis Turricellæ* 10. *Mart.* 1578. *coram eodem.* Aliàs pro decreto commissariorum non esset præsumendum, vt dicunt *DD. allegati à Riccio in dicta dec.* 8. *sub num.* 2. *vers. Limita secundo.*

129 Sed est benè verùm, quòd volens probare contrarium illi, quòd fuit à Cōmissarijs declaratum oneratur grauissima probatione, & sic requiritur probatio valdè clara, & per testes valdè graues, vt ait *Rota decis.* 21. *lib.* 2. *diuersor. Alex. de Neuo cons.* 30. & *Ricc. in dict. dec.* 8. *num.* 2.

130 Extende tertiò, quòd dicta vtilitas præsumatur, etiam in profanis, quando aliqua res esset alicui concessa, pro maiori summa, quàm in licitatione fuerit repertum, siue alijs dari in emphiteusim, vel alio modo esset solita, vt ait *Rota apud Gregor. XV. in sua dec.* 343. *n.* 2.

131 Extende quartò, quòd de vtilitate apparet, quando concessio est facta in perpetuum, pro illa quantitate, pro qua fieri solebat, quando ad tempus concedebatur. Et ratio est; quia in concessione perpetua iustè detrahitur de solita responsione temporali, vsque ad sextam partem, *Card. Seraph. decis.* 1125. *num.* 4. & *decis.* 78. *num.* 5. *par. secunda diuers.* & *decis.* 684. *sub num.* 4. *in secunda par. recentior.* vbi dicitur sępè, aliàs fuisse decisum, & est *decis. Card. Mantic.* 101. *num.* 4. & *in alia Mediolanen.* 10. *Ianuar.* 1597. *coram Card. Pamphilio.*

132 Secus autem, quando Ecclesia tantùm recipit, quantum dimisit; quia tunc alienatio non diceretur vtilis Ecclesiæ, veluti quoquè non diceretur, quando Ecclesia dimitteret bona propria, habita fide de re sibi in cambium assignandi; quia tunc id non esset vtile Ecclesiæ. Et ratio est; quia melius est incumbere rei, quàm actioni, vt ait *Rota in Lucana bonorum Luna* 11. *Febr.* 1613. *coram Card. Pamphilio.*

133 Item secus esset, quando alienatio esset facta de rebus emphiteuticis, pro emendis bonis liberis; quia potest esse, quod bona libera non essent valoris æquiualentis bonis emphiteuticis, ita fuit decisum in vna *Imolen. nullitatis permutationis coram Iusto, quæ est apud Pacif. de Saluia. dec.* 109. *num.* 7.

134 Veluti eodem modo veniret dicendum, quando alienatio fieret alicuius domus, quæ esset ruinosa, quæ tamen posset reparari, cum parua impensa; quia tunc huiusmodi causa non esset pro alienatione sufficiens, vt ait *Card. Seraph. dec.* 1490. *num.* 9. & *Rota dec.* 720 *par. prima diuers.*

Quemadmodum etiam alienatio non diceretur vtilis Ecclesiæ, quando aliqua domus conceditur alicui in emphiteusim, pro annuo Canone scutorū, vtputa 36. & prius ex illius locatione percipiebatur annua pensio scutorum. 150. & de hoc constaret, ex libris cōductoris illius, & ex instrumento locationis, quæ licèt regulariter verū valorē cōcluderēt nō p bēt, tñ prębēnt vehementē pręsūptione veri

veri valoris, vel saltem demonstrant eã domum tanti valere, & potuisse locari, cum homines non sint fatui in conducenda re multò pluris, quàm valeat, vt ait *Rota per Gregor. decis. 101. num. 5.* & vltimo loco ita fuit decisum in *Romana Domus 19. April. 1630. coram Durano.*

135 Extende quintò, quòd ex sententia data pro euidenti vtilitate vigore rescripti [si in euidentem vtilitatem] dicta vtilitas in alienatione præsumatur, donec contrarium probetur, vt ait *Rota decis. 479. num. 1. par. 1. diuersor.* & *Card. Seraph decis. 1125. num. 1.* Sed probatio, quæ fieri debet contra dictã sententiam, & rem iudicatam, ac obseruantiam triginta annorum, debet esse plena, & concludens; quia isto casu præsumptiua non sufficeret, ait *Rota in praallegat. decis.*

136 Subextende, quòd talis sententia, super versione probat, licèt non iustificetur ex actis. Et ratio est; quia Iudex potest, etiam extra acta, animum suum informare, vt ait *Abb. in cons. 41. lib. 1. Dec. consil. 341. num. 12. Copiec. decis. 16. num. 4.* & *Rota in Ragusana bonorum 20. Iun. 1578. coram Card. Lancellotto, vt in decis. 359. par. 1. diuersor. & in Pisana bonorum 8. April. 1587. coram Vicecomite, & in Auximana bonorum 3. Maii 1585. coram Rubeo, & 15. Nouembris 1585. coram Rebusterio,* & *in Romana deuolutionis 26. Mart. 1590. coram Card. Pamphilio, & in Romana Casalis Turricellæ 29. Apr. 1594. coram Card. Seraphino.*

137 Et id eò magis procederet, quando acta essent ammissa, vel integra non reperirentur, vt ait *Corn. cons. 210. in fin. lib. 4. Aym. cons. 112. num. 7.* & *Rota in d. Romana deuolutionis, & in illa Romana Casalis coram Card. Seraph.*

138 Iterum subextende, quòd, nec etiã illa sententia erit nulla, si eadem die feratur, qua fuit præsentata gratia, cum etiam eadem die possit Iudex causæ cognitionem adhibere, & super vtilitate Ecclesiæ se informare, vt fuit dictum à *Rota in Ragusana Emphiteusis 20. Iun. 1588. coram Card. Lancellotto Seniore, & decis. 429. num. 30. parte prima diuersor.* & *in Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram Rubeo,* & *15. Nouembris 1585. coram Robusterio.*

139 Extende sextò, quòd vtilitas Ecclesiæ deprehendatur ex pacto, quòd melioramenta redeant ad Ecclesiam finita linea; quia tunc cum illud pactum vtilitatem alienantis respiciat, igitur illud pars pretij dicitur, *l. fundi partem, ff. de contrahenda empt.* & *Rota in Bononien. de Pipinis 20. Maii 1578. coram de Grassis, quæ est in eius impres. decis. 5. num. 3. de reb. eccles. non alien.* & in alia *Romana domorum 26. Mart. 1590. coram Card. Pamphilio.*

140 Fallit tamen primò, quando bona nunquam essent ad Ecclesiam reuersura; veluti, quia locatio fuisset facta, pro quibuscumque hæredibus in perpetuum; quia tunc tale pactum nullam Ecclesiæ vtilitatem respiceret, vt ait *Dec. consil. 142. num. 5. versiculo, Non obstat* & *Rota ibi supra.*

141 Fallit secundò, quando pari modo de tempore concessionis Ecclesia plus percipiebat, quàm à conductore faceret, vt ait *Dec. ibi supra, Iason consil. 74. lib. 1.* & *Rota in Anconitana bonorum 2. Maii 1584. coram Bubalo, & in alia Nouarien. bonorum 17. Ianuar. 1588. coram Robusterio, & 8. Martii, & 17. Maii 1593. coram Penia.*

142 Secus verò, quando liquidè constaret, quòd res fuerit concessa, pro maiori summa, quàm valeret, vt ait *Rota in Volaterana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Card. Blanchetto.*

143 Fallit tertiò, quando fieret alienatio rei Ecclesiæ, & ex illius fructibus, posset, absque ea dictæ necessitati prouideri, vt ait *Gloss. in cap. 1. in verbo Defensore, de rebus eccles. non alienand.* & ibi *Ioan. Menach. num. 3.* & *Abbas in cap. nulli, num. 5. eod. tit.* et *Rota in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impres. decis. 518. num. 8. et in secunda par. diuers. decis. 178.*

144 Sed erit notandum, quòd in inspicienda vtilitate Ecclesiæ, est semper habenda ratio fluminis vicini, & bannitorum accessus, vt ait *Rota in Bononien. Sancti Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, quæ est decis. 720. par. prima diuersor.*

145 Extende septimò, quòd vtilis quoque dicatur alienatio, quando fieret census impositio pro extinguiendo alio censu, pro quo maiori interesse Ecclesia grauabatur, vt ait *Rota in Gadicen. censuum 23. Ian. 1595 coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. decis. 1109. num. 1.*

146 Extende octauò, quòd alienatio etiam vtilis dicatur, si à Capitulo imponeretur census, pro sustinendis expensis, vt dicunt Doctores, & *gloss. in cap. vt præterita de elect. Gozadin. consil. 94. num. 37. Redoan. de reb. eccles. non alien. cap. 17. num. 16. car. 402.* & *Rota in d. Gadicen. censuum coram Card. Seraph.*

147 Extende nonò, quòd etiam vtilis dicatur alienatio vnius petiæ Casalis, pro inuestiendo pretio in vna domo, vt fuit dictum in vna *Romana Casalis 7. Iun. 1591. coram Gipsio.*

148 Extende decimò, quòd vtilitas, & solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ præsumatur, ex obseruantia triginta annorum, veluti quoque idem procedit in contractibus virorum, & mulierum, vt ait *Rota per Card. Mantic. in sua decis. 373. n. 7. & Seraph. dec. 742. nu. 4. & decis. 1125. num. 3. & decis. 1307. num. 7. & prius decis 1073. num. 2. & decis. 1080. num. 7.* Idemque ait *Rota in dec. 684. sub num. 1. part. 2. in recent.* & pulchrè *in Tusculana bonorum 18. Mart. 1611. coram Card. Sacrato, & Balb. in sua dec. 300. Card. Seraph. dec. 671. num. 1. & dec. 792. num. 1.* Rota *dec. 179. num. 1. par. 2. diuers. & dec. 159. num. 4 & dec. 694. num. 5. par. 1. in recent. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 4. & Gonzal. super regula 8. glos 12. num. 76.* & quòd Rota passim seruet solemnitates extrinsecas esse præsumendas, ex cursu triginta annorum, fuit dictum à *Rota per Baratt. dec. 45.* si tamen cum eo, etiam obseruantia concurrat, vt ait *ibidem num. 8.* & in alia *Squillacen. seu nullius iurisdictionis 4. Maii 1616. coram Andrea, & in Sulmonen. beneficii 1. Mar. 1621. coram Dunozetto, & per Baratt. dec. 120. num. 16.* & ibi addens *sub num. 41.* ait, huiusmodi præsumptionem habere locum, quando deficit scriptura, in qua solemnitates erant adhibendæ. Secus autem, vbi extaret scriptura, & ex illius inspectione defectus earum appareret: quia tunc dictæ præsumptioni locus non esset. Et ratio est; quia præsumptio cessat, vbi veritas haberi potest; veluti eodem modo veniret dicendum, vbi solemnitates in ipso actu interuenire deberent, quæ tali casu ex cursu temporis non sunt præsumendæ; at secus, quando illæ ante, vel post contractum interuenire possent: quia tunc ex dicto cursu triginta annorum præsumendæ venirent, & ita fuit firmatum à *Rota per Baratt. in sua dec. 120.* & ibi per D. addentem *sub num. 41. & seqq & Rota dec. 5. num. 4. par prima diuers. & in Romana fideicommissi 15. Nouembr. 1624. coram Ren.b ldo, & in Lucana emphiteusis 10. Ianuar. 1625. coram Pirouano, & prius in Astoricen. beneficii 11. Decembris 1585. coram Card. Pamphilio, & in Anconitana computorum 22. Maii 1615. coram Andrea, & per Card. Caualer. dec. 613. num. 2.*

149 Subextende prædicta procedere; veluti si essemus in probatione iustæ causæ alienādi res Ecclesiæ; quia tunc ea ex antiquitate temporis præsumitur, si tempus ad id sufficiens fuerit elapsum, vt ait *Rota in Romana census de Romulis 8. Iun. 1598. coram Penia, quæ est apud Cincium de censibus dec. 28 num 6.*

150 Declara tamen, quòd licèt pro decreto alienationis in dubio præsumatur, tamen probatio defectus causæ dictæ alienationis in contrarium admittitur, & eo casu redderet nullam interpositionē illius decreti, vt ait *Rota per Card. Seraph. in sua dec. 508. num. 3. 4. & 5.*

Quod procedit, etiā si Beneplacitum Apostolicum interuenisset; quia illud benè supplet solemnitatum defectum; sed non illum causæ *Rot. dec. 178. num. 2 par. 2. diuers. Card Caualer. decis. 288. num. 6. & Card. Seraph. dec. 508. num. 2.* & ita fuit vltimò loco dictum in *Romana domus Vener. 19. April. 1630. coram Durano.*

151 Subdeclara tamen, quòd ad hoc, vt dicta iustificatio præsumatur intra illud tempus, tunc illud motæ litis non subducitur, *Seraph dec. 642. n. 3 Rot. dec 534. p. 1. diuers. & decis 122. n. 5. & dec. 406. n. 3 par. 1. in recentior. & in Oscen. pensionis coram Card. Lancellotto, quæ est penes Marchesan. de Commission. tom. 2. fol. 578*

& Garz.

& Garz. de benef. par. 1. cap. 11. num. 478. vbi alias decisiones Rotæ allegat. et addent. ad decis. 354. Greg. XV. num. 18. in fin. vbi ait, quòd ad hunc effectum, neque tempus vitæ Prælati alienantis deducitur, licèt secus, quoad effectum præscriptionis, Seraph. decis. 1027. num. 11.

152 Extēde obiter, quòd etiā cōiunguntur ad illum effectum tempora, veluti si essemus in materia pensionis vitæ transferentis cum vita translatarii, vt ait Rota dicta decis. 122. & pulchrè decis. 406. num. 4. par. 1. in recent. vbi fuit dictum tempora esse coniungenda, ad effectum Iustificandi dispensationem Apostolicam Matrimonialem.

153 Pro concordantia igitur illarum opinionum, quarum vna est, quod tempus triginta annorum sufficiat ad præsumendum omnes solemnitates in alienatione Ecclesiæ interuenisse. Altera verò, quod sit necessarius cursus septuaginta annorum pro præsumenda earū interuētione, tali modo erit distinguendum, nempè aut loquimur in casu solemnitatum, quę fuerint enunciatæ, & tunc data obseruantia contractus per triginta annos eo casu eas interuenisse pręsumeretur, vt ait Cassador. decis. 3. tit. de Procurator. & Rota in vna Vicentina Casalium 16. Aprilis 1546. coram Ioann: Paulo. At verò loquimur, quando sumus in solemnitatibus extrinsecis, non enunciatis, vt puta, quia non fuit enunciatum, quòd ille, qui alienauit esset talis, & quod quidam Rector, siue Pręceptor alienauerat, & quòd confirmans esset Generalis illius Ordinis. Item, quòd tractatus, & alia necessaria interuenerant; quia tunc prædicta omnia isto casu interuenisse præsumūtur per cursum septuaginta annorū, data, per illud tempus obseruantia contractus, vt ait Dec. cons. 36. col. 5. propè fin. vers. vltimo non obstat. & cons. 341. col. 6. vers. non obstat, si dicatur Ias. in l. sciendum col. 7. in 4. Limit. ff. de verb. obligat. & hanc distinctionem facit, quoque Felyn. in cap. Albertus col. fin. vers. quantum ad propositum, tit. de testibus & in cap. sicut. col. 17. versic. 7. & vltimo, idemquè ait Aiyuard. in sua dec. 400. lib. 5. & Ricc. in sua collectan. decis. 1008. in 4. part.

154 Declara tamen, quòd vbi requiritur ille cō cursus 30. annor. tūc nō sufficit tēpus viginti nouem annorū, vt fuit dictum à Rota in Anconitana terrarum 27. Ianuar. 1581. coram Card. Blanchetto. Secus verò, quādo non tractaretur de graui præiudicio tertii, quia tunc data obseruantia contractus, decem anni sufficiunt, & ea non data, triginta sufficerent, & id pro singular tradit Felyn. in dicto cap. Albertus & Rota per Put. in decis. 355. lib. 2. licet Card. Seraph. in sua decis. 792. nu. 1. dicat, cursum decem annorum tantum ad illud præsumendum non sufficere. Sed in hoc vide Mantic. dec. 340. nu. 9. & 7.

155 Extende vndecimò, quòd pari modo ex dicta obseruātia temporis triginta annorum completorum præsumatur Beneplacitum Apostolicum interuenisse, quod enim facit postea vtilitatem arguere, & etiam iustam causam rei alienatę interuenisse, donec de contrario constet, vt ait Rota per Coccin. decis. 370. num. 1. & per Card. Seraph. decis. 792. & dec. 1080. & Rota decis. 372. lib. 2. diuers.

156 Contrariū tamē apparere potest, quoties titulus inualidus exhiberetur, vt ait Cardin. Seraph. in decis. 1235. n. 4. Gabr. cons. 82. nu. 30. & 31. lib. 2. Rota in dec. 179. num. 1. par. 2. diuers. Idem Cardin. Seraph. in dec. 1042. & Rota in Romana census de Romulis 8. Iun. 1598. coram Pena, quæ est apud Cinc. dec. 28. Gonzal. super regul. 8. glos. 12. num. 76. Card. Mantic. in sua dec. 101. & Rota dec. 201. sub num. 1 par. 1. in recent. et in 2. parte dec. 473. num. 3. et Rota in Mediolanen. rescissionis permutationis Ven. 10. Ianuar. 1597. coram Card Pamph. quæ est apud Marches. de comm. par. 1. car. 113. n. 7.

157 Et tunc illa alienatio non valeret, etiam si à Iudice fuisset confirmata, vt fuit dictum à Rota in Lucana bonorum coram Card. Lancellotto Seniore, quæ est dec. 181. num. 4 part. 1. diuers.

158 Quam enim extensionem vndecimam amplia procedere, etiam, quòd dictum Beneplacitum non reperiatur enunciatum, neque in concessione reseruatum, vt ait Card. Seraph. 1042. & Rota dec. 159. num. 4. part. 1. in recentior. & in dicta Mediolanen. coram Cardin. Seraph. Gonzal. super regul. 8. glos. 12. num. 22. Marescot. var. res. lib. 1. cap. 13. n. 11. vbi de communi l. [illegible] stur.

Exten.

159 Extende idem procedere, etiamsi beneplacitum esset reseruatum in vim conditionis, vt ait idem *Card. Seraph. in dec. 792. et decis.1080. et Rota in aliis prealleg. decisionibus*.

160 Et id eò magis procederet, quando postea appareret de obseruãtia subsecuta, & supplicatione super confirmatione obtenta, vt ait Rota *per Card. Mantic. in dicta dec. 101. n. 2.*

161 Fallit tamen, quando ex tenore Instrumenti appareret beneplacitum fuisse excessum in facultate alienandi, quia tunc illa præsumptio cessaret, quòd ex cursu temporis omnia solemnia interuenisse dicantur, vt fuit dictum à Rota *in dec. 430. num. 3. par. 2. in recent.*

163 Declara prædicta sub obseruantia triginta annorum procedere, dummodo ea fuerit cõtinuata, per totum illud tempus, & quòd pari modo de ea ad hunc effectum certitudinaliter, & non præsumptiue constet, quia aliàs ex eodem cursu temporis illę duę præsumptiones, nempè obseruantię, & confirmationis non resultarent, vt ait *Marescott. in prac. 1. loco nu. 13. & 14. & ita fuit dictum à Rota in vna Romana Casalis Turris Vergatæ coram Coccino quæ est penes Marches. tom. 1. fol. 1129. & in alia Burgen. Abbatia, de Sala 20. Nouembris 1615. coram Vbaldo, & bene Seraph. decis. 1042. num. 4.* Item, quòd d. obseruãtia debeat esse cõtinuata ait Rota *in Valentina Baronia 4. Iunii 1603. coram Ortembergo Card. Seraphin. dec. 1042. in fine, & dec. 1125. num. 3. Mantic dec. 101. Rot. dec. 684. num. 1. par. 2. recent. & dec. 221. num. 5. part. 4. diuers. & per Greg. dec. 343. nu. 1. & ibi per addent. num. 4. & seqq. & Rot. in Tusculana bonorum 18. Mart. 1611. coram Card. Sacrato, & in alia Meleuitana Emphiteusis 11. Maii 1615. coram Donozetto, & in Burgen. Abbatia 20. Dec. 1615. coram Vbaldo, & in Rom. legati 2. Apr. 1618. coram eodem.*

Sed nota tamen, quòd licèt temporis diuturnitas, siue obseruantia non faciat præsumere solemnitates necessarias in alienationibus rei Ecclesię; siue alterius; tamen adminiculum præbet ad præscribendum, vt fuit resolutum à Rota *per Coccin. in sua dec. 453. num. 5. & in alia Rom. resignationis officii Luna 28. Apr. 1614. coram Buratto.*

163 Rursus extende, quòd ne dum ex solo prædicto cursu temporis, cum obseruantia, dicta alienatio, sine beneplacito Apostolico efficiatur valida, sed id eò magis procederet, si dictam alienationem cum vtilitate Ecclesiæ, factam fuisse appareret, vt ait *Rota in Carpen. seu nullius bonorum Luna 13. Maii 1602. coram Greg. XV. quæ est in eius impress. decis. 52. num. 1. & 2. & in Ferrarien. bonorum Lunæ 12. Ianuar. 1615. coram Donozetto, quæ est decis. 361. par. 2. in recent. & in Romana census de Romulis coram Penia, quæ est apud Cinc. de censibus decis. 28. num. 2.*

164 Sed si reuera beneplacitum in alienatione interuenisset, tunc aliæ solemnitates non essent necessariæ, quia illud supplet, dummodo Papę authoritas fuerit legitimè interposita; At secus si subreptitia detegeretur, siue si Commissarius non processisset, iuxta formam commissionis, quia tunc tale beneplacitum non suffragaretur, vt fuit dictum à *Rot. in Romana domus Vener. 19. Apr. 1630. coram Durano.* Sed vbi dixi, quòd beneplacitum suppleat, illud intellige saltem non procedere, respectu causę cuius defectum non supplet, veluti etiam superius diximus *Rota in Segobien. spolii 10. Decembris 1568. coram Finetto, vt est in decis. 420. part. 2. diuersorum, & in Romana Casalis Turricella 10. Mart. 1578. coram Cantuccio, qua est decis. 65. num. 1. part. 2. diuersor. & in Placentina bonorum 7. Apr. 1581. coram Card. Seraphin. qua est decis. 178. dicta part. 2. diuers. num. 2. & in alia dec. 96 num. 3. part. 2. in recent. & in Mediolanen rescisionis 10. Ianuar. 1597. coram Card. Pamph. & prius in Senen. pradii 8. Octobris 1588. coram eodem & in dicta Rom. domus ven. 19. Apr. 1630. coram Durano.*

165 Declara tamen, quòd licèt beneplacitum defectum causę non suppleat, inducit tamen præsumptionem Iustę causę *Rota decis. 201. num. 3. part. 1. in recent. & penes Coccin. in sua dec. 391.*

Veluti quoque dicitur etiam de virtute illius clausulę (Saluo beneplacito) quę licèt, quicquam non operetur, ante illius consecutionem, quòad validitatem initi contractus, id operatur tamen

ne

ne partes incurrãt pœnam super re spirituali contrahendo, in tantum, quòd si antequam Beneplacitum perueniat pœnitentia interuenerit, tunc contractus irritabitur, vt fuit dictum in *Cæsaraugustana concordiæ coram Rauellen.* 1542. *allegata à Puteo in decis.* 353. *lib.* 1. & *in Toletana pensionis* 1553. *coram Romano, & Verall. decis.* 184. *in manuscript. Cæsar. de Graff. dec.* 192. *num.* 8. *Rota decis.* 573. *nu.* 2. *part.* 1. *diuers.* & *Gonzal. allegat. à Garzia in tract. de benef. in* 2. *part. cap.* 5. *num.* 238.

166 Item declara id, quòd fuit dictum de subreptione in Beneplacito Apostolico inuenta, non procedere, nisi in ea subreptione, quæ vtilitatem, vel damnum Ecclesię respiciat, aliàs secus, vt fuit dictum *à Rota in Placentina bonorum* 7. *Decembris* 1580. *coram Cardin. Seraph.* & *in alia Romana domus* 2. *Decembris* 1589. & *aliàs sæpe, & signanter in Papien. tenutæ* 27. *Ian.* 1596. *coram eodem, quæ est in eius impress. decis.* 1235. *num.* 2.

167 Extẽde decimotertiò, quòd nedum ex cursu dicti legitimi temporis præsumatur vtilitas Ecclesię, sed etiam ex eo purgatur suspicio, quę aliàs ex alienatione oriri potuisset, vt puta, quòd ea fuisset facta in consanguineos, ad quorum fauorem Prælatus alienare nõ potest, vt luti fuit decisum in *Leodien. bonorum* 5. *Mart.* 1608. *coram Greg. XV. quæ est in eius impress. dec.* 456. *num.* 3.

168 Quinimmò, nec post lapsum temporis triginta annorum amplius datur Ecclesiæ remedium recuperandæ, sicut nec datur priuato, quando facto suo à possessione cecidisset, vt ait *Card. Seraph. in dec.* 671. *num.* 3.

169 Extende, quòd neque pari modo illud remedium, post quadriennium conceditur, sed benè potest intra illud tẽpus remedium recuperandæ intentari, vt ait *Bald. in sua decis.* 33. Sed Ecclesia debet prius læsionem probare, vt ait *Guidopap. in sua decis.* 170. Et quando dicatur læsa, tradit *Caualcan. dec.* 16. *num.* 44. & *dec.* 31. *num.* 1. *part.* 2.

170 Sed ꝙ immò Ecclesia possit illud remedium restitutionis petere, etiam aduersus præscriptionem quadragenariam, ait R *ce. in dec. Curiæ Archiepiscopalis Neapo.* 99. & *Borgnin. in decis.* 29. *part.* 2.

Quod tamen intellige procedere, quãdo nondum esset lapsum tempus quadrienii, post copletum illud quadraginta annorum. Secus autem, quando restitutio in integrum post illud peteretur, qa tunc denegatur, sũ veriorem opinionem, de qua testatur *Thes. in sua dec.* 134. & *est text. in cap.* 1. & 2. *de rest. in integ. in* 6. *Oddus q.* 19. *num.* 22. *eodem tit. Ias. in auth. quas actiones num.* 35. *c. de sacros. Eccle. Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 601. *n.* 28. & *ita vltimo loco fuit resolutum à Rot. in Rom. legitimæ Lunæ* 27. *Iauuar.* 1631. *coram Pirouano.*

Declara tamen, ꝙ illud tempus, quadriennii, intra quòd potest peti restitutio in integrum aduersus præscriptionem quadrigenariam, quæ datur contra Ecclesiam, & aduersus illam trigenariam, quæ datur contra alios, qui non sint Ecclesiastici, illud incipit currere à die sciẽtiæ, & non aliàs, ita vt per centum annos, quis à dicta restitutione non excludatur, cum illud tempus sit vtile, & non continuum, vt fuit dictum in illa *Rom. legitimæ Lunæ* 27. *Ianuar.* 1631. *coram Pirouano.*

Extende ea quæ fuerunt dicta de restitutione in integrum ab Ecclesia, post lapsum prædictum quadriennium non obtinenda, adeò esse vera, vt propterea non sufficiant priuilegia postea ab Ecclesia obtenta super præscriptione ad illius fauorem per sexaginta annos duratura, cum per ea non censeatur sublatum ius parti aduersæ quæsitum, iuxta naturam legũ, & constitutionum, quę talis est, vt futuris negotiis, non autem præteritis formam detur. & ratio est; quia negotia decisa sententia, iuramento, præscriptione, transactione, aut solutione, sub noua lege non comprehenduntur, etiam si ad pręterita se referant, & post dictam legem implementum reciperent, vt fuit decisum in illa *Rom. legitimæ Lunæ* 27. *Ian.* 1931. *coram Pirouano.*

171 Sed id quod fuit dictum de Iure amplius Ecclesiæ, post quadriennium nõ competente, limita primò non procedere in Ecclesia, vita Prælati alienantis durante, quia ea tunc petit, etiã quadriennio elapso, ꝙ enim facit pro limitationẽ ad *tex. in l. fin. C. de temp. in integ. restit. vt ait Put. dec.* 285. *lib.* 3. *Racc. in* col-

collectanea decif. 1004. *part.* 4. & *Balb. decif.* 329.

172 Limita secundò, non procedere in Ecclesia Romana, contra quam præscriptio non datur, vt ait *Gundisp. in dec.* 561. *num.* 1. & *Cresc dec. vnica de consuet.*

173 Limita tertiò non procedere in beneficialibus, in quibus quilibet admittitur ad peten. restitutionem in integrum, post quadriennium, idem *Put. dec* 314. *lib.* 1. & R*icc. ibi supra vers limita* 2.

174 Limita quartò, existente consetudine in contrarium, vt ait *Maynard. dec.* 200. *lib.* 5. *Riccius ibi supra*.

175 Limita quinto in Territorio Sabaudiæ, vbi decennium fuit loco quadriennii subrogatum, vt testatur *Faber. decif.* 1. *C. de temp. in integ. restit.*

176 Limita sextò in casibus decisionum secundæ, & quintæ dicti Faber *eodem titulo*. vbi habetur, quòd filiæ restitutio datur, tamquam minori, etiam post annos 30. & R*icc in praecitato loco*.

177 Et reassumendo extensionem prædictam, in ea parte, vbi dicitur de suspicione, quæ oritur ex alienatione facta à Prælato in consanguineos; fallit primò, quando præiudicium Ecclesiæ, & fraus alienantis cessaret, quia tunc etiam in consanguineos ille alienare posset, *Menoch. in cons.* 79. *num.* 19. *et latè Gratian. discept. forens. cap.* 415. *num.* 13. 14. *et* 15. *lib.* 3. *et Cardin. Seraph. decis.* 1125. *num.* 7.

178 Fallit secundò, quãdo alienatio esset facta in consanguineos idoneos, ac bonę conditionis, & famæ, quia tunc cõtra Prælatũ suspicio cessaret, & eò magis, si debitę solẽnitates fuerint adhibitę, licèt inter Cappellanos, v.g. interressatos, & consentientes adesset vnus emptori cõiunctus, cuius intuitu non esset verisimile cæteros Cappellanos suę Ecclesiæ damnum inferre voluisse, vt in istis terminis fuit decisum à *Rota in dec.* 18. *par.* 2. *nouiss.*

179 Et ratio pdictorũ est; quia alienatio bonorũ Ecclesię nõ rescinditur, ex eo solũ, quòd consanguineo fuerit facta, nisi etiam damnum euidens Ecclesiæ, ex ea resultet, vt ait *Cardin. Seraph. in sua decis.* 1125. *num.* 6.

180 Quinimmò sciendum erit, quòd etiam pręlatus potest contra proprium iuramentum alienare si, alienatio Ecclesię sit vtilis, vt ait *Rota in decis.* 3. *de Iure Iuran. in antiq.*

281 Veluti è conuerso, quoq. procedit, vt scilicet fauore Ecclesiæ possit Prælatus ab eo alienata recuperare, etiamsi Iuramentum Interuenerit, vt dicunt *Doctores in cap. si quis presbyterorum*, & ibi *Abbas*, & *Beron.* *Ias. in l. Iusiurandum num.* 30. *ff. de Iur iuran. Bernard. Diaz. in reg.* 24. *in vltima limitat. in cap. peruenit il* 2. *num.* 4. *eodem tit. Paris. cons.* 92. *num.* 48. *lib.* 4. & *Rota in Pipien. bonorum* 20. *Maii* 1594. *coram Card. Millino*.

182 Et ratio est quia Prælatus non potest cogi ad contrahendum, etiamsi Iuramento contrahere promisserit, vt ait *Rota in Vitexbonen. nullitatis Locationis* 1. *Iul.* 1596. *coram Card. Pamph.*

183 Fallit tertio quando in alienatione in consanguineos facta, esset dictum, sine præiudicio Ecclesiæ, quia tunc ea valeret, perindè ac, si cum extraneo facta fuisset, vt ait *Rota in decis.* 18. *num.* 6. *part.* 2. *diuers. Archidiac. in cap. cum Episcopus in fine* 10. *q.* 2. *Card. in Clem.* 1. §. *Abbates de excusat. Prælat. Federic. de Sen. cons.* 52. *n.* 2. *Aluar. in cap.* 1. *nu.* 7. *vers. ex quo nota si de inuestit. int. Domin.* & *Vassal. Imol in c. vt super num.* 15. & *Abb. num.* 18. & 19. *de reb. Eccles. non alien Idẽ Abb. cons.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. *latè Ias. in cap.* 17. *cui feud. dar poss. vbi de magis communi Curt. Iun. de feud. part.* 2. *q.* 7. *vbi de communi*, & *Rota in Bononien. bonorum de Morano* 16. *Iun.* 1595. *coram Card. Mellino*.

184 Fallit quartò, quando illa alienatio fuisset à commissariis indè approbata, vt ait *Card. Seraph. in sua decis.* 1125. *n.* 1. *cum aliis per Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 415. *num.* 16.

185 Et nota, q in dubio semper pro sententia Commissarii alienationis cõfirmatoria, erit præsumendum, vt superius dixi, donec de contrario concludenter appareat, quia ea facit vtilem alienationem præsumere, idem *Card. Seraph. dec.* 508. *num.* 1. & *decis.* 1073. *num.* 1. & *prius in decis.* 338. *eodem num.* 1 Licèt secus sit, vt superius diximus *sub num.* 126. quando euidenter de non vtilitate Ecclesiæ, & de non obseruatione formę commissionis appareret, vt fuit dictum in *Rom. domus*

domus Ven. 19. Iun. 1630. coram Durano,

186 Quòd enim officium Commissariorum non expirat, per mortem Pontificis, vt ait *Piguer. in sua dec. 129. Rot. Catalonia, & Riccius in sua collect. 511.*

187 Prædicta enim tantò magis procederent, si dicta sententia per spacium triginta annorum fuerit obseruata, vt ait idem *Seraph. in dicta dec. 1073. num. 5. & decis. 1174. num. 2. & dec. 1338. num. 3. & Card. Mantic. in sua dec. 101. nu. 2.*

188 Declara tamen, quòd ad hoc, vt cõfirmatio operetur, debet in primis iustificari euidens vtilitas Ecclesiæ, in confirmatione Apostolica expressa, vt ait *Rota decis. 430. num. 6. par. 1. in recent. & Rot. in illa Rom. domus coram Durano.*

189 Sed hic erit notandum, quòd commissarii in fabricando processu, super alienatione, debent semper citare Ecclesiam, alias esset nullus, vt ait *idem Card. Seraph. in dec. 1307. num. 2.*

190 Extende, quod Cõmissarij huiusmodi occasione confirmandæ alienationis, possunt de consensu partis canonem augere, ad maiorem vtilitatem Ecclesiæ, vt ait idem *Card. Seraph. in dicta dec. 1307. num. 9.*

191 Fallit quintò, quando ex prædicta alienatione in consanguineos facta, euidens vtilitas resultet, quia tunc omnis suspicio Prælati tollitur, vt ait *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 54. num. 1.* Veluti quoque vtilitas presumeretur ex confirmatione Pontificis, dũmodò confirmatio non esset obtenta contra formã rescripti Apostolici, quia tunc ea nullius roboris esset, vt ait *Card. Seraph. in sua dec. 143. & dec. 1195. num. 2.*

192 Sed prædictis non obstantibus negari non potest, quin in dubio huiusmodi alienationes in consanguineos factę, vehementem suspicionem arguant, vt scilicet illæ potius in fraudem, quàm in Ecclesię vtilitatem factę præsumantur, vt ait *Rota in decis. 720. num. 1. part. 1. diuersor. & dec. 18. num. 5. & dec. 65. n. 18. par. 2. & par. 2. rec. decis. 430. num. 7. Menoch. dicta præsumpt. 54. num. 4. & seq.* latè de hac materia tractat *Reduar. de reb. Eccles. non alien. in q. 54. & Rota dec. 360. num. 16. part. 1. diuers. & in Leodien. prætens. census Luna 29. Ian. 1596. coram Orano, quæ est apud Cinc. de censibus decis. 36. num. 11. & in alia Leodien. census 11. Decemb. 1596. coram Corduba, quæ est apud eundem Cinc. decis. 8. num. 9. & prius in Lucana bonorum 15. Ianuar. 1571. coram Card. Lancellotto Seniore, quæ est decis. 181. par. 1. diuers. & in Bonon. Sancti Appollinaris 1588. coram Cantuccio, & in Romana Casalis Turricella 10. Mart. 1578. coram eodem, & in alia Senen. affictus 11. Februarii 1591. coram Card. Pamphilio.*

193 Declara tamen, quòd ex illa præsumptione dicta alienatio nulla non redditur, vt ait *Abb. in cons. 41. nu. 3. vers. per hoc etiam tollitur lib. 1. & Rota in una Pisana bonorum 8. Aprilis 1595. coram Vicecomite, & in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Card. Seraph. & in alia Bononien. bonorum 16. Iun. 1595. coram Card. Mellino.*

194 Secus verò indubitanter esset, quando Prælatus disponeret ad fauorem consanguineorum de fructibus beneficij, sibi ex parsimonia, etiam extenuando proprium victum acquisitis, quia de illis veluti de propriis Patrimonialibus disponere potest, etiamsi Episcopus iam esset Regularis, vt fuit dictum à *Rota per Greg. in sua dec. 401. num. 6. & 7.*

195 Extende primò, id quoque procedere in re empta, ex pecunia ex fructibus Ecclesiæ redacta, quia idem fit iudiciũ, quod de ipsis fructibus, per regulam subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, vt ait *Rota ibi supra num. 8.*

196 Extende præterea pręcipuè procedere, quando Episcopus de prædictis disponeret in dotandis suis consanguineis, & sic ea in vita sua assignasset, & dedisset pro dote, vt firmauit *Rota in dicta dec. 401. num. 8. apud Gregor.*

197 Sed in omnem euentum, quando ageretur de mala alienatione rei Ecclesiasticę, per Prælatum facta, tũc nota, quòd tempus vitæ dicti Prælati in præscriptione nõ computatur, vt ait *Rot. apud Cinc. in dec. 445. num. 8.*

198 Secus verò, vbi ageretur de præsumendis solemnitatibus, quia tunc illud non esset subducendum, vt fuit dictum in *Lunen. Sarzanen. terrar. 20. Iun. 1555. coram Cotta, & in alia Romana Casalis 21. Maii & 28. Iun. 1593. coram Card.*

Seraph.

Seraph. quæ est in eius impress. dec. 1042. *& prius dec.*1027. *nu.*11.

199 Extende idem procedere, quando agеretur de annullanda alienatione facta cum Papa, vbi deducuntur tempora eiusdem Papæ, licèt id procedat ad effectum interrumpendæ præscriptionis, vt ait *Seraph. in sua decis.* 1085. *nu.* 5. *& prius dicta dec.* 1027. *num.*4.

200 Quod tamen secus esset, si probaretur per Papam fuisse vim, ac metum illatum pro obtinenda venditione, quod tamen in dubio non est præsumendum; vt fuit dictum in dicta *Lunen. Sarzanen. coram Cotta allegata à Seraph. in dicta sua dec.* 1027. *nu.* 12. & 13.

201 Extende vltimò, quòd scilicet alienatio quoque dicatur Ecclesię vtilis, quando fieret, vt à lite recederetur, vt ait *Rota in dec.*398. *par.* 1. *diuers. num.*5. *& in* 2. *part. decis* 312. *& in prima parte nouiss. decis.*582.

202 Declara tamen, id procedere, quando transactio de re Ecclesię fuisset facta, ob dubium litis euentum, quia tunc valeret, etiam vtilitate Ecclesiæ non probata, vt ait *Anchar. cons.*136. *vers item etiã Angel. in l. Imperatores nu.* 2. *ff. de' pact. Dec. cons.*474. *n.* 9. *Gemin. cons.* 129. *sub n.*3. *Aym. cons.* 151. *sub n.*26. *Rol. cons.*15 *n.* 51. *lib.*1. *Mohedan. dec.*1. *de transact. & dec.* 5. *de locat. Rot. in Nullius Castri Montis Portii* 1580. *coram Orano, quæ est dec.* 582. *par.*1. *diu. vers. minus obstat.*

203 Secus autem, si super re clara, & super gratuita pactione transactio fieret, siue super re à lite diuersa, quia tunc ea absque solemnitatibus non valeret. *Aym. cons.* 313. *num.*1. *&* 2. *Gemin. cons.*124. *num.*4. *Abb. in cap.*1. *num.* 5. *de deposit. Federic. de Senis cons.* 94. *& Rota in dicta decis.* 582. *par.* 1. *diuers. Grat. lib.* 3. *discept. cap.* 476. *num.*16. *& lib.*5. *cap.*846. *num.*8. *& ita fuit quoque resolutum à Rota in Mediolanen. rescissionis permutationis coram Card. Pamphil. quæ est apud Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 112. *& in Bononien. transact.* 14. *Iun.*1628 *corã Ghislerio* Licèt ista decisio loquatur in alienatione rerum minoris, & in alia *Rom. hæreditatis de Cap zucchis* 10. *Iun.* 1630. *coram Queipo.* quæ loquitur in transactio ne bonorum fideicommissi subiectorum.

204 Item secus esset, quando vtilitas penderet à casu, quia tunc, cũneq. vtile, neque damnum posset ex ea de summi, propterea alienatio hoc modo facta, non potest dici vtilis, neque damnosa, vt fuit dictum in *Imolen. nullitatis permutationis* 29 *Mart.* 1599. *coram Iusto, quæ est apud Statil. dec.*109. *num* 7. vbi loquitur de minore, de quo ad Ecclesiam argumentum valet in Iure, vt dixi in principio conclusionis, & in verbo Argumentum.

205 Contrarium licèt videatur sentire *Rota in Romana domus de Cuppis Veneris* 10. *Nouembris* 1600. *coram Card. Sacrato, quæ est apud dictum Statil. dec.*110. *num.*5. vbi loquendo de alienatione à minore facta, dicit, quòd contractus minoris sustinetur, quando in spe vtilitas ex pectatur, & hinc est, quod *Rota ibi coram Iusto* ait, quòd alienationes minorum, vt plurimum Iudicis arbitrio remittuntur, ad hoc, vt videat, si eis expediant necne, quod tamen intellige verum in illis alienationibus, quę fiunt causa ęris alieni, secus autem in illis vtilitatis causa factis, vt ait *Rota coram Iusto* in vltimis verbis.

206 Quinimmò, quòd inquisitio sit quoque necessaria, quando sumus in alienatione ex causa vtilitatis facta, ad hoc, vt videatur, quid potius expediat, & non quando fit, ex causa necessitatis. Item, quòd non sufficiat solum prætextus vtilitatis, sed quòd ea debeat esse euidens, ait *Rota in dec.* 178. *part.* 2. *diuersorum num.*9.

207 Sed hic erit rursus incidenter distinguendum, quando scilicet alienatio fiat ex causa necessitatis, aut ex illa vtilitatis. Nam vltra superius, per me in hac materia deducta; scire debes, quòd in primo casu alienationi statur qualemcumque exitũ habeat, dummodo alienatio fuerit vtiliter cæpta, licèt tñ Ecclesiæ semper detur restitutio in integrum, quatenus non fuerit vtiliter contractum; excepto tamen eo casu, quando quadriennium esset lapsum, post obseruantiam illius contractus per 40. annos, vt ait *Rota per Coccin. dec.*445.

208 In secundo autem casu, quando scilicet alienatio ex causa vtilitatis fieret, tunc vtilitas debet esse in principio, & in fine, vt pulchrè ait *Rota in d. dec.* 65. *num.*4

num. 4. *par.* 2. *diuers.* & *per Coccin. in d. dec.* 445. *num.* 5. vbi habetur, quòd in dicto secundo casu non sufficit, quòd vtilitas sit putatiua, veluti sufficit in primo, vt post *Ioann. de Ann.* distinguit *Archid. in cap. fine exceptione num.* 5. *glos.* 12. *quæst.* 2. & *ibi Laur. de Rodulf. num.* 14. *Gemin. col.* 2. *vers. in hac quæstione Bellam. num.* 6. & *Boich. in cap. tua in fine de his, quæ fiunt à Prælat.*

209 Extende idem quoquè procedere, quando euidens vtilitas esset expressa in confirmatione Apostolica, quæ si non iustificatur confirmatio non sustinetur, iuxta stilum Curiæ, vt ait *Rota in decisione* 430. *num.* 9. *parte prima in recentioribus.*

210 Præterea iterum distinguere debes, quòd quando sumus in alienatione ex causa necessitatis facta, tunc emptor tenetur probare pretium fuisse versum in causam enunciatam, & sic Ecclesiæ vtilem, vt fuit decisum in *Leodien. census* 11. *Decembris* 1596. *coram Corduba*, *quæ est apud Cinc. de censib. dec.* 8 *num.* 11. & *apud eundem dec.* 18. *num.* 4. & *decis.* 36. *num.* 12. & *decis.* 287. *num.* 4. *Gratianus decis. Marchia* 182. *num.* 6 *Innocent. in cap.* 1. *num.* 1. *versic. Vel forte posset dici*, & *ibi alii DD. de deposit. Laurent. Rodulph. in Clementina rerum Ecclesiæ num.* 4. *Bald. in authentic. hoc ius porrectum num.* 7. & *Castr. num.* 5. & 6. *C. de Sacrosanct. Eccles. Couar. variarum resolutionum lib.* 2. *capit.* 17. *num.* 3. *Rota in Romana census* 26. *Ianuarii* 1591. *coram Bubalo* vbi fuit dictum, quòd alienatio facta, pro extinguendo censu, dicitur causa vtilitatis facta; & si probetur illud pretium fuisse versum in illius vtilitatem à principio, tunc amplius dicta alienatio non redderetur nulla, si illud iterum non probetur, & *Rota in Romana domus* 19. *Aprilis* 1630. *coram Durano.*

211 Veluti dicitur eodem modo procedere, quando alienatio fieri deberet, ob aliquam causam, ad fauorem minoris determinatam: quia tunc alienatione sequuta, emptor versionem in illius causam probare tenetur, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in decis.* 338. *num.* 8. & *Romana census de Paluzzis Luna* 20. *Nouembris* 1600. *coram Cardinali Sacrato, quæ est penes Mackesan. de commissionibus parte* 1. §. 2. *fol.* 863.

212 Secus verò, quando essemus in alienatione ex causa vtilitatis facta: quia eo casu emptor non tenetur probare pretium versum in vtilitatem Ecclesiæ; sed est benè verùm, quòd tunc versio ex præsumptionibus, & coniecturis probari poterit, vt ait *Rota apud dictum Cincium in dicta dec.* 8. *num.* 10. & *dec.* 29. *num.* 1. & 3. & *decis.* 287. *num.* 5. *apud eundem*, & *in Romana. pecuniaria* 29. *Nouembris* 1627. *coram Cardinali Verili.*

213 Contrarium tamen esset, quando versaremur in conductore rerum Ecclesiæ, quia tunc per eum debet vtilitas Ecclesiæ probari; non autem per eam; quia semper isto casu læsa præsumitur, vt fuit dictum à *Rota in dec.* 607. *num.* 1. *par.* 1. *nouiss.*

214 Licèt *Rota per Card. Seraph. dicat in decisione* 338. *num.* 7. quòd in tribus solùm casibus versio sit probanda; nempè in mutuo, deposito, & venditione, quæ fit pro creditorum satisfactione *Gregor. dec.* 511. *num.* 12. & *Gratian. lib.* 1. *disceps. cap.* 45. *num.* 1.

215 Et ratio ea est: quia cum in mutuo præsertim, possit facilè per fœneratores fraus fieri; idcircò mutuans tenetur inuigilare, vt illud in Ecclesiæ vtilitatem vertatur, aliàs in odium fœneratorum, & fauorem Ecclesiæ, id erit imputandum, iuxta *trad. per Butr. cap.* 2. *col.* 4. *versic. Fallit secundo de deposito.*

216 Et quando ea sit probanda, ex quibus coniecturis versio probata dicatur, ait *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 55. *num.* 5. & *seqq.* & *de arbitrar. cas.* 432. *per tot.* & *fuit dictum in Romana pretii grani* 28. *Iunii* 1614. *coram Vbaldo*, vbi fuit conclusum, quòd si monachi prius indigebant victu, & vestitu, & postea constaret vixisse, & vestitos fuisse, tūc versio pecuniarum, in eorum vtilitatem facta præsumitur *Odd. de restit. in integ. p.* 2. *quæst.* 51. *art.* 5. *nu.* 57. *latè Surd. in sua decis.* 55. *num.* 7.

217 In considerando autem, quando alienatio sit vtilis, siuè damnosa, tunc tempus contractus regulariter est attendendum, vt ait *Card. Seraphin. in sua decis.* 367. *num.* 1. & *in decis.* 1490. *num.* 8.

Et sic igitur erit sufficiens, si versio in vtilitatem Ecclesiæ probetur, ex causa perpetuò duratura in principio contractus, licèt postea non duret, cum in omnibus actibus origo, semper sit inspicienda, vt ait *Grat. lib. 1. discept. c. 45. n. 7.*

218 Vndè, si alienatio fieret ob indigentiam Ecclesiæ, vtpotè ad soluenda debita, tunc ad eã validandam est considerãda indigentia Ecclesiæ tempore cõtractus, & ea potest esse vera, licèt per prius per aliquot dies pecuniæ extitissent, vt ait idem *Card. Seraph. in dec. 653. num. primo, & secundo.*

Et in hoc, optima coniectura erit, si pecuniæ fuerint datæ tempore indigentiæ, & præsertim, quando inter receptionem pecuniæ, & versionem tempus modicum intercessisset. *Gratian. d. lib. 1. discep. c. 45. num. 78. & cap. 107. nu. 20. & lib. 2. cap. 360. num. 31. Surd. decis. 55. num. 6. & seq. & Rota in Romana administrationis fundaci Ven. 18. Iun. 1621 coram Buratto, & in Romana pecuniaria 29. Nouembr. 1627. coram Card. Virili, & Menoch. de arbitr. casu 432. num. 33. & seqq. & de præsumption. præsump. 55. num. 4.*

219 Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea, si postea res preciosior fiat, Ecclesia non potest dici decepta. Et ratio est: quia industria emptoris, non debet esse illi damnosa, sed proficua; At secus, si essemus in alienatione rei ob bellum, vel quid simile, ex quo, tunc temporis non reperiretur occasio vendendi vrgente necessitate; in eo tali casu, potest etiam considerari detrimentum in futurũ, & sic pretium debet computari quanti in futurum posset plus vendi: & ratio est: quia pretium diminutum causa belli, non est iustum, vti temporale, vel quia speratur esse cessaturum, vt ait *Gratian. lib. 1. discept. cap. 45. num. 10. & 11.* Sed in dubio, semper iustum venit præsumendum pretium in contractibus, ita vt, qui contrarium allegat illud probare teneatur; quod enim quoque contra Ecclesiam procedere non dubitatur; veluti fuit decisum in *Romana iusti pretii domus 31. Ianuar. 1625, coram Dunozetto.* & veluti multa dixi in hac materia in verbo Aestimatio *concl. 68. sub nu. 52. & ibi recurras.*

220 Extēde quod nec illa alienatio, quæ fuit facta tempore calamitatis, vnquam potest dici vtilis, vt ait idem *Cardin. Seraphin. decis. 1073. num. 4. Cagnol. & Doctor. in l. 2. num. 213. & seqq. C. de rescindend. vendit. Calderin. consil. 5. de rerum permutat. Ruin. consil. 35. in fine lib. 1. & Rota in Romana Casalis 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, & in Bononien. bonorum 16 Iunii 1596 coram Card. Mellino, & prius in ead. 27. Maii 1596. vel 1597. coram Card. Arigonio.*

221 Vndè concludendum erit, quòd valor rei, & vtilitas Ecclesiæ debet considerari de tempore regulari, & ordinario; secus verò, quando tempus esset calamitosum, vtputa in tempore pestis, & belli, quo res minoris valebat: quia parum fructificabat, & sic igitur alienatio facta, inspectis dictis temporibus non sustinetur, ex ea ratione per *Gratianum* superius adducta, & veluti dicunt *Castrens. consil. 119. colum. 1. vers. Non obstant testes, lib. 1. Imol. Alexand. & Hercul. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam, Aretin. in §. si quis agens num. 1. & 4. & ibi Iason vers. plus autem num. 6. Instit. de action. Idem Alexand. consil. 199 colum. 2. versic. Nec obstant testes lib. 2. Afflict. decis. 87. num. 3. Grammatic. decis. 76. num. 13. Rota decis. 65. num. 7 par. 2. diuersor. & in Papien. bonorum 23. Ianuar. 1. Aprilis, & 20. Maii 1588. coram Card. Blanchetto, & in Romana Casalis Turricella 29. Apr. 1594. coram Card. Seraph.*

222 Et sic igitur alienatio illa non sustinebitur, si est facta, inspecto valore tempore belli, siue pestis. Secus verò, si pro pretio, quo res ante bellum erat solita locari, vt fuit dictum in *Romana domus in Burgo 30. Mart. 1590. coram Card. Mantico, quæ est in eius impress. dec. 101. num. 4.*

223 Quid autem, si in alienatione rei Ecclesiæ procedatur, non per viam permutationis, sed per eam emptionis? tunc ad existimandam Ecclesiæ vtilitatem est habenda ratio pretij, quod loco rei succedit, non autem rei ex pretio emptæ, si tamen inter partes non fuisset conuentum, quòd ex pretio res emeretur, & in actu emptionis illud exbursaretur: quia tunc idem

idem esset ac si res ipsa data fuisset, vt pulchrè distinguit *Card. Seraph. in sua decis. 480. num. 6.*

224 Sed si essemus in alienatione illorum bonorũ, in quibus Ecclesia directum dominium non haberet, tunc illius est habenda ratio, æstimationem deducendo, vt ait idem *Card. Seraph. dec. 792. num. 6.*

225 Sed hic non erit prætermittendum dicere, quòd si contingat Ecclesiam ex contractu locupletari, tunc ea tamquam pia mater, & cultrix omnium illud omne, quod cum alterius iactura percepit, restituere tenetur, vt ait *Rota in Romana census sancti C.si Veneris 28 Iun. 1602. coram Iusto, & prius in alia Romana census de Romulis Ven. 18. Iun 1599. coram Penia.*

226 Quod tamen declara esse verum, si illud pretium prius probetur fuisse versum in illius Ecclesiæ vtilitatem, & aduersarij iacturam; aliàs illud restituere non teneretur, nec minus isto casu Ecclesiæ posset imputari, quòd ea vellet, cum aliena iactura locupletari, vt ait *Rota in dicta Romana censuum de Romulis coram Penia, quæ est apud Cincium de censibus decisio 287. num. 2. & 3.*

227 Item si è conuerso, quis diceret alienationem fuisse Ecclesiæ damnosam, tunc est habenda ratio eorum, quæ verisimiliter possunt contingere, in diminutionem valoris, ac fructuum rei alienatę, vt est ratio fluminis vicini, & bannitorum accessus, & sic de simili, vt ait *Rota in decis. 720. par. prima diuersor. & decis. 684. num. 7. par. secunda in recentior.*

328 Neq. Ecclesia ad probandum damnum sibi illatum ex alienatione, poterit ex redditibus fundorum vicinorum illud probare, nisi fundi illi probentur esse eiusdem bonitatis, & talis redditus, vt ait *Card. Seraphin. in decisione 1073. num. 8.*

229 Veluti quoquè eodem modo procederet, quando sumus in consideranda euidenti vtilitate in alienatione rei Ecclesiæ, ad quam enim probandam, non solum habetur respectus valoris fructuum, sed etiam valoris rei, vt ait *Rot. per Coccin. dec. 445. num. 4.*

230 Et ratio prædictæ propositionis est: quia semper futurus euentus est in consideratione habendus, quando inspecto tempore præsenti, verisimiliter est contingens, & è conuerso, vt ait *Rota in Auximana bonorum Vener. 2. Iun. 1595 coram Card. Mellino.*

231 Illud verò, quòd superius fuit dictum de probatione versionis; Declara primò, non procedere, quando essemus in pecunia, per Vniuersitatem legitimè conuocatam, mutuo recepta; quia tunc Vniuersitas ex ea indistinctè obligatur, nec tunc creditor tenetur probare dictam pecuniam versam fuisse in vtilitatem Reipublicæ, vt dicunt Doctores allegati à *Nicolao Losæo in suo tractat. de iure vniuersitatis par. 3. cap. 4. nu. 8. fol. mihi 131.*

Et ratio est; quia tota vna Vniuersitas mentiri, neque dolosè agere præsumitur, ob difficultatem, quæ est, vt vnum totum genus personarum corrumpatur; cum sit impossibile, vt inter tãtos, aliqui boni non reperiantur, qui vtilitati vniuersali benè non consulerẽt; quod enim valdè adaptatur dispositioni legum, quæ vbique commendant vtilitatem publicã esse priuatæ præferendam. *Surd. dec. 62. num. 23. & dec. 255. num. 24. & seqq.*

232 Quod tamen erit intelligendum, quando dicta pecunia fuit præsente Vniuersitate numerata: quia tunc absque, quòd versio probetur, in illius vtilitatẽ facta censetur, vt ait *Bart. & alii Doct. allegati à Nic. Losæo in præcit. loco.*

233 Extende primò, idem procedere in Ecclesia mutuum recipiente præsente Capitulo, & Antistite; quia tunc versionem probare non est necesse, in vtilitatẽ Ecclesiæ, vt ait *Mascard. conclus. 582. num. 3. & Butr. in cap. 1. col. 4. vers. Fallit secundo, & ibi alii DD. tit. de depos. Bart. & Bald. in authen. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Castr. num. 5 Rota in Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram Rubeo, & prius in Anconitana Terrarum 13. Iun. 1578. coram Card. Seraph.*

234 Extende secundò, procedere in deposito facto Capitulo solemniter: quia tunc versionem probare non est necesse, cũ tali casu illud in vtilitatẽ Ecclesię versum præsumatur, *d. Butr. c. 1. col. 4.*

verf. Fallit primo, & ibi alii Doctores de *deposit. Idem Bald. in authen. hoc ius porrectum num. 7. C. de sacrosanct. eccles. Rebuff. de alienat. rer. eccl. num. 39. Aretin. in l. ciuitas, num. 6. ff. si cert. pet.* & ita fuit dictum in *d. Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram de Rubeis.*

235 Contrarium licèt superius fuerit dictum ex mente Rotæ, per *Cardinalem Seraph. decis. 338. num. 7.* & *Gratian. lib. 1. discept. cap. 45. num. 1.*

236 Concorda igitur, vt prima opinio procedat, quando depositum esset legitimè factum personæ habili, ad illud recipiendum: quia tunc de illius non versione non esset dubitandum. Secunda verò, procedit, quando alio modo minus legitimè fuisset factum: quia tunc, cum iste contractus fieri soleat regulariter in gratiam alterius, & nulla vtilitas ex eo præsumatur pro Ecclesia; igitur deponens versionem probare tenetur; & tunc legitimè depositum dicetur factum, & illud Ecclesiam obligabit, quando ipsi Ecclesiæ, siue illius Capitulo, quod eam repræsentat, fiat; secus verò, si Prælato, vel alio particulari de Ecclesia fieret, *Butrius in cap. 1. colum. 4. vers. Fallit primo, tit. de deposit.* & *Nicol. Losaeus in præcit. loco.* vbi de vniuersitate loquitur. Et quo modo mandatum procuræ à Capitulo sit faciendum, dixi supra sub *num. 71.* Sed hic obiter erit quoque notandum, quòd persona procuratoris ab Vniuersitate constituti, legitima ad prædicta, & similia gerendum non diceretur, si in mandato procuræ non essent specificata nomina, & cognomina congregatorum in consilio, sed quia non desunt, qui contrarium tenent. Idcircò concorda tu, vt prima opinio procedat, quãdo sumus in re graui, veluti in alienatione stabilium. Secunda verò, quando secus, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua dec. 690. & ibi per addent. sub litt. A. & in Sabinen. alluuionis 24. Maii 1624 coram Pironano*, & vide omninò, quæ dixi in *concl. 86. num. 225. & seq.* vbi plura inuenies in hac materia.

237 Declara quartò, non procedere in venditione facta, pro soluendis debitis, *Innoc. in cap. 1. versic. Vel forte, quem communiter* Doctor. *ibi sequuntur de deposit. Abbas in cap. quibusdam, tit. de fideiuss. Laurent. Rodulf. in d. cap. sine exceptione, num. 168. 12. quæst. 2. Bald. & Castren. ibi supra. Aretin. in dicta l. Ciuitas, num. 6. Couarr. variar. resolutio. lib. 2. cap. 13. num. 27. & Rota in dicta Anconitana terrarum 13. Iun. 1591. coram Bubalo, & prius in eadem coram eodem 27. Iun. 1590.*

238 Declara quintò, opus non esse versionem probare, quando contractus esset factus cum Ecclesia Parrochiali administrationem, vel mandatum non habente, vt ait *Butr. in præcit. loco, versic. Fallit quarto, num. 3. de deposit.* Sed eo casu solemnitates essent necessariæ *Treuisan. dec. 56. par. 2.* & *Grat lib. 3. discept. cap. 517. nu. 9.*

239 Subdeclara prædicta non esse vera, si aliter inter contrahentes fuerit conuẽtum, vt fuit dictum in *Romana census 23. Ian. 1591. coram Bubalo.*

240 Et in euentum illius versionis probandæ, nota, quòd sufficiunt coniecturæ, cum confessione Prælati, *Bart. & alii in d. l. Ciuitas, ff. si cert. petat.* & *ibi Aretin. num. 4. idem Bart. in authen. hoc ius porrectum, num. 17.* & *Bald. num. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Natt. cons. 543. num. 20 Castr. cons. 338. num. 2. lib. 1. Bald. in l. Limita in fin. C. si aduers. creditorem. Alciat. & Decius in d. l. Ciuitas, Rum. consil. 142. num. 4. lib. 1. Menoch. cons. 375 num. 12. lib. 4. & de arbitr. iudic. cas. 432. num. 53. lib. 2.* & ibi ponit coniecturas, *& Rota in Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouembr. 1581. & 12. Februar. 1582. coram Rubeo, quæ est decis. 162.* & *decis. 258. lib. 2. diuers.* & *in alia Romana Casalis Palazzetti 29 Maii 1587. coram Robusterio.*

241 Declara igitur, quòd sola Prælati confessio, sine adminiculis, versionem non probat, vt ait *Bald. in dicta authen. hoc ius porrectum, num. 8. Card. in Clem. prima de rebus Eccles. non alienand. quæst. 30. Bald. in l. si quis seruo, C. quod cum eo, Rota dicta dec. 258.* & *in illa Romana de Piccionibus 12. Febr. 1582. & Aisinger. in suo consil. 30. num. 31.*

242 Extende idem, pari modo procedere in tutore, cui non creditur, si dicat pretium alienationis bonorum, in vtilitatem minoris fuisse versum: quia

quia imò potius dicta alienatio, in illius fraudem facta censetur, vt ait *Fran.Mar. dec.248.num.1.par.1.*

243 Sed redeundo iterum ad materiam illarum alienationum, in quibus Beneplacitum Apostolicum fuit reseruatum. Rursus notandum erit, quòd cum aliquando contingat contrahentes pœnitentia ductos à contractu velle resilire. Idcircò ad effectum sciendi, quando dictæ pœnitentiæ sit locus, &. quando non; erit hoc infrascripto modo distinguendum, nempè aut Beneplacitum nondum est obtentum, & tunc pœnitentiæ erit locus, iuxta ea quæ tradit *Rota dec.343.lib.1.diuers Acchil. dec.2. de pact. Rota dec.206.par.4.nouiss.& dec.624.in fin par.1 in recent.* & ita fuit decisum in vna *Romana rescissionis coram Card. Biunchetto, quæ est penes Mar.bes. de commiss.tom.2.fol.98 num.6.par.1.* & *penes eundem fol.* 100. *in d.par.1. in vna Nullius de Vastalla coram Card. Lancellotto, & in alia Romana Area 5.Decembris 1616. coram Card. Pamphilio*, vbi loquitur de resignatione officij, *Marc∫.ot. variar. resol. lib.1.cap.14. num.5. vbi alias decisiones allegat. & Rota in alia Comen. locationis Lanæ 20. Mart. 1600. coram Card. Pamphilio, quæ est apud eundem Marches. in pracit. loco, car. 107. num.4. Accoramb. dec.9. Caputaq. dec.12.par.3. Rota dec.573.par.1.diuers. Put. decis. 353. lib.1. & Farinac. in sua collectan. decisien. decis.* 205. *Rota Romana.*

Secus autem, quando illud iam fuisset obtentum: quia tunc amplius non esset locus pœnitentiæ, etiam si non sit lata sententia per exequutores ferenda, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. dec.15. num.6, & prius in Nullius emphiteuta de Guastalla 16. Nouembr.1607. coram Card. Lancellotto, & in Bononien. transactionis 5. Decemb. 1607. coram Coccino, quæ est in eius impress.dec.374.nu.5.*

244 Quæ tamen declara procedere nõ respectu Ecclesiæ; at secus, respectu personæ, cum Ecclesia contrahentis: quia tũc illi pœnitere nõ licet, cũ solũ fauore Ecclesiæ contractus claudicare possit, vt latè ait *Card. Mantic. in sua decis.* 201. *cum ibi allegatis*, & veluti in principio istius conclusionis ex mente Rotæ, latius dixi.

245 Declara tñ prędicta nõ procedere, veluti si essemus in sponsalibus, & matrimonio contractis, sub conditione obtinendi dispensationem, seu Apostolicam confirmationem, vel reseruato Beneplacito Apostolico: quia tunc pendente dicta conditione locus est pœnitentiæ, vt ait *Rota per Card. Manticam in dicta decis. 201. num.3. Card. Seraph. decis. 805. num.8. in fin. & 13.* & ita fuit decisum in vna *Vlixbonen. Matrimonii 25. Iun. 1613. coram Card. Sacrato. Gutierr. canon. quæst. lib.1. cap.20. num.18.* vbi in fortioribus terminis tenet, id procedere, etiam postquàm sit expedita dispensatio, & sic Beneplacito secuto ea ratione: quia non ob id illud matrimonium erat perfectum: quia necessarius, post dictam dispensationem obtentam, erat nouus consensus, cum ille primus non suffragetur, veluti, quia euenit impedimentum in consanguinitate, idem *Mantica in dicta decis. 201. num.4. Card. Seraph. decis. 805. num.8.* Et sic nota, quòd quando de nouo est necessarius consensus, regulariter est licita pœnitentia, vt ait *Gonzal. super regula octaua, gloss.12. num.81. 82.* & tradit latè hanc materiam *Sanch. de matrim. disput.5. per. tot.* & in hoc vindend. erit *Afflict. in sua decis.* 253. & ibi plura in hac materia.

246 Et quamuis regula sit, quòd pendente conditione, non sit licita pœnitentia, tamen id locum habet, quando contractus ab initio esset validus; at secus, si à futuro euentu esset perficiendus, vt fuit decisum in *Sancti Seuerini Sponsalium lunæ 11. Maii 1609. coram Greg. XV. & per Coccin. dec.374. num.6. & 7.*

247 Secus verò, post Beneplacitum obtentum: quia tunc, neque Ecclesiæ pœnitere licet, quamuis nondum, per executores fuisset executum: quia eo casu amplius nouus consensus non esset necessarius, vt ait idem *Coccin. in d.dec.374. & Rot.dec.205. & 206.par.2.nouiss. Maresc. qui plures auctoritates, & decisiones Rotæ allegat in d.c.14. nu.5. & Rota in vna Ianuen. 16. Iun. 1606. coram Card. Lancellot. quæ est apud Marches. in d.p.1. de cõmissionib. cart. 111. num.4* & *in Vallis-Oletana iuris nominandi 6. Decemb. 1613*

coram Coccino, Paris. cons. 1. num. 129. lib. 1. Cephal. cons. 91. num. 9. lib. 1. & Rota in Romana locationis affictus 4. Iun. 1582. coram Cardinali Blanchet. to, & Rubin. dec. 71. & Rota in vna Leodien. bonorum 10. Maii 1576. coram de Rubeis, & in Nullius emphiteusis 15. Nouembris 1607. coram Cardin. Lancellotto.

248 Contrarium, quando per executores non fuit valide executum, & sic, quando alienatio fuerit nulliter confirmata: quia tunc Ecclesia non potest cogi stare alienationi, ac de nouo contrahere, vt fuit dictum in vna Cortonen. bonorum 26. Iau. 1590. coram Card. Platto, & prius in eadem coram eodem 3. Iulii 1589.

249 Et sic tunc erit in eius electione, an velit illi stare, vel ab eo cōtractu recedere, gloss. in cap. 1. vers. Sede vacante, & ibi omnes Doctores tit. sede vacant. Innoc. & alii in c. 1. de his quæ fiūt a Prælat. Iaf. in l. cū hi, §. cū, ff. de transact. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. num. 1. & 26. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 32. C. de bon. matrim. Put. dec. 310. lib. 2. & Rota in d. Cortonen. bonor. 1589. & in ead. 26. Iau. 1590. coram Card. Platto, & Riccius in sua dec. 33. num. 5. & seqq. in sua praxi fori ecclesiastici.

250 Sed tenendo illam secundam opinionem extende eam, multò magis procedere, quando in alienatione Beneplacitum non fuisset reseruatum; quia tunc in petenda confirmatione alienationis nouus consensus Rectoris esset necessarius, vt ait Thoming. in sua dec. 55. & Rota in Elnen. minoritorum 16. Decembr. 1585. coram Orano. & in Placentina Decimarum 31. Ian. 1586. coram Bubalo, & in eadem 10. Iun. 1587. coram Card. Blanchetto, & in Romana Casalis 21. Maii, & 28. Iun. 1593. coram Card. Seraph quæ sunt in eius impress. dec. 1027. & dec. 1042.

251 Tenendo autem primam opinionē, vbi habetur, ꝙ post obtentū Beneplacitum, amplius pœnitentiæ non sit locus, extende eam procedere, etiam in successore in beneficio, qui non potest ab eo contractu resilire, quando sit vtilis, & quando Beneplacitum fuerit obtentum in vita prædecessoris, qui alienationem fecit, vt fuit dictum in vna Bononien. transactionis 5. Dec. 1607. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 374. num. 5.

Veluti eodem modo venit dicendū, quando essemus in locatione facta ad vtilitatem Ecclesiæ, sed illius nomine, cui successor stare tenetur; licèt secus, quando locatio esset facta proprio nomine ipsius Prælati locantis; quia tunc successor illi stare non teneretur, etiam si ille locans decessisset in primo anno, & etiā ꝙ conductor affictum anticipatè soluisset, vt fuit dictum à Rota in dec. 211 penes Statil. de Saluiano num. 6. & Grat. in sua discept. 606. num. 11. lib. 4. Marescots. variar. resolut. lib. 1. cap. 18. num. 7. & ita fuit dictum à Rota in Romana supplementi Lunæ 15. Iun. 1620. coram Buratto, & Card. Mantic. de tac. lib. 5. tit. 13. num. 16. cum seqq. & ibi latè. Declarando præcipuè, quando locatio dicatur facta à Prælato nomine proprio, vel Ecclesiæ. Item, qñ ad illius vtilitatē contracta. Animaduertendo insuper, quòd illud, quod fuit dictum super eo, quòd successor non tenetur stare locationi nomine proprio factæ à prædecessore, si ipse decessit in primo anno, non procedit; si annus esset inchoatus, & iam esset facta impensa necessaria, vel magna pars illius, vt ait Osasch. dec. 82. num. 10. Marescott. in pracis. cap. 18. num. 7. Surd. dec. 52. num. 12. & Rota in dict. dec. 211. penes Statil. in fine. Immò si res de sui natura redderet fructum singulo quinquennio, tunc standum esset locationi pro toto quinquennio. Surd. dicta dec. 52. & Grat. vbi supra, & ad id multa dixi in concl. 2. num. 59. cum seqq.

252 Extende secundò dictam primam opinionem procedere, etiam quando bona Ecclesiæ alienantur, reseruato Beneplacito Sedis Apostolicæ, cum clausula [dummodò in euidentem vtilitatē Ecclesiæ, &c.] quia post impetratas à Papa litteras, non est amplius locus pœnitentiæ, licèt adhuc de dicta euidenti vtilitate non constaret, Rota in vna Cortonen. domorum 28. Mart. & 3. Iulii 1589. coram Card. Platto.

253 Sed quid si iam fuerit porrecta suppli-

plicatio, ante tamen præstationem assen sus, sed postea fuerit expeditũ, per verbum Fiat? an eo casu possit alienatio reuocari, vide *Afflict. dec.* 253. & ibi multa in hac materia inuenies.

254 Quam enim extensionem declara procedere, quando alienatio, seu contractus solum penderet ab illa forma [si in euidentem] & sic ab illa causa vtilitatis tantum; quia tunc cum illa clausula, seu illa conditio [si cesserit in euidentem vtilitatem] sit certa in rerum natura, facit, vt videatur impleta, & per consequens, quòd amplius non sit locus pœnitentiæ, *Rota dec.* 206. *in 4. par. nouiss.*

255 Secus verò, quando confirmatio non solum penderet ab vtilitate Ecclesiæ, verum etiam à consensu, vtputa Abbatis, veluti, quia Papa mandauit ipsum vocari, ad effectum consentiendi, si expediens alienatio videretur, & tũc ipso vocato, sed non consentiente, Papa, videtur noluisse alienationem valere, & licèt quoad commodum de vtilitate Ecclesiæ in aliqua parte constaret, tamen, quia aliis de causis fortè ad hãc alienationem non deuenire expediebat. Idcircò hoc casu non procedit conclusio superius firmata, nec absolutè est verum, quod non possit esse locus pœnitentiæ per rationem supra deductam, & veluti fuit decisum in *Leodien. domus allegata in dicta Cortonen. domorum coram Card. Plato.*

256 Sed est benè verùm, quòd regulariter, quando Beneplacitum est in conuentione reseruatum, tunc si illud non accedit, contractus corruit; nàm regula est, quod contractus ex conuentione legem accipiunt, vt fuit dictum in *Camerinen. transactionis Veneris 19. Decembris 1604. coram Greg. XV.*

257 Quod enim extende multò magis procedere quando illud esset reseruatũ, cum clausula, & non alias, nec aliter, &c. *vt ait Rota ibi supra, & infrascius alleganda.* Secus autem, quando essemus in beneplacito reseruato ad cautelam tantum, & quatenus eo opus esset: quia tali casu illud non esset attendendum, nisi illud opus esse probaretur, vt fuit dictum *in vna Montis Regalis Iurisdictionis 16. Decembris 1615 coram Penia, quæ est pene Marches. de commiss. par. 1. fol. 1313. & vltimo loco in Romana domus Ven. 19. Aprilis 1630. coram Durano.*

258 Contrarium nẽpè, dictam clausulam [nec alias, nec aliter, nec alio modo] in reseruatione Beneplaciti, adeò pollere, vt propterea illud omninò sit necessarium, etiam, quòd in eo casu illud aliàs obtinere opus non esset; quia illa clausula conditionem importat, & formam inducit, qua non seruata, resoluitur cõtractus, dũmodò non ad cautelam fuerit reseruatũ, *glo. in d. l. si quidem, C. de except. Rota in Romana domus 13. Ianuar. 1586. coram Card. Blanchetto, & in alia Nouarien. 28. Maii 1593. coram Card. Arigonio, & in Romana locationis 21. Maii eiusdem anni coram eodem Cardin. Blanchetto, & in Romana domus Ven. 19. Apr. 1630. coram Durano.*

259 Licèt secus sit extra casum istius clausulæ: quia regulariter Beneplacitum eam conditionem recipit, vt illud obtineatur, quatenus opus sit, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 1027. num. 7.*

260 Declara primò, quòd si alienatio, cum ea clausula [saluo Beneplacito] & cum altera [nec aliàs, nec aliter, nec alio modo] non tenet, tunc possessio non dicitur vacans, sed ad ipsum alienantem reddit cum omni iure, vt ait *Card. Seraph. dec. 144. num. 2.*

261 Declara secundò, quòd si pendente conditione obtinendi Beneplaciti, illud forsan nõ possit obtineri, & interim fructus locator percipiat, tunc ipse quoque affictum soluere tenetur, vt ait *Crescent. dec. 1. de locat. & est videnda Rota in d. Rom. locationis cor. Card. Blanch.*

262 Declara tertiò, quòd pari modo alienatio euanescat, quando Breue non fuit expeditum, & Papa qui supplicationem signauit mortuus fuit: quia tunc solemnitatem deficere videtur, vt ait *Rota in dec. 203. in prima par. nouiss. coram Card. Mantica.*

263 Declara quartò, idem esse, si illud Beneplacitum fuit expeditum, sed post mortem concedentis non fuerit præsentatum infra annum, à die obitus illius: quia tunc illud subiaceret regulæ reualidatoriæ litterarum gratiæ, & iustitiæ, vt fuit dictum à *Rota in Elnen. Ministeriorum 10. Iun. 1587. coram Cardin. Blan-*

Blanchetto. & *Cardin. Mantica in sua decis*.41.

264 Sed tunc beneplacitum præsumitur expeditum, si fides Clerici Registri supplicationum adsit, dum diceret, quòd in libro suarum rubricarum inuenit expeditionem vnius, si in euidentem vtilitatem de eo tempore, licèt ille liber non inueniatur cap. ad euidentiam de præscript. & *Rota per Cardin. Seraphin. decis*. 792. *num*. 3.

265 Nec contrarium probari potest ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, si ibi non reperiatur, vt ait *Card. Pamph. in suis manuscript*.

266 Iterum reassumendo principalem conclusionem, vbi habetur, quòd alienatio rei Ecclesiæ fieri non possit, nisi concurrentibus solemnitatibus prædictis; limita primò eam non procedere, quando nos versaremur in rebus alienari solitis, quæ absque solemnitate alienari possunt *Rota per Card. Seraph. in dec*. 1490. *num*. 2. *Cæsar. de Graff. dec*. 3. *num*. 14. & *decis*. 4. *num*. 2. *tit. de Reb. Eccles. non alienan*. & *Rota in Romana domus* 27. *Nouemb*. 1587. *coram Card. Blanchetto*, & *in alia Imolen bonorum* 21. *Maii* 1593. *coram Card. Pamph.* & *Cardin. Seraphin. dicta dec*. 1490. *num*. 2. & *Aadr. Gail. dec*. 161. *in* 2. *par. Garz. dec*. 99. & *Ricc. in collect*. 511. *par*. 3.

267 Et ratio est: quia res semel effecta alienabilis censetur perpetuò, absque solemnitate talis, vt ait *Garz. dec*. 99. & *Riccius in sua collectanea* 996. *in* 4. *part. Idem Ricc. in dicta sua collectanea* 511. *pro pè medium*.

268 Res autem solita alienari dicitur, quādo præcessit vna locatio solemnis, vel duæ minus solemnes, cum spatio 40. annorum, vt ait *Rota in Pisana bonorum* 20. *Februar*. & 3. *Decembris* 1584. *coram Cantuccio*, & *in alia Sanen. predii* 8. *Octobris eiusdem anni coram Card. Pamph.* & *est decisio pulchra Cardin. Seraph*. 434. & *Gratian. lib*. 2. *discept. cap*. 379. *num*. 21. & *Rota in alia Romana domus* 13. *Ianuar*. 1586. *coram Card. Blanchetto*, & *ita vltimo loco fuit resolutum à Rot. in Romana dotis Veneris* 19. *April*. 1630. *coram Dorano*.

269 Quòd enim tempus 40. annorum est sufficiens ad præscribendum contra Ecclesiam, excepta Roma, vt ait *Guido pap. decis*. 161. *num*. 2. & *Cresceno. decis. vnic. de consuetud*.

270 Declara tu tamen primò, quòd locatio non potest dici solemnis, quando de beneplacito Apostolico, non constat, quia licet illud ex lapsu temporis præsumi possit; tamen in alio casu allegare præsumptionem non sufficeret, vt pulchrè ait *Card. Seraph. in dec*. 1490. *n*. 4. & *Rota in dicta Pisana bonorum coram Cantuccio, et in alia Romana domus coram Card. Pamph*.

271 Vndè necesse est vt etiam de scientia Papæ appareat, quando tamen essemus in tempore minori triginta annorū, at secus, si in eo tempore 30. annorum versemur, quia tunc opus non esset de ea apparere, vt ait *Cassad. decis*. 3. *num*. 7. *de procurat Fab. dec*. 22. *lib*. 1. *Mohedan. dec*. 2. *de transact*. & *Rota in Romana domus de tribus Montibus* 29. *Octob*. 1582. *coram Clemente Octauo, quæ est decis*. 637. *diuers*. & *in Massaren. Preheminentiarum* 22. *Iun*. 1585. *coram Card. Blanchetto*, & *in alia Romana Casalis* 5. *Iunii* 1591. *coram Gipsio*.

272 Veluti eodem modo esset necessaria scientia Papæ, si de eius præiudicio ageretur; at secus si de eo inferioris, vt ait *Aym. de antiquitate temporum part*. 3. §. *Vidimus num*. 29. & *Rota ibi coram Blanchetto*.

272 Extende, quòd nedum requiratur ille cursus temporis, ad præsumendum solemnitatem, & Apostolicam confirmationem, sed est etiam necessaria obseruantia, vt fuit dictum in *Romana prætensæ deuolutionis* 10. *Maii* 1595. & *prius in Romana Casalis* 28. *Iunii* 1593. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impressis dec*. 1051. *num*. 2.

274 Subextende, quòd nec præsumpta obseruantia sufficiat, ad præsupponēdum beneplacitum, vt fuit dictum à *Rota in Placentina decimarum* 31. *Ianuar*. 1586. *coram Bubalo* & *in Elnen. mineriorum*. 16. *Decemb*. 1583. *coram Orano*.

275 Sed est bene verum, quòd illud tempus non faciet arguere Beneplacitum Apostolicum, nec minus solemnitates interuenisse, si intra illud confirmatio Apostolica inualida probaretur, vt ait *Parif. cons*. 21. *n*. 119. *lib*. 1. *Aym. cons*. 134. *num*. 4

num.44. Bellam. conf. 50. col. 9. vers. 3. fundamentum, & Rota in d. Elnen. ministeriorum coram Orano.

276 Declara secundò, quòd ad hoc, vt res dicatur alienari solita, aliundè, quàm per assertionem partis probanda venit, vt ait *Bart. in l. si forte ff. de Castrens. Pecul. communiter approbatus, vt refert Paris. conf. 62. num. 7. lib. 1. Aym. conf. 175. num. 2. idem Bart. in Auth. si quis. in aliquo num. 12. & ibi Dec. num. 36. C. de eden. Alex. conf. 57. num. 6. lib. 4. Rota decis. 160. num. 4. par. 1. diuersorum, quæ est decisio in causa Auersana Tenimenti 24. Nouemb. 1581 coram Cantuccio.*

277 Declara tertiò, quod necessariò requiritur, quòd dictæ locationes sint vniformes; licèt tamen non sufficeret, si locationes essent duæ, sed eisdem personis factæ, quia tunc haberentur pro vna tantum, & præsertim, quando posterior esset confirmatoria primę, vt ait *Rota in dicta Pisana bonorum coram Cantuccio & Cardin. Seraph. in decis. 1490. num. 6.*

278 Sed ad id nota, quòd nec etiam locatio posterior dicatur esse eadem, cum prima, quando (verbi gratia) fuit alterata respectu nominationis in defectum generationis, quia tunc, vti noua nouam solemnitatem requirit, & candem causam cōcessionis cōtinere debet, vt ait *Rota in Imolen, bonorum 21. Maii 1593. coram Cardin. Pamphilio, & in Mediolanen. bonorum 23. Ianuarii 1593. coram Orano, & Seraphin. ibi supra num. 7. in dicta decis 1490.*

279 Veluti quoque idem esset dicendum, quando essemus in rebus Ecclesiæ alienari solitis, cum hoc pacto, quòd non transeant ad hæredes extraneos, quia eo casu dictę res non possent alteri vendi, cū pacto, quod ad extraneos vadant, nisi solemnitates necessariç concurrant, ob alterationem illius soliti, vt ait *Rota in dicta Imolen. bonorum coram Pamph., & in alia Mediolanen. bonorum coram Orano.*

280 Et prędicta amplia procedere non solum, quòad Prælatos, siue Clericos seculares, verum etiam, quòad regulares, qui in prædicto casu easdem solemnitates adhibere tenentur *iux. Clem. 1. in extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan. & ita fuit resolum in Senen. prædii Lunæ 8. Octobris 1584. coram Card. Pamphilio.*

281 Sed quando sumus in casu vnius locationis tantum, ad hoc, vt dicatur valida solemnitas non præsumitur, ex lapsu triginta annorum, vt ait *Rota ibi supra, & in alia Romana domus 13. Ianuar. 1589. coram Cardin Blanchetto.*

282 Declara, quartò, quòd res Ecclesię solita locari, tunc poterit locari, si eadem causa concessionis adsit, vt ait *Abb. in c. vt super num. 11. vers. ego crederem de reb. Eccles. non alien. Curt. Iun. de feudis part. 2. q. 1. num. 10. Rebuff. de alienat. rerum Eccles. num. 33. & pulchre ait Rota in dicta Mediolanen. coram Orano.* At secus, quando alteraretur solitum, quia tunc solemnitates essent necessariæ, vt ait *Vrsil. ad Afflict. dec. 305. num. 8. & Cardin. Seraphin. decis. 1490. num. 7. in Rom. domus Vener. 19. April. 1630. coram Durano.*

283 Declara quintò, quod licèt sit verum, quòd res solita alienari, sine solemnitate alienari possit; nihilominus id non procederet, nisi id, cū euidēti vtilitate Ecclesiæ fieret, vt R ait *ota dec. 582. & dec. 607. in part. 1. nouiss.*

284 Sed ad considerandam vtilitatem Ecclesiæ, in hoc genere bonorum alienari solitorum, attendendum est tempus vltimi contractus, non autem primi, & si in eis agnatus præferri vult, tunc tantum debet dare, quantum offert extraneus, quando tamen causa primę concessionis cessat; quia locare bona pro minori pretio, q̄ ab aliis offertur, tūc læsio ista cōsiderabilis reputatur in Iure, & propterea id tollerandum, nec venit, nec res pro eodem canone dari debet; licèt illud fallat, quando res pluris non valeat, neque plus reperiri possit, *Rota decis. 4. & 5. de reb. Eccles. de non alienan. Cesar. de Grass. dec. 260. in 1. par. nouiss.*

285 Extende id, quòd fuit dictum de re alienari solita procedere, etiam in feudo, quod enim Prælatus concedere potest, dummodo vnum inueniat, qui Ecclesiæ tempore necessitatis inseruire possit, vt ait *Andr. Gail. dec. 161. in 2. part.*

286 Limita secundò principalem conclusionem non procedere; veluti si essemus in alienatione alicuius terrulę, seu prædii exigui valoris, quia tunc eius alienatio, absque

absque solemnitate, & Beneplacito Apostolico sustinetur, veluti fuit decisum in vna *Ferrarien. bonorum luna 26. Iun. 1614. coram Dunozetto, quæ est dec. 624. in 1. par. recent. & Rota per Card. Seraph. dec. 401. num. 3.* & *Guidop. dec. 157.*

287 Quod enim procedit, etiam si non esset vtilis in principio, vt ait *Rota dec. 181. in 1. par. nouiss. coram Card. Lancellotto.* Et sic tantò magis procederet, si appareret de causa primaria vtilitatis ab initio, veluti quia bona erant sterilia: quia isto casu contractus non erit nullus, sed benè tunc Ecclesiæ restitutio in integrum veniret co ncedenda, & præsertim, si postea appareret, quòd bona erant fertilia; secus verò, si a principio causa primaria vtilitatis non extitit: quia tunc vtilitas putatiua non sufficeret, & sic eo casu contractus esset ab initio nullus, vt ait *Rota dec. 180. & 181. num. 2. p. 1. diuer. & in Gadien. censuum 23. Ian. 1595. coram Card. Seraph.*

288 Et sic igitur concorda, quòd vtilitati putatiuæ stetur, quando est seruata forma, à iure requisita, aliàs secus. *Ancharan. in cap. cum amplissima, num. 2. de his, quæ fiunt a Prælat. Abbas cons. 41. n. 3. lib. 1. & Rota in d. dec. 181. nu. 3. & 4. coram Card. Lancellotto.*

289 Extende secundo, prædicta in tantum esse vera, vt propterea pœna in Constitutione Paulina apposita, locum non habeat, quando, scilicet sumus in venditione alicuius terrulæ parùm Ecclesiæ fructificantis; quia illud iuramẽtum ab Ordinariis, de non alienando prę stitum, ad id non extenditur, vt mox dicam, & veluti ait *Grat. lib. 3. discept. c. 452. num. 1. 2. & seqq.*

290 Subextende, quòd etiam possint bona parum fructificantia, multo magis concedi, vt ad culturam reducantur, dicta Paulina non obstante, vt ait *Guidopap. dec. 158. per totam, Castr. cons. 142. nu. 1. vers. sed his non obstant lib. 2. Ruin. cons. 116. num. 3. & prius cons. 115. nu. 13. lib. 3. & Rota in Nullius Castri Montis portii 7. & 14. Nouembr. 1580. coram Brauo, quæ est dec. 664. num. 1. par. 1. diuers. & in eadem coram eodem 6. Mart. 1581. quæ est decisio 242. num. 5. par. 2. diuers.*

291 Rursus extende, quòd licèt in Paulina referuentur casus à iure expressi in alienatione rerum Ecclesiæ; nihilominus pœna in eius Constitutione apposita, non habet locum, veluti, quando essemus in necessitate alienandi, vtputa, in celeritate causæ respicientis alimonia vt ait *Grat. lib. 3. disc. cap. 931. num. 1. 3. & 3. & prius in lib. 3. dicto cap. 452. num. 1.*

292 Subextende, quod neque etiã attendatur subreptio in eorum alienatione, si de eius euidenti vtilitate constet, vt ait idem *Gratian. dicto lib. 3. cap. 413. n. 3.*

293 Sed nota tñ, quòd ad euitandũ rigorem Paulinæ, debet ei derogari, licèt nõ sit necesse illam inserere in gratia, & quando non adest clausula annullatiua valet contractus; sed contrafaciens, punitur, vt est *Clem. 1. in glo. in verbo lubi bentes, de iure patronat. Card. quæst. 7. Anchar. in 3. notab. Imol. num. 4. Abb. num. 1. idem Abb. cons. 91 num. 6. lib. 1. & Rota in Bononien. bonorum de Morano 20. Nouemb. 1595. coram Card. Mellino, & in eadem 27. Maii 1596. coram Cardinali Arigonio.*

294 Limita tertiò, dictam principalem Conclusionem, non procedere, quando bona essent difficilis recuperationis: quia tunc ea possent, etiam inconsulto Summo Pontifice, alienari, vt ait *Rota dec. 631. num. 1. in 2. par. recent.* vbi habetur, quando id procedat.

295 Limita quartò, quando bona essẽt incerta, & incognita: quia tunc ab Episcopo possunt alienari inconsulto Pontifice, vt ait *Rota in d. dec. 631. num. 3. & seqq.* vbi habetur, quando id procedat, & quando dicantur incerta, & incognita, quam per te videre poteris.

296 Limita quintò, in rebus inutilibus, Ecclesiæ quę onerosis: quia illæ absque dictis necessariis solemnitatibus alienari possent, vt ait *Guidopap. dec. 156. & Bicc. in sua collect. 996. in 4. par.*

297 Quod enim extende procedere, etiam si Prælatus iurasset nunquam alienare: quia nihilominus dicto iuramento non obstante, ea bona inutilia Ecclesiæ, per Prælatum distrahi possunt. Et ratio est: quia iuramentum ad grauamẽ Ecclesiæ extendi non debet, vt ait idem *Guidop. dec. 157.*

298 Limita sextò, quando contingeret cum

cum Papa contrahere; quia eius aucto ritas defectum solemnitatis supplet, vt ait *Capicc. dec. 16. & Ricc. ibi supra, vers. Limita tertio, vbi allegat Farinacc. in sua collect. dec. 200.*

299 Extende prædictam limitationem primò procedere, etiam si contractus cum Papa celebratur, tanquàm cum persona priuata, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 1027. num. 1. Capic. dec. 203. nu. 13. idem Seraph. dec. 1042. num. 1.*

300 Extende secundò, quòd neque etiam decretum irritans, impedit alienationem, quando ea fieret à Papa, & id ob eius auctoritatem supremam, vt ait *Rota dec. 106. par. 1. nouiss. coram Robusterio*, & *Card. Seraph. ibi supra.*

301 Et licet dicta alienatio eo modo facta, operetur, quòd res, non Sedi Apostolicæ, sed ipsi Papæ, vti personæ priuatæ acquiratur; non ob id tamen dici potest consensum Papæ non interuenisse, ratione solemnitatis vti Papæ, cum non possit, vti persona priuata alienationi consentire, & vti Papa eidem dissentire, vt pulchrè distinguendo ait, *Rota ibi supra coram Card. Seraphino in decis. 1027. num. 4.*

302 Limita septimò, vbi Prælatus non iurasset inconsulto Romano Pótifice rem infeudari non solitam nó alienare: quia tunc seruatis seruandis alienare posset, vt ait *Guidopap. in dec. 154. & ibi adden.*

303 Extende huiusmodi limitationem procedere, etiam in alienatione per Prælatum facta, sine consensu Capituli, dummodò tamen forma fuerit seruata, quia talis alienatio, sine consensu Capituli facta, causam præscribendi emptoribus præbet, licèt sit quoque verũ, quòd si Ecclesia læditur, ea restituenda veniret, vt ait idem *Guidop. in eius dec. senat. 160* Sed ea alienatio non reuocatur, nisi ab ipsa Ecclesia, vt ait *Grattian, lib. 5. discept. cap. 819. num. 11.*

304 Sed si contingeret Capitulum à Prælato in alienatione vocari, tunc absentes à Capitulo, non sunt expectandi, sed sufficit, quod præsentes tantum cũ Prælato alienent: quia contractus hoc modo celebratus valet, vt ait idem *Guidop. in d. dec. 160. num. 2. & supra dixi n. 60.*

305 Limita octauò, in alienatione rei de mensa Capituli, eius vita durante facta: quia ea absque alijs solemnitatibus valet, ac tenet, vt ait *Mohedan. in dec. 7. & Ricc. in præcit. loco, Paris. cons. 48. lib. 4. & Rota in Nullitatis locationis 5. Dec. 1597. coram Card. Mellino.*

306 Limita nonò, quando vna Ecclesia particularis alienaret alteri Ecclesiæ particulari: quia tunc alienatio tenet, cum finis prohibitionis, de non alienandis bonis Ecclesiæ, fuerit in consulendo indemnitati Ecclesiæ vniuersalis, veluti ita fuisse decisum, testatur *Triuis. dec. 56. ut refert Ricc. ibi sup. & collect. 511. par. 3.*

307 Contrarium tamen, quòd scilicet alienatio rei vnius Ecclesiæ in aliam fienda solemnitates requirat, ait *Grat. lib. 3. discept. c. 517. num. 9.* & præsertim si alienatio in aliam Ecclesiam, sub annuo censu fieret, vt ait *Triuisan. dec. 56. par. 2.* & *Ricc. in dicta collect. 511. in princip.*

308 Concorda, vt prima opinio procedat nempè, quòd solemnitates non sint necessariæ, quando in alienatione onus aliquod perpetuum non iniungeretur, veluti annui census, vel simile. Secunda verò, quando secus, vt colligitur ex dicta *decis. Triuisan. 56. & Ricc. ibi supra.*

309 Fallit tamen, quando essemus in alienatione nulla: quia tunc dato, etiam quòd fuerit secuta traditio, tamen ex ea non censetur translatum dominium. *Bart. in l. non dubium num. 28. C. de legib. & in l. 1. S. si vir vxori, de acquirend. possess. & Rota in Placentina bonorum ve ner. 27. Octob. 1581. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 540. num. 6.*

310 Veluti dicitur, etiam è conuerso, scilicet, vbi in alienatione validè facta, non fuit secuta rei traditio: quia tunc ex tali alienatione, absque rei traditione dominium non transfertur, nec per consequens isto casu, quis suo iure priuatur, vt ait *Rota per Card. Mantic. dec. 27. per tot. Seraph. dec. 540 n. 6.*

311 Declara tamen illud non esse verũ in materia possessionis, si elapsum fuisset tempus quadraginta annorum: quia eo casu, etiam ex contractu nullo possessio transfertur, quando tamen nullitas ex defectu consensus non proueniret vt ait *Ricc. in sua collectan. 996. vbi allegat Card. Seraph. in Anconitana de Gozzis 25 Iun.*

Iun. 1584. *quæ est in eius impress. dec. 671. num. 2.*

312 Extende, quòd nec etiam tertius possit dicere de nullitate contractus, de rebus Ecclesiæ sine solemnitate alienatis, vt ait *Rota per Card. Seraph. in decis.* 378. *num.* 1. & ratio est quia nemo potest nullitatem allegare, nisi ille in cuius fauorem dicta nullitas fuit inducta *Rota in dec.* 133. *num.* 12. *in* 2. *part. diuers.* & *in dec.* 8. *de testamentis & Card. Seraph. dec.* 334. & 347. & *decis.* 356. *in hac materia viden. & Rota in alta Romana domus, & hospitii Vener.* 11. *Maii* 1584. *coram Clemente* 8.

313 Declara præterea, quòd licèt in prædictis casibus solemnitates in alienatione nō esset necessariæ, tamen requiritur tractatus circa alienationem prædictorū bonorū *iuxt c. prim.ū eva t t* nec probatur dictus tractatus per verba enunciatiua in Instrumento apposita; sed alia maior probatio est necessaria, *vt ait Bald dec.* 20. *Gram. dec.* 79. *n.* 16. *Guido pap. decis.* 151. *Bergnin. Caualcanus in sua dec* 17. *cum ibi alleg.*

314 Et ratio est, quia probare hoc modo est pro forma, *vt ait Papon. lib.* 1. *tit* 13. *arrestat.* 3. *Guidopap. decis.* 149. *decis. Perusin.* 93. & *Caualcan. dec.* 16. *n.* 27.

315 Extende primò, id in tantum esse verum, quòd vltra tractatum, & solemnitates, requiritur etiam nominario omnium Capitularium, vt ait *Mohedan. in sua decis.* 143.

316 Extende secundò, quòd dicta nominatio debet fieri per Guardianum, & Fratres capitulariter congregatos, & (quod plus est) de licentia Generalis, vt fuit dictum in *Ianuen. Veneris* 16. *Iunii* 1606. *coram Cardin. Lancellotto, quæ est apud Marchesan. par.* 1. *fol.* 111. *nu.* 2. *de commiss.* Sed est benè verum, quòd absentes necessariò non sunt vocandi, vt superius diximus. *num* 60.

317 Extende tertiò, prædicta procedere, etiam si alienatio cederet in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vt ait *Franch. decis.* 35. *Magon. decis.* 69. *Put. decis.* 310 *lib.* 1. *omnes alleg à Ricc. ibi supra.*

318 Contrarium tamen verius esset, vbi Beneplacitum Apostolicum interuenisset: quia tunc, neque tractatus Capitularis, neque alia solemnitas esset necessaria, veluti fuit decisum in *Romana census Mercur.* 2. *Decembr.* 1609. *coram Mazanedo, quæ est apud Cinc, de censib. dec.* 30. *num.* 6, & *Grattian lib.* 3. *discept. cap.* 415. *num.* 1. *et* 2.

319 Licèt eo casu, quo tractatus esset necessarius, ille non sufficeret, nisi etiam concurreret consensus superioris, vel legitima illius confirmatio, vt fuit decisum in *Leodien. census* 15. *Ian.* 1597. *coram Corduba, quæ est apud dictum Cinc. dec.* 37. *num.* 3.

320 Restringe tamen prædicta, non procedere in Ecclesia inferiori: quia tunc tractatus non requiritur in alienatione suorum bonorum, sed sufficit solum Rectorem acconsentire, vt ait *Gratian. lib.* 3. *disc. cap.* 452. *num.* 9.

321 Et ratio est; quia quando in aliqua Ecclesia reperitur Rector, absque Capitulo, tunc ipse habet eandem auctoritatem in alienationibus, quam habet Episcopus cum Capitulo, vt ait idem *Grat. d. cap.* 452. *num.* 10.

322 Item tractatus, quando requiritur, nota, quòd solùm solet concedi à Sede Apostolica, sub forma concessionis in emphiteusi, præterquàm in causa permutationis, vt animaduertit *Grat. d. lib.* 3. *disc. cap.* 566. *nu.* 15.

323 Modo reassumendo limitationem primam in ea parte, vbi habetur, quòd res alienari solitę, possint absque solemnitate alijs concedi. Sublimita eam primò, non habere locum, quando res solita concedi esset mensæ Ecclesiæ incorporata: quia tunc ea amplius, sine solemnitate alienare non potest, vt ait *Peguer. in dec.* 134. *Rota Cataloniæ*, & fuit latè decisum in *Mediolanen. bonorum* 23. *Ianuarii* 1593. *coram Orano*, & *est dec. Guidopap.* 155. vbi docet, quando dicatur talis, & *Grat. lib.* 3. *disc. cap* 479. *num.* 9.

324 Siue, quando essemus in alienatione rerum Hospitalis, & Confraternitatis, quæ pari modo sine solemnitatibus distrahi non possunt, *vt ait Rota Bononien. per Benintend. in sua decis.* 117. *per totam* & *Riccius in sua collectanea decis.* 511. *part.* 3.

325 Extende id in tantum esse verum, quòd quando sumus in alienatione bonorum mensę Episcopalis, etiam separatę ab illa Capituli, tunc requiritur consensus

sensus dicti Capituli, licèt secus, si euidẽter vtilitas probetur, quia defectus illius consensus tunc non obstaret, vt ait *Card. Seraph in dec. 443. num. 4.*

326 Animaduertendo, quòd vbi in alienatione bonorum Episcopatus requiritur consensus Capituli, tunc non requiritur, vt personæ interessatæ, sed solùm tamquam solemnitas, vt ait idem *Card Seraph dec. 338 num. 2.*

327 Et ad hoc vt dicatur de vtilitate Ecclesiæ euidenter apparere, nota, quod assertio Prælati non est sufficiens, prout neque ea sufficeret ad probandum tractatum in alienatione; sed aliundè illius probatio facienda venit, vt superiùs dictum fuit, & veluti ait *Rota in dec. 16. par. 1. nouiss. coram Seraphin Guidopap. decis. 152. Rota apud Cincium de censibus dec. 27. num. 4. & dec. 28. num. 5. dec. 36. num. 9. decis. 37. num. 6. & 7.* & *Rota in vna Nullius Castri Montis Portii 9. Martii 1580. coram Brano, quæ est decisio 65. parte 2. diuersorum, & in alia Romana Inualiditatis census 24. Maii 1592. coram Cardinali Pamphilio.*

328 Sublimita secundò, quando cessaret prima causa concessionis, vt puta si res inculta esset data in emphyteusim, vel feudum, vt ad culturam, & fertilitatem reduceretur, quia si dicta res postea ad statum fertilitatis, & culturæ redacta ad manus Ecclesiæ perueniret, tunc de nouo sinè solemnitatibus concedi non poterit, *Abb. in cap. vt super de rebus Eccles. non alienan.* & *Capiccius in decisione 105. Balbus in decis. 90. Crescent. decis. 1. de rebus Eccles. non alienand.* & *latè fuit deductum in præalleg. Mediolanen. bonorum coram Orano.*

329 Sed si Ecclesia vellet dare de eius læsione, quando res inutilis fuit facta fertilis, tunc vltra quòd in hoc est inspiciendum tempus contractus ad dignoscendam vtilitatem, vel inutilitatem Ecclesiæ, vt ait *Gratian in lib. 3. discept. cap. 415. num. 4.* & sic tempus primæ concessionis, & non tempus renouationis, vt ait *Castrens. cons. 142. num. 2. lib. 2. Rom. cons. 157. num. 16. lib. 1. Felin. cons. 42. num. 10. & seqq. Ripa in l. 1. num. 15. ff. de priuil. credit. Alciat. in l. si mihi et Titio nu. 33. ff. de verb. oblig. Rota in Nullius Montis Portii 6. Martii 1581. coram Brano, & dec. 242. n. 17. p. 2.* & *in ead. 19. Iunii 1581. coram eodem Brauo, quæ est dec. 218. lib. 2. diuers.*

330 Deinde agricultores, & emptores dictæ rei sterilis nullo modo suum laborem in redeunda ad fertilitatem illa re consumptum perdere debent, vt ait *Guidop. dec. 158.* & *Rota dec. 18. in. 2. par. nouiss. coram Cantuccio.*

331 Sublimita tertiò, quando Ecclesia tempore primæ cõcessionis erat diues, nunc verò depauperata repetiretur, quia tunc dictam rem pro se retinere deberet, nec eam alteri concedere, vt ait *Card. Seraph. quem allegat, & sequitur Riccius in sua collectan. 1281.* & *Rot. dec. 4. de reb. Eccles. non alien.* & *dec. 360. par. 2. nouiss.*

332 Licèt huiusmodi retentio Ecclesiæ non debeat esse cum alterius iactura, veluti quando essemus in re concessa, quæ erat sterilis; sed postea ex diligentia acquirentis esset effecta fertilis, vt superiùs dixi, quia tunc si Ecclesia aliquo modo prætenderet dictam rem rehabere, id sine premio, & solutione laborum Agricultoris, & emptoris esse nõ debet, ad *trad. per d. Guidop. in d. dec. 158.* & *per Rot. in dec. 18. in 2. par. nouiss.*

333 Sublimita quartò, quòd vna res nõ possit infeudari alterando solitum, vt si verbi gratia, solebat concedi masculis, non potest indè concedi fœminis, nisi ex magna causa, vt puta, si præcessisset meritum ex parte recipientis, quia fecerit aliquod notabile seruitium Ecclesiæ; quia eo casu posset, etiam concedi quoad fœminas *Benintend. dec. 52. & fuit pluries à Rota decisum, & signanter in Brixien. Locationis 5. Decembris 1594. coram Penia, & in eadem coram eodem 17. Maii 1595. & in vna Spolii Montisfalisci 16. Maii 1595. coram Orano.*

334 Sed quando fit bonorum Ecclesiæ alienatio puta propter merita alicuius, tunc illa sunt probanda aliundè, quàm ex attestatione alienantis, & debent illa merita esse ratione obsequiorum præstitorum Ecclesiæ, veluti fuit decisum in Romana domus Lunæ 16. Februar. 1604. *coram Card. Seraph quæ est in nunc impress. dec. 1490. num. 10.*

335 Et quod in alienationis prohibitione non veniat ea, quæ fit ob benemerita tradit *Grat. lib. 5. discept. cap. 818 num. 34.*

336 Sublimita quintò, quando res est data Ecclesiæ, cum conditione, quòd alienari non possit, quia tunc non potest de nouo concedi, vt ait *Ric in dec. 90. & in sua collect. 1281 et Aluar in c. 1. de his qua feud. dar. poss.*

337 Sublimita sextò, quando non adest vera consuetudo in feudandi, vt ait *Rota per Caesecent. in dec. 1. de c. n. uet.*

338 Sed in illis casibus, in quibus esset illa res ad culturam redacta, de nouo alteri concedenda, veluti quia per mortem alicuius inuestiti fuisset ad Ecclesiam reuersa, tunc agnatus illius inuestiti erit in inuestitura præferendus, pro eodem pretio, quod inuenitur ab extraneo; non autem pro eo antiquo. *Ripa post Bart. in l. 1. n. 73. ff. de priuil. credit. Gabr. de iure emphiteut. concl. 1. n. 28. Cæsar de Graff. dec. 4. n. 9. de rebus Eccl. non alienan.*

339 Et quod plus est, extende, quòd quando res fuit per antecessorem ad culturam redacta, tunc agnatus est præferendus, etiam si extraneus plus offerret, *cap. ad aures, & ibi Abbas num. 5. de rebus Ecclesia. non alien. Bartolus in l. quicumq. la seconda num. 2. C. de om. agr. deser. lib. 11. Ripa in l. 1. num. 14. de credit. idem Cæsar de Graff. d. dec. 4. nu. 1. de reb. Eccl. non alien.*

340 Secus autem, quando Ecclesia offerret illi agnato melioramenta; quia tunc agnatus non esset præferendus, nisi pro pretio, quod inuenitur ab extraneo, vt ait *Rip. in d. l. 1. n. 16. de priuil. credit. & Cæsar de Graff. d. dec. 4. num. 11.*

341 Quinimò, quòd Ecclesia teneatur relocare, pro eodem canone successoribus primi inuestiti, nisi velit pro se retinere ait *Text. in d. c. ad aures de reb. Eccl. non alien. & Bart. in d. l. quicumq. C. de om. agr. deser. li. 11. Castren. cons. 157. n. 14. li. 1. Felin consil. 42. num. 11. Ruin. consil. 116. num. 4. lib. 1. Alciat. consil. 27. lib. 1. & in l. si mihi, & Titio num. 33. ff. de verb. oblig. idem Ruin. cons. 131. num. 15. lib. 1. Berous cons. 83. num. 13. 14. & 17. & cons. 89. num. 14. lib. 1. & cons. 98. num. 13. & seq. eod. lib. 1. Rot. in Nullius Castri Montis Portij 19. Iun. 1581 coram Brano & in Nonantulana bonor. 18. & 22. Mart. 1592. coram Card. Mant.* quę non fuit in suis decisionibus impressa *Ioann. Papon. arrestorum Curiæ lib. 1. tit. 13. arresto 6. quem refert, & sequitur Petr. Rebuff. in compend. alien. re Eccl. sub num. 62. Verall. dec. 230. p. 1. & Franch. dec. 123. per tot.*

342 Et nota, quòd in isto casu relocationis, relocare non dicitur alienare; sed alienationem, iam factam continuare, vt ait *Rot. in Bonon. de Pipinis 20. Nouemb. 1573. corā Robusterio, quæ est decisio 554. p. 1. diuersorum.*

343 Vltimò pro conclusione omnium prędictorum, illud animaduertere debes quod sub prohibitione alienationis bonorum, & rerum Ecclesiæ, nedum intelligitur de ea, quæ est apta ad translationem dominij, & sic de stricta, sed etiā de largissima, per quam aliquod ius Ecclesiæ auferatur; immò sufficit, quòd ei aliquo modo actio competere possit, iuxta *trad. per Grat. lia. 4. disceptat. cap. 674. num. 9.* & in hac materia alienationis rerū Ecclesiæ, vide *Borell. in sua sum. dec. tit. 15. per tot.*

ARGVMENTVM.

DE RERVM MINORIS, ET MVLIERIS alienatione in specie.

CONCLVSIO LXXXVI.

1 IN huiusmodi materia plures articuli contingere solent, verùm quia sunt valdè difficiles, & intricati, idcircò opus est vnumquemquè nonminus breuitèr, quàm facilè examinare; sed prius exordium sumam, quomodo sit facienda alienatio, ad hoc, vt sustineatur, declarando insuper, quòd quicquid de minore dicam, in muliere quoquè procedere videtur, iuxta dispositionem Statuti Vrbis Romæ *in cap. 151. lib. 1.* & veluti fuit decisum à *Rota, vt mox dicetur.*

2 Alienatio igitur rei minoris, ad hoc, vt valeat, nota, quòd in primis subsistentia causæ erit necessaria, vtpata, quòd ea fiat, ob æs alienum, siuè ob euidentem vtilitatem; secundò, vt minus damnosa vendatur; tertiò, vt solemnitates necessariæ concurrant, vt fuit dictum in vna *Imolen. Nullitatis permutationis*

29.

29. *Martii* 1595. *coram Iusto*, *quæ est apud Statil Salu. dec.* 109. & *in alia Romana domus de Cuppis Veneris* 10. *Nouembris* 1600. *coram Card. Sacrato*, *quæ est penes eunde m Stat. dec.* 110.

3 Extende id in tantum esse verum, quòd si vnum ex illis tribus deficiat, decretū quoq. Iudicis corruere dicitur, vt fuit dictum à *Rot. in vna Bonon. census* 17. *Mart.* 1608 *coram Card. Marcemontio*.

4 Et quamuis Rota *in illa Imolen. permutationis* 29. *Maii* 1600. *coram eodem Iusto*, dixerit, quòd alienatio rei minoris non sit permissa, nisi ob æs alienum tantum: idemq. tenet *Surd. in sua dec.* 77. *num* 6.

5 Nihilominus quòd sola veritas causæ alienationis prædictæ sufficiat, absquè vtilitate in materia prædicti Statuti Vrbis, fuit decisum in *Romana Saluiani interdicti* 15. *Decemb.* 1614. *coram Card. Pamphilio*, & *est quoq. dec. Greg. XV.* 333. *num.* 4.

6 Amplia primò conclusionem principalem, super huiusmodi alienatione firmatam, adeò procedere, vt propterea neque etiam sola causa soluendi æs alienum, sit pro alienatione rei minoris, & mulieris sufficiens, nisi etiam id creditor petat, & de hoc valdè quoq. instet, vt latè dixi in præcedenti conclusione, & veluti fuit decisum à *Rota in dicta Romana domus de Cuppis* 10. *Nouemb* 1600. *coram Card. Sacrato*, *quæ est apud Stat. dec.* 110.

7 Sed illam opinionem tenendo, super subsistentia veræ causæ alienationis prędictæ, subamplia primò, eam adeò esse veram, vt propterea plena scientia de illa causa sit habenda, per Iudicem, vt ait *Rota per Gregorium dec.* 333. *num.* 5. Aliàs si Iudex plenam cognitionem causæ non adhibeat, vtiquè contractus claudicaret, vt fuit dictum in *dicta Romana de Cuppis* 4. *Nouembris* 1600. *coram Iusto*, & *in alia Romana de Sancta Cruce* 29. *Ianuarii*, & 30. *Martii* 1607. *coram Cardinali Sacrato*, & *in Romana Argentorum* 27. *Iunii* 1607. & 24. *Maii* 1608. *coram Papa Gregorio Decimo Quinto*, & *in alia Romana domus*, *seu nullitatis contractus secunda Maii* 1611. *coram Cardinali Marcemontio*.

8 Subamplia secundò, quòd neq. ad id sufficiat in instrumento exprimere, quòd contrahentes ad contractum deueniāt, ex causis eorum animum mouentibus, aliàs per huiusmodi verba contractus, potius diceretur voluntarius, & sic eò modo non bene iustificaretur, cum nil certi in se continere videatur, vt fuit dictum in *Romana de Sancta Cruce* 29. *Ianuarii* 1607. *coram Cardinali Sacrato*.

9 Subamplia tertiò idem procedere, quando minor, seù mulier permutaręt, quia licet prima facie, ex causa sufficienti contrahere videatur, quia recipit ex parte sua; nihilominus, cum ista permutatio alienationi æquiparetur, & in ea minor dę facili lædi possit, veluti in venditione, igitur vltra solemnitates, de quibus in Statuto, causa quoq. permutationis erit necessaria, vt fuit dictum in *d. Rom. de Sancta Cruce* 29. *Ian.* & 30. *Mart* 1607. *coram Card. Sacrato*.

10 Subamplia quartò, quòd eadem causæ cognitio, & discussio interuenire debet in constitutione Procuratoris à Minore, vel à Muliere facta, ad ita, & ita specialiter agendum, & transigendum, vt fuit dictum in *Rom. hereditatis de Saluiatis* 29. *Nouembris* 1601. *coram Litta* sed in hoc vide omninò, quæ dixi infra sub *num.* 184. *cum pluribus seqq.*

11 Subamplia quintò, quod licèt decretum Iudicis in huiusmodi contractibus faciat præsumi causam interuenisse, quāuis de ea nulla mentio fiat, nihilominus si dicta expressio causæ ineptæ, vel insufficientis interueniat, tunc præsumptionem melioris causæ tacitæ cessare facit, vt fuit dictum in *d. Romana de Sancta Cruce* 29. *Ianuar.* 1607. & 30. *Mart.* 1608. *coram Card. Sacrato*, & *in illa nullitatis contractus* 28. *Februar.* 1611. & *in alia Rom. domus*, *seu nullitatis contractus* 2. *Maii* 1611. *coram Cardinali Marcemontio*.

12 Subamplia sextò, quoq. procedere, in causa partim Iudici cognita; & aliis manifestè notoria, vt fuit dictum in *a Romana de Sancta Cruce* 30. *Mart.* 1607. *coram Card. Sacrato*, & *in Rom. Palatii ad Pasquinum*. 4. *Iul.* 1607. *coram Iusto*, & *in alia Rom. hereditati*, & *Paraggi dotis* 12. *Iunii* 1615. *coram Buratto*.

In hac pag. 667. *col.* 2. *lin.* 46. *ante nu.* 12. *adde hac verba.*

※Declara tamen, quod si plures causæ exprimerentur in decreto, tunc sufficeret alterā esse verā, vt fuit dictū à *Rota per Burat. dec.* 282. *in fine.* & *dec.* 336. *nu.* 2. & *dec.* 377 & *per Card. Canal. dec.* 482. *n.* 5 & *in Rom. census* 2. *Iulii* 1616. *coram Vbaldo.*

Subdeclara tamen prædicta non procedere, quando causa, quæ detegitur falsa, non esset de illis principalibus pro interpositione decreti, sed potius secundariò, & in consequentiā fuisset narrata; quia tūc ea non esset apta, & sufficiens ad faciendum corruere decretum, sed illud sustineretur, vt fuit dictum in illa *Rom. census coram Vbaldo.*

Sed est benè verū, quod quando vna causa principalis deficeret, tunc etiam obligatio tolleretur, & statim illius executio impedienda veniret, veluti inferius dicetur, & vt fuit dictum à *Rot. dec.* 50 *n.* 3. & 7 *p.* 1. *recent.* & *apud Zacbiam ad Gallef. dec.* 130. *n.* 9. & *prius dec* 80. *n.* 2. & *dec* 89. *n.* 1 & *dec.* 104. *n.* 4 & *dec.* 113. *nu.* 4. *Gratian discept.* 273. *n.* 20 & *seq. lib* 2 & *per Burat. dec.* 336 *num* 19.

Subdeclara prætera, quod defectus causæ debet esse euidens, & causam finalem respicere, aliàs non esset attendendus, vt fuit dictum in *Rom. executionis obligationis Cameralis* 2. *Apr.* 1593 *coram Orano*, & *coram eodem in Rom census de Prona mis* 8. *April.* 1598 & *per Greg dec* 401. *n* 8. & *per Burat d decis.* 336. *n.* 10 & veluti latius dicam infra sub nu. 36 & *seq.*

13 Subamplia septimò procedere, quando essemus in causa partim vera, & partim falsa; quia nihilominus contractus non erit validus; sed ob indiuiduitatem decreti,& iuramenti in totum corruet, vt fuit dictum in *Assisien. subbastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano & in Tiburtina Castri Sambuci 1579. coram Clemente Octauo, & Rota dec. 723. par. 2. in recent.*

14 Extende hic obiter idem procedere in sententia, quæ sit lata ex causa partim vera, & partim falsa, quia in totum vitiatur, vt latè fuit deductum à *Rota in vna Larinen. frumenti Veneris 22. Iunii 1576. coram Robusterio, & in alia Rom. pecuniaria de Pinellis Merc. 8. Apr. 1598. coram Orano, & in alia Perusina dotis Veneris 7. Aprilis 1606. coram Ortembergo, & prius in Lucana expensarum Luna 26. Februarii 1601. coram Iusto, & Rota in dicta Assisien. subbastationis coram Orano, & in alia Salmantina pensionis Maii 1583. coram Bubalo, & in hoc omninò recurras in concl. 17. sub nu. 22. cum seqq.* & ibi multa notanda inuenies in hac materia.

15 Declara tamen prædicta non procedere, quando essemus in diuiduis, & capitibus separatis; quia tunc vtile per inutile non vitiatur, & propterea capitula resecantur, & moderantur vsquè ad debitam summam, & sic pro concurrenti quantitate saltem de æquitate, & in Tribunali A. C. sententia, siuè decretũ, sustinetur *Capic. dec. 51. n. 7. ver. fuit notatũ. & Rota in illa Lucana expensarum coram Iusto, quæ est penes Marches. tom. 3. fol. 45. & Rota per Coccin. in sua dec. 112. num. 4. & decis. 469. num. 7. & prius in decis.* 402. *num.* 5. ait quòd indiuiduo dicitur quatuor modis, nempè natura, & ratione formæ, aut ratione voluntatis contrahentium, siuè ratione dependentiæ, vt est principale, & accesorium.

16 Contrarium licet fuerit dictum in *Assisien. subbastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano*, vbi ait id quoquè procedere etiamsi excessus esset in pauca summa subdẽs, quod indiuiduum consideratur tàm respectu paruæ sũmę, quàm magnæ; & ratio est quia excessus in vna parte influit in aliam, vt in istis terminis ait *Rota in decisione 333. num. 3. parte 2. in recentioribus & per Burattum decis. 49. & 91. per totam, & penes Zacchiam de obligatione Camerali decis. 2. num. 13. & dec. 359. num. 8. par. 1. recentiorum, & Gregorius dec. 198. & ibi per addentem.*

17 Concorda tu igitur, quòd prima opinio procedat iuxta stilum A. C. & Signaturæ Iustitiæ, veluti testantur *Marchesan. de commissionibus restitut. in integr. par. 1. §. 1. num. 165. in fine fol. 112. & Salust. Tiber. in sua praxi lib. 1. capit. 37. num. 4. & D. addens ad decisionem Buratti 91. sub num. 5. &* veluti *nouissimè testatur Rota in Romana dotis Veneris 14. Iun. 1630. coram Motmanno, me scribente, & obtinente*, nec non de æquitate ad euitandos inutiles circuitus, vel quando sumus in materia diuidua. Secunda verò procedit de iuris rigore, & quando materia, præcipuè esset indiuidua, quia tunc vtile per inutile vitiatur.

Rursus concorda, quòd prima opinio procedat, veluti si excessus esser in executione, vt potè si ea fieret in re maioris valoris, quàm sit debitum, quia tunc ex hoc nullitas non resultaret, si tamen illud plus debitori restitueretur vt ait *Rota per Burattum dec. 49. num. 13. & ibi in additionibus & Assist. dec. 358. num. 7.*

Secunda verò procedit, quando excessus esset in mandato, siue in sententia, veluti, quia mandatũ, siue sententia maiorem summã contineret, vltra debitum; quia tunc ex eo nullitas resultaret, *Surd. cons. 39. num. 26. versic. postremo Bursatius consil. 184. num. 38. Puteus decis. 325. per totam lib. 1. & fuit ita resolutum à Rota in Romana Spolij 9. Maii 1614. coram Buratto, & in alia Romana subbastationis 3. Iunii 1614. coram Vbaldo, et deniquè in Romana domus de Cardellis 1. Decembris 1617. coram Cardinali Caualerio*,

Et licet Rota videatur seruare contrarium stilo A. C. & Signaturæ, est tamen aduertendum, quod id facit in his casibus in quibus ex nedum relaxatum mandatum de pluri, verùm etiam, quãdo fuisset facta executio; quia tunc nequè de æquitate sustinetur in

Rota

Rota veluti colligitur ex decisionibus 40. 51. *&* 66. *penes Zacchiam ad Galesf. de obligatione Camerali, & veluti testatur etiam D. Ferentillus ad decisionem Buratt.* 91. *sub num.* 5. Sed quod Rota ipsa Romana videatur, etiam illum stilum A. C. approbare, super eo, quod sententia sit pro concurrenti, & debita quantitate sustinenda, ait in *dicta Romana dotis Veneris* 14. *Iunii* 1630. *coram Motmanno,* sub ea ratione, quia illius Tribunal potissimum rei veritatem attendat, & ne partes super vna, & eadem re diu litigando immodicis expensis grauentur, & pro hac opinione ibidem allegat decisionem factam in *Perusina Executionis* 18. *Decembris* 1595. *coram Penia, quæ est apud Marchesan. de commissionibus par.* 3. §. 3. *fol.* 114. Licèt tamen ego in hoc non recederem ab ea distinctione superius deducta, pro eorum concordantia, & sic quod prima opinio procedat, quando res esset in eodem statu, & adhuc integra, & per consequens, quando sententia nondum fuisset executioni demandata. secunda verò, quando secus, vt ait *Rota in prællegatis decisionibus, & præcipuè in illa Romana dotis Veneris* 14. *Iunii* 1630. *coram Motmanno.*

18 Et tenendo eam opinionem super æquitate fundatam; nempè sententiam pro concurrenti quantitate sustineri; Declara eam non procedere, quando ageretur de executione facta super re communi, & pro indiuiso possessa, quia tunc ratione indiuiduitatis ea in totum corruit, & ratio est; quia ea pars, quæ ponitur sub manu Prætoris, semper remanent incerta ratione loci, & quotæ; quia socius in qualibet gleba suam portionem habet, *Rota per Gregorium decis.* 198. *num.* 1. *& dec.* 480. *num.* 5. *Afflict. decis.* 358. *num.* 7. *Puteus decis.* 315. *lib.* 1. *& ita fuit resolutum à Rota in Tiburtina Castrorum* 4. *Iunii* 1607. *coram Cardinali Marcomontio, & in Anconitana pradii Veneris* 29. *Nouembris* 1630. *& tandem in Romana, seù Ciuitatis Castelli census* 17. *Maii* 1631. *coram Pirouano*, Licèt tamen secus esset, si in executione pars alterius non debitoris fuisset præseruata, quia tunc dicta prima opinio procederet, & sic executio pro ea parte debitoris sustineretur, & ita facta postea rei communis diuisione, posset ad consumationem illius iam factæ executionis deueniri, & sic vterque ex socijs suum consequi valeret, iuxta *doct. Surdi consil.* 186. *num.* 23. *quem allegat. & sequitur Rota in dicta Romana, seù Ciuitatis Castelli census* 17. *Maii* 1631. *coram Pirouano.*

Et prædicta extēde eodē modo procedere, quò ad solutionem expensarum, quia tunc ille qui obtinet mandatum, vltra summam debitam, in expensis condemnatur, vt ait *Tiberius Salutius in sua praxi in verbo decretum, & in verbo sententia, vbi allegat Rolandum consil.* 79. *num.* 9 *lib.* 3. *Socinus consil.* 171. *columna* 4. *versiculo Sed posito, Afflictus decisione* 135. *num.* 3. *Puteus decisione* 315. *libro primo num.* 5.

19 Subdeclara tamen, prædicta non procedere, quando essemus in cursu triginta annorum; quia tunc Iudicis decretum, & sententia præsumitur lata eo modo, quo de iure ferri debebat, & sic pro eorum sustentatione veniret declarandum, vt ait *Rota decisione* 723. *p.* 1. *in recentioribus cum ibi allegatis num.* 20.

20 Subamplia octauò, quòd neque Iuramentum possit supplere defectum causæ, vt fuit dictum in *Rom. de Santacruce* 29. *Ian.* 1607. *coram Card. Sacrato, & per Buratt. dec.* 361. *per totam.*

21 Subamplia nonò, vt nec etiam causa fideiubendi pro marito, dicatur valida ad sustinendam vxoris obligationem, vt fuit dictum in *Romana Fideiussionis Luna* 15. *Maii* 1593 *coram Cardinali Arigonio, & in Romana Argentorum* 27. *Iunii* 1607. *coram Papa Gregorio Decimo Quinto, quæ est in eius impressis dec.* 333. *nu.* 3. *& latè Henrig. de fideiuss. cap.* 8. *num.* 389. *& seqq. Maur. sectione* 7. *cap.* 3. *per totam eodem titulo*, qui plenissimè huiusmodi materiam fideiussionum tractant plures ampliationes, & limitationes inducendo, quas per te videre poteris, quia illas hic recensere nimis longus fierem.

22 Contrariam opinionem licèt videatur tenuisse *Rota in vna Interamnen. Mercium* 4. *Ianuarii* 1597. *coram Penia & in Romana societatis officii* 13. *Febr.* 1606. *coram Litta; & in Rom. fideiussionis* 13. *Maii* 1596. *coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 1187. *num.* 1.

23 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, qñ mulieri nulla spes super illius indemnitate remanet; veluti, quia maritus tpe obligationis tantum in bonis nõ possidebat, q posset eam indemnem releuare, siue quia esset dilapidator, siue decoctus, ita vt per illius fideiussionem penitus indotata remaneret, vel remanere posset, veluti fuit decisum à *Rota in dictis decisionib. in prædicta subamplatione* 9. *allegatis*, & *signanter in illa dec* 323. *cor.Greg.* vbi fuit resolutum, q ob defectum causæ in apertam mulieris, siue minoris perniciem resultantis, illius obligatio sustineri non posset, & ita quoque fuit decisum à *Rota in Romana Salutani interdicti* 15. *Decemb.* 1614. *coram Card. Pamph.*

Secunda verò opinio procedit, qñ mulieri, ob solutionẽ illius fideiussionis, dimidia pars suæ dotis remaneret, veluti fuit resolutum à *Rota* ita debere procedere in dicta *Interamnen. mercium* 4. *Ian.* 1597. *coram* Penia, *quæ est apud Zacb. de oblig. cam. decis.* 100. *num.*8. Sed prius *sub nu.* 6 & 7. Animaduertit, q læsio in muliere fideiubente, debet ob illius fauorem considerari, tàm de tpe fideiussionis, q̃ etiam de eo solutionis, & sic ad fauorem vxoris nõ sufficeret virum habere bona de tpe obligationis factæ ab vxore, sed opus esset, q ille haberet quoque facultates de tẽpore, quando ad solutionem ageretur, iuxta doctrinam *Ioan. de Imol. in cap. peruenit, de empt. & vendit.* quam secutus fuit *Afflict. dec.* 313. *allegat. à Rota ibi coram* Penia. Quamuis *Thes in dec.* 223. *num.* 11. dicat tempus solutionis esse attendendum, & ad id ibi allegat *Afflict. in dec.* 312. & 313.

Et ratio prædictorum ea est: quia mulier indotata non dicitur, qñ conseruatorem indemnitatis habet: Itẽ est quoq. verùm, q ea læsa non dicetur ex fideiussione, nisi prius excussis conseruatoribus indemnitatis, ac eis non soluendo repertis, vt pulchrè fuit consideratum à *Rota in dicta Interamnen. mercium coram* Penia, *quæ est penes Zacbiam dec.* 100. *num.*4. *& seq.*

24 Quinimmò extende, quòd iuxta decisionem in illa *Romana societatis officii* 13. *Febr.* 1606. *coram Litta.* Hæc secunda opinio procederet etiam si mulieri tertia pars dotis salua remaneret. Amplius iuxta *dec.* C *ard. Seraph.* 1187. fuit resolutum dictam secundam opinionem posse procedere, quando mulier penitus indotata nõ remaneret, & sic quando læsio enormissima non concurreret, & tunc enormissima læsio diceretur, si in totum illa læderetur, vt ait *Rota per Buratt. dec.* 75. *n.*13.

25 Contrarium, quòd scilicet mulier ob illius iuramentum obligetur, etiam si omninò indotata remaneret, ait *Thesaur. dec.* 223. *num.* 12. & 13. *& Afflict. dec.* 311. *num.* 4.

Prædictas opiniones ego tamen si essem Iudex, tali modo concordarem, nempè, vt prima procedat in specto iuris rigore, ac iuramenti robore, & sic de iure canonico, cum illud nullum casum excludat, nisi, quando periculum animę inducit. Secunda verò procedit attento iuris ciuilis, & publici fauore, quod mandat, mulieres indotatas remanere non debere. Et propterea in tali casu media via erit eligenda, & sic, quòd sufficiat pro validitate contractus, si mulieri medietas dotis remaneat, vt concludit *Thesaur. ibi supra num.* 13.

Sed est bene verum, quòd si mulier eã indotatam remansisse allegat, illud probare tenetur, vt ait *Rota per Gregor XV. dec.* 321. *num.*9 & veluti latè inferius dicam *sub num.* 137.

26 Subamplia decimò, quòd neque etiam fideiussores minorum, & mulierum tenerentur, vbi causa, quæ in contractu interueniret esset falsa, & insufficiens, vt fuit dictum in vna *Romana census de Prouanis* 8. *Aprilis* 1598. *coram Orano.*

27 Declara tamen primò, id non esse verum, qñ fideiussores non simpliciter, sed vti principales, principaliter, & insolidum, obligarentur: quia illa verba, Vti principales, principaliter, & insolidum, clausulam [Omni meliori modo] important, & sic ea facerent illos omninò teneri, vt fuit dictum in *d. Romana census de Prouanis coram Orano*, & *Mobedan. decis.* 2. *aliàs* 223. *de fideiuss.* Natta *cons.* 345. *& Decian. cons* 27. *n.* 5. *lib.* 2. & *Rota in Bonon. bonorum de Occellis, Ven.* 26. *Apr.* 1602. *corã Litta. & prius in Tudert. census Vener.* 26. *Maii* 1600. *corã Iusto*, & *per Greg. dec.* 160. *&* 564. *& prius in dec.* 321. *cum ibi alleg.*

28 Extende declarationem prædictam procedere, etiamsi in obligatione fideiussores nõ dixisset vti principales, &c. quia nihilominus existentibus aliis clausulis, nempè ea [omni meliori modo, & obligatione in forma Cameræ amplissima,] vtique

vtique tales clausulæ æquipollent ei obligationi, vti principales, &c. vt ait *Mobedan. in dicta dec. 2. de fideiuss.* & *Rota per Card. Seraph. dec. 1324. num. 5.*

29 Declara secundò, non procedere, quando illi fideiussores essent cum iuramento obligati; quia iuramentum operatur, vt fideiussor in plus teneatur, quā principalis, vt fuit dictum *à Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decis. 1324. num. 4.* & *5.*

30 Declara tertiò, non habere locum, quando fideiussores promisserunt nullitatem contractus non allegare, sed ea nō obstante, soluere, ac illius promissionem adimplere, vt fuit dictum in illa *Romana census de Prouanis coram Orano.*

31 Declara quartò, non procedere, vt dixi, quando fideiussores essent in forma Cameræ obligati; quia tunc sub prætextu ignorantiæ nullitatis contractus à solutione excusari non possunt, cum dicta obligatione Camerali stante, error, & ignorantia allegari non possint, vt ait *Paris. consil. 16. num. 111. allegat. à Seraphino in dicta dec. 1324. num. 8.*

32 Extende eodē modo procedere veluti si essemus in vēditore prohibitionē alienationis ignorante; quia nihilominus de euictione tenetur, & ad dāna, & interesse, & id ex natura actionis exempto, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum decis. 787. num. 4.*

33 Sed est benè verùm, quòd tunc venditor tenetur solùm ad interesse intrinsecum, sed non ad extrinsecum, vt ait *Card. Seraph. d. dec. 787. num. 9.*

34 Declara quintò, non procedere, quando in accessoria obligatione non militat tanta ratio, quanta in principali, veluti si fauore minoris principalis obligatio redderetur nulla, ex aliquo priuilegio, ratione minoritatis ei concesso; quia tunc obligatio accessoria tanquam non æque fauorabilis elusoria non fieret, sed sustineretur, vt fuit dictum in illa *Romana census de Prouanis coram Orano.*

35 Et ratio est illa; quia alienationis prohibitio solum fauorem, & commodum minoris respicit, & non alterius personæ, & propterea videmus, quòd tutor, & fideiussor de euictione tenentur, de qua non tenetur minor, vt fuit dictum in vna *Romana Salutani interdicti 1. Iunii 1587. coram Cardinali Seraphino, quæ est decis. 787. & decis. 1324. eiusdem Cardinalis Seraphini.*

36 Et reassumendo ea, quæ fuerunt dicta de causis in contractibus adhibendis non veris, subdeclara procedere, si de earum insufficiencia, & falsitate clarè constabit; quia tunc exequutio contractus, & obligationis Cameralis retardari poterit: licèt tamen talis dici non possit, quando à principio esset vera, sed postea deficiat. Et ratio ea est: quia in contractibus, & iudicijs sēper origo est inspiciēda, vt ait Rota mox alleganda, & maxime per *Greg. dec. 406. num. 12.* Secus autem, si earum falsitas, siue insufficiētia, aut nullitas esset dubia: quia isto casu executio contractus nō veniret impedienda: veluti idem pari modo procederet, in casu nullitatis instrumenti, siue contractus; quando aliquid esset probandum ab opponente nullitatem, sed incontinenti non probaretur; licèt secus si in continenti, vt ait *Zacchias de obligat. camer. quæst. 3. num. 1. & seqq. & quæst. 17. num. 101. & Rota per Coccin. dec. 8. num. 1. & dec. 162. num. 1. & fuit dictum in illa Romana donationis de Grandis 10. December. 1601. coram Penia, vbi multa ad exclusionem falsæ causæ inuenies, & dec. 134. nu. 12. apud d. Zachiam de oblig. camer. & penes Greg. in dec. 406. num. 8. & seq. & Card. Seraph. dec. 1107. & prius in dec. 372. num. 1.* vbi ait, quòd exceptio contra obligationem in forma cameræ non est releuans, quando est obscura, incerta, & præsumptiua tantùm, & sic erit concludendum, quòd nunquam falsitas causæ potest impedire executionem laudi, vel alterius similis à partibus, cum iuramento, & camerali obligatione approbati, nisi ea sit vera, & clara, vt ait *Rota dec. 540. num. 8. par. 2. in recent. & Card. Seraph. dec. 705. num. 3.*

37 Et ratio prædictorum est, quia in dubio falsitas causę, siue nullitas contractus nō præsumitur in contractu minoris, cum præsumatur, quòd iudex diligenter fuerit de illius veritate informatus, *Sura dec. 126. num. 7. & in terminis istius Statuti fuit dictum à Rota in Rom. Saluiani 15. Decembr. 1614. coram Pamphilio, & prius in alia Rom. Saluiani 20. Maii 1613. coram Manzanedo, & in Rom. nullitatis obligationis 28. Maii 1618. coram Vbaldo, vbi multa*

multa alia decisiones ad id allegantur, & *per Gregorium dec.* 406. *num.* 8. Et præsertim si vltra decretum Iudicis concurrat quoque obseruantia subsecuta longi temporis: quia tunc ea simul iuncta faciunt præsumi causam veram in instrumento expressam, necnon omnem falsitatis, ac nullitatis suspicionem tollit, vt ait Rota *per Greg d. dec.* 406. *n.* 7. & *ibi per addent. n.* 20. & *in Romana census Luna* 15. *Nou.* 1627. *coram Merlino*, & *per Card. Seraph. decis.* 1432. *num.* 4.

38 Rursus erit animaduertendum, quòd decretum Iudicis debet esse extensum; quia clausulæ cæteratæ non sufficiunt, vt fuit dictum à Rota *in* Romana *hereditatis* 12. *Iun.* 1615. *coram Buratto*. Et ratio est; quia quando causa non fuit expressè narrata, sed est nimis generalis, nec per cõsequens potuit causę cognitio interuenire, sine qua decretum Iudicis fit nullum, vt ait Rota *dec.* 403. *nu.* 6. *p.* 1. *in recent.* Caualcan. *dec.* 46. *nu.* 282. *p.* 1. Et ratio rationis est: quia caussa expressa præsumitur seruata, & sic potens ad mouendum Iudicem, pro interpositione decreti; At secus si è contra, idest si causa non fuerit expressa, vt ait Rota *per Greg. dec.* 245. *sub nu.* 5. & *dec.* 134. *n.* 10 *post tract. Zach. de oblig. camer.* & *idem* Caualcan. *dec.* 45. *nu.* 52. *dicta par.* 1. & *bene fuit deductum à* Rota *in Romana hereditatis de Agazariis* Luna 11. *Aprilis* 1622. *coram* Remboldo.

Et hinc propterea fit, quòd Iudex procedẽs sine causæ cognitione nulliter, & vti persona priuata procedere dicitur, vt ait Rota *per Greg. dec.* 105. Veluti eodem modo dicitur, quando causa, ob quam Iudex interposuit decretum in contractu minoris, seu mulieris detegeretur falsa; quia tunc illud decretum esset ipso iure nullum, vt fuit dictum in *Romana societatis officii Luna* 17. *Iunii* 1602. *coram Penia*. Licèt sit benè verùm, quòd illud in dubio cum causæ cognitione interpositum præsumitur, cum actus semper præsumatur factus eo modo, quo fieri debet, & sic seruatam fuisse à Iudice diligentiam, super veritate causæ, vt fuit dictum in vna *Romana domus de* Grandis 16. *Febr.* 1601. *coram* Penia, & *in alia* Romana *dotis Luna* 11. Mais 1609. *coram eodem*, & *per Gregor. dec.* 406. *num.* 7. & 12.

Quibus præterea altera distinctio addatur, super eo, quando scilicet annullato principali contractu, obligatio fideiussoris sustineatur, quæ talis est, nempè aut principalis contractus annullatur, ob defectum formę, & consensus, aut solemnitatũ: In primo casu tam obligatio principalis, quàm etiam accessoria, & sic fideiussoris corruit. In secundò verò casu principalis obligatio non tenet, sed ea fideiussoris sustinetur, vt fuit dictum in illa Romana *census de Prouantis coram Orano, Card. Seraph. dec.* 787. & *in Tudertina census* 26. *Maii* 1600. *coram* Iusto. Et propterea bona cautela erit in obligatione dicere, quòd fideiussor se obligat, etiam in euentum nullitatis obligationis principalis, vt superius diximus, & veluti animaduertit *Rota per* Greg. XV. *in præalleg. dec.* 321. & 560. & 564. & *facit decisio Gratian.* 182. *nu.* 12. & 13. Rota *Marchia*.

39 Et reassumendo principalem conclusionem amplia secundò eam in tñ procedere, ꝙ ad hoc, vt prædicta alienatio valeat, etiam tutoris auctoritas erit necessaria, vt est *text. in l. obligari, ff. de act. tut. l. neque, l. cum qui*, C. *de auctorit. præstan.* Gratian. *lib.* 4. *discept. c.* 644. *nu.* 11. & 17. & Rota *ibidem coram Card. Sacrato in illa Romana domus de* Cuppis 10. *Decemb.* 1600. & *per Greg. XV. dec.* 164. & *dec.* 406.

40 Subamplia id in tantum esse verum, vt propterea in alienatione stabilium minoris, ex dispositione Statuti Vrbis requiratur quoque deputatio alterius curatoris specialis, vt fuit decisum in *Perusina donationis Veneris* 21. Iun. 1612. *coram* Card. Caualerio, *quæ est dec.* 120. *n.* 8. *apud Statil. de Saluiano.*

41 Fallit tamen dicta subampliatio, si loquamur attenta Iuris communis dispositione, quia illud vult, vt curator non possit dari minori in contrahendo, alium curatorem habenti, nisi prius illo primò remoto, *vt ait* Rota *in dicta Perusina donationis coram Card.* Caualerio.

42 Extende illud multò magis procedere, quando minor tractaret (verbi gratia) de donatione facienda: quia tunc nullo modo erit locus illi dationi Curatoris. Et ratio est: quia curator semper ex iusta causa dandus venit, sed talis in actu donandi iustificari non potest, cum donare sit proprium perdere. *Rum. cons.* 200 *n.* 2. *lib.* 1. & R*ot. ibi coram Card. Caualerio.*

Ani-

43 Animaduertendo tamen, quod ad hoc, vt habenti curatorem alius Curator dari possit, id cum cognitione causę fieri debet, aliàs neque posset dari curator ad negotia, & ad lites, neque etiam alio modo ei actorem adiungi liceret, vt ait *Rota in dicta Imolen. nullitatis permutationis 29. Martii 1599. coram Iusto, quae est decis. 109. apud Statil. de Saluiano*.

44 Contrarium licet in curatore ad lites dicat *Put. dec. 119. lib. 3. quem allegat. Rota ibi supra coram Iusto*.

45 Declara tamen, quòd ex forma statuti vrbis *in cap. 151. lib. 1.* numquam est locus deputationi curatoris in contractibus minorum, & mulierum, dum proximiores, de quibus loquitur statutum, adsint, vt fuit dictum in *Romana releuationis indemnitatis 22. Martii 1602. coram Ortembergo, & dec. 647. num. 1. part. 2. in recentioribus*.

46 Extende primò procedere, etiamsi huiusmodi proximiores essent descendentes, & ipsi haberent spem probabilem succedendi, quia licèt statutum illud disponat, de illis proximioribus quorum non intersit: tamen tale interesse debet intelligi respectu personae, non autem bonorum, vt ait *Crescent. decis. 2. de consuet.* vbi praecipuè pro huiusmodi opinione ait omnia statuta disponentia, ob solam spem succedendi, vocasse istos descendentes, quia putarunt eos diligentiores fore.

47 Extende secundò procedere, etiamsi proximiores essent cognati, & non agnati, quia nec isto casu esset deputandus curator, vt fuit dictum in *Romana de Scapuccis 15. Iun. 1576. coram Card. Blanchetto, & in alia Romana executionis contractus 23. Maii 1597. coram Litta, & Crescent. decis. 4. de consuet.* vbi concluditur statutum illud verificari, tam in agnatis, quam in cognatis, omni in hoc differentia sublata.

48 Et ratio pcipua ea est: quia appellatione coniunctorũ veniūt quoq; affines, vt fuit dictum in *Romana nullitatis contractus 28. Februarii 1611. coram Ortembergo, & prius in Romana nullitatis census 8. Nouemb. 1610. coram Pirouano*.

49 Extende tertiò procedere, etiam si tales proximiores in contractu Interesse haberent, vt fuit dictum dictum in *Romana donationis de Gandis 16. Feb. 1601. coram Penia Put. decis. 15. num. 2. & 4. lib. 3*.

50 Declara tamen primò id esse verum quando interuentus proximioris requireretur ratione proprii praeiudicii, at secus si ad integrandam personam contrahentis, quia tunc nullum debet interesse habere, vt benè distinguit *Rota dec. 380. num. 3. part. 1. in recent. & Picus ad statutum Vrbis gloss. 15. num. 1*.

51 Declara secundò eam extensionem procedere, quando Interesse esset extrinsecum, & secundarium, quia tunc proximiores interuenire possent in contractu minoris, secus autem, quando illud esset directum, & principale, quia tunc non vocantur, sed loco eorum deputatur curator *Put. decis. 15. lib. 3. & Rota in dicta Romana de Grandis 16. Februar. 1601. coram Penia, Card. Seraph. dec. 1003. n. 7. Picus ibi supra nu. 5. & Rota in dec. 710. n. 2. par. 1. in rec.*

52 Quinimmò extende, q istì iurare debent contractum esse vtilem, & non dãnosum minoribus, ita; q nõ sufficeret esse scriptũ solũ cęteratè, nẽpè iurarũt, &c. *Rota in Rom. hereditatis, & Paragii dotis 12. Iun. 1615. coram Baratto*. Et ratio est: quia illa expressio tamquam de forma, & substantia statuti, sub dictionibus ceteratis nõ comprahenditur *Rota dec. 647. num. 1. & dec. 723. num. 2. & 4. part. 2. in recent.*

53 Extende, quartò procedere, etiamsi mulier assereret consanguineos non potuisse interuenire, ob aliquod eorum impedimentum, quia nihilominus per hãc solam assertionem non erit deueniendũ ad curatoris deputationẽ, veluti fuit decisum in *Romana releuationis indemnitatis 22. Mart. 1602. coram Ortembergo*.

54 Declara tamen eam extensionem non procedere, quando assertio impedimenti esset vera, iusta, & rationabilis; veluti si inter minores, & mulieres lites cũ illis proximioribus intercederent, vt fuit dictum in vna *Rom. societatis offic ii 13 Februar. 1606. coram Litta*.

55 Vndè in hoc debet Iudex optimè cognoscere super hmõi excusatione, vt fuit dictum illa *Romana releuationis indemnitatis coram Ortembergo*.

56 Sed in dubio impugnans contractum ob

ob non interuentum consanguineorum, & proximiorum non sufficit, quòd probet eos tunc extare, sed debet insimul probare, quòd illi potuerint contractui commodè interuenire, vt ait *Acchil. decis. 4. de praescript, Rota penes Zacchiam de obligatione Camerali decis. 134. num. 8. & fuit dictum in Romana census 29. Aprilis 1611. coram Pirouano*, & *in Romana nullitatis contractus 27. Iun. eiusdem anni coram Card. Pamph.*

57 Contrarium licèt fuerit dictum in *Senogaglien. praedij 5. Iun. 1617. coram Andrea* vbi fuit dictum, quòd minores probare debent proximiores potuisse interuenire commodè eadem die, & hora, & in *Romana census 11. Mart. 1613. coram Coccino.* quae loquitur in casu vbi fuerat probata praesentia Cardinalis Gaetani, sed quia potuit esse impeditus podagra, vel aliis negotiis, fuit resolutum debuisse concludenter probari habilitas ad interessendum.

58 Vndè, quando minor vellet impugnare contractum, ex defectu interuentus proximiorum, tenebitur non solum probare, quod adessent alii consanguinei, sed etiam, quòd possent interuenire tépore contractus, vt fuit saepius resolutum à Rota, & *praecipue penes Picum ad statutum Vrbis in decis. 28. num. 5.* & *melius decis. 30.* vbi fuit dictum, quòd vltra praesentiam proximiorum in loco, erat quoque probanda habilitas, tàm naturalis, quàm accidentalis, vt ibidem ait *Picus dec 57 n. 1.* vbi fuit quoq. dictū esse probandum, quòd proximiores commodè poterant adhiberi, & quòd non sufficiebat praesumptio habilitatis, idemq. fuit dictum in *Camerinen. donationis penes Marches. tom. 2. fol. 56.* & *in Rom. nullitatis contractus 27. Iun. 1611. coram Card. Pamphilio*, & *in alia Romana fideiussionis 2. Iun. 1614. coram Pirouano*, & *in Romana de Iacomellis 29. Apr. 1611. coram Card. Sacrato*, & *Guidobon. decis. 98. Cb fanin. decis. 181. incipien. Statutum*, & *Rota in Firmana restitutionis dotis 23. Iun 1603 coram Pe. i*, & *in Romana rescissionis contractus 1 Decembris 1608. coram Coccino*, & *in Romana nullitatis contractus 28. Febraar. 1611. coram Ortemb rgo*; & *in Romana nullitatis census 8. Nouemb. 1610.* & *29. Aprilis 1611. coram Pirouano* vb

plene discurrit super probatione, & depositione testium, de existentia propinquorum deponentium, & latius in *Romana census scutorum 28. mil. 11. Martii 1613. coram Coccino, vbi examinantur omnes difficultates in hac materia*, & *idem Coccin. in decis. 116. & 133. num. 5. & 7. & decis. 22. num. 2. penes Cincium de censib.*

59 Sed nihilominus praedictis nō obstātibus fuit recessum ab omnibus illis decisionibus, per *Rotam in decis. 713. part. 2 in recent.* vbi fuit dictum sufficere de die celebrati contractus probate habilitatē naturalem, nempè sanitatem, licèt ea non probetur precisè in illa hora celebrati contractus, nàm probata naturali habilitate, tunc accidentalis inhabilitas non praesumitur, quae ex aliquo impedimento peruenerit nisi probetur, vt late fuit deductum à *Rota in dicta decis. 713.*

60 Immò si aliqua impedimenta ad fuissent, non diu duratura, tunc erat expectandum, vt ea cessarent iuxta tradita per *Bertaz. de claus. Instrument. claus. 8. glos. 10. num. 1. & Tiraq. de leg. connub glos. 8. num. 6.*

61 Extende quintò etiam si proximiore vocati ad interressendum, non veniant quia non obid curator erit deputandus, sed benè alii proximiores, loco eorum erunt vocandi vt fuit dictum in dicta *Romana donationis de Grandis 16. Februar. 1601. cor. Penia.* Sed si fortè mulier siue minor propinquos non haberet, tunc Ius commune erit seruandum; sed si vnum solum propinquum haberet tunc illius consensus sufficere, si verò plures habeat; sed in longinquis partibus commone rentur, itaut eorum consensum haberi sit impossibile, vel parum commodè, tunc sine illis contrahere poterit, vt fuit dictum à *Rota Buratt. decis. 332. num. 5. & seqq.*

62 Extende sextò, idem procedere, si pater vellet contrahere cum filiis, & non adessent coniuncti, ex latere matris, quia tunc in eorum defectum debent interuenire coniuncti, ex parte Patris, & quāuis statutum videatur annuere contrarium, per ea verba ibi: coniuncti ex parte matris vocentur, & si non adsint cum Curatoris legitima auctoritate nihilominus statutum illud intelligēdum venit

si

si coniuncti non extent, ab vtroque latere, hoc est Patris, & matris; Nam indefinita locutio in materia statutorum vniuersali æquipollet, vt in terminis statuti Vrbis antiqui illa eadem præcisa verba declarauit. *Caputaq. decis.* 205. *part.* 3. vbi inter cętera ait, quòd non est verisimile, quòd statuentes voluerint curatorem extraneum præferre proximioribus, ex latere partis, qui præsumuntur magis consulere vtilitati minoris, siue mulieris, quàm extraneus, & licet idem *Caputaq.* referat ibi supra huiusmodi quæstionem perdifficilem esse, & quòd propterea Auditores semel fuerint diuisi, tamen concludit, quòd fuit tentum pro hac opinione ex voto vnius Auditoris.

63 Declara tamen, quòd istud statutum requirens in contractibus proximiores minorum, & mulierum, est intelligendum de illis, qui sunt de tempore contractus, non autem de illis, qui desierunt esse, vt fuit dictum à *Rota in Romana nullitatis census* 8. *Nouembr.* 1610. *coram Pirouano*, Et propterea hic animaduertendum erit, quod non sufficeret probare adesse affines tempore contractus, qui potuissent interuenire contractui, nisi etiam probetur affinitatem durare: veluti; quia per mortem alicuius ex coniugibus non fuerit dissoluta, vt ait *Rota Perus. dec.* 2. *nu.* 17. *part.* 1. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 46. *num.* 14. & *Rot. in dicta Rom. nullitatis contractus, quæ est apud* Cincium *de censib. dec.* 22. *nu.* 3. & 4.

Sed si forte minor, siue mulier propinquos nō haberent, tunc Ius commune erit seruandum, sed si vnum tantum, tunc illius consensus sufficeret, si verò plures propinquos haberēt, qui commodè con tractui interuenire non valerent, ex eo, quia in lōginquis partibus inhabitarēt, tali casu sine illis contrahere possent, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua dec.* 33 ?. *num.* 5. *cum pluribus ibi per eum allegatis*, & *Card. Seraph. dec.* 1244. *num.* 2.

64 Amplia tertiò principalem conclusionem, quòd scilicet in alienatione rerum minoris requiratur, etiam modus nempè, quòd res minus damnosa vendatur, nec nō etiam, omnium prædictorum diligens discussio fiat, *l. minorum.* & *ibi gloss. quam approbant Bart.* & *Bald. C. de præd. minorum*, & *Rota in dicta Romana de Cuppis coram Card. Sacrato*, & *Afflict. omnino videndus in sua decis.* 249. *nu.* 1.

65 Amplia quartò, quòd etiam requiratur decretum Iudicis, & quòd insimul aliæ Iuris solemnitates concurrant, aliàs deficientibus illis, contractus erit nullus, vt ait *Caputaq. dec.* 190. *per tot. part.* 3. *idem ait Castr. in consil.* 105. *lib.* 2. *in princip. Roland. cons.* 33. *lib.* 1. & *cons.* 7. *nu.* 20. *lib.* 3. *Roman. cons.* 321. *num.* 1. *Corn. cons.* 109. *num.* 2. *lib.* 3. *Dec. cons.* 556. *num.* 3. & *seqq. Viu. in sua dec.* 426. *Regni Neap. Afflict. d. dec.* 249. & *Surd. decis.* 77. *num.* 5.

66 Et ratio est: quia istæ solemnitates in contractu minorum, et mulierum à Statuto Vrbis in *cap.* 151. *lib.* 1 fuerunt introductæ pro forma, quę ad vnguem seruari debet, ad tollendas fraudes, & ob id illud fauorabile vocatur, & sic latè est interpretandum, nec non etiam ad casum non expressum militante eadem ratione, extendendum, *Cresc. decis.* 3. *nu.* 8. *de constit. Caputaq. decis.* 215. *part.* 3. & *Rota in Romana fideiussionis* 13. *Maii* 1596. *coram Cardin. Seraphino*, & *in Romana societatis officii* 4. *Februarii* 1602. *coram Penia*, & *prius in alia Romana Retordonationis* 23. *Iunii* 1592. *cor. eod.*

67 Vndè ex prædictis infertur, quòd illi statuto, tamquam ad publicam vtilitatē condito, neque pacto, neque Iuramento renunciari potest, vt ait *Caputaq. decis.* 190. *part.* 3. *per tot.* veluti, nec minus con tractus duplici iuramēto confirmari permittitur, cum illud in specie statutum Vrbis, nedum extortum præsumat, sed vlterius, etiam procedendo contractum factum annullet, vt fuit dictum à *Rota in Romana societatis 4 Februar.* 1602. *coram Penia*, & *alia Rom. Palatii* 18. *Iun.* 1607. *coram Iusto*, & *in alia Perusina donationis* 21. *Iun.* 1613. *coram Card. Caualerio*, & *in Rom. donationis de Cuppis* 5. *Iun.* 1602. *coram Card. Pamph.*

68 Nec quicquam iuuaret dicere, quòd Iuramentum infringi non possit à statutis, tamquam ad spiri tualitatem spectās; quia cum statutum reperiatur de mandato Papæ conditum, siue ab eodem confirmatum, meritò si Iuramentum tunc possit à statuto infringi, vt fuit dictum de statuto Vrbis à *Rota in dicta Perusina donationis coram Card. Caualerio*, & *in illa* Roma-

Romana nullitatis obligat, coram Durano.

69 Contrarium tamen in donatione minoris iurata, ait *Rota per Gregor. decis.* 391. *num.* 1. *& ibi in addit.* & *Rota apud Pirum de statut. Vrbis dec.* 49. *num.* 1. & id præcipuè habet locum, quando minor est certus quid, & quantum donat, *Rota dec.* 102. *num.* 9. & 10. *par.* 2. *diuers.* Licèt *Rota in vna Sabinen. alluuionis Veneris* 24. *Maii* 1624. *coram Pirouano* firmauerit solemnitates in donatione minoris esse necessarias, licèt donatio esset de paruo, siue remuneratoria, vel ex alia, quacumque causa, iuxta tradita ex plurimorum sententia, per *Simoncel de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *inspect.* 4. & *Menoch. de arbitr. casu* 171. *num.* 45. Quamuis etiam multi Doctores adsint, qui contrarium tenēt allegati à *Rota ibi supra coram Pirouano*.

70 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, quādo sumus in statuto, quòd præsumeret iuramentum dolo extortum; secunda verò procedit de iure communi, vt colligitur ex decisionibus superius allegatis, & veluti ait *Rota per Buratt. dec.* 44. *nu.* 4. & *dec.* 612. *num.* 6. *&* 7.

Rursus concordare possumus opiniones prædictas, vt scilicet prima procedat, quando statuentes vlterius procedendo adimerent fidem scripturis, & Instrumentis, desuper confectis, quia tunc licèt Laici non possint directè vel indirectè Iuramentum lædere, nihilominus ex quo per eos fides instrumentis adimitur, ob id non constat Iuramentum fuisse interpositum, & per consequens tollunt illi scripturę Iuratę robur, & fundamentum; veluti etiam dicta prima opinio procederet, quando Papa statutum confirmasset, sed in forma communi, quia tunc talis confirmatio non sufficit, ad hoc, vt per solum Iuramentum interpositum statuti solemnitates non sint seruandæ, quia ad hoc, vt confirmatio statuti prædictum effectum operetur, opus est, vt in Breui Papæ porrecto fiat expressa mentio de casu iurato, cum confirmatio simplex, confirmatum non ampliet, sed benè illud strictius ligat, vt fuit dictū in vna *Narnien. bonorum* 26. *Febr.* 1616. *coram Cardin. Sacrato*, & *Rota dec.* 199. *num.* 2. *par.* 4. *diuers.* & *per Gregor. in sua decis.* 381. *num.* 4.

Secunda verò opinio procederet, quando statuentes vlterius procedendo non adimerent fidem Instrumentis, siue quando Papa in forma non communi, sed specifica confirmaret statutum, faciēdo mentionem de casu iurato, quia tunc Iuramentum per se solum, absque solemnitatibus esset aptum confirmare contractum, vt ait *Rota in dec.* 199. *num.* [illegible] *par.* 4. *diuersor.* vbi loquitur in terminis statuti Vrbis in *cap.* 158. *lib.* 1. & veluti fuit vltimo loco decisum à *Rota in Romana nullitatis donationis* 3. *Iul.* 1628. *coram Dunozetto*. Animaduertendo prætera, quòd licèt in casu, quò statuentes adimunt fidem Instrumentis, tota vis circa probationem Iuramenti versetur; nihilominus non prohibetur quis docere, illud in contractu interuenisse, aliter, quàm per instrumentum, quia potest aliundè probari, nempè per testes, vel per confessionem partis, siue per alteram probationem, & tunc sustineretur contractus, absque solemnitatibus statuti, & sic Iuramentum vno ex prædictis modis suum consequeretur effectum, vt fuit firmatum in illa *Romana nullitatis donationis coram Dunozetto, & in alus præallegatis*. Sed hic erit animaduertendum, quòd quando sumus in terris Ecclesiæ, tunc si statutum non fuerit confirmatum à Papa non valet; immò neque isto casu venit præsumenda illius confirmatio, ex lapsu triginta annorum, & vltra, nisi probetur obseruantia cum scientia Papæ, vt benè fuit deductum à *Rota per Buratt. dec.* 7. *nu.* 1. & *seqq.*

71 Extende primò, dictam quartam ampliationem, quæ versatur circa formam necessariam decreti Iudicis, & solemnitatem statuti, procedere etiam si alienatio fieret pro debito defuncti, vt ait *Riccius in sua Collectanea* 345. *vers. in tantum part.* 2. *Surd. in dicta decis.* 77. *num.* [illegible]

72 Fallit tamen, quādo dispositio testatoris, de re certa, & determinata specie cōtractus, præcesserit, quia tūc aliud genus contractus ab eo fieri non posset, *vt ait Gratian. in sua decis. Marchia.* [illegible] *num.* 4.

73 Fallit secūdò, quādo essemus in administratore cum libera, quia tunc ille posset sinè solemnitatibus alienare, *vt fuit di-*

dictum in *Romana domus de Cappis* 10. *Decembr.* 1600. *coram Cardinali Sacrato, qua est apud Statil. dec.* 110. *num.* 2. *de Salutano.*

74 Extende secundò, eam adeò esse veram, quod si pupillus sine causæ cognitione, & Iudicis decreto alienauerit, potest inde rem alienatam vnà cum fructibus ab emptore vendicare; quòd tamen intellige verum restituto per eum pretio in ipsius vtilitatem verso, aliàs secus, vt fuit dictum in *Romana nullitatis obligationis Veneris* 16. *Ianuar.* 1626 *coram Durano, Viuius in sua dec.* 22. & *Riccius in sua collect.* 345. *versic. Amplia* 5. *par. secunda* Idemque tenet *Cacheran, dec. Pedemont.* 160. & veluti inferius latius dicemus.

75 Subextende primò, id in tantum esse verum, quòd si pecuniæ per minorem in contractu habitæ, in illius vtilitatem non fuerint versæ, tunc minor, neq. obligatione naturali tenetur, quę proficiscitur ex cōsensu, nec minus ad earum restitutionem obligatur in conscientia, neq. ex huiusmodi obligatione potest ille Euangelica denunciatione denunciari, vt fuit decisum in dicta *Romana nullitatis obligationis coram Durano.*

76 Subextende secundò, quòd si tutor, siue curator, sine decreto, & solemnitatibus alienauerit, tunc in illius odium de euictione tenetur; quia contra Iuris, & Statuti dispositionem alienauit. Immò de dicta euictione, tutor, siue curator, eò magis tenebitur, si in huiusmodi alienatione se ipsum, bona propria, ac suos hæredes obligauit; quia tunc etiam, ꝙ principalis obligatio, ob defectum solemnitatum, non sustineatur: tamen illa propria tutoris, vel curatoris valida remanebit: sibi est imputandum, qa si limites sui officij excessit, & voluntariè in huiusmodi necessitatem se coniecit, aliàs, quis ratione officij non teneretur pro alio seipsum, ac eius bona obligare, cum non sit conueniens, quòd officium sit alicui damnosum, vt pulchrè ait *Gratian. in sua dec. Marchia* 182. *num.* 2. 7. & *seqq.*

77 Extende tertiò dictam quartam ampliationem quoque procedere, in muliere minore, quę immobilia in dotem assignare, sine Iudicis decreto non potest, vt ait *Surd. dec.* 278. & *Ricc. in pracit. loco, vers. Tertio etiam, & Gratian. in dicta decis.* 182. *num* 2.

78 Extende quartò eam, etiam habere locum in Patre, quando contraxit cum filio, siue quādo filius fideiussit pro patre: quia tunc solemnitates statutariæ erunt adhibendæ, cum isto casu non possit pater personam filii authorizare: sed tunc auctoritas Iudicis est necessaria, per quā Iudicium filii suppletur, cum de per se sit infirmum, & debile, vt ait *Rota per Burat. dec.* 44. *& ibi in addit.* & ita fuit resolutum in *Bononien. pecuniaria* 22. *Febr.* 1625. *coram Pirouano.* & *Rota in decis.* 177. *par.* 1. *in recens.* vbi ait, hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, quamuis contrarium videatur, tenuisse *Rota in dec.* 723. *par.* 2. *in recent. num.* 15: vbi ait rationem istius opinionis eam esse: quia præsumptio fraudis cessat in patre. Veruntamen sub *num.* 16. fuit dictum huiusmodi opinionem non esse tutam in Rota, & veluti dicam latius in Ampliat. 11. & idem ait *Rota in Bonon. census* 17. *Mart* 1608. & 2. *Februarii* 1609. *coram Card. Marcomontio.*

Sed quod solemnitates statutariæ, sint necessariæ, quando filius contrahit cum patre, fuit dictum à *Rota in Romana hæreditatis*, & *paragii dotis Luna* 12. *Iun.* 1615. *coram Buratto*, & *per Greg. dec.* 334. *n.* 3. Vndè prædictas opiniones tali modo concordari possunt, nempè, vt prima opinio procedat, quando statutū non simpliciter, sed generaliter, & vniuersaliter disponeret, quòd minor, siue mulier contrahens cum quacumque persona, teneatur solemnitates statuti adhibere. Secunda verò, quando statutum simpliciter illas requireret in contractibus minorum, & mulierum. *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 781. *num.* 11. *& Rota per Card. Canalerium dec.* 442. *num.* 7. & multa dicam inferius *sub num.* 130. *cum seqq.* & ibi quoque pulchra inuenies in hac materia: Imò hic erit quoq. notādū, ꝙ licèt administrator bonorum minoris prohibeatur cessionem contra illum reportare, vt ait *tex. in auth. minoris debitor C. qui dar. tutor. vel curat.* Veruntamen id non procedit in patre, quando est administrator filii, vt ait *Salicetus*

LII ibi

ibi in dicta authen. num. 6. Angel. num. 4. & *glos. in authen. vt sin probib. matr. in verb. matrum* : & veluti ita fuit decisum *in Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Card. Sacrato*, Et *Bald. in suo consil. 308. lib. 1.* ait, quando dicta authētic. habeat locum in actione reali.

Et ratio prædictorum ea esse mihi videtur, ad hoc, vt via fraudibus præcludatur, quæ facilius in extraneis euenire possunt, quàm in parentibus, de quibus adeò leges confidunt, vt propterea illos semper filiorum indemnitati so re consultores certò putent.

79 Subextende igitur id, quòd fuit dictum de solemnitatibus adhibendis in fideiussione pro patre, multò magis procedere in fideiussione facta, pro quolibet alio, vt fuit dictum in vna *Anconitana dotis 27. Nouemb. 1598. coram Card. Lancellotto*, Et id ex dicto Philonis, dum aiebat, quòd fideiussioni, numquam iactura deest, & *Rota per Gregor. decis. 120. num. 19. & in Perusina fideiussionis 26. Nouemb. 1611. & 2. Aprilis 1612. coram Card Pamphilio.*

80 Contrarium licèt videatur sentire eadem *Rota in Ariminen. Castrorum Veneris 8. Martii 1591. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decisio 940. num. 7.* ex ea, scilicet ratione: quia lex maximè confidit de patre, qui semper præsumitur capere bonum consiliū pro filio. *Idem Cardin. Seraphin in decis. 1027. num. 3. & est decis. Gregor. 334. num. 3. prius decis. 120. in princ. & est decis 723. num. 723. num. 15. Par. 2. in recentior.*

81 Concorda tu iterum, quod prima opinio procedat, quando filius contrahit cum ipso patre in rebus pleno iure ad filium spectantibus. Secunda verò procedit, vt puta, quando pater vti legitimus administrator alienaret bona aduentitia filij, sed in illis tamen casibus, in quibus possunt alienari, veluti vrgente causa solutionis æris alieni, & in similibus, vt ait *Afflict. in sua decis. 393. & Riccius in dicta collectanea 345. versic. Et secundo.*

Rursus huiusmodi opiniones concordare poteris: veluti dixi inferius sub *nu. 134.* ex mente Rotæ in *dec. 723. sub nu. 16. & 18. par. 2. in recent.*

82 Vndè animaduertendum erit, quòd vbi pater non habet vsumfructum, tunc non dicitur legitimus administrator filii; sed loco extranei habetur, vt ait *Burjat. cons. 133. num. 3. Menoch. de recuperan. remed. 9. num. 86. cum aliis plenè cumulat. per Paschal de patr. potest. p. 1. c. 2. n 84.* & in hoc videndus est etiam *Castil. de vsufr. c. 3. num. 59. & seqq.*

83 Sed ad dignoscendum, quando pater sit administrator filii, vel nō, valet argumentum negatiuè, hoc modo conceptum, nempè pater nō habet administrationem, ergo neque habet vsumfructum; at secus, si affirmatiuè concipiatur argumentum: veluti si diceretur pater habet administrationē, ergo habet vsumfructū, q a potest esse, quod pater administret bona filii emācipati, siue qñ esset, vel infans, seu infirmus, aut absens, & tamen ex eis vsumfructum non habeat, vt inferius dicam: & veluti ait *Gratian. lib. 4. discept. cap. 713. num. 71.*

84 Et propterea ex prædictis infertur, quod licèt regulariter non teneatur pater reddere rationem, nec de rebus filii conficere inuentarium, vt ait *Mangger. in sua obseruat. 93. centur. 2.* cum aliis cumulatis per eundem *Paschal. in dicto cap. 2. num. 82.*

85 Secus tamen est, in his, in quibus pater vsumfructum non habet: quia, tunc de illis rationem reddere & vt alii tutores inuentarium conficere tenetur, *Guttier. in suo tract. de Tutor. in 3. par. cap. 1. num. 24. Munoz Excubar de ratiocin. cap. 3. num. 33.* & *idem Paschal. in præcitato loco num. 83.* vbi alios cumulat, & *Rota per Gregorium XV. in sua decis. 391. num. 3. & prius decis. 334. num. 6.*

86 Extende, quòd neque pater dicitur legitimus administrator, nec per consequens in bonis filii vsumfructum habet, qñ esset à lege, vel testatore prohibitus: quia isto casu tamquàm suspectus remouetur, & filio curator deputatur. Secus verò, si essemus in casu, vbi voluntariè vsufructi renunciasset, vt est in bonis filii emancipati, cuius si velit, potest esse administrator: sed tunc, vti extraneus, rationem reddere, & inuentarium cōficere tenetur. Imò, nec pater eo casu habet exercitiū actionis filii in agendo, & defen.

defendendo, nisi in casu, quòd esset infans, vel absens, *Gratian. lib. 2. discept. cap. 385. num. 52. cum seqq.* & *Rota in Romana domus*, & *melioramentorum Luna 30. Ianuar. 1617. coram Buratto*.

87 Subextende primò, quòd pari modo Patri censeatur etiam vsusfructus ademptus, quando ei administratio adimitur, quòd enim procedit, siue administratio ei adimatur, ex causa dilapidationis, siue ex alia: veluti, quia testator ita mandauerit *iuxta authen. excipitur, C. de bon. quæ liber.* & vt ait *Mastrill. dec. 59. num. 4.* & 5. & ita fuit decisum in *Romana transactionis 26. Iunii 1617. coram Pirouano*.

88 Subextende præterea, quòd eidem quoque censeatur prohibitus vsusfructus: veluti si testator limitaret redditus hęreditatis, pro alēdo hærede, vsque ad certam ætatem, & mandaret conseruari residuum, pro fideicommisso: nam tunc pater elapso dicto tempore limitato, amplius vsumfructum in illis bonis habere non poterit; sed eo casu esset dandus filio alter administrator, idem *Grat. lib. 4. discept. c. 713. num. 70. cum seqq.*

89 Tenendo autem prædictam secundā opinionem, vbi habetur, quòd pater in bonis filij possit, sine solemnitatibus contrahere, amplia multò magis procedere, quando pater esset diues: quia tunc non præsumitur, ita de facili delinquere, & proprium filium decipere velle, vltra q̃ videmus, quòd commune votum parentum est, velle thesaurizare filijs, non autem illos ad miseriam reducere, vt pulchrè ait *Maccraten. variar. resolut. resol. 10 num. 23. 24.* & 25.

90 Subamplia auctoritatem Patris in alienationibus rerum filij, adeò valere, vt propterea, si per patrem fuit data licentia alienandi, pro debito filij, eo casu Iudicis decretum non esset necessarium, vt ait *Afflict. dec. 185. num. 10.* & *Simonet. de decret. lib. 3. tit. 6. insuect. 1.* & ibi docet, in quibus casibus possit pater, sine decreto bona filii alienare, & multos casus ponit dictus *Vaesbsl. dicto cap. 2. num. 5.* & *Castill. de vsufruct. cap. 13. num. 65.*

Sed nota tamen, ad declarationem eorum, quæ dicuntur de auctoritate patris in bonis filii, quòd quamuis dictus pater præsumatur in dubio bonorum filii administrator, ex quo de iure ad eum cura spectat. Nihilominus ista præsumptio iuris non sufficit, quando agitur de ammissione alicuius iuris filii, quia tunc de actuali illius administratione esset docendum; veluti dicitur de ea pręsumptione, quādo dicitur filius, ergo hæres: quia ea quoque non admittitur, quando de alicuius iuris ammissione agitur, vt ait *Bal. cons. 204. in fine lib. 3. Alex. consil. 94. num. 6. vol. 2. Rol. cons. 20. num. 8. lib. 1.* & ita fuit dictum in *Romana de Iacomellis 29. Apr. 1612. coram Card. Sacrato*.

91 Et reassumendo dictam quartam ampliationē loquentem de solemnitatibus, in hac alienatione rerū minoris adhibendis, extende quintò eam in tantum procedere, quòd nec etiam dicta alienatio rei stabilis minoris fieri possit, licèt in eius vtilitatem tendat, quod tamen declara: verùm, quādo decretum Iudicis deficeret, at secus, si illud intercederet, vt ait *Afflict. dec. 87. n. 4.* Immò in casu, quando dicta alienatio, etiam vtilis minori non valet, tunc dicta res alienata, vna cum fructibus restituenda venit, vt ait *Mastrill. dec. 121.* Sed restituto tñ, per eum pretio, in eius vtilitatē verso, vt superius dixi in vers. Extende secundò, cum non debeat locupletari, cum alterius iactura.

92 Declara igitur, q̃ isto casu emptor posset retinere rem, donec sibi pretium soluatur, vt ait *Vrsil. ad Affl. dec. 149. num. 8.*

93 Extende idem procedere, etiam si emptor esset in mala fide: quia ea non obstante minor tenetur pretium, quod in eius vtilitatem fuit versum, emptori vnà cum interesse proportionabili restituere, & sic fructus cum interesse compensare, vt benè deducit *Cacheran. decis. 160. Senat. Pedemont.*

94 Contrarium prædictæ opinioni ait *Riccius in præstato loco*, vbi affirmat, quòd neque, cum decreto Iudicis huiusmodi alienatio vtilis fieri possit: subdens pręterea, quòd simili opinioni magis adhæret mens legum, de hac materia loquentium, ad quod corroborandum allegat *Capiceius in sua decis. 113. num. 10.* & ibi per eum ratio assignatur, perte videnda, & *Afflict. decis. 87. num. 5.* concludit rem minoris, non posse alienari, etiam cum decreto Iudicis, nisi ob

ob causam solutionis æris alieni, & *Surd. dec. 77. num. 6. & 4. Garz. Mastril dec. 121. Regni Sicilia.*

95 Extende sextò, quòd neque etiam res minoris alienari possit, etiã si ea esset sterilis, & nullius fructus; quia tunc nisi interueniat Iudicis decretum alienatio nõ valebit: veluti quoque dicitur de illa re, quæ non affert commodum, neque incõmodum; licet secus tamen esset, si damnum tantum ei afferret: quia tunc illud esset iusta causa alienandi. Sed intellige tamen, dummodo decretum Iudicis pręcedat, vt ait *Affl. in d. dec. 87. n. 1. & 2. &* fuit ita decisum in *Rom. Casalis Ven 3 Aprilis 1615. coram Dunozetto, qua est in secunda parte recentior. decis. 675. num. 2.* vbi fuit conclusum alienationem rei minoris esse validam, quando fœnus, & vsuræ superant bonorum fructus.

96 Extende septimò prædicta, in materia solemnitatum in contractu minoris adhibendarum, adeò esse vera, vt propterea si vltra dictas solemnitates, etiam insinuatio in quolibet contractu non interuenerit, tunc omnis actus fieret elusorius, & nullus ex Cõstitutione Marchię, *in cap. 25. lib. 5* Licèt secus sit in contractibus mulierum, quæ non essent minores: quia Aegidianæ Constitutionis intentio, solùm fuit prouidere minoribus, ne directè, siue indirectè lædantur, vt fuit dict. in *Rom dotis Mere. 20. Nou. 163 . coram Pirouano, & prius* fuit decisum à *Rota per Gregor. XV. decis. 334. nu. 1. & 2. & ibi in addit. & Rota dec. 385 num. 6 par 2. recent.*

97 Subextende primò, id in tantùm procedere, quòd immò non potest minor actum insinuatione carentem vllo modo validare, nec per iuramentum, qñ Constitutio vtrũq. requireret, neque per præsentiã Iudicis, quãdo requiritur illius registratio, & pro solemnitate contractus sit adhibenda. at secus extra prędictos casus · quia tunc stante illius renunciatione cum iuramento, ea non esset necessaria, vt ait *Rota per dictum Gregorium XV. decis 391. num. 5. & in addit. num 10.*

Immò extẽde, q nec etiam per præsentiã Patris suppleri posset in primo casu: quia affectus, & consilium Patris potest supplere defectum aliarum solemnitatum, sed non eum insinuationis, vt ait *Rota ibi supra coram Gregorio XV & dicta decis. 385. num. 7. par. secunda in recentior.*

98 Subextende secundò procedere, etiam, quòd in loco celebrati contractus speciale statutum adesset, quod prouideret circa solemnitates in contractibus minorum adhibendas: quia non per hoc Constitutio illa Marchiæ cessare deberet: Nam quoties illud statutum de insinuatione non loquatur; sed solùm de solemnitatibus in ipso contractu adhibendis, sequitur propterea illud tali casu eas solemnitates non comprehendere, quæ post contractum adhibentur; veluti de insinuatione dicitur, quæ non in ipso contractu; sed post illum interuenire debet, vt in his terminis fuit resolutum à *Rota in vna Camerinen. transactionis coram Gregor. XV. qua est in eius impress. decis. 206. num. 4.* & *ibi per Addent.* & *in alia Perusina fideicommissi coram Card. Pamphilio, qua est apud Picum ad Statutum Vrbis dec. 8. postea confirmata coram eodem in decis. 385. par. 2. recentior. num. 5.* & *seqq.* & denique in alia *Ariminen. legatorum Luna 16. Iunij 1625. coram Manzanedo*

Et quamuis Rota in his terminis adhibendæ insinuationis in contractibus minorum in vim Cõstitutionis Marchiæ contrarium tenuerit in casu, vbi statutũ speciale alicuius loci extaret, & signanter in *decis 384 par. 1.* & *dec. 330. par. 2.* & *Card. Seraph. dec. 343.* & *in Firmana restitutionis dotis lune 23. Iun. 1603. coram Penia, qua est apud Picum ad Statutum Vrbis dec. 57. num. 5.*

Nihilominus hæc secunda opinio non procederet, si Statutum illud, non loquatur taxatiuè circa formam in vim illius in contractibus minorum seruandam, & sic medio isti s distinctionis benè conciliari possunt prædictæ opiniones, vt colligitur ex ila *dec. 385. nu. 6.* Veluti quoque possunt concordari alio modo, nempè, vt prima procedat, quando Statutum de insinuatione non loquatur; quia tunc ob illud non impeditur quin Constitutio Marchiæ sit seruanda, vt fuit dictum in dicta *d. dec. 206 num. 4. coram Gregorio Decimoquinto.*

Secunda verò procederet, quando itatu

ſtatutum loci particularis de inſinuatione quoque loqueretur; quia tunc illud in omnibus eſſet ſeruandum, & propterea hinc infertur, quòd quando ſumus in contractibus, in quibus vltra iuramentum, etiam inſinuatio eſt neceſſaria, vt requiritur ex Conſtitutione Marchiæ, tunc iuramentum, & inſinuatio copulatiuè requiruntur, veluti vltimo loco fuit deciſum à *Rota in Peruſina hæreditatis 10. Dec. 1628. coram Card. Virili, & prius in illa Ariminen. legator. coram Manzanedo, & per Gregor. XV. deciſ. 391. & ibi per addent. & per Buratt. deciſ. 47. & ibi in addit. & dec. 671. num. 2. par. 1. recent. & in ſecunda deciſ. 385. num. 9. & dec. 729. num. 1. par. 4. diuerſ. & Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 13. & ſeq.*

99 Subextende tertiò, idem procedere, etiam, quòd contrahentes omnes eſſent minores: quia tunc illa conſequentia non valeret, quòd cum nos eſſemus inter pariter priuilegiatos. Idcircò de defectu non ſeruatæ Conſtitutionis dari non poſſet, vt ait *Rota deciſ. 557. & 558. parte prima diuerſor. & apud Picum dec. 57. num. 4.*

100 Et ratio ea eſt: quia illa concluſio ceſſat, quoties vnus ex priuilegiatis de lucro captando: alter verò de damno euitando ageret: quia ei, qui fuit læſus, atque deceptus, magis iura ſubueniunt, quàm alteri qui lædit, & decipit, vt ait *Rota in dicta deciſ. 557. num. 1. par. 1. diuerſor. & apud Gregor. XV. deciſ. 164. num. 6. & deciſ. 282. in fin. par. 4. diuerſor.*

101 Subextende quartò procedere, etiam ſi cum iuramento fuerit renunciatum beneficio minoris ætatis, & alijs legum auxilijs, & in ſpecie huic Conſtit. Marchiæ, de inſinuatione loquẽti. Et ratio ea eſt: quia eadẽ facilitate, qua quis inducitur ad contrahendũ eadem met quoque inducitur ad iurandum, & renunciandum, & propterea tale iuramẽtum prorſus eluſorium efficeretur, vt fuit dictum in terminis iſtius conſtitutionis à *Rota in deciſ. 729. par. 4. diuerſ. & in illa Ariminen. legatorum 15. Nouembris 1625. coram eodem Manzanedo.*

Et quòd magis eſt, ea Conſtitutione dum habet locum in contractibus, verùm etiam in remiſſionibus iurium, ceſſionibus, ac renunciationibus, ne minores, etiam leuiter damnificentur, vt fuit dictum in *Peruſina hæreditatis Lunæ 10. Decembris 1628 coram Cardin. Virili*, quod enim procedit, etiam in renunciationibus iuris futuri, & præcipuè, ſi renunciationes pactum de non amplius petendo continerent: quia tunc omninò eſſet neceſſaria inſinuatio, ex ea ratione, ne minores etiam in modico lædantur, vt ait *Rota deciſ. 38. nu. 3. & deciſ. 723. num. 10 par. 2. in recentiorum, & per Gregor. XV. deciſ. 15. num. 5. & in illa Peruſina hæreditatis coram Card. Virili, & per Burattum deciſ. 120. num. 25. in fine.*

Licèt tamen contrarium fuerit deciſum in repudiatione hæreditatis nondum acquiſitæ, necnon in renunciatione fideicommiſſo in *Recanaten. ſucceſſionis Mercur. 6. Iunii 1618. coram Burattò, & in Signina Caſtrorum 24. Ianuar. 1622. coram Remboldo, poſtea confirmata 13. Nouembr. 1623. coram R. P. D. Coccino Decano, idemque tenet Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 324. num. 25. & Gomeſ. variar. reſolut. tomo 2. cap. 4. num. 10. verſic. Secundo in fine. Ant. de Canar. in tractat. de inſinuat. 2. par. quæſt. 16. num. 2. & Gabr. concl. 1. de donat. num. 18.* quos allegat & ſequitur *Rota in dicta Signina Caſtrorum coram Rembolào*. Sed ego puto primam opinionem eſſe tutiorẽ pro minoribus, ex ea ratione, ne illi etiam leuiter damnificentur, vt fuit dictum in illa *Peruſina hæreditatis coram Card. Virili*. Et nota, quòd læditur minor, quando illud ius renunciat, quod eſt in ſpe radicatum, cum damnum dicatur amiſsio lucri in ſpe radicati, vt late in iſtis terminis, ita declarauit *Rota per Buratt. in dec. 333. n. 4.* per quam fuit ab alijs deciſionibus receſſum contrarium terminantibus, vt ibidem bene colligitur. Item ad hoc facit *deciſ. 240. num. 28. parte prima nouiſſ. Maceraten. Vrtiar. reſolut. reſolut. 111. num. 34. lib. 1. Gratian. lib. 1. diſcept. cap. 89. num. 6. & Rota in Placentina euictionis Lunæ 11. Iun. 1591. coram Card. Blanchetto.*

Secus autẽ, qñ eſſemus in his, in qbus minor ius, neq. in re, neq. in ſpe haberet

veluti si essemus in spe successionis victis, quia illa vti vana non esset attendenda, & considerabilis, & propterea videmus, quòd statutum illud Vrbis de contractibus mulierũ, & minorũ non cõprahendit renunciationem Iuris quęrendi, & ideò hæreditati delarę, sed non aditæ renuntiari potest, absque solemnitatibus statuti, vt fuit dictum à *Rota per Baratt. dicta dec 333. num. 4. & ibi alia decis. allegant.*

102 Quæ enim subextensio eò magis procedere debet stante, quòd dicta constitutio vlterius procedendo, nedum prohibitiuè loquitur, sed etiam annullatiuè, quòad contractus alio modo factos, *vt ait Ofaib decis. 172. num. 17. & seqq. & ceteri Doctores allegati à Rota in dicta Ariminen. legatorum sub die 16. Iun. 1625. coram Manzanedo.*

103 Præterea dicta subextensio præcipuè procedere debet, cum illa Constitutio fuerit ędita ad tollendas fraudes, & sic pro bono publico, *vt dicunt Felyn. Bald. Affitt. & alii alleg. in dicta Ariminen. legatorum coram Manzanedo.*

Et sic prædicta amplia multò magis procedere, quando adesset statutum, quod in contractibus, vltra Iuramentum desideraretur, etiam insinuationem, vt dicitur de constitutione Marchiæ, quia tunc Iuramentum, & insinuatio copulatiuè requirũtur, *vt ait Rota in decis. 385. num. 9. part. 2. in recentior. & in 1. part. decis. 671. num. 2. & decis. 729. num. 1. part. 4. diuers. & per addent. ad dec. Greg. 391. & in Ariminen. legatorum 27. Maii 1625. coram Manzanedo, & in Perusina hæreditatis 10. Decembris 1628 coram Card. Virili.* Sęcus autem, si loqueretur in terminis Iuris communis, quia tunc iuramentum supplet defectum insinuationis, *vt fuit resolutum in vna Romana dotis Mercur. 20. Nouembris 1630. coram* Pirouano.

104 Subextende, quintò procedere, non obstante statuto præscriptionem quorumcunque iurium, post alicuius temporis lapsum inducẽte in quouis masculo, & femina decem, & octo annos excedente, vt est Arimini, quia vltra, quòd illud statutum, quando non esset specialiter, & in indiuiduo à Papa confirmatum, vti contra ius tendens, non afficeret, *vt ait Rota decis. 780. num 6. part. 1. diuersor. & in 2. part. est decisio 103. num. 27* Deindè, quia huiusmodi statuta dicuntur nutritiua peccati, ex eo, quòd arctant creditorem intra determinatum tempus ad petendum debitum, ad cuius enim satisfactionem, tàm Deus, quàm bona fides hominum indefinitè arctat omni tempore debitorem, vt ait *Rota per Card. Seraph. in dec. 632. num. 2. & illa Ariminen. legatorum superius allegata coram Manzanedo.*

105 Subextende sextò procedere, licèt quoque adessent fides Doctorum, & Aduocatorum alicuius Ciuitatis, vel loci, super non vsu prædictæ Constitutionis, quia pręterquàm quòd fides non facit fidem, vt ait *Rota per Gregorium in decis. 260. num. 5* Deinde ad hoc, vt aliqua constitutio facta à Papa, sine ab eo confirmata, (vt est illa Marchiæ veluti dixi in verbo Aegidiana) dicatur per contrariũ vsum abrogata, tunc requiritur scientia Principis, quæ tali casu esset sufficiens ad inducendam tacitam dispositionem contrariam, quamuis *Felyn. allegatus à Rota* mox citanda, dicat eam tacitam dispositionem non sufficere, nisi etiam copulatiuè actus contrarii concurrant, & quòd effectuati probentur, absq. aliqua pæna, quæ forsan ex altera constitutione fuisset imposita, aliàs secus, vt fuit latè deductum à *Rota in vna Romana dotis Mercurii 23. Ianuar. 1619. coram Pirouano, & in dec. 197. num. 3. part. 1. in rec. & in illa Ariminen. 16. Iun. 1625 coram Manzanedo.*

106 Subextende præterea ea tantò magis procedere, stantibus decreto irritanti & clausula sublata, & alia, quæ in dicta Constitutione Marchiæ apposita fuere, quæ operantur, vt illa neque, per statutum, nec per consuetudinem, vel per non vsum, siue contrarium vsum tolli, seu abrogari possit, *Caputaquen. decis. 204 part. 3. Rota decis. 3. de priuil. in antiq. & Rota in dicta Ariminen. legatorum coram Manzanedo.*

107 Declarando tamen, quòd ille, qui non vsum, vel abusum, siue scientiam Principis allegat, eam probare tenetur, *vt fuit dictum in dicta Romana dotis coram Pirouano.*

108 Sed est benè verum, quod in materia

ria, quando dicatur vsus statuti probatus vel non, id maxime in arbitrio Iudicis residere debet, vt fuit dictum in vna *Asculana legitima* 29. *Ianuar.* 1580. *coram Card. Blanchetto*.

109 Amplia, quintò prædictas solemnitates statuti esse necessarias in minore, etiam Iurante, se esse maiorem, quia illæ in casu inobseruationis earum, potest dare de nullitate contractus, etiamsi duplex Iuramentū concurrat, nempè illud assertorium, & promissorum, & Ratio est, quia licèt Iuramentum duplex regulariter facultatem non præbeat petendi restitutionem in integrum, & dandi de nullitate contractus; nihilominus, id non procedit, quando Iuramentum à lege siue statuto, vt facit illud Romæ, debilitatum reperiretur, illud pro exorto reputando, *vt fuit dictum in Romana Palatii* 18. *Iun.* 1607. *coram Iusto*, *& prius in Romana donationis de cuppis* 5. *Iul.* 1602. *coram* Card. *Pamph.* vbi habetur, quòd si minor in casu statuti iurans se maiorem beneficio restitutionis in integrum, siue de nullitate dicendi priuaretur, tunc de facili posset huic statuto fraus fieri.

110 Amplia sextò, quòd neque etiam minori, siue mulieri opponi possit, nedum tacita ratificatio, sub eo prætextu, quòd effectus maior, per quinquennium tacuerit iuxta *text. in l. fin. C. si maior. fact.* verùm etiam, nec expræssa ratificatio ab ipso minore facta, potest supplere defectum solemnitatum in primò contractu non adhibitarum, vt ait *Caputaquen. decis.* 1*. num.* 2. *part.* 3. *& Rota in dicta Rom. donationis de Cuppis coram Cardin. Pamphilio*.

111 Subextende, quòd neque bonæ fidei agnitio, nec minus tacita approbatio contractus à muliere, siue minore, mediante solutione facta, pro illius validitate sufficeret, vt fuit dictum in *Romana census* 17. *Februar.* 1612. *coram* Pirouano vbi fuit resolutum censum à muliere impositum, sine solemnitatibus ex fructuū solutione, per eam facta, non conualidari, quia ratificatio numquam extenditur ad validandum actum illum, qui non habet suum principium conferabile, dixi in verbo actus *concl.* 47. *nu.* 66. & *Rota per Greg. dec.* 395. *nu.* 12.

112 Rursus subextende procedere, etiam si essemus in transactione facta, per patrem, super dote filiæ, quia si illa non interuenerit in concordia, ei non nocebit, si tamen illam non ratificauerit, vt fuit nouissimè dictum in *Romana dotis Vene.* 12. *Ianuar.* 1619. *coram Virili*, dummodo tamen ratificatio, cum solitis solemnitatibus sequatur in alienationibus minorum adhibendis, veluti dicam in ampliatione duo decima, vbi recurras. Et ratio est, quia cum Pater non habeat vsumfructum in bonis filij, tunc dicitur legitimus administrator; nec per consequens transigere potest, & si forsan transigat, tunc illa transactio filiæ non nocet, & perindè est, ac si ea nunquam facta fuisset, & ideò remanerent actiones in suo robore, contra hæredes primi viri, vt ait *Ioseph. Ludou. dec.* 13. *num.* 8. *Gregor. dec.* 334. *& ibi in addit. num.* 13. *Franch. dec.* 10. *num.* 6. *& dec.* 669. *num.* 1. *& Rota in prædicta Romana dotis coram Cardin. Virili*.

113 Declara tamen id, quod fuit dictum circa nullitatem contractuum mulierum & minorum, ex defectu solemnitatum esse verùm, & procedere dictis mulieribus, & minoribus volentibus, non autē illis inuitis, quia ad eorum fauorem dicitur claudicare contractum, ita vt alteri parti contradicere non liceat, vt fuit dictum in *Romana census de Romulis* 23. *Iunii* 1600. *coram Card. Mellino*, & *in alia Romana hæreditatis* 14. *Maii* 1603. *coram Litta*, *& in Maceraten census Merc.* 14. *Maii* 1614. *coram* Dunozetto.

114 Amplia septimò procedere, etiam in contractu, qui sit vtilis minori, & mulieri, quia ille pari modo nullus absquè solemnitatibus existimandus venit, & hanc esse communem opinionem testatur, *Rota per Card. Seraph. in vna Romana tutelæ de Ruspolis* 2. *Maii* 1603. & tenentes contrariam dicunt in omnem casum habere locum, quando euidēter de tali vtilitate appareret *Put. dec.* 2. *lib.* 1.

115 Amplia octauò, quòd istud ius dicendi de nullitate contractuum transit, etiam ad hæredes minorum, & mulierum vt fuit dictū in *Romana census* 17. *Februar.* 1612. *coram* Pirouano.

116 Secus verò quoad alios, qui nisi sint litis consortes, & nisi actus sit indiui

duus

duus, de Iure minoris opponere non possunt, vt fuit dictum in *Romana praetensi erroris calculi* 21. *Iun.* 1610. *coram Gregorio, quae est in eius impress. dec.* 473. *num.* 15.

117 Et ratio ea est, quia ad hoc, vt maior vti possit priuilegio minoris, haec duo copulatiuè requiruntur, nempe, quòd ille sit litis cósors, & quod res sit indiuidua, vt fuit dictum à *Rota ibi supra per Gregor. dicta decis.* 473. *num.* 16.

118 Amplia nonò praedicta procedere etiam in muliere, & minore forensibus, in Vrbe contrahentibus, quia illi quoque eodem Statuto ligantur, cum semper solemnitates sint seruandae illius loci, in quo contractus celebratur, sed si forsan ibi statutum de hoc non disponeret, tunc ius commune attenderetur, vt mox dicemus, & veluti ait *Caputaq. dec.* 183. *part.* 1. & *Rota in Romana donationis Lunae* 12. *Februar.* 1596. *coram Cardin. Seraph. quae est in eius impress. dec.* 1170. *n.* 1. & *in alia Rom. praet. donationis* 29. *Mart.* 1599. *coram Litta.*

119 Fallit tamen primò in muliere, & minore, extra territorium statuentium contrahente, quia tunc solénitates praedicti statuti non essent attendendae, quia statutum (vt est illud in Vrbe) principaliter respicit formam, solemnitatũ secundariò personam, vt fuit dictum in *Praenestina haereditatis* 27. *Nouembris* 1581. *coram Cantuccio*, & *in Romana praetensa donationis* 29. *Martii* 1599. *coram Orano.*

120 Fallit secundò in muliere, & minore extra territorium commorante, & contractum ratificare volente, per Procuratorem eorum nomine in Vrbe gestum, quia cum eo casu ille contractus robur, ac firmamentum à ratificatione, & non ab actu praecedenti recipiat: idcircò sufficit seruare, aut solemnitates illius loci, vbi contractus ratificatur, si quae sint, vel ius commune in earum defectum esset seruandum, vt fuit dictum in *Romana de Saluatis* 14. *Maii* 1602. *coram Litta*, & *Cardin. Seraphin. decis.* 1248. *num* 2.

121 Amplia decimò idem procedere in muliere alienante, pro liberando marito ciuilitèr pro aere alieno carcerato, vt fuit dictum in *Romana fideiussionis* 15. *Maii* 1593. *coram Card. Arigonio*, & *in Bonon. census* 20. *Februar.* 1609. *coram Cardin. Marcomontio.*

122 Fallit tamen primò, quando mulier vellet alienare, pro marito criminalitèr carcerato, quia tunc absque solemnitatibus se obligare posset, quia eo casu dicitur exercere actum pium, laudabilem, & necessariũ, vt dicam inferius, sed obligando se, pro eo ciuilitèr carcerato solùm actum laudabilem, & pium exercere censetur, vt fuit dictum in dicta *Rom. fideiussionis coram Cardin. Arigonio.*

123 Fallit secundò, quando mulier alienaret pro marito, apud hostes existente, vt fuit dictum in dicta *Romana fideiussionis coram Arigonio.*

124 Amplia vndecimò procedere etiam in Matre pro filio se obligare volente, qñ praecipuè, ex facie Instrumẽti damnũ matris apparere videretur, vt fuit dictum in *Romana releuationis indemnitatis* 22. *Maii* 1602. *coram Ortembergo*, & *melius in causa Sancti Seuerini bonorum* 8. *Febr.* 1602. *coram Cardin. Mellino*, *veluti testatur Rota in alia Bonon. census* 17. *Mart.* 1608. *coram Card. Marcomontio*, & *in terminis statuti Vrbis fuit decisum in Perusina nullitatis Aprilis* 1608. *coram Card. Lancellotto.*

125 Declara tñ dictam ampliationem non procedere in matre donante filio, quia tunc solemnitates non essent necessariae, vt ait *Sarnen. decis.* 100. & *Rota in dicta Romana releuationis indemnitatis coram Ortembergo Crescent. decis.* 1. *de donat.* & *in Romana donationis de Calaldris* 5. *Mart.* 1604. *coram Card. Lancellotto*, & *in Bonon. census* 17. *Mart.* 1608. *coram Card. Marcomontio.*

126 Contrarium, quòd scilicet etiam in donatione facta inter Patrem, & filium, Matrem, & filiam, & è contra, sint necessariae solemnitates, ex vi statuti Vrbis *cap.* 149. *fuit decisum in terminis istius statuti in d. Perusina nullitatis* 18. *Apr.* 1608. *coram Card. Lancellotto*, vbi ampliat id quoque procedere, etiam inter alios consanguineos, cum qua videtur transire etiam *Rota in Bononien. census* 20. *Februar.* 1609. *coram Card. Marcomontio*, & *in alia Perusina fideiussionis* 28. *Nouemb.* 1611. & 2. *Apr.* 1612. *coram Card. Pamphilio.*

Subam-

127 Subamplia dictam ampliationem eò magis procedere, quando ageretur de præiuditio tertij, & doli ac fraudis præsumptione concurrente, vt in istis terminis fuit decisum in dicta *Perusina fideiussionis*, vbi tali modo fuit decisum, quia post donationem fuerunt contracta plura debita, per donatorem, Item ea procederet, quando (vt superius diximus) ex fide Instrumenti de damnno alicuius appareret, vt fuit dictum in dicta *Roman. releuationis indemnitatis 22. Mart. 1602. coram Ortembergo*.

128 Contrarium tamen procederet quando filius contraheret cum tertio, sed ad vtilitatem Patris, quia tunc solemnitates non essent necessariæ, vt fuit dictum in *Bononien. census 17. Maii 1608. & 20. Februarii 1609. coram Card. Marcomontio, & in d. Rom. releuationis indemnitatis 22. Mart. 1602. coram Ortembergo*.

129 Et tenendo hanc secundam opinionem extende eam quoque procedere, quando ageretur de solo præiuditio Patris, & filii, vel quando filius pro Patre fideiuiuberet; quia tunc locum haberent *decisiones Crescentij prima de donatione, & Sarnen. 98. & 99. & Rota in dicta Romana de Calandris coram Lancellotto, & in Perusina fideiussionis 26. Nou. 1611. coram Pamph. & in Romana indemnitatis 20. Maii 1602. coram Reuerendiss. Attrebatensi, & dec. 723. num. 15. part. 2. in recent. & Caputaq. dec. 205. num. 8. & 9. parte. 3.* & ratiò illius extensionis est, quia tunc cessat præsumptio fraudis, vt ait *Rota ibidem dicta dec. 723*.

130 Tenendo autem primam opinionem, extende primò eam quoque procedere in insinuatione, vt superius diximus quę etiam inter Patrem, & filium nedum ex vi statuti Vrbis necessariò adhiberi debet, vt fuit dictum in dicta *Perusina fideiussionis 29. Nouembris 1611. & 2. Apr. 1612. coram Pamphilio*, Verùm etiam ex constitutione Marchiæ, quæ à Paulo tertiò fuit extensa ad totum statutum Ecclesiasticum, vt fuit dictum à *Rota in d. Pera fid... coram Pamphilio*.

131 Subextende id quoque procedere, etiamsi in loco celebrati contractus ad esset particulare statutum, super contractibus minorum, ac illius solemnitates seruatæ fuissent, quia nihilominus insinuatio prædicta erit necessaria, vt ait *Rota in dicta Perusina coram Pamphilio, et veluti lattius dixi superius sub num. 98. cum seqq.*

132 Extende secundò dictam primam opinionem quoque procedere in simplici obligatione à filio facta, cum Patre, quia tunc dictæ solemnitates sunt necessariæ, nec valet illa præsumptio, quam lex facit erga filium de Patre, vt scilicet ille præsumatur semper capere bonum cōsilium pro filio, quia vltra quòd Pater non potest personam filii authorizare in Interesse proprio, deinde ea præsumptio legis cessat, vbi statutum de Patre non confidit, vt est in Vrbe Romæ. Item ea præsumptio mulò minus procederet, quando filius contrahit fauore alterius, quàm patris, neque illa procederet, quando statutū solēnitates requirit, ad euidēdas fraudes, vt est illud Vbis in *cap. 151. lib. 1. vt pulchre ait Rota in dec. 723. num. 16. par. 2. in recent.* vbi in specie ait quòd statutum Vrbis in dicto *cap. 151. de patre non fidit. & veluti dixi superius sub num. 78. cum seqq. & ibi concordantias inuenies*.

133 Contrarium licet fuerit decisum à *Rota per Gregor. XV. in sua dec. 334. num. 3.* vbi habetur, quòd statutum prohibens minorem contrahere, sine certa solemnitate, non habet locum, quando minor contrahit cum Patre, ob eam confidentiam, quam lex præsumit esset erga filium, idemque fuit dictum in illis decisionibus in *Romana indemnitatis coram Attrebaten. & in illa de Calandris coram Cardin. Lancellotto, & in aliis allegatis in dicta dec. 723. num. 15. part. 2. in rec.*

134 Sed primam opinionem esse magis communem, & magis veram ait *Rota dec. 177. num. 1. part. 1. in recent. & in 2. por. d. dec. 723. num. 16.*

Licèt pro concordantia huiusmodi opinionum prædicto modo distinguere poteris; nempè, vt prima procedat vbi statutum de patre non confidit prout est illud Vrbis in *cap 151. n. 1.* secunda verò, quæ est fundata in generali præsumptione confidentiæ Patris erga filium. Item prima procidit, quando statutum solemnitates requireret ad euitandas fraudes secunda verò, quando secus, vt tali modo distinguendo ait *Rota in dicta dec.*

723

723. *num.* 16 *& 18. part. 2. recent.* Rursus pro huiusmodi concordantia vide, quæ dixi supra in *nu.* 78 *cum seqq.* Veluti quoq. ea opinio circa solẽnitates adhibendas procederet, quando statutum daret certam formam in obligatione minorum; quę ad vnguem esset seruanda, & præsertim, si vlterius procedendo irritaret contractum alio modo factum; Altera uero opinio procederet, quando statutum simpliciter disponeret, vt superius dixi in Conclusione 84. *sub num.* 148. *& ita dicunt addentes ad Buratt. in dec.* 44. *sub littera A.* & *Rota in Bononien. pecuniaria* 21. *Februar.* 1625. *coram Pirouano.*

135 Vndè illam primam opinionem tenendo, extende, quod neque defectus insinuationis, ex pręsentia Iudicis suppleri possit; vt ait *Rota per Gregor. dicta dec.* 334 *num.* 1. *&* 2.

136 Nam licèt insinuationis defectus regulariter, per Iuramentum in donationibus suppleri soleat, id tamen non procedit ex vi illius constitutionis *Marchiæ.* & *in statuti Vrbis in dicto cap.* 149. immò neque, etiam cum Iuramento insinuationi renunciari potest, sed ea deficiente, obligatio erit quoque nulla, vt ait *Cæsar. de Graff. decis.* 2. *titulo de donat. num.* 14. & 15. & *Rota in Romana de certis* 11. *Maij* 1589. *coram Cardin. Blanchetto, & in dicta Perusina fideiussionis coram Pamph.*

137 Sed est benè verum, quòd minor excluditur à beneficio restitutionis in integrum, propter Iuramentum adhibitum in fideiubendo, etiam si fine curatore fideiussisset, quando tamen eum non habebat, vt pulchrè ait *Rota per Buratt. dec.* 27. *num.* 1. & *per addentem*, licèt tamen secus esset, si Læsio enormissima prætẽderetur & ea prius fuerit probata plenè, & concludenter, quia tunc intraret illa regula, quòd enormissimæ læsioni iuramentum non adstipuletur, vt latè, & pulchrè fuit dictum à *Rota per Buratt. in dec.* 75. *per totam.* Quod tamen declaratur esse verum, quando ageretur ad effectum rescindendi contractum, Secus autem si ageretur per modum audientię, & introductionis causæ in huiusmodi restitutionis Iudicio, quia tunc sufficeret de suo bono iure semiplenè, & summariè docere, etiam solum fumum læsionis ostendendo: veluti ita distinguẽdo fuit resolutum in *Pistorien. benef.* 11. *Maij* 1618. *coram Buratto, et penes Greg. dec.* 459. & *ibi per adden sub litt. A. Grat. discept. for. cap.* 439. *n.* 44. & *Giurb. dec. Sicil.* 18. *nu.* 15. & *seq q.*

Sed quando re vera læsio dicatur enormissima, Iudicis arbitrio remittitur; Et tũc læsus enormissimę dicitur minor, si in totũ lædatur, vt ait *Rota per Buratt. dec.* 75. *num* 13 animaduertendo tamen, id procedere, dũmodo eã indicet, iuxta vnum ex modis traditis à Doctoribus: non autem, vt sibi videbitur, vt ait *Giurb. in dec. in dec.* 110. *num* 3. & *seq. Meno. b. de arb. Iud. casu* 74. *num.* 1. & 4. *Paris. cons.* 12. *num* 8. *& cons.* 89. *num.* 93. *lib.* 1. *Rolan. cons.* 7. *nu* 54. *& seq. Bursat. cons.* 27. *num.* 18. *& cons.* 75. *num.* 5. & *cons.* 99. *num.* 12. *Odd. de restit. q.* 4. *num.* 121. & *q.* 19 *num.* 70. & *Mascard. de prob. concl.* 1058. *num.* 10.

Animaduertendo prætereà, quòd dum disputatur de restitutione in integrum, tunc nil est innouandum in negotio principali; veluti fit de appellatione pendente, q̃ illi assimulatur, vt fuit dictũ à *Rota per Burat. dec.* 504. *et ibi per adden. in littera B. & in Romana additionis hæreditatis* 20. *Mart* 1618. *coram Coccino Decano.* Aliàs læsione prędicto modo non probata, tunc neq. minor executionẽ impedire posset, & præsertim, q̃n in ea petenda fuisset præuentum, siue restitutioni renunciatum, aut quòd ille esset doctor, vt ait *Rota per Burat. dec.* 20. & *per Gregorium in sua dec.* 120. *num.* 4. *cum seqq.* Licèt tamen *Rota in Tudertina seu Romana nullitatis obligationis Vener.* 4. *Iul.* 1614. resoluerit minorẽ enormissimè lęsum esse restituẽdum, etiam aduersus obligationem, pro patre factam, non obstante iuramento, necnon restitutionis renunciatione, & ratiò est, quia iuramentum nũq̃ enormissimæ læsioni adstipulatur, vt iã dixi, & *Rota ibi supra* docet, q̃n filius dicatur ænormissimè læsus: Vltra quòd habemus etiam, quòd non teneatur in obligatione facta, pro patre, nisi in quantum facere potest, etiam si sit obligatus in forma Cameræ, & cum Iuramento: licèt tñ id fallat, q̃n expræssè renunciauerit beneficio *legis.* 2. *C. quod*

cum

cum eo, vt fuit latè deductum à Rota in Romana nullitatis obligationis Vener. 24. Nouembris 1617. coram Buratto, & ibi contrariis pulchre respondet, & in alia Anconitana pecuniaria 1. Iul. 1622. coram Remboldo, & prius in Romana dotis 12. Nouembr. 1621. coram Card. Caualerio. Licèt tamen secus sit, quò ad bona propria, veluti castrensia, vel quasi, siue aduẽtitia, quæ tempore obligationis habebat, quia tunc, quòad illa teneretur, vt ait *Franch. decis. 70. num. 2. & 3. Gratian. lib. 3. discept. cap. 576. num. 1. et seq. et Rota in illa Anconitana pecuniaria coram Remboldo.*

Extende, quod neque tali priuilegio personę competenti, ob reuerentiam debitam renunciari potest, licèt secus, si illud cõpeteret respectu cõtractus, vel societatis, vt ait *Mastril. dec. 93. num. 2. Grat. Fontanell. & aliis allegat. per addentem ad dec. Buratt. 281. num. 20. & prius dec. 20. & ita fuit decisum in Recanaten. separationis Thori 20. Feb. 1625. coram Piron.*

Declarando tamen prædicta procedere, dummò filius dimiserit omnia bona patris creditoribus, siue etiam, si hæreditatem adiuisset, sed cum beneficio legisset inuẽtarii, quia paria sunt abstinere, vel cum beneficio prædicto adire, vt ait *Rota per Buratt. in dicta dec. 281. num. 7. ac ibi in addit num. 21. Gratian. discept. 799. num. 42. Giurb. decis. 43. num. 25. Franch. decis. 70 in fin., & ibi in add.*

138 Et reassumendo id, quòd fuit dictum de restitutione non concedenda filio fam. siue minori, nisi prius illius læsione probata. Extende primò procedere, quãdo fideiussit in casu, vbi quilibet diligens Pater familias fideiussisset, quia tunc illius obligatio teneret, vt fuit dictum à *Rota per Gregor. in dicta sua decis. 120. num. 13.* & eò magis si minor esset doctor, quia tunc ille scire tenetur *Rota per Buratt. dec. 20 num. 6.*

139 Extende secundo, quòd neque filius neque minor possit excusare nullitatem contractus, & sic beneficio restitutionis vti, quando cum tertiò fideiussisset, ad vtilitatem Patris, vt superius diximus, & veluti fuit dictum à *Rota in Bononien. censũs 17. Mart. 1608. & 2. Febr. 1609. coram Card. Marcomontio.*

140 Extende tertiò, quòd neque etiam pupillus læsionem prætendere possit, quando contractus fit cum consensu, & præsentia matris, & sui tutoris, quia non est verisimile, matrem voluisse fraudare filium, aut fraudanti acconsentire, sed benè præsumitur semper indemnitati filii consulere, & eò magis, quando vtilitas illius contractus ad tertium, non autem ad tutorem spectaret, quia tunc non præsumitur tutorem voluisse decipere pupillum, vt fuit dictum in vna *Anconitana tutelæ Veneris 27. Ian. & 17. Februar. 1595. & Bart. in l. transactionem C. de transact. Soc. Iun. cons. 67. nu. 38. lib. 2. Aymon. cons. 58. num. 22.*

141 Extende quartò procedere, quod si filius familias nedum pro extraneo fideiussisset, sed multò magis, si pro Patre, pro eo liberando à periculo carcerationis vel ab ea iam incursa, quia cum tali casu dicatur, actum pium, & laudabilem exercere, igitur ab huiusmodi beneficio excluditur, immò nec eo casu solemnitates sunt necessariæ, quia quæ spiritu Dei aguntur, sub lege non cadunt, vt fuit dictũ in Romana *apertitionis oris Vener. 8. Mart. 1613. coram Card. Sacrato, & Greg. dec. 120. ferè per totum.*

142 Contrarium, quòd scilicet in fideiussione facta à filio, etiam pro Patre solemnitates sint necessariæ, fuit dictum in *Bonon. censũs 20. Febr. 1609. coram Card. Marcomontio.*

143 Et ratio est: quia causa excarcerationis patris dicitur laudabilis, sed non necessaria, & ratio rationis est: quia filius non tenetur regulariter soluere debita Patris, veluti, nec Pater tenetur pro filio, nisi in casibus de quibus latè per *Boer. in loco mox allegan. & Surd. dec. 47.* Secus autem diceretur de fideiussione vxoris pro viro facta, ad effectum eum à carceribus eximendi, quia hæc causa dicitur necessaria, ratione debiti coniugalis, cum illud inter eos indiuiduam vitę consuetudinem cõtineat, vt fuit dictũ à *Rota ibi coram Marcomontio, & in alia Imolen. rescissionis contractus 18. Iun. 1610. coram Manzanedo, & Grattian. lib. 4. disceptat. cap. 733. num. 14. & Boer. decis. 221. in princ. & veluti dicam in conclus. sequenti sub num. 21. & Rota in Romana nullitatis contractus 26. Apr. 1614. coram Buratto, & ibi in additionibus viden.*

Exten-

In hac pag. 687. col. 1. lin. 34. ante n. 138. adde hæc verba.

* Subextende præterea, ea quæ fuerunt dicta de filio minori aduersus enormissimam læsionem restituendo, procedere, etiam si à statuto esset habilitatus ad contrahendum: quia non ob id censetur ab eo exclusa in integrum restitutio, in hoc præcipuè casu obligationis filij pro patre, cum ille metu reuerentiali se obligasse præsumatur vt fuit dictum à *Rota per Burat dec. 230. num. 1 & seq.* Secus autem, quando per statutum esset sublata restitutio in integrum, sed ad hoc, vt dicatur restitutio sublata, siue quod dispositio habeatur pro maiore in omnibus, & per omnia, id expressè debet caueri in statuto, aliàs secus, vt est in statuto Vrbis disponente, quod contractus, & distractus eum minore viginti annorum, absque sui patris, vel curatoris auctoritate, essent ipso iure nulli, vt ait *Rota ibi sup & DD. allegat ab addente, & præsertim Odd de restit in integ. q. 15 nu. 44 & q 42. nu 26. Marescot. var. resol. lib. 2. c. 98. num. 6. & Giurb. decis. Sicil. 67. num. 3.*

144 Extende id, quod fuit dictum de filio, erga Patrem, eò magis procedere, quando Pater malè officium gessit pro filio, vt ait *Grat. Boer & Surd. superius citati.*

145 Contrarium, quòd scilicet pater possit exhæredare filium, quando ille recusaret liberare Patrem à carceribus, & sic pro eo fideiubere ait *Grat. lib. 1. disc. c. 108. n. 6. & Rota in illa Bononien ce ssus 20. Feb. 1609. coram Card Marcemont.*

Licèt secus tamen esset, quando filius debitam diligentiam, pro eo excarcerando adhibuisset veluti satisdationem creditoribus offerendo, quia tunc filius excusandus veniret; secus autem, quando in tempore non fuerit prouisum à filio, quia tunc non excusaretur, etiam, quod carceratio Patris ex malèficio proueniret, cum æquipararetur illi, quę fit apud hostes, vt ait *Rota in decis. 63. sic per totam par. 2. nouissim.*

Et ratio ea est, quia neque Deo, neq. Parentibus vnquam potest reddi æquiualens. Et propterea videmus, quod filius non restituitur, quando fideiussit pro patre, pro eo ex carcerando, siuè ad effectum ne carceretur, ait *Grat. lib. 1. disc c. 108. n. 42. & seq. & lib. 5. c. 952. nu. 12. & ita fuit quoque dictum in Romana pecuniaria de querris 26. Iunii 1624. coram Reuerendiss mo Coccino Decano, & in alia Romana nullitatis contractus 26. Apr. 1624 coram Buratto,* Licèt superius *sub num. 137.* fuerit dictum filium esse restituendum, quando fuit in obligatione enormissimè lęsus; necnon executionē impedire potest, ꝙ ego puto verū, pro hmōi opinione, quādo de enormissima læsione fuisset datum, & incontinenti doctum, & pro secunda opinione tenerem, quando secus, vt benè colligitur *dec. Gregor. 120.*

Et nota, quòd tunc filius enormissimè lęsus dicitur, quando fideiubens pro patre ab eo indemnis reuelari non potest, vt ait *Rota per Buratt. dec. 75. num. 11. & per Gregor. dec. 406. & ibi in addit. num. 18. & in Romana legatorum 26. Iun. 1619. coram Manzanedo, & in alia Romana pecuniaria de Querris 26. Iun 1624. coram Coccino, & in Romana nullitatis contractus 26. April. 1624. coram Buratto.*

Licèt tamen prędicta non procederent, quòad bona castrensia filii, vel quasi, & aduentitia, quia tunc obligatio filii pro patre facta valeret, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in dec. 281. & ibi in addit. num. 22. quam secuta fuit in alia Romana fructuum census 29. Maii 1626. coram Merlino, & Grat. lib. 4. discept. cap. 799. nu. 27. & seq. et Zachias ad Gallos de oblig. Cam. q. 17. nu. 67.*

146 Et redeundo ad id, quod fuit dictum de obligatione iurata vxoris facta, pro viro, extende primò, adeò procędere, vt propterea ea sustineatur, etiamsi vxor penitus indotata remaneret, veluti superius diximus, ex doctrina *Thesauri dec. 223. num. 13. & Rota in Auconitana dotis 28. Iun. 1602. coram Card. Mellino idemque tenet Affiict. decis. 311. num. 4.* vbi colligitur, hanc opinionem à Canonistis communem reputari.

147 Extende secundò id quoque procedere, in illis casibus, de quibus in ampliatione decima discurrimus.

148 Contrarium tamen dixi in sequenti conclusione, in versiculo subextende tertiò *sub num. 21.* vbi habetur, quòd mulieris obligatio non tenet, quando ex ea penitus indotata remaneret, & ibi habetur, quando dotata, vel indotata ex illius obligatione remaneat.

Et quamuis mihi nimis dura videatur illa opinio, vt scilicet obligatio mulieris facta pro viro sustineatur, etiam si penitus indotata remaneat; Nihilominus ego prædictas opiniones tali modo concordarem, nempè, vt prima procedat, quando mulier se obligaret, pro necessitate famis, siue pro liberando viro à carceribus & præsertim, in causa criminali, vt eum à morte liberaret, siue eum ab hostibus redimeret, & eò magis, quando vir, esset satis morigeratus, & aliqua virtute validè insignitus, ex cuius enim vita facile vxor plusquam æquiualens suæ doti, vnà cum eius filiis consequi speraret, & ratiò est; quia boni mores, & virtutes plus operantur, quàm diuisæ multæ, & eò magis, quando alienatio vxoris esset facta cum iuramento, ac omni legum auxilio renunciatione, quia tunc saltem de iure Canonico sustineretur talis obligatio, etiam si pænitus indotata remaret, vltra, quòd tūc mulier diceretur actum pium laudabilē, & necessariū exercere, vt dixi superius sub *num. 122. ex doctrina*

Thes.

Thes. in dicta sua dec. 223. num. 13. Afflict. dec. 101. num. 6. & melius in dec. 311. num. 4. & sequentibus & ibi Vrsill. Secunda verò opinio procedere debet, quando essemus extra istos casus, quam uis ea opinio, quæ tenet, vt obligatio mulieris sustineatur, si illi media pars suę dotis remaneat, ne prorsus mendicare cogaturr, mihi magis æqua, ac tuta videa tur, & ab ea non sit recedendum.

149 Rursus extende, quòd ea, quæ fuerunt dicta de solemnitatibus in donatione necessarijs, procedunt quoq. in retrodonatione, quod tamen intellige verum in retrodonatione ex temporis interuallo facta, secus tamen esset quando incontinenti fieret dicta retrodonatio, quia tunc aliæ solemnitates statuti non essent necessariæ, vt fuit dictum in *Romana retrodonationis 22. Iun. 1602. coram Penia, & Cæsar de Graff. dec. 2. tit. de donat.*

150 Fallit secundò, quando essemus in donatione causa mortis facta; quia tunc solemnitates nō essent necessariæ, vt fuit decisum in *Romana donationis 26. Octob. 1573. coram Clemente Octauo.*

151 Fallit tertiò in donatione reciproca, siue certitudinaria, & ob causam facta, vt fuit dictum in *Romana Viridarii 23. Februar. 1593. coram Orano, & in alia Romana rescisionis contractus 1. Decemb. 1608. coram Coccino*, Licèt tamen secus esset, quando causa detegeretur erronea, vel minus sufficiens, vt ait *Rota dec. 723. num. 21. par. 2. recent.*

152 Fallit quartò in donatione facta causa matrimonij cōtrahēdi, vt ait *Rot. in Rom. Viridarii 3. Febr. 1590. corā Orano confirmata in Spoletana Terrarū 15. Febr. 1599. coram Card. Mellino, & in alia Fanen. Saluiani 8. Mart. 1613 corā Card. Pamphilio.*

153 Fallit quintò, in donatione remuneratoria, quia ea simplex dici non potest, sed potius dicitur quædam permutatio, & propterea dictis solemnitatibus nō indiget, vt fuit dictum à *Rot. dec. 488. nu. 7. par. 1. diuers.*

154 Sed est bene verū, quòd opus est, vt veritas causæ probetur, aliàs sola assertio non sufficeret, quia per solam illam assertionē posset de facili fieri fraus statuto, vt ait *Cæsar de Graß. dec. 2. de donat. & Rota in Romana de Caris 11. Maii 1589. coram Cardinali Blanchetto.*

155 Veluti eodem modo dicitur de donatione ob merita facta: quia si ea non probantur, solemnitates omitti non possunt, vt fuit dictum in *Romana de Caris coram Blanchetto*, & ità fuisse decisum quoq. testatur *Rota in vna Rom. de Matthais coram Oradino.*

156 Fallit sexto in donatione grauamen vtriusq. partis continente: quia tunc solemnitates statuti non essent necessariæ, vt fuit dictum in *Rom. donationis de Cuppis 5. Iun. 1602. coram Card. Pamphilio*, vbi fuit conclusum huiusmodi donationem potiùs sapere naturā remunerationis, & permutationis, quàm donationis.

157 Fallit septimò, quando donatio esset coram Iudice celebrata; quia cum tales solemnitates fuerint à statuto indu ctæ ad euitandas fraudes, igitur satis erit si illis per æquipollens adimpleatur, vt si coram Iudice contrahatur, cuius enim præsentia facit cessare omnem doli, ac fraudis præsumptionem, & præcipuè si in ea quinque testes adhiberentur, vt fuit dictum in *Romana de Caris 11. Maii 1589. coram Card. Blanchetto.*

158 Fallit octauò, in donatione facta à marito vxori ob futuras nuptias, vt fuit dictum in *Romana dotis 25. Iun. 1599. coram Card. Mellino, Caputaq dec. 199. par. 3. & in Fanen. Saluiani interdicti 24. Ian. 1611. & in ead. 27. Febr. 1612. coram Greg. XV. & Rota penes Cinc. de censibus dec. 107. sub num. 2. Cardin. Seraph. dec. 181. num. 10.*

159 Quod tamen declara verum, quando donatio in se haberet necessitatem, vel commodum donantis contineret aliàs si simpliciter esset propter nuptias facta, tunc statuto Vrbis subiaceret, *vt ait Rota penes Picū ad statutūVrbis dec. 22.*

160 Extende eodem modo procedere, quando donatio esset facta merè voluntaria in causa dotis, & non ab eo, qui dotare tenetur: quia ea tunc solemnitatibus indigeret, vt ait *Rota penes Stat. de Salu. dec. 114. sub n. 1. & fuit queq. dictū in Romana rescissionis contractus 1. Decemb. 1608. & 17. Iun. 1609. coram Coccino, & prima est dec. 433. & 2. est dec. 479. in iu eius impreß.*

161 Contrarium quòd scilicet in vtraque donatione, siue voluntaria, siue

necessaria possint solenitates statuti omitti, quinimò, quòd illę donationes, ob matrinium factæ insinuatione non indigeant, ait *Rota per Gregor. dec.* 563. *num.* 10. *& Menoch. consil.* 261. *num.* 9. *Surdus dec.* 214. *num* 16. *& Rot. in Fauen. Saluiani* 16. *Mart.* 1618. *coram Card. Pamphilio.*

162 Fallit nonò in donatione facta à muliere, pro dote, siue pro illius augumento vt fuit dictum in *Romana dotis* 29. *Maii* 1602. *coram Ortembergo Caputaq. decis.* 199. *par.* 3. *Put. dec.* 160 *lib.* 3. *& Rota per Coccinum dicta dec.* 433. *num.* 1. *& prius in Anconitana dotis* 27. *Nouembris* 1598. *coram Card. Lancellotto Iuniore, & melius in Anconitana dotis Veneris* 28. *Ian.* 1600. *coram Cardinali Mellino, & in dicta Romana rescissionis contractus Lunæ prima Decembris* 1608. *coram Coccino Decano, quæ est in eius impressis decisione* 433. *num. primo, & sequentibus*, vbi multa inuenies in materia.

163 Declara tamen dictam nonam fallentiam non habere locum, quando augumentum dotis à persona proueniret, quæ dotare non tenetur, veluti superius dixi, quia tunc augumentum dotis præsumeretur factum, ad defraudandum statutum, & sic igitur illa fallentia procedit, quando essemus in dote necessaria, at secus si in voluntaria, vt fuit dictum à *Rota per Coccin. in dicta decis.* 433 *& ibi coram Cardin. Lancellotto in illa Anconitana dotis, & in alia Romana donationis de Cuppis* 5. *Iunii* 1602. *coram Card. Pamphilio, & benè deducit Gabr. in cons.* 10. *num.* 6. *lib.* 1. *allegatus a Coccino dicta dec.* 433. *sub num.* 1. *& in dicta Rom. donationis de Cuppis* 5. *Iun.* 1602. *coram Card. Pamphilio*, & ibi multa ait in hac materia.

164 Declara secundò, illam falentiam non procedere in muliere, sine dote ducta; quia si ea postea vellet eius marito dotem constituere, tunc solemnitates seruare tenetur, & ratio est, quia eo casu facit actum sibi præiudicialem, dum ptiuat se dominio, & administratione suorum bonorum, ea viro assignando, vt fuit dictum à *Rota in Sabinen. dotis* 18. *Iunii* 1576. *coram Card. Lancellotto Seniore.*

165 Declara tertiò, non procedere quã do mulier se obligaret, vnà cum viro pro dote communis filiæ, quasi tunc videatur fideiubere pro viro, quod de iure fieri non potest, vt ait *Gratianus lib.* 4. *disceptationum cap.* 647. *num.* 13. Licèt *num.* 18. multi contrarium teneant.

Quam enim opinionem veriorem existimo, ex eo, quia Pater, & non mater (nisi in subsidium) filias dotare tenetur, *Text. est in l. Qui liberos ff. de ritu nupt. & ita fuit dictum in vna Bononien. fideicommissi de Pansarasiis Veneris* 17. *Nouembris, &* 15. *Decembris* 1599. *& in Romana dotis Veneris* 25. *Febr* 1611. *coram Cardin. Sacrato.*

166 Et ratio illius differentiæ ea est, quia licèt filia sit in dote priuilegiata, nihilominus mater quoque pro se priuilegium Velleiani habet, nec per consequens filia debet vti priuilegio contra eius matrem pariter priuilegiatam, vt ait *Berous consil.* 48. *numer.* 6. *libro primo, Surdus decisione* 164. *num.* 13. vbi de veriori opinione testatur.

167 Contrarium tamen multi dicunt allegati a *Gratiano in dicto capitulo* 647. *numer.* 16 *cum sequentibus, & præsertim Puteus in decisione* 160. *lib.* 3. *Franciscus Marcus decisione* 508 *num.* 18. *parte prima*. Ea ratione, vt scilicet sit magis fauendum filiæ dotatæ, quàm mulieri dotem promittenti, cum maius sit priuilegium dotis, quàm illud Velleiani, vt ait *Salicetus in l. vltima num. primo C. ad Velleian. & in specie Put. in dicta decisione* 160. vbi concluditur, quòd obligatio vxoris promittentis pro viro, ex causa dotis promissæ filiæ communi sustineatur, non obstante statuto prædicto Vrbis, vt dicunt *Ruinus, Baldus, Nouellus, Barbosius, & cæteri allegati à Gratiano in dicto cap.* 647. *num.* 17. *& seq. & Rota in Anconitana dotis* 21. *Iunii* 1602. *coram Card. Mellino.*

168 Concorda tu tñ, quòd prima opinio procedat, quando vir habet in bonis tantum, vt indemnitati mulieris consulere posset: contra quem semper regressum habet, dum fideiubet pro eo, iuxta *dec. Ludouisi.* 333. *per tot.* Secunda verò quando secus, cum non sit conueniens vnum altare discooperire, vt aliud cooperiatur, iuxta ea, quæ ait *Gratianus in præcitato loco numero* 16.

Licèt

Licèt tamen, quando essemus in terminis, quòd Pater filiæ esset pauper, & Mater diues, tunc mater eam dotare in subsidium teneretur, vt fuit dictum in illa *Bononien. de Pansaratis, & veluti ait Menoch. de arbitr. casu* 460. *per totum* ibi subdens id quoq; procedere, etiamsi bona matris essent fideicommisso subiecta; & filia haberet de proprio, sed illud pro dote non sufficeret; secus tamen si haberet vnde dotare se valeret; & qui dicit mulierem habere vndè se dotare possit probare, tenetur, vt ait *Rota in dec. 66. num 20. cum seqq part.1. in rec.*

Licèt sit benè verum, quòd dos, quæ debetur ab aliquo in subsidium, non debet esse rigorosa, nec talis, quæ egestatem dotantis patiatur, vt ai *Rota dec. 249. part. 2. in rec.* & *in Romana dotis Ven. 25. Feb. 1611. coram Card. Sacrato.*

169 Fallit decimò in muliere, se pro dote obligante, quia illius obligatio indistinctè, tam pro dote necessaria, quàm pro voluntaria est validissima; nàm statutum licèt sit generalissimum, numquam tamē comprehendit eos casus iuri communi specialiter priuilegiatos, prout est ille dotis, vt ait *Puteus dicta decis. 160. lib. 3. Caputaq. dicta decis. 199. part. 3. num. 3.* & *Rota in Romana societatis officii 4. Februar. 1602. coram Penia*, & *prius in Romana euictionis 27. Mart. 1588. coram Card. Blanchetto, & in Senogallien. dotis 16. Martii 1599. cor. Card. Lancellotto Iun. & in Rom. dotis 29 Mart. 1602. cor. Ortemberg, vbi præcipue Rot. respondet decis. facta coram Lancellotto in Anconita dotis 27. Nouembris* 1598. vbi firmat hoc procedere sine difficultate, tàm in dote necessaria, quàm in voluntaria, quia Iura dispo nētia circa obligationē ad fauorem dotis, non restringuntur ad eas mulieres solùm, quæ necessariò dotare tenentur; sed omnes personas, & casus generaliter comprehendunt.

170 Declara tamen prædicta omnia solùm procedere in muliere maiore non autem in minore, quia minor tenetur absque dubio seruare solemnitates statuti, vt fuit dictum in dicta *Senogaglien. dotis 19. Maii 1608. coram Ortembergo, & in Bononien. census 20. Februar. 1609. coram Card. Mantalto.*

171 Quod tamen declara verum, quando essemus in dote necessaria, quia tunc etiam si mulier sit minor nihilominus solemnitates non essent seruandæ, & præsertim, quando dos esset pro moniali, vt fuit dictum à *Rota in Romana euictionis 28. Mart. 1588. coram Cardin. Blanchetto.*

172 Et ratio est, quia, quæ spiritu Dei aguntur, sub lege ciuili non cadunt, vt fuit dictum in *Romana aperitionis oris Veneris 8. Mart. 1613. coram Cardinali Sacrato.*

173 Amplia duodecimò, conclusionem principalem, de solemnitatibus in alienationibus minorum loquentem, etiam procedere in transactione, quæ pari modo solemnitates statuti requirit, vt ait *Put. decis. 162. num. 2. lib. 1. Rota in Romana nullitatis de Scapucciis 15. Iun. 1576. coram Card. Blanchetto, & in Romana hæreditatis de Salutatis 29. Nouembris 1602. coram Lilio, Caputaq. decis. 195. par. 3.* vbi dicitur, quòd de necessitate fit refutatio in transactione; Vndè meritò si sub hoc statuto contractus transactionis contineatur; nam transigere idem est, quòd refutare, vt ait *Rota ibi supra.*

174 Subamplia primo idem procedere in permutatione, in quo contractu facile fraus, & damnum minoris euenire potest, vt fuit dictum à *Rota in Romana de Sancta Cruce Luna 29. Ianuar. & 30. Mart. 1607. coram Card. Sacrato, & per Gregorium decis. 473. num. 7. & prius in Imolen. permutationis 29. Mart. 1599. coram Iusto.*

175 Subamplia secundò, procedere in muliere voluntariè compromittēte, quia tūc solemnitates statuti sunt adhibendæ, cum compromissum sit de sui natura læsiuum, *Puteus dec. 162. num. 2. & 3. lib. 1.*

176 Fallit tamen, quando essemus in muliere compromittente ex necessitate nempè ex forma statuti, idem *Puteus dec. 105. num. 2. & 3. lib. 1.*

177 Subamplia tertiò procedere, etiam in diuisione, in qua solemnitates statuti essent necessariæ; vt fuit dictum à *Rota in Romana prætensi erroris calculi 21. Iun. 1610. coram Gregorio decimoquinto, quæ est in eius impressis decis. 473. num. 4.*

178 Et ratio est: quia diuisio est species tran-

transactionis, vt dicunt Doctores allegati à *Rota dicta dec. 473. num. 7. coram Gregorio XV.*

179 Subamplia quartò, procedere in quocumque alio casu, in quo causa legitima contrahendi, & à iure approbata concurrat: quia nihilominus semper forma statuti, circa solemnitates est attendenda, veluti fuit latè deductum à *Rota in Bonon. census 17. Mart. 1608. & 20. Febr. 1609. coram Card. Marcomontio.*

180 Amplia decimotertiò, statutum istud de solemnitatibus loquens in contractibus minorum, habere locum (vltra quatuor casus, à statuto expressos) etiam in quocumque alio casu, vbi minor, vel mulier, siuè directè, siue in directè lædi possunt. *Rota decis. 114. num. 2. par. 2. in recentior.* & fuit dictum à *Rota per Gregor. dicta dec. 473. num. 6. Put. dec. 160. lib. 3. Crescen. dec. 3. de consuet.* & *Rota in Tiburtina Castri Sambuci, quæ est decis. 529. par. tertia diuersor.* & *in Romana pacti de redimendo 9. Nouembris 1588. coram Comitulo, quæ est penes Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 455.* & *in Romana fideiussionis 13. Maii 1596. coram Card. Seraph. tunc temporis Decano,* & *in Romana Societatis officii 4. Februar. 1602. coram Penia,* & *22. Maii eiusdem anni coram Ortembergo in vna Romana releuationis indemnitatis,* & *in Romana Argentorum Mercur. 27. Iun. 1607. coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 333.* & *Rota decis. 153. sub num. 13. par. 1. in recens.* & *ibidem decis. 385. num. 2.* & *in 2. par. recent. dec. 619. num. 5. ante medium,* & *in Perusina fideiussionis 26 Nouembr. 1611. coram Card Pamphilio,* latè *Picus ad Statutum Vrbis lib. 1. gloss. 7. num. 6.* & *Rota dec. 592. num 1. par. 1. in recent.* & *dec. 133. par. 4. diuersor. nouiss.* & *vltimo loco in Romana rescissionis contractus Ven. 2. Iun. 1628. coram Merlino.*

181 Sed prædictis non obstantibus addentes ad *Gregor. XV. in decis. 333. num. 9.* dicunt, quòd fuit in Rota huiusmodi opinio controuersa in vna *Romana census vitalitii coram Buratto*, vbi dubitabatur, an census vitalitius emi potuerit à muliere, absque solemnitatibus statuti: & pro ratione dubitandi, faciebat illa Conclusio, quòd scilicet solemnitates statutariæ non sint adhibendæ, nisi in his contractibus, qui de sui natura sunt læsiui, vt sunt donationes, remissiones, fideiussiones, refutationes; & similes, & non in ijs, in quibus etiam per indirectum, & ex futuro euentu læsio euenire potest, vt ait *Put. decis. 152. aliàs 158. lib. 1. Cotta dec. 211. Gabr. cons fil. 6. num. 4.* & *cons. 20. num. 55. lib. 2.* & *Rota in Romana nominationis domus 10. Martii 1600. coram Cardinali Pamphilio.*

182 Sed huiusmodi quæstio à Rota nunquam fuit resoluta, vt dicunt addent: ad *Gregorium* ibi supra.

183 Quamuis addentes prædicti in dicta decis. 333. concludant, quòd solemnitates sint adhibendæ in quolibet contractu, vbi minor potest directè, vel indirectè lædi, & ibi ad id decisiones Rotæ plures allegat, quas ego quoque deduxi supra in Ampliat. 13. & *post dec. Puteï 152. lib. 1. Cotta dec. 221.* & *cæteræ decis. mox allegatæ in vers Sed prædictis non obstantibus, sub num 181. et prius sub num.* 180. & denique fuit resolutum à *Rota in vna Sabinen. alluuionis Vener. 24. Maii 1624. coram Pirouano* vbi firmat in donationibus minorum solemnitates esse necessarias: licèt donatio sit de paruo, & remuneratoria: quòd tamen intellige iuxta ea quæ superius dixi sub *num. 69.*

184 Amplia decimoquartò, prædicta procedere èt in procuratore minoris, siue mulieris, qui in eorum contractibus tenetur easdem solemnitates seruare, quas ipsi facerent, si contraxissent, vt fuit dictum in *Romana de Salutatis 29. Nouembris 1602. coram Litta.*

185 Limita tamen prædicta, non procedere, quando procurator esset constitutus cum solemnitatibus statuti ad contrahendum, aliquo certo modo, videlicet ad sic, & sic, vtputa, si fuisset illi datum mandatum speciale, pro faciendo reinuestimento in tali specie, & sub tali forma iudicialiter expressa, veluti fuit dictum à *Rota in illa Romana dotis veneris 15. Mart. 1630. coram Motmanno*, & prius fuit dictum à *Rota ibi supra coram Litta,* & *in alia Romana Cambiorum 26. Mart. 1593. coram Cardinali Mellino.*

Secus autem, quando mandatum fuisset generale ad contrahendum, vel rein-

reinuestiendum ad procuratoris electionem, Nam in primo casu solum sufficeret solemnitates in constitutione Procuratoris interuenisse: secus autem in secundo. Et ratio est euidens: quia ex illis non censeretur satisfactum statuto huiusmodi solemnitates exigenti, ad hoc, vt appareat de vera mulieris vtilitate, de qua vtique constare non potest, nisi plena discussio in singulis speciebus fuerit adhibita, vt pulchrè distinguit *Rota in decis. 5. num. 10. & seq. penes Pie. ad Statut. Vrbis*, & ita quoque in his terminis, notabiliter declarant *Socin. in l. 1. §. item acquirimus num. 19. & Iaf. ibi nu. 13. cum seqq. ff. de acquir. possess. Alciat. in l. Transactionem, nu. 11. versic. Quid si mulier, C. de transact. Tiraquell. de l. connub. glo. 5. num. 198. & seq. Gabr. in conclus. 2. nu. 35. de reg. iur. Simoncel. de decreto lib. 2. tit. 5. inspect. 4. num. 52. Lambertengh. de contract. glo. 20. num. 4. Borgnin. de Tut. & curat. num. 130. versic. Quod intellige, Bertazol. clausf. 7. glo. 19. sub num. 10. versic. Sed si simpliciter, Gratian. in addit. ad dec. Marchia 45. num. 4. versic. Dummodo, cum seqq.*

Neque ratificatio posset induci ex cohabitatione mulieris, siue minoris, cum Procuratore; veluti si esset maritus, siue pater, & similis, nisi ēt ea fuerit expresse facta, iuxta tradita per *Caputaq. dec. 308 par. 3. & Rota dec. 242. num. 1. & 2. par. 2. diuers.* Et præsertim, quando essemus in actu vbi mulier, siue minor lædi posset: quia tunc cum solemnitatibus esset contrahendum. *Cresc. dec. 3. de constit. Put. dec. 160. lib. 3. Gregor. dec. 164. nu. 4 & Rota dec. 114. num. 2. par. 2. in rec. & in 1. par. dec. 592. num. 1. & in Romana refectionis contractus Vener. 2. Iun. 1628. coram Merlino.*

Vltra, quòd approbatio actus ex taciturnitate; vel cohabitatione non inducitur, absque scientia, & Iuris sibi quæsiti certioratione. Quinimmò vltra scientiã, etiam aliquis actus positiuus esset necessarius, vt ait *Rota dec. 155. penes Statil. de Salutan. nu. 10. & Veral dec. 81. par. 3.* & quòd denique non sufficiant solemnitates in constitutione procuratoris, per minorem, siue mulierem adhibitæ, sed quòd eędem sint necessariæ in inuestimẽto, siuè in alio actu per minorẽ, & mulierem postea fiendo, in quo læsio interuenire possit, fuit decisum à *Rota in dicta Romana dotis Vener. 14. Iun. 1630. coram Motmanno, & prius in Romana hereditatis 29. Nouemb. 1602. coram Lanc.* Veluti in istis terminis fuit vltimo loco resolutũ à *Rota in d. Romana dotis, Vener. 15. Mart. 1630. coram Motmanno* vbi fuerat ratificata à muliere quædam datio in solutum quorundam bonorum stabilium, pro sua dote, siue solemnitatibus, super eis imponendo censũ, & fuit aliàs quoque dictum à *Rota per Gregor. in dec. 395. num. 11* & ibi aliæ decisiones allegantur.

186 Subamplia prædictam ampliationẽ quoque procedere, quando essemus in procuratore solum ad lites cõstituto, vt ait *Rota per Put. dec. 162. n. 2. & 3. lib. 1.* & cæteri Doctores superius allegati.

187 Subamplia secundò illam, eò magis procedere, in iis actibus, in quibus aliquo modo minores, & mulieres lædi possent: quia tunc solemnitates illius loci, in quo contrahitur essent omninò adhibẽdæ. *Put. d. dec. 162. incip. fuit dubitatum, lib. 1. & Rota in Perusina executionis lunæ 17. Nou. 1597. coram Penia, & in Rom. refectis. cõtract. Ven. 2. Iun. 1628. cor. Merlino*

188 Fallit tamen, quando essemus in alienatione fructuum, & aliarum rerum, quæ seruando seruari nõ possunt: & veluti ēt qñ essemus in locatione ad modicũ tẽpus: quia tunc solẽnitates non essẽt necessariæ: veluti in rebus immobilibus, aut mobilibus: sed tñ pretiosis, quæ seruando seruari possent: quia tunc solẽnitates essent adhibẽdæ: licèt etiã in alienatione eorũ, quæ seruando seruari nõ possũt sit necessaria tutoris auctoritas, vt ait *Lãbertong. in trac. de contract. eorum, in verbo filius n. 223. & 486. & Rota ibi sup. coram Penia in illa Perusina executionis.*

189 Amplia 15. ꝙ neq. minores, & mulieres, neq. illorũ procuratores possunt facere receptas, quietationes, & confessiones, necnõ cæteras actiones, per quas fraudibus locus fieri posset, absq. solemnitatibus statuti, vt ait *Cresc. in decis. 2. de confess.* & ita fuit dict. in vna *Romi. societa. Ven. 9. Feb. 1607. cor. Ortembergi.* Et rõ est: quia regulariter soluẽs minori, absq. auctoritate Iudicis, & tutoris nõ liberatur.

190 Declara tamen primò, non procedere, quan-

quando essemus in confessionibus obligatorijs de præterito: quia tunc solemnitates non essent necessariæ. Secus verò, si essemus in illis obligatoriis de præsenti, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Ottembergo, & prius in Romana dotis* 10. *Ian.* 1600. *coram Card. Sacrato.*

191 Declara secundò, non procedere, quando essemus in simplici qualitatis declaratione, & actus, qui declaratur, fuit per seipsum validus, & solemnis: quia tūc solemnitates statuti de nouo non essent necessariæ. Secus autem, si actus, qui declaratur erat per se nullus, & ille qui fieret ad liberandum tenderet: quia tunc, cum iste actus habeat vim de non petendo: Idcircò solemnitates statuti adhibendæ venirent, vt fuit dictum in dicta *Romana societatis coram Ortembergo, & est pulchra decisio* 723. *num.* 15. *par. secunda in recentior.*

192 Declara tertiò, non procedere in confessione minoris, & mulieris adminiculata, veluti in terminis statuti Vrbis tenuit *Acchil. dec.* 1. *de confess.* & fuit dictum in *Romana societatis* 9. *Febr.* 1607. *coram Ortembergo.*

193 Subdeclara tamen, quòd adminicula ista, debent esse præponderantia confessioni, & coniecturæ debent esse apparentes, vt ait *Mobedan. decis.* 2. *de confess. per tot. & Rota dec.* 177. *num.* 6. *&* 7. *par.* 2. *diuers.*

194 Declara quartò, non procedere in quietatione à muliere facta, pro dote restituta: quia isto casu quietātia dicitur necessaria, vt fuit dictum in *Romana dotis* 8 *Mart.* 1568. *coram Grato.*

195 Declara quintò, non procedere in rettouēditione census, ob quam minor, siue mulier, sine solemnitatibus pretium recipere valent. Et ratio est; quia tunc illud recipiendo locupletiores fieri dicuntur, vltra quòd ille casus dicitur necessarius, ob Bullam Pij Quinti, vt fuit dictum in *Romana hereditatis* 29. *Nouembris* 1602. *coram Litta, & in alia Romana census* 7. *Februar.* 1607. *coram Ortembergo.*

Subdeclara tamen eam declarationem in tantum procedere, & quando solutio illarum pecuniarum fuisset facta minori, cum auctoritate Iudicis, & Curatoris: tunc ad debitorem non spectaret onus inuestiendi pecunias solutas. At secus, si absque solemnitatibus fuisset facta solutio; quia tunc soluens, non liberaretur, nisi per eum probaretur minorem fuisse factum locupletiorem, vt ait *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 761. *num.* 15. *& seq.* & in istis terminis fuit ita decisum à *Rota in Romana nullitatis obligationis* 16. *Ianuar.* 1626. *coram Durano.*

Rursus Subdeclara prædicta procedere, dummodo census intra duos menses extinguatur à die disdictæ, aliàs noua disdicta esset necessaria, necnon, qñ illius solutio fiat in numerata pecunia, iuxta formam Bullæ Pij Quinti de censibus, & veluti firmauit *Rota in decis.* 488. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & dec.* 173. *num.* 4. *penes Cincium de censibus, & in alia Romana census* 22. *Maii* 1630. *coram Pirouano*, vbi animaduertit, quòd depositum pecuniarum fiat per Iudicem competentem: aliàs illud pro dicti census extinctione non sufficeret, idem ait *Alex. consil.* 103. *num.* 4. *lib.* 5. *Rolan. cons.* 63. *num.* 32. *lib.* 1. *& Rota per Gregor. decis.* 146. *num.* 9.

196 Declara sextò, non procedere in cōtractu matrimoniali, & ab eo dependentibus, vt ait *Caput aquen. dec.* 3. *num.* 2. *p.* 3. quæ loquitur in terminis istius statuti Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1.

197 Sed reassumendo iterum dictam cōclusionem, de solemnitatibus in alienationibus minorum, & mulierum, iuxta formam statuti Vrbis adhibendis, Limita primò, eam non procedere, quando consuetudo loci contrarium operaretur, quòd scilicet actus alienationis, vnà cum decreto Iudicis incontinenti fieret: quia tunc causæ cognitio venire præsumenda: licèt regulariter secus sit, etiam si Notarius eam interuenisse attestetur, vt ait *Rota per Acchill. de Grass. decis.* 3. *de præsumpt.* Sed est benè verùm, quòd ad hoc, vt dicta consuetudo allegāti prosit, ea prius, per eum probari debet: veluti firmat idem *Achil. vbi supra*, & vt latius dicam in verbo Consuetudo, &c.

198 Declara tñ iuxta *Franch. in sua dec.* 242. *in fine*, quòd decretum Iudicis, non solum possit præcedere, sed etiam contractum subsequi.

Con.

199 Contrarium tamen opinionem ego puto veriorē, & ratio est, quia cum decretum non soleat interponi à Iudice, nisi præcedente causæ cognitione, nec minus contractus minoris in alienando fiat nisi prius, super hoc iusta causa concurrat, Igitur erit concludendum, quòd illud decretum necessariò præcedere debeat, & non subsequi contractum, aliàs Iudex diceretur, sine causæ cognitione processisse, & sic vti persona priuata egisse videretur, vt fuit dictum à *Rota in vna Mediolanen bonorum, seù Emphiteusis Veneris* 18. *Aprilis* 1603. *coram Gregorio* XV. *qua est in eius impressis decis.* 105. *num.* 4. & 22. & *faciunt ea qua ait Afflict. in d. decis.* 87. *num.* 2. *& ibi Vrsil. in addit.*

200 Tenendo autem primam opinionionem, amplia eam multò magis procedere, quando in decreto Iudicis adesset clausula omni meliori modo, &c. vt ait *Aechil. in dicta decis.* 3. *num.* 3. *vers. tenuerunt tit. de præsumpt. Put. decis.* 364. *num.* 2. *lib.* 1. & *Rota in Romana donationis de Grandis* 16. *Februarii* 1601. *coram Penia.*

201 Et ratio istius opinionis est; quia sufficit, quòd causę cognitio ęquipollenter, aut indirectè enuncietur, vt ait *Gaer. cons.* 23. *num.* 5. *vers. idcirco lib.* 1. & *fuit ita decisum in vna Catanien. illegitimatis* 10. *Ianuar.* 1581. *coram Aldobrandino postea Clemente Octauo*, & *Afflictus in decis.* 249. *nu.* 2. vbi ait, quòd decretum Iudicis non valet, si illud sine causæ cognitione fuerit interpositum.

202 Sed tenendo secundam extende illam eodem modo procedere in solemniratibus statuti adhibendis, quæ de tempore contractus interuenire debent, non autem ante, vel post, quia illud statutum fuit conditum pro integritate minorum, & mulierum, & per consequens in ipso actu solemnitates, ad eorum damnum euitandum, sunt adhibende, vt fuit dictū in *Ciuitatis Castelli bonorum* 26. *Mart.* 1599 *coram Litta.*

203 Limita secundo dictam conclusionē non procedere, vbi essemus in bonis mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, quia tunc ea sine decreto, & solemnitatibus alienari possunt, at secus si è contra, vt ait *Franc. Viuius in decis. Neapolit.* 22. *Peguerr. decis.* 106. *consiliū Cataloniæ.*

204 Sed tunc nota, quòd non creditur tutori, si postea dicat prætium illorū bonorum versum fuisse in vtilitatem minoris, quia dicta alienatio præsumitur in illius fraudem facta, vt dicit *Fran. Marc. decis.* 148. *num.* 1. *in* 1. *parte.*

205 Declara tū istud incūbens spectare ad emptorē, qui tenētur versionem probare in vtilitatem minoris, quando tamen ex necessitate vendit, *Ro. a apud Cinc. de censibus decis.* 25. *num.* 1. & *seqq. in Romana census coram Bubalo, & ibidem dec.* 287. *num.* 4. & *prius decis.* 8. *num.* 10. & *Rota in decis.* 681. *num.* 5. *parte* 1. *in recentior. Surd. decis.* 156. *num.* 9. & *penes eundem Cincium decis.* 35. *num.* 9. *& decis.* 309. *num.* 11. *& deniq. in Rom. resceissionis contractus* 26. *Nou.* 1618. *coram Card. Caual.*

206 Extende idem procedere in emptore feudi, qui tenetur probare pretiū fuisse versum in causam licentiæ, vt ait *Octau. Caccher. decis.* 171. *Senat. Pedem.* & *Grat. decis.* 182. *Rota Marchiæ.*

207 Secus autem contingit, quando sumus, in alienatione bonorum Ecclesiæ, siue minoris, ex causa voluntaria, quia tunc emptor non tenetur probare versionem in vtilitatem Ecclesiæ, veluti, quando alienatio esset facta causa vtilitatis, licèt secus (vt supra dixi) quando ex causa necessitatis fieret, quia eo casu emptor tenetur esse sollicitus, vt precium ita conuertatur, *Rota in decisione* 301. *parte* 4. *nouissim. & Gratianus capit.* 45. *mox allegan. num.* 35. & *Rota in praallegatis decisionibus apud Cincium de censibus, idem Gratianus lib.* 4. *disceptationum capit.* 761. *num.* 15. & *sequentibus.*

208 Declara tamen, quòd quamuis illud onus probandi versionem pecunię, in aliam causam videretur remissum, quando solutio eidē fieret, pro quo fuit initum pactum reinuestiendi, tamen istud intellige ꝓcedere, vbi ageretur solūmodo de ipsius recipientis Interesse, at secus si illud tertij quoq. cōcurreret, quia tūc ad eius fauorem esset necessarium pecuniā, ex alienatione erogatā inuestire, cū tali casu illud onus probandi versionem sublatū non censeatur, & sic illa probatio ad

ad venditorem, non autem ad emptorem spectat, cum quis regulariter non debeat esse sollicitus de persona contrahẽtis, quod tamen in dubio procedit, secus autem vbi constaret, cui istud onus subrogandi pecuniam esset iniunctum *Grat. lib. 1. discept. dicto cap. 45. num. 22. & 23. cum seqq. & Rota in dicta Romana censuus superius allegata 23. Ianuar. 1591. coram Bubalo* vbi pari modo pulchrè declarat, quod quando alienatio rei minoris, vel Ecclesię fit ex causa necessaria, pro soluendo ære alieno, tunc emptor curare debet solutionem conuerti in causam, propter quam fuit facta venditio; Si verò fiat ex causa voluntaria, ob vtilitatem Ecclesię, seu minoris, eo casu emptor versionem probare non tenetur, & huiusmodi distinctionem approbauit *Rota in Romana censuum de Romulis 18. Iun. 1599. coram Penia, subdens Rota ibi coram Bubalo, quod decisio Rubei in Romana domus de Piccioninus* procedit in 1. casu. In 2. verò casu procedit decisio in *causa Auximana bonor. & Anconitana terrarum 1578. coram Card. Seraph. sub die 13. Iun. vt testatur Grat. ibi sup. nu. 34. & seqq.*

209 Et quòd regulariter cõtrahens, cum alio non teneatur esse sollicitus, quòd pecuniæ in causam expressamvertantur, tradit *Surd. in decis. 156. num. 9. Rota dec. 681. num. 5. part. 1 in recent. & dec. 35. num. 9. penes Cinc. de censibus*, vbi agitur de contrahente cum muliere, *& est quoque decisio apud eundem Cinc. 309. nu. 11. & fuit dictum in Romana rescisionis contractus 26. Nouembris 1618. coram Card. Caualerio*, vbi fuit decisum, quòd emens fundum dotalẽ à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum, pro cuius solutione fit venditio, fuerit conuersum in vtilitatem mulieris, immò nec etiam id facere tenetur contrahens cum personis priuilegiatis, puta Ecclesia, & minore; quibus in casibus non tenetur de versione esse sollicitus, nisi quando alienatio fieret ex causa necessaria, at secus si ex voluntaria, vt distinguit *Rota in dec. 8. num. 10. & dec. 29. num. 1. & decis. 287. num. 4. quæ omnes decisiones sunt penes Cinc. de censib. & Rota dicta decis. 881. num. 5.* Veluti dicitur procedere etiam, quando sumus in mutuo, vbi versionis probatio est necessaria, vt ait *Rota per Gregorium XV. in decis. 511. num. 12.* & ex quibus præsumptionibus probetur versio, *ait Gregor. XV. in decis. 31. & ibi in addit.*

210 Sed tu melius, & clarius cum *Rota* distingua s *in Romana nullitatis obligationis Veneris 16. Ianuar. 1626. coram Durano*, vbi ait; Aut minor validè contraxit nempè cum solemnitatibus statuti, & tunc dictus minor tenetur probare versionem illius pecuniæ, in ipsius damnum àbijsse, & sic illud pretium, quod recipit à se fuisse deperditum, & malè consumptum, aut verò nulliter, idest sine solemnitatis contraxit, & tunc ille, qui cum minore contraxit, tenetur probare versionem in illis vtilitatem, & ea optimè probaretur, si minor haberet pecuniam saluam, vel aliquid ex ea emptum, vel eam expendisset in causam, in qua erat necessarium propriam expendere, *vt est decisio in terminis 678. num. 7. par. 1. in recent. & Grat. lib. 4. discept. cap. 761. nu. 15. & seq.*

211 Extende, quòd neque isto casu minor etiam obligaretur naturaliter, nec minus ad antidoralia, quod est benefacienti benefacere: immo nec etiam in foro conscientiæ, quando versio in illius vtilitatem non probatur, vt fuit dictum in dicta *Romana nullitatis obligationis coram Durano*.

212 Et ad hoc, vt quis excusetur in foro animæ sufficit adesse statutum, siue aliam legem nullitatem actus inducentem, aliàs sequeretur, quòd illa lex, siue illud statutum esset vitiosum, quia illaquearet animas multorum, & id eò magis fieret verum, si per Romanum Pontificem illud esset roboratum, vt dicunt *Doctores allegati à Rota ibi coram Durano per doctrinam Bald. consil. 285. vers. nec aliter lib. 2.*

213 Sed ego declararẽ verũ secundum me q scilicet minor in foro animę, quoad restitutionem excusetur, dummodo tempore initi contractus non sciret ex tali ratione ab huiusmodi solutione se tueri posse; secus aũt si è cõuerso, quia tunc in eo concurreret dolus, qui nihil aliud est, nisi quædam caliditas adhibitita, ad alium decipiendum; quod enim faceret, vt in eo conscientia in non restituendo

ac,

acceptum tutus non fieret, quia dolus numquam tàm de iure Ciuili, quàm in foro animæ alicui auxilium, & immunitatem præstat, vt latè dicam in verbo Dolus, & sic igitur secus esse deberet, si dictus minor à principio contractus verè importantiam suæ obligationis sciuisset; quia tunc neque etiam in conscientia in non restituendo excusaretur; aliàs talis opinio mihi videretur valdè dura, & præsertim, quia hodie adeò creuit malitia hominum, vt non vix nati optimè eorum interesse, absque alterius traditione sciant; veluti quoque colligi potest ex ipsamet decisione facta in dicta *Romana cultitatis coram Durano*.

Præterea erit notandum, quòd dicta versio in utilitatē, etiam ex præsumptionibus, & coniecturis probari potest, & optima coniectura illa erit, quando pecuniæ fuerunt datæ tempore indigentię & eas recipiens eius indigentijs bene consuluerit, & eò magis, quando modicum tempus inter receptionem pecunię, & versionem intercesserit, vt ait *Menoch. de arb. casu* 432. *num.* 33. & *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 55. *num.* 4. *viden.* Grat. *lib.* 1. *discept. cap.* 107. *num.* 20. & *lib.* 2. *cap.* 260. *num.* 32. Surd. *dec.* 55. *num.* 6. & *seqq.* & *Rota per* Gregor. *decis.* 31. *num.* 3. & latè fuit deductum in *Romana pecuniaria* 29. *Nou.* 1627. *coram* Card. Verils, & *per. Burats. dec.* 546. *nu.* 4. & *ibi per addentem*.

214 Limita tertiò, quòd solemnitas pari modo non requiratur, quando alienatio fiat, vel ex mandato auctoris, vel legis, vt ait Magon, *dec. Florent.* 22. *num.* 7. & *Surd. decis.* 54. *num.* 8. *Vrsil. ad Afflict. in dec.* 249. *num.* 2. vbi dat exemplum, quando testator dedisset licentiam tutori, de vendendo res stabiles pupilli, & ei in hoc plenam administrationem dedisset, quia tunc tutor, absque decreto, & solemnitatibus alienare posset, veluti eodem modo sequeretur, quando contractus minoris fieret in necessariam obseruantiam illius obligationis, iam cum Patre, aut illius auctore initæ, vt ait idem *Magon. in d. dec.* 22. *nu.* 7.

215 Contrarium tamen fuit decisum à *Rota Maceraten. veluti testatur Gratian. decis.* 131. *num.* 4. vbi ait quòd voluntas Patris, vel alterius auctoris non sufficit, si ue accedat per contractum, siue per vltimā voluntatē, veluti, nec sufficeret illa facultas alienandi data in genere à testatore minori, sed requiritur facultas alienandi in specie vnam rem certam, quia tunc omnis lęsio minoris cessaret.

219 Secus, quando non esset determinata licentia, quia tunc, siue simus in debito Paterno, siue in proprio semper solemnitates erunt necessariæ, nec eo casu facultas data in genere sufficere t, cum ea, solemnitates in distractione bonorum minoris necessarias, non tollat iuxta tradita per *Gratian. in præallegata sua decis.* 131. *cum ibi alleg.*

217 Limita quartò, quòd solemnitates non sint necessariæ, quando bona vendenentur, quæ facile ob tirannos ammitti possent, vt ait *Vrsillus ad Afflict. d. c.* 87 *num.* 2.

218 Limita quinto non procedere statutum Vrbis, nec non alias leges de prædictis solemnitatibus loquentes: veluti si essemus in venditione alicuius Molendini, ob aquarum inundationem facilè deperdituri, vt ait *Rutnus cons.* 63. *lib.* 1. *Paris. cons.* 97. *lib.* 1. & *alii quos allegat idem Vrsil. in dicta decis.* 87. *num.* 2. & *in decis.* 249.

219 Limita sextò non procedere in minore cum muliere contrahente, quia tūc intrat illa Regula, quòd priuilegiatus cōtra alterum priuilegiatum priuilegio non vtatur, sed isto casu priuilegia conqualsātur, vt fuit dictū à *Rota in vna Rom. Vineæ de Scappuciis in iisdem terminis statuti Vrbis* 10. *Mart.* & 18. *Aprilis* 1578. *coram Cardin.* Blanchetto, *quæ est decisio* 558. & *part.* 1. *diuers.* & *prius dec.* 557. *num.* 1. *Lalerib. cons.* 66. *num.* 1. & 2. & *fuit dictū in vna Firmana restitutionis dotis* 23. *Iun.* 1603. *coram* Penia, *quæ est penes Pitum ad statutum Vrbis decis.* 57. *num.* 4. & *in* Romana *pecuniaria de Bufalinis Ven.* 5. *Iun.* 1620. *coram* Buratto, & *per Gregor. decis.* 164. *num.* 4. *cum aliis congestis ibi per addent. sub littera* B. & *in alia Ariminen. legatorum* 16. *Iun.* 1625. *coram Manzanedo*.

220 Sublimita tamen id non habere locum, quando vnus tractaret de damno euitando, alter verò de lucro captando; quia tunc ille, qui tractaret de dammo euitando, posset opponere defectum solem-

solemnitatum statuti, vt ait Rota in dec. 575. part. 1. diuers. & in Romana census 22. Iun. 1611. coram Manzanedo, & latè Menoch. in cons. 242. & Lamberteng. ad statutum Mediol. propè finem num. 125. latè Picus ad statutum Vrbis glos. 7. num. 83. Rota decis. 218. num. 6. part. 2. in recentior. & in Romana census 19. Decemb. 1615. coram Coccino, & prius in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram Cardin. Lancellotto, & in Bononien. census 17. Mart. 1608. coram Card. Marcomontio, & in illa Rom. pecuniaria coram Buratto, & in alia Ariminen. legatorum coram Manzanedo.

221 Sed si vterque de damno euitando ageret, tunc potior esset causa illius, qui conuenitur, & sic rei; & ratio est, quia semper fauorabiliores sumus reo, quàm actori, vt fuit dictum in Romana prætensi erroris calculi 21. Iun. 1610. coram Gregorio Decimoquinto, quæ est in eius impressis decisio 463. & prius dec. 164. num. 6.

222 Præterea hic erit notandum, quòd si, verbi gratia, contractus minoris, pro alio minore fuerit factus, & valeat, tunc ille minor, qui fideiussit, non potest conueniri, donec principalis est soluendo, vt ait Surd. decis. 164. num. 8. Licèt secus, quando obligatio Cameralis adesset, quia tunc beneficium excussionis amittitur, veluti dixi, in verbo Auditor Cameræ, & ibi recurras.

223 Limita septimò, quando minor contraheret cum Ecclesia, quia tunc solemnitates non sunt necessariæ, vt ait Caputaq. dec. 172. num. 9. & decis. 194. part. 3. vbi loquitur in terminis statuti Vrbis Castr. cons. 432. num. 2. volum. 1. Honded. cons. 32. num. 106. lib. 1. Carpan. ad statutum Mediolan. cap. 328. num. 115. & Rota in Romana pecuniaria de Busalinis Veneris 15. Iun. 1620. coram Buratto, & dec. 461. num. 11. part. 1. in recentior. & fuit ita quoque resolutum in vna Maceraten. prædii 19. Ianuarii 1624. coram Rembaldo.

224 Et ratio ea est, quia quæ spiritu Dei aguntur, sub lege non cadunt, vt fuit dictum in Romana aperitionis oris Veneris 8. Mart. 1613. coram Card. Sacrato.

225 Extende ea quæ fuerunt dicta de minore solemnitates statuti adhibere debente, procedere quoque in alienatione bonorum Vniuersitatis, & ratio est, quia Vniuersitas gaudet huiusmodi priuilegio, & pupillo equiparatur, nec non Ecclesiæ, Put. decis. 50. lib. 3. Crescent. decis. 153. num. 6. part. 1. in recent. & prius in vna Pacen. Parrochialis 28. Maii 1593. coram Card. Seraph.

226 Vndè videmus, quòd veluti, quando agitur contra pupillum, actor debet petere, vt ei tutor, siue curator, aut defensor constituatur, ita quoque erit idem faciendum, quando agitur contra Vniuersitatem, quia tunc actor petere debet, vt Syndicus constituatur, aliàs ei imputandũ erit, si id facere omiserit; Sed si forsan nullus syndicus fuerit ab Vniuersitate constitutus, vel si sit constitutus, sed sit absens, aut valetudinarius, siue alio modo inhabilis, tunc quilibet etiam extraneus ad agendum, pro Vniuersitate admittitur, vt dicunt Doctores allegati à Nicolao Losao in suo tractatu de Iure Vniuersitatis part. 2. cap. 1. num. 4. & seqq. fol. 88. & in 3. parte cap. 10. num. 5. fol. 167. & cap. 18. dicta part. 3. fol. 220.

Sed animaduertendum tamen erit, quòd ad hoc, vt alienatio bonorum Vniuersitatis legitimè fiat, sunt seruanda requisita, l. fin. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. quę talia sunt, nempè primò, vt interueniat maior pars eorum, qui in loco sunt, & super finibus bona possideant. Secundo, quòd isti iurent se credere, quòd talis alienatio sit Ciuitati vtilis. Tertiò, quòd Iudex causa cognita eius decretum interponat. Quartò, quòd bona alienanda subhastentur. Quę tamen declara procedere, quando essemus in alienatione, siue in donatione rerum, quæ essent merè Iuris publici, idest ad vsum publicum destinatæ, vt sunt ædificia, plateæ, Theatra, Pontes, fontes, & similia; secus verò, quando res quæ alienantur, siue donantur, essent ad vsum priuatorũ destinatæ, prout sunt pascua, domus, terræ aratoriæ, Molendina, & similia, quia tunc in isto secundo casu solemnitates non essent necessariæ, quando tamẽ donatio à Ciuitate facta esset remuneratoria, ob seruitia alicuius in eam, vt fuit firmatum à Rota in vna Sabinen. alluuionis Veneris 24. Maii 1624. coram Pirouano. Et ratio præcipuè, quæ deducitur in huiusmodi donatione, ea est; quia donans

donans non præsumitur iactare suum, quæ tamen non militat in alienatione, quia in ea prędictę solemnitates sunt necessariæ; Licèt mihi videatur, quod saltem Iudex deberet cognoscere circa qualitatem seruitiorum; nempè si illa æquiualeant, siue rei donatæ præponderent, & ratio est: quia minor, siue vniuersitas, cui æquiparatur, in quacumq. causa, vbi directè, vel indirectè lædi possit sẽ per Iudicis decretũ, & cęteras solemnitates adhibere tenetur, veluti dixi supra *num.* 183.

Quod enim facilè contingere potest in negotiis, & interesse Vniuersitatis, quæ, vt dici solet, sepè negliguntur, & se. rius alijs expediuntur, & multa denique ex adhærentia Ciuium in damnum publicum, & ad particularis vtilitatem fieri solent: & quæ fuerunt dicta de donatione facta ab vniuersitate solemnitates nõ requirente, procedunt etiam in ea facta à minore, quando res donata esset modici momẽti, & ex qua lęsio considerabilis illi non resultaret, pręsertim si ille esset diues, & donatarius pauper aliàs secus, vt fuit dictũ in *Sabinen. alluuionis coram Pirouano*. Quamuis tamen magis mihi placeret, si in consideranda rei donatæ qualitate, Iudicis cognitio adhiberetur iuxta præallegata superius; sed si contingat ob id fieri mandatum procuræ in personam alicuius ab vniuersitate; tunc quę sint adhibenda, vt legitimè factum dicatur *vide supra in conclusione* 85. *sub num.* 236.

227 Limita octauò in muliere, & minore qñ pecunias in eorum vtilitatem reuera conuerterent, veluti in debitorum extinctionem, & similia, & ratio ea est ne minor, & mulier cum aliena iactura locupletentur, vt fuit dictum in *Romana Societ. officii* 13. *Feb.* 1605. *coram Litta.*

228 Sed quomodo, & cui incumbat istud onus probandi versionem in vtilitatem minoris, & mulieris, dixi supra in versiculo sed tu melius, & clarius, sed prius in versiculo Et quamuis illud onus, vbi pulchra dixi in hac materia *sub num.* 205. & 297.

229 Declara tamen, quòd in consideranda vtilitate minoris in venditione alicuis fundi, ad hoc, vt illa alienatio, sine solemnitatibus teneat, dicta vtilitas debet considerari, non in augendo patrimonio, sed in eo nõ diminuendo, veluti quia plus esset in censu, quàm in redditu, vt ait *Surd. dec.* 278. *num.* 23.

230 Extende dictam limitationem procedere, etiamsi mulier reciperet pecunias ex legitima causa, sed eas postea marito in aliã causã dederit, quia nihilominus ea ad illarum solutionem tenetur, quia satis est, vt accipiat in causam permissam, licèt etiam postea in aliam non permissam conuertat, vt fuit dictum in *Romana Vineæ* 21. *Aprilis* 1589. *coram Comitulo*, & *Rom. fideiussionis* 13. *Maii* 1596. *coram Card. Seraphino, quæ est in tiue impressis decis.* 1187. *num.* 1. & *in Romana nullitatis contractus* 28. *Februar.* 1611. *coram Ortembergo*. vbi in specie ait, id esse verum, quando agitur inter mulierem, & tertium creditorem, quicquid sit, si mulier agat cõtra maritũ, vel eius hæredes pro suæ dotis restitutione.

231 Declara tamen id procedere, quando agitur de contractu voluntario, secus autem quando ageretur de contractu, ex causa necessaria, quia tunc contrahens cum muliere ex causa necessitatis, tenetur curare, vt pecuniæ in causam expræssam necessariam conuertantur, vt superius dixi in versiculo, Et quando dictum onus, & veluti *ait Rota in Romana de Romulis* 18. *Iun.* 1599. *coram Penia & in Romana census, seu Saluiani interdicti* 23. *Ianuarii* 1591. *coram Bubalo.*

232 Limita nonò non procedere in minore viginti annorum, qui sit solitus negotiari, & semper in suis negotiis prudenter se gerere, & rem suam cum maxima sagacitate, & prouiditate procurare, vt fuit dictum in *Romana negotiationis* 5. *Iul.* 1576. *coram Robustero*, & ratiò est, quia tunc ex eo contractu præsumitur factus locupletior, vt ait *Anch. quæst.* 38. *lib.* 2. *per tot. Rom. cons.* 318. *per totum Stracc. de mercatura par.* 3. *nu.* 30. *Sfort. Odd. de restit. in integr. quæst.* 51. *nu.* 51. & 52. *Mascard. de prob. concl.* 1162. *nu.* 16. & 17, & *Rota in Rom. negotiationis* 5. *Iul.* 1576. *coram Robustero*. At secus, quando essemus in minore negociari nõ solito, quia tunc vtilitas ad illius fauorẽ nõ præsumitur nisi per allegatem probetur, vt ait *Rota dec.* 678. *num.* 6. & 7. *part.* 1. *recentior.* & *in Romana*

na nullitatis obligationis 15. Ianuar, 1616. coram Durano.

Et nota, quòd minor solitus negotiari non dicitur, ex vnico actu negotiationis; sed plures sunt necessarii, quia cum simus in actibus, qui tractum successiuum habent, idcirco actuum reiteratio est necessaria, quēadmodū videmus ēt de vno hoc, vt dicatur probus, siuè, quòd quis dicatur leno, aleator, fœnerator, & meretrix, & sic in omnibus aliis, qui tales ab exercitio denominātur, qa tūc in illis vnicus actus non sufficeret; at secus vbi essemus in illis, quorum nomina delicta significant, vt est latro, calumniator, & homicida, quia tunc in ipso vnico, & primò actu tales dici possunt veluti dixi in *concl.* 48, *sub num.* 60. *& ita dicunt omnes Doctores allegati à Gratian. lib.* 1. *disceps. cap.* 135. *nu.* 7. *& lib.* 2. *cap.* 213. *nu.* 49. *cum seqq.*

233 Limita decimò in minore adultò, cuius enim contractus, licèt sit nullus, ex defectu solemnitatum, tamen ipse minor ex tali contractu sic nulliter gesto possessionem in contrahentem cum eo transfert, vt fuit dicum à *Rota per Puteum dec.* 177. *num.* 1. *& seqq. Acchil. de Graff. decis.* 15. *alias* 120. *de restit. spoliat. nu.* 4. & multò magis id procederet, quando contractus esset validus, cum solemnitatibus; nam semper contractus minoris cum solemnitatibus est præferendus illi sine, vt ait *Rota per Bursat. in sua decis.* 365. *num.* 1.

234 Extende prædicta in tātum valere, vt neque propterea illi minori possit competere remedium capituli reintegrandæ possessionis, *Put. dicta dec.* 177. *nu.* 1. *lib.* 1. *Acchil. dicta decis.* 15. *alias* 120. *num.* 1. *&* 2. *de restit. spol. & idem Put. decis.*

235 Subextende id multò magis procedere in beneficialibus, in quibus post lapsum quadriennium restitutio non datur, etiam si de bono Iure constaret, vt ait idem *Puteus decis.* 278. *num.* 5. *lib* 3.

236 Secus autem in petitiorio, quia illud benè ei competeret idem *Put dicta decis* 177 vbi tamen declarat, illam extensionem, & limitationem prædictas procedere, quando essemus in vi compulsiua; at secus in expulsiua, vt dicunt *Doctores super Puteum allegati, et Acchil. in præcitato loco.*

237 Declara insuper ea, quæ fuerunt dicta in materia translationis possessionis per minorem factæ, non procedere in pupillo in quo non potest esse consensus, cum ea, quæ videt ignoret, vt ait *Acchil. & alii, ibi supra Surd. dec.* 25. *num,* 16. *Aym. consil.* 287. *propè finem, & Rota in Romana tutela Veneris* 29. *Martii* 1583.

238 Subdeclara tamen primò non procedere, quando pupillus cum auctoritate tutoris contraxisset, quia illo casu ipse possessionem, veluti minor transfert, vt ait *Rota decis.* 93. *num.* 3. *& seq. parte* 2. *diversorum.*

239 Subdeclarara secundò prædicta posse procedere, quando alienatio fuisset nulla ex defectu solemnitatum, at secus si ex defectu consensus, vt distinguendo ait *Put. dicta decis* 278. *num.* 7. *lib.* 3.

240 Et ratio est, quia in restitutione in integrum lapsus quadriennii, & sententia rem iudicatam confirmans, denegando restitutionem, inuicem æquiparantur, vt ait *Put. ibi supra num.* 5. Et *Acchil. de de Graff. in decis.* 86. *seu* 8. *de integ. restitutione num.* 1. ait, id in tantum valere, vt propterea lapso quadriennio, etiam ex noua causa, maiori non detur restitutio.

241 Extende ea, quæ fuerunt dicta de minore procedere quoque in Ecclesia, quæ pari passu ambulat, cum minore idē *Puteus dicta dec.* 216. *num.* 3. *lib.* 3.

242 Limita vndecimò, quòd istæ nullitates contractus à minore non seruatæ, non possunt ab alio tertiò allegari, sed ab eo solùm, in cuius fauorem alienatio esset nulla, *vt ait Rota decis.* 133, *num.* 12. *parte* 2. *diversorum Seraph. decis.* 334. *&* 347. *&* 356. *omnino viden. & per Coccino decis.* 81. *num.* 6. vbi ait, nullitatem non posse allegari ab eo, qui non est in causa, & ita quoque fuit dictum in vna Romana domus, & hospitii *Vener.* 11. *Maii* 1584. *coram Clemente o Nauo, & dec.* 8. *col. fin. in princ. de testam. in antiquis.*

243 Limita duodecimò non procedere in venditione facta de fructus; quia prohibitus alienare vnam rem non censetur prohibitus illius fructus distrahere, vt fuit dictum in *Romana executionis* 22. *Maii* 1534. *coram Litta.*

244 Limita decimotertio non procedere in

in retrouenditione census, quam fecit minor, siue mulier recipiendo precium, quia iste casus, qui fit vigore Bullæ Pii Quinti dicitur necessarius, & propterea solemnitates statutariæ non sunt necessariæ, vt fuit dictum in *Romana benedictionis 23. Nouembris 1603. coram Litta, & in Romana census 7. Februar. 1607. cor. Ortembergo*, vbi fuit dictum quod aliàs eo casu mulier recipiendo locupletiorem fieret.

245 Extende id nedum habere locum in minore, & muliere, sed etiam in procuratore constituto, ab eodem minore, siue muliere, qui potest recipere pretiũ prædictum, etiamsi in illius constitutione, nec minus in recipiendo pretium illud, fuerint solemnitates seruatæ, *vt fuit dictum à Rota in dict. Romana census 7. Februar. 1607 coram Ortembergo*.

Quinimmò subextende hic obiter prędicta in tantum procedere, vt si minor, siue etiam alter promptam pecuniam non haberent, pro totius census extinctione, tunc dominus census poterit cogi ad illius extinctionem, in duabus vicibus, & præsertim, si medietas pro qualibet vice offeratur, *vt dicunt doctores allegati à Rot. coram Buratto, dec. 526. & prius in Rom. census 16. Nouemb. 1618. coram* Coccino, & Cinctus *de consf. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 2. fol. 102. vbi reprobat* Gratian. *post alios contrarium tenentem in disceptation. 223. numero quarto.*

246 Limita decimoquartò non habere locum, quando essemus in bonis, extra territorium Vrbis sitis, quia (vt superius diximus) solemnitates illius statuti non sunt seruandæ, cum statutum vires suas non protrahat, extra territorium statuentium, vt sæpius fuit decisum *à Rota, & signanter in vna Romana donationis 27. Aprilis 1587. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 782. nu. 2.*

247 Limita decimoquintò, quòd si minor, postquã est effectus maior per quinquennium tacuerit, tunc in tantum sibi præiudicat, vt propterea amplius de nullitate contractus dare non possit, veluti latè dicam in verbo minor, & ita quoq. ait *Sura. decis. 278. num. 11. & Rota in Asculana dotis 27. Februar. 1579. coram Card. Blanchetto.*

248 Extende id adeò procedere, vt neque minori dicta restitutio detur, etiamsi noua causa superueniat, *vt ait Arch. il. decis. 8. de rest. i. ipsi. & Pat. dec. 278. nu. 5. lib. 3 & ita quoque tenuit Rota in Asculana dotis 23. Februar. 1579. coram Robusterio*, & Menoch huiusmodi opinionem latè defendit *in tract. de recuperanda possess. 15. num. 18. cum seqq* vbi præcipuè ait, quòd solùm verus dolus ratificationem excludit, non autem præsumptus, & ratio est quia tacendo confirmatur, *vt fuit dict. à Rota in d. Asculana dotis 27. Februar. 1579. coram Card. Blanchetto, & in eadem 23. Februar. eiusdem anni coram Robusterio*, quod enim extende procedere, etiam in beneficialibus, in quibus restitutio non datur, post quadriennium, etiamsi contraret de bono iure, *Rot. dec. 233. lib. 2. diuersor. & dec. 853. lib. 3 part. 3. diuers. & Put. dec. 59. lib. 1. & dec. 370. nu 1. in nouis.*

249 Quòd tamen declara procedere, quando in obligatione adesset iusta causa alienandi, & in venditione solùm deficerent solemnitates; non autem consensus, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in decis. 249. num. 10. & Rota in Romana domus de Cuppis 10. Nou. 1600 corã Card. Sacrato.*

Secus autem si alienatio facta fuisset sine causa, siue cum causa, sed tamen non vera; veluti supra fuit demonstratum in limitatione decima, & veluti mox dicetur in sequẽti conclusione in principio, versiculo Fallit, & *Rota ibi coram Card. Sacrato in illa Romana domus de Cuppis.*

250 Item Declara, secus esse in vim statuti Vrbis in *c. 151 lib. 1.* vbi disponitur, quòd per taciturnitatem quinquennij, vel vlterioris temporis, minor postquam est effectus maior, non censeatur illum contractum ratificasse, *vt fuit dictum in Rom domationis de Cuppis 5. Iul. 1602. corã Card. Pamph. & Rota dec. 54. par. 1. in rec. nu. 3. & in Rom. nullitatis contractus 28. Iun. 1619. coram Buratto.*

Quod enim procedit, etiam quando minor in contractu, absque solemnitatibus statutarijs, & sine causa celebrato, iurauerit se esse maiorem, vt ait Ro-

ta per Burattum in sua decis. 410. *per totam*, & *per Cacheran. in decis.* 237. *num.* 1. & *in Romana nullitatis obligationis* 31. *Ianuarii* 1625. *coram Merlino*, & *in eadem*, 16. *Ianuarii* 1626. *coram Durano*.

Quinimmò, id quoque procedit, si in contractu duplex iuramentum adesset, nempè assertorium, & promissorium, vt ait *Rota in decis.* 54. *num.* 5. *par.* 1. *in recentior.* & penes *Picum ad Statutum Vrbis decis.* 5. *num.* 2. & *Marescote. Variarum resolutionum lib.*2.*cap.* 63.*num.*1.

251 Contrarium, quòd scilicet, præsumptus dolus sufficiat, ad excludendam ratificationem inductam *à l. fin.* C. *si min. mai fact.* & c. *tenuit Rota decis.* 102. *num.* 12. *parte secunda diuersorum.* & *Veral. decis.* 1. *par.* 3.

Et ratio est; quia in hac materia renunciationis enormis, siue enormissimę læsionis, Doctores communiter, & passim admittunt, dolum præsumptum, illi vero æquiparari, vt ait *Rota in d. dec.* 102 *sub num.* 12. *par.* 2. *diuers.*

252 Et ad id nota, quòd illud tempus quadriennii, siue quinquennij non incipit currere, nisi à die scientiæ; quia illud tempus est vtile, vt ait *Thesaur. dec.* 132. & 134. & *Rota per Burattum dec.* 404. *num.* 6.

Sed nota tamen, quòd scientia procuratoris sufficit, si haberet speciale mandatum, ad petendam restitutionem in integrum; quia si eam intra quadriennium non petierit, domino præiudicaret, vt ait *Rota decis.* 719. *num.* 1. & *seqq. par.* 1. *diuers.* Quinimò erit animaduertendũ, quòd ignorantia, quæ in hoc casu allegatur, ad effectum se excusandi, debet esse probabilis, & ex omni parte excusabilis, cum scientia, quamuis præsumpta, & ex coniecturis, etiam si sint remotæ, sufficiunt, vt ait *Rota dec.* 387. *num.* 3. & *seq. par.* 1. *diuers.* & *in Romana Saluiani coram Iusto, quæ est apud Marchesan. de commissionib. par.* 2. *fol.* 148. *num.* 2. & *prius in Florentina bonorum* 17. *Nouemb.* 1595. *coram Cardinali Pamphilio*, & *multa ait Marescot. variorum resolutionum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. *cum alis ibi per eum allegat.*

253 Vndè pro concordantia dictarum opinionum dicas tu, quòd dolus, siue verus, siue præsumptus, sit sufficiens ad eam ratificationem inducendam, quando illius notitia, sine qua ille remitti non potest, expressè concurreret, & sic, quòd minor factus maior sciuerit id, quod suam læsionem continebat. Secus verò, quando notitia expressè non concurreret doli aduersarii, siuè suum præiudicium ignorasset: quia tunc illius ratificatio nullo modo induci posset, vt ait *Soccin. in consil.* 59. *num.* 5. *lib.* 1. *Gabriel. conclus.* 4. *num.* 12. *de minor. Corn. consil.* 207. *num.* 8. *lib.* 3. *Roland. consil.* 72. *num.* 18. *lib.* 4. & *dec. Pedemont.* 179. & *Rota in dicta decis.* 102. *nu.* 4. *par.* 2 *diuers.*

Licèt tamen in Curia non attendatur quadriennii lapsus, quia eo non obstante datur restitutio in integrum, quando de læsione, siue iniustitia sententiæ, licèt ex nouiter deductis appareret constaret, veluti testatur *Rota per Burattum in decisione* 452. *num.* 7. & 8. & *decis.* 604. *num.* 1. & ibi aliæ decisiones allegantur, & *Rota decis.* 492. *num.* 1. *parte prima recentior. Cassador. decis.* 1. *num.* 3. *de restitut. in integrum. Capuaquen. decis.* 94. *par.* 3. & *Rota in Perusina Societatis* 20. *Maii* 1624. *coram Vbaldo*, & *in Romana restitutionis in integrum* 20. *Maii* 1624. *coram Manzanedo*.

254 Extende igitur, quòd ex causa ignorantiæ, restitutio daretur, aduersus præscriptionem, ĕt triginta annorum, secundum aliquos: alii verò dicunt, quòd ea detur aduersus illam quadraginta annorum; immò multi quoque volunt, quòd stante ignorantia petentis, illud quadriennium duret, etiam per centum annos, vt ait idem *Thesaur. dicta decis.* 134. *num.* 4.

255 Subextende prædicta, eò magis procedere, quando constaret sententiam esse notoriè iniustam: quia tunc etiam aduersus lapsum quadriennij restituitur minor, & Ecclesia. *Cæsar. de Grass. decis.* 15. *in fine de præbend.* & *dign.* & *Rota in Pranestina bonorum* 21. *Februarii* 1614. *coram Cardinali Sacrato.*

to. & in materia Ecclesiæ fuit decisum in *Adrien. iurisdictionis* 27. *Iunii* 1622. *coram* Pironano, *&* *in* Romana *restitutionis in integrum* 20. *Maii* 1624. *&* 18. *April.* 1625. *coram Manzanedo*, & *per Buratt. dec.* 604. *num.* 20. Immò quod etiam detur, qñ iniustitia non esset notoria, & maximè, si sententia esset Rotalis ait Buratt. *decis.* 393. *num.* 1.

256 Subextende secundò, procedere, quando intercederet enormissima læsio, vt ait *Rota dec.* 247. *in fine par.* 4. *diuers. & Cassador. decis. vnica de emption. & vendit.* Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 19. *num.* 66. *vbi de magis communi testatur Giurb. decis.* 106. *num.* 12. *&* Rota *per Coccinum in sua decis.* 445. *num.* 7. & *in Romana restitutionis in integrum* 18. *Aprilis* 1625. *coram Manzanedo*, & *per Buratt. dec.* 452. *in fine*.

257 Vltimò nota, quòd minor ætas ab eam allegante probari debet, nec illius probatio ex datione Curatoris sufficit, nisi in præiudicium illius, qui eum dare fecit. *Rota in vna* Parmen. *Status Lunæ* 21. *Februar.* 1596. *coram Seraphino*. *Caputaquen. decis.* 167. & 285. *lib.* 1. & in hoc multa dixi in verbo Aetas, vbi recurrere poteris.

Item, quando solemnitates in contractibus minorum adhibendæ, ex cursu temporis adhibitæ præsumantur, vide in Conclus. 85. *num.* 148. *cum seqq.*

ARGVMENTVM.

DE VALIDITATE, ET INVALIDItate variarum alienationum in genere.

CONCLVSIO LXXXVII.

1 ALIENATIO de bonis minorum nota, quòd fieri potest, veluti si fuerit nupta aliqua puella, & maritus noluerit dotem in bonis stabilibus recipere, veluti fuit decisum in *Romana Casalis Veneris* 3. *Aprilis* 1615. *coram Dunozetto, quæ est in secunda par. recentiorum decisione* 675. *num.* 2. & *Surd. decisione* 2 *num.* 18.

2 Extende primò, idem quoque procedere ex alia causa necessaria: quia tunc alienatio prædicta censetur permissa, vt ait idem *Surdus decisione* 86. *num.* 9.

3 Extende secundò, quòd alienatio per minorem, etiam, absquè solemnitate, facta, sustinetur, si minor factus maior per quinquennium tacuerit; quia tunc tacendo confirmatur, idem *Surd. decis.* 278. *num.* 11. Rota *in Asculana dotis* 27. *Februarii* 1579. *coram Cardinali Blanchetto, & in eadem* 23. *Febr. eiusdem anni coram* Robusterio.

4 Fallit tamen primò, quando alienatio esset facta, sine causa, vel quando causa non esset vera, quę in alienatione narratur, vt in præcedenti conclusione latè fuit demonstratum, & *Rota in Romana domus de Cuppis* 10. *Nouembris* 1600. *coram Cardinali Sacrato*, siue etiam, quando nullitas ex defectu consensus resultaret, vt dixi in fine præcedentis conclusionis.

5 Fallit secundò, attento Statuto Vrbis in capitulo 151. libro primo, cuius enim dispositione, nec per taciturnitatem quinquennii, nec alterius temporis minor, quando est effectus maior, censetur ratificasse illum contractum, qui sine solemnitatibus fuit celebratus, vt fuit dictum in *dicta Romana donationis de Cuppis* 5. *Iulii* 1602. *coram Cardinali Pamphilio*.

6 Concorda tu tamen prædictas opiniones, vt dixi in præcedenti conclusione in limitatione 15.

7 Extende tertiò, quòd etiam alienatio bonorum Monasterii sustineatur, quando Prior loco Abbatis interuenit, veluti fuit decisum in *Romana Casalis Longhezza.* 27. *Maii* 1594. *coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione* 1080. *numero primo, & tertio*.

8 Et in dubio in tali alienatione facta per Monasterium præsumuntur omnes Monachi conuocati, nisi de contrario constaret, vt ait *Rota ibi supra numero nono*.

6 Extende quartò, quòd alienatio facta,

quando essemus in confessionibus obligatorijs de præterito: quia tunc solemnitates non essent necessariæ. Secus verò, si essemus in illis obligatoriis de præsenti, vt fuit dictum à *Rota ibi coram Ottembergo, & prius in Romana dotis 10. Ian. 1600. coram Card. Sacrato.*

191 Declara secundò, non procedere, quando essemus in simplici qualitatis declaratione, & actus, qui declaratur, fuit per seipsum validus, & solemnis: quia tũc solemnitates statuti de nouo non essent necessariæ. Secus autem, si actus, qui declararur erat per se nullus, & ille qui fieret ad liberandum tenderet: quia tunc, cum iste actus habeat vim de non petendo: Idcircò solemnitates statuti adhibendæ venirent, vt fuit dictum in dicta *Romana societatis coram Ortembergo, & est pulchra decisio 723. num. 15. par. secunda in recentior.*

192 Declara tertiò, non procedere in confessione minoris, & mulieris adminiculata, veluti in terminis statuti Vrbis tenuit *Acchil. dec. 1. de confess.* & fuit dictum in *Romana societatis 9. Febr. 1607. coram Ortembergo.*

193 Subdeclara tamen, quòd adminicula ista, debent esse præponderantia confessioni, & coniecturæ debent esse appatentes, vt ait *Mohedan. decis. 2. de confess. per tot. & Rota dec. 177. num. 6. & 7. par. 2. diuers.*

194 Declara quartò, non procedere in quietatione à muliere facta, pro dote restituta: quia isto casu quietãtia dicitur necessaria, vt fuit dictum in *Romana dotis 8 Mart. 1568. coram Grato.*

195 Declara quintò, non procedere in retrouẽditione census, ob quam minor, siue mulier, sine solemnitatibus pretium recipere valent. Et ratio est, quia tunc illud recipiendo locupletiores fieri dicuntur, vltra quòd ille casus dicitur necessarius, ob Bullam Pij Quinti, vt fuit dictum in *Romana hereditatis 29. Nouembris 1602. coram Litta, & in alia Romana census 7. Februar. 1607. coram Ortembergo.*

Subdeclara tamen eam declarationem in tantum procedere, & quando solutio illarum pecuniarum fuisset facta minori, cum auctoritate Iudicis, & Curatoris: tunc ad debitorem non spectaret onus inuestiendi pecunias solutas. Atsecus, si absque solemnitatibus fuisset facta solutio; quia tunc soluens, non liberaretur, nisi per eum probaretur minorem fuisse factum locupletiorem, vt ait *Grat. lib. 4. discept. cap. 761. num. 15. & seq.* & in istis terminis fuit ita decisum à *Rota in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuar. 1626. coram Durano.*

Rursus Subdeclara prædicta procedere, dummodo census intra duos menses extinguatur à die disdictæ, aliàs noua disdicta esset necessaria, necnon, quãdo illius solutio fiat in numerata pecunia, iuxta formam Bullæ Pij Quinti de censibus, & veluti firmauit *Rota in decis. 488. num. 4. par. 2. recent. & dec. 173. num. 4. penes Cincium de censibus, & in alia Romana census 22. Mai 1630. coram Pirouano*, vbi animaduertit, quòd depositum pecuniarum fiat per Iudicem competentem: aliàs illud pro dicti census extinctione non sufficeret, idem ait *Alex. consil. 103. num. 4. lib. 5. Roland. cons. 63. num. 32. lib. 1. & Rota per Gregor. decis. 146. num. 9.*

196 Declara sextò, non procedere in cõtractu matrimoniali, & ab eo dependentibus, vt ait *Caputaquen. dec. 3. num. 2. p. 3.* quæ loquitur in terminis istius statuti Vrbis *cap. 151. lib. 1.*

197 Sed reassumendo iterum dictam cõclusionem, de solemnitatibus in alienationibus minorum, & mulierum, iuxta formam statuti Vrbis adhibendis, Limita primò, eam non procedere, quando consuetudo loci contrarium operaretur, quòd scilicet actus alienationis, vnà cum decreto Iudicis incontinenti fieret: quia tunc causæ cognitio veniret præsumenda: licèt regulariter secus sit, etiam si Notarius eam interuenisse attestetur, vt ait *Rota per Acchill. de Grass. decis. 3. de præsumpt.* Sed est benè verùm, quòd ad hoc, vt dicta consuetudo allegãti prosit, ea prius, per eum probari debet: veluti firmat idem *Achil. vbi supra*, & vt latius dicam in verbo Consuetudo, &c.

198 Declara tñ iuxta *Franch. in sua dec. 242. in fine*, quòd decretum Iudicis, non solum possit præcedere, sed etiam contractum subsequi.

Con.

199 Contrarium tamen opinionem ego puto veriorē, & ratio est, quia cum decretum non soleat interponi à Iudice, nisi praecedente causae cognitione, nec minus contractus minoris in alienando fiat nisi prius, super hoc iusta causa concurrat, Igitur erit concludendum, quòd illud decretum necessariò praecedere debeat, & non subsequi contractum, aliàs Iudex diceretur, sine causae cognitione processisse, & sic vti persona priuata egisse videretur, vt fuit dictum à *Rota in vna Mediolanen bonorum, seu Emphiteusis. Veneris* 18. *Aprilis* 1603. *coram Gregorio* XV. *quae est in eius impressis decis.* 105. *num.* 4. & 22. & *faciunt ea quae ait Afflict. in d. decis.* 87. *num.* 2. & *ibi Vrsil. in addit.*

200 Tenendo autem primam opinionem, amplia eam multò magis procedere, quando in decreto Iudicis adesset clausula omni meliori modo, &c. vt ait *Aechil. in dicta decis.* 3. *num.* 3. *vers. tenuerunt tit. de praesumpt. Put. decis.* 364. *num.* 2. *lib.* 1. & *Rota in Romana donationis de Grandis* 16. *Februarii* 1601. *coram Penia.*

201 Et ratio istius opinionis est; quia sufficit, quòd causę cognitio ęquipollenter, aut indirectè enuncietur, vt ait *Gacr. cons.* 23. *num.* 5. *vers. idcirco lib.* 1. & *fuit ita decisum in vna Catanien. illegitimatis* 10. *Ianuar.* 1581. *coram Aldobrandino postea Clemente Octauo*, & *Afflictus in decis.* 149. *nu.* 2. vbi ait, quòd decretum Iudicis non valet, si illud sine causae cognitione fuerit interpositum.

202 Sed tenendo secundam extende illam eodem modo procedere in solemnitatibus statuti adhibendis, quae de tempore contractus interuenire debent, non autem ante, vel post, quia illud statutum fuit conditum pro integritate minorum, & mulierum, & per consequens in ipso actu solemnitates, ad eorum damnum euitandum, sunt adhibende, vt fuit dictū in *Ciuitatis Catielli bonorum* 26. *Mart.* 1569 *coram Litta.*

203 Limita secundo dictam conclusionē non procedere, vbi essemus in bonis mobilibus, quae seruando seruari non possunt, quia tunc ea sine decreto, & solemnitatibus alienari possunt, at secus si è contra, vt ait *Franc. Viuius in decis. Neapolit.* 22. *Peguerr. decis.* 106. *consilii Cataloniae.*

204 Sed tunc nota, quòd non creditur tutori, si postea dicat pretium illorū bonorum versum fuisse in vtilitatem minoris, quia dicta alienatio praesumitur in illius fraudem facta, vt dicit *Fran. Marc. decis.* 248. *num.* 1. *in* 1. *parte.*

205 Declara tñ istud incūbens spectare ad emptorē, qui tenētur versionem probare in vtilitatem minoris, quando tamen ex necessitate vendit, *Rota apud Cinc. de censibus decis.* 25. *num.* 1. & *seqq. in Romana census coram Bubalo*, & *ibidem dec.* 287. *num.* 4. & *prius decis.* 8. *num.* 10. & *Rota in decis.* 681. *num.* 5. *parte* 1. *in recentior. Surd. decis.* 156. *num.* 9. & *penes eundem Cincium decis.* 35. *num.* 9. & *decis.* 309. *num.* 11. & *deniq. in Rom. rescissionis contractus* 26. *Nou.* 1618. *coram Card. Caual.*

206 Extende idem procedere in emptore feudi, qui tenetur probare pretiū fuisse versum in causam licentiae, vt ait *Octau. Caccher. decis.* 171. *Senat. Pedem.* & *Grat. decis.* 182. *Rota Marchiae.*

207 Secus autem contingit, quando sumus, in alienatione bonorum Ecclesiae, siue minoris, ex causa voluntaria, quia tunc emptor non tenetur probare versionem in vtilitatem Ecclesiae, veluti, quando alienatio esset facta causa vtilitatis, licèt secus (vt supra dixi) quando ex causa necessitatis fieret, quia eo casu emptor tenetur esse sollicitus, vt precium ita conuertatur, *Rota in decisione* 301. *parte* 4. *nouissim.* & *Gratianus capit.* 45. *mox allegan. num.* 35. & *Rota in praallegatis decisionibus apud Cincium de censibus, idem Gratianus lib.* 4. *disceptationum capit.* 761. *num.* 15. & *sequentibus.*

208 Declara tamen, quòd quamuis illud onus probandi versionem pecunię, in aliam causam videretur remissum, quando solutio eidē fieret, pro quo fuit initum pactum reinuestiendi, tamen istud intellige pcedere, vbi ageretur solūmodo de ipsius recipientis Interesse, at secūs si illud tertij quoq. cōcurreret: q̄a tūc ad eius fauorem esset necessarium pecuniā, ex alienatione erogarā inuestire, cū tali casu illud onus probandi versionem sublatū non censeatur, & sic illa probatio ad

ad venditorem, non autem ad emptorem spectat, cum quis regulariter non debeat esse sollicius de persona contrahẽtis, quod tamen in dubio procedit, secus autem vbi constaret, cui istud onus subrogandi pecuniam esset iniunctum *Grat. lib. 1. discept. dicto cap. 45. num. 22. & 23. cum seqq. & Rota in dicta Romana censuus superius allegata 23. Ianuar. 1591. coram Bubalo* vbi pari modo pulchrè declarat, quod quando alienatio rei minoris, vel Ecclesię fit ex causa necessaria, pro soluendo ære alieno, tunc emptor curare debet solutionem conuerti in causam, propter quam fuit facta venditio; Si verò fiat ex causa voluntaria, ob vtilitatem Ecclesię, seu minoris, eo casu emptor versionem probare non tenetur, & huiusmodi distinctionem approbauit Rota *in Romana censuum de Romulis 18. Iun. 1599. coram Penia, subdens* Rota *ibi coram Bubalo; quod decisio* Rubei *in Romana domus de Pectonibus* procedit in 1. casu. In 2. verò casu procedit decisio in *causa Auximana bonor. & Anconitana terrarum 1578. coram Card. Seraph. sub die 13. Iun. vt testatur Grat. ibi sup. nu. 34. & seqq.*

209 Et quòd regulariter cõtrahens, cum alio non teneatur esse sollicitus, quòd pecuniæ in causam exprępssam vertantur, tradit *Surd. in decis. 156. num. 9. Rota dec. 681. num. 5. part. 1 in recent. & dec. 35. num. 9. panes Cinc. de censibus,* vbi agitur de contrahente cum muliere, *& est quoque decisio apud eundem Cinc. 309. nu. 11. & fuit dictum in Romana rescissionis contractus 26. Nouembris 1618. coram Card. Caualerio*, vbi fuit decisum, quòd emens fundum dotalẽ à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum, pro cuius solutione fit venditio, fuerit conuersum in vtilitatem mulieris, immò nec etiam id facere tenetur contrahens cum personis priuilegiatis, puta Ecclesia, & minores; quibus in casibus non tenetur de versione esse sollicitus, nisi quando alienatio fieret ex causa necessaria, at secus si ex voluntaria, vt distinguit *Rota in dec. 8. num. 10. & dec. 29. num. 1. & decis. 287. num. 4. quæ omnes decisiones sunt panes Cinc. de censib. & Rota dicta decis. 881. num. 5.* Veluti dicitur procedere etiam, quando sumus in mutuo, vbi versionis probatio est necessaria, vt ait *Rota per Gregorium XV. in decis. 511. num. 12.* & ex quibus pręsumptionibus probetur versio, *ait Gregor. XV. in decis. 31. & ibi in addit.*

210 Sed tu melius, & clarius cum *Rota* distinguas *in* Romana *nullitatis obligationis Veneris 16. Ianuar. 1626. coram Durano*, vbi ait; Aut minor validè contraxit nempè cum solemnitatibus statuti, & tunc dictus minor tenetur probare versionem illius pecuniæ, in ipsius damnum àbijsse, & sic illud pretium, quod recipit à se fuisse deperditum, & malè consumptum, aut verò nulliter, idest sine solemnitatis contraxit, & tunc ille, qui cum minore contraxit, tenetur probare versionem in illis vtilitatem, & ea optimè probaretur, si minor haberet pecuniam saluam, vel aliquid ex ea emptum, vel eam expendisset in causam, in qua erat necessarium propriam expendere, *vt est decisio in terminis 678. num. 7. par. 1. in recent. & Grat. lib. 4. discept. cap. 761. nu. 15. & seq.*

211 Extende, quòd neque isto casu minor etiam obligaretur naturaliter, nec minus ad antidoralia, quod est benefacienti benefacere: immo nec etiam in foro conscientiæ, quando versio in illius vtilitatem non probatur, vt fuit dictum in dicta Romana *nullitatis obligationis coram Durano*.

212 Et ad hoc, vt quis excusetur in foro animæ sufficit adesse statutum, siue aliam legem nullitatem actus inducentem, aliàs sequeretur, quòd illa lex, siue illud statutum esset vitiosum, quia illaquearet animas multorum, & id eò magis fieret verum, si per Romanum Pontificem illud esset roboratum, vt dicunt *Doctores allegati à Rota ibi coram Durano per doctrinam Bald. consil. 285. vers nec aliter lib. 2.*

213 Sed ego declararẽ verũ secundum me ꝙ scilicet minor in foro animę, quoad restitutionem excusetur, dummodo tempore initi contractus non sciret ex tali ratione ab huiusmodi solutione se tueri posse; secus aũt si è cõuerso, quia tunc in eo concurreret dolus, qui nihil aliud est, nisi quædam caliditas adhibitita, ad alium decipiendum; quod enim faceret, vt in eo conscientia in non restituendo

ac.

acceptum tutus non fieret, quia dolus numquam tàm de iure Ciuili, quàm in foro animæ alicui auxilium, & immunitatem præstat, vt latè dicam in verbo Dolus, & sic igitur secus esse deberet, si dictus minor à principio contractus verè importantiam suæ obligarionis sciuisset; quia tunc neque etiam in conscientia, in non restituendo excusaretur; aliàs talis opinio mihi videretur valdè duta, & præsertim, quia hodie adeò creuit malitia hominum, vt non vix nati optimè eorum interesse, absque alterius traditione sciant; veluti quoque colligi potest ex ipsamet decisione facta in dicta *Romana vtilitatis coram Durano*.

Præterea erit notandum, quòd dicta versio in vtilitatẽ, etiam ex præsumptionibus, & coniecturis probari potest, & optima coniectura illa erit, quando pecuniæ fuerunt datæ tempore indigentię & eas recipiens eius indigentijs bene consuluerit, & eò magis, quando modicum tempus inter receptionem pecunię, & versionem intercesserit, vt ait *Menoch. de arb. casu* 432. *num*. 33. & *de præsumpt. lib*. 3. *præsumpt*. 55. *num*. 4. *viden*. *Grat. lib*. 1. *discept. cap*. 107. *num*. 20. & *lib*. 2. *cap*. 260. *num*. 32. *Surd. dec*. 55. *num*. 6. & *seqq*. & *Rota per Gregor. decis*. 31. *num*. 3. & latè fuit deductum in *Romana pecuniaria* 29. *Nou*. 1627. *coram Card. Vrsili*, & *per. Buratt. dec*. 546. *nu*. 4. & *ibi per addentem*.

214 Limita tertiò, quòd solemnitas pari modo non requiratur, quando alienatio fiat, vel ex mandato auctoris, vel legis, vt ait *Magon, dec. Florent*. 22. *num*. 7. & *Surd. decis*. 54. *num*. 8. *Vrsil. ad Afflict. in dec*. 249. *num*. 2. vbi dat exemplum, quando testator dedisset licentiam tutori, de vendendo res stabiles pupilli, & ei in hoc plenam administrastionem dedisset, quia tunc tutor, absque decreto, & solemnitatibus alienare posset, veluti eodem modo sequeretur, quando contractus minoris fieret in necesseriam obseruantiam illius obligationis, iam cum Patre, aut illius auctore initæ, vt ait idem *Magon. in d. dec*. 22. *nu*. 7.

215 Contrarium tamen fuit decisum à *Rota Maceraten. veluti testatur Gratian. decis*. 131. *num*. 4. vbi ait quòd voluntas Patris, vel alterius auctoris non sufficit, si ue accedat per contractum, siue per vltimã voluntatẽ, veluti, nec sufficeret illa facultas alienandi data in genere à testatore minori, sed requiritur facultas alienandi in specie vnam rem certam, quia tunc omnis læsio minoris cessaret.

216 Secus, quando non esset determinata licentia, quia tunc, siue simus in debito Paterno, siue in proprio semper solemnitates erunt necessariæ, nec eo casu facultas data in genere sufficere t, cum ea, solemnitates in distractione bonorum minoris necessarias, non tollat iuxta tradita per *Gratian. in præallegata sua decis*. 131. *cum ibi alleg*.

217 Limita quartò, quòd solemnitates non sint necessariæ, quando bona venderentur, quæ facile ob tirrannos ammitti possent, vt ait *Vrsillus ad Afflict. dec*. 87 *num*. 2.

218 Limita quinto non procedere statutum Vrbis, nec non alias leges de prædictis solemnitatibus loquentes: veluti si essemus in venditione alicuius Molendini, ob aquarum inundationem facilè deperdituri, vt ait *Ruinus cons*. 63. *lib*. 1. *Paris. cons*. 97. *lib*. 1. & *alii quos allegat idem Vrsil. in dicta decis*. 87. *num*. 2. & *in decis*. 249.

219 Limita sextò non procedere in minore cum muliere contrahente, quia tũc intrat illa Regula, quòd priuilegiatus cõtra alterum priuilegiatum priuilegio non vtatur, sed isto casu priuilegia conquassãtur, vt fuit dictũ à *Rota in vna Rom. Vineæ de Scapputiis in iisdem terminis statuti Vrbis* 10. *Mart*. & 18. *Aprilis* 1578. *coram Cardin. Blanchetto, quæ est decisio* 558. & *part*. 1. *diuers*. & *prius dec*. 557. *num*. 1. *Lancell. cons*. 66. *num*. 1. & 2. & *fuit dictũ in vna Firmana restitutionis dotis* 23. *Iun*. 1603. *coram Penia, quæ est penes Piccum ad statutum Vrbis decis*. 57. *num*. 4. & *in Romana pecuniaria de Rusalinis Ven*. 5. *Iun*. 1620. *coram Buratto*, & *per Gregor. decis*. 164. *num*. 4. *cum aliis congestis ibi per addent. sub littera B.* & *in alia Ariminen. legatorum* 16. *Iun*. 1625. *coram Manzanedo*.

220 Sublimita tamen id non habere locum, quando vnus tractaret de damno euitando, alter verò de lucro captando; quia tunc ille, qui tractaret de dammo euitando, posset opponere defectum solem-

solemnitatum statuti, vt ait *Rota in dec. 575. part. 1. deuers. & in Romana census 22. Iun. 1611. coram Manzanedo, & late Menoch. in consi. 242. & Lamberteng. ad statutum Mediol. propè finem num. 125. latè Picus ad statutum Vrbis glos. 7. num. 83.* Rota decis. 218. *num. 6. part. 2. in recentior.* & in Romana census 19. *Decemb. 1615. coram Coccino, & prius in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram* Cardin. Lancellotto, & in Bononien. *census 17. Mart. 1608. coram Card. Marcomontio,* & in illa Rom. *pecuniaria coram Buratto,* & in alia *Ariminen. legatorum coram Manzanedo.*

221 Sed si vterque de damno euitando ageret, tunc potior esset causa illius, qui conuenitur, & sic rei; & ratio est, quia semper fauorabiliores sumus reo, quàm actori, vt fuit dictum in *Romana prætensi erroris calculi* 21. Iun. 1610. *coram* Gregorio Decimoquinto, *quæ est in eius impressis decisio* 463. & *prius dec. 164. num. 6.*

222 Præterea hic erit notandum, quòd si, verbi gratia, contractus minoris, pro alio minore fuerit factus, & valeat, tunc ille minor, qui fideiussit, non potest conueniri, donec principalis est soluendo, vt ait *Surd. decis. 164. num. 8.* Licèt secus, quando obligatio Cameralis adesset, quia tunc beneficium excussionis amittitur, veluti dixi, in verbo Auditor Cameræ, & ibi recurras.

223 Limita septimò, quando minor contraheret cum Ecclesia, quia tunc solemnitates non sunt necessariæ, vt ait *Caputaq. dec. 172. num. 9. & decis. 194. part. 3. vbi loquitur in terminis statuti Vrbis Castr. consi. 432. num. 2. volum. 1. Honded. consi. 31. num. 106. lib. 1. Carpan. ad statutum Medislan. cap. 328. num. 115.* & *Rota in Romana pecuniaria de Busalinis Veneris 15. Iun. 1620. coram Buratto, & dec. 461. num. 11. part. 1. in recentior. & fuit ita quoque resolutum in vna Maceraten. prædij 19. Ianuarij 1624. coram* Remboldo.

224 Et ratio ea est, quia quæ spiritu Dei aguntur, sub lege non cadunt, vt fuit dictum in Romana *aperitionis oris Veneris* 8. *Mart.* 1613. *coram Card. Sacrato.*

225 Extende ea quæ fuerunt dicta de minore solemnitates statuti adhibere debente, procedere quoque in alienatione bonorum Vniuersitatis, & ratio est, quia Vniuersitas gaudet huiusmodi priuilegio, & pupillo equiparatur, nec non Ecclesiæ, *Put. decis. 50. lib. 3. Crescent. decis. 153. num. 6. part. 1. in recent. & prius in vna Pacen. Parrochialis 28. Maii* 1593. *coram Card. Seraph.*

226 Vndè videmus, quòd veluti, quando agitur contra pupillum, actor debet petere, vt ei tutor, siue curator, aut defensor constituatur, ita quoque erit idem faciendum, quando agitur contra Vniuersitatem, quia tunc actor petere debet, vt Syndicus constituatur, aliàs ei imputadũ erit, si id facere omiserit; Sed si forsan nullus syndicus fuerit ab Vniuersitate constitutus, vel si sit constitutus, sed sit absens, aut valetudinarius, siue alio modo inhabilis, tunc quilibet etiam extraneus ad agendum, pro Vniuersitate admittitur, vt dicunt *Doctores allegati à Nicolao Losao in suo tractatu de iure Vniuersitatis part. 2. cap. 1. num. 4. & seqq. fol. 88. & in 3. parte cap. 10. num. 5. fol. 167. & cap. 18. dicta part. 3. fol. 220.*

Sed animaduertendum tamen erit, quòd ad hoc, vt alienatio bonorum Vniuersitatis legitimè fiat, sunt seruanda requisita, *l. fin. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* quę talia sunt, nempè primò, vt interueniat maior pars eorum, qui in loco sunt, & super finibus bona possideant. Secundo, quòd isti iurent se credere, quòd talis alienatio sit Ciuitati vtilis. Tertiò, quòd Iudex causa cognita eius decretum interponat. Quartò, quòd bona alienanda subhastentur. Quę tamen declara procedere, quando essemus in alienatione, siue in donatione rerum, quæ essent merè Iuris publici, idest ad vsum publicum destinatæ, vt sunt ædificia, plateæ, Theatra, Pontes, fontes, & similia; secus verò, quando res quæ alienantur, siue donantur, essent ad vsum priuatorũ destinatæ, prout sunt pascua, domus, terræ aratoriæ, Molendina, & similia, quia tunc in isto secundò casu solemnitates non essent necessariæ, quando tamẽ donatio à Ciuitate facta esset remuneratoria, ob seruitia alicuius in eam, vt fuit firmatum à *Rota in vna Sabinen. alluuionis Veneris 24. Maii 1624. coram Pirouano.* Et ratio præcipuè, quæ deducitur in huiusmodi donatione, ea est; quia donans

donans non præsumitur iactare suum, quæ tamen non militat in alienatione, quia in ea prędictę solemnitates sunt necessariæ; Licèt mihi videatur, quod saltem Iudex deberet cognoscere circa qualitatem seruitiorum; nempè si illa æquiualeant, siue rei donatæ præponderent, & ratio est: quia minor, siue vniuersitas, cui æquiparatur, in quacumq. causa, vbi directè, vel indirectè lædi possit, & per Iudicis decretū, & cęteras solemnitates adhibere tenetur, veluti dixi supra *num.* 183.

Quod enim facilè contingere potest in negotiis, & interesse Vniuersitatis, quæ, vt dici solet, sępè negliguntur, & serius alijs expediuntur, & multa denique ex adhærentia Ciuium in damnum publicum, & ad particularis vtilitatem fieri solent: & quæ fuerunt dicta de donatione facta ab vniuersitate solemnitates nō requirente, procedunt etiam in ea facta à minore, quando res donata esset modici momēti, & ex qua lęsio considerabilis illi non resultaret, pręsertim si ille esset diues, & donatarius pauper aliàs secus, vt fuit dictū in *Sabinen. alluuionis coram Pirouano*. Quamuis tamen magis mihi placeret, si in consideranda rei donatæ qualitate, Iudicis cognitio adhiberetur iuxta præallegata superius; sed si contingat ob id fieri mandatum procuræ in personam alicuius ab vniuersitate; tunc quę sint adhibenda, vt legitimè factum dicatur *vide supra in conclusione* 85. *sub num.* 236.

227 Limita octauò in muliere, & minore qui pecunias in eorum vtilitatem reuera conuerterent, veluti in debitorum extinctionem, & similia, & ratio ea est ne minor, & mulier cum aliena iactura locupletentur, vt fuit dictum in *Romana Societ. officii* 13. *Feb.* 1605. *coram Litta.*

228 Sed quomodo, & cui incumbat istud onus probandi versionem in vtilitatem minoris, & mulieris, dixi supra in versiculo sed tu melius, & clarius, sed prius in versiculo Et quamuis illud onus, vbi pulchra dixi in hac materia *sub num.* 205. & 207.

229 Declara tamen, quòd in consideranda vtilitate minoris in venditione alicuis fundi, ad hoc, vt illa alienatio, sine solemnitatibus teneat, dicta vtilitas debet considerari, non in augendo patrimonio, sed in eo nō diminuendo, veluti quia plus esset in censu, quàm in redditu, vt ait *Sard. dec.* 278. *num.* 23.

230 Extende dictam limitationem procedere, etiamsi mulier reciperet pecunias ex legitima causa, sed eas postea marito in aliā causā dederit, quia nihilominus ea ad illarum solutionem tenetur, quia satis est, vt accipiat in causam permissam, licèt etiam postea in aliam non permissam conuertat, vt fuit dictum in *Romana Vinea* 21. *Aprilis* 1589. *coram Comitulo*, & *Rom. fideiussionis* 13. *Maii* 1596. *coram* Card. *Seraphino*, *quæ est in tius impressis decis.* 1187. *num.* 1. & *in Romana nullitatis contractus* 28. *Februar.* 1611. *coram Ortembego*. vbi in specie ait, id esse verum, quando agitur inter mulierem, & tertium creditorem, quicquid sit, si mulier agat cōtra maritū, vel eius hæredes pro suæ dotis restitutione.

231 Declara tamen id procedere, quando agitur de contractu voluntario, secus autem quando ageretur de contractu ex causa necessaria, quia tunc contrahens cum muliere ex causa necessitatis, tenetur curare, vt pecuniæ in causam expressam necessariam conuertantur, vt superius dixi in versiculo, Et quando dictum onus, & veluti *ait Rota in Romana de Romulis* 18. *Iun.* 1599. *coram Penia* & *in Romana census, seu Saluiani interdicti* 23. *Ianuarii* 1591 *coram Bubalo.*

232 Limita nonò non procedere in minore viginti annorum, qui sit solitus negotiari, & semper in suis negotiis prudenter se gerere, & rem suam cum maxima sagacitate, & prouiditate procurare, vt fuit dictum in *Romana negotiationis* 5. *Iul.* 1576. *coram Robusterio*, & ratiò est, quia tunc ex eo contractu præsumitur factus locupletior, vt ait *Auth. quæst.* 38. *lib.* 2. *per tot. Rom. cons.* 318. *per totum Stracc. de mercatura par.* 3. *nu.* 30. *Sfort. Odd. de restit. in integr. quæst.* 51. *nu.* 51. & 52. *Mascard. de prob. concl.* 1162. *nu.* 16. & 17, & *Rota in Rom. negotiationis* 5. *Iul.* 1576. *coram Robusterio*. At secus, quando essemus in minore negociari nō solito, quia tunc vtilitas ad illius fauorē nō præsumitur nisi per allegātem probetur, vt ait *Rota dec.* 678. *num.* 6. & 7. *part.* 1. *recentior.* & *in Roma-*

na

na nullitatis obligationis 15. *Ianuar*, 1626. *coram Durano*.

Et nota, quòd minor solitus negotiari non dicitur, ex vnico actu negotiationis; sed plures sunt necessarii, quia cum simus in actibus, qui tractum successiuum habent, idcircò actuum reiteratio est necessaria, quẽadmodũ videmus ẽt de vno hoc, vt dicatur probus, siuè, quòd quis dicatur leno, aleator, fœnerator, & meretrix, & sic in omnibus aliis, qui tales ab exercitio denominãtur, q̃a tũc in illis vnicus actus non sufficeret; at secus vbi essemus in illis, quorum nomina delicta significant, vt est latro, calumniator, & homicida, quia tunc in ipso vnico, & primò actu tales dici possunt veluti dixi in *concl*. 48, *sub num*. 60. & *ita dicunt omnes Doctores allegati à Gratian. lib*. 1. *disceps. cap*. 135. *nu*. 7. & *lib*. 2. *cap*. 213. *nu*. 49. *cum seqq*.

233 Limita decimò in minore adultò, cuius enim contractus, licèt sit nullus, ex defectu solemnitatum, tamen ipse minor ex tali contractu sic nulliter gesto possessionem in contrahentem cum eo transfert, vt fuit dicum à *Rota per Puteum dec*. 177. *num*. 1. & *seqq*. *Acchil. de Grass. decis*. 15. *alias* 120 *de restit. spoliat. nu*. 4. & multò magis id procederet, quando contractus esset validus, cum solemnitatibus; nam semper contractus minoris cum solemnitatibus est præferendus illi sine, vt ait *Rota per Buratt. in sua decis*. 365. *num* 1.

234 Extende prædicta in tãtum valere, vt neque propterea illi minori possit competere remedium capituli reintegrandæ possessionis, *Put. dicta dec*. 177. *nu*. 1. *lib*. 1. *Acchil. dicta decis*. 15. *alias* 120. *num*. 1. & 2. *de restit. spol*. & *idem Put. decis*.

235 Subextende id multò magis procedere in beneficialibùs, in qnibus post lapsum quadriennium restitutio non datur, etiam si de bono Iure constaret, vt ait idem *Puteus decis*. 278. *num*. 5. *lib* 3.

236 Secus autem in petitiorio, quia illud benè ei competeret idem *Put dicta decis* 177. vbi tamen declarar, illam extensionem, & limitationem prædictas procedere, quando essemus in vi compulsiua; at secus in expulsiua, vt dicunt *Doctores super Puteum allegati, et Acchil. in præcitato loco*.

237 Declara insuper ea, quæ fuerunt dicta in materia translationis possessionis per minorem factæ, non procedere in pupillo in quo non potest esse consensus, cum ea, quæ videt ignoret, vt ait *Acchill*. & *alii, ibi supra Surd. dec*. 25. *num*, 16. *Aym. consil*. 287. *propè finem*, & *Rota in Romana tutela Veneris* 29. *Martii* 1583.

228 Subdeclara tamen primò non procedere, quando pupillus cum auctoritate tutoris contraxisset, quia illo casu ipse possessionem, veluti minor transfert, vt ait *Rota decis*. 93. *num*. 3. & *seq. parte* 2. *diuersorum*.

239 Subdeclarara secnndò prædicta posse procedere, quando alienatio fuiset nulla ex defectu solemnitatum, at secus si ex defectu consensus, vt distinguendo ait *Put. dicta decis* 278. *num*. 7. *lib*. 3.

240 Et ratio est, quia in restitutione in integrum lapsus quadriennii, & sententia rem iudicatam confirmans, denegando restitutionem, inuicem ęquiparantur, vt ait *Put. ibi supra num*. 5. Et *Acchil. de de Grass. in decis*. 86. *seu* 8. *de integ. restitutione num*. 1. ait, id in tantum valere, vt propterea lapso quadriennio, etiamex noua causa, maiori non detur restitutio.

241 Extende ea, quæ fuerunt dicta de minore procedere quoque in Ecclesia, quæ pari passu ambulat, cum minore idẽ *Puteus dicta dec*. 216. *num*. 1. *lib*. 3.

242 Limita vndecimò, quòd istæ nullitates contractus à minore non seruatæ, non posunt ab alio tertiò allegarit, sed ab eo solùm, in cuius fauorem alienatio eiset nulla, *vt ait* Rota *decis*. 133, *num*. 12. *parte* 1. *diuersurum Seraph. decis*. 334. & 347. & 356. *omnino viden*. & *per Coccino decis*. 81. *num*. 6. vbi ait, nullitatem non pose allegari ab eo, qui non est in causa, & ita quoque fuit dictum in vna Romana *domus*, & *hospitii Vener*. 11. Maii 1584. *coram Clemente octauo*, & *dec*. 8. *col. fin. in princ. de testam. in antiquis*.

243 Limita duodecimò non procedere in venditione facta de fructus; quia prohibitus alienare vnam rem non censetur prohibitus illius fructus distrahere, vt fuit dictum in R*omana executionis* 22. *Maii* 1594. *coram* Litta.

244 Limita decimotertio non procedere

in

in retrouen litione census, quam fecit minor, siue mulier recipiendo precium, quia iste casus, qui fit vigore Bullæ Pii Quinti dicitur necessarius, & propterea solemnitates statutariæ non sunt necessariæ, vt fuit dictum in *Romana heredi-tatis 23. Nouemb. 1602. coram Litta & in Romana census 7. Februar. 1607. cor. Ortembergo*, vbi fuit dictũ quod aliàs eo casu mulier recipiendo locupletiorem fieret.

245 Extende id nedum habere locum in minore, & muliere, sed etiam in procuratore constituto, ab eodem minore, siue muliere, qui potest recipere pretiũ prædictum, etiamsi in illius constitutione, nec minus in recipiendo pretium illud, fuerint solemnitates seruatæ, *vt fuit dictum in Romana in dictis Romana census 7. Februar. 1607 coram Ortembergo*.

Quinimmò subextende hic obiter prędicta in tantum procedere, vt si minor, siue etiam alter promptam pecuniam non habeterit, pro totius census extinctione, tunc dominus census poterit cogi ad illius extinctionem, in duabus vicibus, & præsertim, si medietas pro qualibet vice offeratur, *vt dicunt doctores allegati à Rot. coram Buratto, dec. 526. & prius in Rom. census 16. Nouemb. 1618. coram Coccino, &* Cinctus *de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 2. fol. 102. vbi reprobat Gratian. post alios contrarium tenentem in disceptation. 223. numero quarto.*

246 Limita decimoquattò non habere locum, quando essemus in bonis, extra territorium Vrbis sitis, quia (vt superius diximus) solemnitates illius statuti non sunt seruandæ, cum statutum vires suas non protrahat, extra territorium statuentium, vt sæpius fuit decisum à *Rota*, & *signanter in vna Romana donationis 27. Aprilis 1587. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 782. nu. 2.*

247 Limita decimoquintò, quòd si minor, postquã est effectus maior per quinquennium tacuerit, tunc in tantum sibi præiudicat, vt propterea amplius de nullitate contractus dare non possit, veluti latè dicam in verbo minor, & ita quoq. ait *Sura. dec. 278. num. 11. & Rota in Asculana dotis 27. Februar. 1579. coram Card. Blanchetto.*

248 Extende id adeò procedere, vt neque minori dicta restitutio detur, etiamsi noua causa superueniat, *vt ait Arch il. decis. 8. d. resti. 1. post. & Put. dec. 278. nu. 5. lib. 3. & ita quoque tenuit Rota in Asculana dotis 23. Februar. 1579. coram Robusterio*, & Menoch huiusmodi opinionem latè defendit *in tract. de recuperand. remed. 15. num. 18. cum seqq.* vbi præcipuè ait, quòd solùm verus dolus ratificationem excludit, non autem præsumptus, & ratio est quia tacendo confirmatur, *vt fuit dict. à Rota in d. Asculana dotis 27. Februar. 1579. coram Card. Blanchetto, & in eadem 23. Februar. eiusdem anni coram Robusterio*, quod enim extende procedere, etiam in beneficialibus, in quibus restitutio non datur, post quadriennium, etiamsi contraret de bono iure, *Rot. dec. 233. lib. 2. diuersor. & dec. 853. lib. 3. part. 3. diuers. & Put. dec. 59. lib. 1. & dec. 370. nu 1. in nouis.*

249 Quòd tamen declara procedere, quando in obligatione adesset iusta causa alienandi, & in venditione solùm deficerent solemnitates; non autem consensus, *vt ait Vrsill. ad Affict. in decis. 249. num. 10. & Rota in Romana domus de Cuppis 10. Nou. 1600 corã Card. Sacrato.*

Secus autem si alienatio facta fuisset sine causa, siue cum causa, sed tamen non vera; veluti supra fuit demonstratum in limitatione decima, & veluti mox dicetur in sequẽti conclusione in principio, versiculo Fallit, & *Rota ibi coram Card. Sacrato in illa Romana domus de Cuppis.*

250 Item Declara, secus esse in vim statuti Vrbis in c. 151 lib. ... vbi disponitur, quod per taciturnitatem quinquennij, vel vlterioris temporis, minor postquam est effectus maior, non censeatur illum contractum ratificasse, *vt fuit dictum in Rom domus de Cuppis 5. Iul. 1602. corã Card. Pamph. & Rota dec. 54. par. 1. in rec nu. 3. & in Rom. nullitatis contractus 28. Iun. 1619. coram Buratto.*

Quod enim procedit, etiam quando minor in contractu, absque solemnitatibus statutarijs, & sine causa celebrato, iurauerit se esse maiorem, vt ait Ro-

ta per Burattum in sua decis. 410. *per totam*, & *per Cacheran. in decis.* 237. *num.* 1. & *in Romana nullitatis obligationis* 31. *Ianuarii* 1615. *coram Merlino*, & *in eadem*, 16. *Ianuarii* 1626. *coram Durano*.

Quinimmò, id quoque procedit, si in contractu duplex iuramentum adesset, nempè assertorium, & promissorium, vt ait *Rota in decis.* 54. *num.* 3. *par.* 1. *in recentior.* & *penes Picum ad Statutum Vrbis decis.* 5. *num.* 2. & *Marescott. Variarum resolutionum lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 1.

251 Contrarium, quòd scilicet, præsumptus dolus sufficiat, ad excludendam ratificationem inductam *à l. fin. C. si min. mai fact.* & *c. tenuit Rota decis.* 102. *num.* 12. *parte secunda diuersorum.* & *Veral. decis.* 1. *par.* 3.

Et ratio est; quia in hac materia renunciationis enormis, siue enormissimæ læsionis, Doctores communiter, & passim admittunt, dolum præsumptum, illi vero æquiparari, vt ait *Rota in d. dec.* 102 *sub num.* 12. *par.* 2. *diuers.*

252 Et ad id nota, quòd illud tempus quadriennii, siue quinquennij non incipit currere, nisi à die scientiæ; quia illud tempus est vtile, vt ait *Thesaur. dec.* 132. & 134. & *Rota per Burattum dec.* 404. *num.* 6.

Sed nota tamen, quòd scientia procuratoris sufficit, si haberet speciale mandatum, ad petendam restitutionem in integrum; quia si eam intra quadriennium non petierit, domino præiudicaret, vt ait *Rota decis.* 719. *num.* 1. & *seqq. par.* 2. *diuers.* Quinimò erit animaduertendũ, quòd ignorantia, quæ in hoc casu allegatur, ad effectum se excusandi, debet esse probabilis, & ex omni parte excusabilis, cum scientia, quamuis præsumpta, & ex coniecturis, etiam si sint remotæ, sufficiunt, vt ait *Rota dec.* 387. *num.* 3. & *seq. par.* 1. *diuers.* & *in Romana Saluiani coram Iusto, quæ est apud Marchesan. de commissionib. par.* 2. *fol.* 148. *num.* 2. & *prius in Florentina bonorum* 17. *Nouemb.* 1595. *coram Cardinali Pamphilio*, & *multa ait Marescot. variarum resolutionum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. *cum aliis ibi per eam allegat.*

253 Vndè pro concordantia dictarum opinionum dicas tu, quòd dolus, siue verus, siue præsumptus, sit sufficiens ad eam ratificationem inducendam, quando illius notitia, sine qua ille remitti non potest, expresè concurreret, & sic, quòd minor factus maior sciuerit id, quod suam læsionem continebat. Secus verò, quando notitia expresè non concurreret doli aduersarii, siuè suum præiudicium ignorasset: quia tunc illius ratificatio nullo modo induci posset, vt ait *Socein. in consil.* 59. *num.* 5. *lib.* 1. *Gabriel. conclus.* 4. *num.* 12. *de minor. Corn. consil.* 207. *num.* 8. *lib.* 3. *Roland. consil.* 72. *num.* 18. *lib.* 4. & *dec. Pedemont.* 179. & *Rota in dicta decis.* 102. *nu.* 4. *par.* 2 *diuers.*

Licèt tamen in Curia non attendatur quadriennii lapsus, quia eo non obstante datur restitutio in integrum, quando de læsione, siue iniustitia sententiæ, licèt ex nouiter deductis apparere constaret, veluti testatur *Rota per Burattum in decisione* 452. *num.* 7. & 8. & *decis* 604. *num.* 1. & ibi aliæ decisiones alleganturr, & *Rota decis.* 492. *num.* 1. *parte prima recentior. Cassador. decis.* 1. *num.* 3. *de restitut. in integrum. Capuaquen. decis.* 94. *par.* 3. & *Rota in Perusina Societatis* 20. *Maii* 1624. *coram Vbaldo*, & *in Romana restitutionis in integrum* 20. *Maii* 1624. *coram Manzanedo*.

254 Extende igitur, quòd ex causa ignorantiæ, restitutio daretur, aduersus præscriptionem, etiam triginta annorum, secundum aliquos: alii verò dicunt, quòd ea detur aduersus illam quadraginta annorum; immò multi quoque volunt, quòd stante ignorantia petentis, illud quadriennium duret, etiam per centum annos, vt ait idem *Thesaur. dicta decis.* 134. *num.* 4.

255 Subextende prædicta, eò magis procedere, quando constaret sententiam esse notoriè iniustam: quia tunc etiam aduersus lapsum quadriennij restituitur minor, & Ecclesia. *Cæsar. de Grass. decis.* 15. *in fine de præbend.* & *dign.* & *Rota in Prænestina bonorum* 21. *Februarii* 1614. *coram Cardinali Sacrato.*

to. & in materia Ecclesiæ fuit decisum in *Adrien. iurisdictionis 27. Iunij 1622. coram Pirouano, & in Romana restitutionis in integrum 20. Maij 1624. & 18. April. 1625. coram Manzanedo*, & *per Buratt. dec. 604. num. 20.* Immò quod etiam detur, quã iniustitia non esset notoria, & maximè, si sententia esset Rotalis ait *Buratt. decis. 393. num. 1.*

256 Subextende secundò, procedere, quando intercederet enormissima læsio, vt ait *Rota dec. 247. in fine par. 4. diuers. & Cassador. decis. vnica de emption. & vendit. Odd. de restitut. in integr. quæst. 19. num. 66. vbi de magis communi testatur Gturb. decis. 106. num. 12. & Rota per Coccinum in sua decis. 445. num. 7. & in Romana restitutionis in integrum 18. Aprilis 1625. coram Manzanedo, & per Buratt. dec. 452. in fine.*

257 Vltimò nota, quòd minor ætas ab eam allegante probari debet, nec illius probatio ex datione Curatoris sufficit, nisi in præiudicium illius, qui eum dare fecit. *Rota in vna Parmen. Status Luna 22. Februar. 1596. coram Seraphino. Caputaquen. decis. 167. & 285. lib. 1.* & in hoc multa dixi in verbo Aetas, vbi recurrere poteris.

Item, quando solemnitates in contractibus minorum adhibendæ, ex cursu temporis adhibitæ præsumantur, vide in Conclus. 85. *num. 148. cum seqq.*

ARGVMENTVM.

DE VALIDITATE, ET INVALIDItate variarum alienationum in genere.

CONCLVSIO LXXXVII.

1 ALIENATIO de bonis minorum nota, quòd fieri potest, veluti si fuerit nupta aliqua puella, & maritus noluerit dotem in bonis stabilibus recipere, veluti fuit decisum in *Romana Cajalis Veneris 3. Aprilis 1615. coram Dunozetto, quæ est in secunda par. recentiorum decisione 675. num. 2.* & *Surd. decisione 287. num. 18.*

2 Extende primò, idem quoque procedere ex alia causa necessaria: quia tunc alienatio prædicta censetur permissa, vt ait idem *Surdus decisione 86. num. 9.*

3 Extende secundò, quòd alienatio per minorem, etiam absque solemnitate facta, sustinetur, si minor factus maior per quinquennium tacuerit; quia tunc tacendo confirmatur, idem *Surd. decis. 278. num. 11. Rota in Asculana dotis 27. Februarii 1579. coram Cardinali Blanchetto, & in eadem 23. Febr. eiusdem anni coram Robusterio.*

4 Fallit tamen primò, quando alienatio esset facta, sine causa, vel quando causa non esset vera, quę in alienatione narratur, vt in præcedenti conclusione latè fuit demonstratum, & *Rota in Romana domus de Cuppis 10. Nouembris 1600. coram Cardinali Sacrato*, siue etiam, quando nullitas ex defectu consensus resultaret, vt dixi in fine præcedentis conclusionis.

5 Fallit secundò, attento Statuto Vrbis in capitulo 151. libro primo, cuius enim dispositione, nec per taciturnitatem quinquennii, nec alterius temporis minor, quando est effectus maior, censetur ratificasse illum contractum, qui sine solemnitatibus fuit celebratus, vt fuit dictum in *dicta Romana donationis de Cuppis 5. Iulii 1602. coram Cardinali Pamphilio.*

6 Concorda tu tamen prædictas opiniones, vt dixi in præcedenti conclusione in limitatione 15.

7 Extende tertiò, quòd etiam alienatio bonorum Monasterii sustineatur, quando Prior loco Abbatis interuenit, veluti fuit decisum in *Romana Casalis Longhezza. 27. Maii 1594. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impressis decisione 1080. numero primo, & tertio.*

8 Et in dubio in tali alienatione facta per Monasterium præsumuntur omnes Monachi conuocati, nisi de contrario constaret, vt ait *Rota ibi supra numero nono.*

6 Extende quartò, quòd alienatio facta,

per Monachos absente Abbate, si cum auctoritate Episcopi ea fiat, & multò magis, cum illa Papę, quia tunc omnis solemnitas suppletur, vt superius tàm abundè per me dictum fuit, & idem ait *Rota ibi supra coram Cardin. Seraphino num. 4.* & *idem in decision. 1307. num. 1.*

10 Subextende prædicta pari modo procedere in alienatione bonorum Hospitalis auctoritate Episcopi fundati, quia tunc, cum tale hospitale omnibus priuilegiis Ecclesiæ gaudeat, idcirco illius bona alienari non possunt, absque solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiæ adhiberi solitis: secus autem, quando hospitale non esset Episcopi auctoritate fundatum, quia tunc illud diceretur Laicale, & profanum, nec per consequens dictæ solemnitates in alienatione suorum bonorum essent necessarię, vt fuit dictum in *Ferrarien. bonorum Lunæ 19. Decembris 1611. coram Reuerendissimo Cocino Decano, quæ est decis. 368. num. 1. parte 1. in recentiorib.* & *per Gregor decis 4.* & ibi multa in hac materia.

11 Extende V. multò magis procedere, quando contraheretur cum eodem Papa, etiamsi contractus esset cum eo factus, vti persona priuata, non autem, vti Papa, vt ait *Rota per dictum Card. Seraph. dec 1027. nu. 1.*

12 Extende sextò, quòd alienatio facta bonorum, ab aliquo tamquam tutore, vel curatore sustinetur, si de tutela, vel cura appareat, aliàs secus, quamuis etiam decretum, & cursus temporis interuenisset, vt ait *Surd. decis. 231. num. 10.*

13 Et eò magis sustinebitur, si erit pupillo, vtilis, & de vtilitate fuerit, cū iuramēto tutoris iudicialiter assecuratū, vt testatur ita seruari in Camera Imperiali *Gaspar. Cultelm. dec. 30. par. 2 & in parte 1. dec 91.*

14 Extende septimò, quòd alienatio facta per debitorem, ante contractum debitum, sustinetur nec possūt bona aliena ta, per creditorem reuocari, nisi fraus, & malitia subsit, *vt ait idem Surd. decis 60. num. 5.*

15 Velutt eodem modo dicitur de alienatione, siue solutione facta ab hęrede ad fauorem secundi creditoris, quæ sustinetur, si bona fide, & non dolo malo fuerit facta, nec ppterea poterit ab anteriore creditore reuocari, *vt ait Card. Seraph. decis. 1074. num. 3. Afflict. decis 190. Capuc. decis. 78. & alii allegati in Romana pecuniaria de Brunis 1591. coram Cardin. Platto*, & *decis. 681. parte 1. recentior.* & *prius in alia Romana pecuniaria 19. Iunii. 1573. coram Clemente Ostiuo, & in eadem coram eodem 13. Nouembris eiusdem anni*, vbi habetur, quòd per quamlibet leuem diligentiam, secundus primo creditori prefertur, & sic primus, ob eius negligentiam suo credito fraudatur, per regulam Iura vigilantibus, & non dormientibus subueniunt.

16 Extende octauò, quòd si alienatio fiat per vxorem, constante matrimonio, efficitur valida, si morte mariti matrimonium dissoluatur, aliàs non sustinetur, dū matrimonium durat, veluti dicitur de donatione facta viro, quæ per mortem vxoris conualidatur, si mulier vsque ad illud tempus in donatione permanserit, & id procedit post constitutionem Seueri, & Antonini, cuius enim vigore Iuris rigor in ea parte est relaxatus *text. est in l. sicut C. de donation. inter vir. & vxor. Bisignetus decis. vnica num. 5. eodem tit. Surd. decis 278. num. 13.* & *prius decis. 214. num. 4.* & *alii quos allegat Rota in vna Venetiarum census 14. Martii 1611. coram Marcomontio*, vbi ait, quòd licèt ante mortem coniugis, donatio non possit dici valida; tamen est in statu contingenti, seu potestatiuo validitatis, quia per mortem confirmatur, si interim per contrariam voluntatem infirmata non fuerit, *textus est egregius in l. rem vxori C. de donat. inter vir. & vx. alleg. à Rota ibi coram Cardin. Marcomontio.*

17 Extende nonò, quòd sustinetur alienatio bonorum dotalium, quæ fit per venditionem, vel permutationem, dummodo per huiusmodi alienationem mulier mendicare non cogatur, *vt ait, Seraph. iuxta coniecturam Regul Neapolitani decis. 435. num. 19.*

18 Contrarium ait *Hieronym. Laurent. decis. 113. Rota Auenionen.* & *Franc. Marc.*

Marc. decis. 426. vbi dicunt, quòd licèt mulier esset facta locupletior ex contractu, tamen, quando probatur, vt à marito prodigo, blasphemo, atq; eā percutere solito, fuerit coacta, pōt tūc rē cū fructibus recuperare, licèt secus in mobilibus in dotē datis, quæ pōdere numero, & mēsura cōstant, quia tūc ea simpliciter à marito distrahi possunt, cum istæ res functionem recipiant in genere suo, loquendo tamen de illis quæ seruando seruari non possunt Gratian. lib. 1. discept. cap. 27. nu. 26 Secus autem in his, quæ seruādo seruari possunt, vt sunt catenę annuli, gemmæ, torques, & similes, quia tunc huiusmodi res à marito alienari non possunt, nisi requisitæ solemnitates adhibeantur, & sic nisi mulier postquam semel consensit elapso interuallo biennij denuo consensū suū eorum alienationi præstet, & maritus tantum in bonis retineat vt indemnitati mulieris consulere possit, vt pulchrè ait Iacob. Thoming. decis. 131. colleg. Lipsien. & Rota in Romana argentorum de Montoriis Mercur. 27. Iun. 1607. coram Greg. XV. quæ est in eius impress dec 323.

19 Subextende primò, quòd etiam fundus dotalis possit vendi, vt maritus alatur, & ratio est, quia prohibitio illum alienandi numquam necessariam alienationem includit, secus autem, quando venditio pro alenda vxore fieret, & maritus ad illius alimenta teneretur, quia tunc alienatio non valeret, veluti eodem modo diceretur, si ille fundus alienaretur, pro dote danda à matre suæ filiæ; Ratio autem istius differentiæ ea est, quia vxor non tenetur alere virum, neque illius fundum alienare, quando maritus eidem alimenta præstare tenetur, quemadmodum etiam de matre dicitur, quæ filiam dotare nō debet, nisi in subsidium, & sic nisi, quando maritus est pauper, & illa sit diues, & propterea habemus regulam, quod fundus dotalis in certis casibus alienare possit, sed extra illos illius alienatio prohibita cēsetur, etiamsi in causam piam fieri vellet; Vndè nota, quòd si maritus fundum dotalē alienet, tunc ille per eummet reuocari poterit, vt pulchrè distinguendo, ait Surd. in sua dec. 86. nu. 1. cum seqq.

21 Subextende secundo prædictam alienationem nedum fieri posse pro necessitate famis, verùm etiam pro aliis indigentiis, puta, ob bellum, siue redemptionē eius captiuorū, aut psonæ cōseruationem; dummodo tamen maritus proprio vitio huiusmodi necessitatem non perquiserit, vt ait Iacob. Thoming. decis. 31. Rota Lipsien. & Surd. in dicta decis. 86. num. 11.

21 Subextende tertiò, quòd etiam fundus dotalis possit vendi, ad effectum redimendi virum à carceribs, vel à timore, ne in eis mancipetur, dummodo tamen ea mendicare non cogatur, vel indotata non remaneat, & ea indotata non dicitur, si illi dimidia pars dotis remaneret; at secus si in totum, vt fuit dictum in Interamnen. mercium Marc. 4. Iun. 1597. coram Penia, quæ est apud Zacchiam de obl. g. Cam. dec. 100. n. 8 Imò si in hoc vxor reclamaret, poterit maritus nihilominus, ex se fundum vendere, & à captiuitate, vel carceribus se liberare, & ratio est, quia tali casu ageretur de causa vtriusque, cum sit dedecus vxoris virum stare in carceribus, ob vnitatem carnis, & obligationem, qua ei subuenire tenetur, vt ait Baldus consil 478. num. 2. lib. 5. Surdus dicta dec. 86. num. 4. & cons. 367. num. 14. & Gratian. lib. 1 discept. cap. 108. num. 26. & in istis terminis fuit dictum à Rota in Romana Salutani interdicti Lunæ 11. Ianuar. 1616. coram Manzanedo, & ibi alia decisiones allegantur. Quinimmò vt dixi in precedenti concl. sub nu. 146. etiamsi ea penitus indotata remaneret illius obligatio sustineretur, iuxta aliquos.

22 Subextende, quartò prædicta quoque procedere, etiāsi essemus in bonis fideicommisso subiectis, quæ pro redimendis captiuis alienari possunt; dummodo tamen id non fieret animo subuertendi fideicommissum, vt dicunt Baldus, Tiraq. & Remin. Senior. allegat à Gratiano in præcit. loco nu. 30.

23 Subxtende quintò procedere, etiamsi maritus, ob delictum fuerit carceratus, si tamen delictum non esset commissum contra legem Matrimonii; Sed si secus eueniret, tunc ex illius delicti improbitate, illud ius se redimendi à carceribus, cum fundo vxoris, consequi minimè valeret, quia qui deliquit in lege illius bendficio non iuuatur,

quia qui deliquit in lege illius beneficio non iuuatur, *ut dicunt Doctores allegati à Gratiano vbi ſupra num. 36. & Oſaſch. dec. Pedem. 124. num. 11. & 12.* & *faciunt deciſiones in vna Romana computorum Veneris 13. Maij 1594 coram Card. Arigonio*, & *in alia Romana aperitionis oris Veneris* 8. Mart. 1613. *coram Card. Sacrato*, & *deniq. in Rom. fideiuſſionis de repreſentando 3. Iul. 1617. coram Reuerendiſ. Coccino Decano.*

24 Contrarium, quòd ſcilicet dicta alienatio valeat, etiamſi maritus, ob delictum ex ſua culpa proueniens, fuerit carceratus; & præſertim ſi dubitaretur, quòd ei mors vel mutilatio membri ſuccederet, quia tunc alienatio bonorum vxoris, nec non fideicommiſſo grauatorum, erit permiſſa, ait *Surdus conſ. 657. num. 19. lib. 4* vbi ait hanc eſſe veriorem opinionem cõtra Oddum de reſtit, idemq. ait *Pereg. de fideicom. artic. 42. Menoch. de arbitr. caſ. 182. num. 64 Petr. de fideicom. quæſt. 8. num. 484. Bver. deciſ. 128. num. 3. & Gratian dicto cap. 108 num. 37.* & *ſeqq.*

Sed ego prędictas opiniones tali modo concordarem: nempè, vt prima procedat in caſu, vbi mors viri, ob non alimentorum præſtationem; ſiue illius à carceribus redemptionem non immineret; ſecunda verò quando ſecus, vt ex prædictis rationibus optimè colligi videtur.

25 Subextende ſeptimò multò magis procedere, quando in obligatione neceſsaria vxoris, pro liberando virò à carceribus, Iuramentum adeſset, & ea prius de Velleiano fuiſset certiorata, quia tunc per illud cenſetur renunciatum *auth. ſi qua mulier C. ad Velleian.* & ſic iſto caſu mulieris obligatio valeret, quòd ſecus tamen eſset, quando cauſa illius obligationis eſset voluntaria, vt fuit dictum in *Romana Saluiani interdicti Lunæ 11. Ianuar 1616. coram Manzanedo.*

26 Subextende octauò ea, quæ fuerunt dicta de muliere erga virum, procedere etiam in filio erga Patrem, qui nedũ tenetur pro liberãdo Patre à carceribus, verũ etiam ab executionibus, & periculo ne in carceribus mãciparetur, quia eadẽ ratio exercẽdi pietatẽ erga Patrẽ, quę militat ſi fideiuſserit pro illius excarceratione, eadẽ militat impediendo ne carcerentur, veluti vltra *Doctores allegat. à Grat. in dicto cap. 108 num. 43. & ſeqq. fuit quoque deciſum in Bononien. pecuniaria 9. Iun. 1603. coram Gregorio, & prius in dec. 5. de teſtamen.* & *deciſ. 63. num. 13 par 2. diuerſorum*, & propterea videmus etiam, quod in Regno Neapolis filius fideiubens pro patre, non cõpræhenditur in Pragmatica Regni prohibẽte recipi obligationes filiorũfamilias, abſque expreſſo Patris conſenſu, vt fuit dictum à *Rota in Brunduſina pecuniaria Veneris 15. Nouembris 1613. coram Buratto quæ eſt in eius impreſſ. dec 20 num. 4* & prędicta ſine difficultate tranſirent, quando filius eſſet maior 25. annis, quia tunc efficaciter pro patre fideiubere poteſt, vt fuit dictum à *Rota vbi ſup. nu. 8. cor. Buratto.*

27 Subextende nonò prædicta procedere, nedũ ſi in obligationibus prædictis Iuramentum, quoque concurreret, & eò magis, & ſine difficultate, quando cum ſolemnitate Statuti prædictæ obligationes fierent; verùm etiam, & multò magis, ſi per ſtatutum tolleretur reſtitutio in integrum, & præſertim accedente expreſſa renunciatione minoris ætatis, & reſtitutionis, vt ait *Grattan. in præcitato loco num. 45. cum ſeqq.* & *Rota in Bonon. dotis 11. Dec. 1602. coram Ortembergo, & in illa Bonon. pecuniaria coram Gregorio, quæ eſt deciſ. in eius impreſſ. 120. num. 4. & ſeqq.*

28 Limita tamen primò prædicta non procedere in materia obligationis, ab vxore ad fauorẽ viri factę, quando fundus dotalis fuiſſet per virũ vẽditus, inſcia vxore, quia tunc talis alienatio vxori prędictæ nullo modo nocere poterit, vt ait *Afflict. deciſ. 349. num. 4.* & latè de hac materia Deo dante dicam in verbo fundus dotalis, & in verbo maritus.

29 Declara tamen, quòd quando maritus fundum dotalem, ſine conſenſu vxoris, & ſic inualidè alienaſſet, ſi poſtea ille dictæ rei dotalis dominus efficiatur, aut ex conſequutione lucri, vel aliquo alio modo, per mortem vxoris, tunc non poterit amplius dictam rem recuperare, cum ex dicta conſecutione illa alienatio ratificata cenſeatur, veluti dicam in verbo Hippotheca extincta, & *Menoch. conſ. 89. num. 52. & 53. Ioſeph Ludouic. concl. 16. cart. mihi 47.*

Et

30 Et quando vxor dicatur habere scientiam contractus, per eius virum, illius nomine facti, tradit *Cora. cons. 165. num. 34. lib. 4. Roland. cons. 571. & Socin. Iun. cons. 105. lib. 1. & multa dicam in verbo maritus*.

31 Limita secundò, prædicta pari modo non procedere, quando maritus eius negligentia fundum dotalem præscribi patietur, quia tunc talis præscriptio non mulieri, sed solum marito nocebit, vt ait *Iacob. Thoming in sua dec. 31. collegii Lipsien. & veluti ex mente Rota Romana dixi supra in verbo Alimenta in versic. Si vero fructus, & est dec. Gregor. 97. num. 9. & in Rom. dotis 18. April. 1619. coram Vbaldo. & nouissimè in Romana dotis Venerii 12. Ian. 1629. coram Card. Virili*.

32 Extende decimò principalem conclusionem, quod nempè alienatio bonorum fideicommisso subiectorum teneat, licèt vita alienantis tantum durante, vt superius fuit dictum, & veluti fuit decisum à *Rota in Neapolitana Iurispatronatus Lunæ 11. Maii 1592. coram Card. Arigonio, quæ est apud Stat. de Salu. decis. 100. num. 2.*

33 Fallit tamen, si emptor illius rei fideicommisso subiectæ prætenderet, vt dicta alienatio, facta pẽdente conditione, valeret irreuocabiliter in præiudicium fideicommissarij, quia alienatio tali modo facta prohibetur à lege, cum sit contra tacitam dictæ legis prohibitionem, vt ait *Rota in dec. 49. num. 40. & 41 par. 2 nouiss.* licèt *in nu. 36* dicat, quòd alienatio fideicommissi conditionalis nõ prohibetur à lege, nec etiam tacitè, sed solùm datur consilium à lege, ne alienatio fiat, Immò dato etiam, quòd alienatio prohibeatur per pactum, nihilominus illud translationem dominij non impediret, nisi esset additum, quòd in euẽtum contrarij alienatio esset nulla, vt ait *Franch. dec. 355. num. 1. & 2.*

34 Et tunc tacita legis prohibitio alienandi dicitur, quando lex consulit grauato, vt non alienet, quia sic tacitè prohibere videtur, vt ait *Rota in d. dec. 49. num. 41. par. 2. diuers.*

35 Et quæ forma sit seruanda in alienatione bonorum fideicommisso subiectorum, docet *Rota in dec. 365. in 4. par. nouissim. coram Penia. & Marta in compilat. dec. tom. 3. in verbo alienatio cap. 109 per totam.*

36 Extende 11. q. licèt sit prohibita rei emphiteuticę alienatio nõ est tñ prohibita melioramẽtorũ distractio, & sic ea veniũt in generali obligatione bonorũ, & propterea ea nõ solũ sũt trãsigibilia, & cessibilia, licèt Dominus directus sit præferendus, sed etiã quibuscumq. hæredibus, & successoribus, finita emphiteusi, sine culpa Emphiteutæ, debentur, vt fuit decisum in vno voto *coram Card. Seraphino, quod est apud Statil. de Salu. dec. 76. num. 1. & seqq.*

37 Extende duodecimò, quòd etiam bona Ecclesiastica possint generaliter, ex iusta causa alienari, vt ait *Redoan. de rebus Eccles. non alienandis quæstione 2. cap. 6. per totum allegat. à Rota in Romana census Mercur. 2. Decembris 1609. coram Manzanedo, quæ est apud Cinc. de censib. dec. 30. num. 9.*

38 Amplia multò magis procedere, quãdo alienatio esset facta ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, vt ait *Thom. Triuisan. dec. 56. par. 2. Palatii Venetiarum*, sed isto casu solemnitates sunt necessariæ, *Crauanus lib. 3. disceptat. cap. 517. nu. 9.* Et veluti latius dixi in *conclusione 85. limitatione 9. versiculo Contrarium* & ibi contrariam opinionem inuenies, licèt ibidem illarum opinionum quoque concordantia detur, quàm per te videre poteris.

39 Extende decimotertiò, quòd ẽt feudi alienatio fieri possit, etiam sine consensu directi Domini, vt ait *Afflict. dec. 112. num. 1. cum ibi alleg.*

40 Quod tamen declara procedere, iuxta hanc distinctionem, nempè, aut feudum est antiquum, aut est ex pacto, & prouidentia, aut est hæreditarium. Primò casu, si est antiquũ, iterum subdistinguendum est; scilicet, aut feudum est ex pacto, & prouidentia, & tunc, si illud fuit à Patre alienatum, poterit postea per filium reuocari, conf ecto inuentario ex *l. Titius si de feudo fuerit controuersia*, quod procedit etiam inspecto iure francorum, quia neq. ex illius dispositione feudum illius naturæ potest alienari, sine consensu filij primogeniti. Si verò illud feudum antiquum esset hæreditarium, nempè sibi, & hæredibus con

cel-

cessum, tunc illud filius habere non potest, nisi sit hæres, etiamsi inuentarium fecisset, quod enim in feudo hæreditario nihil operatur, secus verò procederet in filio, & hærede patris, quia tūc cōtra alienationē feudi per patrē, cum assensu Regio factam, venire non posset, cum factum patris defuncti seruare teneatur, iuxta tradita per *Afflict. in sua dec. 112. num. 1. cum seqq.* & *ibi per Vrsill. à num. 1. vsq. ad 5.* vbi ait, quòd idem iudiciū fit de feudo hęreditario, ꝙ de alijs bonis testatoris. Quinimmò illud in petitione hęreditatis venit, idem *Vrsill in dec. 248. num. 9* & ibi subdit quod agnatus in feudo ex pacto, & prouidentia, non tenetur, sicuti filius inuentarium conficere, & sic in hoc filius est deterioris conditionis, quàm agnatus.

41 Declara tamen, quòd si filius in feudo hæreditario inuentarium confecerit, tunc conueniri poterit, vt optimis rationibus consulit *Dec. cons. 185. allegat. à Ioanne August. Pisano in addit. ad d. dec. Afflict. 112. in princ.*

42 Declara præterea, quòd si filius pari modo in feudo ex pacto, & prouidentia velit contrauenire alienationi, per eius patrem factæ, opus est, vt inuentarium conficiat, vt ait *Vrsill. in præallegat. dec. 112. num. 4.* & ibi docet, quòd feudum ex pacto, & prouidentia illud dicitur, quod à prædecessoribus prouenit, licèt vario modo dicat *Iacobut. de Franch. post dec. 227. in rubr. Quot species sint feud. num. 128. & seqq.* vbi docet, quando succedens feudo ex pacto, & prouidentia, teneatur ad solutionem debitorum, & quādo non, vbi recurras.

43 Extende decimoquartò, quòd etiam iuxta consuetudinem Franciæ alienatio fieri possit de feudis, sine consensu Domini; quia ea dicuntur patrimonia Vassallorum, & ad instar eorum sunt redacta, vt ait *Bertran. cons. 18. num. 4. par. 2.* & *cons. 191. par. 1. num. 7.* & *cons. 276. nu. 7. d. par. 1. Cassan. cons. 66. num. 1. allegat. à Ioanne Pisano* ibi supra in primis verbis.

44 Extende decimoquintò, quòd etiam alienatio feudi facta in augumentum ipsius feudi, sit permissa, sine consensu Domini, veluti dicitur de ea quoque, quæ fit in proximum immediatè successurū, vt ait *Afflict. in dec. 111. num. 5.* & *Iacobut. de Franch. tit. de his, qui feud. dar. poss. inter decisiones Franch. num. 36. post dec. 227.*

45 Extende decimosextò, quòd in feudo nouo potest pater illud alienare, & multò magis cum assensu vni ex filijs pręlegare, vt ait idem *Vrsill. in addit. ad d. dec. 112. num. 5.* & *de hac materia multa dixi in verbo Acquirens.*

46 Extēde decimoseptimò procedere in alienatione facta in comprehensos in inuestitura, quæ tenet sine consensu directi Domini, etiamsi non fuerit reseruatum illius beneplacitum; dummodo tamen aliter non reperiatur in inuestitura cautū, *Rota dec. 284. n. 2. p. 1. n. nuiss.*

47 Extende decimooctauò, quòd etiam feudum alienari possit, ob necessitatem famis, vel aliam vrgentem, itaut nisi per illius alienationem Vassallo, vel liberis, siuè Vxoris vitæ periculo subueniri non posset; nàm in istis casibus alienationē naturalis æquitas exigit, vt ait *Ioachym. Mysynger. dec. 30. par. 6. Cameræ imperial's.*

48 Extende decimononò, quòd feudi alienatio est etiam permissa pro solutione debitorum, quando ea tamen sunt necessaria, veluti pro constituendis dotibus, atque pro subuentione aliarum necessitatum propriæ domus, vel decretis Ducalibus subueniendo, vt ait *Octau. Cacher. dec. 167. Senat. Pedemont.*

49 Sed nota tamen, quòd emptor feudi debet probare illius pretium in causam licentiæ, siue necessitatis fuisse versum, quamuis licentia, seu necessitas non sufficiant, pro alienatione feudalium si alia bona allodialia existant, & in omnem euentum istius alienationis fiendæ oblatio feudi, non solum proximioribus, sed etiā quibuscumq. agnatis fieri debet, vt ait idem *Cacher. dec. 171.* & *dec. 174.* & *dec. 175. dicti Senatus Pedemontani.*

50 Declara tamen id, quod fuit dictum de alienatione feudi facienda in causam dotis, seu aliarum necessitatum, procedere si in illius venditione consensus Domini concurrat, aliàs secus, quamuis pater alia bona pręter feudum non haberet, de iure autem Cathaloniæ aliud sancitum est, quia alienatio feudi & emphiteusis, sine consensu Domini

est

est permissa, soluto per alienantem dupli cato laudemio, vt pulchrè ait *Ludouic. Peguer. in dec.* 117. *Regni Cathaloniæ*.

51 Contrarium tamen esset, quando essemus in re, quæ de sui natura ad extraneos non esset transitoria, & pater esset stipulatus pro se, & filiis; quia tunc in dictorum filiorum præiudicium, pater alienare non posset, *Surd. dec.* 314. *n.* 4. Sed id quomodo de iure verè procedat, vide in verbo Acquirens, & ibi distinguitur, an pater acquisierit ex causa onerosa, aut ex causa lucratiua, & ibi recurras.

52 Extende vigesimò, quòd ea alienatio, quæ potest fieri in vltima voluntate, potest etiam fieri in omnibus casibus inter viuos, vt ait *Surd dec.* 343. *nu.* 4. & *Menoch consl.* 110. *num.* 7.

53 Et reassumendo principalem conclusionem, in hac materia alienationis feudi loquentem; limita primò eam non procedere, quando sumus in alienatione, quæ esset facta de feudo, sine consensu Domini, quæ regulariter est ipso iure nulla, vt ait *Afflict. dec.* 278. *num.* 1. vbi tradit, quomodo probetur rem esse feudalem, quod tamen declara non esse verum quando alenatio esset nulla, & quãdo dominiũ nõ fuit translatum in emptorem, quia tunc feudum alienans, siue emphiteusim à iure suo non cadit, vt ait *Surdus in decisione* 102. *num.* 22. & *dec.* 344. *num.* 40. & *Cad. Mantica in dec.* 27. *& seqq.* & ibi docet quomodo emphiteuta alienans à iure suo cadere possit. Et ratio illius declarationis ea est; quia paria sunt aliquid non fuisse factum, & illud effectum non habuisse, veluti dixi in *concl.* 47. *num.* 36. & *Surd. dec.* 51. *num* 19. & *seqq.*

54 Veluti eodem modo dicitur de alienatione facta ab hæredibus de re emphiteutica, qui ob eorum præsumptam ignorantiam, ab illius caducitate excusantur, facta tamen per eos canonum solutione, à tempore renouationis inuestituræ decursorum, vt ait *Marta in sua compilat. dec. in verbo alienat. cap.* 28 *tom.* 3.

55 Amplia prędictam declarationem, quoq. in eo procedere, qui consentit alienationi inualidæ, quia tunc sibi non preiudicat, in eo iure, quod prius habebat ad *trad. per Surd. in dec.* 51. *num.* 17. & *per Card. Seraph in dec.* 356. *num* 12.

56 Contrarium tamen, quòd scilicet alienatio, quando est nulla ob defectum Regij assensus, tũc alienãs, ob nullitatem non excusetur, ait *Afflict. dec.* 97. *nu.* 1. cuius enim opinio magis mihi placet; quia cum per eum non steterit quominus alienatio sequatur; idcircò non debet alienans ex hac sua improbitate ius aliquod consequi; quia culpa, siue delictum nemini immunitatem præstat, alias esset velle dare materiam delinquendi, quod non est permittendum, sed potius fraudibus, & dolis est præcludenda via, vltra quod allegatio nullitatis eam committenti suffragari non debet, vt dicam in verbo Nullitas, & veluti superius dixi ex mente Rotę in subextensione 5.

57 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, quando alienatio esset nulla ex defectu solemnitatis, & formæ omissæ; quia tunc ea nullum effectum priuationis producit, secunda verò procedit, quando alienatio ex alia causa esset nulla, vt ait *Magon. dec. Florent* 50. *num* 31.

58 Extende illam primam limitationem in tantum esse veram, quòd vbi alienatio est facta irrequisito Domino, tunc res ad illum reuertitur, etiam in pręiudicium aliorum in inuestitura comprehensorum, vt ait *Surd. dec* 102. *num.* 18.

59 Quod tamen intellige verum, quando essemus in alienatione voluntaria, secus autem in necessaria, quia tunc in ea consensus directi Domini non requiritur, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in decis.* 672. *num.* 3 *Afflict. dec* 191. *num.* 1. *et* 4.

60 Extende secundo, prædictam limitationem, adeò esse veram, vt propterea Dominus non teneatur restituere pretiũ emptori illius rei feudalis, nisi ille in bona fide esset, aliàs si vitiũ illius rei sciuisset, tunc nedum illa re, sed etiam illius precio careret, vt ait *Afflict. in decisione* 278 *num* 3.

61 Limita secundò principalem conclusionẽ nõ procedere in alienatione facta de feudo ex pacto, & prouidentia, quæ fieri non potest agnato remotiori, in præiudicium proximioris, & sic multò minus ea valeret, quando extraneo facta fuisset, quia tunc illud posset reuocari ab

ab agnatis, etiam non expectata morte alienantis, quod tamen declara verum, quando in alienatione consensus Domini non interuenit, vt ait *Surd. in decis. 343. num. 29.*

62 Sed hic erit notanda differentia, quando agnatus velit reuocare feudum mortuo alienante, seu eo viuente; nam in primo casu nullo refuso precio, illud reuocare poterit, sed interim emptor fructus suos facit; sed si reuocatio fieri velit alienatore viuente, tunc restituto pretio feudum ab emptore recuperari poterit; & ratio diuersitatis inter predictos duos casus, ea est; quia cum in secundo casu isti commodum singulare habeant, (vt etiam non expectata morte alienantis feudum reuocent,) in alio quoque vicissim grauātur, vt illius preciū restituāt, quod in primo casu non contingit, quia in eo ad restitutionem pretij reuocare volens non tenetur, vt ait *Io. b. m. Mi. singer. decis. 85 par. 4. & Marta in compilatione decisionum in verbo Alienatio tom. 3. cap. 71.*

63 Amplia quòd etiam à filio possit reuocari feudum, ab eius patre venditum, antequam Regis consensus impetretur, sed tunc, si bona fides emptoris concurrat eidem pretium restituendum venit, & non solùm, prout res empta fuit, sed etiā prout nunc ualet, secus autem si quis emeret feudum vti allodiale sciēter, quia re, & pretio, tunc carere debet, vt ait *Afflict. dec. 278. & Marta in sua compilat. decisionum tom. 3. in verbo Alienatio cap. 65.*

64 Contrarium quòd scilicet reuocatio feudi fieri non possit, pendente impetratione assensus, ait *Coppinus decis. 99. lib. 2. & ita fuit decisum in S. C. Reg. vt testatur Nouissimus num. 4. super Constitutione Regni diuæ Memoriæ, & Marta ibi supra.*

65 Et tenendo hanc secundam opinionem; extende primò eam quoquè procedere, quando feudatarius dolosè fecisset, quia tunc nulla ratio de reuocatione est habenda, vt est punctualis *decisio 6. D. de Ponte num. 4. & Afflict. in sua decis. 111. num. 4. & decisione 278. num. 3.*

66 Extende secundò eam procedere in dote, & ideò ex hoc infertur, q alienatio num reuocatio à testatore factarum, etiā pro restitutione dotis, & antefati per hęredem obtenta, non nocet vxori defuncti, quia talis hæres non potest reuocare obligationem bonorum feudalium pro dote, vt ait *Afflict. dicta decis. 111. in princip. Anna alleg. 66. Caualcan. decis. 42. par. 1. & D. de Ponte d. decis. 6. n. 4.*

67 Extēde tertiò, quòd nec ēt reuocatio feudi, pro dote obligati prętendi potest, vt refert ita fuisse decisum *Frecc. Auctoritate 1. & dictus Afflictus dicta decis. 111. & 112. num. 2.*

68 Extende quartò, idem procedere in casu decisionis Bellon. 79. vbi fuit decisum, quòd d. reuocatio nō militat, iuxta constitutionem Regni, si feudum fuerit à creditore executum, in subsidium bonorum Burgensatorum, & venditum, impetrato prius Regio assensu plus offerēti, ita etiam testatur *Frezza lib. 2. auctor. 1.*

69 Extende quintò, quòd huiusmodi reuocatio non detur in officijs, veluti fit in feudis, vt refert fuisse decisum *D. de Ponte dec. 28. nu. 29.*

70 Extende sextò idem procedere in alienatione rei reddititiæ feud.; nàm reuocatio facta de tali re, per alienantem non subsistit, vt testatur fuisse ita decisū *Afflict. in cap. 1. num. 11. de prohib. feud. alienan. per feud.*

71 Extende septimò id habere locum, etiam [illegible] casu *dicta decis. 5. d. D. de Ponte.*

72 Anin [illegible]uertendo, quòd talis reuocatio facta in vim præfatæ dispositionis Regni Diuæ Memoriæ, spectat ad vtilem dominum; non autem ad directum, & ita fuisse decisum refert *Anna in præcitato loco num. 140.*

73 Præterea erit quoq. notandū, q in tali alienationis reuocatione, non sufficiat oblatio verbalis, super restitutione recepti, sed benè ea realis (prauia tamen oblatione) erit necessaria, vt testatur ita fuisse iudicatum in *Sacro Consilio dictus Nouissimus ad predictam constitutionem num. 3.*

74 Sed est benè verum, quòd quando alienatio feudi fuerit facta in remotiorē agnatum, sine Domini consensu, si proximior per annum tacet confirmatur, vt firmat idem *Surdus ibi supra decis. 343. num 25. & Iacobut. Franch. in rubr. Species feudorum quot sint inter dec. Vincent. de*

de Franch. post decis. 227. car. mihi 129. num. 132.

75 Et multò magis id esset verum, quando proximior non simpliciter, sed se obligaret alienationi, cum promissione quòd in futurum nunquam contradicet; quia tunc etiam filijs præiudicaret, vt aie *Ioachim. Mynsinger. d. c. 55. par. 5. Cameræ Imperialis*.

76 Amplia id, quod fuit dictum de alienatione rerum feudalium, adeò à lege esse prohibitum, quod si alienatio sequatur, pretium repeti non potest; licèt tamen id procedat, retenta ea distinctione, quam feci superius in versiculo hic erit notanda differentia, & *Card Seraph. decis. 785. num. 11. & in huiusmodi materia omnino recurras in verbo Assensus*.

77 Limita tertiò, quòd alienatio facta per scismaticos non valet, vt ait *Franc. Marc. decis. 949. num. 1. par. 1.* licèt secus sit, quando cum eis fuerit dispensatum, vt ait idem *Franc. Marc. ibi sup. eodem num 1. cum ibi alleg.*

78 Sed ad hoc, vt intelligas, qui nam dicantur scismatici opus est scire, quòd multis modis, quis potest esse scismaticus; nàm aliquando istud nomen largissimè sumitur, & omnis, qui est in peccato mortali scismaticus dici potest, & aliquando largè, & tunc talis ille dicitur, qui est extra fidelium communionem; Strictè verò dicitur scismaticus, qui proprium Episcopum de Sede Episcopali eiecit, occupando, & Presbyteros suos faciendo, & secundum aliquos isti tales sunt excommunicati, licèt contrarium sit verius, vt ait *Franc. Marc. ibi supra num. 2.* Strictissimè autem ille dicitur scismaticus, qui separat se ab vnitate Romanæ Ecclesiæ, sibi Ecclesiam cõstituendo, & Clericos, & Sacerdotes ordinando, & hoc modo scismaticus vocatur hæreticus, quia venit contra illum articulum fidei, & vnam Sanctam Ecclesiam, &c. sed si non constituit aliam Ecclesiam; sed credit Romanam Ecclesiam, apud se esse, isto casu tales scismatici hæretici non dicuntur, iuxta ea, quæ ait *Glosa in §. 1. 24. quæst. 1. & in cap. non autem 7. quæst. 1.* & ratio est; quia licèt interdum ex causa possint esse in eadem Ecclesia duo Episcopi, vt habetur in dicto textu, id tamen contingere non potest in Papa, cum non possint esse duo Apostoli, aliàs læderetur illa propositio, Vnam Sanctam Ecclesiam Catholicam, &c. & tunc illi scismatici strictissimè loquendo dicuntur excommunicati, quando est scisma, cum hæresi, idest se diuidendo ab vnitate Ecclesię *Panor. in rubr. cap. Licet verò S. quis autem de elect.* & isti ipso iure dicuntur excommunicati; scilicet tàm ille, qui pro Papa se gerit, seu Antipapa, q̃ etiã adherentes eius, *idem Franc. Marc. in decis. 949. cum ibi allegatis ferè per totam*.

79 Sed declara tu tamen id esse verum, vbi non cadit probabilis error, quia tunc intraret regula, quòd scilicet errantis nullus sit consensus, sed si quęstio esset dubia, veluti quia dubietas induceretur, ex facto longæuo, prout contigit in scismate inter Vrbanum VII. & Clementẽ VII. tũc & eo casu omnes excõmunicationem, & peccatum euitant, iuxta *Panor. in dicta rubr. & in cap. At si Clerici de Iud.* & idem esset, quando multi erigerent capita contra Romanam Ecclesiam, & nouam sectam, & noua statuta facientes, quia tunc diceretur scisma cum hæresi, quia non licet à capite membrum recedere *cap. cum non liceat de præscript. cap. omnis anima de censibus cap. submittitur 21. dist. cap. nulla ratione 3. distinctione*.

80 Et nota, q̃ contra hmõi scismaticos laici habent auctoritatem procedendi contra eosdem, etiã degradatione non secuta, immò si capiantur in bello furca suspendi debent, vt ait idem *Fran. Marc. d. dec. 949. per totam*.

81 Amplia dictam tertiam limitationem procedere, etiam in alienatione facta per hæreticum, post perpetratum delictum, quia tunc ipso iure reuocatur, vt ait *Surd. dec. 247. num. 4.*

82 Et propterea Episcopus, siue Inquisitor eam reuocat, pro parte tamen, ad fiscũ spectante, vt ait idẽ *Surd. dec. 280. num. 2.* veluti eodem modo ius reuocãdi alienata, per hęreticum, competit etiã consanguineis, ad quos alienata spectant, idem *Surd. dec. 80. cum ibi alleg.*

83 Sed notandum tamen erit, quòd tũc alienatio facta, post delictum, ipso iure sit nulla, quando bona habentur pro publicatis ipso iure; aliàs secus, vt ait idem *Surd.*

Surdus decis. 116. *num.* 6.

84 Secus tamen, quando sumus in alienatione facta per reum, postquam fuit accusatus, quæ sustinetur, si tamen fuerit facta pro æris alieni solutione, *Surd. dec.* 2 ... *n.* 12.

85 Limita quartò, quòd alienatio facta lite pendente in feudum facta censetur, & ratio est; quia lis impedit, vt res alienari non possit, vt ait *Rota in Romana pecuniaria Luna* 14 *Februarii* 1605. *coram Coccino, quæ est in eius impressis dec.* 228. *num.* 4. *Surdus dec.* 172. *num.* 8. *Gratian. lib.* 3 *disceps. cap.* 502 *num.* 29. *& Seraph decis* 1134. *n.* 4. & sic igitur ea alienatio diceretur attentata, vt ait *Rota decis.* 187. *num.* 5. *par* 2 *diuers.* Et eò magis, quādo alienatio esset facta de re executa, post pignus prætorium, siue subhastationem; quia tunc dolosa præsumitur, & præcipnè si alienatio fuisset facta in coniunctam personam, siue si æs alienum non iminebat, aut quòd de ære alieno aliter non constabat, quàm ex propria confessione alienantis, vel si omnia bona, siuè maiorem partem illorum alienasset. Item quando tempore litis, nisi rem alienatam tantum habuisset, & sic igitur prædicta præsumerentur, nedum, quando præcessisset subhastatio, ex qua præsumpta scientia oriretur. Verùm etiam, si ex alijs coniecturis, & præsumptionibus dicta scientia probari posset, vt fuit dictum à *Rota in Romana Palatii Veneti* 31. *Ianuarii* 1620. *coram Buratto*, & latè *Giurb. in sua decis.* 62. *per totam. Guidopap. dec.* 81. *& ibi in additien. & Ossasch. decis.* 64. & latè per *addent ad Buratt. dec.* 166.

86 Et propterea hinc fit, quòd isto casu venditor rei litigiosę, tenetur ad omnia damna, & Interesse emptori reficienda: quia ille rem esse litigiosam, semper scire pręsumitur, nisi tamen emptorem quoque id scire probetur: quia tunc teneretur emptor rem ipsam restituere, absque spe pretii, licèt illud non lucretur vēditor, sed fisco applicaretur, vt ait *Ioachim. Mising. dec.* 55. *par. prima Camer. Imper.*

Secus autem, quando emptor rem esse litigiosam ignorasset: quia tunc illius pretium recuperare deberet: veluti in dubio in eo ignorantia præsumenda venit, ita vt, qui allegat venditionem fuisse factam in fraudem crediti, vel executionis, id probare teneatur, & sic quòd scientia litis pendentiæ fuerit in emptore: quia tàm venditor, quàm emptor debet esse fraudis particeps, & præsertim certa, & indubitata, debet esse in emptore scientia, vt ait *Rota per Baratt. dec.* 450. *num.* 3. *et seqq. et prius dec.* 204 *et dec.* 231.

Extende prædicta, adeò esse vera, vt propterea concurrente venditoris, & emptoris scientia, super re litigiosa, executio fieri possit recta via, absque alio processu, atque vlla reuocatione contra tertium possessorem, in quem post motam litem, & sic in fraudem paratæ executionis, fuerit facta illius rei litigiosæ alienatio, vt ait *Buratt. d. dec.* 450. *num.* 1.

Licèt sit benè verum, quòd ille tertius, qui bona emit, pendente lite, debet in executione citari, ad hoc, vt suas defensiones deducere possit: Aliàs executio esset nulla, neque per consequens ei vllum præiudicium inferri posset, *Giurb. dec.* 62. *Rot. Sicil. num.* 17. *Gratian. lib.* 3 *disceptat. cap.* 520. *num.* 33. *et decis. pedemont* 65. *num.* 4. *et Rota in Placentina euictionis* 28. *Iunii* 1591. *coram Cardin. Blanchetto, et in Interamnen. bonorum* 17 *Decembris* 1610. *coram Card Caualerio, et in Rom. legitima* 5. *Decem.* 1614. *coram Vbaldo, et in Veneta donationis vener.* 15. *April.* 1616. *coram Buratto, et in Ariminen. fideicommissi* 12. *Februar.* 1624. *coram Merlino, postea confirmata* 31. *Maii eiusdē anni* 1624. *coram eodem.*

Quamuis tamen secus esset, quando ex actis appareret nullam defensionem illi emptori competere posse: quia tunc citatio non esset necessaria, vt ait *Giurb. dec* 62. *num.* 17. & *Gratian. dict. cap.* 502. *num.* 35. & *Hondad. consil.* 20. *num.* 50 *lib.* 1. & *Rota in Viterbien. fideicomm.* 14. *April.* 1625. *coram Coccino*, & *per Buratt. decis.* 450. *num.* 1. & *decis.* 627. *num* 4. *Surd. dec.* 276. *& Mazon. dec.* 41.

87 Fallit tamen primò, quando alienatio fuit facta de vna re, quæ litigabatur, sed postea, per rem iudicatam fuit liberata: quia tunc alienatio, vti facta de re libera sustinetur, vt ait *Rota decis* 33. *num.* 12. *lib.* 3

12. lib. 3. diuersor. & *in secundo libro dec. 101. num. 13.* Licèt tamen secus esset, si alienans in vim rei iudicatæ possessionem, sine executorialibus accepisset, vt distinguit *Rota sui supra in dicta dec. 101. num. 1.*

88 Fallit secundò, quando alienatio esset facta, pro solutione debitorum testatoris: quia tunc etiam nulla præcedente subhastatione, hæres potest bona testatoris litigiosa alienare, vt ait *Rota sui per Coccin. in 1. de. 220. num. 5.*

Et sic prædicta procedunt in alienationibus voluntarijs, non autem in necessarijs, & causam antiquiorem ante motum iudicium habentibus, vt fuit dictum in *Montis Fausti bonorum duodecima Maij 1589. coram Cardinali Pamphilio*, & *Giurb. dicta decisione 62. num. 18.* & *sequentib.* & *Rota per Burattum decis. 166. num. 7.* & *decisione 450. num. 1.* & *prius in Placentina euictionis 28. Iunij 1591. coram Cardinali Blanchetto.*

89 Fallit tertiò, quando lis esset non super actione reali, sed super obligatione personali tantum, vt ait *Rota per Cardinalem Seraphinum in dicta decis. 1134. num. 4.* & *per Burattum dec. 133. num.* 8 Et ratio est; quia lis super actione personali, rem litigiosam non reddit, neque translationem possessionis impedit *decis. Pedemont. 144. num. 7. Guid. pap. decisione 479.* & ita fuit dictum in vna *Veneta Donationis 5. Maij 1614. coram Buratto.* veluti ipse testatur *in dicta decis. 133. sub num. 8.* & *in dec. 204. num. 1.* in qua fuit recessum ab illa *dec. 166. eiusdem Buratti*, veluti testatur D. *Addens ad eandem decisionem 166. num. 10. in fine.* & *idem in dec. 231. num. 3.*

90 Fallit quartò, quando alienatio esset facta pro vxore ducenda, quæ in fraudem facta non præsumitur, vt ait *Afflict. in repertor. decision. in verbo Alienatio in fraudem, &c.* siue quando processus detegeretur nullus: quia tunc res litigiosa non fieret, *Rota per Buratt. dec. 450, num. 2.*

91 Amplia primò illam quartam limitationem, adeò esse veram, vt propterea alienans lite pendente, in eius odium pro possessore habeatur, vt ait *Put. decis. 169. num. 1. lib. 3.* & *Afflict. in suo repertor decision. in verbo Alienatio lite pendente*, vbi ait, id etiam procedere in alienante, in fraudem paratæ executionis: quia tunc contra eum exequi potest, & quod plus est, isto casu executio poterit perfici in bonis alienatis, contra dictarum rerum emptorem, & sic contra tertium, via executiua procedi, veluti fuit decisum in *Romana legitimæ. seu melioramentorum Veneris 5. Decembris 1614. coram Vbaldo, quæ est decis. 602. num. 1.* & *2. in secunda par. recent.* Secus autem, quando alienatio fuit facta ante motam litem: quia tunc ius executionis contra singularem successorem, & sic contra tertium non transit, vt ait *Octauius Cacher. dec. 64. Senat. Pedemont.*

92 Amplia secundò, id nedum in illo casu procedere, vbi esset facta in fraudem paratæ executionis, vt superius dixi: quia tunc contra tertium, executio quoque transiret. Verùm etiam id procederet in illa alienatione contra legem contractus facta, vtpotè, si fuisset alicui facta venditio de aliqua re, cum pacto, quòd alteri eam non venderet, nisi prius eidem obtulisset, atque emere recusasset: quia tunc alienatio facta, hac conditione non seruata, erit nulla, adeò quòd poterit contra tertium, & sic contra emptorem experiri, vt scilicet ei refuso precio, sibi rem restituat, in quam actio dirigitur, vt ait *Gerardus Maynard. dec. 10. Parlament. Tolos.* & *Afflict. dec. 255.*

Et ratio ea est: quia contractus ex cõuentione legem accipiunt; dummodo conuentio iuri, ac rationi non repugnet, vt ait *Rota in decis. 137. par. 2. in recent.* Licèt *in prima par. in decis. 415. num. 4.* dicat, quòd contractus ex conuentione legem accipit, etiam quòd conuentio sit vltra, vel præter naturam contractus, idem ait *Thesaur. dec. 260. n. 1.* & *Rota dec. 1. apud Zacch. de oblig. Cam.* Licèt tamen secus esset, si dicta alienatio, siue transactio facta fuisset, in vim facultatis à Sede Apostolica obtentæ: quia tunc dictam rem alienare, siue de ea transigere liceret, vt fuit dictum in *Romana hæreditatis de Capizucchis Lunæ 10. Iunij 1630. coram Quœipo.*

93 Hoc tamen intellige verùm, quòd scili-

cet emptor bonæ fidei ignorans fraudē venditoris debet recuperare pretium,& alia da nna passa à venditore, vt ait *Caber. decis. 11. tit. de emphiteusi*. Secus autem, si venditor, ob eius inopiam dictum precium restituere non posset emptori: quia tunc Dominus rei non tenetur emptorem releuare indemnem, quoad precium, cum illa actio contra singularem successorem transeat, vt dicunt Doctores superius allegati, & *Afflict. ibidem*.

94 Contrarium tamen tenet *Guidopap. decis. 24.* & *ibi Franch. in addit. & Rota decis 1. de empt. & vendit. in antiq.* quam enim opinionem esse magis æquam, & iuri consonam, testatur *Caber. in dicta dec. 11.* affirmans, quòd aliàs negari non posset, quin vnus puniretur ex delicto alterius, & tamen habemus, quod vni, per alterum non debet inferri iniqua conditio, cum pœna suos auctores egredi non debeat, *l. sancimus, C. de pæn.* & huiusmodi quæstionem latè tractat *Ferrer. decis. 39 siue 399. allegat. à Riccio in sua collect. decis 1996.* vbi ait, eum non fuisse ausum aliquid affirmare, sed solum testatur Regiam audientiam solere obseruare, quod emptor, qui ignorabat rem emptam esse feudalem, non tenetur ad solutionem duplicati laudemij, licèt venditor id sciret, quia requiritur scientia vtriusque, vt mox dicam.

95 Amplia tertiò procedere, quando alienatio fuit facta paulo ante motam litem, quæ præsumitur facta, ad euitandū iudicium, & sic ex vicinitate actus præsumitur fraus, quemadmodum dicitur de eo, qui dedit fideiussorem, & statim ac fuit obligatus arripuit fugam: quia tūc debitor tenetur alium fideiussorem, in eius locum præstare, cum ex breuitate illius temporis præsumatur debitor illius fugæ conscius, vt pulchrè ait *Surd. dec. 326. num. 86. & 87.* & *Ioachim. Mi-singer. dec. 55. par. 1.*

96 Subamplia idem procedere in alienatione facta post decoctionem, quæ censetur simulata, & in fraudem creditorum facta, velut fuit decisum in *Bononien. bonorum de Zaaallis Veneris 12. Decemb. 1614 coram Vbaldo*. Et propterea videmus etiā, ꝙ confessio decocti, vel de proximo decocturi, non præiudicat creditoribus; quia reputatur mortuus, vt ait *Afflict. decis. 402. & ibi Vrsil. num. 7. Grattan. lib. 2. discepeation. cap. 392. num. 12. & seqq. & Rota per Burattum dec. 9. & dec. 104. n. 4. & in Rom. repetitionis indebiti 27. Iun. 1614. coram Card. Pamphilio*.

97 Declara tamen, quòd ad hoc, vt alienatio censeatur in fraudem, post decoctionē facta, requiritur scictia dātis, & recipientis, & quòd bona debitoris nō sufficiant creditoribus, & præsertim, quando sumus in alienatione titulo oneroso facta, vt est in impositione census, *l. qui autem, § hoc edictū, ff. quæ in fraud. credit. l. penul C. eod. glo. 1. in §. Item si quis in fraudem instit. de actio.* & *Bursat. cons. 40. num. 7. lib. 1. Menoch. cons 226 num. 545. lib. 3. Surd. cons. 382. num. 64. omnes allegat. à Rota ibi coram Vbaldo, quæ est apud Cinc. de censibus decis. 85. num. 2.* & *3.*

98 Quibus n. sic concurrentibus, potest actor recta via facere executionem contra tertium citatum, non petita aliter contractus rescissione, & etiam non data cautione de qua in *l. 15 à quo, cū l. sequenti, ff de rei vindic. vt ait Grattan. in hoc viden. lib. 3. disceptationum cap. 592. per tot.*

99 Extende primò dictam subampliationem, multò magis procedere, qn̄ paulò post decoctionē alienatio sequatur, quia ex breuitate t̄pris inter decoctionem, & alienationem augetur suspicio fraudis, vt mox diximus, & vt ait *Surd. cons. 528. num. 8. & 9. lib. 4.* & *Alex. in l. si cum dotem, §. si mulier, num. 3. ff. solut. matrim. & Rota ibi supra in d. dec. 85. d. Alex. cons. 382. nu. 18. volum. 5. Caccialup. de suspect. deb. quæst. 1. num. 13. Stracca de decoctor. par. 3. num. 19.* & *Rota in Ianuen. seu Bononien. pecuniaria 21. Iun. 1630. coram Pirouano.*

100 Extende secundò, illam quoq. procedere, si alienatio esset facta ante decoctionem per annum, quæ pari modo simulata, ac in fraudem creditorum facta præsumitur, ita tamen dictante statuto, vt ait *Rota decis 157. num. 2. inter errmin. Farinacc. & Rota in Viterbien. pecuniaria Luna 10. Iun. 1613. coram Burattu, quæ est in eius impress. dec. 9. num. 1. & seqq.* & *ibi in addit.* vbi habetur, quòd con-

confessio facta à decocto, vel de proximo decocturo, non præiudicat creditoribus, vt fuit dictum à *Rota in dicta dec. 9. per Buratt.* & *ibi per addent.*

101 Sed est benè verùm, quòd quando esset facta à decoctore in vtilitatem posteriorum creditorum, tunc etiam anterioribus præiudicaret, si bona fide fiat, vt ait *Rota ibi supra num. 4.* Et veluti latè dicam in verbo Anterior, concl. 119. *num. 16. & seqq.* vbi recurras.

102 Extende tertiò, quòd alienatio dicatur facta in fraudem, quando post intimationem litis in potentiorem fuit facta, *gloss. in cap. sæpè, in vers. Scienter, de resti. spoliat. Marsil. in rubrica de fideiuß. num. 158. Ruin. consil. 98. num. 15. Decian. cons. 48. num. 25. lib. 1. & Afflict. decis. 970. num. 13.* & ibi docet, quando alienatio in fraudem facta dicatur.

103 Sed nota tamen, quòd eo casu, quãdo lite pendente est interdicta alienatio in potentiorem, attamen poterit eo nõ obstante fieri in filium, quamuis sit Patre potentior, vt ait *Grattan. lib. 3. discep. cap. 535. num. 34.*

104 Declara id tamen procedere, retento eodem themate, quãdo scilicet, scientia alienantis, & recipientis concurrat, & multò magis, si alienans non esset soluendo. Item quando dolo malo, siue ad incutiendum metum, vel terrorem alienatio fieret: secus autem, si palàm, & bona fide, vt ait *Octau. Cacher. dec. 144. Menoc. cons. 104. num 26. Angel. in l. 1. §. si hæres, vbi Alex. nu. 1. Iason n. 3 ff. ad Trebell. cum aliis per Menoch. in cons. 62. num. 22. Simon de Præt. cons. 83, num. 3. & 4. Alberic. cons. 102. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 427. nu. 6. Guidop. dec. 10. Boer. dec. 204. Egid. dec. 31. oẽs alleg. à Rota in Placent. euict. 27. Maii 1590. cor. Car. Plasto.*

105 Et in casu, vbi alienatio esset facta, citra fraudem, tunc nota, quòd venditor non potest à iudicio defensionis rei venditæ excludi, etiam q persona emptoris esset legalior, *Put. dec. 355. n. 3. lib. 2.*

106 Extende quartò, quòd etiam alienatio dicatur in fraudem facta, quando est facta ab eo, qui est in articulo mortis, vel quando est in infirmitate constitutus, & alienat rem, ob eius mortem ad alium spectan. *vt ait Menoch. cons. 226. num. 7. vbi adhuc multa ait.*

107 Contrarium licèt teneant multi, quos allegat idem *Menoc. ibi n. 7* & veluti ego dicam in verbo Infirmus ad mortem. ex mente *Rota Romana*. Et ratio est: quia moribundus non præsumitur immemor salutis æternę, & sic in illo actu mentiri.

108 Sed pro complemento istius materiæ, opus est scire, quòd fraus, & delictũ, in dubio non præsumitur, & præsertim, quando alia interpretatio capi potest. Immò ad illud excludendum quælibet causa colorata, & bestialis sufficit, vt dicam in verbo Dolus. Veluti quoque dicitur de simulationibus, & fictionibus, quæ non præsumuntur, nisi de eis causa appareat, vt pulchrè ait *Roland. cons. 549 n. 11. lib. 3.* & in hac materia videñ. & *Rota in Perus. rescis. contractus Luna 18. Martii 1588. coram Card. Blanchetto, & prius in alia Romana officii. 23. Maii 1584. coram Clem. 8. & in alia Rom. donationis 27. Apr. 1592. coram Penia, & in Camerinen. fideicommissi Vener. 4. Decembris 1607. coram Card. Caualerio.* & quæ verè sint necessaria ad probandam simulationem, & fraudem, dicam in verbo Simulatio: & in hoc videndus est inter cæteros *Menoch. in cons. 226. per totum.* vbi infinitos modos fraudis, & simulationis adducit.

109 Extende quintò, quòd alienatio dicatur facta in fraudem fisci, quando huiusmodi coniecturę concurrunt, nẽpè, si sit facta donatio coniunctæ personæ. Secundò, quando de maiori parte bonorũ. Tertiò, quando donans, in possessione remansit. Quartò, quando ex prædictis donatis donans postea vnum vendidit, vt ait *Honded. cons. 42. in princ. lib. 1.* & ego quoque de hac materia dicam in verbo Donatio facta per delinquentem, vide *Viu. dec. 440. & Peguer. dec. 49. et 50.*

110 Fallit tñ primò, quando contractus fuit factus ab eo, qui parum post commisit delictum, sed nulla antea præcedebat causa, ob quam posset delictum perpetrari. Item, quando non fuit post illud facta incontinenti alienatio: quia tunc in fraudem fisci facta non pręsumeretur. Secus autem, si causa præcedebat, ob quã postea fuit commissum delictum, vt dicunt multi DD. allegati à *Rota dec. 279. lib. 2. diuers.* & *alii alleg. ab Honded. ibi sup. & Viu. & Peguer. ibi supra.*

111 Fallit secundò, quando donatio esset facta filio, cum iuramento: quia tūc ea sit firma, & inexpugnabilis, vt dicunt *Viuius*, & *Peguera ibi supra*.

Quinimmò iuramentum est tanti roboris, vt propterea dicta donatio sustineatur, etiam si esset omnium bonorum præsentium, & futurorum: quia tunc ea sustinetur quò ad bona præsentia, sed non futura, vt fuit decisum à *Rota in Ciuitatis Ducalis donationis mercur.* 5. *Iun* 1613. *coram* Buratto, *quæ est in eius imp. ess. dec.* 7 *num.* 2.

Et hanc opinionem esse magis receptam, dicunt addentes ad eam ex opinione *Boer. decis.* 356. *num.* 14. *Angel. consil.* 106. *Natt. cons* 453. *num.* 16. *Rum. consil.* 51. *in fine lib.* 1. *Menoch. consil.* 101. *num.* 23. *Surd. cons.* 450. *nū.* 43. *Gratian. lib.* 1. *discept. cap.* 98. *num.* 21. Et ideò magis procederet, quando in ea clausula [omni meliori modo, &c.] fuisset apposita, vt ait *Viuius commun. opin.* 207. *num.* 6. *Gratus consil.* 70. *nū.* 23. *lib.* 2. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 107. *num.* 4. *Ludouic. decis. Perus. vlt. num.* 6. *addens ad Franch. decis.* 168. *num.* 5. *Fontanel. de pact. nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 21. *par. prima, num.* 12. *Barbos. de claus. clausul.* 96 *num.* 44. quicquid dicant in hac materia *Clar. Gutier. Osasch. Grat & alii alleg. ab addente ad dictam decisionem Buratti* 7. *num.* 13. *sub litt. A.*

Et prædicta multò magis procederent, quando ea esset facta ad fauorem Ecclesiæ: quia tunc etiam, quòd fuisset facta omnium bonorum, & sine insinuatione, & iuramento: Nihilominus valet. Secus autem, quando esset facta personæ priuatæ: quia tunc, nisi insinuatione corroboretur non valet; quando tamen excederet solidos quingentos, qui constituunt summam scutorum septingentorum præsentis temporis; licet sit benè verum, quòd donatio sine insinuatione vitiatur tantùm in excessu, vt de his omnibus fuit ita resolutum à *Rota ibi coram Buratto in d. dec.* 7. *num.* 1. *& seqq.*

112 Limita quintò, principalem conclusionem non procedere, & sic, quòd ea alienatio non teneat, quando est facta ab Episcopo in præiudicium successorum, vt ait *Rota par Veral. in decis.* 165. *num.* 3. *in prima parte.*

113 Extende primò, huiusmodi limitationem quoque procedere in Protectore: qui alienare, nec disponere potest de rebus Ecclesiæ: sed solùm habet ius Protectionis, & preheminentiæ, veluti fuit decisum in *Ilerden. visitationis Lunæ* 14. *Nouembris* 1611. *coram Coccino, quæ est in prima par. recent. dec* 325. *n.* 9.

114 Extende secundò, idem procedere in alienatione facta contra formam Paulinæ, quæ alienatio, vltra quod est nulla, deinde Prælatus alienans beneficiò priuatur, quia illa constitutio prohibet, ne bona Ecclesiæ possint ad longum tempus locari, superiore inconsulto, vt ait *Rota dec* 896. *lib.* 3. *par.* 1. *nouiss.*

115 Et propterea nota hic obiter, quòd quando alienatio fit secundum formam Paulinæ, tunc alienans bona Ecclesiæ debet recipere testes, & alias probationes, pro veritate narratorum, quia assertioni partium stari non debet. *Rota dec.* 716 *n.* 2 *p.* 1. *diuers. in nouiss.*

116 Limita sextò, quòd alienans bona Ecclesiæ, vti patrimonialia, nulliter alienasse dicitur, & ipse efficitur debitor Ecclesiæ, pro tali summa alienata, veluti fuit decisum in *Placent. bonor.* 7. *Apr.* 1581. *cor. Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec.* 508 *num.* 6

117 Limita septimò, quòd neq. bona Ecclesiæ alienari possunt, per viam subhastationis, quando id iusta causa non fieret, & solemnitates iuris non interuenirent, & sic legitimis subhastationibus non præcedentibus. Secus verò, si causa iusta, & prædictę solemnitates in subhastatione concurrerent. Licèt tunc dicta res non sit liberanda plus offerenti, sed illi tantùm, qui iustum precium obtulerit, *vt ait* *Franc. Viu. dec.* 145. *Regni Neapolitani.*

118 Limita octauò, quòd etiam alienatio rerum Hospitalium non valeat, nisi concurrant solemnitates necessariæ: veluti in illa rerum Ecclesiæ; quia certum est, quòd omnia priuilegia, quę Ecclesiis, atque rebus earum à iure conceduntur, Hospitalibus quoque, ac eorum bonis concessa censentur, quando auctoritate Episcopi sunt fundata, & Ecclesiis annexa, & quędā signa quoq. habeant, vt ait *Ben intend. dec.* 13. *Rot. Bonon.*

119 Extende idem procedere, in alie-

natione bonorum alicuius publici Oratorij; quia tunc eisdem solemnitatibus alienatio fieri debet, quibus sit illa alicuius Ecclesiæ, at Oratoriũ, tũc dicitur fuisse extructum sacrum, quando ex litteris Apostolicis constat Deo, & Beatissimæ Virgini fuisse dicatum, & ei bona fuisse assignata, animo (vt ad Diuinum cultum, necnon ad Sacros apparatus, aliaque Ecclesiæ ornamenta, ac ad pauperes subleuandos puellasq. matrimonio collocandas, necnon pro eleemosynis pauperibus Sacerdotibus ibi celebrantibus erogandis, alimentisquè Rectoris, atque pro Fabrica, & alus operibus, quæ pro Diuino cultu inseruiunt) perpetuò extent, quibus omnibus concurrentibus, tunc locus religiosus æstimandus est, etiam si consensus Episcopi non accedat, & propterea illius bona, sine solemnitatibus, causisquè requisitis administratores, etiam cum auctoritate Episcopi alienare non possunt Publicum autem Oratorium, tunc erit dicendum, si quotidie plures Missæ, Diuinaque Officia celebrentur, & forma insignis Ecclesiæ in ampla forma sit constructa, vt pulchrè ait *Barz. dec.* 124. *Rota Bononien.*

Et quando Oratorium, siue Confraternitas debeant immunitatæ Ecclesiæ gaudere, ait *Farinac. de immunitate Eccles. cap.* 17. *num.* 267. *cum sequen. Menoch. de præsumption. lib.* 3 *præsumpt.* 132. *Mascard. de probationib. concl.* 869. & *Sanchez de matrimonio tom.* 2. *lib.* 9. *disput.* 15. qui docent, quæ sint necessaria, ad hoc, vt Oratorium, siue Hospitale Religiosum dicatur, & quando illa ab Episcopis visitari possint, tradit *Barbosa de offic. & auctoritate Episc. allegat.* 75. *per tot.*

Sed nota tñ, q ab Episcopo, ea visitari poterunt, vti à delegato Sedis Apostolicæ, ex dispositione Concilii Tridentini, vt ait *Rota per Gregorium* XV. *dec.* 4. *num.* 6. aliàs secus, & præsertim, quando in fundatione fuisset stabilitum, vt per certam personam, & non per aliam visitari posset, vt ait *Rota per Gregor. dec.* 8. *num.* 4.

120 Limita nonò, quòd neque alienatio facta, ex defectu mandati sustinetur, etiã si fit cum Clausula [Omni meliori modo, &c] renouando bona ad Ecclesiam, per census non solutos, vel lineam finitam deuoluta: quia tunc ea non comprehendit personas extraneas, & à primis Conductoribus non descendentes; nam illius clausulæ virtus non facit extendi actum ad non specificata, nisi quatenus, aut ex verbis, aut ex mente virtualiter specificatum intelligeretur, vt ait *Rota P. usina dec.* 117. *Iosephi Ludouici*. Vel nisi, quando illa clausula haberet annexam eam copulam [&] quia tunc facit actum valere, etiam præter expræssum, at secus, quando ea copula non apponeretur, & esset certus modus expressus: quia tunc dicta clausula [Omni meliori modo, &c.] vltra eum non operatur, vt ait *Cassador. dec.* 7. *num.* 7. *de appell. Accbill. decis. unica de clausul. Card. Seraph. dec.* 993. *n.* 3. & *dec.* 1184. *num.* 3.

121 Limita decimò, quòd alienatio ad censum, non valet, si confirmatio Pontificis esset facta in Emphiteusim: quia isti contractus valdè differunt inter se: nàm per emphiteusim vtile dominium tantum, ac sola naturalis possessio transfertur, cætera verò penes cedentem retinentur, per contractum autem censualem, vtrumque dominium transfertur, vndè illa confirmatio, vti contra formã rescripti obtenta nullius roboris esse debet, vt ait *Rota dec.* 224 *in* 4. *par. nouiss. coram Card. Seraphino.*

122 Limita vndecimò, quòd concessio, siue alienatio Commendatarij, sine solemnitatibus facta, & sic absque superioris auctoritate, dicitur nulla: quia ei obstat prohibitio duplex. Prima legis: quia Commendatarius non potest bona Monasterii in præiudicium successorum alienare, & altera prohibitio est Papę commendantis, qui omnem penitus distractionem vetat, omnemque facultatem Commendatarii excludit, saltem sine superioris auctoritate; Quinimmò in hac quoque alienationis auctoritate, de causa vtilitatis constare debet aliundè, quàm per assertionem alienantium, veluti quoque dicitur de solemnitate, quæ copulatiuè requiruntur, vt ait *Rota dec.* 597. *par.* 4. *nouiss. coram Tusso.*

Et ratio prædictorum ea est; quia commendatarius non habet ius in Ec-

cleſia, ſed commenda præbet ſolùm titulum Canonicum, ad percipiendos fructus,& alimonia.Et eò magis, quia licèt commenda habeat quãdam attinẽtiam, ſiue affinitatem, cum Prælatura, tamen non eſt talis, & propterea ea vacare non dicitur ſaltem de facto, ſed ſolùm de iure cum ea canonicum titulum continere dicatur., vt ait *Guid. pap. dec.152 & ibi adden.*. Licèt ſecus ſit, quando Commendatarius Abbatiæ eſſet perpetuus: quia tunc Prælatus dicitur, veluti dixi in Concluſione prima ſub num. 14. & ſic igitur prædictæ opiniones hoc hoc modo concordari poterunt, nempè, vt prima procedat, quando commenda eſſet temporalis. Secunda verò, quando perpetua, veluti ex iuribus in prædictis locis allegatis benè probatur.

123 Limita duodecimò, quòd Patris alienatio facta de bonis aduentitiis filii, non tenet, ſi decretum Iudicis non interueniat, quod tamen intellige verum, ſi vti Tutor, vel Curator id ſimpliciter egit; ſed ſi iure tantum Patrio, & eſſemus in caſu, quo bonorum diſtractio ſit permiſſa, veluti, quando æs alienum vrgeret, ex perſona illius, cuius bona erant, quæ ad filium peruenerunt, tunc Iudicis decretum non eſt neceſſarium, vt ait *Aſſlict. deciſ. 393. Conſtl. Neapolit. & Ioachym. Miſinger. deciſ. 62. par. 6. Camer. Imper.*

Veluti quoque prædictæ ſolemnitates non erunt neceſſariæ, ſi alienatio bonorum aduentitiorum filij, in caſu neceſſitatis fiat, ſiue neceſſitas reſpiciat perſonam filij, ſiue eam patris: veluti, pro præſtandis alimentis patri, vel ſibi, cum onus filiorum ſit alere parentes, qui vna, & eadem perſona, cum filijs reputantur, & id quod dicitur de auctoritate patris in hoc caſu, erga filium procedit in marito, erga vxorem, quæ ſi vendat fundum dotalem, pro alenda familia: & ſic ob famis neceſſitatem, illius alienatio ſuſtinetur, quemadmodum id etiam procederet circa fructus bonorum paraphernalium, ex quibus mulier in prædicto caſu virum alere tenetur, at ſecus extra caſum neceſſitatis, vt dicunt Doctores allegati à *Gratiano lib. 1. diſceptation. cap. 107. nu. 19. cum ſeqq.*

124 Extende prædicta procedere, & è conuerſo, quòd ſcilicet, neque filiusfamilias poſſit alienare dicta bona aduentitia, in præiudicium Patris, in quibus ipſe Pater vſumfructum habeat, abſque illius voluntate. Et ratio eſt, quia, cum ipſe Pater ſit legitimus adminiſtrator bonorum filii, ob id, abſque eius conſenſu, eſt prohibita eorum alienatio, veluti dicitur de minore, & pupillo, qui abſque Tutoris, & Curatoris conſenſu alienare prohibentur. Sed id fallit, quando filiusfamilias iuraſſet dictæ alienationi non contrauenire: quia tunc diſtinguendum erit, nempè quòd dicta alienatio, quamuis iurata viuente Patre, in eius præiudicium non teneat, ſed Patre mortuo, & poſtquam filius ſui iuris factus eſt, dicta alienatio iuramento firmata, in ipſius filii præiudicium tenet, & tunc vires recipere à iure permittitur, vt ait idẽ *Ioachim. Miſing deciſ 10. par. 3. Camer. Imperial.*

125 Secus autem, quando eſſemus in illis bonis, in quibus pater vſumfructum non habet, veluti quia filio fuerit res relicta, cum prohibitione, quòd patri vſusfructus non acquiratur, iuxta *Auth. excipitur C. de bon. quæ lib.* ſiue quando eſſemus in bonis filio alicuius à Principe donatis, in quibus pater vſumfructum non habet, vt ait *Rota deciſ. 309. num. 12. in 1. par. recent.* Nàm in iſtis caſibus filiusfamilias dicta bona diſtrahere valebit, ſi tamẽ eius ætatis fuerit eidẽ, vt adminiſtratio permittatur, vt ait *Rota Marchia per Stephan. Gratian. in ſua deciſione 76.*

126 Limita decimotertio, quòd alienatio facta de Vaſallis ſolis abſq. eorum conſenſu non tenet, ſecus verò, quando alienatio de tota Vniuerſitate fieret, quia tunc id à Iure permiſſum cenſetur, *vt ait Rota per Put. deciſ. 37. lib. 1. & dec. 837. part. 3. lib. 3. nouiſſim. coram Tholomeo.*

127 Et id quòd fuit dictum de venditione Vaſſallorum, cum Vniuerſitate facta, amplia multò magis procedere, quando terra eſſet allodialis, quia tunc homines acceſſoriè veniunt ad eam, nec per conſequens in hoc contradicere poſſunt, ſed inuiti alienantur, quia rei allodialis quilibet eſt modera-

tor

tor, & arbiter, *vt ait Put. in decis. 38. lib. 1. & Afflict. decis. 17. num. 1 & sequentibus.*

128 Limita decimoquartò, quòd vbi prohibitio alienationis fit alicuius rei, si ea fiat etiam ad fauorem matris erit nulla, veluti si pater ordinasset eius filius non alienare legitimam intrà certum tempus quia tunc neq. eam ad fauorem matris alienare possent, *vt ait Franch. decis. 14. num 6.*

129 Limita decimoquintò, quòd alienatio bonorum censualium non valet, si ius censuale reseruatum non fuerit, secus verò si possessores dictorum bonorum censualium alienassent saluo consensu, quia tunc alienatio valeret, nam huiusmodi bona habent distinctam naturam, à feudo, & Emphiteusi, Vnde sicut in contractu censuali, quis iure suo non priuatur non soluendo, ita non priuatur alienando, cum ista duo non soluere, & alienare inuicem æquiparentur, & propterea veluti non soluens canonem non priuatur, nisi Ecclesia velit, ita nec etiam alienans, *vt ait Ant. Cap cc. d. c 196. Cons. Neapolitan.* Licèt secus esset, quando essemus in superficiario, qui potest cedere irrequisito domino sed cõsualis qui habet dominũ, vendendo debet reseruare censum, *vt dicunt Doctores allegati à Capyc. vbi supra num. 1. & 4.*

Et propterea videmus etiam, quòd licet impositio census super re Emphiteutica, ob defectum hypothecæ non sustineatur, & præcipuè attenta voluntate domini directi omnimodam alienationē prohibentis etiam latè sumpto vocabulo, sub quo prohibitio quoque hypothecæ continetur. Nihilominus census ille sustinetur, super fructibus illius rei emphiteuticæ vita emphiteutæ durante si eorum expressio fuerit facta in instrumento impositionis, ex ea præcipua ratione, quia in separabilibus vtile per inutile nõ vitiantur, & ex altera, quia fructus emphiteutis dicuntur esse in bonis emphiteutæ, & propterea videmus, quòd ille potest constituere vsumfructum super re emphiteutica sine consensu domini, veluti quoque potest census imponi super melioramentis rei feudalis, siue alio modo prohibitę alienari, cum prædicta dicantur ab ipsa re distincta sed tũc solùm censetur concessa commoditas vtendi & fruendi illis fructibus salua rei principalis substantia, *vt fuit dictum à Rot. in Romana census de Palutiis 20. Nouemb. 1600. coram Card. Sacrato, & per Coccin decis. 56. num 6. & tandem in Romana census vitalitii 16. Ianuar. 1630. coram Marcomontio* sed in hoc omnino recurras in *conclus. 154. num 122. cum seqq.*

130 Limita decimosextò, quòd alienatio rei minoris facta pro dote danda, non sustinetur, nisi Iudicis decretum interueniat, vt tradit *Grattan. decis. Marchia 182. num. 3.*

131 Limita decimoseptimo, quòd alienatio à Tutore facta de Palatio Magno, per quod nobilitas familię conseruatur, etiam pretio iusto, & pro solutione æris alieni, non valet, & propterea pupillus venit vti læsus restituendus, *vt ait Rota in Romana Palatii de Comitibus Luna 16. Ianuar. 1612. coram Card. Lancellotto.*

132 Quòd intellige verum, dummodo alia bona adsint quibus satisfactioni creditorum consuli posset, aliàs inconueniens esset, quòd ob conseruationem nobilitas alicuius domus, sequeretur depauperatio alterius cum iniure acceptio personarum non sit facienda.

CONCLVSIO LXXXVIII.

ALIENAE REI LEGATAE AESTImatio, quando debeatur legatario.

ARGVMENTVM.

1 ALIENAE rei legatum nota, quòd fieri potest, & illud factum operatur, vt legatario æstimatio rei legatę solui debeat, veluti fuit decisum à *Rota in Romana hereditatis de Marescottis Veneris 10. Decembris 1610. coram Card. Lancellotto, quæ est in recentior. dec. 265. in 1. part. num. 9. & ibidem dec. 309. nu. 10. & dec 453. nu. 1.*

2 Amplia primò procedere nulla facta distinctione, siue testator sciuerit, siue ignorauerit rem esse alienam *Rota in Romana hereditatis 26. Iun. 1592. coram Cardinali Mellino, & in alia Romana Legati*

Legati Vinea 10. *Maii* 1603. *coram Litta & dicta dec.* 265. *num.* 10.

3 Amplia secundò multò multò magis procedere, quando legatum coniunctę personæ esset facti, quia tūc prędicta distinctio non attenditur,sed tūc debetur æstimatio, siue testator scientèr, siue ignorantèr rem alienam legauerit, iuxta communem opinionem, *DD. in l. cum alienam C. de legat. de qua per Gomes. in cap.* 12 *variar. resol. tom.* 1. *num.*13 & *Graff. in §. legatum quæst.* 12. *num.* 13. *allegat. in prædictis Romana hæreditatis coram Card. Lancellotto, & in eadem coram eodem Luna* 13. *Iun.* 1611. *quæ est in dicta* 1. *par. recent. dec.* 337. *nu.*4.*&* 5.& *dicta dec.*265. *nu.*11.

4 Limita tamen conclusionem non procedere, quando testator legauit rem alienam credens esse suam, quia tunc illius æstimatio legatario, siue instituto in re aliena non debetur, *veluti fuit decisum in dicta Romana hæreditatis de Marescottis Lunæ* 18. *Apr.* 1611. *coram eod. Card. Lancellotto, quæ est in recen. d.par.*1. *dec.*309. *nu* 4.

5 Declara prædictam limitationem procedere,quando legatum esset factum extraneo, secus verò, quando ad fauorem filii, quia tunc ne testamentum rumpatur,illud legatum rei alienę,quam propriam esse testator credebat, sustinetur, & sic eius æstimatio debetur, *vt dicunt Doctores allegati in dicta Romana hæreditatis* 18 *Apr.*1611. *coram eodem Card Lancellotto.*

Contrarium tamen *fuit postea decisum in dicta Romana de Marescottis* 29. *Ian.* & 21. *Maii* 1618. *coram Card. Sacrato,* vbi fuit dictum,quòd si filius fuerit ignoranter pręteritus:veluti relinquendo ei pater bona aliena credens esse propria, tunc potest testamentum patris vti nullum,ex illius præteritione ignoranter facta inualidare,quasi, quòd vis tali casu non sit in causa ignorantiæ, sed in ignorātia ipsa testatoris, quæ vndequaq. proueniat,semper est exclusiua consensus testatoris nec non facit reminiscere eam præsumptionem, vt scilicet si testator se filium præterire cogitasset vtique non fecisset, *vt fuit dictum à Rot ibi supra.*

Et cogitare de filiis triplici modo fieri potest;& primò in specie,secundò in genere, & tertiò neque in specie,neque in genere;in primis autem duobus casibus de ignorantia testatoris dubitari nō cōtingit;in vltimo verò sic, *vt dicunt omnes Doctores in auth.ex causa C.de lib.prat. & Rot. ibi sup.*

Prima tamen opinio mihi magis placet,ex ea ratione ne testamentum rūpatur, pro cuius enim sustentatione impedimenta,in quantum fieri potest,remoueri debent, *vt fuit dictum in illa Romana hæreditatis coram Card. Lancellotto.*

Et propterea illas opiniones sic posse insimul concordari mihi videtur, & sic vt prima opinio procedat,si error testatoris super re, non autem, super persona caderet,nempè relinquendo rem alienā pedens propriā,siue si res, quæ filio relinquitur iure tamen restitutionis, siue si fuisset apposita relicto clausa, [& omni meliori modo &c.]esset tāti valoris,quę portioni legitimæ æquiualeret,de qua tacitus,& contentus esse debet,si tamē ex cōiecturis appareret patrē noluisse eū nisi in legitima instituere, & adesset persona testatori magis dilecta:secūda verò opinio procederet, vt quando pater prętериisset filium credens esse mortuū, siue posthumum credens non reliquisse ventrem prægnantā,quia tunc cum error cadat,super persona,idcircò testamētum corruere debet, siue etiā si reliquisset filio rem alienam,credens propriam cum prohibitione tamen, ne filius posset aliud de sua hereditate prætendere, quia tunc neq. æstimatio rei sufficeret, vt optimè fuit dictum in illa *Romana de Marescott s coram Sacrato,* necnon intraret etiam altera coram *Lancellotto,* quando relictum esset factum extraneæ personę, vt dixi superius sub *numero quarto, & quinto.*

Sed tenendo hanc secundam opinionem,extende eam in tantum procedere, vt propterea neq. legata relicta in dicto testamento sustineātur,licèt secus, qñ filius esset scienter præteritus, *vt dicunt omnes Doctores in authent. præterea C. de lib. prat. & Rota inpraallegatis decisionibus coram Card. Sacrato.* Sed tenendo primam,extende eam multò magis procedere, quando adesset clausula codicillaris,cuius vigore legata in testamento relicta peti possunt à venientibus

ab

ab intestato, *vt dicunt Doctores in dicta auth. ex causa & Ludouic. dec. 271. nu. 8.*

5. Et prædicta eò magis procederent, quando vltra clausulam codicillarem fuisset quoq. adiecta altera, si non valet valebit, &c. quæ operatur reintegrationem voluntatis testatoris, etiã in defectibus incogitatis, & futuris, ac etiam de posthumis ignoranter præteritis, quoad restitutionem legatorum, vt ait *Bart. in dicta auth. ex causa num. 24. Ceph. cons. 138. vbi infinitos alleg. & Purpur. cons. 5. num. 32* vbi ampliat id eò magis procedere, quando esset adiecta illa clausula (valeat modo, & forma, quibus melius valere possit) nec non altera, & omni meliori modo, *Rota dec. 553. par. 1. recentior. num. 2.*

Immò sustinetur ēt testamentum nullum ex causa præteritionis, per eam clausulã codicillarem, in vim fideicommissi, vt ait *Rota dec. 565. num. 3. dicta part. 1. recensior. Surd. dec. 233. num. 10. & 11. Bald. in l. ult. C. de cod. cill. num. 23. & Cardin. Mantic. de coniect. vlt. vol. tit. 3. lib. 2. num. 5.*

Et quamuis *Rota in dicta Romana de Marescottis* dicat, quòd clausula códicillaris nunquam possit operari in præiudiciũ filiorũ, declara tñ illud procedere, quando pater ignorauit filiorum existentiam, & sic solum, quando error cadit in persona, & uis esset in ignorantia ipsa, at secus, quando caderet super re, aut uis esset in causa ignorantiæ, vt ex supradictis fuit demonstratum.

6 Amplia tertiò, quòd legatum rei alienæ testatori debitæ valet, & illud operatur, vt eius æstimatio legatario debeatur, vt ait *Rota in dicta dec. 309. in 1. par. recensior. num. 10.*

Licèt secus esset quando coniecturæ in contrarium vrgerent, vt ait *Rota in decis. 453. num. 2. cum seqq. par. 1. in recensior* & ibi tradit, quę coniecturæ ad id arguendum sufficerent, quas per te videre poteris.

7 Amplia quartò, quòd legatum valet de re aliena factum, in qua habet testator vsumfructum tantùm, quia tunc illud verificatur in vsufructu, si non potest habere locum in proprietate, vt ait *Rota in dicta decis. 309. num. 10. & in num. 11.* declarat, quando legatum importat rei æstimationem non autem vsumfructum.

8 Amplia quintò, vt scilicet, etiam venditio rei alienæ sustineatur, vt fuit decisum in *Romana census Veneris 17. Martii 1600. coram Iusto, & in alia Romana Nullitatis venditionis 6. Maii 1609. coram Cardinali Pamphilio, quæ est inter criminales Farinacci decisione 148. num. 2.*

9 Quod tamen intellige verum, quoad vendentem, non autem, quoad dominũ, vt declarat *Franch. dec. 665. num. 2. & velutì dixi in conclus. 78. nu. 28. in verb. Agere volens.*

10 Subamplia primò, id intantũ esse verũ, q͞ propterea illius æstimatio sit ei soluenda, qui illam rem vendidit, & de pretio conuentionem fecit, etiam quòd illius rei Dominus non esset, vt dicunt DD. *allegati in Romana census scutorum 18. millium Veneris 11. Maii 1611. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec. 512. num. 6.*

11 Subamplia secundò multo magis procedere accedente postea Domini illius rei venditæ consensu *vulgata l. Obligationis substantia, & l. consensu ff. de act. & obligat. Rota in Romana pratensis venditionis domuncularum Lunæ 28. Iun. 1604. coram Lutio.*

12 Declara tamen prædicta non procedere, quando quis vendit rem alienam, vti propriã scienter, quia tunc ille diceretur esse in dolo, qui dolus dans causã contractui, illum rescindit, quando tamẽ esset manifestus, vt ait *Surdus dec. 299. num. 10. & Rota in dec. 148. penes Farinac. nu. 1. in crim.*

13 Et propterea nota, quòd emens alienam rem, vel alteri obligatam scienter, tunc de euictione, contra venditorem non agit, *vt ait Caualcan. de euict. S. Quinta num. 31. Gomez. var. resolut. tit. de contract. cap. 2. num. 42. Surd. dec. 243.* *num. 1.* & in hoc multa dicam in verbo euictio, &c. sicut multa dixi in verbo Actio de Euictione.

14 Extende istud quoquè procedere, quoad pretij restitutionem, vt ait *Cabal. & Gomez ibi supra.*

15 Contrarium licet teneant *DD. alleg. à Surd. in d. dec. 243. num. 1. & prius dec. 208. num. 1. & seqq.*

Con-

16 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat, quando non fuit promissa euictio, & ea ex natura rei, vel auctoris prę ordinatione sequatur; secunda verò, quādo fuit promissa euictio, specialiter in eum casum, quia tunc ea obligat pręcisè promittentem; quatenus ille casus succedat. Quinimmò isto secundo casu, emptor consequitur omne interesse, nec nō potest expræsse, & specialiter sibi cauere de duplo, vltra pretij restitutionem, vt ait *Surd dec. 268. num. 2. & 14. & dec. 143. num. 4.*

17 Declara, quod quando emptor alienæ rei, vel alteri pignoratæ soluit venditori præcium rei venditæ, tunc Dominus in primis habet actionem contra bona, sed ipsis non extantibus habet actionem in subsidium contra precium, veluti fuit decisum in *Romana census sextorum 18. millium Luna 16. Iunij 1615. coram Coccino, quæ est in 1 par. recentior. decis. 681. num. 3.*

18 Fallit tamen, quando emptor bona fide soluit primò venientibus precium rei emptæ, ignorando, quod adessent alii creditores anteriores: quia tunc etiam, quòd essēt posteriores illis, quibus bona fide fuit solutum; nihilominus soluens liberatur, vt ait *Rota ibi supra num. 3.* & veluti dicam in verbo Anterior, &c.

19 Extende primò id procedere, etiam quòd venditores illius rei essent in mala fide, quia sicut ea non nocet bona fide soluenti, Ita neq. creditoribus anterioribus suffragari potest, quia sufficit, quòd dictus soluens sit in bona fide, vt de cōmuni testatur, *Signorol. cons. 22. num. 2. in fin. vbi ait quod gloss. in l. si duo in princ. ff. vti possid. communiter reprobatur, vt refert Rota ibi supra num. 3. in vltimis verbis.*

20 Extende secundò multò magis procedere, quando emptor sub fide venditorum emisset, & illi essent personæ magnates, asserentes alios creditores, nisi in lista descriptos, non adesse, quia tunc cum emptor posterioribus soluēdo in facto erret, & ex hoc adeò bona fides causatur, quæ eum excusat, itaut ab anterioribus creditoribus amplius perturbari non possit, vt in terminis similis ordinis ait *Roman. cons. 123. n. 12. ver. 1* quia videtur, quem allegat, & sequitur *Rota ibi sup.*

21 Amplia sextò, principalem conclusionem procedere, etiam in legato facto de rebus hostiū, q tñ intellige procedere in illis rebus, quæ semel nostra fuerunt, quia tunc, & eo casu legari, atq. donari possunt, ob ius, & spem posthiliminij; secus autem, si nunquam huiusmodi res fuerunt in nostro dominio; quia tunc aut res est talis, quę de facili ad nos peruenire potest, vt sunt aromata, lapilli, & tunc possunt legari, ratione spei probabilis; Aut est talis, de qua hoc non speratur, vt sunt Ciuitates, Villæ, quæ nunquam nostræ fuerunt, & tunc legari non possunt, iuxta doctrinam *Bartoli in l. liber homo ff. de verb. obligat.* quam enim distinctionem vocat communem, *Ripa in in l. id, quod ff. de legat. 1. num. 3. Grass. de success. ab intest. §. legatum quæst. 18. Ioan. Schim. Inst. de legat. §. non solum num. 29* & in omnem euentum identitas rei legatæ concludenter probanda venit, antequàm legatarius ad illius possessionem admittatur, vt fuit dictum à *Rota in decis. 391. num. 8. part. 2. in recentioribus.*

ARGVMENTVM.

ALIMENTA A QVIBVS, ET quibus personis, Item quando, & quomodo sint præstanda.

CONCLVSIO LXXXV.

1 ALIMENTORVM materia nota, quòd in iure valdè fauorabilis, vbiquè reperitur, & meritò quidem, cum ex eis vita hominis prorsus nutrimentum recipiat, & propterea videmus, quòd in illis potiùs superfluitas tolleratur, quàm quod vnus indignus alimētis reputetur, necnon etiam semper ad eorum fauorem omnis interpretatio est facienda, licèt contrarius esset, *vt ait Rota in Romana alimentorum 23. Apr. 1572. coram Robusterio, & in alia Roman. alimentorum 23. Iun. 1574. coram Card. Seraph. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 104 num. 65. & Rot. in fulginaten. alimentorum Ven. 12 Ianuar. 1624. coram Pirouano*, vbi fuit reso-

resolutum alimenta, ob eorum fauorem deberi, etiam si voluntas testatoris ea re linquentis esset dubia.

2 Amplia primo huiusmodi conclusionem adeo esse veram, vt propterea dicta alimenta ab homine separari non possint, nec alteri cedi, neque assignari, alias esset velle quodammodo se ipsum necare, quod nemini de iure naturæ facere licet, cum nullus sit suorum membrorum Dominus ad *trad. per DD. in l. liber homo ff. ad l. Aquil. Bart. in l. cum Ætio ff. ad l. falcid. & est text. in l. si vsusfructus ff. de iur. dot. l. stipulatio ista §. si quis autem ff. de verb. obligat. Vrsill. ad Afflict. decis. 152. num. 2. & 3. & ita fuit decisum in Romana pecuniaria Luna 18. Februar. 1607. coram Manzanedo, & Grat dec. 158. nu. 1. in addit.*

3 Extende id in tantum esse verum, vt propterea eis neq. tacitè, neq. expressè renunciari possit, absq. causæ cognitione, & consulto Prætore, vt ait *Grat. discept. cap 969 nu. 29. & 30. lib. 5.*

4 Idquè eò magis procederet, vbi essemus in minore, quibus per eum renunciari non potest, idem *Grat. lib. 4. discept. cap. 750. num 13.*

5 Extēde ꝙ in dubio semper omnis interpretatio est facienda ad fauorem illius, qui alimenta recipere debet, vel ad fauorē renunciātis, vt s. minus legitimè renunciasse censeatur, vt ait idem *Grattianus allo lib. 5. cap. 966. num. 22. & 28.*

6 Et propterea ex prædictis infertur, quòd filius renunciando alimentis, sibi per patrem debitis, dicitur enormissimè læsus, itavt aduersus huiusmodi renunciationem restitutio in integrum ei nullo modo denegari possit, vt ait *Rota decis. 224. num 2. par. 2. recent. & Rota inter Criminalis Farinacc. dec. 91. num 2.* vbi signanter ait, quòd nulla lege, neq. consuetudine istud onus alendi liberos tolli potest, cum eis alimenta instinctu naturæ debeantur, immò eorum educatio, etiam ad feras bestias pertinet, & id in tantum est verum, quod pater alimenta negans anathema est, & turbat filiū in statu quasi possessionis suæ filiationis, & patriā potestatē perdit; veluti & ē cōuerso procedit, qñ scilicet filius regnaret alimēta patri, per quod ipse exheredari potest, vt ait *Card. Tusch. in verbo Alimenta conclus. 287. num. 5. & 85* & pulchrè ait *Magon in sua dec. 73. num. 8. 9. & 28. Rotæ Lucen. & Surd. de aliment. tit. 1. num. 3. vers. 1.*

7 Extende, quòd neq. ad euitandum istud onus alendi, sufficiat allegare per patrem, cum non esse filium, vt ait *Bato. in sua dec. 36. quem allegat. & sequitur Ricc. in sua coll. in. 962. in 4. par.*

Sed quomodo de filiatione sit docendum dicam inferius *vers. Declara tamen, & in alio versiculo Vnde hic in proposito cum seq. & Grat. d. cap 969.*

8 Quimmò si pater denegaret alimenta filio languido, tunc ille patria potestate soluitur, licèt secus, si non est languidus; sed benè valeret, vt dicunt *DD. alleg. ab Azor. in 2. pto inst. moral. c. 26. lib. 2. in vers. Sed quæstio fol. 125.*

9 Subamplia primò procedere, etiamsi talis renunciatio alimentorum esset iuramento facta, vt ait *Rota dec. 31. p. 1. par. recent. & est penes Card. Mantica dec. 331.* Et ratio est quia iuramentum nunquam est attendendum, quando sit vinculum iniquitatis, & dispendiū in salutis animæ vergat, vt latè dicam in verbo Iuramentum.

10 Subamplia secundò, quòd alimentis non possit renunciari, veluti si ea fuissent relicta Titio, cum familia, quia tunc Titius non posset in præiudicium familiæ eis renunciare, vt ait *Grat. li. 1. discept. ca. 70. num. 52.*

11 Declara tamen dictam ampliationem procedere, si loquamur, quoad ius formale alimentorum, quia isto casu benè procederet ampliatio; at secus, quoad commoditatem percipiendi alimenta; quia tunc dictę commoditati optimè cedi potest, atque creditoribus assignari *l. necessario §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. l. arboribus §. vsufructuarius ff. de vsufruct. Bart. in l. 1. num. 8. C. de pet. bon. sublat. lib. 10. facit text. in l. fin. §. Lucius ff. de contrahen. empt. & ibi Bartol. & Salicet. Iason in l. 2. §. item si ff. de verb. obligat. Pinell. in tit. 1 C. de bon. mater. 3. par. num. 20. Molin. plures allegans de primogenit. Hispan. lib. 1. & 2. num. 11. & 12. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 113. & ita fuit decisum in Romana pecu-*

pecuniaria Luna 18. *Iun.* 1607. *coram Manzanedo, & Rota decis.* 251. *num.* 3. *par.* 1. *recent.*

12 Declara secundò, quòd licèt super alimentis transigi non possit, *l. cum his,* §. *fin. ff de transact.* tamen quando alimenta minutatim debentur, tunc super eis transactio validè fieri potest *dicta l. cum his* §. *fin. glos. in l. si filius C. de donat. inter virum, & uxor. Alex. in rubr. ff solut. matr. col.* 1. *& Card. Flor. in cap.* 1. *de censibus.*

13 Quod enim extende, multò magis procedere, quando transactio esset iurata: quia tunc etiam super alimentis futuris fieri potest *Bart. in l. si quis pro eo columna fin. versiculo* 10. *prohibetur, & ibi Cuman ff. de fideicomm. Imolen. in. capit. cum contingat in* 10. *memb. in princ. de iure iuran* & ita fuit decisum in *una Romana alimentorum* 2. *Apr.* & 28. *Iun.* 1593 *coram Card. Pamph.*

14 Contrarium, quòd scilicet iuramentum, nil operetur in remissione alimentorum, ea ratione: quia quos natura non obligat: neq. eos conscientia ligat, ait *Gratianus in* 4. *lib. disceptationum, capit.* 750. *num.* 19.

15 Extende prædicta procedere quoquè in alimentis à patre debitis, super quibus transigi potest, vt latè habetur in *reg. Iur. Ciuil. ac Pontific. in verbo Alimēta, & e. ear mih* 83 *in par.* 1.

16 Amplia secundò, conclusionem in tantū procedere, vt propterea, ob fauorem alimentorum, quoq. dicatur pia, & sic priuilegiata, quando de illis tractatur, tàm respectu processus, & probationum, quàm etiam ex eo, quod in ea summariè procedatur, vt ait *Rota per Verallum dec.* 21. & *dec.* 22. *num.* 3. & 4. *par.* 1. *Surdus dec.* 323. *num.* 5. *Gratianus dec. Marchiæ* 53, *num.* 4. *in addit.* & *dec.* 129. *num.* 6. *Afflict. dec.* 252. *nu* 8. & *Thomas Fastol. dec.* 15. *allegat. à Marta in sua compilatione decisionum tom.* 1. *in verbo Alimenta cap.* 49. *Cassad. dec. vnica de mut. pec.*

17 Amplia tertiò, vt in eorum causa appellatio non detur; sed in ea omni dilatione reiecta proceditur, quando tamen non iure actionis; sed officio Iudicis, ob inopiam instantis sunt petita, veluti in causa mercedis, & similium fieri solet; sed rursus declara, id esse verum, si petitio fiat super alimentis præsentibus, & futuris, in quibus pendet vita hominis; secus autem in præteritis, quia tunc in illis benè appellatio datur, vt ait *Gratianus in dec. March.* 53. *num.* 10 & *Rota per Verallum dec.* 98. *lib.* 1. & *dec.* 329. *in* 2 *par.* & *in Anconitana Alimentorum* 14. *Decembris* 1585. *coram Orano, quæ est apud Marchesan. de commission. tom.* 1. *fol.* 1171. *num.* 2. *Magon. dec. Lucen.* 43. *sub num.* 12. *Cancer. dec.* 16. *tit. de aliment.* & *Afflict. dec.* 152. *Caccher. dec.* 25. & *Cassad. dicta dec. vnica num.* 1. *de mutu. pec* & *Grat. lib.* 1. *disceptat. cap.* 33. *num.* 22. & 23. *et Rota dec.* 764. *parte* 1. *nouiss. et Cæsar Barz. dec. Bonon* 69.

18 Et ratio est, quia paupertas expectare non potest, vt ait *Marta in sua compilatione decisionum tom.* 1. *in verbo Appellatio cap.* 184.

19 *Rubinus autem dec.* 13. pro vtraquè parte huiusmodi quæstionem tractat, & concludit, quòd à sententia alimentorum appellatio detur, si alendus habeat, vndè se alat; Item quòd appellatio detur in alimentis futuris, quando alendus est diues, ait *Vrsillus ad Afflict. dec.* 52. *nu.* 1. *et* 2 Et ratio est, quia homo diues expectare potest, vt ait *Marta ibi supra*.

20 *Sed Michael Ferrer. in dec.* 31. *parte* 3. ait, se dubitare, an huiusmodi opinionem Regia audientia Cathaloniæ obseruet. *Cancer verò dicta dec.* 16. ait distinctionem Rubini esse verissimam, & sic quando inops sententiam, pro se habet in causa alimentorum, si ab ea appelletur, interim appellans alimenta præstare debet, quam enim opinionem esse receptam in Senatu Cathaloniæ, & veram, testatur *Michael Ferrer. dec.* 502. *par.* 3.

21 Extēde vt inferius dicam, q̄ et alimēta in principio litis debeantur, imò dū de eis tractatur, negotium principale silet.

22 *Sed Ferrer. dicta dec.* 502. aliud notat quod est, vt appellatio admittatur à prouisione alimentorum, non retardata tamē executione, siue data cautione, de restituendo in euentum, &c. licèt idē *Cancer. dicta dec.* 16. *dicat dictam decisionem Ferrerii* 502. esse intelligendam, dummodo alimentarius illam cautionem præstare possit, sin minus ait, quòd dicta executio, sine ea fieri debeat, super alimentorum prouisione.

Con-

23 Contrarium, quòd scilicet illa cautio non sit danda, ex quo alimenta non sunt restituenda, nec minùs ea præstans in credituum computare possit, dicam inferius ex mente *Rotæ*, & *aliorum Doctorum in vers. Sed quòd dicta alimenta, &c.*

24 Quamuis huic opinioni contrariũ dicat *Gratian. lib. 3. discept. cap. 2.36. nu. 40.* vbi ait, quod alimenta, & sumptus litis actori imputantur, cum fructibus perceptus si sententiam obtineat.

25 Declara tamen, quod alimenta præsentia, & futura dicuntur à die motæ litis, & tunc appellatio super eis non datur; Præterita verò sunt iam ante litem motam decursa, pro quibus appellatio venit admittenda, vt ait *Rota per Verall. dec. 20. & 24. num. 2. par. 1.*

26 Subdeclara, quòd ad ea cognoscẽda tẽpus petitionis, nõ aũt sentẽtiæ est attẽdẽd. idem *Verall. in d. dec. 24. num. 3. & Rot. in d. Anconitana alimentorum coram Orano, Franch. in sua dec. 605. & Grat. in dec. 53. num. 11.*

27 Extende, quòd neq. in illis post litem motam debitis requiritur, quod æs alienum fuerit pro eis contractũ; quia absq. eo debentur, vt ait idem *Franch. in d. dec. 605. num. 2.*

28 Amplius notandum erit, quòd quãdo sumus in causa alimentorum de futuro, tàm fauorabili, tunc ad ea petenda dies festiui non attenduntur, vt ait idem *Grat. in d. dec. 53. num. 9. in addit. & in dec. 129. num. 1. in eisdem addit.* necnon etiã ea quoq. peti possunt coram Iudice seculari, vt inferius dicam.

29 Amplia quartò, quòd istud onus alẽdi ad hæredem hæredis transit, iuxta ea, quæ ait *Intrigliol. de substitut. quæst. 26. num. 7. centur. 2.* & eò magis, quando testator super dictis alimentis perfectam dispositionem fecerit, quia ex eo tunc præsumeretur, quòd legatum esset perpetuũ, & per consequẽs ab herede heredis præstãdũ ad *trad. per Bart. in l. si tm. §cl. si heres, & latius C. ea sit, Frãch. in dec. 365 & dec. 178. & 283. & dec. 686. et Rot. mox cit.*

30 Extende id procedere, etiamsi postea testator disposuerit circa modum soluendi alimenta, veluti si dixisset, quòd ea per supradictum suum hæredem soluerentur eius vita durante; quia tunc ista verba, tamquam solutioni apposita non

mutarent substantiam legati, iam in esse deducti, & etiam sui natura perpetui; sed ea, tunc demonstrationis causa censerentur dicta, quemadmodum in dubio semper iudicandum venit, & præsertim in hac alimentorum materia, in qua potius superfluitas admittitur, quàm quòd quis alimonijs priuetur, *l. qui testamento, & ibi Bart de legat. 2. & Dec. cons. 419. n. 18. cum seqq. & Rota in dicta Romana coram Robusterio, & in dec. 585. par. 1. nouissim. coram Cardinali Lancellotto Seniore. Marta in compilatione decisionum tom. 1. in verb. alimenta cap. 65. & fuit dictum in alia Rom. donationis lunæ 26. Maij 1603. coram Greg. XV. quæ est in eius impress. dec. 118.*

31 Contrarium, quòd scilicet conditio adiecta executioni ipsam executionem suspendat, & ideò licet sit orta obligatio; tamẽ illius exercitium impeditum dicatur, ait *Rota ubi coram Greg. num.* [illegible]

32 Concorda, vt scilicet prima opinio procedat, quando sumus in dispositione conditionali facta, per viam contractus; secunda vero procedit in vltimis voluntatibus; in quibus conditio executioni adiecta reddit dispositionem conditionalem, vt ait *Cassad. dec. 3. num. 11. vers. Item secus de prabend. Ruin. cons. 65. nu. 2. & 23. lib. 2. Bald. cons. 478. n. 1. vers. in contrarium lib. 1. Gabr. cons. 150. num. 3. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 3. iuxta nouam impress. & fuit dictũ in Comen. Legati 26. Ian. 1609. coram Card. Lancellotto Iuniore.*

35 Extende secundò dictam quartam ampliationem procedere, etiam quòd testator dixerit, vt alimenta dentur in vita hæredis, quia nihilominus ea legatario deberentur, eius vita durãte, etiãsi dictus hæres ei prædecedat; nàm isto casu illud onus alendi ad heredem heredis transibit, & ratio ea est vt superius dixi, quia omnis interpretatio semper est facienda, vt quis alimentis non careat, vt ait *Rota in dicta decisione 585. parte prima nouissimarum, & in alia Romana alimentorum 23. Aprilis 1577. coram Robusterio.*

34 Extende tertiò, idem quoque procedere in casu *decisionis Gasparis Thesauri 14. in prima parte Rotæ Taurinen.* vbi habetur, quòd si in legato vxori de

vsusfructu, facto fuerint adiecta illa verba nempè (si cum liberis moraretur) Nihilominus eidem alimenta deberentur, etiam mortuis filijs; quia illa verba non sunt apposita ad inducendam conditionem, sed ad demonstrandum testatoris desiderium, vt ait idem *Thesaur. in prac. loco, & Ricc. in sua collect. dec. 637. vers. Amplia 3. in 3. par*

35 Amplia quinto, quòd in huiusmodi alimentorum occasione, potest etiam hæres coaueniri intra tempus coficiendi inuentarium, necnon etiam actio personalis in hac causa. alimentorum datur contra tertium, vt ait *Gratianus lib. 3. disceptat cap. 423. nu. 38. & 39. & ad tradit. per Surdum in sua decisione 323. num. 10.*

36 Amplia sextò, quòd alimenta adeò sunt necessaria, & amica naturæ, quòd ob id filijs, etiam illegitimis, & spurijs, præstanda veniunt, nam licet illi cum peccato generentur, tamen sine peccato aluntur, Item licet ius Ciuile castitati consulendo filijs spurijs alimenta denegauerit, *auth. ex complexu C. de incest. nupt* & quamuis ius quoquè Canonicum peccata detestetur, & castitatem nedum commendet, sed etiam instanter præcipiat, tamen illud naturalem rationem sequens, pietatem, & æquitatem castitati prætulit, & sic filijs illegitimis alimenta præstari iussit *Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de his quibus vt indig. Iason cons. 26. num. 13. lib. 1. Alex. cons. 74. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 576. num. 1. & prius in cons. 311. num. 3. Crauetta cons. 799. num. 1. Caualcan. cons. 62. num. 16. Rol. cons. 74. num. 39. lib. 1. Ant. Gomez in l. 9. Tauri Ant. Cord. in l. si quis à liberis §. Idem rescripsit num. 9. & seqq. ff. de liber. agnoscen. Gabr. concl. 1. tit. de alim. Boer. in dec. 127. num. 7. & alij alleg. à Rota in Bononien. alimentorum Lunæ 28. Mart. 1594. coram Penia, quæ est inter ceter. Farinacc. dec. 81. per tot. & Card. Seraph. in sua decil. 41. num. 6. & Azor. in 2. par. Instit. moral. cap. 4. lib. 2. fol. 83. vers. aut vero sub littera D. & Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 33. Rota dec. 747. par. 4. nouiss. & Gayll practic. obseruat. lib. 2. dec. 88. nu. 4. & seqq.*

37 Declara tamen illud procedere, quòd scilicet filijs illegitimis semper alimenta debeantur, dummodo tamen de alterius filiatione non constet, secus autem, si de ea constaret, veluti quia illa mulier tempore conceptionis virum habuisset, ac illi liber accessus ad eam esset, quia tunc filius ex præsumptione iuris censetur mariti, non autem adulteri, ad euitandum delictum, nec eo casu educatio tractatus, & adulteri confessio, hanc iuris præsumptionem tollit, sed ad id essent necessarij testes exceptione maiores, fama communis in vicinia, similitudo lineamentorum, dicta adulteri nominatio, & reputatio consanguineorum; Item, quòd ille vti filius fuisset baptizatus, veluti latè dicam, Deo dante, in verbo Filius, & veluti ait *Rota decis. 782. par. 4. nouiss.* & fuit etiam ita decisum in *Bononien. de Gargantibus Mercur. 2. Iun. 1607. coram Card. Marcomontio,* & in hac materia omninò vide *Gratian. lib. 3. discept. cap. 567. nu. 27. & seqq.* & ibi adducit multa exempla similitudinis filiorum, idemq. ait in *cap. 562. nu. 59. 67. & 70.*

38 Subdeclara tu tamen, quòd quando tractatur de probanda filiatione principaliter, tunc verum est, quòd ea concludenter erit probanda, ad hoc, vt quis verè filius alicuius dicatur, siue filius agat, siue conueniatur, & præsertim, quando de aliqua hæreditate ageretur, vt ait *Rota per Gregor. decis. 223. num. 2.* & tunc optimè probata diceretur ex nominatione iuncta cum actu proportionabili institutionis, vt ait idem *Gregor. dec. 349. nu. 5. & in addit. num. 8. item in dec. 422. nu. 2.* docet, ex quibus filiatio probetur, & per *Burat. dec. 530. num. 20. & seq. & Card. Seraph. dec. 1300. num. 3.* vbi ait, q legitimus quis esse probatur, ex eo, q pater eum vti legitimũ tractauit eundẽ instituendo suũ hæredem vniuersalẽ, ac enunciando eum legitimum, & naturalem, & ex tali vxore sua natũ. Secus verò, si tractaretur de filiatione incidẽter, veluti ad effectum cõsequendi alimẽta, per modum prouisionis, quia eo casu eã leuiter probari sufficiet, donec postea lis super filiatione terminetur, vt dixi supra in verbo Agere volens, vers. Amplia 16. *Grat. d. cap. 567. num. 23. & 24.* & ita fuit nouissimè dictum in vna *Romana dotis Veneris 12. Ianuar. 1629. coram Card. Virili.*

Vndè

39 Vndè ex prædictis infertur, quòd ma xima differentia sit inter filium, qui sit in quasi possessione exigendi alimenta, ab altero, qui in ea non existat; nam in primo casu, licèt Pater neget eum esse filium, attamen illum alere cogitur, nulla permissa summaria causa cognitione, secus verò in secundo casu, quia tunc saltem summariè eum esse talem probare tenetur, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 230. num. 43. & lib. 3. cap. 567. num. 23. cum seqq*.

40 Et præsertim id procedit in Rota, quę absq. plenis probationibus alimenta decernit, vt fuit dictum à *Rota in vna dec. quæ est apud Marbesj. de commiss. par. 1. fol. 1169. num. 1.* & *Grat lib. 3. discept. c. 562. num. 22.* & *567. num. 23.*

41 Extende primò prædicta tantò magis procedere, si per triennium continuum alimenta fuissent præstita, quia tunc sine dubio illa, etiam in futurum quis pręstare tenetur, vt ait idem *Grat. in prac. loco c. 208. num. 13. lib. 2.*

42 Extende secundò procedere, quando essemus in filia, vel nepti agenti ad bona Patris, vel Aui, cui alimenta etiam in prima instantia præstanda veniunt, idem *Grat. dicto lib. 2. discept. cap. 236. num. 1. cum seqq. idemquè ait Rota apud Marbesjanum de commiss. par. 1. fol. 1173. num. 1.*

43 Sed redeũdo ad materiam prædictam probationis filiationis in primo casu. Nota, quod si mater esset sui iuris, & sic soluta, & tempore conceptionis plures viros ad se ire permitteret, eo casu id illam præsumptionem iuris tolleret, vt esset alicuius certi hominis filius, & eò magis ad effectum obtinendi in petitorio, cum in istis terminis coniecturæ non sufficiãt, & ꝙ filius natus ex tali vulgari fęmina dicatur spurius, quasi sine Patre natus, & ꝙ propterea nõ Patri, sed matri dicatur successibilis, ait *Grat. lib. 3 discep. cap. 562. num. 66. cum alijs ibi alleg.*

34 Nota tamen ꝙ ad dictũ effectũ obtinendi in petitorio multum faceret, si vera vice probaretur illum, qui pater asseritur solum habuisse conuersationem cum illa muliere, necnon eam in propria domo affectione maritali retinuisse, & inde filium natum, vti proprium educasse, veluti in istis terminis fuit decisum à *Rota in Romana filiationis Veneris 4. Februarij 1611. coram Cardinali Marcomontio, quæ est apud Marbesjanum de commiss. in 1. par. fol. 1162. per tot.* & *vide Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 5. ferè per tot.*

45 Vndè ex prædictis inferri potest, quòd si mulier innupta pariens non probaret filiũ ex ea natũ esse alicuius certę personæ, tunc ipsa partum alere tenetur, & in dubio ille, cuius præsumendus sit, quando plures cum ea rem habuerint, & cui in hoc sit credendum, vide *Thesaur. in sua dec. 3. per totam* & *Merl. in prac loco*.

46 Amplia septimò istud onus alendi filios ad fiscum, quoquè transire, veluti ad hæredes, loco quorum ipse succedit, *l. in pari §. bi qui*, & *ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Crauett. cons. 263. num. 7. Socin. Sen. cons. 30. num. 30. lib. 1. Ripa in l. ex facto §. ex facto num. 8. & 9. ff. ad Senat. cons. Trebellian. Peregrinus de Iure Fisci lib. 5. titulo. 1. de public. bon. num. 75. Rota in dec. 746. par. 4. nouiss. & ita fuit decisum in dicta Bononien. alimentorum coram Penia, quæ est inter crim. Farinacc. dec. 82.*

47 Amplia octauò id procedere, etiam in confiscatione ex crimine læsæ Maiestatis humanæ, quo casu Fiscus filios spurios alere tenetur, vt ait *Socin in præcitato cons. 30. num. 3. lib. 1. Ripa ibi supra num. 9. Plott. cons. 130 num. 83.* & *84. inter cons. crimin. in lib. 1. Dec. cons. 8. num. 5. & Rota in prædicta Bononien. alimentorum coram Penia, quæ est dec. 81. inter crim Farinacc.*

48 Sed est benè verum, quòd non datur filijs, & multò minus, quando illi essent illegitimi retentio bonorum Patris, cũ alimẽta de manu fisci sint capienda, qui dicitur hæres anomalus, in quem onera, & honores pertranseunt, incipiendo tamen alimenta, & dotes filijs deberi, à die confiscationis bonorũ Patris factæ, non autem à die mortis naturalis, vt ait *Surd. de alimentis tit. 1 quæst. 31. num. 5.* & *seqq. Costa de portien. rata quæst. 120.* & *Rota dec. 479. num. 4. par. 1. in recentioribus*. Secus verò, vbi ageretur de legitima; quia tunc filio possidenti datur retentio bonorum patris, donec illius liquidatio fiat, vt ait *Rota per*

Buratt. dec. 115. num. 11. et veluti dixi in concl. 42 n 709 quod tamen intellige procedere, quòd ſcilicet illi detur retentio; ſed fideicommiſſario immiſſio pro indiuiſo cum eo, vt fuit dictum in *Foroliuien. fideicomm. de Oliuerijs 16. Iun. 1614. coram Buratto, et prius in Interamnen. de Paradiſis 1. Iul. 1607. corā Card. Pamph. et in Caſenaten. de Aldinis 20. Iun. 1611. coram Coccino Decano.*

49 Amplia nonò procedere etiã in fortioribus terminis; nempè in crimine hęreſis & ſic lęſæ Maieſtatis Diuinæ, quod enim delictum eſt longè grauius eo Maieſtatis humanę *c. vergentis de haeret.* In quo delicto à die perpatrati exceſſus, ipſo iure omnia bona hęretici in fiſcum pertranſeunt *c. ſecundum legem de haeret. in 6. et Rota ibidem coram Penia.*

50 Amplia decimò huiuſmodi alimenta deberi etiam filijs hæreticorum, dummodo tamen ipſi ſint Catholici, vt ait *Petr. de Auenna ſuper l. 4. Tauri gloſ. 7. num. 8. Alfonſ. Caſtil. lib. 2. C. de inſtit. haeret. pun. Gabr. Queſad. in compend. de bon. confiſcat. in ſanc. offic. Inquiſitionis quaeſt. 24. vbi alios allegat Socin. in dicto conſ. 30. et Plottus in prac. conſ. 130. num. 84. in ver. vbi filius &c.* Sed qua pœna afficiãtur filij hæreticorum, ob hæreſim Patris, vide omnino deciſionẽ in vna *Conchen. Penſionis cor Peregr. quae eſt penes Marcheſ. de commiſſ par. 2. fol. 215. per totam.*

51 Neq. in cõtrariũ obſtat *text. in l. quiſquis C. ad leg. Iuliã Maieſtatis,* quia cũ Imperator filios perpetrãtiũ iſtud crimẽ lęſę Maieſtatis Diuinę viuere permittat, cõſequenter cenſetur, etiam illis alimenta concedere velle, ſine quibus viuere nullo modo poſſunt *l. necare ff. de liber. agnoſc.* & ita quoquè fuit deciſum in illa *Bononien. Alimentorum Lunae 28. Mart. 1594. coram Penia.*

52 Extende id, quod fuit dictum de fiſco prædictis filijs alimenta in illis caſibus præſtare debente, procedere, etiam in quarta vxori debita miſerationis cauſa, quæ loco alimentorum ſuccedit, & id procedit, etiamſi confiſcatio ſequeretur in vim alicuius ſtatuti, cũ illud eã prohibere, ac tollere non poſſit, veluti nequè etiã maritus in teſtamento, cũ valeat argumentum de delicto, ad vltimas voluntates, niſi tamen contraria conſuetudo fori extaret, quia tunc dicta quarta non deberetur; ſed extra dictum caſum, ea eſt quoq. debita in delicto læſæ maieſtatis, licèt in hoc contrarium concludat *Pereg. de Iur. fiſc. tit. 1. lib. 5. num. 4. vt ait Grat. lib. 1. diſcept cap. 120. num. 10 & ſeqq. contra Peregr. tenet Farinacc. & Plott. ibi à Grat. alleg. idem in lib. 3. diſcept. cap 512 num 4 & ſeqq*

Et ratio prędictorum eſt, quia maritus, ſiue vxor nõ tenentur inuicẽ, niſi in quantũ facere poſſunt, etiamſi huiuſmodi priuilegio (quod illis ob reuerentiam competit) cum iuramento fuerit renunciatum vt dicunt *DD. alleg. ita à D. Ferentilio in addit. ad dec. Burat. 281. n. 20. & ita fuit deciſum à Rota in Recanaten ſeparationis th . 26. Febr. 1625. coram Pirouano.*

53 Amplia vndecimò dicta alimenta quoq. deberi filijs illegitimis Clericorum, non obſtante Bulla Pij V. fel. recordat. & id nedum ea ratione, quia illa Bulla in ſpecie dictis filijs alimenta non tollit, quæ iure naturali, & Canonico quibuſcumq. debentur; verùm etiam ex altera; quia non eſt veriſimile, tàm pium Pontificẽ id in eorũ perditionẽ ordinari voluiſſe; aliàs impium incõueniẽs reſultaret, quod eſſet, vt lex pietatis, & æquitatis: necnon etiam ea rationis naturalis violatæ remanerent, & pulchre conſiderauit *Rota ibi coram Penia, & Azor. in 2. par. inſtit moral. cap. 4. lib. 2. fol. 82. ver. Septimo quaeritur.*

54 Quæ enim ratio naturalis dicitur fundamentum præſtationis alimentorum, & propterea videmus, quòd cum ea in filijs adoptiuis ceſſet, obid eis alimenta non debentur, vt ait *Surd. de alim. quaeſt. 2. tit. 1. num: 1.* & *Rota ibi ſupra.*

55 Contrarium licèt teneant multi à *Surdo allegati ibidem num. 2. & ſeqq.* dicentes, quòd qui aliquem tractat, vti filium, eundem vti talem alere tenetur, Item; id ex altera ratione procedit; quia adoptio imitatur naturam, cum alijs ibi videndis immò in *eod. tit. 1. quaeſt. 14. num. 1. & ſeqq.* extendit id etiam procedere in alimẽtis filio dandis, quando de hæreditate patris adoptantis agitur, & præſertim, quando iſtud nomẽ filij nõ poſſet in alio, quã in adoptiuo verificari; qa tũc verè filio legitimo, & naturali ęquiparatur, idem *Surd. ibi ſup. & cat. ab eo alleg.*

Exten.

56 Extende hanc secundam opinionem procedere in filio spirituali, quem Pater spiritualis alere tenetur: quia affinitas spiritualis est maior, quàm carnalis, & plus est diligendus Pater spiritualis, quam carnalis: Vndè videmus, quòd si filius occideret Patrem spiritualem, teneretur, ac si occideret naturalē, vt ait idem *Surdus de alimentis 1. titulo, quæst. 11. num. 5.*

Quod secus tamen est in filio spurio: quia ille occidendo patrem, pœnam parricidii non incurrit, vt ait *Surd. dec. 149. num.* 18. Licèt contrarium dixerim infra in Ampliatione xix. in versic. Contrarium tenuit Decianus, vbi concordantiam inuenies.

57 Sed ego confiteor, quòd nunquam practicare vidi huiusmodi doctrinam, & quoad me crederem, quòd Pater spiritualis, videlicet ille, qui eleuauit aliquem filium à sacro fonte, siue tenuit ad sacrū Chrisma, & ad Cathechismū solū teneatur filium bonis moribus imbuere, sed non cibis corporalibus eum alere, aliàs valdè pauci inuenirentur, qui hoc onus assumere vellent; sed est benè verùm, quòd semper talis Pater deberet illud totum, quod pro eleemosynis erogare posset, in adiutorium illius filii contribuere: quod enim valdè piū, ac laudabile esset, si tñ filius indigeret, ac ista miseratione esset dignus.

58 Concorda tu tamen, cum doctrina, quam postea inueni apud *Ioannem Valerium de different. inter vtrumque forum differ. 6. in verbo Alimenta*, Quòd scilicet, prima opinio procedat, quòad forum interius: cuius enim dispositione Pater spiritualis tenetur alimenta præstare filiis spiritualibus. Secunda verò procedit, quòad illud exterius, per quod hodie Pater ex non vsu, vel saltem ex desuetudine filiis spiritualibus alimenta præstare non cogitur, secundum *Emmanuel. Sà in sua summa in verbo Alimenta, §. 6. incip. Tenetur auus, alleg. à Valerio in præcitato loco.*

59 Amplia duodecimò, prædicta etiam habere locum in alio quocumque successore, vt puta, in cessionario, & similibus, qui possunt cogi prædictis illegitimis filiis alimenta præstare: quia bona semper transeunt, cum sua causa, & onere suo, *l. 2. ff. de hæred. & action. vendit.* & *Rota in d. Bonon. alimentor. coram Penia*, & *Thesaur. dec. 211. n* 8. vbi loquitur de in donatario omnium bonorum.

60 Extende id procedere nulla habita distinctione, siue ratione pecuniarū, quas cessionarius fisco soluit, pro reportanda cessione, & sic id procedit eo modo, ac si nil fuisset impensum, & eò magis, quando emisset, cum omnibus honoribus, & oneribus, vltra quòd, si secus venderet, intelligitur, vt ad omnia emptor, & non fiscus teneatur, vt ait *Rot. inter ert. Farin. dec 91. n. 1. & seq. Thesaur. d. dec. 211. n. 11.*

61 Amplia decimotertiò, quòd Pater nō solùm in vita filios naturales alere tenetur, sed etiam post mortem, eis alimenta sufficientia relinquere debet, aliàs pro illis filii legitimi, & naturales conueniri possunt, licèt tamen non pro alio, quàm pro alimentis sint obligati hæredes, etiam si à Patre dictis filiis illegitimis aliquid aliud relinquatur, vt ait *Gall. obseruat. 88. lib. 2. Rota dec. 15. par. 2. diuers. Ricc. in sua collectan. 1099. in princ. in 4. par.* & *Mohedan. in decis. 178. & Gratian. lib. 3. discept. cap. 586. nu. 26.*

62 Et ratio illius ampliationis est: quia ius petendi alimenta, ex parte petentis, dicitur personale, ex parte verò ea debentium, est transmissibile ad hæredes, vt superius dixi, & vt ait *Gam. in dec. 11. Franch. in decis. 645. num. 6. & dec. 686. n. 3. p. 4. nouiss & in 2. par. recen. dec. 224. num. 1. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 104. nu* 38. & 40. & ibi in specie ait, quod subiectum alimentorū est anima, & corpus, quæ non migrant ad hæredes, & sic de subiecto in subiectum.

63 Declara tamen id, quod fuit dictum de iure alimentorum transmissibili, non esse verum, quando alimenta per statutum essent loco legitimę subrogata: quia illo casu, ea vti personalia ad hęredes non transeunt, nec illa per eorum subrogationem sustinent fauorem legitimę. Et ratio est: quia, quando vnum debitum conuertitur in alterum, illud primum extinguitur, nec illius naturam retinet. *Afflict. decis. 252. num. 5. Surd. & alii allegati à Gratiano d. lib. 1. cap. 44. num. 5. & 6.*

64 Contrarium tamen multi tenent, quos allegat idem *Gratianus ibi supra num. 7.* vbi

vbi fatetur non esse tutum tenere, quòd alimenta (quæ loco legitimæ debentur) ad hæredes non transeant, sed quod morte finiantur.

65 Sed tenendo hanc secundam opinionem extende primò, eam quoque procedere in fundo ad aliméta legato ei cui proprietas legari poterat: quia isto casu ea ad hæredes legatarij transibunt, vt ait idem *Grat. ibi sup d.c. 41 n.8.*

66 Extende secundò illam secundam opinionem, etiam procedere, veluti si essemus in legato facto, verbi gratia, dignitati, vtpote, Episcopo, vel similibus: quia tunc, etiamsi per testatorem fuerit dictũ tale legatum soluatur Episcopo, per infrascriptos hęredes, attamen illud erit transmissibile, ex vtraq. parte, & sic ad successorem Episcopi, in ea dignitate Episcopatus: quia illa fuit contemplata, & ea nunquam moritur: immò erit, etiam transmissibile ad hæredes hæredum, non obstante, quòd fuerit dictum per infrascriptos, quod verbum, licèt personalitatem, importet, & debeat intelligi de illis hæredibus, qui oculis corporis legi possunt. Itẽ q̃uis appellatione hæredis, infrascripti, nõ veniat hæres hęredis, ob eam dictionem, quæ personalitatem significat: nihilominus, cum legatum sit semper soluendum, donec legatarius viuit: idcircò, donec viuet illa dignitas, semper alimenta erunt Episcopo soluenda. Immò, si essemus in legato Ecclesiæ facto, si ea destruatur, non tñ expirat legatũ, sed ad Põtificem transit; licèt secus sit, quando esset factum Ciuitati, quæ si destruatur amplius legatum non deberetur, vt ait *Surdus, Ripa, & alij alleg. a Grattano lib. 1. discept. c. 131 num. 7. cum seqq.*

67 Neq. illa dictio [Per infrascriptos] tollit, quòd hæres hæredis, ad illud non teneatur: quia contraria regula non procedit, vbi eadem ratio non militat, vt in casu nostro, ob eam rationem, quòd scilicet semper debeantur alimenta, donec legatarius viuit: quibus addatur, quòd si testator in hoc hæredem sibi cognitum, & magis dilectum grauauit: ergo multò magis erit dicendum, quòd voluerit grauare alterum, sibi incognitum, & minus dilectum, vt ait *Corn. cons. 69. num. 4. lib 4. & Grattan. ibid. num. 8.*

68 Declara tamen, quòd tunc alimenta non deberentur perpetuò illi successori, quando ea erant præstanda de fructibus alicuius fundi, sed solùm vsque ad 100. annos, nõ proprietas semper sit inutilis, secus autẽ, si pars fundi sufficeret pro solutione legati, & altera esset proprietario vtilis, q̃a tũc cessaret illa ratio, ne proprietas semper sit inutilis: & per consequens, etiam post centum annos, illud legatum veniret soluendum. *Grattan. ibi supra num. 12.*

69 Extende tertiò, dictam secundam opinionem procedere, etiam si essemus in alimentis puero simpliciter relictis, nullo modo adiecto, quia tunc ipsi debentur aliméta, vsq. ad tẽpus vitæ suæ, q̃a illud verbũ [puero] cẽsetur demonstratiuè appositũ, & nõ ad tẽpus pubertatis tm̃, vt ait *tex. in l. mela, ff. de alim. & cib. legat.* sed malè veluti testatur *Ric. in 1. p. sua collectan. dec. collect. 307. in princ.* motus ex doctrina *Misinger. in centur. 3. obseruat. 12.* vbi ait; quòd si vera fuisset opinio illius *textus in l. mela*, pubertas in Masculo duraret, vsque ad annum decimum octauum, in fœmina autem vsque ad annum decimumquartum. Idemque ait *Marta in sua compilat. decis. tom. 1. in verbo Alimenta, c. 52.*

70 Amplia decimoquartò, quòd istud ius alendi transeat contra quoscumque hæredes Patris, in beneficium filiorum naturalium, & tunc habetur ratio ad facultates, quæ post eius mortem extabant, vt ait *Rota per Cassad. dec. 1. de successi. ab intest. & Rota penes Farinacc. dec. 91. nu. 2. in crimin. & Rota decis. 224. in secunda par. recent.* & *Grat. lib. 3. discept. cap. 562. num. 37.* & 38.

71 Extende primò, id quoque procedere, etiam si pater ea petere prohibuisset filiis, *vt ait Thes. decis Pedem. 211. nu. 1.* & 2. & *Vrsill. ad Afflict. dec. 99. n. 5.*

72 Extende secundò, quòd ea quoque debeantur vxori filii naturalis, ab hæredibus patris, *vt ait idem Thesaurus in præcitato loco, Franch. decis. 87. & decis.* 178 *num. 6.* & 12 & id non patitur difficultatem, ait *Papon. lib. 21. tit. 3. arrest. 3. allegat. à Riccio in sua collect. dec. 962. in quarta par.*

73 Extende tertiò, q̃ huiusmodi alimenta peti possunt ab hæredibus alere debentis, etiam coram Iudice sæculari,

vt

vt ait *Capice. dec. 16*; *Franc. Marc. dec. 458. par. 2.* & *Thesaur. ibi in dicta dec. 211. in princ.*

74 Extende quartò, idem procedere, etiamsi ageretur in causa matrimonij coram Delegato Apostolico: quia nihilominus Iudex laycus posset compellere virum ad prestandum alimenta vxori, vt ait *Afflict. dec. 152.* & id ob fauorem, & priuilegium alimentorum, quod operatur, vt tam Laicus, quàm etiam Ecclesiasticus Iudex procedere possit, *Gratian. lib. 1. discept. cap. 152. num. 11.* quod etiam locum habet, quòad electionem notarij, idem *Gratian. eodem lib. 1. cap. 69. num. 12.*

75 Extende quintò, quòd vxor, & filij habent hipotecam pro alimentis, tàm constante matrimonio, quam eo soluto contra tertios possessores bonorum mariti, vel soceri, veluti etiam dicitur, pro dote; vt ait *Grat. lib. 4. disc. ept. cap. 634. num. 1. cum plur. seqq.*

76 Subextende, quòd si Pater ære alieno grauatus reperiretur, & præsertim si illud ex dilapidatione esset contractum, tunc alimenta ad fauorem filiorum essêt deducenda, & consequenter filij pro illis essent creditoribus omninò præferendi, cum istud onus bonis inhæreat, vt ait *Castr. in cons. 80. num. 1. volum. 1. Dec. cons. 376. num. 3. Lupus in cap. per vestras §. 23. num. 16. de donat. inter vir. & vxor. Becc. cons. 8. num. 7. Durant. de arte test. tit. 3. de liber. instit. cautela 17. num. 7.*

77 Amplia decimoquintò idem procedere in natis ex damnato coitu, vt ait *Franc. Marc. dec. 458. par. 2.* & quinam dicantur tales, ait *Franch. in dec. 28. & dec. 645. num. 5. et Grat. lib. 3. discept. cap. 567. n. 22. et Azor. in 2. par. instit. moral. fol. 85. vers. 6. quæritur, et Rota in Romana alimentorum 29. Nouembris 1613. coram Card. Pamphilio.*

78 Contrarium licèt dicant infiniti DD. *allegati à Ioanne Valer. de differ. inter vtrumq. forum diff. 2. in verb. Alimenta*, qui cócludunt filijs spurijs, & ex damnato coitu natis, non solum non concedi successio bonorum in bonis patris, sed nec etiam illis alimenta deberi, & id etiã in terris Imperij seruari dicunt, ea ratione, vt patres à talibus damnatis coitibus & vitijs se abstinerent, & id in eorum, non autem filiorum odium, cum ipsi sint misericordia digni alieno vitio laborando, & absq. quod in peccato concurrãt, & illius participes aliquo modo fiant.

79 Concorda igitur, quòd prima opinio procedat in foro conscientiæ. Secunda verò in foro fori, immò cum simus in materia concernente peccatum; ideò æquitas illa canonica in vtroq. foro est seruanda, vt dicunt *DD. allegati à Valerio vbi supra, et præcipuè Capice. dec. 164. et Cauale dec. 17. n. 27 par. 1.* vbi ait quòd illi dicuntur ex damnato coitu nati, qui nascuntur ex illis mulieribus, quæ vxores patrum esse non poterant, tempore conceptus, Et latè in hoc ait *Merlin. de legitima lib. 1 tit. 2. quæst. 5 per totam.* & ibi plures casus enumerat, in quibus spurij succedere non possint, & quot species eorum inueniantur, & multa alia in materia, & melius in hac materia, s. quãdo filij dicantur nati ex damnato coitu, & per consequens, quando neq. patri, neq. alijs sanguine coniunctis sint successibiles, ait *Azorius in 3. par. instit. moral. lib. 5. cap. 7. tit. quorum bonor. fol. 345 et 346.*

80 Amplia decimosextò, quòd istud ius Pontificium, per quod pater tenetur filios naturales alere, sit seruandum, etiam in terris Imperij, vt pulchrè decidit *Capice. in sua dec. 164. num. 1. Franch. dec. 645. et Franc. Marc. dicta dec. 458. in. 2. par. Gratian. lib. 1. discept. cap. 154. nu 16. et prius cap. 60. num. 31.*

81 Amplia decimoseptimò, quòd etiam filijs illegitimis alimenta debeantur, ex bonis primogenituræ, seù fideicommisso subiectis, dummodo tamen filij sint descendentibus fideicommittentis, vel primogenituram constituentis, veluti fuit decisum *à Rota in vna Romana fideicommissi de Remedijs 15. Decembris 1600. coram Litta* & de hoc latè quoq. dicam in verbo Primogeniti, &c.

82 Amplia decimooctauò id, quod fuit dictum de filijs masculis illegitimis, procedere etiam in filia fœmina naturali, cui pari modo dos, vel alimẽta sunt p patrẽ prestanda, & propterea pro illis ea patris bona obligata habet, *c. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium*, &c. & ibi Doctores, cuius textus dispositio, etiam

etiam in terris Imperij seruatur, vt de magis communi testatur *Roland cons. 74. num. 33. & seqq. lib. 1. & cons. 89. num. 2. lib. 3. & Rota in Romana praesensa dotis Luna 5. Aprilis 1604 coram Litta.*

83 Extende primò, quòd neq. huiusmodi alimenta, per patrem filiæ spuriæ præstita, repeti possunt, cum ipse eam alere de iure teneatur, vt ait *Gratian. in lib. 5. discept. cap 823. num. 22.*

84 Extende secundò idem procedere in filia nupta, & postea effecta vidua, quæ à patre ali, viduitate durante, & redotari debet, quod tamen declara procedere dicto patre viuente, at secus, si post illius obitum petatur dos subrogata loco legitimæ, iuxta Statutum Vrbis, vt ait idem *Gratian. in lib. 4. discept. cap. 792. num. 11. & seqq. & Rota dec. 195. num. 3. & seqq. par. 2. recent.* sed in hoc vide, quæ dixi in *concl. 41. num. 281. cum seqq.*

85 Extende tertiò, quòd ea etiam filiæ debeantur, dum eius maritus viuit, idem *Grattanus libro 2. capit. 259. num. 22.*

86 Declara tamen, quòd licet alimentorum repetitio non detur, ex eo, quia de iure naturæ debentur, tamen illorum compensatio fiet, cum fructibus per patrem exactis, ex bonis administratis filij legitimi, & naturalis, idem *Grat. in d. lib. 2. cap. 252 num. 34. & 35.*

87 Subdeclara tamen, quòd alimenta filiæ spuriæ data reuocantur, si sint excessiua, & in damnum filiorum, & in fraudẽ legis data, vt ait idem *Grat. lib. 3. discep. cap 472 num. 6.*

88 Amplia decimononò, quòd id, quod fuit dictum de alimentis, procedit etiam in dote, quia argumentum valet de dote ad alimenta, vt ait *Afflict. dec. 111. nu 10. & Rota dec. 249. num. 1. in 2. par. recent. Card. Seraph. dec. 447. nu. 7. & prius dec. 58 num. 6.*

89 Quod tamen declara procedere, quando inter alimenta, & dotem par ratio, & non diuersa vigeat, idem *Cardin. Seraph. dicta dec. 447. & Bartol. in auth. ex complexu num. 4. C. de incest. nupt. & in l. fin. §. si a Socero, ff qui in fraud. cred. quem sequitur Abb. cons. 115. num. 2. vol. 1. late Gabr. conclus. 1. num. 13. tit. de alimentis,* vbi de magis communi testatur, *Paleott. in tract. de nothis, & spuriis*

cap. 49. num 8. quam opinionem approbauit *Rota in Romana asserta dotis 29 Nouembr. 1593 coram Orano.*

90 Et propterea videmus, etiam quòd illud argumentum, ob diuersitatem rationis negatiuè non valet, vt ait *Surd. de aliment. tit 1. quæst 6. num. 16.* Sed quòd magis sint priuilegiata alimenta, quàm actio de dote, ait *Grat. in lib. 5. discep. cap. 832. num 33.*

91 Declara tamen, quòd si filia spuria habuerit dotem, tunc alimenta amplius petere non potest, vt ait *Benintend dec. Bonon. 22.* Quod enim procedit, etiam in filio spurio, siue naturali, cui si fuerint relicta alimenta non poterit etiam legatum, sibi à patre relictum prætendere, quia tunc succedit illa regula, quòd aliũdè habenti alimenta non debentur, vt ait *Surd. dec. 244. num. 1. & seqq. vbi alios allegat & Ant. Gam dec. 343.*

92 Contrarium, quòd scilicet pater possit alimenta filio naturali legare, & sic quòd pro illis possit eidem quintam partem suæ hæreditatis relinquere, etiam quòd aliundè habeat, ait *Thesaur. in dicta dec. 211. num. 5. & 18. & Grat. lib. 3. discept. cap. 586. num. 26.*

93 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio, iudicio meo, procedat; nempè, vt filius vtrumque à patre; idest legatum, & alimenta habere non possit. Secunda verò procedit, vt scilicet filius possit à patre vnum de duobus habere videlicet aut legatum, aut alimenta petere etiam quòd aliundè habeat, aliàs sequeretur, quòd quæ generant fauorem retorquerentur in odium, vltra quòd nihil deperit patri, si filij conditio, ob eius virtutes ex se, aut aliorum auxilio ditior fiat; quinimmò pater gratias Deo reddere debet, quando filius naturalis virtuosè viuendo, aliundè sibi victum præcaueret, quia id in paucis euenire contingit.

94 Sed prædictis addas alterum in hac materia situ dignum quod est, vt dos filiæ spuriæ constituta ea mortua sine filijs ad dotantem, vel eius hæredes reuertatur, nisi tamen fuerit per iudicem constituta, secundum taxationem, & valorem alimentorum, veluti quia vnica vice illud, ei traderetur pro dote, quod in pluribus annis eidem esset pro alimentis tribuen-

buendum, vt ait *Benintend. dec. 22. num. 5. & 6.* & *Rota dec. 395. num. 1. & 4. in 2. par recent.* & sic isto secundo casu non ad dotantem, ac eius hæredes reuerteretur, sed ad proprios spectaret, vt distinguit *Rota ibi supra, & Surd. de aliment. vlt. cap. 7 num. 3* vbi ait dotem non esse restituendam, & ibi multa allegat tit. 5

Licèt sit quoquè verum, quòd si illa dos spuriæ assignata quantitatem permissam a lege dari filiæ spuriæ excederet, tunc posset à patre retractari, siue reuocari, etiam constante matrimonio, in præiudicium viri, & præsertim quando ille sciebat conditionem suæ vxoris, quamuis contrarium videatur sentire, *Bart. allegat. nouissimè à Merlino lib. 2. tit. 1. quæst. 20. num. 7. cum seqq. de legitima & contra Bart. tenet etiam Ripa in l. 1. n. 67. & seq ff sol. matrim.* quem sequitur *Franch. dec. 104. num. 7. par. 1.*

95 Declara tu tamen, quòd huiusmodi alimenta, neq. dos dictis filijs præstantur ex tribus, & primo, quando essent ingrati, vt in casu *dec. Rota Bonon. 22. Balu. dec. 29. Franch. dec. 576. num. 2. allegat. à Riccio in collect. dec. 962. in par. 3* Secundò quando aliundè habent, vndè viuere possint, vt pulchrè decidit *Thesaur. in d. dec. 211.* Tertiò quando spurij possent viuere ex arte, vt ait *Surd. in dec. 244. num. 3.* & ita fuisse decisum refert *Ricc. in dec. Curia Archiepiscopalis Neapolis 29. & in sua collect. dec. 1099. in fin. in 4. par.* & *Gratian. lib. 2. discept. cap. 236. num 30. & in lib. 3. cap. 567. num. 14.* & ibi firmat filio naturali alimenta, & sumptis litis, vti ingrato non deberi, quando testamentum patris impugnat.

96 Illud tamen tertium caput declara verum, quando filio non esset indecorū illam artem exercere; nàm si filius, verbi gratia naturalis, fuisset moribus nobilitatis educatus, non esset indè conueniēs illum vilem artem exercere, argumento eorum, quæ ait *Ricc in d. dec. 29. et in collect. 902 et Rota dec. 470. in 2. par. recent. Bart in l. si quis à libertis § filius C. de alend. liber. et in l. 1. C. de mendicant. valid. lib. 11. Socin. consil. 162. lib. 2. et consil. 30. column. final. lib. 4. Aret. consil. 17. column. 5. Rutinus consil. 142. lib. 5. Curtius Iunior consil. 148. num. 5.*

97 Sed quòd iuxta veriorem opinionem industria filij non sit in consideratione habenda, ait *Gratian. lib. 1. discept. cap. 120 num. 16.* vbi firmat, quòd ea non obstante Pater tenetur filio spurio alimēta relinquere, & *Card. Paleott. de noth. et spur. cap. 48. num. 6 Dec. consil. 576. in verbo quando in addit. Surd. de aliment. quæst. 9. tit. 11. num. 7. et Rota dec. 224. p. 2. recent. idemq. ait apud Marches. vt inferius dicam.*

98 Concorda tu igitur, vt prima opinio procedat, vbi essemus in eo, cui indecorum non esset aliquam artem exercere; quia tunc sufficit, etiamsi quis faceret filium recipi in hospitali, dummodo (vt supra diximus) alendus posset ibi sine eius dedecore morari. Secunda verò, quando secus, idem *Grat. dict. lib. 1. cap. 112. num. 11.*

99 Et prædicta eò magis procederent, vbi essemus in sene; quia tunc ille talis magis seruitio indigeret, quàm vt illud alteri præstare posset, & senex ille dicitur, qui est ętatis annorū quinquaginta, idē *Grat. ibi supra cap. 120. num. 14.*

100 Quando verò sumus in casu, vbi alimenta spurijs præstanda veniunt, tunc nota, quod ea non tàm ampla, & opulenta concedenda veniunt, veluti filio legitimo, & naturali, sed illorum qualitate attenta, vt ait *Mattill. dec. 5. Rota Sicilia 85.* & ita fuit quoq. decisum *à Rota in Bononien. alimentorum 3. Mart. 1595 coram Penia.*

101 Contrarium tenuit *Decian. de effectibus iuris Naturæ cap. 7 num. 8. 9. et 10. lib. 2.* vbi pulchrè ait, quòd pater de iure naturę, tàm filios naturales, quā legitimos æqua lance alere tenetur; quia in dispositione ius naturale concernente, appellatione filiorum veniunt, etiam naturales, & propterea videmus, quòd lex Pompeia de Parricidijs puniens occidentem Patrem, conprehendit etiam naturalem, & è contra, licèt in hoc contrarium dicat *Surd. in sua dec. 249. num. 18.* vbi ait filium naturalem pœna Paricidij non affici; sed tu concorda, vt prima opinio procedat, si accipiamus istum terminum, per verba naturæ. Secunda vero si per verba iuris ciuilis, veluti dixi in verbo Agnatio *conclus. 61. num 24*

sed

sed in materia alimentorum debitorum spurijs, facit *Gratian. lib. 3. discept. cap. 567. num. 26. & Rota in Romana alimentorum 5. Iunij 1613. coram Manzanedo, & in alia Romana alimentorum 29. Nouembris 1613. coram Pamphilio, & Surd. de alim. tit. 1. quaest. 115. num. 2. cum seqq* ait quòd in hoc vnus non differt ab altero, & sic tàm vni, quàm alij sunt decernenda alimenta, lite pendente, super filiatione, idem ait *Grat. ibi supra num.* 26 Licèt secus si filius naturalis testamentum patris impugnaret; quia tunc alimenta, & sumptus litis non haberet, tanquam calumniosam causam agens, idem *Gratian. dicto capit.* 567. *num.* 14.

102 Declara tamen, quòd si facultates non suppetant prius sunt alendi filij legitimi, quam spurij, vt inferius dicam ex mente *Gratiani lib. 3 disceptation. cap.* 562. *num.* 55. & *ibi Doctoris allegantur.*

103 Si verò Pater esset inops, tūc filio alimenta praestare non tenetur, veluti è contrario procedit, vt ait idem *Gratian. ibi supra cap.* 519. *num* 14. 15. & 16 vbi propterea ait, quòd proprietas bonorum patris non debet vendi pro alimẽtis filiorum, nec è contra, cum in pari causa necessitatis Pater prius sit alēdus, ex regula ordinatae charitatis, vt ex vulgatis iuribus probatur.

104 Sed quod alimenta filijs spurijs sint praestanda, iuxta facultates, & qualitatem, ac dignitatem personae, cui praestantur, nemo dubitat, ait *gloss. & Abb. in dicto cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, &c* qui tenent hanc opinionem esse veriorẽ, & *Alex. in l. si maritus ff. de solut. matrim. Molin. lib. 2. cap. 15. Crauetta cons. 189. omnes alleg. in dicta Bononien. alimentorum coram Penia*, & quòd ea vltra vires hereditarias non debeantur, ait *Thesaur. in dec. 211. num. 22. & Rota per Coccin. dec. 392. num. 2. cum ibi allegat. Caputaq. dec. 21. & Gratian. lib. 1. discept. cap. 112. num. 6. & seqq* & ibi ait hanc esse veriorem opinionem, subdens, quòd licet ius naturale solùm consideret id, quod vitae est necessarium, tamen ius humanum vult, quòd debeantur alimenta, iuxta statum, & dignitatem illius, cui sunt praestanda, vt concludunt *plures DD. à Gratiano ibi supra allegati in hac materia omnino viden.* & *in lib. 4. discept. cap. 562. num. 36. idemquè expresè dicunt caeteri DD. alleg. à Ioan. Vaser. de differ. inter vtrumquè forum in verbo Alimenta differentia 1. in fine.*

105 *Sed Roland. de lucro dotis quaest.* 94. *num.* 3 ait, quòd alimenta, quando debentur miserationis causa, dantur solùm, secundum necessitatem viuendi, & non secundum dignitatem personae, vt ait *Anton. Gamma dec.* 225. & *dec.* 304. *Regni Lusitan.* & *Rota in dec.* 249. *num.* 1. *par.* 2. *recentior.* & *Benintend. dec.* 22. *num.* 8. vbi ait, quòd non debentur alimenta spuriae, iuxta suorum nataliū opulentiam; sed secundum formam iure naturae praescriptam.

106 Contrarium licet dicat *Gratianus disceptat. cap.* 613. *num.* 14. & 15. *lib.* 4. vbi ait, quòd alimenta, siue dentur ex obligatione, siue ex miseratione vtroq. casu ratio dignitatis conditionis est attendenda, immò id etiam in seruis ex veriori opinione obseruatur.

107 Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat, attento iure humano: secunda verò inspecto iure naturali, iuxta quod alimenta solùm considerantur, quatenus vitae sufficiant, vt ait *Gratianus lib. 1. disceptat vnum cap.* 112. *num.* 7.

108 Ego verò pertranseo cum Lelio Firmano in *l.* 10 *7 auri num.* 2. quem sequitur, & laudat *Molin. de prim. genit. hispan. dicto cap.* 15. *num.* 55 qui dicunt quòd in hac materia multum arbitrio iudicantium tribui soleat, quam enim opinionem sequuta fuit *Rota in dicta Bononien. alimentorum*, & *decis.* 395. *num.* 2. *par.* 2. *recent Benintend. dec.* 43. *num.* 2. vbi ait quòd iudex debet iudicare, quando alimenta sint parua, vel magna, cum id eius arbitrio veniat iudicandum, idemquè ait *Gratianus dicto cap.* 613. *nu.* 1. & 2. & *in dicto cap.* 112 *num.* 14. *lib.* 1 Quod enim arbitrium debet regulari, iuxta consuetudinem loci, *idem Grat. lib. 3. cap.* 552. *num.* 8.

109 Licèt secus, si essemus in alimentis oblatis, quia tunc oblatio semper erit attendenda, non autem eo casu ad arbitrium Iudicis esset recurrendum, nec minus

nus qualitas redituum, & personæ esset inspicienda, vt ait *Rota per Coccinu in dec. 391. num. 2. cum ibi alleg.*

110 Sed est benè verum, quòd *Rota in Romana de Verospus 16. Februar. 1568. coram Card. Seraphino* ait, quòd in materia alimentorum dicta Rota non ita rigorosè, & per apices iuris procedit. Itē in *dec. 499 par. 1. nouissim. coram Oradino*, ait, quòd in decernendis alimētis Rota maximam æquitatē seruat, nec vnquam plenas probationes, super illis requirit, vt fuit dictum quoque in decisione quæ est apud *Marches. par. prima de commiss. fol. 1189. num. 1. & Grattan. lib. 3. disceptat. cap. 562. & cap. 567. num. 23. cum aliis ibi per eum alleg.*

111 Rursus animaduertendum erit, quòd quando sumus in filijs legitimis, & naturalibus, tunc in dando eis alimenta, ratio habetur ad fructus bonorum aduentitiorum, & sic ad illos matris quoque, vt ait *Franch. in sua dec. 576. Regni Neapolitani*, sed an sit habenda eadem ratio ad fructus, qui ex bonis emphiteuticis percipiuntur, videndus est *Alexand. in cons. 4. in fin. allegat. à Benintend. in sua dec. 89. in fin.*

112 Declara, q si alimenta à patre filijs in testamento relinquantur, tunc ea præstanda veniunt, etiam si filij aliunde alimenta habeant, vt ait *Ioseph. Ludouic. in sua dec. 92 Rotæ Perusinæ.*

113 Secus autem in illis relictis (vt superius diximus) filiis spuriis, quibus ea relicta à Patre, nō debētur, si illi aliundè ali possint, vt ait *Gam. dec. 343. Regni Lusitaniæ*, & *Benintend. in dec. 22. num. 10. Rotæ Bononien.*

114 Et propterea videmus, quòd qñ aliquid spurio relinquitur, tunc illud legatū sustinetur si aliundè non habeat: quia illud saltem in vim alimentorum resoluitur, vt ait idē *Benintend. in d. dec. 22. n. 2.*

115 Extende id quoque procedere, etiā si filii naturales essent robusti; & tales, qui seruire possent; vt ait *Thesaur. in d. dec. 211. num. 10*

116 Subextende id, q fuit dictum de filio, qui à Patre ali non debet, quando ex arte, vel industria viuere potest, procedere; etiam versa vice in Patre, qui à filio alimenta non petit, si ex propria arte sibi alimenta acquirere valet, ad tradita per *Surd. de aliment tit. 7. quæst. 14. n 8.*

117 Declara tamen prædicta esse vera, seruata tamen illa distinctione per me superius deducta, nempè si illud exercitiū exercendo illis esset indecorum, vel nō, licèt *Grattan in d. cap 120 num 16* concludat industriam filij in consideratione non esse habendam.

118 Declara iterum non procedere, vbi extaret consuetudo alendi filios spurios in contrarium, vt Neapolis, quia tunc alimenta, vti iure actionis debita censentur, & sic ea nō solū futura, sed etiam prēterita filijs, etiam diuitibus debentur in illo casu, iuxta facultates Patris; vt testatur *Vrsillus ad Afflict. dec. 99 num. 7. & 8.* Item eodem modo dicendum venit de filijs spurijs Principium; quia cum Principes sint legibus soluti, ideo lex nō se extendit ad illos, & sic illi possunt eis vltra alimenta relinquere, vt dicunt *Doctores allegati à Merlino de legit. cap. 1. tit. 2. quæst. 5. num. 39 cum ibi alleg.*

119 Et ad quam quantitatem sint taxanda docet *Franch. in sua decis. 288* & quomodo sint soluenda, ait *Benintend in sua dec 89 Rota Bononien.* vbi tali modo distinguit, nempe, aut illa in victualibus consistunt, & tunc menstruatim sunt soluenda; si verò in pecunia, tunc tertiatim sunt præstanda, idem ait *Anna in suo singul. 23. Magon. dec. Lucen. 73. ubi in annotat sub littera B num. 22.* vbi propterea ait, quòd quis non debet eius victum arctare, vt alimenta alijs præstet; & hinc fit, q pauper non tenetur alteri pauperi alimenta præstare, veluti dixi in *seq. concl. sub n. 21 ex mente Rotæ in dec. 470. p. 2. in recen in fin* Imò nota qd si alimenta pro Patre, & filijs non sufficiāt; tunc sunt solùm danda Patri, iuxta ordinatam à Deo charitatē, vt ait *Benintend. in præcitato loco, & Franch. in sua decis. 336. & Viuius decis. 529. & Surd. de Aliment. tit. 7. quæst. 14. num. 9.*

120 Extende idem procedere, quando filii legitimi, & naturales concurrunt, cū spurijs in petendo alimenta, quia tunc, si facultates non suppetunt, eo casu filij legitimi sunt prius alendi, quàm spurij, vt ait *Grattan. lib. 3. disceptat. cap. 502. num. 55. cum altis per eum alleg.*

121 Subextende etiam, qd si pro omnibus patrimonium suppetat; tamen non

ita

ita largè sunt ea filijs spurijs, & illegitimis subministranda, ad hoc, vt constituatur differentia inter peccatum, in quo oriuntur illegitimi, & inter non peccatum, quando concipiuntur legitimi, iuxta ea, quæ ait *Ioan Valer. de differ. inter vtrumquè forum differ. 1. in vltimis verbis in verbo Al n enta*.

122 Vndè hic obiter inferri potest, quòd si Pater, ob eius paupertatem mutuo receperit frumentum, ad alendum suos filios, tunc illi pro illius frumenti solutione remanent obligati, vt ait *Corace. in sua dec. 328. cum ibi alleg.*

123 Extende id, quod fuit dictum de eo frumento, per Patrem tempore carestiæ empto, pro quo tenentur filij, qui ex eo aliti fuerunt, procedere, etiam mortuo Patre, & illius hæreditate repudiata, quia si illi sint soluendo, veluti quia dotes maternas habeant, illud frumentum soluere tenentur, & eò magis, quando ex eo fuit, etiam illorum mater alita, vt ait *Bart. in l. his solut ff. de condit. indebit. & ibi Iason in appostil. Cremen. in suo singul. 37. & ibi in appostil. dat. concordant. Card. Tusch. in verbo Alimenta conclus. 286. num 67. & Grat. lib. 1. discept. cap. 107. num. 17. & seqq.*

124 Sed declara tamen, quòd ad hoc, vt ista actio competat contra filios, & vxorem, pro solutione illius frumenti, opus est, vt à creditore probetur, illud frumentum emptum, seù mutuo receptum in vsum familiæ fuisse consumptum, nec isto casu standum est assertioni creditorum, ad tollendas multas fraudes, quæ in hoc oriri possent; secus tamen esset, vbi essemus in tempore penuriæ, quia isto casu, absq. alia probatione, illud in vsum familiæ conuersum censetur, & sic eo casu nulla alia probatio esset necessaria, vt optimè ait *dictus Gratian. in dicto capit. 107. num. 17. cum seqq. cum ibi allegatis*.

125 Extende secundò, quòd immò Pater tempore necessitatis possit, etiam vēdere bona filij, absq. iudicis decreto, & non solùm est intelligendum, de ea necessitate, quæ concernit personam filij; sed etiam de ea, quæ respicit indigentiam Patris, vltra quod calamitas Patris dicitur, etiam ipsius filij, quia eius debitum est Patrem alere, idem *Gratianus in præcitato loco num. 12. cum ibi allegat.*

126 Contrarium tamen ait idem *Grat. lib. 3. discept. cap. 519. num. 15.* vbi ait quòd proprietas bonorum Patris non potest vendi pro alimentis filiorum, nec è contra.

127 Extende tertiò idem procedere etiam in mutuante pecunias, pro alendo aliquem, cui alimenta debentur; quia mutuans habet actionem pro repetitione illius pecuniæ, tàm contra debitorem alimentorum, quàm contra eum, cui fuit mutuatum; veluti eodem modo dicitur de eo, qui mutuat filio studenti; quia tunc mutuans à Patre repetit, etiā si ille prohibuisset, ne mutuaret, idem etiā quoquè dicendum de expensis factis in Decurionatu, sicut ex occasione studij, quæ veniunt soluendæ à fratribus in cōmuni, etiam mortuo Patre, idem etiam de libris commodatis, pro quorum restitutione Pater tenetur, cum ea præsumantur in causam expressam conuersa, vt ait *idem Gratianus lib. 1. discept. cap. 6. num. 22. & seqq. & cap. 107. num. 22. cum seqq.*

128 Declara tamen prędicta non procedere, quando mutuum esset vltra quantitatem necessariam, quia tunc actio mutuanti, contra Patrem pro excessu indigentiæ non daretur, idem *Grat. in præcitato num. 25 cum omnibus ibi alleg.*

129 Extende quartò idem procedere in mutuante pecuniam filiofamilias mercatori, de consensu Patris, quæ ab ipso Patre repeti potest, quia ea præsumitur, ab eo causa negotiationis recepta; sed est benè verum, quòd non est talis præsumptio, quæ non possit recipere probationem in contrarium, veluti dicitur etiā de pecunia mutuata filio studenti, quæ, præsumitur consumpta in necessitatibus scholasticis, vt ait idem *Gratian. lib. 1. discept. cap. 107. num. 21. & 22.*

130 Extende quintò, id etiam habere locum in eo, qui captiuum redemit, cū propria pecunia, vel fecit expensas infirmo; quia istis duobus casibus pecunia soluta, & impensa repeti potest, etiamsi esset soluta dictis captiuo, seu infirmo inuitis, vt ait *Alex. in l. quamuis [illegible] ff. sol. matr. Rom. sing. 124. & ibi [illegible] Dec. consil. 621. num. 6. & seq. [illegible] de nobil. cap. 6. num. 37. cum seqq.*

idem

idem Gratian. in dicto cap 107. num. 24.

131 Extende sextò, id quoque procedere in mutuante pecuniam filiæ, ab ea postea in emptionem ornamentorum versam, quod .n. cum gloriam filiæ, & Patris honorem respiciat; idcircò illud impensum ab eo restituendum venit, idem *Gratian in d. cap. 107. num. 25. & l. sed & si Pater, §. hoc senatus ad maced. Bald. in l. macedoniani C. eod. tit.*

132 Amplia vigesimò, quòd dictis illegitimis filijs, nedum alimenta, sed etiam sumptus litis veniunt præstanda, dum super illis litigare contingat, *vt ait Bisignett. in dec. 2. de iudic. & assist. in sua dec. 10. & 11. Guidopap. dec. 561. Verall. dec.* 18 & 20. *par. 1. & est text. in cap. cum haberet de eo, qui duxit, &c.* & ibi firmat huiusmodi iura, etiam in filio naturali procedere, *Couarr. pract. quæst. cap. 6. num 8. Molin. de primogen. hispan. lib. 2. cap. 16. num. 30. Franch. in sua dec. 720. in fine, & Rota in Romana de Zanbeccariis 4 Maii 1588 coram Comitulo, & prius in eadem coram eodem 22. Maii 1544. & Azor. in 2. par. institut. moral. cap. 12 fol. 98. & Rota nouissimè in Romana dotis Vener. 12. Ian. 1629. coram Card. Virili*, vbi loquitur de filijs legitimis, & naturalibus, & *Grat. lib. 3. disceps. cap. 567. num. 26.*

133 Subamplia id quoque procedere absquè quòd paupertas filij probetur, quia spurij eò ipso, quòd probantur tales etiam non docto de paupertate dicuntur pauperes, & sic pro se fundatam intentionem habent, donec de contrario constet, vt ait *Cotta in sua dec. 24. Rota in vna Colonien. alimentorum 5. Decembris 1558. coram Oradino, & in Bononien. alimentorum Luna 22. Maii 1594. coram Penia, & in dicta Romana dotis coram Card. Virili, & veluti superius dixi in ampliatione 6. in versiculo Subdeclara, & Rota per Buratt. dec. 758. nu. 7. reprobato Castrensi in l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testa. & veluti quoque testatur Rota dec. 499. num. 2. par. 1. diuersor* Et prædicta eò magis procederent, si quis alendus pro se sententiam haberet, quia ea sola præbet sufficientem fumum istius probationis boni iuris paupertatis ad hoc, vt illi alimenta, & sumptus litis subministrentur, vt fuit *dictum in Romana Pecuniaria, seu prætensa dotis Luna prima Martii coram Card. Cauallerio, quæ est in eius impress. dec. 554.*

134 Declara, quòd tunc sufficiet spurijs allegare nihil in bonis habere, quod enim magis extende eò procedere in filijs naturalibus, & legitimis, qui regulariter à Patre sunt alendi, nisi ipse Pater eos aliundè habere demonstret, *vt ait Rot. indec. 499 p. 1. nouiss. & in terminis ait Rot. ibi cor. Card. Virili, & prius in Rom. seu Narnien alimentorum Luna 16. Nouembr. 1620. coram Buratto.*

135 Et ad id dignoscendum, an quis habeat, vndè se alat, vel non, non attenduntur operæ, nec industria personæ, & id ob humanam fragilitatem, quæ variatur ex tempore, sed solùm attenditur, si ex redditibus viuere possit, vt fuit dictum à *Rota in Bononien. alimentorum 1604. coram Iusto, qua est apud Marchesan. de commissionibus tom. 1. fol. 1171. & Rota in decis. 224. num. 5. parte 2. in recentioribus.*

137 Contrarium, quòd nempe Pater non teneatur relinquere alimenta filio spurio, qui victus sibi quærit ex industria, ait idem *Grattianus lib. 1. disceptationum cap. 120. num 12.* & ibi subdit id quoq. procedere, licèt in futurum ad egestatem, & sic ad statum non aptum labori deuenire posset.

137 Sed primam opinionem esse veriorem, vti ex iure Canonico, & naturæ debitam, ait *Grattian in dicto cap. 120. num. 12. & in cap. 958. num. 30. lib. 5. & veluti dixi sup. in vers. sed quod* & *idem ait Rot. ibi apud Marches. & in alia dec. 224. num. 5. par. 2 recent.*

Sed ego prædictas opiniones tali modo concordarem; nempè vt prima procedat, quando essemus in filijs naturalibus, ciuilibus tamen, & nobilibus moribus indutis, & sic quādo Pater esset nobilis, itaut vtriq. esset indecorum operati p filiū; veluti quoq. ita fieri deberet, postq̃ spōte Pater canonizat aliquē esse sibi filiū, quod euitare poterat; secunda vero, quando secus, & sic dum essemus in filio vilis personæ, vt superius diximus Rursus cōcordare possumus, vt prima pcedat de iure nāræ, & Canonico; secūda verò arctèto iuris ciuilis dispositione, iuxta notata superius, & per *Grat. d. c. 958 n. 30*

138 Subamplia secundò, quòd etiam Pater teneatur alere filium à se seorsum inhabitantem, si tamen ex sæuitia, & austeritate Patris, ab eo longè viuere contingeret; Immò isto casu; nedum ipsum filium, sed etiam vxorem, & eorum filios alere tenetur, quod tamen secus esset, si ex mera eius voluntate seorsum à Patre viuere vellet, vt ait *Magon. dec. Florent. 113. Viu. in sua decis. 523. & Farinacc. in decisione 117 allegat. à Riccio in sua collectanea 97. propè medium par. 1. & Cardinalis Mantica in sua decis. 331. num. 1. & Grat. lib. 3. discept. cap. 552. num. 49. in fine.*

139 Contrarium autem, quando sæuitia cessaret, quia tunc penes Patrem ali debet, vt ait *Ludouic. dec. Perus. 46 & Rota in Fulginaten. primogenituræ 18. Aprilis 1597. coram Litta, & in alia Aretina pensionis 20 Februarij 1598. coram eodem.*

140 Declara quòd in casu, quo Socer tenetur alimenta præstare nurui, ac eius filijs, tunc ille, ac eius hæredes in eorum præstatione nullā moram committere debent, vt ait *idem Grat lib. 2. discept. cap 24 num. 5.*

141 Quod enim multò magis procedit in foro interiori, cuius enim dispositione Socer tenetur nurum, ac filios alere, vt ait *Ioann. Valer. de differentijs inter vtrumquè forum in verbo Alimenta differentia 6.*

Quinimmò id quoquè procedit in foro fori, etiam si filius vxorem duxerit indotatam, ipso patre contradicente, vt fuit decisum in *Rom. alimentorum Luna 22 Maij 1628. coram Durano.*

142 Extende idem procedere etiam in fratre, cui frater (non attenta industria, ex qua viuat) alimenta extra propriam domum dare tenetur, & in ea quantitate, vt ei erat in sua domo daturus, *vt ait Rota in dicta Bononien. Alimentorum coram Iusto* licèt *Magon in sua decis Florent* 84 dicat quod ammodius in domo propria alimenta præstantur, quàm extra.

143 Declara tamen, quòd, qui se fundat in sæuitia, ob quam seorsum inhabitare cogatur eā probare tenetur, vt ait *Grat. lib 3. disc. c. 552. num. 47. cum alijs ibi per eum allegatis.*

144 Quod tamen subeclara procedere in ijs, qui necessariò cohabitare tenentur, cum alimentario, vt est in filijs, & in vxore, & similibus, at secus in alijs, vt ait idem *Grat. vbi sup num 45.*

Quinimmò, quòd Iudex possit cogere alimenta præstare extra domum ad id destinatam, fuit resolutum in *Vrbeuetana educationis Luna 20. Maij 1628 cor Vbaldo seniori, & prius in Rom. Legati 7. Aprilis 1617. coram Vbaldo seniori, & in d. Rom. alimentorum Lunæ. 22. Maij 1628. coram Durano.*

142 Rursus animaduertendum erit, quòd si filius agat pro alimentis contra Patrem, si ipse Pater habeat quoquè Patrem, tunc consensus dicti sui Patris, & Aui respectiuè accedere debet, eum in illius potestate existat, veluti eodem modo dicitur de donatione à filio facta, quæ non valet, nisi consensus Aui concurrat, vt ait *Franch. in sua dec. 494 cum ibi allegatis.*

146 Sed hic opportunè erit notandum, quod illa obligatio præstandi alimenta filio non oritur ex iure Patriç potestatis, sed ex charitate sanguinis, & ideò si Pater habeat vsumfructum in bonis aduentitijs filij, non ob id tamen in eo dicitur fundata necessitas Patris alendi filium, sed ea bene ex illo iure sanguinis prouenire dicitur, *vt ait Grattianus libro 3 disceptationum cap. 427. num. 23.* & *cap. 519. num 12.*

147 Extende, quòd in casu, quo Pater conuenitur à filio pro alimentis, tunc ipse filius potest adire Iudicem, absquè venia, & consensu sui Patris legitimi, & naturalis, vt ait idem *Franch in dicta decis. 494.* & *Riccius in sua collectanea 97. par. 1.*

148 Sed hic animaduertas, quod si quis habeat Patrem, & Auum diuites, tunc ille potius à Patre, quàm ab Auo ali debet, sed si forsan Pater esset pauper eo casu Auus in subsidium tenetur, quod idem quoque procederet in nepte, etiam quod illa esset in potestate Aui, ob eam rationem prædictam, quod scilicet alimenta non dentur respectu Patriæ potestatis, sed proximitatis, & iure sanguinis, vt ait *Socin. cons. 161. lib. 2. Ant. Butr. cons. 56. cum ibi allegatis.*

Præ-

Præterea hic opus erit intelligere differentiam, quæ est inter spurios, & naturales, ad effectum consequendi alimẽta: nam scire debes, quòd filiis naturalibus iure actionis alimenta præstantur filijs vero spurijs officio Iudicis debentur. Et ratio istius differentiæ ea est: quia naturales nascuntur ex muliere in domo affectione maritali retenta; spurii verò ex illa, quæ cum pluribus commercium habet: & propterea videmus, quod naturales non sunt tam legibus odiosi, quemadmodum sunt spurii, qui dicuntur ex varietate amicorum matris, quasi sine Patre nati, ob incertitudinem filiationis, quæ ex pluribus causatur, & ob id filius naturalis à legibus honoratur, vt in certis casibus duas vncias hæreditatis Patris habeat, vt pulchrè distinguit *Franch. in sua decisione* 605. *num* 7. & 9. in hoc videndus, & veluti ego latè dicam (fauente Deo, in verbo Naturales.

150 Sed id, quod fuit dictum de filio naturali, qui in bonis Patris duas vncias habere possit. Declara procedere, quando Pater ab intestato decederet, legitima sobole non existente; quæ soboles in hoc casu accipitur pro omnibus descendentibus; sed facto testamento, tunc Pater, siue Auus, nihil ei relinquere tenetur, sed tunc benè illi veniret subueniendũ, & propterea videmus, quod neque filius naturalis, ei Pater in testamento aliquid non relinquendo, illud quærelare potest, vt ait *Gratianus lib. 3 disceptationum cap.* 567. *num.* 20. *& sequenti cum aliis ibi per eum allegat.*

151 Extende præterea id, quod fuit dictum de filio naturali valente, consequi duas vncias in bonis Patris, dum legitimi non adsunt, adeò procedere, ꝙ immò Pater potest eum instituere hæredem, in tãtũ, ꝙ illud testamẽtum, ẽt de iure Canonico valebit, vt ait idem *Gratian. lib. 5. disceptat. cap.* 958. *num.* 5. 7. *&* 14. & *prius cap.* 567. *lib.* 3. *num.* 20. *& sequentibus.*

152. Subextende, quòd ille possit quoque hæres institui in primogenitura, quamuis ascendentes existant, dummodò tamen illis legitima relinqueretur, vt ait idem *Gratian. ibi supra num* 8. *dicto cap.* 958. *num* 5. & 9. & *Castren. con* 477. *in fine lib.* 2. *Aym. consil.* 166. *num.* 11. *Gabr. consil.* 29. *num.* 2. & *seqq. lib.* 1. *Caphal. consil.* 48. *num.* 19. *Surdus de alimentis tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 45. & hanc opinionem esse veriorem, & in praxi seruatam, testatur *Ioannes Baptista Lup. de illegit. & de natal. rest. comment.* 1. §. 1. *num.* 31. *iux.* §. *discretis auth. quibus modo nat. effic. leg. &* §. *consideremus auth. de trient.* & *semiss. auth. licet C. de natur. lib. Clar. in* §. *testamentum quæst* 31. *in princip.* & *Grat. d. cap.* 958. *num.* 5. & *seqq.*

153 Subextẽde iterũ illud procedere nõ obstante clausula [sine præiudicio venientium ab intestato] quia ea non operatur condito testamento, quinimò id procedit etiamsi de legitimatione filij naturalis nõ cõstaret, licèt multò magis, si de ea appareret, vt ait *Gabr. alleg. à dicto Gratiano ibi sup. num.* 14 *Castrensi consil.* 102. *propè finem libro* 2. *Dec. cons.* 393. *num.* 1. *Ruin. cons.* 187. *num.* 20. *lib.* 3. *Surdus consil.* 337. *num.* 14. & *sequenti libro* 3. *idem Gratianus libro* 3. *cap.* 496. *num.* 26. & *Rota per Cæsarem de Graff dec.* 4 *tit. qui fil. sine legitimi.*

154 Amplia vigesimo primò, quòd Pater teneatur præstare alimenta filio doctori, etiam professionem in primarijs Ciuitatibus exercenti, quando præsertim ibi commodè non lucretur, licèt filius pudere debeat, quando in dictis Ciuitatibus exercens, Patri alimenta petit, Vnde quamuis, vt superius dixi, lucrum filij patrem ab alimentis non exoneret, ex illa potissimum ratione, quia prò dignoscẽdo, an quis habeat; vndè se alat, vel nõ eo casu neq. industria, nec operę personę attẽdũtur; Nihilominus in eorum taxatione est habenda lucri ratio, vt ait *Viu. us in dec.* 523. & *Rota decisione* 224. *parte* 2. *in recentioribus num.* 5. Veluti quoque habetur ratio ad fructus bonorum aduentitiorum filij, veluti dixi supra in versiculo animaduertendũ quoq. erit.

155 Et ratio quare ad istum effectum operæ, nec industria attendantur, ea est, quæ deducitur ex fragilitate humanæ potentiæ, quæ tempore sæpe mutatur, & id potissimum procedere debet, in industria Doctoris nostri temporis,

quæ ab aliorum voluntate pendet, nec eam proprio arbitratu exercere valet, vt fuit dictum à Rota *in Bononien. alimentorum coram Iusto, quæ est penes Marchesanum de commissionibus p. 1. fol. 1171. & dicta dec. 224. num. 5. & 6. par. 2. in recentior.*

156 Subamplia primò idẽ ẽt procedere in filio, qui possit alicui Principi seruire, vel ire ad bellum, & ibi stipendia habere, cui Pater alimenta prçstare tenetur, vt ait *Grat. in dec. March. 38. nu. 3. in addit.*

157 Contrarium licèt tenuerit *Curt. Iun. consil. 148 nu 20* Quamuis enim opinio illius, etiamsi esset vera, procederet; dummodo probaretur, aliquem Principem extare, qui libentèr, & facilè illius opera esset vsurus, vt multis similibus exemplificando cõprobat, *Surd. consil. 39. num. 14. Barbat. consil. 307. num 37. & Grat. ibi sup. num* 4.

158 Contra Surdum tenet *Thesaur. in dicta dec. 211 num* 20. vbi loquitur de filio, qui esset vir robustus, & qui in seruire posset, vel etiam si arte sua & alio modo ei alimenta superuenirent, Immò etiam ex hospitali, in quo filius ægrotaret, vt ait *Aretinus in consilio 95. num. 12. Gaor. consilio 25. num. 17. lib. primo, & Aretinus dicto consilio* 95. loquitur de filio doctorato, cui Pater alimenta prçstare non debet; quam enim opinionem ego non approbò; dum ille ex professione non lucraretur, necnon esset in loco causarum sterili, ita *Cappell. Tholos. in dec. 77. ibi in apostil. & Thesaur. in dicta dec.* 211.

159 Et ratio est, vltra superius adductam; quia filius Doctor non potest propria voluntate exercere, cum illius industria ab alijs dependat, vt ait *Rota in decis. 224. num 6. par. 2. in recentioribus.*

160 Subamplia secundò, multò magis procedere in filio existenti in studio Generali, cui alimenta, sumptus itineris, librorum, & aliarum rerum necessariarum debentur, considerata tamen facultate opulenti Patris, ac eius nobilitate, necnon etiam annonæ charitate, vt ait *Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 23. num.* 45. vbi ait, quòd alimenta debent esse pinguiora in studio, quàm domi, & ita quoquè fuit dictum à *Rota pe. Card. Mantic. in dec. 345. num. 1. & Grat. lib. 1. discept. cap. 107. num. 23.* vbi ait, quando mutuans pecuniam filio scolari in studijs possit eam a Patre repetere, & veluti de hoc quoque dixi supra sub *num.* 127.

161 Subamplia tertio, idem procedere, quando filius ludendo eius portionem perdidisset, cui per Patrem alimenta subministranda veniunt, nec in eo culpa dilapidationis attenditur, cum in contrarium ratio naturalis operetur, vt ait *Octau. Cacher. in sua dec. 124. Senat. Pedemontan.*

162 Contrarium tamen procedit in filio prodigo, vt habetur in *apostil. ad Bart. in tract. de alim. num* 17 Quinimò idem extẽde procedere in filio, qui bona sua inutiliter consumpsit, vt fuit dictum in *Rom. Palatij Lunæ 26. Iun. 1620. corã Buratto.* licèt ego prædictas opiniones tali modo cõcordarem; nempè vt prima procedat, quando essemus in alimentis, quæ iure naturæ debentur, prout sunt ea, per patrem debita filio, & è contra, in quibus ratio naturalis attenditur; secunda verò procedit in illis debitis extraneis, ad effectũm sustinendi litem, in quibus rigor iuris venit attendendus, & propterea videmus, quòd si in isto secundo casu de bono iure ea petentis non constat, *illi* deneganda veniunt, veluti optimè colligitur ex decisionibus superius pro vtraque parte allegatis.

163 Subamplia quartò, quòd etiam filio religioso super bonis Paternis, & Maternis contendenti, alimenta, & sumptus litis debeantur, dummodo tamen de licentia superiorum compareat ad iudicium, quia per se non habet legitimam personam standi in eo, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. 127. num. 1. par. 1.*

164 Subamplia quintò, quòd nedum Pater teneatur filios legitimos, & naturales, & eius nepotes alere, sed etiam seruos, & ancillas, qui, siue quæ illis inseruiũt, imò dictis seruis sũt quoq. prçstãdi, vltra alimenta, vestitus, vt ait idem *Card. Mantica in sua dec. 331. num. 4. & 5 & Rota in dec. 224 num. 2. par. 1. in recentior.*

165 Quod ego puto verum, quoad victũ & vestitum famulorũ; dũmodo tñ qualitas personæ, & quantitas Patrimonij id per-

permittat, siue quando essemus inter magnos Dominos, veluti dicam inferius in *ampliatione 29 vers. Extende 9.* & *Surd. de alimentis tit. 4. quaestione 24. num. 7. cum seqq.*

166 Extēde illud tātò magis procedere in seruis, siue salario conductis, qui alimenta, & vestitum habere debent, iuxta qualitatem eorum, quæ qualitas, etiam in seruis consideranda venit, vt pulchrè in hac materia ait *Gratianus lib. primo disceptationum capit. 112. nu. 22. & seqq. omninò viden.*

167 Subamplia sextò, quòd Pater non solùm filium; sed etiam nurum alere debet, vt superius dictum fuit in *versiculo Et illo casu.* quod enim procedit, etiamsi filius vxorem indotatam, & absquè Patris consensu duxerit: quia id ei de Iure Canonico fieri permittitur, iuxta cuius dispositionem matrimonia debent esse libera, *Textus in capit. gemma de spons. & matrim & ibi Doctores.*

Secus autem de iure Ciuili, cuius enim dispositione filius, siue filia sine consensu Patris nubere non potest, & nubendo, quam pœnam patiantur, & præsertim, quando indigno nupserunt vide *Surd. de Alimentis tit. primo quaestione 6. per totam, & dixi latè in verbo Legitima.*

168 Contrarietatem istarum opinionum ponit, *Azorius in 2. parte Institutionum Moralium lib. 2. capit. 2. versiculo Nono quæritur fol. 78.* vbi videtur concludere, quod cū istud Sacramentū fuerit à Deo institutū, ideò potius constitutionibus Ecclesiæ debet subiici, quàm legibus Principum, & Magistratuum Ciuilium sindicari, licèt Clarus, dicat contrariam esse communem, & in iudicijs seruari, quam ego puto veram extra statum Ecclesiæ, alteram verò in statu ex prædictis.

169 Amplius nota, quòd quando Socer debet alimenta præstare nurui, tunc ea ab illo, siue illius hæredibus sine mora præstanda veniunt, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 241. num. 51. & veluti dixi supra num. 140*

170 Fallit tamen primò dicta subampliatio, vt puta si filius habuisset dotem; sed pènes se maiorem partem retinuisset, quia tunc Pater tenetur sustinere, iuxta dotis mensuram, vt ait *Viuius in sua decisione 523. & Rota per Cardin. Mantic. decis. 321. cum aliis ibi allegat.*

171 Fallit secundò, quando essemus in priuigno, quem maritus alere, atquè in domum ducere non tenetur; sed vxorem tantùm, vt ait *Vrsil ad Afflict in sua dec. 10 num. 15.*

172 Sed si forsan priuignus à vitrico alimenta habuerit, tunc illa restituere non debet, si tamen dictus priuignus operas suas pro vitrico impēdit, vt ait *Grat. lib. 2. discept. cap. 374. num. 19.*

173 Sed hic erit obiter notandum, quòd vxor, si habeat filios ex primo matrimonio in necessitate, etiam non extrema constitutos, & illi non habeant, vndè secundum suum statum viuere possint, tunc ea potest in secreto, eis secundum facultatem suæ dotis subuenire, si maritus nolit ei licentiam impartiri; dummodo tamen caueat, post illius mortem donata in suam dotem computare, vt post *Sotum de Iust. & Iur. lib. 5. quaestione 3. artic. primo, ait Corduba cas. 125. fol. 371. & Ioannes Valer. de differ. inter vtrumque forum in verbo alimenta differ. 5.*

174 Quod tamen declara verum in foro interiori; quia in eo exteriori id facere non valet, nisi cum licentia sui viri; sed si mulier non habeat dotem, vel non ita sufficientem ad præstanda eis alimenta, tunc si prohibitio mariti concurrat, ea non poterit filijs primi matrimonij, neque parentibus alimenta præstare, etiamsi ipsi egeant, dummodo tamen extremè non egeant, Immò nec etiam id facere potest de bonis communibus, si iuxta Patriæ consuetudinem administratio bonorum solùm ad maritum spectet, licèt tamen ea procurare posset, vt ad id maritus, à Iudice compelleretur, vt ait *Guilelmus, & Siluestr. alleg. à Valer. in præcitato loco.*

175 Subamplia septimò, quòd si filio nascantur filii legitimi, tunc Pater debet alimenta augere, & eò magis, si precia rerum aucta reperirentur, vt ait idem *Card. Mantica in dicta decis. 331. num. 2. & seqq.*

176 Declara tamen, quòd tunc filio obesset, si dicta alimenta ab eo iam ac-

acceptata fuissent, quia dicta acceptatione non obstante, si eius dignitas, siue familia augeatur, ita quoquè alimenta sunt augenda, vt ait *Grat. lib. 4. d scept. cap. 613. num. 18 cum seqq.*

177 Et ratio est; quia omnis dispositio semper intelligenda venit, rebus sic stantibus, & propterea facit illa regula, quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent, idem *Card. Mantic in dicta dec. 331.* vltra quod contractus semper à Iudice possunt ad æquitatem reduci, vt ait *Thesaur. in sua dec. 226. num. 1.*

178 Contrarium tamen esset, quando essemus in stipulante sibi alimenta: quia tunc non intelligitur stipulare pro persona extrinseca, Immò nequè etiam pro vxore, vt ait idem *Gratian. in dicto cap. 613. num. 27.*

179 Concorda tamen, vt prima opinio procedat, quando essemus in Patre, siuè alio, qui iure actionis alere tenetur: quia tunc licèt alimenta fuissent taxata filio, augentur tamen, si illius filij dignitas, siue familia, ob numerum filiorum augeatur; quinimmò nec illa taxatio inter Patrem, & filium sequuta præiudicare potest filijs, postea superuenientibus, quos in subsidium auus de iure alere tenetur. Secunda vero opinio procedit, quando versaremur in extraneo, vel alio, qui de iure alimenta præstare non cogitur, vt optimè colligitur ex *doctr. Grat. in d. cap. 613 num. 23. cum seqq.*

180 Subamplia octauò, quòd nedum alimenta debentur filio, quando agitur ad bona Patris, & Aui, sed etiam nepori ex filia, vel nepti legitimato, seù adoptiuo, ac existenti in vtero; Immò etiam emancipatis in bonis Patris alimenta debentur, in illis tamē casibus, in quibus est par conditio filij emancipati, & alterius in Patria potestate existentis; secus autem, si filius, siue nepos emancipatus agerent cōtra testamentum Patris, quia tunc non diceretur par conditio ad immutandum testamentum, cum ea conditione existentis in potestate, & propterea isto casu alimenta ei in bonis Patris non deberentur, vt ait *Grat. lib. 2. discep. cap. 236. num. 2. & 3.*

181 Amplia vigesimo secundò idem procedere, etiam in matre, quæ siue sit legitima, siue adultera tenetur quemcumquè filium intra triennium lactare, quia ad id natura lac matri suggerit; sed ad alia necessaria non tenetur. licet illud tamen sit verum, quando ipsa mater pro victu proprio mendicare non cogatur, veluti si proprijs manibus, ob paupertatem alimenta sibi procurare deberet, quia tunc maritus, vel alio modo Pater illius filij vxorē, siue adulterā alere debet, vt lacte illius nutrimento filij incumbat, vel aliā nutricē pro filio quærere possit, ideq. esset, si mater lactaria non foret, aut consuetudo, vt matres non lactent, in contrariū vrgeret, prout fieri solet inter nobilissimas mulieres, sed transacto tñ eo triēnio tūc Pater et illegitimis filijs alimēta præstare tenetur, & propterea si constante matrimonio, matrem filios, ex aliqua causa de bonis extra dotem alere contingat, tunc impensum ab ea à patre reuerso repetere debet, dummodo tamen Pater sit diues, secus verò si esset egenus, & pauper; quia tunc impensi repetitio non daretur, vt ait *Aluar. Valasc. dec. 92. Regni Lusitaniæ, Surd. de alim. tit. 7. qq. 13 num. 16. & Franch. in sua dec. 336. num. 4.*

182 Sed huiusmodi occasione non est silentio prætereundum, quàm grauiter peccent matres, quæ proprio lacte filios non alunt, eosq. alijs mulieribus nutriendos tradunt, licèt secus, quando ex iuxta causa id facere cogerentur, veluti quando vna mater adeò esset naturæ imbecillis, vt sine magno suæ vitæ psriculo lac filio præbere non posset, aut esset ita inops, vt propterea sibi propri um victū querere deberet, Item quando dicta mater esset tam nobilis, vt ei indecorum esset proprio lacte filium educare, & prę sertim, vbi esset vsu receptum, hoc modo filios pænes nutrices lactare, & educare, siue quando mater effecta vidua, siue facto diuortio vellet in religione Deo seruire, aliàs mater peccaret, si sine causa proprio vbere, & lacte filium non aleret, & consuetudo in contrarium valdè damnatur à Scriptoribus ethnicis parum Christo fidelibus, vti prauo vsu introducta, vt ait *Azor. in 2. par. instit. moral. lib. 2. cap. 4. fol. 82. in vers. 3. quæritur.*

183 Subamplia primò id, quod fuit dictum de matre filios intra triennium alere

re debente, procedere etiam post triennium in subsidium, quando Pater est pauper, vt ait *Ant. Gam. in sua dec. 304. Regni Lusitaniæ.*

184 Subamplia secundò procedere, tàm ad fauorem filij legitimi, & naturalis, quam etiam incestuosi, quia dicta mater ex dispositione Iuris Canonici, vtrosq. filios alere cogitur, nàm in educandis spurijs ex illius dispositione par conditio debet esse vtriusq. parentis, vt ait idem *Gamm. in dicta dec. 304. Marta in compilatione decis. tom. 1. in verbo alimenta cap. 1. & Thesaur. in dicta decis. 211. num. 7.*

185 Quod tamen semper intellige verum, dummodo mater mendicare non cogatur, vt superius dixi; secus verò si ea sit diues, & filius pauper, vt ait *Rota in Bononien. alimentorum 5. Iulij 1604. coram Iusto quæ est apud Marches. ue commiss tom. 1. fol 1171. num. 2.*

Quinimmò hic erit notandum, quòd filius, siue filia naturalis matri non illustri ab intestato, vna cum legitimis succedit, & si forsan mater testamentum conderet, & illum, siue illam præteriret, tunc illud ex eorum præteritione esset nullum, etiam stante statuto fœminarũ, ob masculos exclusiuo; sed si clausula codicillaris extaret in testamento, in quo filius reperiretur præteritus, tunc ea operaretur, vt testamentum iure obliquo sustineatur, & sic eo casu filius præteritus censeretur grauatus hereditatem hæredi scripto restituere, retenta tamen præteritorum legitima, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in sua dec 520. num. 1. & 9. & veluti dixi in concl. 42. nu. 223. vbi recurras.*

186 Declara præterea, quòd vbi alimenta, siue dos sunt ab aliquo danda in subsidium, tunc ea non sunt rigorosè taxanda, nec minus deberet egestatem parere in dotante, & alente; sed solùm ad meram necessitatem dotandi, siue alendi sunt restringenda, *Rota dec. 538. num. 2. parte 1. diuers. & in dec. 249. n. 1. p. 2. in recentior.*

187 Extende tertiò id, quod fuit dictum de matre obligata ad alimenta filiorum legitimorum, multò magis procedere, quando maritus esset mortuus, quia tunc, absquè vlla difficultate istud onus filios alendi de iure ad dictam matrem spectabit, vt ait *Valasc. d. dec 92.*

188 Fallit tamẽ primò si matrimonium, non ob mortem viri; sed ob diuortium dissoluatur, quia tunc onus alendi ad Patrem pertinet, etiamsi matris culpa coniugium dissoluatur, & dos ob illius dissolutionem vxori fuerit restituta; nàm in muliere causa diuortij non attenditur; quia satis ea punitur, quando filijs orbata remansit, ad *tradita per Valasc. in dicta sua dec. 92. Marta in sua compilatione decisionum in verbo alimenta tom. 1. cap. secundo.*

189 Contrarium, quòd scilicet mater præferatur Patri in educatione filiorum, occasione diuortij, quando illi sunt teneræ, vel puerilis ętatis, ait *Rot. per Card. Seraph in dec. 1194. num. 3.*

190 Et ratio est; quia filij difficultèr dulces, & caros amplexus matris relinquũt, licèt tamen secus esset, si ea ad secunda vota conuolasset; quia tunc filij pænes eam educari non debent; quamuis in hoc sit valdè tribuendum arbitrio iudicantium, qui consideratis omnibus declarare debent pænes quem tutius filij, siue nepotes ali possint, vt ait idem *Card. Seraph in d. dec. 1194. num. 4.*

191 Fallit secundò, quando Auus Paternus dictorum filiorum viueret, quia tunc illi ab Auo, non autem à matre sunt alendi, tamquàm in eius potestate, sed non matris existentes, vt ait *Grat. lib. 2. discep. cap. 259. num. 14.*

192 Contrarium tamen esset respectu fratrum; quia mater prius debet alimenta suæ filiæ præstare, quàm frater, immò ea illi filiæ debentur, etiam, quòd esset nupta, vt ait idem *Grat. in d. lib. 2. cap. 236. num. 7. & cap. 259. num. 12.*

193 Amplia vigesimò tertiò conclusionem è conuerso procedere, nẽpè quòd filius teneatur præstare alimenta Patri, necnon matri, quæ ob adulterium suam dotem amisisset, & id ex charitate sanguinis succedit, nec in matre culpa amissionis dotis attenditur, & istud onus in filio adeò est fauorabile, vt propterea ille non possit Religionẽ ingredi, si Pater extrema inopia laboret, imò ingressus potest eam exire impunè, vt illi inopi subuenire possit, vt ait *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 68. num. 2. & 4. cum ibi alleg.*

&

& Octau. Cecher. in sua dec. 124. Senatus Pedemont. & *Rota per Puteum decisione 356. lib. 3.*

Quinimmò id, quod fuit dictum de filio debente Patri alimenta subministrare, procedit etiam in legitimato, qui si Patri alimenta negat, tunc legitimationem perdit, & ad spurietatē reuertitur, & quod plus est de cætero non poterit legitimari, licèt secus esset in eo, qui per subsequens matrimonium fuisset legitimatus: quia tunc ille legitimationem non perdit, etiam quòd Patri esset ingratus, & alimenta negaret, cum talis legitimatio sit fauorabilissima, & effectus veræ, & propriç legitimationis operetur, & propterea nobilis fit filius ex sequenti matrimonio, si sit nobilis Pater, *ut pulchrè ait Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 67. num. 1. cum seqq.*

194 Subamplia primò idem procedere in filio, cui per fraudem Patris fuisset ablata hæreditas, quia hoc nō obstante, si filius eam recuperet, tūc dictū suum Patrem alere tenetur; quia habemus, quòd ea, quæ iure naturæ debentur nullo casu euelli possunt, Quinimmò etiam Patri bannito filius alimenta præstare tenetur, quia potius naturalis causa est attendenda, quàm crimen Paternum. Rursus id procedit, etiamsi filius eum non alere iurasset, cum dici soleat, quòd quos natura non obligat, neque conscientia ligat, *Caccher. in præcit. loco & ita fuit dictū in Rom. Nullitatis obligationis Ven. 16. Ian. 1626. coram Durano.*

Veluti eodem modo in vxore procedit, quæ maritum bannitum licitè recipere, & alere potest, cum vxor calamitates viri moderatè ferre teneatur, *vt ait Gaill. de pace publica lib. 2. dec. 10. num. 16.* & *18.* & *ibi per totam* latè tradit de receptatoribus bannitorum, & ibi in hac materia recurras, & *sub num. 27.* ait idem procedere in amico, qui alium amicum bannitum recipere potest, quando tamen amicitia sit magna; quia tunc çquiparatur coniunctioni sanguinis, & sic inofficiosum esset illum in necessitate derelinquere, vt dicunt *DD. alleg. à Gaill. in præc. loco.*

195 Extende id, quod fuit dictum de filio erga Patrem bannitum, & è contra, in tantum esse verum, quòd neque statutum, neq. Princeps, ob eam rationem prohibere potest, ne filius Patrem bannitum alat, & è contra, quia bannitus nunquam amittit ea, quæ sunt iuris naturalis, vt alimenta, & præsertim quando istud auxilium, siue conuersatio illa cum parentibus, siue cum filijs bannitis, non ad malum finem, sed solummodo ad naturalem subuentionem tenderet; vndè ex hoc infertur, quòd si extaret statutū, vt bannitus impunè occidi possit, non obid tamen filius à Patre, nequè Pater à filio occidi debet; nàm licet istud homicidium esset à Iure Ciuili permissum, non esset tamen laudabile, quia à iure naturæ reperitur prohibitum, præterquā in casu proditionis Patriæ, cuius .n. charitas est magis antiqua, & dulcis hominibus, quàm illa liberorum, iuxta illud, Dulcis est amor Patriç, vel nisi essemus in casu, vbi adessent multi banniti, qui à finibus territorij vnius Principis non possent arceri, vel alio modo publicam vtilitatem infestarent; quia istis casibus posset Princeps illud ius naturale tollere, immò illud etiā Diuinū limitare, & restringere valeret, ꝙ tamen intellige in eius fauorem, non autem in illius odium, vt ait pulchrè *Surdus de alimen. tis tit. 1 quæst. 3. nu. 1. & seqq.* & *in tit. 7. quæst. 14. per totam.*

196 Contrariū tamē ait *Azor. in 2. parte Instit. Moral. lib. 2. c. 4 fol 83 vers. 6. quæritur*, dicens, ꝙ filio proscripto, siue Patri Principis auctoritate in extrema çdia, aut graui labore positis, posse præstari alimenta simpliciter necessaria, absq. pœna & peccato.

197 Concorda tu igitur huiusmodi opiniones controuersas, nempè vt prima opinio procedat, quando filius, siue Pater non essent Patriæ hostes, siue Principis necem machinati non fuissent, aut arma contra Patriam non accepissent; Secūda verò qn̄ secus, quia vt ait *Cicero de Offic. lib. 3* si ad perniciem Patriæ res spectabit, salutē anteponet filius saluti Patris, & è contra, & sic ex huiusmodi distinctione dignoscetur, quando filius possit accusare Patrem hæreticum, siue illū licitè interficere, aut ad magistratū deferre, & qn̄ non, vt pulchrè distinguēdo, tradit quoque idē *Azor. in præc. loc. in c. 2. li. 2. fol. 78. ver. 11. quæritur cū seqq.*

Subam-

198 Subamplia secundò quoq. procedere, etiamsi Pater esset hæreticus, cui tamen filius vitæ necessaria denegare non poterit, vt ait *D. Thom. 2. 2. quæst. 31. art. 2.* vbi ait esse subueniendum peccatori, quantum ad sustentationem naturæ, & hanc esse communem opinionem, *vt Felin. in cap. cum in iis num. 2. de testibus & est gloss. in cap. 1. 30. dist. & in cap. quiescamus 42. dist. & in cap. non satis 86. dist. Ang. l. in princip. Instit. de iure naturali, & Ioannes Valer. de differ. inter vtrumq. forum in verbo Alimenta differ. 2.*

199 Et ratio prædictorum ea est, *quia quos natura non obligat conscientia non ligat* licèt contrarium sit, quòad forum exterius, per quod Pater potest à filio exhæredari & illi per filium, alimenta denegari, & è contra, vt dicunt *DD. alleg. à d. Ioan. Valer. in præc. loco.*

200 Subamplia tertiò, quòd etiam filius teneatur præstare alimenta Patri, à quo fuerunt bona fideicommisso subiecta ablata, ob illius dilapidationem, & eidē filio restituta, dummodo tamen Pater egeat, & nō alias, neq. eo casu omnes fructus dictorum bonorum, ei pro alimentis sunt assignandi, sed solùm alimenta ex illis sunt pro indigentia desumenda, *vt ait Gratianus lib. 5. disceptat. cap. 831. num. 20.*

201 Limita tamen, quòd filius non teneatur præstare alimenta Patri, quando nullam artium esset edoctus, iuxta dictum Philonis, *vt refert Gratian lib. 2. disceptat. cap. 267. num. 45.* Licèt antiquitus ignobilis habebatur, ille qui suo Patri alimenta nō præstabat, vt ait idem *Grat. eod. cap. 267. num. 46.*

202 Quod tamen secus esset, quando filius esset pauper, quia tunc intraret illa regula, quòd impossibilium nulla sit obligatio, *Rota dec. 177. num. 10. par. 1. in recentioribus.*

203 Subamplia quartò prædicta multò magis procedere in matre, quæ fuerit à marito vsufructuaria omnium bonorum relicta, quia tunc dicta mater alimenta habere debet, sed non tamen vsumfructum integrum, cum non sit verisimile testatorem voluisse eius filios omnibus fructibus in vita matris priuare, veluti idem quoquè dicitur de nouerca, & merito quidem, cum maritus certo sciat, quòd ea parum amica priuignis erit, & ideo illud adagium vulgo circumfertur; *Tunc cornix albescit, quando priuignis nouerca quiescit*, pro quibus faciunt ea, quę ait *Rota dec. 5. coram Crescentio, & Franc. Marc. dec. 848. par. 1.*

204 Secus autem, quando filij morerentur, quia tunc vsusfructus vxori relictus non importaret solùm alimenta; sed naturam pleni vsusfructus assumeret, vt ex mente *Rotæ Romanæ ait Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 29. per tot. idem ait Andr. Gaill. practic. obseru. lib. 2. decis. 144. num. 7.*

205 Declara tamen primò, id, quod fuit dictum de filio alimenta adulteræ matri præstare debente, procedere, dummodo dicta mater proprios parentes non habeat, qui huiusmodi alimenta præstare possint; & ratio est, quia parentes dicuntur habere in sāguine pignus, erga filios, sed non è contra. Et propterea videmus, quod si quis haberet filios, & parentes eodem tempore in necessitate constitutos, tunc potius filijs, quàm parentibus subuenire tenetur, nedum ob prædictam rationem, verùm etiam ex altera, quia amor semper descendit, non autem ascēdit, veluti dixi in verbo Affectio in fine conclusionis, & idem ait *Gratian. ibi sup. allegatus.*

206 Sed in hoc duę sunt Theologorū opiniones, & vna est, vt potius sit succurrendum egestati filij, quàm illi Patris, & istius opinionis ratio est, quia filius tenetur Patri subuenire, attēto iure gentium, Pater vero filio, attēto eo naturali, vndè hinc fit, quòd ius naturale arctius stringit, quàm illud gentium, cum illud naturæ, ex illius propensione oriatur, quæ est communis omnium animantium; Ius autem gentium à sola omnium gentium ratione oritur, & propterea videmus, quòd etiam beluæ illud naturale ius sequendo, solùm filijs, non autem parentibus alimenta quærunt, idem ait *Diuus Paulus scribens ad Corinthios cap. 12. & Rota mox allegan. in Ariminen. Legitimæ*, vbi ait, quòd filij non debent Parentibus thesaurizare, sed benè parentes filijs.

207 Extende huiusmodi opinionem quoque procedere, iuxta dispositionē iuris communis, *vt dicunt multi DD. allegati à Ro-*

à Rota in vna Ariminen. legitima de Scarpontibus Luna 5 Maij 1617. coram Durano, qui dicunt alimenta, & legitimam Parentibus deberi de Iure Ciuili tantùm, liberis verò de iure naturæ.

208 Contraria opinio, quòd ſcilicet illa quoq. parentibus debeantur de iure naturali, eſt æquior, ac verior, vt determinauit *Rota ibi coram Durano, & in deciſ. 94. num. 14. par. 2. diuerſ.* vbi ait, quòd amor magis aſcendit, quàm deſcendit, quod tamen declarat verum, quoad effectum obligationis, non autem quoad ordinem dilectionis.

209 Altera verò opinio ea eſt, vt potius Patri, quàm filio ſubueniēdum ſit, quàm ſequitur, *D. uus Thom. 2. 2. quæſt. 26 ar. 9.* & quæ videtur communi Theologorum conſenſu recepta, vt ait *Azor in 2. par. Inſtit. Moral. cap. 2. lib. 2. fol 99. & idem tenet Maior. in 3. ſententiarum diſtinct. 29. S. Bonauent. in 3. diſtinct. 29. artic. 1. quæſt. 4. Ricar. 3. diſtinct. 29. artic. 1. quæſt. 7. Gabr. 3. diſtinct. 29. quæſtione 1. artic. 2. concluſ. 5. Marſil. 3. quæſt. 13. art. 3. dub. 4. & Abulen. in Matthæum cap. 22. quæſt. 311. Card. 2. 2. quæſt. 31. art. 3. Angel. in verbo filius num. 24. Silu. in dicto verbo filius quæſt. 25. Tabien. in eodem verbo filius num. 13. Armilll. in verbo Eleemoſyna n. 14.*

210 Sed licèt *Azorius in præcitato loco* dicat, hanc ſecundam opinionem eſſe valdè probabiliorē, ex eo; quia filius lucis, ac vitæ vſura fruitur, ob Patrem, ab eoq. educationem, inſtitutionem, & honorē habet, illeq. in eo educando, alendo, & in eo formando labores patitur, quam etiam amplexa fuit, & canonizauit, *Rota ibi coram Durano*, Nihilominus hodie videtur primam ab omnibus eſſe obſeruatam; nàm vltra rationes à me ſuperius allegatas, *in verſiculo declara id tantum*, &c. nemo eſt, qui (oblitus, & immemor beneficiorum parentum, & valdè memor præſentis dilectionis filiorum) parentes non deſerat, & proprios filios nō inſectetur, vt optimè conſiderat quoq. *Rota ubi ſup. in dicta Ariminen. Legitimæ coram Durano*, Immò eadem beneficia, quę à Parentibus fiūt, erga filios, potius ad filiorum, quàm parentum ſubuentionē excitabunt, quia ipſi tunc Paternū officiū gerunt, & non tanquàm filij agunt.

211 Vndè cum ea beneficia quotidie in filios exerceantur; hinc fit, vt erga eoſdem tantò magis amor augeatur, & erga Parentes adeo diminuatur, vt quodammodò facilè aſcendentium obliuio in deſcendentibus in dies creſcat; & ratio ea eſt, quia ſemper eas res magis amare ſolemus, quas cum duriori, & præſenti labore acquirimus, & licèt forſan aliquis poſſet dicere, quod illa quoque prima opinio facilè poſſit, in odium eorum, qui deſerunt parentes, reſultare, cum illi pari modo à ſuis filijs poſſint in caſu propriæ indigentiæ malè tractari, Ego reſpondeo quòd iſte caſus nunquam herclè euenire poterit, ſi vnus (vt proprios parentes alat) filios deſerendo, eos obire neceſſitate permitteret, vltra quòd abominoſi, & infelices euentus conſiderari non ſolent, quinimmò non deficiunt aliqui, qui dicunt, fruor tempore præſenti, & melius expecto, & alij dicentes (licet perperàm) pereat, qui craſtina curat, iuxta illud Horatij, quod eſt valdè animę & corporis ſaluti obnoxium.

212 Sed melius crederem iſtud tali modo fore concordandum; nempè vt vna portio ſubuentionis parentibus tribuatur, altera verò filijs, quatenus id fieri commodè poſſet, aliàs (crede mihi) quòd plerumq. ſubuentio erit filiorum, & deſertio parentum. Item concorda quod prima opinio procedat, vt ſuperius dixi, quoad ordinem dilectionis; ſecunda verò, quoad effectum obligationis, vt ait *Rota in dicta dec. 94. num. 14. par. 2. diuerſorum.*

213 Subdeclara tamen, dictam primam declarationem procedere, quotieſcumque mater ad meliorem vitam rediJſſet, quia tunc ſubſidiis filiorum priuari non deberet, ſecus autem ſi vitam luxorioſam ſequeretur; quia tunc iniquum eſſet matrem adulteram, adhuc in vitæ turpitudine luxorioſè viuentem, poſſe filios cogere ad alimenta præſtanda, cum nemo ex ſua improbitate ius conſequi debeat, nec minus doloſis beneficio iuris ſuccurrendum ſit, ſed potius eis via miſerationis eſt præcludenda, vt ait *Cacher. in prac. locc, & facit Rota in Rom. computorum Ven. 13. Maii 1594. coram Card. Arigonio, & in Rom. aperitionis oris Vener. 8. Mart. 1613. coram Card. Sacrato.*

Contra-

214 Contrarium tamen verius videtur dicendum, attenta ratione, & æquitate naturali, per ea, quæ superius diximus in hac vigesima tertia ampliatione, & vltra prædicta illud addendum est, quod scilicet, nec Deo, nec parentibus vnquam potest reddi æquiualens, & propterea ob delictum matris nõ excluditur debitum naturale filij; Im nò tunc satis illa amissione suæ pudicitiæ punitur, quæ est præcipuum ornamentum mulierum, vt est *text. in l. si qua illustris C. ad Orfician.* Veluti eodem modo dicitur de filio furioso, qui etiam si Patrem occiderit, de eo delicto non tenetur, quia satis suo furore punitur.

Secus tamen, veluti si essemus in filia luxuriosè viuente, quæ à patre non debet alineque dotari, nec minus hæres institui, quod tamen intellige procedere, dum in vita luxoriosa permanserit; at secus, si pœnitentia ducta ad meliorem frugem redigatur, quia tunc illi per patrem alimenta debentur, & ratio est, quia pœnitentia maculam antè actæ vitæ abstergit, neq. ille dicitur peccator, quem pœnituit, & tunc pœnitentiam mulier fecisse dicitur, quando occasiones, quas multas habuit, euitauit, & à peccando se abstinuit; quemadmodum etiam non veniunt filiæ deneganda alimenta, quando post vigesimum quintum annum peccauit in corpus suum; quia post illud tempus non tenetur expectare, neque propterea exhæredari potest, etiam si indigno nuberet, & ex mente *Rotæ Romanæ, & aliarum dixi in concl. 42.* & in omnem euentum filia, ob stuprum non potest alimentis priuari nisi præcedat monitio, veluti neq. illi filiæ alimenta denegantur, quando iuri vni soli se prostituit, vt de his omnibus latè ait *surd. de alimentis tit. 7. quæst. 4.* & *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 5 in fine & veluti dixi in concl. 82. num. 191.* & *prius num. 65. cum seqq.*

215 Amplia vigesimò quartò, quòd etiã frater tenetur pari modo alere fratrem, & sororem, dummodo tamen alimentant sit diues, & alendus pauper, quia cum huiusmodi alimenta per fratrem debita in ratione sanguinis fundata dicantur, propterea non est æquum, quòd frater sibi victum arctaret, vt alterum adiuuaret; aliàs contra dictam naturalem æquitatem esset, quæ vult, vt prima charitas à seipso incipiat, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 532 num. 1. & seqq. idem ait Franch. dec. 178. Guidop. dec. 439. Franc. Marc. dec. 225. in fine, Rota dec. 538. par. 1. recent. & in 2 par. decis. 454. num. 3. & Rota in vna Neapolitana alimentorum Mercur. 31. Maij 1606. coram Manzanedo*

216 Subamplia 1. id nedum procedere ad fauorem fratis, sed etiam ad fauorem illius vxoris; & filiorum, quos frater diues alere tenetur, vt ait *Surd. de aliment. tit. 1. quæst 24. num. 11* Licet mihi ista opinio nimis rigorosa videatur, quia hoc modo esset velle aperire viam fratribus, vt hac opinione fisi omnes vxorem ducerent, & sic esset velle totam domum de pauperare in futurum.

217 Subamplia secundò, id nedum procedere in fratre legitimo, sed etiam in spurio, & naturali, & eo casu alimenta sunt subministranda, considerata quantitate bonorum, & qualitate alere debentis, arbitrio iudicantium, vt ait *Rota in dicta dec. 538 par. 1. in recentior. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 25. vid. per totam.*

218 Contrarium licèt dicat *Gratianus in sua dec 207. num 3. in addit* vbi ait quòd alimenta assignari debent secundum quantitatem redditũ, non autem Patrimonij, & secundum conditionem præsentis status, non autem præteriti.

219 Subamplia tertiò id habere locum, etiam in fratre agente contra alium fratrem in iudicio petitione hæreditatis *vt ait Rota per Vertal. dec. 20. num. 2. par. 1 Franc. Marc. in dicta dec. 225 in 2. parte,* & *Rota in Romana tutelæ de Masso 1585.* & *Rota dec. 3. de iudic. in antiq.* & *Cappell. Tholosan. decis. 7. Guidopap. decis 561. cum aliis ibi per eum alleg.*

220 Vndè nota, quòd hæc alimenta conditione ex lege debentur, & propterea statim, ac in iudicio sunt petita, futura, & non præterita dicuntur, *Bisignet. dec. 1 de iudic. Egid. dec. 88. Guidopap. decis. 561.* & *Afflict dec 11.* & *ita quoq. fuit decisum in Ianuen. separationis Thori Lunæ 29. April. 1624. coram Remboldo.*

221 Subamplia quartò, quòd etiam in prima instantia, ex æquitate huiusmodi ali-

alimenta à fratre fratri debentur, vt ait *Rota dec. 2. de iudic. in antiq.* & *dec. 1. li. 1. par. 3. nouiss.* & *Afflict. dicta dec. 11. & ibi in addit*

222 Subamplia quintò id in tantum valere, quod etiam in hæredem fratris istud onus transeat, vt ait *Franch. in dec. 178. Consil. Neapol.*

223 Et id, quod dicitur de fratre, qui ab alio ali debet, procedit, etiamsi dictus frater aliundè haberet, vndè viuere posset, quod tamen intellige verum in alimentis, quę primogenitus secundogenito tribuit, & nō est; quia vita, & militia est secundogenito dāda, etsi ille aliundè haberet, nisi tamen consuetudo adesset, vt tota hæreditas primogenito tribueretur; quia tunc secundogenito aliundè habenti alimenta non dantur, licèt tñ prædicta non procedant in alio genere fratrum, vt ait *Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 15. num. 22.* & *seqq.* quia si illi aliundè habent, tunc eis alimenta non præstantur; veluti quoquè dicendum erit de fratre opifice, & qui ex arte, vel industria viuere posset, & etiam quando extra Prouinciā eundo sibi victum acquirere posset; quia tunc frater diues ei alimenta subministrare non tenetur, *vt ait Surd. dicto tit. 7. quæst. 15. num. 16.* & *17.* & *Afflic. dec. 10 num. 4. Mastrill. dec. 85. num. 14. Capice. dec. 211. num. 12. Franch. dec. 20. per tot.* & *in dec. 542.* & *dec. 714. idem Afflict. decis. 43. nu. 2.* & *decis. 138. num. 2.* & *seqq.* & *in dec. 252. num. 15.* & *alii allegati à Camillo Borello in sua summa decis. tit. 40. de vita, & milit.*

224 Declara igitur prædicta procedere, quando sumus in illis, quibus alimenta iudicis officio, aut legis dispositione debentur, vt sunt filij naturales, & legitimi, & parentes, quia tunc ad dignoscendum, an ipsi habeant, vndè se alant, non attenduntur operæ, siue industria, sed solùm attenditur, si ex redditibus viuere possint, *vt ait Rota apud Marchesanum de commiss. tom. 1. fol. 1171.* & *Rota in 2. par. recent. dec. 224. num. 5.* & *veluti dicam inferius in versiculo Subamplia septimò.*

225 Subdeclara tamē alimenta fratri nō deberi, quando ille omnia sua bona dilapidauit, quia nemo ex sua improbitate ius consequi debet, nec necessitas vnquam suffragatur ei, qui propria culpa offēdit in illam; at secus quando esset fatalis; idest quando à casu fortuito proueniret, aut naturalis; nempè quando instinctu naturali inducitur, vt dicam in verbo necessitas, & veluti ait *Surd. d. tit. sup. num. 11.* & *12.*

Contrarium autem, quando frater esset in communione alterius, & inter eos lucrorum communicatio probaretur, quia tunc vnus, vltra alimentorum præstationem tenetur, etiam soluere debita alterius, quod non contingeret, si vnus seorsum ab alio viueret, & inuicem lucra nō communicaret, *vt ait Rot per Cara. seraph. dec. 079. num. 1.*

226 Item secus esset in filio, qui ludendo suam portionem consumpsisset, quia tunc hoc non obstante pater ei alimenta præstare tenetur, & id procedit, vt superius dixi, quia ista alimenta filijs iure naturali sunt debita, & sic eo casu nulla alia ratio est attendenda, quæ naturalem tollat, vt in proposito fuit dictum de Patre, siue filio bannito, quibus alimenta, dicto banno non obstante, debentur, quod secus est, vbi necessitas esset causata à persona, cui officio iudicis, non autem iure naturali debentur alimenta, quia tunc dicta necessitas hoc genus personarum non excusaret, *vt dixi supra in ampliatione 21. versic. Subamplia tertio idemquè ait Borellus in præcitato loco num. 17.*

Contrarium licèt dicat, *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 5. num. 1 & 2.* vbi propterea ad id corroborandum ait, qòud filius qui dolosè suam legitimam, & trebellianicam consumpsit dotem de fideicommisso non detrahit.

Concordari possunt pdictæ opiniones tali modo, nēpè vt prima pcedat de iure naturali; secūda verò de rigore iuris ciuilis; itē prima procedit, vt filio dilapidatori alimenta denegari non possint; secunda verò procedit respectu legitimæ, quæ semel consumpta, amplius ei concedenda non venit, quòd tamen secus esset in Patre, qui bona fideicommisso subiecta dilapidaret, quia nihilominus ex eis tenetur filius illi alimenta subministrare, anteq. eorum restitutio fiat; sed est benè verum, quòd Pater poterit cogere filium, ad cauendum se nunquam fore dicta

lapidaturum, quòd non potest filius erga patrē, ex ratione, quàm adducit Surdus ibi supra, licèt in fine dicat nescire, quæ opinio sit magis communis, sed postea concludit patrem non teneri præstare alimenta filio, qui dolo, & fraude iam ei assignatum consumpsit; sed quod potius ne fame pereat ei, per modum eleemosynæ sit aliquo modo succurrendum. licèt ego addam, quòd tenuis debet esse ea portio, aliàs esset dare materiam, vt filij hac ratione sibi omni peiori modo dilapident, veluti in simili dixi sub *num. 200.*

227 Subamplia 6. idē pcedere in sorore legitimā in bonis fratris petēte, vt ait *Frãc. Mar. dec. 127 p. 1. Affl. d. dec. 11 alleg. à Ricc. in collec. dec. 1162 in; rn.* Quinimò ēt dicta alimenta debentur in prima instantia, dum disputatur super quærela testamenti fratris, vt ait idem *Afflict. d. decis. 11 n. 1. & 2 & ibi Vrsill. in addit.*

228 Subamplia septimò, quòd prædicta alimenta secundo genito debeantur etiā si ille sit de per se diues, vt ait *Afflict. dec. 338. n. 4. & alij allegati à Borello n. 16 in præcit. loco.* Et ratio est, quia illud onus adeò est primogenito debitum, vt si frater alteri fratri promitteret non petere vitā, & militiam super bonis feudalibus; nihilominus eo mortuo illud onus tamquam personale ad alium fratrem successorem non transibit, licèt secus, quando in ipso pacto esset expressa aliqua causa, siue illius pacti ratio, vtpotè, si diceretur ne feudum extinguatur, siue diminuatur; quia tunc illud diceretur reale, & sic ad dictū fratrem successorem transiret, vt dicunt Doctores allegati à *Borello ibi supra nu. 42, & 43.*

229 Subamplia octauò, prædicta procedere, etiam ad fauorem spurij, cui vita, & militia debetur, vt ait *Mastrill. decis. Sicil. 85. per totam cum ibi per eum alleg.*

230 Secus autem in transuersalibus, quibus hæc vita, & militia non debetur, vt puta a patruo nepoti ex secundo genito, idem *Mastril. ibi supra num. 22. & alij alleg. à Borell. ibidem num. 27.*

231 Subamplia nonò, eam vitam, & militiam secundogenito deberi, etiamsi pater ei aliquod feudum reliquisset, & ppterea, vt superius diximus, ea est debita, etiam quòd sit diues, vt ait *Afflict. decis. 138. nu. 4. & Mastril. dec. 85.*

232 Subamplia decimò, quòd ea in pecunia sit debita, sicut legitima, vt ait *Guido pap. dec. 476. num. 1. & dec. 487. num. 2. Capic. dec. 2. num. 6. Boer. decis. 204. num. 4. & Franch dec. 20. num. 11.* & quanta esse debeat, docet idem *Borell. ibi supra.*

233 Subamplia vndecimò, idem etiam habere locum in fratre, & sorore ex alio patre natis, & sic vterinis, quos frater alere tenetur, vt ait *Boer. dec. 129. Thes. dec. 192. & Ricc. dicta collect. 1162. in fine, & Surd. dicto tit. 1. quæst. 25. per tot. de alimentis.*

234 Licèt id nūquā ego audierim fuisse seruatum in Patria mea, & propterea *Ioann. Valer. de different. inter vtrumque forum in verbo Alimenta, different. 7. verf. Quare,* ait prædicta iura recessisse ab Aula, nec ea opinio, quæ prius communis reputabatur amplius practicatur, & loquendo ibi de fratribus vtrinq. coniunctis, ergo multò magis in vterinis procederet, attenta saltem dispositione exterioris fori, quicquid sit de eo interiori, & cōscientiæ, in quo tñ nō ita indistinctè frater potest cogi ad alium fratrem alendum, vt resoluit vltimo loco *Rebell. de oblig. iust. 2. par. lib. 5. quæst 4. num 30. alleg. à dicto Valerio in præcitato loco, verf. In foro tamen,* & ad id corroborandum ait, quòd ab eius Capitulo Generali fuit ordinatum, ne quis eorum auderet eleemosynas accipere, pro subueniendis consanguineis egentibus, sed solùm pro parentibus, & ideò ibi tradit, quòd in hoc benè animaduertere debent Confessarij.

235 Vndè retenta ea opinione de Iure communi, nota quòd alimenta, quæ à fratre alteri fratri præstantur, in dubio præsumuntur causa pietatis, & sic animo donandi, non autem repetendi data, vt ait *Rota in decis. 724. num. 1. par. prima diuersor.*

236 Licèt ad hoc, vt alimēta donata præsumantur, hęc tria concurrere debent, aliàs secus, & primò, quòd expensæ sint factæ in persona, non autem in rebus, vt sunt expensæ alimentorum. Secundò, quòd illa persona sit coniuncta. Tertiò, quòd expensæ sint modicæ, & nō magnæ, aliàs si alio modo fiant, animo repetēdi factę præsumuntur, vt ait *Rota in d. dec. 724. num. 6.*

num. 6. & Marilia. dec. 68. Rota Ianuen. & in hoc videndus est Cardinalis Tuscus in verbo Alimenta. Conclus. 301. & 302.

237 Extende primò, idem procedere in extraneo non protestante, quando alimenta præstitit, & præsertim, si esset diues, pius, & liberalis, vt firmat *Azor. in 2. parte institut. moralium fol. 126. versic. Quare verius est, in littera* E. Licèt contrarium videatur sentire *Alex. consil. 110 lib. 7 mox allegan.*

238 Subextende, eò magis procedere in eo, qui alere de iure tenetur, qui, siue protestetur, siue non, alimenta non repetit; veluti, si Episcopus expositum alar, qui impensas factas non repetit: licèt secus, si talis expositus fuisset alitus ex communibus redditibus Ecclesiæ, siue in aliquo loco ad alendos expositos deputato: quia tunc pater, si non egeret, tenetur impensas factas eidem loco compensare, vt ait idem Azor. *in pracit. loco su littera* D. *cum. i i allegatis.*

239 Extende secundò, idem procedere in alimentis datis amico non leuis, sed magnæ amicitiæ, quæ coniunctioni sanguinis æquiparatur, vt dicam in verbo Amicitia; quia tunc huiusmodi alimenta amico tali, siue eius filiis præstita, donata censentur, *text. est in l ex duobus, 9 fin ff de neg. gest. Alexander consil. 110. volum. 7. incip. videretur, Dec. consil. 618. num. 6. incip. In casu, & Crauett cons 86. num 6. incipien. Magister.* qui extendunt, id quoque procedere in alimentis filiali amore, & paterno affectu præstitis, & præsertim *Alex. in præcitat. loco.*

240 Et ea quæ dicuntur de fratre alterum alere obligato, extende procedere, etiam in eo, qui esset clericus, qui ex redditibus Ecclesiæ fratrem, & sororem alere tenetur; dummodò non essemus in sene, & infirmo, adeò vt omnibus fructibus sui beneficij in sui adiutorium indigeret: quia isto casu non tenetur alterius salutem suæ propriæ præferre, nec ob id sibi victum arctare, iuxta Euangelium, vbi ait: Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, vt in proposito ait quoq; *Surdus de alimentis tit. 7. quæst. 8. per totam, & Grattian lib. 3. disceptationum forens. cap. 552. num. 1. & sequentibus, & idem Surd. tit. 1. q. 25. per tot.*

241 Declara tamen hic obiter, id quod fuit dictum de clerico, qui prius debet, sibi ipsi victum quærere, non procedere in Rectore, qui si non potest vacare animarum curæ, adeò vt sit ei Vicarius deputatus; tunc prius est detrahenda portio de redditibus Ecclesiæ, pro alimentis Vicarij, licèt id, & quod superest pro Rectore non sufficiat. *Grattian. lib. 3. discept. cap 552. num. 15.*

242 Et suprad. distinctionē extēde, eò magis procedere, quā expensæ eēt factæ occasione alicuius administrationis, vt est in administratore negotiorū, qui si alimēta præstaret ei, cuius negotia gerit; licèt esset sanguine coniunctus, tū in dubio de suo prestare non censetur; sed de bonis illius, cuius negotia administrat, & per consequens, illa animo repetendi quoàd suum interesse dedisse præsumitur, vt ait *Rota ibi supra d. dec. 724 n. 2.*

243 Quinimmò id amplia procedere, etiā in matre, quæ licèt in ea maior pietas, & affectio erga filium existat, tamen si respectu administrationis dat alimenta filio, ea donare non præsumitur: secus verò, si ratione sanguinis, & pietatis, id faceret: quemadmodum etiam contingit in quocumque alio coniuncto, qui si alimenta ratione administrationis eius coniuncto tribuat, ea donare non præsumitur; veluti fieret, si ea iure sanguinis præstaret, & præsertim, quando ea præstās tenues facultates haberet, & familia oneratus esset: quia istis casibus animo repetendi alimenta data presumuntur, vt optimè distinguit *Rota ibi supra num. 3. & sequentib.*

244 Veluti eodem modo diceretur, quando alimenta peterentur per coniunctum tamquàm curatorem: quia si de cura nō appareat, tūc processus erit nullus, vt dicitur de procuratore nulliter deputato: & sic in istis quoque casibus alimenta restituenda venirent, ex ea ratione: quia alimenta semper peti debent, absque errore personæ, vt ait *Rota per Verallum decis. 23. parte prima, & Marta in compilat. decision. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 57.*

245 Secus autem, si essemus in alimentis datis (v.g.) à socero genero, ob dotē non solutam; quia tunc ea iure sanguinis præstita non dicuntur: sed benè, ob onera matri-

matrimonij ſuſtinenda ea data præſumātur, & proprerea illa nullo vnquam tempore, ob illud onus reſtituenda venirent, *vt ait Magon decíſ. 83 num 4. Rota Flor.* Sed declara tamen, quòd vſuræ dotis non ſolutæ, debent cum illis compenſari, quia, per generum ex receptione alimentorum remiſſæ non cenſentur, veluti in dubio ſemper pro excluſione donationis, & remiſſionis venit præſumendum, & præſertim, quando vſuræ dotis eſſent maiores, quàm intereſſe præſtationis alimentorum, quia licèt habeamus, quod vſuræ maiores remiſſę præſumantur ex receptione minorum; id tamen procedit, quando ex aliquo actu poſitiuo conſtaret, creditorem minores vſuras recepiſſe pro omnibus, at ſecus, quādo pro parte tantùm recepiſſet, & maximè, quando nos non eſſemus in vſuris odioſis, ſed in non odioſis, vt ſunt illæ debitæ mariro, pro ſuſtinendis oneribus matrimonii, quæ propriæ vſuræ non dicuntur, vt fuit dictum à *Rot. per Buratt. dec. 237. per totam, Surd. conſ. 290. n. 53. & ſeq.* & ita quoque fuit reſolutum à *Rot. in Rom. fructuum dotis 16. Ianuar. 1626. coram Remboldo,* Et ad faciendū credere, quòd generus voluerit remittere fructus dotis pro alimentis habitis à ſocero in illius domo, illud erit, qn̄ generus adnotaſſet in ſuo libro familiari aliquā ſummam receptam à ſocero ad computum dotis, & fructuum, *vt ait Rota in d. deciſ. 232. num. 2. coram Buratto.*

246 Vndè nota igitur in materia prædictorum, quòd mater poterit alimenta filiis prę̃ſtita repetere ab eo, ad quē iſtud onus alendi ſpectabit, *vt ait Grat. in lib. 5. diſc. c. 959. n. 15.* & ibi ſubiungit, id procedere, etiam nulla præcedente proteſtatione, licèt ramen è conuerſo, ea nunquā per filios à matre petantur, niſi excluſo patris ſubſidio, *Grat. ibidem num. 14.*

247 Sed ſi eueniret caſus repetitionis eorum, notá, quòd ſit repetitio pro diſpendio burſali, no autem pro labore perſonæ, *vt ait Rot. dec. 742. n. 1. p. 1. diuerſ.*

248 Contrarium autem contingit in alimentis, lite pendente filiis, ſiue aliis datis, quæ nunquam reficiuntur, etiamſi alitus ſuccumbat; niſi tamen in caſu retractationis ſētētiæ cauerit, quia ſi cauerit, tunc ad eorum reſtitutionem tenentur, quatenus de iure, licèt alimentarius in genere non teneatur vnquam fideiuſſionem præſtare, veluti facit vſufructuarius, *Franch. dec. 614. n. 1. & ſeqq.* Secus tamen fieret, ſi eſſemus in alimentis vigore alicuius ſententiæ receptis, quia tunc ea reuocata reſtituuntur, *vt ait idem Franch. ibi ſup. n. 7. & Grat. lib. 2. diſc. c. 236. n. 39. & 40.*

249 Sed quòd dicta alimenta regulariter non reſtituantur, neque in creditum imputentur, etiamſi ille, cui officio iudicis præſtita fuere, ſuccumberet, *ait Afflict. Boer. & alii alleg. in Romana bonorum de Ceulis, Veneris 14. Nouembris 1603. coram Penia, & in eadem coram eodem 4. Februarii ſequentis anni,* vbi ait id procedere, etiamſi pars cautionem dederit de reſtituendo in euentum ſuccumbentię, & denique fuit ita deciſum in *Romana Saluiani 17. Maii 1617. coram Card. Sacrato, & prius in eadem Romana bonorum de Ceulis 3 Decembris 1584. & 14. Decembris eiuſdem anni coram Clemente Octauo, Bellamer. deciſ. 88. Biſignett. deciſ. 2. de iudic.* & *Rota in Ianuen. ſeparationis thori, Lunæ 29. Aprilis 1624. coram Remboldo.*

250 Fallit tamen primò, quando pater fructus ex bonis filii recepiſſet, quia illi cum alimentis filio præſtitis compenſari poſſunt, *vt ait Grat. lib. 2. diſcept. c. 252. n. 34. & 35.* veluti quoque dicitur de fructibus beneficiorum, quando pater de eis rationem reddere tenetur filio Clerico, *vt ait idem Gratian. dec. 49. & in add. dit. num. 8.*

251 Fallit ſecundò, & è conuerſo; nempè in alimentis filio, ſiue ſeruo expoſito præſtitis, quę ab eorum patre, ſiue Domino ea prę̃ſtans repetere poteſt, vnà cum expenſis, pro eis erudiendis in aliqua arte factis, *vt ait Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 267. num. 41. & 42.*

252 Et ratio eſt, quia ſi alimenta ſoluuntur præſtita filio non expoſito, ergo multò magis debent refici ea præſtita expoſito, ne pater iniquus ſit melioris conditionis, dum filium exponit, quàm alter, qui non exponit; nam quis ex ſua improbitate ius conſequi non debet, cum leges ſemper deceptis, & non decipientibus ſuccurrere ſoleant, idem *Gratian. ibi ſupra, & Rota in Romana*

computorum, Veneris 15. *Maii* 1594. *coram Card Arigonio, & in Roman aperitionis oris Veneris* 8. *Martii* 1613. *coram* Card. Sacrato, *& in Romana fideiussionis de repræsentando* 3. *Iulii* 1617. *coram* Coccino *Decano*.

253 Fallit tertiò, quando actor sententiam pro se obtinet: quia tunc ei alimenta cum fructibus compensanda veniunt, vt ait idem *Grat.d. lib.* 2. *cap.* 236. *nu* 4.

254 Contrarium tamen erit dicendum in alijs casibus, non ita exceptuatis, vt superius deduximus: quia, ob eorum priuilegia multa conceduntur, quæ alias non concederentur, & propterea videmus, quòd compensatio non admittitur in debitis pro alimentis, vt ait *Grat. lib.* 4. *discept. cap.* 728. *num.* 36.

255 Extende primò, quòd eorum priuilegia sunt adeò fauorabilia, vt propterea, neque donatio in causa alimentorum requirat solemnitates à statuto in donationibus requisitas, vt ait idem *Grat.d.lib* 4. *discep. cap.* 750. *n.* 29 & ppa dicta donatio pro alimentis facta dicitur modalis, & non conditionalis, vt ait *Rota per* Coccin. *decis* 240. *n.* 2. item si stipulatio pro alimentis fieret ad fauorem pauperis præcipuè, erit valida, vt ait idẽ *Coccin. decis* 435. *num* 4.

256 Extende secundò, quòd etiam illa relinqui possunt exteris, non obstante statuto bona in forenses alienare prohibente, vt ait idem *Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 735. *num.* 18. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 41. *num.* 3. *& Card. cons.* 66. *in fine, & cæteri à d. Grat. allegati ibi supra*.

257 Extende tertiò, ꝙ ob eorum fauorẽ illi debẽtur ex bonis fideicõmissi in subsidium, quando libera non extant, idem *Grat. lib.* 5. *discept c.* 832. *num.* 40.

258 Extende quartò, quòd in dubio semper pro alimentis est iudicandum, idem *Grat lib.* 2 *discept. cap.* 374. *n.* 16.

259 Extende quintò, quòd promissio alimentorum voluntaria non reddit contractum vnquam vsurarium, vt ait *Rota apud Marchesani de commissionib. par.* 2. *fol.* 576 *coram Pirouano nu.* 3.

260 Præterea illud, quòd superius fuit dictum de onere alendi, quod habet frater in fratrem, & sororem, declara vlterius non extendi, quia in linea collaterali primum gradum non egreditur. Nam dispositiones, quæ loquuntur de ascendente in collaterali non procedunt, Et ratio est, quia alimenta coniunctis iure sanguinis debentur tantum: non autem respectu bonorum, vt ait *Franch. dec.* 178 *cons. Neapol.* Secus verò, quando alimenta deberentur iure consuetudinario, vt inferius dicam ex mente dicti *Franch. in decis* 559. *num.* 9.

261 Contrarium tamen reperitur in nepte exclusa à fratre primogenito, quia tũc alter frater, & sic patruus illius neptis in primogenitura succedens eam alere tenetur, & licèt id non reperiatur de iure debitum; nihilominus in hoc ad naturalem æquitatem est recurrendum, & sic igitur prima opinio procedit de rigore iuris. Secunda verò ita naturali æquitate suadente: alias inconueniens esset, si quis cũ amissione patris, alimẽtorũ iactura quoq. pateretur, vt pulchrè ait *Marta ibi sup Munter. dec.* 16. *Regni Aragoniæ*.

262 Declara tamen, quòd si alimenta, quæ à patruo fuerunt præstita, sint magna, tunc ea donata non censentur, veluti fuit decisum à *Rota in Mediolanen. pensionis* 1. *Decembris* 1605. *coram Marcomontio, quæ est apud Marches. de commis. par.* 3 §. 2. *fol.* 225.

263 Amplia vigesimòquintò, quòd etiã nepos ex spurio ali debet ab Auo, sed materno, nõ autem paterno. & ratio est, quia illi paterno non est successibilis, sicut sit matri, & Auo materno, vt ait *Ant. Gam. dec.* 11. *Regni Lusitaniæ*, & *Franch. dec.* 283. *num.* 15.

264 Contrarium, quòd scilicet, tàm vnus, quàm alter Auus teneatur filiis, siue nepotibus alimenta prestare, ait *Cacher. dec.* 11. *num.* 9. *Senat. Pedemont.*

265 Sed ego teneo, quòd Auus maternus, ex illa ratione, quod. s. ei sit successibilis, ad istud onus alendi primariò teneatur, alter verò paternus in subsidium, ne huõdi filii cõtra naturalẽ pietatẽ fame pereãt, q.n. esset valde iniquũ, cũ ex proprio sanguine sint procreati, nec illa infelicitas nataliũ venit illis imputãda: nã ea quæ manu Dei proueniunt, ab homine euitari nõ possunt, *vt est in l. Iura sanguinis, & ibi DD. ff. de reg. iur.* & faciũt ea, quę ait *Gratian. lib.* 2. *discept. cap.* 236. *n.* 4.

266 Extende id multò magis procedere in nepote, ex filio legitimo, & naturali,

vt ait

vt ait *Franch. in decis. 178. & decis. 287. alleg. a Riccio in sua collectanea dec. 962. in princip.*

267 Quinimmò, quando isto casu alimenta nepoti debentur in bonis fideicommisso subiectis, per auum iam defunctũ, tunc illa ei debentur ex dictis bonis, omnibus creditoribus filij exclusis, vt ait *Grattan. in l. b. 5 discept. c. 832. n. 31.*

268 Amplia vigesimosextò, quod alimẽta vxori debeantur, etiam quòd eam indotatam duxerit, quia sibi est imputandum, si eam ducere sine dote voluit, nam non dos, sed consensus matrimonium facit, & alimenta huiusmodi dicuntur à marito amore coniugali, sed non dotis ratione data, vt ait *Grattan. decis. Marsch. 103. num. 22. Balb. decis. 39. Andr. Gaill. dec 87. par. 2. Camera Imper. Guidopap. decis. 439. Rota decis. 760. num. 6 par. 1. diuers. & decis. 202. num. 11 & seqq. par. 2. diuers. Cappell. Tholos. decis. 87. in addit. omnino viden. Card. Mantic. in dec. 195. num. 2. & Franch. dec. 155. & Marta in compilat. decis. to. 1. in verbo Alimenta, c. 24. idem Grat. lib. 1 discep. c. 132. num 9 & Rota decis. 168. num. 1. par. 2. recent.* vbi ait quòd vxor ali debet à suo viro, quando in eius seruitio, & opera viuit, & meritò quidem, cum tali casu, neque fas esset canibus alimenta denegare, aliàs contra Euangelium fieret; & propterea id probis viris nullo modo congenire debet, vt ait *Vestill. ad Afflict. decis. 182. num. 4.*

269 Contrarium tamen pluries fuit decisum à Rota, & præsertim per *Crescent. in decis. 232. alias Octaua, Nam videndum consil. 543. & Rota in Bononien. prætensæ dotis Luna 5. Aprilis 1604. coram Litta, & decis. 470. in 2. par. recent.* vbi fuit conclusum maritum non teneri alere vxorem sine dote, nec in propria domo retinere, sed potius eam expellere debere, vt dicunt Doctores allegati ab *Vestill. in præsct. loco.*

270 Et tenendo hanc secundam opinionem, extende eam, quod neque maritus, qui non habuit dotem ab vxore, ei alimẽta præstare teneatur vertente inter eos lite, vt ait *Rota decis. 47. num. 4. & 5. in 2. par. recent. & in Romana de Ceulis quæ est penes Marches. de commissionib. tom. 1. fol. 173. & in alia Romana prætensæ dotis 5. Aprilis 1604. coram Card. Lancellotto,* Ex quibus enim decisionibus censetur fuisse recessum à *decisione prædicta 760 num 4 par. 1. diuers.* & ab aliis, quæ dicunt maritum teneri alere mulierem, etiam indotatam, velutì testatur *Ad. in 27 deci. 5. 4 Greg. XV.*

271 Quod etiam subextende primo procedere, quando maritus accepit nomina debitorum pro dote, quia tunc est bene verum, quod ipse tenetur propriis expensis ea exigere, quando tamen impensæ non essent magnæ, siue necessariæ, sed quoad alimenta potest se excusare, vt ait *Grat. lib. 2. disc. c. 236. n. 10. & seqq.*

272 Licèt *Rota in Romana bonorum 14. Decemb. 1584 coram Clem. VIII.* dicat, quòd potest alimenta eo casu vxor pendente lite ab eius Patre prætendere.

273 Declara tamen id, quod fuit dictum de viro (alere vxorem, quæ nomina debitorum dedit in dotem non debente) esse verum, quando sibi præcauisset, vel constaret, quod sibi præcauere voluerit; aliàs secus, per rationem mox allegandam in vers. Concordare possumus in fine, & tunc ille sibi præcauere dicetur, quando fecisset sibi cedere iura, & actiones ab vxore, pro exigenda ista dote, inter quæ ius adest alimenta petendi à Patre, *Grattan. d. cap. 236. num. 12. & 24. & Rota ibi coram. S. Lumente* 8.

274 Subextende secundò, quòd non solum maritus, ob non solutam dotem, excusatur à præstatione alimentorum vxoris, sed etiam eam expellere potest à sua domo, vt ait *Grattan. lib. 1 discep. im stionum cap. 65 num. 23* licèt *in cap. 46 & num. 24 lib. 3.* dicat quòd maritus expellens vxorem sine causa nomen mariti nõ meretur, & ibi supra in *d. cap. 236 num. ...* ait quòd indecorum esset viro suam vxorem non alere.

275 Concordare igitur possumus has opiniones tali pacto iudicio meo tempè, quòd prima opinio procedat supra, quã do marito nulla dos fuerit promissa, sed libenti animo eam indotatam ducere voluerit, vt hercle contigit in Antonio meo fratre vxorem gratis ducente, me protẽsus inuito, licèt postea ob nobilitatẽ & valorem tantæ mulieris, id dignè factum reputarem: quia tali casu videtur maritus personam vxoris loco dotis recepisse, cum

cum effectu, non autem dotibus matrimonia contrahantur, *vt ait Grat. d. cap. 236. num. 11. lib. 2*

Licèt sit bene verum, quòd accipiens vxorem absque vlla mentione dotis; nedum poterit isto casu patrem cogere ad constituendam sibi dotem, verùm etiam ipsam mulierem, quando esset diues, vt ait *Grat. ibi sup. num. 12.*

Secunda verò opinio procedit, quando dos fuerit ab initio marito promissa; sed postea ei non tradita, & tunc eam alere non tenetur, per regulam frangenti fidem fides frangatur eidem, aliàs incō ueniens, quidem esset, si maritus sua dote fraudaretur, & simul onus matrimonij sustinere cogeretur; & propterea videmus, etiam quod plerunq. ex huiusmodi obseruantia matrimonia solent habere exitus funestos, & maxima obiurgia inter eos oriri, licèt tamen maritus, ob innocētiam suæ vxoris, nunquam debeat pati eam in alitam relinquere, cum sint duo in carne vna; Et hanc concordantiam ego deprompsi, ex *dec. Andr. Gaill. 87. par. 2. & ex dec. Guidopap. 439.* quas refert, & sequitur *Marta in compilatione decisionum tom. 1. in verbo Alimenta cap. 24.* & *Afflict. dec. 155.* vbi firmat, tunc illorum præstationi esse locum, quādo dicta mulier non habet, vndè se alere possit, aliàs secus *Crascent. dec. 8. de tundic.* & *Cappell. Tholos. dec. 87.* & *Ricc. in collect. dec. 1793. par. 5. & Gratian. ibi supra num. 11.* & optimè faciunt tradita per *Gaill. pract. obseru. d. dec. 87. lib. 2. num. 1. cum seqq.*

276 Iterum concorda, vt prima opinio procedat inspecto iure Canonico, ex cuius enim dispositione vir vxorem expellere non potest; sed cum ea inhabitare cogitur, Imò vir ad id poterit per Iudicē Ecclesiasticum cogi, quia non potest ex se thori separationem ordinare, sed est expectandum iudicium Ecclesiæ, Secunda verò opinio procedit de iure ciuili, cuius enim vigore maritus eam indotatam alere non tenetur, sed imò potius eandem è sua domo expellere potest idē *Grat. ibi sup. num. 24. & 25.*

277 Rursus notandum erit, quòd in casu quando dos fuit promissa, sed de promissione nō apparet, nisi per confessionē mariti, tunc dicta promissio valdè coprobatur per diuturnam alimentorum præstationem, *vt ait Gratian. in dec. Marchia 103. num. 6. in addit.* & *Gregor. XV. dec. 468. num. 9.* & *Rota dec. 155. par. 2. diuersor.* & *dec. 124. num. 2. par. 2. recēt.* & hanc non esse leuem coniecturam, *dixit Rota in Terracinen. dotis 26. Aprilis 1619. coram Card. Pamphilio*, vel quòd saltem iuncta cum alijs suffragetur, *ait Rota in Bononien. dotis 25 Febr. 1619. coram Andrea*, sed quòd dicta coniectura ex se sola non sit valdè vrgens, *ait Rota dec. 683. num. 13. par. 2. recent.* licèt *Rota in dec. 62. num. 5. per Gregor XV.* tenuerit, quòd huiusmodi coniectura præstationis alimentorum coadiuuaret confessionem viri super receptione factam, etiam ad effectum prçiudicandi tertio, idemq. ait *Grat. lib. 2. d. scept cap. 362. num. 19.*

278 Sed tenendo primam opinionem, vti iudicio meo magis æquam, extende primò eam in tantum esse veram, vt propterea bona mariti pro alimētis sint vxori obligata, *vt ait Ioacchim. Mynsynger. in sua dec. 64. par. 1. Cameræ Imperialis, & Rota in vna Anagnina alimentorum 27. Iun. 1603. coram Penia, & in alta Murraten. Interusuriorum Luna 28. Nouemb. 1605. coram Manzanedo idemq ait nouissimè Grat. in lib 4. disceptat. cap. 750. num. 9.* & *Gaill practic. obseruat. dec. 83 num. 4. lib. 2.*

279 Extende secundò ꝙ vxor, & etiā filij, habent hiepothecam super dictis bonis pro eorum alimentis, tàm constante matrimonio, quàm eo soluto contra tertios possessores dictorum bonorum mariti, & Patris respectiuè, veluti quoquè pro dote idem *Grat. d. lib. 4. cap. 634. num. 1. cum seqq. & d. cap. 750. num. 9.*

280 Extende tertiò, quòd etiam mulier inops, & indotata succedat viro locupleti in quarta parte, vt dicā in verbo vxor *& veluti dicunt Gaill. & Guidopap. in prætato loco alleg. à Marta in verbo alimenta cap. 24. tom. 1. & in hac materia viden. est Merlin. de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 23. per totam, & Grat. lib. 1. disecept. cap. 120. per tot.* vbi pulcherrima in hac materia dicit.

281 Et ratio ne mulier in dedecus sui viri mendicare cogatur, *vt ait Gam. in sua dec. 62.* quod esset in maximum detri-

detrimentum memoriæ sui viri, quia dum est in viduitate, adhuc in matrimonio durare, & in illius seruitio remanere dicitur, vltra quod vxor dicitur mariti imago. Animaduertendo tamen, quòd illius egestas debet esse tempore mortis viri, aut saltē, quod paulo post incōtinēti superueniret, quia tunc dictæ vxori quarta pars competit, etiamsi postea nuberet diuiti, & sic si amplius non indigeret, veluti è conuerso excluderetur ab ea, si eo tempore dicti obitus viri esset diues, & postea egena fieret; vndè isto casu erit hoc modo distinguendum; nempè aut incontinenti fit egena, & tunc ea in quarta parte succedit, aut ex interuallo, & eo casu non succederet, & ratio ea est: quia omne, quod fit incontinenti, tunc inesse videtur, *vt ait Grat. lib. 1. discept. c. 120. num. 60. & seqq cum omnibus alijs ibi per eum alleg*

282 Fallit tamen primò, quando vxor, sine eius, ac suæ agnationis dedecore propriis manibus elaborando, vna cum fructibus, etiam paruæ dotis viuere posset, quia tunc quartam in bonis viri prætendere minime debet, *vt ait Rota Bononien. in sua dec. 4. num. 24. alleg. à Fontanell. in tract. de pact. nupt. clauss. 5 gloss. 8. par 8. num. 41. Barz. in sua dec. 129. num. 24. & dec. 131. num. 8. Rota per Cesar. de Graff dec. 162. & Grat. in dicto cap. 120. num 6. & 57. lib. 1. disceptat.* Et ratio est: quia mendicus ille non dicicitur, qui sibi victum arte quærere potest *vt ait Surd. dec. 61 num 14.*

283 Fallit secundò, si vxor haberet Patrem, aut matrem diuites, à quibus ipsa posset alimenta recipere, quia tunc quartam in bonis mariti habere non posset; nam cum ratio naturalis concurrat, quæ est, vt parentes possint cogi alere filios, ideò cessare debet illa ciuilis, quæ disponit, vt mulier inops succedat in quarta parte bonorum sui viri diuitis, *dicta Rota Bononien. in dec. 5. num. 64. & idem confirmat Cesar Barz. in sua decis. 130. num 64. & Rota in Romanà successionis quartæ 22. Maii 1609. coram Manzanedo. quæ est apud Statil. de Salue dec. 174. in hac materia omnino videnda quia est magistralis.*

284 Fallit tertiò pari modo, quando dicta vxor haberet fratres diuites, & ratio est, quia cum illi sint diuites non debent sufferre eorum sororem proprijs manibus, cum parua eorum reputatione elaborare; vndè cum illi habeant istud onus alendi sorores in ratione sanguinis fundati, ob id nō possūt illud recusare, sub eo prætextu, quòd eidem sorori in bonis sui viri, ius consequendi quartam competat, quod est à iure ciuili ordinatum, *vt dicunt DD alleg. à Fontanell. in prac. loco num. 44. cum seqq.*

285 Fallit quartò in quocumq. alio, cui alimenta legata fuissent in casu necessitatis. quia illa non debentur, quando legatarius habe Patrem, seu alium, qui eum alere tenetur, vt fuit dictum à *Rota per Gregor. XV. in sua dec. 443. num. 10.*

286 Fallit quintò, quando mulier haberet dotem, eum qua secundo viro nubere posset, quia tunc ei cum quarta in bonis viri succurrendum nō erit, *vt ait Grattan. lib 1 discept. cap 120. num 91.*

287 Declara tamen id, quod fuit dictum de vxore inope volente succedere in quarta bonorom viri diuitis, non procedere, quando essemus in bonis feudalibus, quia in eorum proprietate nō succedit, quando contingeret eā habere filios tempore mortis viri, qui postea decederent superstite matre, quia tunc ea solum in vsufructu, non autem in proprietate succedit, licèt de hoc valdè dubitet, *Ioseph Ludouic. in sua conclus 35. vt tetatur Grat. d. cap. 120 num. 89.*

288 Amplia idem procedere in bonis emphiteuticis, licèt nō in eorū, ac rei feudalis fructibus, *vt ait idem Grattian. ibi supra num. 91.*

289 Extende quartò supradictam primā opinionem multò magis procedere, quādo duxit non prorsus indotatam, sed aliquam paruam dotem habuisset, *vt ait Rota dicta dec. 202. par. 2. diuers. num. 11. & 12. Cappell. Tholos. dec. 87. in addit. & Card. Mantic. dec. 195. num. 2. & Gratian. in 5. lib. discept. cap. 857. nu 25. Barz. dec. 125. Surd. dec. 61. num. 1.* sed in hoc quomodo sit procedendum, *vide DD. alleg. à Merlino in lib. 2. tit. 1. quæst. 23. num. 22. de legitima.*

290 Extende quintò, quando consuetudo esset, vt mulieri alimenta deberentur, veluti ait *Franch. dec. 155. consil. Neapolit.* & in dicto casu præstationis ali-

alimentorum ratione conſuetudinis, ea tunc iure actionis deberi cenſentur, & ſic illo caſu, nedum diuitibus debentur futura; ſed etiam ea de præterito, *Vrſill. ad Afflict. dec. 99. num. 7.*

291 Et nota, quòd alimenta, quæ debentur iure conſuetudinario debentur ratione bonorum: ſecus verò, quando ea debentur iure communi: quia tunc illa à perſona perſonæ debentur, ex charitate ſanguinis, vt ait *dictus Franch. deciſ. 559 num. 9. in 4. parte.*

292 Extende præterea, quòd maritus teneatur etiam alere vxorem adulteram poſt factam thori ſeparationem, & ratio eſt: quia licèt vxor ſit adultera, non per hoc tamen deſinit eſſe vxor, quamuis inter eos ſeparatio fuerit ſecuta: quod tñ declara uerũ, qñ vxor propria culpa, & temeritate à viro receſſiſſet, & poſtea ad mariti conſortium rediſſet, & vir eam recipere nollet, quia tunc ei alimenta præſtare tenetur; ſecus autem, ſi per adulterium ipſius vxoris ſeparatio fuiſſet ſecuta, quia tunc eam maritus alere non tenetur, & licèt etiam in primo caſu Sotus dicat maritum in foro conſcientiæ vxorem alere non teneri; nihilominus *Ioann. Valer. de differ. inter vtrumq. for. in verbo Alimenta differentia 3. in principio* contrarium eſſe verius, dicit ex eo; quia valdè durum eſſet, quòd tribunal hominum fieret plus piũ, quàm tribunal Dei.

293 Subextende prædicta procedere etiam in adulterio ſpirituali, veluti quando vxor fieret hæretica, ſed poſtea pœniteret, quia iuxta veriorem opinionem tunc maritus vxorem alere tenetur, vt ait *Rebell. de oblig. iuſt. 2. par. lib. 2. quæſt. 18. num. 10. & lib. 5. quæſt. 4. num. 36.*

294 Subextende præterea, quòd ad obtinendum diuortium pro cauſa hæreſis, opus eſt, vt perſeuerãtia in ea præcedat, & pertinacia ſubſequatur, aliàs non liceret à coniuge recedere, etiamſi ſuper hæreſi ſententia oriatur; dummodo tamen reconcilietur, vt ait *Barboſ. 2. p. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 23. Sotus in 4. diſt. 36. quæſt. vnic. art. 1. ante finem ſpec. coniug. 3. par. art. 2. concluſ. 4.*

295 Vndè venit concludendum, quòd ſi ſeparatio thori recto iudicio Eccleſiæ fieret, petente altero ex coniugibus, altero tamen profugo, & pertinace inter hæreticos commorante, tunc fidelis innocens non tenetur eum reuertentem, & reconciliatũ ſecretò, in ſuum conſortium recipere, argumento *cap. de illis, de adult.* Sed ſi ſimul coniuges cohabitarent, & alter eorum capiatur ab inquiſitoribus, & in publico de hæreſi condemnatus exeat; ſed reconciliatus, tunc innocens tenetur eum recipere, & ſimul cum eo cohabitare, etiamſi pœnitentiatus ſit habitu pœnitentiali indutus, iuxta illud in Eccleſiaſt. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentiat habitare cum illa, non dimittet virum; nàm ſanctificatus eſt vir infidelis, per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis, per virum fidelem, alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt, *Rebell. in præcit. loco num. 6. & in verbo Matrimonium diſtinct. 12.*

296 Amplia vigeſimo ſeptimò idem è cõuerſo procedere, quòd ſcilicet vxor teneatur alere virum de proprio, quando ipſe egenus, & pauper fieret; Vndè licèt vir pari modo in quarta parte vxori ſuccedat, ob eam rationem, ne ille mendicare cogatur, tamen eum excarcerare non tenebitur, ſi occaſione alicuius ſui debiti carceribus eſſet mancipatus, quia licèt actus excarcerationis dicatur pius; non tamen valet argumentum de vno ad aliud, & propterea videmus, quòd ob alimenta viri fundus dotalis poteſt vendi, ſed non ob excarcerationem, ad *trad. per Surd. dec. 86. & Rota in Bononien. cenſus 20. Februar. 1609. coram Card. Aſtarcomontio.*

297 Cõtrariũ, q. ſ. excarceratio viri dicatur cauſa iuſta, pro obtinenda alienatione fundi vxoris, ad eum excarcerãdum, latè dixi ſupra in verbo *Alienatio in limitatione 4. verſ. contrarium quòd ſcilicet, & Grat. lib. 2. diſcept. cap. 108. num. 33. & ſeqq. Rot. dec. 63. n. 5. p. 3. diuerſ.*

298 Et id procedit, etiamſi vxor reclamet, quia nihilominus poteſt pro ea cauſa de illius bonis impendere, idẽ *Grat. d. c. 108. num. 16.* vbi ait hãc eſſe veriorem.

299 Extende igitur ampliationem prædictam in tantum valere, vt nedum vxor teneatur alere virum, attenta qualitate

dotis,

dotis, ſed etiam, & lucri, vt ait *Gratian. lib. 4. diſceptat. cap. 613. n. 14.* quia verior eſt illa opinio, quòd ſ. alimenra, ſiue debeantur ex obligatione, ſiue ex miſeratione, vtroque caſu ratio dignitatis, & conditionis perſonarum, necnon qualitatis rerum eſt attendenda, *Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 18 num. 45. & 46. & alii alleg. à Gratian. ibi ſupra num.* 14. & 15. *& in lib. 5. cap. 954. num. 37.* & 38. vbi ait, quòd ita Iudex iudicare debet.

300 Extende ſecundò, idem procedere in vxore in religionem ingreſſa, & illi monaſterio illius bona, & dotem tradente, quia tunc illud monaſterium eius viro indigenti alimenta præſtare tenetur, ſi illa, cum conſenſu ſui viri fuerit ingreſſa, vt dicunt *DD. allegati à Gratian. lib. 1. diſcept. cap. 102. num. 16.*

301 Contrarium licèt teneat idem *Gratian. & alii ibi ſupra num.* 17 & ibi teſtatur de magis vera opinione, imo facilius id procederet, ſi egeſtas poſt ingreſſum monaſterii ſuperueniret in viro, quod tamen ſecus eſſet in Patre, & filio, quibus per Mona ſterium alimenta ſunt præſtanda; & rario eſt, quia in illud Pater poteſt inuito filio ingredi, veluti filius Patre contradicente, quod non contingit in viro, & vxore, quorum enim conſenſus mutuus requiritur, cùm vnus ſine altero religionem profiteri non poſſit, & ſic vnus in ſæculo, & alter in Religione viuere non dẽt, vt ait idẽ *Grat. ibi ſupra n. 2. Greg. dec. 294. n. 6.* Veluti quoque procederet in filio, quando haberet Patrem ingenti inopia laborantem, quia tunc filius non poſſet Religionem ingredi, immò iam ingreſſus poſſet impunè ab ea exire, & eius Patri inopi ſubuenire, *vt dicunt DD. alleg. à Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 68. num. 2. & 4.*

302 Extende tertiò, quòd etiam vxor teneatur ſuum virum alere, licèt eſſet legum contemptor, quia tenetur ad illius obſequium, & eum ſequi, etiamſi eſſet magnus ribaldus, vt dicam ex mente *Rota in verb. Matrimonii ſeparatio, et idẽ ait Grat. lib. 1. diſcept. cap.* 108. *num.* 35.

303 Amplia vigeſimò octauò, quòd vxori alimenta debentur, quando à viro iuſta cauſa recedit, & iſto caſu bona mariti pro alimentis vxoris obligata cenſentur, vt ſuperius dixi, idemq; ait *Afflict. deciſ. 10. num. 3. & ita fuit quoque deciſum in vna Anagnina alimentorum 27. Iun. 1603 coram Penia, & in alia Muraten. interuſuriorum Luna 28. Nouembris 1605. coram Manzanedo*, & *Ludouic. Peguer. deciſ. 20. Conſilii Cathaloniæ*, & *Card. Seraph. deciſ. 328. num. 2.* & quando iuſta cauſa recedat vxor à viro, ait *Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 26. num. 1. cum ſequentibus.*

304 Extende primò, hanc ampliationem adeò eſſe veram, vt à viro, etiam dos, & donatio propter nuptias ſit mulieri reſtituenda, quãdo ab illo fuit expulſa, abſq; rationabili cauſa, vt dicam in verbo Matrimonium, &c. latè ait *Bald. in l. final. in fine, C. de ſent. quæ ſine cert. quant. Soccin. in l. 2. num. 9. poſt Alex. ff. ſolut. matrimon. Dec. in l. 1. num. 9. C. vnde vir & vxor.* Secus autem, quando propria auctoritate diſcederet, & ſine iuſta cauſa, *vt ait* Rota *deciſ. 250. num. 4. & 5. inter crimin* Farinac. ibiq. docet, quæ ſit iuſta cauſa, quæ in omnem euentum iudicio prudentum ponderanda venit, vt ait *Rota in alia Papien. Matrimonii 19. Februar. 1596. corã Card.* Pamph. *cum aliis ſuperius allegatis*. Sed eſt benè verum, quòd iſta cauſa, tamquam grauis, & ardua probationes neceſſarias, & indubitatas requirit, quia, cum diuortium fiat à Diabolo, & coniugium à Deo, idcircò Eccleſia debet eſſe difficilis ad finalem compulſionem, & præſertim, quando pertinacia dignoſceretur inter cõiuges: ſecus autem, quando eſſemus in ſponſalibus non iuratis, quia tunc læuiſſima cauſa ſufficeret, licèt ſine cauſa, etiamſi non eſſent iurata contrahenda venirent, *vt ait Maceraten. variar. reſol. reſolut. 2. lib. 1. & Gregor. in deciſ. 294. & ibi in addit. & in. deciſ. 410.* ait quando in ſponſalibus ſit licita pænitentia.

305 Extende ſecundò, alimenta quoque extra locum viri deberi: licèt regulariter ſemper alimenta præſtentur in loco alere debentis, vt ait *Afflict. d. deciſ. 10. num. 1. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 116.* & Rota *ibi coram Penia*, & *Manzanedo*, & *eſt deciſio Card. Mantic. apud Picum ad Statutum Vrbis dec. 29. num. 1.*

306 Extende tertiò, ꝙ in eo caſu, quõ vxor iuſta cauſa à viro receſſit, tũc filij omnes debent pænes matrem ali, ſed ex-

penſis

pensis mariti, & maximè, quando essent in infantili ætate, cum difficiliter caros amplexus matris deserere soleant, veluti dicam in verbo Filii pænes matrem, &c.

307 Extende quartò, idem procedere, quando mulier à viro recederet, ex eo, quia concubinam teneret, quia tunc ea dotem, & illius lucrum petere potest, *vt ait Afflict. decis. 10. num. 3. & dec. 152. num 5.* Quemadmodum etiam, ob illius sæuitiam, id ei facere liceret, *vt ait Rota inter crimin. Farnacc. dec. 127. num. 4.*

308 Veluti eodē modo procederet, ēt quādo maritus esset homo rixosus, *vt ait Cappell. Tholosan. in sua decis. 87. & ibi in addit.* quia tunc vxor, cū eo inhabitare non cogeretur, veluti è conuerso venit dicendum, qn̄ maritus, ob intemperiem aeris, vel infirmitatem, aut ob inimicitiam, & odium capitale, quod ne dum cum ea, sed etiam, cum suis haberet, *vt ait Cappell. Tholosan. ibi supra num. 1. Maceraten. variar. resol. resolut. 2. per totam, lib. 1. & Rota in Tullen. Matrimonii,* Lunæ 13. Maii 1596. *coram* Penia, & quando in istis casibus admittatur cautio inter coniuges de non offendendo tradit *Gratian. lib. 4. discept. c. 738 per totum.*

309 Extende quintò, procedere etiā in alimentis debitis mulieri, pendente lite super matrimonio, immò sub nube, & illius colore, quia tunc alimenta lucratur, quod videtur mirabile, vt quis de bonis alienis, sine peccato recipere possit, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dicta decis. 152. nu. 3. & 4. & in num. 5.* subiungit, quòd leuis cōiectura super matrimonio sufficit, ad hoc, vt alimenta præstentur, & id ob incertitudinem, & vt maius malum euitetur; nam melius est vxori alimenta præstare, quàm permitti eam fame perire, veluti etiam videmus eodem modo contingere in simili, quando sumus in casu, quòd plures fecerunt delictum, & nescitur à quo fuerit illud patratū, quia tunc in dubio potius debemus nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, *Vrsill. ibidem.*

310 Extende sextò, idem procedere in ventre prægnante, qui alendus est, ex bonis mariti defuncti, quamuis mater esset Diues, & licèt esset dubium, an ea esset prægnans, *vt ait Surd. de aliment. tit. 1. quæstione quinta, per totam.*

311 Declara tamen, id procedere de iure communi, at secus in foro conscientiæ, quia tunc, siue vxor sit prægnans, siue non, debet ali de bonis viri, sed loquendo in foro fori: tunc nota, qđ vxor alimēta debet cōsequi, si non habet aliūdè vndè viuat, aliàs secus, *vt dicunt DD. allegati à Ioanne Valerio de different. inter vtrumque forum differentia 4. in verbo Alimenta.*

312 Extende septimò, multò magis procedere, quando vxor de licentia viri alibi inhabitaret, sed ex causa necessaria, quia tunc ei maritus alimenta præstare tenetur, vt fuit decisum à *Rota per Card. Mantic. in d. deci. 29. apud Pecum de statut. Vrbis.*

313 Extende octauò, quòd alimenta sint etiam, per virum familiæ vxoris præstanda, quia ad eum istud onus alendi familiam spectat, *vt ait Gratian. lib. 4. discept. c. 669. num. 10.*

314 Sed nota, quòd pro muliere multū facit ad docendum de iusta causa; quando sententiam pro se habet, veluti fuit decisum in vna *Valentina diuortii 17. Maii 1577. coram Card. Seraph. quæ est in eius impress. dec. 328. num. 2.*

315 Veluti nec è contra sufficerent probationes, super mala fama vxoris, pro denegandis alimentis, sed in hoc sententia requiritur, *Rota decis. 183. par. 3. lib. 3. nouiss. & Marta in compilat. decis. tom. 1. in verb. Alimenta cap. 29.*

316 Extende nonò, quòd dum de iustitia causæ cognoscitur, semper dicta alimenta præstantur, *vt ait Afflict. in d. decis. 10. quem sequitur Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 18. num. 45. & 46. & Rota in dicta Anagnina coram* Penia, *& in decis. 183. par. 3. lib. 3. nouiss. diuers.*

317 Sed declara tamen, quòd ea præstari debent pro modo dotis datæ, & receptæ, *vt ait Castrens. cons. 65. in fin. vers. Quo quidem lib. 1. idem Surd. tit. 1. quæst. 33, num. 13. vers. Quartus casus*, quam enim interpretationem comprobat statutum Vrbis *lib. 1. cap. 139. & refert. & sequitur Rota ibi sup. coram* Penia, *& Frāc. b. decis. 559 num. 13.*

318 Vndè nota, qđ si dos magna erit, & alimenta non debet esse exigua, sed benè illi correspondentia, vt inferius dicam, & veluti

&veluti ait *Rota in d. Anagnina cor. Pen. s*

319 Veluti eodem modo erit dicendum, quando alimenta dantur respectu,& con templatione alicuius rei particularis, quę si infructifera fiat, vel ea perimatur amplius alimenta non debentur, cum istud onus reale, & non personale dicatur: ita quoque è conuerso procederet; nempe, quando res illa augeretur: quia tunc alimenta etiam opulentiora deberentur, vt ait *Bart. in l. 3 ff. vbi pupillus educ. deb.* & *l. Plautius ff. de condit. & demonstrat.* & *Rota in dec. 583. num. 2. p. 2. in recent.* & *facit decis. Grattan. 85.* & *decis. 101. cum ibi alleg.*

320 Et sic igitur declara, quod dēt haberi respūs ad fructus, & redditus illius rei, cuius contemplatione alimenta sunt præstanda, quod quidem procedit, etiam si adesset statutum, quo caueretur, vt commutatio prius facta de fructibus in pecuniam perpetuo obseruaretur: quia illud intelligi deber rebus sic stantibus, vt ait *Cara. Seraph. dec. 707. n. 7. & dec. 745. n. 1*

321 Licèt tamen secus esset, quando illa res, siue ille fundus à testatore designatus efficeretur ob bella, & sic facto hominis, non autem naturę, insufficiens: quia tunc hęres tenetur ex alijs bonis alimenta pręstare, *Bart. in l. Lucius Titius, ff. de aliment. legat.* & *Guidopap. dec. 8. per totam.*

Item secus esset, quando essemus in dote assignata in speciebus, non fructiferis: quia nihilominus fructus talis dotis deberentur, vt fuit dictum à *Rota per Burattum dec. 287. num. 13. per text. in l. fin. §. preterea, C. de iur. dot.* & *Giurba decis Sicil. 71. num. 14.*

322 Extende id etiam habere locum in eo, qui vnam domum alicui loco pio donauit, vt ab eo in vita sua alimenta reciperet, quæ licèt per milites, vel alio casu fortuito destruatur, non per hoc tamen alimenta cessant, vt ait *Decius cons. 312. colum. 1. vers. Et ex ista ratione.*

323 Extende secundò, procedere in bonis assignatis filię pro dote, seu alimentis, quę si amittantur, eidem sunt iterum assignanda, quando illorum amissio absque eius culpa sequatur, vt ait *Grat. lib. 4. disceptat. cap. 79. num. 10.* licèt secus in socio, qui non tenetur redotare filiam alterius socii, idē *Grat. c. 689. n. 30.*

Secus autem, si filia haberet dotem, & legitimam aliundè: quia tunc illi posset etiam per patrem in rota dote substitui, vt fuit dictum à *Rota per Burattum in sua decis. 691. num. 8.* & *dixi sup. n. 84.* Aliàs extra istum casum, & similes, dos filię grauari non potest, quamuis statutū verbis valde generalibus prohiberet imputare dotationem per filias, & mandaret de ea esse tacitas, & contentas, quòd tamen procedit, quando dos loco legitimę succedat, vt fuit dictum à *Rota per Burat. dec. 215. num. 1.* & *ibi in additionibus* habebis, quando dos loco legitimę succedat, & veluti egomet, quoque dixi in *Conclusione 42. sub num. 634. cum seqq.* & *mox dicetur in sequenti numero.* Quāuis tamen in eadem Conclusione 42. *num. 238.* dixerim, quod filia non potest de patre conqueri, quando prohibetur à statuto aliud petere, vltra dotes datas à patre, etiam si dos esset minus legitima; si tamen excessus non sit magnus, Vndè ego pro illarum opinionum concordantia dicerem, quòd prima procedat, quando dos loco legitimę succederet. Secunda verò, quando secus; quia in primo casu ea nullum onus recipere debet, etiam si statutum verbis valdè generalibus filiæ conquestum prohibere, iuxta ea quę ait *Rota per Burat. dicta dec. 215. in princip.*

Rursus concordare possumus, vt prima opinio procedat, quando pater nil reliquisset filię in testamento, & statutum, eam non excluderet à petitione supplementi legitimę. Secunda verò, quando secus, vt ait *Gratian. lib. 3. discept. cap. 496.* & *Rota per Gregor. dec. 135. nu. 19.*

Sed tenendo eam opinionem loquentem de filia, quę recepisset dotem sibi à patre constitutam, cum ea prohibitione, quòd nil amplius, tàm de bonis paternis, quàm maternis prætendere valeret, extende eam in tantum procedere, vt neque etiam dotem maternam vllo modo prætendere possit, vt ait *Rota per Burattum in sua dec. 283. per totam.*

324 Et prædictam secundam extensionem subextende tantò magis procedere, veluti, si essemus in terminis statuti, vt est in Vrbe, vbi mandat, quòd dos loco legitimę, & alimentorum succedat, & loco eorum subrogetur, veluti fuit decisum

cisum in illis terminis à Rota *in vna Perusina de Alphanis* 15. *Iun.* 1612. *coram Greg. XV. C per Card. Seraph. dec.* 1315. *num.* 1. & 2. *& deinde in Romana de Marganis* 9. *Decemb.* 1616. *coram Burattos*, & multum in proposito facit idem Gratianus *in lib.* 4. *discept. cap.* 700. *num.* 29 vbi ait, quòd tunc dos succedit loco legitimæ, quando statutum disponit, quòd filia dotata non succedat, nec aliquid petere possit.

325 Secus verò, quando statutum non excludit filiam, sed mandat eam dotari, quia tunc in isto secundo casu dos loco legitimę non subrogatur, *Capicc. d. c.* 176. *num.* 8. *& multi alii allegati à Gratiano ibi supra num.* 29. & veluti latè dixi in verbo Actio personalis exege, vbi plura in hac materia inuenies *in reg* 8.

326 Fallit tamen, quando dos fuisset euicta, quia tunc vir vxorem alere non tenetur, & eò magis, quando dos non fuisset promissa ab vxore, sed à Patre, fratribus, & extraneis, & hanc opinionem vti æquam esse seruandam ait *Surd alleg. à Gratian. lib* 1. *discept cap.* 65. *num.* 21. & 22. & *Cappell. Tholos decis.* 87. *in addit.*

327 Extende, quòd immò maritus eo casu potest vxorem expellere è domo, & præsertim, quando dos fuisset promissa, sed aliquo modo non soluta, vt ait Gayl. *practic. obseru. dec* 87. *lib* 2. *num.* 1. & 4. & *veluti latè dixi supra in hac conclusione sub num.* 275. *& seq.* & *Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 6. *n.* 6 vbi propterea ait, quòd mulier indotata à viro sperni solet, quòd tamen secus est de Iure Canonico, cuius enim dispositione Maritus tenetur cohabitare cum vxore, nec propria auctoritate potest diuortium, cum ea facere, sed per iudicem Ecclesiasticum potest compelli cum ea viuere, & hæc opinio est verior, & magis iuri Canonico consonans, & animæ fauens, cuius enim saluti semper consulendum venit: Vndè concluditur, quòd Doctores tenentes contrarium loquuntur de Iure Ciuili, alii verò de Iure Canonico, idem *Gratian. ibi supra nu.* 23. *& seqq.* & *Gayl. in pract. loco* vbi ait, eam opinionem de Iure Canonico procedere, etiam in Iure Ciuili, quando dos non fuisset promissa, quia tunc marito esset imputandum, si mulierem indotatam duxit, vltra, licèt ēt mulier indotata dicatur personam suam dare pro dote, *Boer. decis.* 12. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. & *ceteri DD. allegati à Gayl. ibi sup num.* 20.

328 Declara tamen id, quòd fuit dictum in dicta secunda extensione esse verùm, quòd scilicet mulier euicta dote iterum debeat dotari, quando dos est debita Iuris dispositione, at secus, si ex pacto ab extraneo. Item procedit, (vt superius dictum fuit) quando dotem filia amittit absque eius culpa, & dolo; sed secus, si cum culpa; veluti, quia non exegit à marito, quādo erat soluēdo, siue ēt si dolo malo eā consumpsisset, quæ tñ distinctio non est attendenda in fratre, quia liberatur semel sororē dotādo, necnō in socio, Idem *Grat. lib.* 1. *disc. c.* 65. *n.* 15. *& seqq. lib.* 4. *c.* 689. *n.* 30. *Osasch. dec.* 167. *n.* 4. *&* Boer *decis.* 131. *num.* 3. & *veluti dixi in conclusione* 84. *num.* 136. & *Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 5. *num.* 5.

329 Subextende prædicta multò magis procedere, quando legatum alimentorum esset ab extraneo relictum ex fructibus, & redditibus certorum bonorum taxatiuè, quia eo casu, si fructus cessarēt, amplius alimenta non deberentur, *vt ait Rota in dicta decis.* 583. *ferè per totam in part.* 2. *recent.* & *prius decis.* 470. *num.* 6. *in eadem par.* 2. *recent.*

330 Declara tñ, quòd isto casu legatarius non tenetur ad solutionem collectarum illius fundi, nisi quando fructus excederent quātitatem debitam pro alimentis, *vt ait Grattan. lib.* 2. *discept. cap.* 294. *num.* 21. *cum aliis ibi per eum alleg.*

331 Secus autem, quando alimenta essent simpliciter alicui relicta, & non contemplatione certæ rei, vel absque taxatiua, & sic indeterminatè, quia tunc augentur, & minuuntur secundum tempora, & conditiones personarum, quibus ea debentur, & iuxta quantitatem familiæ, & Patrimonii, necnon sm̄ consuetudinem Regionis, veluti è cōuerso, quoque augerentur, si precia ciborum, habitationis, & vestimentorum alterentur, vt pulchrè considerat *Aldobrand. consil.* 31. *num.* 9. *lib.* 1. *&* Rota *decis.* 31. *num.* 1. *&* 3. *in part.* 1 *recent. & decis.* 285. *num.* 4. 5. & 6. *&* Card. *Mantic. decis.* 331. *num.* 3. & *seqq.* & *decis.* 431. 4. *par. nouiss.*

non. coram Card Lancellotto Seniore.

332 Contrarium, quòd scilicet, nulla facta differentia inter fratres, & Patrem, filia, siue soror respectiue sit redotanda ab illis, quando dos fuerit absque eius culpa exacta, & multo magis cõcurrentibus diligentiis de recuperanda dote ab heredibus viri, per mulierem factis, dicũt *DD. alleg. a Grat. lib. 2. disc. ept. cap. 466. num. 9. & 10* qui hanc esse veriorem opinionem testantur, & ratio est quia illud idem onus, quod erat in Patre alendi filiam, transfunditur ex Iuris dispositione in fratrem alendi sororem, & propterea inter eos nulla est constituenda differentia circa alendi, & dotandi, vt ait idem *Grat. dicto cap. 466. num. 9* vbi ampliat id quoq. procedere, etiamsi frater nõ ex bonis Patris, sed ex suis propriis eã simpliciter primo loco dotasset, pro quibus facit *decis. in Rom. dotis de Cinciis 0. Iun. 1600. coram Card. Mellino, et in alia Rom. dotis 12. Ian 1603. coram Card. Virili.*

333 Rursus notandum est, quòd quando alimenta essent relicta, & quantitas illorum esset à testatore taxata, tunc si fructus non sufficiunt, proprietas eo casu erit vẽdenda, quemadmodum fieret, quãdo essemus in hæreditate opulenta, & de futuro vtilitatem allatura, vt pulchrè distinguit *Rota in decis. 583. in 2. part. recent.* siue etiam quando alendus esset bonorum futurus dominus, vt ait *Farinacc. decis. 576. num 6* vel si illa essent debita ex causa onerosa: qa in istis casibus, si fructus non sufficerẽt, posset vendi proprietas: secus autem, quando titulo lucratiuo deberentur cum lucri, & damni diuersa sit ratio. *Rota decis. 45. part. 2. diu. num. 11. & 12. & Grat. lib. 2. discept. cap. 216. nu 22. & seqq.*

334 Licèt sit benè verum, quòd regulariter alimenta, ex redditibus, fructibus, & accessionibus; non autem ex proprietate sunt præstanda, vt ait *Grat. lib. 2. d. sept. cap 131. num 13.*

335 Extẽde primò pdicta procedere, quãdo fundus, in quo fuerunt relicta alimenta non produceret tot fructus, qui pro alimentis sufficere possent: quia tunc fundus est obligatus pro illis, adeò vt ea integrè alimenta debeantur, vt ait *Vrsill. ad Affl. decis. 6. 12 num. 2. & 3. Surd. de al.* ... *dec. Guid. pape 8. & ibi eius additio.* vbi habetur, quòd annua pensio assignata super furno, si furnus diminuatur, ob carentiam hominum, nihilominus pensio integra veuit concedenda; quemadmodum dicitur de fructibus fundi, super quo fuerunt relicta alimenta, qui si diminuantur, ita vt pro alimentis non sufficiant; nihilominus integra alimenta debentur, retenta tamen ea distinctionem, an scilicèt disponens processerit simpliciter, an verò per viam taxatiuæ.

336 Extende secundò, quòd huiusmodi bona pro alimentis coniunctæ personæ destinata, in tantum sunt huic seruitio obligata, vt propterea illi alienari non possint, nec per consequens, de eis dominium transfertur, etiamsi obligans reseruasset sibi facultatem disponendi, *Bald. in l. ea lege col. 3. vers. 8. num. 5. C. de cond. ob caus. & text. in l. 1. C. de donat. quæ sub modo. & ibi alii Doctores.*

337 Extende tertiò idem procedere, si testator fecerit legatum, & rem destinauerit, de qua illud satis fieri voluerit: quia isto quoq. casu illud non extinguitur, per alienationem illius rei solutioni illius legati obligatæ *Gratian. lib. 4. disc. ept. cap. 683 num. 12.*

338 Licèt id fallat, veluti si res legata esset à dicto testatore alienata, quia tunc alimenta, siuè relicta ad pias causas, siue ad alios amplius non deberentur, quod tamen declara verum, quando essemus in legato speciei; at secus in eo quantitatis: quia illud quantitatis nõ extinguitur, licèt quantitas sit extincta; dummodo retineatur in Patrimonio pecunia exacta, siue res ex illa quantitate empta; At secus in legato speciei: quia illud eius alienatione extinguitur; quicquid faciat testator de eius pretio, velut etiam dissolutione fit, vel translatione; licèt ipsa species retineretur, *vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 251. num 9. & seqq.*

339 Amplia 29. quòd alimenta vxori viduæ quoque debeantur, donec dos sibi restituatur, quæ loco eorum succedit; & est causa finalis præstationis eorumdem, quia semper ex fructibus mulier debet ali, & non ex proprietate, ne breui tempore indotata remaneat, & sic

mendicare cogatur, vt ait *Th. saur. dec. Pedemont. 44. num. 2. Ambr. in cap. peccati venia quæst. 4. num. 9. vers. & pro hoc de reg. Iur. in 6. Castr. cons. 428. num. 3. vers. Nam, & si nulla dos lib. 2. Angel. in l. diuortio num. 4. vers. si autem mulier non habet, & ibi Imol. num. 6. vers. tu potes dicere. Alex. num. 24. vers. aut non habeat, & ibi Aretin. num. 4. ff. solut. matrim. Afflict. decis. 284. num. 3. Paris. cons. 64. in princ. lib. 4.* vbi affirmat hanc conclusionem reputari communem tàm à Iuristis, quam a Canonistis omn. *allegat. a Rota in vna Romana fructuum dotis 27 Februar. 1606. coram Penia, & prius in Romana dotis de Mellinis Lunæ 12. Febr. 1578. coram Rouilleria, & de hoc multa* dicam in verbo dotis promissio à Patre, & in verb. Hęredes mariti, & *Franc. decis. 613. num. 15. part. 4* & *prius dec. 489. num. 1. et 2. & Grat. lib. 2. discept. cap. 244. num. 48.*

340 Extende, quòd nunc intra annum luctus tenentur hęredes mariti præstare alimenta vxori, etiamsi fructus dotis non sufficiant, vt fuit decisum à *Rota per Greg. XV. in dec. 462. num. 3.*

341 Quod enim amplia procedere, etiam in alimentis vxori debitis, vigore consuetudinis pro sex mensibus, vt est Neapolis primi anni, post mortem viri, quæ ad hæredes transmittuntur, vt ait *Franch. decis. 318. num. 2.* Item si dos promissa fuerit in speciebus non fructiferis, quia nihilominus fructus illius debentur *Rota per Baratt. dec. 287. num. 13.*

342 Licèt tamen secus esset, si vxor intra annum luctus nubat, quia tunc ea amittit ex indignitate, iuxta *trad. per Gratian. lib. 1. disc. cap. 5. nu. 18.*

343 Secus si in dicta viduitate pmaneat, & ea sit diues: q a tunc tenetur fructus conferre pro seipsa alenda, sed si supersunt potest illos petere, quod tamen intellige verum post annum luctus, & non intra. Item procederet, si dos in pecunia consisteret, quo casu: veluti si fructus illius non sufficerent hæredes mariti tenerentur supplere de proprio, *vt ait Greg. dec. 462. num. 3.* Ita è conuerso procedit: nempè, quando fructus ratam alimentorum excederent, quia eo casu illos in totum lucrantur hæredes, quod tamen semper declara procedere intra annum luctus, quia post illum, vxor potest hæredes ad illorum restitutionem statim cogere; quemadmodum diceret si dos in immobilibus consisteret, quia eo casu posset vidua petere quoque ratam fructuum excedentium, etiam durante anno luctus, *vt ait Rota in d. ... dec. 462. num. 1. & seq. per eis Greg. & nouiss. Gratian. lib. 2. discept. cap. 244. num. 31. & lib. 4. discept. cap. 610. num. 19. Et ideo Surd. decis. 211. num. 21.* ait fructus dotis soluto matrimonio ipsam dotem augere, & ratio ea est, quia ad hoc, vt maritus fructus dotis lucretur, hæc tria copulatiuè requiruntur, nempè, quòd matrimonium actualiter extet, secundo, quòd ille onera matrimonii sustinear, tertiò quòd dos fuerit tradita, alias oneribus non supportatis per virum, fructus dotis augent dotem ad fauorem vxoris, vt ait *Gratian. lib. 2. discept. cap. 244. num. 17.* Et sub *num. 18.* ait idem procedere, etiamsi culpa vxoris onera non sustinuerit; veluti, quia dotem soluere recusauerit, & ipse eam è domo eiecerit cum fructus dētur in recompensationem onerum, & damni, quod vir patitur alendo vxorem, neque isto casu ille potest considerari, vti bonæ fidei possessor, cum ipse officium pietatis non impleuerit, sed est benè verum, quòd si illi maritus extra suam domum alimenta præstiterit, & aliquid vltra alimenta superauerit, tunc id quòd superest erit viri, vt ait *Gratian. vbi supra num. 18. cum sequentibus.*

Et propterea videmus, quòd maritus statim ac incipiat onera matrimonii sustinere, tūc, absq. alia mora sibi vsuræ dotis promissæ debētur, quia dicta sustentatio onerum vim interpellationis pro cursu vsurarum habet, *vt ait Rot. per Baratt. dec. 287. num. 6. Giurb. dec. 72. num. 1. Grat. lib. 2. discept. cap. 241. num. 59. & cap. 243. num. 30. cum seqq. & lib. 4. cap. 726. num. 3. & seq. & Rota decis. 471. num. 1. part. 1. in recent. & decis. 574. num. 1. part. 2. & latè Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. glo. 2. p. 2 & 3. per totam, & Rot. per Baratt. decis. 159. num. 2* Licèt tamen secus esset, quando dos fuisset viro promissa, ad omne illius beneplacitum

neplacitum, & petitionem, quia tunc ex hoc censeretur contemplata dilatio, vsq. ad diem petitionis, & sic ob id fructus medij temporis non debentur, & ratio est, quia quando datur dilatio debitori ad soluendum, aliquod precium, si nulla fiat de vsuris conuentio ante euentum diei, tunc vsuræ non debentur *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 50 Castrens. cons. 11. num 4. lib. 1. Crau. cons. 189. nu. 7. vers. sed ista op. Dec. cons. 119. num. 6. & seq. Grat. lib. 4. discept. cap. 725. num. 5.* & *Rot. dec. 471. nu. 4. p. 2. in recent.*

Veluti eodem modo dicitur in terminis *l. curabit C. de act. empt.* cuius enim dispositio, quamuis iubeat rem, & prætium penes vnum extare non posse: Id tamen fallit quando pro soluēda aliqua re fuisset data vna dilatio, siue, si emptor nullos fructus ex re empta percipere, aut pro parte tantum, quia istis casibus vsuræ nō deberentur, nisi eò modo, quo fuit dictum à *Rot. per Gregor. decis. 297. et decis. 347. et ibi pulchrè per addent.*

344 Declara tamen id, quòd fuit dictum de compensatione fienda de fructibus dotis vxoris, cum alimentis præstandis ab hęredibus viri, non procedere, si mulier esset prægnans, quia tunc de proprio viri essent ventri alimenta præstanda, veluti quoque fieret, quando ea à viro fuissent vxori legata, vt ait *Grattan. lib. 2. disceptation. cap. 244. num. 31. & 32.*

345 Quemadmodū etiā diceretur, quando hæredes statim restituerent dotem in stabilibus consistentem, quia tunc illi retinent fructus, siue interesse medii temporis, *vt ait Vrsil. ad Afflict. in dec. 284. num 7.*

Secus autem si dos in pecunia consisteret, quia tunc donec ea restituatur, debitor tenetur ad prestationem alimentorum, pro toto tempore moræ, *vt fuit dictum à Rota per Burats. in sua dec. 287. num. 8.*

346 Vndè hic nota, quòd quando dos in immobilibus cōsistit, tūc ea statim restituēda venit, nec isto casu expectatur annus, nec minus dilatio, & sic tali casu onus alendi vxori relinqtur, sed si forsan illā ab hęredibus mariti alimenta recepe rit tunc fit compensatio de fructibus cū alimentis, vsque ad cōcurrentem eorum quantitatem *Rota per dictum Greg. in dec. 461. num 4. & 5.*

347 Declara igitur, q̄ trāsacto anno dato ad restituendā dotē, si tunc mulier non interpellauerit, & sic hæredes mariti in mora non constituerit pro suæ dotis restitutione, tunc nedum alimenta nec minus interusuria consequi valebit, *vt ait Franch. in sua dec. 303. & Rota per Greg. XV. dec. 269 num. 7.*

348 Secus autem præcedente mora hæredum, ob interpellationem iudicialem eis, per vxorē factā, quæ q̄dē pro forma requiritur, & propterea precise est seruanda ad hoc, vt alimenta, & interusuria veniant, *vt ait Rota in Romana fructuum dotis 27. Februarii 1606. coram Penia, & in Bonon. de Lambertinis 19. Aprilis 1619 coram Manzanedo.*

Vndè allegāti interpellationē nō fuisse factam à statuto Vrbis requisitam ne vidua cogatur fructus dotis in sortem compensare, incumbit onus dictam negatiuam probandi, & sic illi, qui prætendit fructus in sortem compensandos, & ratiò ea est quia, qui se fundat in negatiua ea concludenter probanda venit, per fundantem se in ea, siue agendo, siuè excipiendo procedat, *Grat. lib. 5. discept. cap. 920. num. 14. Rot. in Foroliuien. census coram Buratto, quæ est in eius impress. decis. 10. num. 4. & dec. 46. num. 6.* & *in Bononien. dotis 9. Decemb. 1619. & 22. Martii 1621. coram Remboldo,* & *prius in Spoletana dotis 4. Dec. 1617. coram Buratto, quæ est in eius impress. dec. 286. nu 3.*

346 Sed est benè verum quòd si per multum tempus fuisset facta solutio fructuū dotalium ab hęredibus viduę, tunc præsumitur huiusmodi interpellationem interuenisse, vt latè *fuit adductum, & firmatum in d. Bononien. dotis 9. Decembris 1619. coram Remboldo, quæ postea fuit confirmatā 12. Mart. 1621. coram eodem.*

350 Declera tamen, quòd huiusmodi interpellatio à statuto, siue alio modo requisita potest remitti per partem bonam fidem sequendo, & dando se pro interpellato, *vt fuit dictum in dicta Bonon. fructuum 12. Iun. 1606. coram dicto Penia quam refert, & sequitur Rota in dicta Bononien. dotis 9. Decembris 1619. coram Remboldo.*

351 Sed quando per Viduam huiusmodi iudicialis interpellatio fuerit facta, tunc ei fructus debentur ad rationẽ scutorum septem cum dimidio, ex dispositione statuti Vrbis, pro quolibet centenario, vt superius dixi, & veluti ait *Rota in dicta decis. 269. num. 1. penes Gregorium XV. & per Buratt. dec. 287. num. 1.* Immò possunt etiã taxari ad rationem octo pro cẽtenario veluti ait *Ferentil. ad decis. Buratt. 65. num. 4.* Item, quòd ad rationem septem pro centenario soluantur fructus, iuxta statutum Rauennæ, fuit dictum in *Rauennaten. fructuum dotis 28 Febr. 1603. relata ab addente ibi sup. in dec. 658. Burat.* vbi ait id procedere et in fructibus donationis p p nuptias.

352 Secus verò si d. fructus nõ fuerint fortè à promissore dotis soluti: q̃a tũc mulieri nõ datur actio cõtra illius promissorẽ, si dos fuerit promissa viro, ea absente, quod tamẽ secus esset, si ei fuerit cessio facta à viro, siue ab illius hæredibus, siue in Instrumento dotis Notarius fuerit stipulatus fauore omniũ, quorum interest, & interesse potest, & præsertim accedente Iuramento, vt ait *Rota per Greg. XV. decis. 97. num. 9. & ita fuit dictum quoque in Romana dotis 18. Aprilis 1619. coram Vbaldo,* vbi habetur, id quoq. procedere, quando maritus ex sua negligentia dotem non exigat, quia tunc vxor potest iudicis officium implorare, pro ea exigenda, & eò magis, quando, vt mox dixi, ei fuisset facta cessio à viro, siue ab illius hæredibus, contra promissorem dotis, siuè etiam, quando in Instrumento dotali obligatio Cameralis esset apposita, quia in ventre gerit stipulationẽ, pro omnibus, quorum interest, *vt ait Rota in dicta Romana dotis coram Vbaldo, & per Greg. d. dec. 97. num 7.*

353 Amplia id, quod fuit dictum de vxore valente suam dotem exigere, per maritum ab extraneo dotãte, ex illius negligentia, aut alio modo non exactam, multò magis procedere in filia contra Patrẽ, ac illius hæredes, contra quos post iterũ dotem petere, si illa à primo viro recuperari non poterit *auth. quod locum, & ibi Bald. num. 4 C. de coll.* & *Rota in Roman. dotis de Cinciis 6 Iun. 1600. coram Card. Mellino, & in Romana dotis Veneris 12. Ianuar. 1619. coram Card. Virili.*

354 Extende secundò dictam vigesimam nonam ampliationem procedere, nedũ in casu moræ sed etiã, quãdo vidua non haberet, vndè se alere posset, vel in casu, quòd ea esset negotiari solita; siue etiam quando debita pro alimentis contraxit, aut hęredes penes se dotem retinuerint; quia istis casibus hæredes, etiam non interpellati alimenta viduæ præstare tenẽtur, per illam regulam, quod qui in vno grauatur debet in alio releuari *iux. text. in l. Iure succursum ff. de iure dot. & iuxt. tradit. per Gaspar Thesaurum decis. 43. & decis. 44. num. 2. Capicc. in decis. 22. Ioseph. Ludouic. in sua conclus. 36. col. 3. vers. communiter Lup. de vsur. in l. curabit C. de action. empt. Magon. decis. Flor. 44. num. 13. Franch. decis. 605. num. 1. & 5. Surd. & alii allegat. in dicta Romana fructuum coram Pniz. & per Cardin. Mantic. in sua decis. 53. & dec. 171. num. 3. & 4.*

355 Quòd enim amplia procedere, etiã si mulier, post mortem viri habeat, vndè viuere possit, & id ratione dotis, quæ est valdè fauorabilis, vt fuit dictum *in Romana alimentorum 15. Iun. 1565. coram Robusterio.*

356 Contrarium tamen fuit decisum à *Rota in vna Spoletana vsusfructus Lunæ 26. Mart. 1592. coram Card. Mantica &* ibi in specie ait, quòd illa ratio fauore dotis allegata in dicta Romana alimẽtorum coram Robusterio viduę non suffragatur, quia illud priuilegium soluto matrimonio cessat, & sic titulus dotis ad non titulum reducitur; & propterea videmus, quòd amplius fructus non debentur pro dote, post mortem viri, cum illi solum ex æquitate debeantur, habito respectu ad onera matrimonii, & propterea illis cessãtib⁹, dotis interesse quoque cessat, quod d. n. procedit etiam si filij communes extarent, quia (vt superius dictum fuit) onera matrimonii solùm dicuntur correspectiua ad victum vxoris, dum ea viuit, sed non ad illum filiorum, vt fuit decisum à *Rota in Bononien. dotis 4. Iun. 1597. coram Cardin. Pamphilio confirmata in eadem causa 24. Maii 1600. coram Cardin. Lancellotto, & postea in alia Nepesina Laudi 10. Martii 1614. coram Cardin. Caualerio, et per Greg. XV. decis. 573. Cardin. Mantic. dec. 171.*

decis. 171. *& nouissimè Gratian. lib.* 2. *disce pt. cap.* 244 *num.* 15. & 16. vbi habetur, quòd maritus soluto matrimonio fructus dotis percipere non valet, cum onera matrimonii considerentur respectu personę vxoris, cui alimenta per maritũ subministranda veniũt; & ppea hinc infertur, q sponsus qui non sustinuit onera matrimonii fructus ex dote perceptos nõ acquirit, licèt secus, qñ sustineret, quod tamen intellige procedere, quãdo vxor tradidisset dotem, quia tunc ex ęquitate illius fructus spectarent ad virum onera sustinentem, secus autem fieret dote non dũ tradita, quia tunc mulier dotẽ promittens censetur voluisse intelligere, vt promissio habere effectum, postquam matrimonium fuerit contractum, & ideò ob implementum illud, vxor sponsi non dicitur in aliqua mora constituta si ante matrimonium non tradat, quia igitur cessante etiam æquitas *l. curabit C. de act. empt.* cessabit & sic illi fructus Patri acquiruntur, vt ait *Gratian. ibi supra.*

357 Et quamuis Contrarium prædictæ opinioni fuerit tentum à *Rota in vna Senogaglien. dotis* 26. *Ian.* 1606. *coram Pamphilio*; Nihilominus *Gratian. lib.* 3. *disceptat. cap.* 472. *num.* 28. ait ab ea esse recedendum, ex eo, quia prima opinio maiori auctoritate Doctorum, ac validioribus rationibus sit comprobata, & quia sępius eam Rota approbauit.

358 Concordari tamen possunt huiusmodi decisiones, & sic quod illa Senogaglien corã Pamphilio procedat, quoad actionem marito competentẽ soluto matrimonio pro exigenda dote dum extãt filii communes, ad eos alendos, quia tunc ad eum dos spectat, vti bonorum filiorum vsufructuarium. Cæteræ autem decisiones procedunt, circa illud, vt ad eum fructus dotis soluto matrimonio non spectent, ob rationem superius allegatam veluti, ait idem *Grat. ibi sup.*

359 Et propterea erit cauta mulier, si statim mortuo viro, dotem sibi solui curauerit aut hęredes in mora constituerit, vt animaduertit idem. *Gratian. ibi supra num.* 6.

360 Et ratio primæ opinionis ea est, quia mutata persona mariti, etiam titulus dotis mutatur, adeò, vt neque hæredi nec minus cessionario, immò nec etiam monialibus, ob mortem monialis fructus vllo modo cõpetere possunt, vt ait *Rota per Card. Seraph. decis* 517. & *in altera decis.* 481. *num.* 2. ait, quòd licèt dos sit priuilegiata, fructus tamen illius non sũt priuilegiati, etiam cõstante matrimonio; quòd est in fortioribus terminis ab eis, quãdo dotis titulus est extinctus, ob mortem vnius ex coniugibus, quia eo casu ille titulus dotis reducitur ad naturam non tituli, vt fuit dictum in vna *Maceraten fideicommissi Mercurii* 25. *Nouembr.* 1582. & Rota *decis.* 646. *part.* 2. *in recentioribus, & in Spoletana vsusfructus Lanæ* 26. *Martii* 1592 *coram Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec.* 171. *num.* 4. & *est decis. Gregorii* 573. & *ibi in addit. num.* 17.

361 Extende prædicta adeò procedere, vt neq. dotis priuilegia ad hęredes transire possint, vt ait *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 143. *num.* 43.

362 Licèt tamen dicta ratio, quòd scilicet priuilegium dotis soluto matrimonio cesset, non valdè mihi placeat per doctrinam *Surd. in decis.* 211. *num.* 6. vbi ait quòd fundus dotalis soluto matrimonio semper retinet naturã fundi dotalis vsq. ad redditum ad mulierem, & ex doctrina *Card. Mantica de tacit. & ambig. contract. lib.* 12. *tit.* 4. *num.* 10. *tom.* 1 vbi ait, quòd dos soluto matrimonio retinet nomen, & effectum dotis, anteq. sit restituta licèt amplius oneribus matrimonii non deseruiet, & propterea videmus etiam quòd ea à Patre alienari non potest, neque cum eius Patrimonio confunditur, *vt ait Rota in decis.* 156. *part.* 2. *diuers. num.* 1. & 2. & *in num.* 5. ait, quòd secus esset, si dos in pecunia consisteret, quia tunc ea soluto matrimonio, cum Patrimonio Patris confunditur; licèt tamen *Rota ibidem num.* 7. testetur contrarium huic limitationi verius fuisse decisum, & ita comprobat *Gratian. dicto capit.* 427. ferè per totam.

363 Declara tamen prædicta non procedere, si mulier interpellando hæredes nõ fuerit etiam protestata, quòd erat parata cũ illis pecuniis suę dotis fundũ emere, vel aliud sibi vtile gerere, quia tunc illud interesse, siue interusuriũ eius deberetur iuxta requisita Pauli Castrens. nec pari

modo illud mulier consequeretur, si, verbi gratia, dos esset restituenda, aut in bonis testatoris, aut in pecunia ad electionem vxoris, quia tunc si illius electio non præcedat, numquam hæres in mora constituitur, vt ait *Rota per Cardin. Mantic. in dicta decis.* 171. *num.* 3. 4. & 5.

364 Contrarium licèt teneat *Grat. lib. 2. discept. cap.* 244. *num.* 47. *loquendo in terminis statuti Vrbis cap.* 78. *lib.* 3. *& cap.* 20. *lib.* 4. *in antiq.* vbi firmat interusurium taxatum, absque interpellatione deberi, & ita fuit quoque decisum in *Romana fructuum dotis &c Cassis* 9. *Maij* 1598 *&* 19. *Octobris eiusdem anni coram Orano*; quòd enim tantò magis procederet, si statutum, siue consuetudo differet mulieri viduæ suę dotis exactionem, quia tunc non esset illi imputandum, quare illam non exegit, & sic ea ratio cessaret, per quam mulieres prohibentur alimenta petere post annum luctus, vt dicunt *DD. allegati à Gratian. ibi supra num* 48.

365 Extende id, quòd fuit dictum de fructibus absque interpellatione debitis, absolutè procedere in viro, onera tamen matrimonij sustinēte, quia cū ille istud onus exerceat alendi suam vxorem, quod spectabat ad Patrem, & sic cum tales vsuræ sint onerum matrimonij recōpensatiuę, meritò igitur, si illæ absq. interpellatione marito debeātur, vt ait *Rota dec.* 471. *num.* 1. *part.* 1. *in recentior. & dec.* 574. *num.* 1. *part* 2. *recentior. Osasc. decis.* 132. *num.* 1. *Coprec. dec.* 183. *num.* 2. *cum aliis adductis per Gratian. lib.* 4. *discept. cap.* 726, *num.* 3. *&* 4 vbi ait ab ista opinione vti veriori, & magis communi non esse recedendum, tàm in iudicādo, quàm in consulendo; & prius de hoc multa dixit in *cap.* 241. *num.* 58. & 59. & *cap.* 243. *num.* 30. *cum seqq.* & *Rot. per Buratt. in sua dec.* 187. *num.* 5. & 6.

Sed est benè verùm, quòd istud priuilegium, competens respectu onerum matrimonij in fructibus dotis, tanq. personale illud, mutata persona, cessat, vt ait *Rot. per Card. Seraphin. decis.* 517. *num.* 3.

Et prædicta quæ fuerunt dicta de fructibus debitis pro dote extende in tantū procedere, vt propterea illi debeantur, etiamsi dos fuerit promissa in speciebus non fructiferis, vt fuit dictum à *Rot. per Buratt. in dicta decis.* 287. *num.* 13. & *nouissimè Fontanell. de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *part.* 7. *num.* 12. *cum pluribus sequentibus.*

Et sic igitur illi quoq. erūt debiti ad rationem septem cum dimidio pro centenario, si dos esset constituta in pecunia numerata in tot bonis, & rō est: quia licèt tūc bona dicātur esse in facultate soluendi; quantitas tamen est in obligatione, dummodò quantitas promissa sit certa, secus si verò incerta: immò, si debitor, qui potuit soluere in bonis, & in pecunia ad sui electionem, fuerit semel in mora constitutus, tunc remanebit debitor in pecunia, & illa facultas soluendi in speciebus videtur amissa, vt benè ait *Rot. per Buratt. in d. dec.* 287. *num.* 11. *& seqq.*

366 Sed tenendo illam opinionem vbi habetur alimenta ei non deberi, qui habet vndè viuat, extende eam procedere quoque in quolibet alio, cui alimenta officio Iudicis, vel legis dispositione debeantur, quia tunc ei, neque alimenta futura, nec minus præterita præstanda veniunt, nisi quatenus egeat, vt superius diximus, vel nisi æs alienum in eorum defectum contraxisset, aliàs sibi imputandum erit, si, dicto tempore præstationis durante, illa non petierit, vt ait *Rot. per Cardin. Mantic. in decis.* 53. *num.* 1. *Thesaur. decis.* 44. & *decis.* 211. *num.* 19. *Mastr. in compil. decis. tom.* 1. *in verb. Alimenta cap.* 33. *in fine.*

367 Vndè *Afflict. in sua decis.* 10. *num.* 5. ait, huiusmodi distinctionem in Iure esse veram, nempè, quòd alimenta vxori debeantur, etiamsi aliundè viuere possit, quando ex Iure actionis sunt debita: secus autem, si officio Iudicis, vel legis dispositione petantur, vt ait *Card. Mantic. in dicta decis.* 171 *num.* 2.

368 Sed hic in proposito erit notandum, quòd omnia alimenta, aut debentur Iudicis officio, siue legis dispositione, exceptis tamen illis, quæ debetur ex testamēto, siue ex stipulatione, q. a hæc Iure actionis petūtur, vt pulchrè distinguit *Franch. in sua dec.* 605. *num.* 8.

369 Et sic cōcordare possumus, q. illa quæ in primò casu debentur, nō prestantur ei, qui

qui habet vnde viuere possit; secus verò in ijs, quæ in secundo casu sunt debita, nempè, quæ ex testamento, vel ex contractu, & sic iure actionis petuntur: quia tunc ea, etiam diuiti, & post exactã dotem præstanda veniunt, vt fuit dictum à *Rota in Bononien. de Pepulis Mercurij 19. Martij 1608. coram Coccino, quæ est in eius impress. decis. 492. num. 11. & Grat. dec. 126. num 21.*

370 Extende tertiò, dicta m vigesimam nonam ampliationem, adeò esse veram, vt propterea huiusmodi alimenta, etiam extra domum viri vxori debeantur, deductis tamen eius operibus, quia illa tenetur ad commodum hæredũ laborare, nisi forsan esset magna dña, ita vt illi ei indecorum esset, vel solita non esset proprijs manibus laborare, ad *trad. per Bart. in l. diuortio num. 4. ff solut. matrim. Berou. cons. 130. num. 9. cum seq. lib. 3. & nouissimè Gratian. lib. 1. discept. cap. 120. num. 58.*

371 Extende quartò, quòd etiam huiusmodi alimenta mulieri extra domum viri debeantur, eo adhuc viuente, si tamẽ illa ad eius obsequia prompta, & parata foret, veluti fuit decisum in *Romana alimentorum 1613. coram Card. Saccato, quæ est dec. 470. in 2. par. recent.*

372 Restringe tamen, quòd mulier probare tenetur, non habere vndè se alat, *vt ait Alex. in cons. 141. num. 4. cum seq.*

373 Contrarium autem tenet *Thesaur. in d. decis. 43. num. 5.* vbi firmat, quòd si pars non probat mulierem habere vndè se alat, tenetur ad vsuras, sed quomodo id probandum sit, vide *Roland. cons. 55. n. 4 cum seqq. lib. 2.* & *Menoch. cons. 7. n. 18. & cons. 8. in fine.*

374 Concorda tu tamen, vt prima opinio procedat, quando nondum apparet cuius culpa à viro recesserit. Secunda verò procedit, quando eius recessus à viro illius culpa causatus probatur, vt ait *Vrsill. ad Afflict. in decis. 10. num. 6.* concludens ibidem, quòd qui se fundat in culpa, culpam probare tenetur, vti suæ intentionis fundamentum, licèt *Grat. lib. 1. discept. cap. 244. num. 20.* dicat maritum posse quoque cogi, ac de iure teneri, vxorem extra domum alere, dummodo vir fructus dotis suos facere vellet.

375 Extende quintò, prædicta adeò procedere, quòd si maritus non præstiterit alimenta, dum viuebat vxor, vel non adhibuerit medicum, quando illa ægrotabat, tunc ipse esset dote priuandus, dummodo tamen tempore pestis non essemus, *vt ait Vrsill. ad Afflict. decis. decis. 10. num. 14. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 5. num. 10. & tit. 8. priuil. 69. n. 3. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1035. num 1. lib. 3. Farinacc. in sua praxi crimin. tom. 2. par. 2. tit de ammiss. lucr. dotis quæst. 120. num. 74. & seq. Roland. de lucr. dotis quæst 64. num. 1. & Peregrin. de iure fisci ar. tit. 3. num. 1.* qui omnes extendunt idẽ procedere, si medicum imprudentem, & imperitum adhibuisset, sed in dubio, Nota, quod vxor præsumitur mortua ob Medicum non adhibitum, veluti dicitur de vulnerato, qui præsumitur mortuus ex negligentia, quando Medicus non fuit adhibitus, vt dicunt DD. *allegati à Surdo in d. tit. 8. priuil. 69 num. 7. & seq.*

376 Fallit tamen in pluribus casibus prædicta extensio, & primò, quando vxor non decessit, quia tunc, etiamsi maritus ei alimenta denegasset; nihilominus illius dotem lucratur, quia regula illa, nempè, quod quis successione, tamquã indignus priuetur, procedit, quando malè tractatus obijt; Fallit secundò, quando maritus, qui negauit vxori alimenta, postea secum fuerit reconciliatus. Tertiò fallit in casu, vbi maritus occiderit vxorem, sed ex permissione statuti, licèt aliqui dicant aliud esse, quando lucrum esset delatum ex pacto ex ea ratione, quia scilicet non sit eo casu verisimile, quòd vxor cogitauerit de eo, & licèt hæc opinio dicatur à Doctoribus communis; Nihilominus contraria magis placet, *Surd. in præallegato tit. 8. priuileg. 69.* ferè in fine, & ibi rationem suæ opinionis adducit, quam per te videre poteris. Fallit quartò, quando mulier ante matrimonium, istud ius alimentorum viro remitteret, & pacisceretur, vt eam alere non teneretur, quod enim de iure fieri potest, dummodo tamen mulier haberet de proprio, vndè se alere posset, aliàs id contra substantiam matrimonij tenderet, cum illud sine alimentis durare non possit, *vt in tradita per Gratian. lib. 1. discept.*

ficpt.cap.132.num.9.& seqq. & *Surd. decis.86 num.1.& seqq.*

377 Extende sextò, prædicta procedere, etiam contra extraneum dotem promittentem, & non soluentem. Et ratio est; quia extraneus tenetur ad fructus dotis post cursum temporis à lege introductũ, vel ad illud contestatæ litis, vt fuit decisum à *Rota in dicta Romana alimentorum coram Robustello, & in alia Interamnen. fructus dot. 1 Mercur. 16. Februar. 1597. coram Gipsio.*

378 Contrarium licèt teneant *Imol. in l. si insulam, §. vsuras num. 8. & ibi Alexand. num. 3. versic. hac distinctione, ff. ff. solut. matrimon. Croit. in cap. salubriter, num. 23. versiculo Secundo fallit, de vsur.* & id ea ratione: quia extraneus non cogitur alere extraneam, sicut pater familias propriam filiam, per *text. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Franch. decis. 155. allegat. à Marta in sua compilat. decis. tom. 1. in verbo Alimenta, cap. 35.* Idque eò magis, si illa mulier patrem haberet: quia tunc hæredes mariti ad alimenta non tenentur, veluti, nec extraneus, cũ de hoc pater cõtra eos excipere non possit, vt ait *Capic. in decis. 29. Regni Neapolitani. & Marta in præcitato loco cap. 36.*

379 Primam opinionem nihilominus sequuta fuit à *Rota in dicta Interamnen. fructus dotis coram Gipsio*, dicendo, quòd illa distinctio inter patrem, & extraneũ, est contra generalitatem dicti *cap. salubriter*, quod indistinctè loquitur, & propterea generaliter est intelligendum, quam enim opinionem sequutus fuit, *Couaru. variar. resolut. cap. 1. num. 3. versic. Hinc primò, lib. 3.*

380 Sed ego alteram rationem pro illius opinionis confirmatione addo, quæ est, quòd licèt iste actus in extraneo fit à principio voluntarius, tamen ex post facto fit necessarius in præstatione alimentorum mulieri extraneæ, ab eo dotatæ, & propterea sibi est imputandum, si in huiusmodi necessitatem sponte se coniecit, iuxta ea, quę ait *Franch. dec 489.*

381 Quod tamen semper intellige verum retento eodem themate, quando scilicet illa mulier non haberet vnde se alere posset, & non alias, vt ait vltra *Franch. in dicta decisione 489. Riccius in sua collectanea decision. 98. vers. Num ab hæredibus* & in hac materia extranei dotem promittentis, facit illa decisio Rotæ in *Romana redditus vitalitius Vener. 31. Februar. 1603 coram Lit.*, vbi fuit decisum alimenta deberi in perpetuum per eum, qui voluntariè eorũ præstationi se subiecit; quæ enim decisio potest optimè extraneo dotanti applicari: quia si ille promisit antecedens, quod est dos, debet etiam velle, quod est cõsequens; nempè alimentorum præstationem, quando dotem in tempore nõ soluit à lege præstituto, vt superius dixi in *vers. Extende 6.*

382 Extende septimò, dictam ampliationem procedere, etiam si de promissione dotis, nisi per apodissam non constaret: quia nihilominus taxatio alimentorũ fieri debet illius dotis tñ promissæ, & nõ solutæ, iuxta *text. in l. vnius, §. fin. ff. de aliment. legat. Bald. cons. 18. lib. 2.* & taxatio vigore statuti Vrbis, est de scutis septem cum dimidio pro centenario, vel quinque, iuxta locorum diuersitatem, & ea semper peti possunt, quousque dos sit soluta: *Alexand. cons. 31. num. 2. lib. 6. & Rota ibi coram Robustello.*

383 Sed si in casu dotis promissæ, & nõ solutæ, maritus per decenniũ siteterit à petẽda alimẽta, tũc vti à marito remissa, ea amplius hæredes exigere non poterunt, *Cataber. dec. Pedemont. 132. per tot. m.*

384 Fallit tamen in fructibus debitis ex statuto; & quando quis sæpius fructus petijt, & de illis fuerit protestatus, vt fuit dictum à *Rota dec. 501. num. 4. par. secundâ in recentior.*

385 Secus verò, si cursus sexdecim annorum esset lapsus: quia tunc vigore statuti Vrbis amplius fructus peti non possunt à marito: quia illud statutum licèt excipiat dotes, non excipit tamen illius fructus, *vt fuit dictum à Rota apud Pitu in ad statutum dec. 29. num. 4. cum alijs ibi allegatis.*

386 Extende octauò, dictam vigesimam nonam ampliationem, etiam procedere in casu vbi vxor esset relicta vsufructuaria, quę vltra deductionem suæ dotis, & augmenti, ac aliorum suorum bonorum, vti æs alienum, etiam alimenta consequi debet, vt ait *Franc. Marc. dec*

819.

819. *in prima parte, & ita fuisse decisum in Senatu Taurinen. testatur idem Gaspar Thesaur. in dict. dec. 54. num. 6. & Riccius in dicta collectan. 637. par. 3.* & latè dicā in verbo Vxor relicta vsufructuaria.

387 Quod enim iterum amplia procedere, etiam si testator legaret vxori vsumfructum, cum hac conditione, si cum filijs morabitur: quia dicta clausula non obstante, & sic etiā mortuis filijs alimēta eius vita durante habebit, cum illa verba non fuerint apposita ad conditionem inducendam, post mortem filiorum, quorum mors à manu Dei, & non ab eius voluntate prouenit *Gaspar Thesaur. dicta dec. Augustin. 54. par. 1.*

388 Extende, q̄ ea alimenta, tunc possunt, per vxorem propria auctoritate capi, *vt ait Grat. dec. 48. nu. 4. cum ibi alleg.*

389 Contrarium tamen esset, si à viro fuisset factum legatum simpliciter vxori, sed non alimentorum, donec steterit cum filijs: quia tunc illis mortuis, amplius illud non debetur: quia isto casu eorū contemplatione, non autem vxoris illud factū censetur. Secus verò, si legatum fuisset de alimentis factum: quia tunc ea, etiam post mortem filiorum debentur: quia per eam non stat, de non commorando cum filijs, sed id facto diuino tollitur, ita *Bald. consil. 31. colum. 2. lib. 2. Ancbar. consil. 237. in princip. & Bart. in l. illis libertis, ff. de condition. & demonstrationib.*

390 Subamplia, quòd ne dum in casu amissionis filiorum, mater, & vxor respectiuè fructus acquirit, *vt ait Maynard. in sua decis. 100. lib. 5. Rota Tholosana.* Verùm etiam, quando vxor esset relicta vsufructuaria vniuersalis, hæredibus, tamen extraneis institutis: quia tunc ex communi opinione non alimēta solùm, sed totum etiam vsumfructum habebit, *vt ait Gayl. in sua obseruat. 144. lib. 1.* Item, quando vxor relicta vsufructuaria possit vtrumque habere, nempè vsumfructum, & alimenta, dicam in fine istius Conclusionis.

391 Fallit tamen in casu, vbi mulier esset relicta tutrix eorum, qui illi dotem soluere debent: quia, si ea non curat, filij eam solui tempore administrationis suæ tutelæ: tunc alimenta, neque fructus dotis ea consequi valeret, etiam si adesset statutum, per quod vsuræ essent vxori soluendæ pro dote: quia illud nō procederet, quando exactio dotis differatur: nam tunc ei esset imputandum, si à seipsa suam dotem non exegit, licèt secus esset, quando essemus in pecunia ad vsum prædiorum destinata: quia tūc non posset sibi ex ea, nisi in subsidium soluere, *vt dicunt Doctores allegati à Gratiano lib. 1. disceptat. cap. 129. num. 27. cum seqq. & ita fuit decisum in Bononien. de Guidalottis Lunæ 28. Ianuar. 1615. coram Card. Verospio.* Immò *Magon. in dec. Lucen. 46. num. 36. ait*, quòd administratores debent se abstinere, ne sibi ipsis de proprio credito satisfaciant, ob timorem subornationis, quod tamen intelligendum venit, quando illi sint creditores in specie, & non in pecunia; quod enim inseruire potest, pro concordantia prædictarum opinionum, nempè quòd illi possint sibi satisfacere de bonis mobilibus, non autem de immobilibus, in quorum alienatione solemnitates iuris, & statuti essent necessariæ, *idem Magon. ibi supra in fine.*

392 Extende nonò, dictam ampliationem vigesimam nonam habere locum, etiam quòad vestes lugubres, & viduales, quas ipsa petere potest, nisi tamen vrgeret cōsuetudo in contrarium, quod tamen ab hęredibus probari debet, *vt ait Capicc. in sua decis. 26. num. 1. & 2. Marta in compilatione dec. tomo 1. in verbo Alimenta, cap. 37. & Artaman. in sua decis. 8. cum aliis ibi per eum alleg.*

393 Extende decimò, eam quoque habere locum, quòad paramenta lugubria, & cubile, veluti testatur *Franch.* ita seruari in Ciuitate Neapolis *in sua dec. 413 num. 2.* vbi indistinctè vxoribus viduis dantur vestes lugubres, & Magnis Dominis dantur, etiam panni lugubres, pro parandis cameris: Immò datur etiam lectus vidualis, & si hæredes id facere renuant, illi eum dare coguntur, *vt latè ait Ioann. Gutierez in practic. quæstion. quæst. 95. lib. 2. Ioan. de Rojas in epit. success. cap. 33. vers. 16. num. 49. & Mesinger. dec. 12, par. 3.*

394 Subextende, quòd huiusmodi vestimenta debeantur, etiam seruis Magnorū Dominorum, *vt ait Gamm. in dec. 308. num. 5. de vestibus, & Cappell. Tholosa. in sua*

in sua decisione 337.

395 Declara tamen, quòd huiusmodi vestimenta lugubria vxori debita compensantur cum vsufructu omnium bonorum, quando talis fuerit à viro relictus, vt ait *Peregrin. in dec.* 40. *Rota Patauina, Artaman. dec.* 8. *Gamma dec.* 308. *nu.* 5. *de vestibus*, & *Cappell. Tholos. dec.* 337. & *Riccius in sua collectan. decision.* 1931. *parte quinta.*

396 Subdeclara tamen, quòd ea amittantur, si intra annum luctus dicta vxor nubat, & id in odium conuolationis intra illud tempus ad secundas nuptias: quia tunc luget anima mariti, per istam conuolationem vxoris ad secunda vota: &sic isto casu dicta lugubria vestimenta, si quæ habuerit, restituere tenetur, vt ait *Borgnin. dec.* 8. *Anna in singul dec. s.* 191. & *Riccius in dec.* 17. *par.* 2. *Curia Archiepiscopalis Neapolis. Cancer. in sua dec.* 9. *tit. de donat. propt. nupt.* & *Ferreran dec.* 44. *par.* 3.

397 Sed est animaduertendum tamen, quòd vidua de consuetudine Principatus Cataloniæ, vltra alia iura anni luctus sibi competenti, consequitur etiam vnũ annulum aureum ei datum per virum tempore benedictionis, item habere debet vnum ex ornamentis, siue iocalibus aureis mediocribus, arbitrio boni viri eligendum, vt refert dictus *Ferrer. in dict. decis.* 44. & *postea dec.* 187. Sed est benè verum, quòd si maritus aliquid reliquerit vxori, tunc censetur voluisse compensare cum dictis fructibus anni luctus, & cum dictis ornamentis, quæ de consuetudine illis viduis adiudicari solent, vt testatur idem *Ferrer. in sua decis.* 157. & in hoc omninò recurras in verbo Annuli datio, in vers. Nota tamen, & ibi pulchrà in hac materia inuenies.

398 Extende vndecimò, quòd si pluribus essent præstanda vxori alimenta, vel etiam cuilibet alio, tunc Iudex potest ne dum cogere vnum tantùm ad satisfactionem; cæteris tamen contribuentibus: veluti ita fuisse decisum, testatur *Mysinger. in sua dec.* 63 *centur.* 1. & *Ricc. collect.* 98. *par.* 1. *Anchar. cons.* 254. *in fine*. *Rum. cons.* 80. *in princip. lib.* 2. *videndus est Castren. cons.* 423. *lib.* 1. *num.* 4. *vers. Sed bis, & melius in fin. vers. restat.*

399 Verumetiam potest contra plures agi in solidum pro cõsecurione illorum, vt pulchrè ait *Franch. dec.* 203. necnon poterit etiam Iudex cogere modò vnũ, modò alterum ex obligatis ad dandum alimenta, idest facere, quòd vnus vno tempore, altero alio alimenta præstet, *vt ait Gratian dec.* 107. *num.* 5. *Rota Marchiæ in additionibus.*

400 Declara tamen id esse verum in alimentis de futuro: at secus pro illis de præterito: quia tunc solùm pro portionibus hęreditarijs agi poterit, sed non in solidum, vt ait idem *Franch. in dicta dec.* 203 & *Ricc. coll. ct.* 548 *par.* 3.

401 Et ratio est ea: quia fauor alimentorum solùm versatur in futuris, & in pręteritis cessat, vt ait *Ioffred. dec.* 29. *alleg. à Riccio in præcit. collect.* 548. & *Thesaur in sua dec.* 44.

402 Extende duodecimò, quòd si dos esset magna, alimẽta quoq. nõ dẽnt esse exigua, sed doti correspondentia, vt ait *Anna in suo præcitato singulari* 191. & *Rota in Anagnina alimentorum* 27. *Iuni* 1603. *coram Penia*, & *Franch decis.* 559 *num.* 13.

403 Extende decimotertiò dictam vigesimamnonam ampliationem adeò esse veram, q̃ vergente viro ad inopiam, tũc alimenta vxori debentur, dum de eius assecuratione tractatur, ne interim fame pereat, vt ait *Gars à Toledo in sua dec.* 10.

404 Extende decimoquartò, quòd quãdo vxor est relicta, certarum rerum particularium vsufructuaria, tunc vltra alimenta habebit quoque vsumfructum earum, etiam existentibus filijs. Secus verò, si omnium bonorum fuerit relicta vsufructuaria: quia tunc illud legatum resoluitur in vim alimentorum tantùm, *Rota per Crescent. in sua dec.* 5. *de testament.* & *Viuius in hac materia omninò viden. in sua dec.* 29. Quòd tamen secus esset, quando vsusfructus esset integer, plenus, & francus relictus: quia neque isto casu illud legatum resolueretur in alimẽta, alliàs ea verba essent superuacanea; veluti eodem modo dicitur de viro, qui promisit totam, & integram dotem vxori restituere: quia tunc, si extaret statutum de lucranda dote ad fauorem mariti, siue illius parte, tunc maritus illi lucro renunciasse diceretur: veluti, eodẽ modo procederet, quando testator mã-

daret totam hæreditatem pleno iure restituere: quia tunc, absque vlla diminutione Trebellianicæ, ac Falcidiæ, ea restituenda veniret, vt ita exemplificando ait *Gratian. lib. 1. disceptat. cap. 46. num. 17. & seqq.*

405 Declara tamen prædictam extensionem non procedere, quando vxor simpliciter esset relicta vsufructuaria Domina, & Massaria: quia tunc istud legatũ solùm, importat alimenta, etiam si hæres extraneus esset institutus: veluti fuit resolutum à *Rota in vna Spoletana vsufructus 17 Nouemb. 1586. coram Orano.*

406 Extende decimoquintò, idem procedere, quando ea esset relicta vsufructuaria ad certum tempus, *vt ait Mysinger dec. 37. centuria quinta, n. 8. vbi ait*, id quoque procedere, mortuis filijs, & extraneis succedentibus, quemadmodum etiam procederet bonis filiorum publicatis, & sic fisco succedente. Quin immo vxor, quando est vsufructuaria omnium bonorum liberis defunctis, integrum consequitur vsumfructum, *vt ait Andr. Gail. practicar. obseruation. lib. 2. decis. 144. nu. 1. cum seqq. idem ait Mascardi ex mente Rota Romana lib. 1. variar resolut cap. 29. per totum.*

407 Extende decimosextò, quòd etiam alimenta vxori debeantur, quando ei fuerunt relicta, si vitam vidualem seruauerit: quia tunc illi semper pręstanda veniunt, dum tamen in viduitate remãserit, *vt fuit dictum in Romana saluiani interdicti Lunæ 16. Aprilis 1599. coram Card. Lancellotto, quæ est apud Marchesanum de commissionib par. 1. fol. 1187 num. 1.*

408 Extende decimoseptimò, quòd eò magis vxori alimenta debeantur, si à marito fuisset facta promissio de restituenda dote, cum obligatione Camerali damnorum, & interesse: quia tunc id operatur, vt sub ista generali hypotheca alimenta quoque veniant, *vt ait Gratian. lib. 4 discept. cap. 634. num. 14.*

409 Secus verò, si illa promissio non adesset: quia tunc per receptionem dotis illa remissa censentur, idem *Gratian. lib. 1. discept cap 23 & cap 130.*

410 Extende preterea, quòd alimenta vxori debita in casu, quo fuit à viro relicta vsufructuaria: tunc ea pro integro anno luctus, non autem vsque in diem mortis vxoris debentur: imo ea non exacta ad hæredes trãsmittũtur; licèt ea regulariter anticipatè soluantur: & ideò, si sit annuum, illud in ingressu cuiuslibet anni debetur: quia ius ipsius momento acquiritur, & propterea videmus, quòd legatum annuum vxori relictum, donec castè vixerit, illud ei debetur integrum, etiam si infra annum nupserit, siue decesserit, & tunc annus incipit a die mortis: sed est benè verùm, quòd alimenta relicta vxori in primo casu, & sic illi vti Dominæ, & usufructuarię ualdè differunt ab illis, in specie relictis. Nam in primo casu alimenta recipiuntur propria auctoritate; in secundo uerò de manu hæredis. Item hæres in primo casu tenetur ad omnia, quæ ponit *Paulus de Montepico in repet. § 1 ista cum nubseret quæst. 69.* In alimentis uerò simpliciter relictis, hæres solùm tenebitur ad ea, quæ ait *text. in l. legatis alimentis, & l. penult. ff. de aliment. & cib. leg.* Item in primo casu vxor habebit preheminentiã in domo, in secundo uerò non, vt pulchrè ait *Franch. decis. 155. ferè per tot.*

411 Rursus reassumendo prædictam vigesimam primam ampliationem, vbi habetur vxori viduæ alimenta per hæredes mariti esse subministranda: Limita primò, eam non procedere in casu, *Menador. consi. 4.* vbi habetur, quòd in consecutione istius legati, creditores mariti vxori præferuntur: quia bona alicuius esse non dicuntur, nisi deducto prius ære alieno, idem ait *Rice. in dicta collect. 98. par. 1. Card. Seraph. decis. 451 num. 1 & 3. & dec. 643. num. 2. dec. 891. num 2 & dec. 979 num. 3.*

412 Limita secundò, non procedere, quando vxor est relicta usufructuaria: quia ea non dantur uxori, nisi primo fuerint deductæ expensæ, pro filijs, ut ait *Ioseph. Ludouic. dec. Peruj. 46.*

413 Declara tamen, quòd alimenta uiduæ danda, cum eius operibus sunt cõpensanda, si tamen sit apta nata ad laborandum, ut supra dixi: & ueluti ait *Magon. Rot. Lucen. dec. 9. & Marilia Rota Ianuen. dec. 6. & Gratian. discept. forens. cap 120. num. 58. lib. 1.*

414 Licèt in hoc animaduertendum sit, quòd operarum duæ sunt species aliæ obte-

obsequiales, aliæ industriales, vndè quando agitur de illarum compensatione, cum alimentis, tunc semper intelligendum est de primo genere operarũ, quæ vtiquè veniunt præstandæ, quando tamen alimenta alicui dantur ex officio iudicis, quia vna mulier non debet in domo stare, vti corpus mortuum & propterea istarum respectu vxor tenetur eius viro operari, *vt ait Vrsill. ad Affl. in dec. 44. n. 27. & seq.* Industriales autem, & fabriles alendus exercere nõ tenetur, neq. propterea computantur, sed ad peculiũ aduentitium operantis spectant, vt dicunt DD. mox allegandi, licèt *Afflict. in d. decis. 44. num. 27.* dicat quòd mulier debet operari viro, etiam in faciendis telis, quod ego puto verum, quando essemus in muliere, cui indecorum non esset proprijs manibus elaborare, aliàs secus, vt superius diximus.

415 Immò extende, quòd quando alimenta ex promissione hominis præstanda veniunt, tunc nequè obsequiales debentur, nisi ex conuentione fuerint promissę, *vt ait Burg. in. Caualcan. decis. 26. in 4. par. & Mastr. in compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta, cap. 79.*

416 Et propterea videmus, quòd non datur salarium à tutore puellæ, ob seruitia leuia, & non frequentia, aut diuturna, & quæ non ad compulsum eius, qui alimenta præstat, sed ea potius ad delectamẽtũ alendarũ, ac de illis, q̃ otij euitandi gratia fiunt, vt est curã gallinarum habere, oua conseruare, triticum ad farinam conficiendam mundare, & iubere famulis propè villam laborantibus, Ientaculum deferre, aut hydriolam aquæ è fonte vicino portare, & similia facere, pro quibus salarium non debetur, sed alimenta cum huiusmodi operibus puellæ compensanda veniunt, *vt ait Anton. Gammæ dec. 216. & dec* 360. sed hic erit quoq. notandũ, quòd si maritus reliquerit vxori alimenta, ob seruitia, tunc ea non amittit, si ad secunda vota transierit, cum ea non sit donatio simplex, sed facta ex causa onerosa, idest propter seruitia, & seruitium isto casu exponitur: idest pro obedientia, *vt ait Afflict. d. decis 44. num. 30. & ibi Vrsill. num. 27. cum seqq.*

417 Declara tamen, quòd quando essemus in casu, vbi vxor ex proprijs fructibus esset alenda, si facta excomputatione fructuum, cum alimentis, alij fructus vxoris remaneant, tũc illi sunt vxori restituendi, *vt ait Gratian. lib. 4. disc. cap. 610. num. 19. & seqq.*

418 Contrarium tñ ait *Rota per Greg. in sua decis. 462. num 2.* vbi habetur, quòd hæredes mariti præstantes alimenta vxori, integros fructus dotis lucrantur.

419. Concorda tu tamen, quòd scilicet prima opinio procedat post annum luctus, quia tunc solùm fructus sui dotis pro rata alimentorum conferre tenetur. Secunda vero procedit dicto anno luctus durante, quo casu hęredes integros fructus dotis lucrantur, vt ait *Surd. dec. 211. per totam. Barbos. in l. 2. in princ. num. 3. ff solut. matrim. & Rota in d. decis. 462. in princip. coram Greg.*

420. Prædicta tamen intellige vera, primò, si matrimonium legitimè, & actualiter extaret: at secus, quando esset nullum, & inualidum. Secundò, quando illius onera maritus substinuerit. Tertiò, quando dos soluta fuisset, vt ait *Surd. d. dec. 211. num. 27. & 30.*

421 Declara insuper id, quòd fuit dictum de fructibus vxori post mortem viri debitis, quòd si mulier continuat recipere alimenta, post sex menses, sibi præiudicat in interesse dotis, vt ait *Vincent. de Franch. dec. 217. alleg. a Riccio in parte prima suar. collectan. collect. 98. vers. item quando, propè med.*

422 Limita quartò, quòd alimenta vxori non debentur, quando secundo viro fuit nupta, quod tamen intellige verùm, quando ea habet bona sui primi uiri loco pignoris, & ea secundo viro assignauit; quia tunc uidetur translatum pignus in secundum uirum, donec sibi dos restituatur ab hęredibus primi uiri, neq. isto casu uir secundus tenetur fructus pignoris in sortem computare. *Rota in Maceraten. interusurii 22. Maii 1606. coram Manzanedo, & Gratian. lib. 2. discept. cap. 240. num. 23. & seqq.*
Et id tolleratur fauore dotis respectu onerum matrimonii. Licèt sit benè verũ, quòd istud priuilegium, uti personale, mutata persona cessat, vt ait *Rota per Card. Seraph. dec. 517. num 2.* aliàs extra casum dotis fructus pignoris in sortẽ

ueniunt

veniunt compensandi, etiam si esset cõuentum, quòd fructus cederent loco interesse, & quod in vim obligationis cameralis ageretur *Menoch. cons.* 110. *nu.* 7. & 6. *Thes. dec.* 78. *Surd. dec.* 270. *nu.* 1. *Natta cons.* 536. *per totum lib.* 3. *Put. dec.* 316. *lib.* 1. *& ibi multa in hac materia* quamuis tamen secus esset in terminis, *l. curabit C. de a. t. empt.* ne res, & precium stet penes vnum, *Menoch. ibi supra num.* 49. & *seqq.* sed id, q; fuit dictũ super eo, quòd alimenta vxori non debeãtur, quando secundo viro nubit, non procedit, quoad fructus suæ dotis: quia illi debentur pro tempore, quo ipsa transiuit ad secundas nuptias, necnon etiam tempore viduitatis, si tamen interpellatio pręcedat, *Card. Seraph. dec.* 1406 *nu.* 2. *& seqq.*

423 Amplia trigesimò, quòd ab Auo materno, etiam alimenta debentur suis nepotibus, siue sint masculi, siue sint fœminæ, ex iusta tamen causa, veluti paupertatis, at secus, si non essent pauperes, vt ait *Rota per* Card. *Seraph. dec.* 41. *num.* 3.

424 Extende primò id, quod fuit dictum de Auo materno alimenta nepoti pręstare debente, procedere, etiã in eius hæredibus, ad quos istud onus trãsit, *d. Card. Seraph. ibi sup. n.* 3. *et dec.* 431. *p.* 4. *nouiss.*

425 Extende secũdò procedere, etiamsi nepotes, vel neptes essent, ex filia illegitima, *d. Card. Seraph. dec* 41. *n.* 5. *et dec.* 58. *n.* 4. & 5. & *veluti dixi sup. in vers. Amplia* 6. & *Rot. in d. Rom. de Verospis, quæ est penes* Marches. *par.* 1. *fol.* 1189. *num.* 3.

426 Fallit tamẽ, qñ Auus dotans se in egestate cõstitueret, quia tunc dotare nõ teneretur, vt ait *Thes. dec.* 211. *n.* 23. & *Rota dec.* 233. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.*

427 Fallit secundò, nisi prius esset probata paupertas dotandæ, & exuberantia dotantis; licèt quoad probationem paupertatis neptis, cõmunis reputatio sufficiat, *Veral. dec.* 295. *p.* 2. *Card Seraph. ibi sup. & Rota d. dec.* 233. *num.* 2.

428 Et sic id, quod fuit dictũ de alimẽtis procedit, ẽt in dote, cũ valeat argumentũ de illis ad dotẽ, veluti dixi in verbo Argumentum, & ita quoq. loquuntur decisiones superius allegatæ.

429 Ampliã trigesimo primò, q; alimenta debeantur, etiam donatori à donatario, iuxta quantitatem fructum, & reddituũ; non autẽ iuxta valorem bonorum donatorũ, vt ait *Rota dec.* 485 *nu.* 1. *par.* 1. *nouiss. coram Robusterio, & Marta in sua compilatione decisionum tom.* 1. *in verbo Alimenta cap.* 45.

430 Extende primò, quòd illa debeantur, etiamsi donatio non esset omnium bonorum, sed de maiòri parte, vt ait Grattanus *lib.* 3. *disceptation. cap.* 381. *num* 19.

431 Extende secundò, quòd donatarius omnium bonorum tenetur præstare alimenta, etiam filijs naturalibus, *Thes. dec.* 211. *nu.* 8.

Vndè ad hoc hic erit notandũ, quòd si donatio fuerit facta contemplatione alimẽtorum, tunc si illa non præstantur, ea reuocari poterit, & ab eo, vti ab indigno illa bona donata transferri poterunt, licèt secus sit, quando ea facta fuisset fauore Ecclesiæ, quia tunc, ea donatio nõ reuocaretur, ẽt alimẽtis nõ pręstitis; nisi ad fauorem donantis, clausula resolutiua extaret, vt fuit dictũ à *Rot. per Burat. in sua dec.* 7. & *ibi per add. n.* 10. & *seqq.*

432 Extende tertiò, quòd etiam dicta alimenta debeantur, iuxta decentiam, & conuenientem honestatem qualitatis suæ personæ, & ratio est, quia maiora alimenta semper magis digno debentur, *vt ait Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 339. *num.* 5. *Bald. in l.* 2. *nu.* 1. *C. quod cum eo Alex. ad Bart. in l. condemnatione de reg. iur. Angel.* & *Imol. in l. Nesenius col. fin. de Iudic. & Rota ibi sup. coram Buratto.*

433 Limita tamen, quòd alimenta sunt præstanda de fructibus, seu de lucro ex pecunia, vel capitali prouenientes; non autem ex ipsa pecunia, seu capitali, licèt secus tamen esset, quando lucrum non esset sufficiens, & alimenta essent præstanda de proprijs bonis, vel ex legis dispositione, *vt ait Franc. Marc. decis.* 323. *in* 1. *parte, & in repertor. decis. in prima par. diuersorum,* in verbo Alimenta sunt præstanda de fructibus, *et Rot. dec.* 583. *in par.* 2. *recent. Grat. lib.* 2. *discept. cap.* 216. *num.* 22. *cum seqq.*

434 Declara tamen, quòd obligatus alimenta præstare in redditibus bonorum, si dicat, quòd dicti redditus non sufficiant, id vti fundamentum suæ intentionis probare tenetur, *vt ait Rota*

per Cardin. Seraphin. dec. 221. num. 5.

435 Sed in dubio nunquam est facienda interpretatio contra alimenta, quæ de sui natura sunt fauorabilia, sed semper ea est capienda, quæ minus, quàm fieri potest, alimentis præiudicet, *Rota ibi supra num. 6. & 7. & prius dec. 41. num. 2. & nouissimè Grattian. lib. 5. discept. cap. 966. num 22. & 28. & prius lib. 1. cap. 104 num. 65.*

436 Vlterius erit notandum, quòd si alimenta erunt relicta ex lucro pecuniæ: tunc ea pecunia debet stare penes hæredem, vel apud tertium deponi, si tamen testator non iussisset, quòd alendus eam post mortem restitueret, quia isto casu eam hæres retinere non posset, sed alendo cũ effectu soluẽda veniret, vt ait *Grattianus lib. 1. disceptionum cap. 130. nu. 13 & Surd. tit. 9. q. 40. n. 13.*

437 Amplia trigesimo secundò, quòd alimenta à Socero genero debeantur, licèt illa iure sanguinis, ei nõ debeantur, sed ob non solutam dotem, vt onera matrimonij sustinere possit, & debent esse doti correspectiua, vt ait *Magon dec. 83. num. 4. Rota Florent.*

438 Extende quòd etiam præterita debẽtur, nec ea per receptionẽ sortis remissa censentur, idem *Magon. num. 1. & 6* vbi docet, qua actione sint petenda; licèt secus esset in viro, qui si per decenniũ steterit, in petendo fructus eos remisisse censetur, vt dicam in verbo Dos. Et veluti eodem modo dicitur de faluiano, quod per decẽnium tollitur, quãdo tamen sumus inter præsentes, cũ titulo, & bona fide possidentis, vt fuit dictũ *in Rom. hæreditatis de Beuilacqua Luna 23. Maij 1595. coram Orano*. Secus autem si essemus in habente titulũ, & possessionem lite pendente, quia tunc in eo mala fides præsumitur, & per consequẽs ei dicta decennalis præscriptio non suffragaretur, sicuti nequè etiam habenti causam à debitore prodest, iuxta *text. in l. 1. & 2. C. si aduers. cred. allegati à Rota in vna Romana bonorum in Burgho Veneris 24. Maij. 1602. coram Card. Lancellotto.*

439 Amplia trigesimo tertiò, quòd alimenta sint quoque præstanda Patrono, ex redditibus Iurispatronatus, quando tamen Dominus ad egestatem peruenit & Ecclesiæ supersit, cùm prius ministri Ecclesiæ ali debeant; & sic si postea bona Ecclesiæ supersint, & Dominus egeat, tunc ex eis alendus est, *num. gloss. in c. quicunq. & in c. vobis. n. 6 & ibi Butr. n. 22. de iurepatronatus, Lambert. de iurepatr. lib. 3. art. 2. 3. quæst. principalis num. 2. Petr. de Gasm. eodem tract. lib. 10 artic. 4. num. 3. & 5. & cons. 5. num. 33. lib 3. Cassador. dec. 3. num. 2. de iurepatr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 32 num. 1. 2. & sequenti & quæst. 54. & Rota in vna Neapolitana Alimentorum Mercurij. 31. Maij 1613. coram Manzanedo, & prius in Regien. Prioratus Lunæ 1 Iulij 1596. coram Penia, quæ Neapolitana Alimentorum 31. Maij 1613. coram Manzanedo, est inter recentiores decis. 454. parte 2. num. 2. & in eadem 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano.*

440 Extẽde ampliationẽ prædictã procedere, etiam in Rectore, cui alimenta debentur, non obstante præscriptione decimarum, *Rota decisione 5. de decim. Acchillis de Grassis.*

441 Extende secundò procedere, etiam si iuspatronatus alteri donasset, vt ait *Maria dec. Rot.* Pijan. *41. & Ricc. in sua collect. 554. par. 3.*

442 Extende tertiò, vt huiusmodi ius alendi Patronum transear in eos, ad quos Iuspatronatus transit, vt ait Pu *allig. à Ricc. ibi sup*

443 Extende 4. idem quoq. habere locum in Ecclesia, quæ Patronum ad egestatem reductum alere tenetur vt ait *Grat. in 4. lib. discept. cap. 610. num. 4.*

444 Extende quintò huiusmodi ius alimentorum, adeò in Patrono esse personalissimũ, vt propterea ei neq. transferre, nec cedere, aut illud donare nõ liceat Vnde si transferatur iuspatronatus, alimenta, tamen in casu indigentiæ translata non censentur, & sic eidem cedenti: non autem cessionatio erunt præstanda; veluti eodem modo diceretur, si Patronus alienaret ius percipiendi alimenta, retento iurepatronatus, vt superius dixi, quia ob eam rationem, quòd scilicet istud ius sit personalissimum, obid in aliũ transferri non potest, etiamsi translatio esset facta ad fauorem Ecclesiæ, vt ait *Grat. lib. 1. discept. cap. 177. n. 10 & seq.*

Itemq.

445 Item quę dicãtur alimenta congrua, quoad Clericos illos, qui renunciant beneficia, Iudex ex se arbitrabitur, vt ait idem *Grat. d. lib. 1. cap. 159. num. 15.*

446 Animaduertendo, quod Iudex ad id deputatur ad effectum validandi alienationem beneficiorum, ad quæ Clerici sunt ordinati, qui ad id, etiam coram Papa deuenire nõ posſunt, & id ne cogãtur mendicare in opprobrium clericatus, *Rot. in Lucana beneficii 5 Decemb. 1586. coram Orano.* Immò si contrarium egerint in pœnam Simoniæ, & suspensionis inciderent, quod tamen secus esset, si Clericus aliundè congruam sustentationem haberet, & propterea hinc fit, quod Iudex videre debet, si ea sustentatio sit congrua, vt ait *Grat. ibi supra.* & *Garzias viden. de benefic. capit. 5. parte 2. num. 203. cum seqq vbi multa ait in materia.*

447 Extende sextò, ampliationem in tantũ esse veram, quòd obid paupertas non debet esse magna, ad hoc, vt Patronus sit alendus ab Ecclesia, sed sufficit solùm vt non habeat quantum ad illius status condecentiam attinet, vt fuit dictum à *Rota in Regien. Prioratus 1. Iulii 1596. & 19. Iun. 1598. coram Penia, & in alia Neapol. alimentorum 11. Ianuarii 1616. coram Pirouano, Gratianus lib. 3. disceptation. cap. 552. num. 26. nouissimè Loterius de re Ecclesiastica lib. 2. quæstione 5. num. 35. Rota decis. 454. num. 3. par. 2. in recentior. & denique in illa Neapolitana Alimentorum 10. Aprilis 1617. coram Pirouano.*

448 Declara tamen primò non procedere, si paupertas propria culpa causata fuisset, quia tunc ea illi non prodesset: nã vbicumq egestas deducitur ad excusandum, non est distinguendum, an propria culpa, aut sine ea contigerit: at secus si ea proponatur ad actionem instruẽdam: quia tunc ea probanda venit, cum huiusmodi circumstãtia, quod scilicet ea sine sua culpà contigerit, vt dicunt *DD. allegati à Loterio in prae. loco num. 33.*

449 Declara secundò id non procedere, quando Patronus haberet, vndè se alere posset de proprio, quia tunc ei alimẽta ex redditibus iurispatronatus non debentur, *Surd. ibi supra quæst. 54. num. 16.* & *Rota ibi supra coram Manzanedo, & dec. 454. par. 2. in recent.*

450 Declara tertiò, non procedere, quãdo Dominus esset Eques Hierosolimitanus, quia dictam religionem ingredientes tria vota emittunt, & per consequẽs veri religiosi dicuntur, vt ait *Mobed dec. 10. de caus. possess. & propriet.* & *Rota dec. 436. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers.* & propterea qñ dicta Religio aliquẽ admittit, postea occasione egestatis eum alere tenetur, nec per consequens obid posset eques, vti Dominus alicuius Patronatus alimenta ex illius fructibus prætendere, *Castrens. cons. 76. num. 1. lib. 1.* qui duabus rationibus mouetur, quas refert, & sequitur, *Surd. ibi supra tit. 1. quæst. 35. num. 1.* & *tit. 9. quæst. 27. num. 10. & Rota in dicta Neapolitana coram Manzanedo, quæ est in 2. par. recent. dec. 454. num. 3.* & *Grat. lib 3. discept. cap. 552. num. 20.* & de eorum priuilegijs dixi in verbo Equites, & *Loterius ibi sup. nu. 35.* & *Rota in d. Neapolitana alimentor. 10. Apr. 1617. coram* Pirouano.

451 Declara quartò, quòd si Patronus haberet fratrem, siue alium, à quo posset ali, tunc Ecclesia eum alere non tenetur, nàm pauper ille dici non potest, quando adsunt, qui eum alere debent, vt in prodosito de fratre diuite, ait *Rota in Neapolitana alimentorum 31. Maii 1606. coram Manzanedo, & in d. Neapolitana coram Pirouano.*

452 Declara quintò idem procedere, si Patronus haberet annuum redditum scutorum 260. veluti quia illum sibi reseruasset in renunciatione facta fratri: dummodo possessionem sit adeptus, vt ait *Rota in d. Neapolitana alimentorum coram Pirouano,* & *Grat. ibi sup. nu. 27. in cap. 552. lib. 3. discept.*

453 Declara sextò, quòd ad hoc, vt Patronus posſit pretendere alimenta, debet probare descendentiam à primo fũdatore, & tũcq ea ꝓbata diceretur si esset possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandatum fundatoris, vt ait *Grat. ibi supra nu. 31.* Veluti eodẽ mõ ea probanda venit, quãdo quis prętẽderet esse de vocatis ad fideicommissũ, siue in inuestitura alicuius feudi, siue emphiteusis, & in hoc casu ea satis probata diceretur, ex libro baptismi cũ adminiculis, aut ex depositione testiũ, q deponerent de visu, & tractatu, videli-

cet, quòd ille fuit semper communiter habitus, tractatus, & reputatus tamquam filius legitimus, & naturalis talis, cuius descendentia esset necessario probanda: & quòd de prædictis esset publica vox, & fama, & ita docet *textus in l. filium, ff de his qui sui vel alien. iur. Rota per Card. Caualerium dec. 128. num. 2 & per Gregorium decis. 78. num. 2.* qui loquitur de fide baptismi, & de probatione facta prædicto modo, fuit decisum in *Parmen. nullitatis ordinum 19. Iun. 1628 & in . . . . . coram Ghislerio,* & ibi fuit dictum, quòd ad probationē huiusmodi descendentiæ valde confert, & iuuat successio in bonis patris, siue alterius ascendentis, vt in simili fuit superius dictum de possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandata fundatoris alicuius Ecclesiæ, siue Altaris, vt ait *Gratian. dicto cap. 552 num. 31. & ita fuit dictum in illa Parmen. Nullitatis Ordinum coram Ghislerio, & Burattus decis. 147. & decis. 155. num. 1. & sequen.*

Extende eodem modo probari descendentiā ad effectum præsentandi in iure patronatus, si doceretur de aliqua præsentatione, quæ fuerit suum effectum sortita, & quòd præsentans esset eiusdem cognominis, & iuspatronatus esset antiquum, *vt ait Rota per Burattum decis 539. num. 4. & in Romana fideicommissi de Crucetariis 14 Ianuarii 1628. coram Durano, & prius in Bononien. pecuniaria de Maluetiis 15. Decembris 1617. coram Manzanedo, & in Barchinonen. tertii beneficii sanctæ Teclæ 17. Ianuar. 1623. & in Segobien. Cappellaniæ 28. Februar. 1625. coram Vbaldo, & per Cardinalem Caualerium decis. 575 n. 7. & per Cardinalem Seraphinum dec. 1219. num. 1. & dec. 1265. in fine, & per Coccinum dec. 250. num. 4. & aliàs sepè,* & vide in hac materia in Conclus. 72. *num.* 33. & Conclus. 78. *num.* 60. & *sequentib.*

454 Extende rursus, q̄ pro descendentia sufficiat quasi possessio alicuius iuris, qđ non possit conuenire alteri, quàm descēdenti: & licèt non semper sufficiat hęc, quasi possessio, pro decidendo negotio principali, nisi probaretur aliud antecedens ipsum possessorium coadiuuans, & iuris præsumptio illud approbans; tamē sufficit in iudicio alimentorū, pro summaria illa cognitione, veluti pro illis obtinēdis possessio alicuius status personæ, *vt ait Rota per Veral. dec. 150. p. 2. & nouiss. Loter. de re ecclesiast. q. 5. lib. 1. n. 4. & seq.*

455 Declara septimò, ampliationem prædictam esse veram, dummodò per alendum fuerit iustificata reddituum superfluentia in Ecclesia, necnō inopia, ex parte patroni alimenta petentis. *Rota dec. 454. num. 1. par. 2. in recent. & Loter. ibi supra num. 18. & 19.*

456 Declara octauò, non procedere, qn̄ patronus posset sibi victum, ex propria industria quærere, *vt ait Rota dec. 594. num. 2 par. 4. in recentior. & Loterius ibi supra num. 36.*

457 Subdeclara tamen, id non esse verum, quando industria non posset per eum, ob aliquod impedimentum corporale, & absque illius dedecore exerceri, licèt in hoc, veluti etiam in alimentorū taxatione, Iudicis arbitrio, cōsiderata alendorum dignitate, sit tribuendum, vt dicunt Doctores allegati à *Loterio ibi supra num. 36. cum seqq.* vbi distinguit genera hominum, scilicet nobilium, & ignobilium, quod per te videre poteris.

458 Amplia trigesimoquartò, quòd etiā vassallus teneatur præstare alimenta Domino, & circa illa eum benè tractare, qn̄ esset pauper: Quinimmò illum etiam redimere ab hostibus, & cum carceratum adiuuare tenetur: dummodò tamen propria culpa in necessitate, & carceribus non se constituisset, *vt ait Vrsil. ad Affl. dec. 265. num. 108.*

459 Fallit tamen in Domino respectu serui, cui alimenta præstare non tenetur, neque illius expensis famulum grauiter infirmantem curare cogitur: quod tamen declara verum in foro fori: at secus in foro conscientiæ: quia tunc Dominus ad id, sub mortali peccato tenetur, dum famulus non habet, vndè sibi subuenire possit, & nisi ibi, vel in loco proximo hospitale adsit, ad quod remitti possit, & ita regulariter solent facere religiosi, & nobiles viri, qui opera charitatis exercēt, quemadmodū inter cæteros ego vidi Romę seruari ab Eminentissimo D. Card. Ginnasio Patrono meo Colēdissimo

fimo, & à me numquàm fatis honorando, qui (vltra fingulares, & incomparabiles illius virtutes, necnon ingentia, ac ferè diuina opera, quæ potiffimum in erigendo Templa, Monafteria, & Seminaria, necnon Cappellanias, ac Puellarū maritaggia perpetuò duratura, tàm pio, ac liberali animo geffit) illud quoq. opus charitatis mirificè, erga fuos famulos quoquo modo indigentes in dies exercet. Imò, & quòd denique in eo mirabile fuit, illud eft, quòd dum ingenti, ac fuprema incolumitate fruebatur, omnes Ecclefiæ redditus, quos habebat à fe abdicauit, & illos in vtilitatem fuorū familiarium erogauit: quod enim difficulter in alijs, etiam in actu moriendi videri folet, quæ quidem facient illum in Cælo regnare, veluti hodie viuit glorio fus in terra: & præcipuè, ob ea, quæ tàm egregiè fcripfit in explanatione Pfal morum, & fuper Scriptura fanctà, in quibus apparet eum, potius doctrina diuinitus tradita, quam illius labore comparata inftructum fuiffe: & de prædictis alimentis per dominum famulo ęgrotanti debitis, faciunt ea, quæ ait *Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, in verbo Alimenta, different.* 8. vbi refert inter Regulares feruari, vt faciant famulum poft illius valetudinem, tempus geminatū fupplere, vnde fi ægrotauit per menfem, finito anno, cogunt eum per alios duos gratis inferuire: & fic vnum pro quo fuit impeditus, & alterum pro expenfis in illius infirmitate factis, & hoc modo charitati fatisfit, tribuendo neceffaria infirmo, & Dominus quoque recuperat id, quod pro eo in infirmitate impendit: fed eo tempore Dominus illi falarium foluere non tenetur: licèt melius faceret, fi ei illud quoque folueret: quia non de folo pane viuit homo, & præfertim, quando infirmitas fuit modico tempore, vel quando non famulus, fed Dominus caufam infirmitati dedit, *vt ait Cappell. Tholof in fua decif. 360. & ibi etiam Addent. & prius decifione 269. num. 1.*

460 Amplia trigefimoquintò, ꝙ alimenta debeantur per creditorem debitori carcerato pauperi: quādo tamen nil habeat, vnde alere fe poffit, *vt ait gloff. in l. fin. verf. Agnofcere, C. de erog. mil. an. lib. 11. Bald. in tract. carcerum, Afflict. dec. 71. & Rota in Bononien. cenfus Veneris 20. Februar. 1609 coram Card. Marcomontio, quæ eft in 1. par. recentior. decif. 177. num. 4. & Raynerius de Foroliuio in l. Iudices, C. de Epifcopali audien. Guidop. dec. 11. & Farinac. in prima parte prax. crimin. quæft. 25.*

461 Extende id, in tantum effe verum, quòd fi non alatur, d. debitor eft à carceribus relaxandus, *Bart. in l fanctius, & ibi Alex. in addit. ff. de rer. diuif. Cardub. in l. fi quis, §. folent. num. 37. ff. de alen. vel agnofcen. liber. Surd. de aliment. tit. 1. quæft. 71. nu 3. & 4.* vbi de communi, & in hoc vide *Card. Tufch. in littera C. conclus. 90. per tot.*

462 Extende fecundò, quòd fi etiā fint pauperes carcerati in caufa criminali, tunc à Charitate, fiue à Curia funt alendi, *vt ait Afflict. in d. dec. 71. & Marta in fua compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 46. & 47. & Ricc. in collectan. dec. 1115. par. 4.*

463 Extende tertiò, quòd etiam accufato fuper aliquibus bonis, interim pendēte lite alimenta debentur, *vt ait Rota decif. 1. de accufat. in antiq. & Marta ibi fupra cap. 48. & Magon. dec 115.*

464 Fallit tamen, quando ab aliquo eleemofynis effet alitus carceratus: quia tūc creditor non cogitur eidem alimenta præftare, *vt ait Marta ibidem, & Gammà dec. 161. Regni Lufitan.*

465 Extende 4. obiter, ꝙ etiā hęredes occifi, teneantur foluere expenfas factas ꝑ prætenfos occifores carceratos, quando tamen ipfi hæredes fuerunt auctores in inquirendo, accufando, & proceffū fabricādo, *vt ait Boer. dec. 303. cū ibi alleg.*

466 Extende quintò, quòd ad fauorem carcerati, neq. commenfarienfis pro expenfis, & falario cuftodiæ, poteft retinere carceratum à Iudice relaxatum: fed bene poteft contra eum poftea agere, pro confecutione fui crediti, veluti ita teftatur practicari *Papon. lib. 24. tit. 4. areft. 1. Guidop. dec. 448.*

467 Contrarium de confuetudine feruari teftatur idem *Guidop. ibi fup. num. 2.* vbi concludit, ꝙ carceratus poffit retineri pro alimentis, & falario carcerū: ideq.

tenet *Surdus de aliment. dicta quaestione 71. num.* 5. & 6. *& Card. Tuschus dicta conclus.* 90.

468 Extende sextò, quòd alimenta debeantur, etiam Iudaeo, ad instantiam Christiani carcerato, *vt ait Gratian. in 5. lib. disept. forens. cap.* 842. *num.* 29. Et veluti quoq. fuit decisum in *Romana alimentorum* Lunae 11 *Ianuar.* 1621 *corā Manzanedo.* Et ratio est: quia veluti Iudaei vtuntur iure communi, & secundum ius Romanorum ciuile iudicantur: idcircò dispositum ab hoc iure de Christianis, etiam in Iudaeis dispositum cēsetur, cum ea iura sint inter Iudaeos, & Christianos communia, vltra quod sancta mater Ecclesia eos tollerat ad euitanda maiora mala: sępè furta, & rapinas, quae facile fierēt, si illi nō adessent, q. indigēti bus mutuarent, & ob id non dicuntur personae odiosae: & propterea hinc fit, quòd est prohibitum illis contumelias, & iniurias fieri, vltra quod cum aequalitas in iudicijs sit seruanda: & sic veluti Christianus carceratus posset à Iudaeo creditore alimenta, ob illius paupertatem praetendere, ita, & è conuerso, Iudaeus à Christiano, & praecipuè cū illi quoq. dicantur de Populo, & corpore Ciuitatis, & ppea videmus ēt q. illi statutis, siue cōsuetudinibus Ciuitatū gaudere debent & praesertim in hac materia alimentorum, tàm Iudaeis, quàm Christianis proportionabili, vt de his omnibus testantur *Alexander cons.* 75. *per totum lib.* 5. & *cons.* 99 *lib.* 9. *Felin. in cap.* 2. *de Iudaeis*, *Henric. Boich. in cap. gaudemus, de diuort. Corn. cons.* 180. *lib.* 2 *Becc cons.* 84. *Rolan. cons.* 35. *lib.* 2. *cons.* 620. *Surd. cons* 622. *& dec.* 133. *Rimin. Iun. cons.* 653. *Card. Mantica de Tacitis lib.* 21. *tit.* 8. *Marquard. de Iudaeis par.* 2. *cap.* 1. *idem Riminald. Iun cons.* 275. *Surdus de aliment. tit.* 2. *quaest.* 15. *omnes allegati à Rota ibi supra coram Manzanedo.* Vbi tamen declarat, praedicta ad fauorem Iudaeorum procedere, in temporalibus: at secus in spiritualibus, & in his, quae fauorem animae respiciunt: quia tunc illis in nihilo venit succurrendum, vt firmant *Alexander dicto consil.* 99. *lib.* 6. *& cons.* 13. *lib* 7. *Natta d. cons.* 620. *num.* 22. & *Card. Mantic. de Tacit. lib.* 18. *tit.* 2. *num.* 38.

Rursus declara prędicta, respectu alimētorum Iudaeis, per creditorē Christianū debitorum, solùm procedere, quando illa petuntur à Iudicibus, ex dispositione iuris communis: quia tunc ea benè praestanda veniunt: at secus, si peterentur per viam Visitae Carcerum: quia tunc eis illa minimè debentur. Et ratio est: quia, cum facultates Visitatorum carcerū, sint ad christicolas tm̄ restrictae, & sic ad solum fauorem Christianorum concessae, ergo non sunt ad Hebraeos extendendae, vt fuit decisum *à Rota in dicta Romana alimentorum coram Manzanedo.*

469 Amplia trigesimo sextò, quòd alimenta, ob eorum fauorem, non veniūt in confiscatione bonorum: & propterea illa debētur postea restituto ad grām *vt ait Magon. decis. Lucen.* 84. *num.* 19. *& Rota in Vrbeuetana alimentorum Veneris* 17. *Februar,* 1606. *coram Card. Pamphilio, quae est in par.* 1. *recentior. decis.* 107. *num.* 4.

470 Contrarium tamen esset, quòad vsumfructum, qui debetur condemnato capitaliter: quia ille cessat, & finitur in confiscatione bonorum, condemnatione sequuta, vt fuit conclusum *à Rota in dicta decisione* 107. *in prima parte recentiorum.*

471 Extende prędictam ampliationem in tantum valere, quòd nec etiam capitis diminutione, legatum alimentorum perdatur, vt ait *Cuman. cons.* 30. *num.* 2. *versiculo Ad hoc etiam facit*, & *Angel. consil.* 357. *num.* 7. & 8. *cum alijs ibi per cum alleg.*

472 Vndè ad id nota differentiā inter legatum vsusfructus, & illud alimentorū: nam vsusfructus est genus: *Alimenta* verò species dicuntur, & propterea plus continet illud vsusfructus, quàm alterum alimentorum, cum genus prędicetur de pluribus differentibus specie, in hoc vide *Bald. cons* 408. *circa finem, vers. Item non obstat, & in cons.* 221. *num.* 2. *lib.* 4. Licèt *Angel. dicto cons.* 357. *num. octauo.* dicat, quòd illae species sunt separatae.

473 Extende primò, id in tantum esse esse verum, quòd ius accrescendi non habet

habet locum in alimentis, ficut in vsufructu, vt ait idem *Angel. dicto conf. 357. nu. 7. in fin.*

474 Subextende secundò, quòd alimenta de manu hæredis sunt recipienda; vsusfructus verò propria auctoritate percipitur, idem *Angel. dicto consilio 537. num. 8.*

475 Amplia 37 quòd alimenta debeantur tutori, vel curatori, ex officio Iudicis, quando tutor, vel curator esset persona pauper, siue ipsis salarium debebitur, prout magis Iudici placuerit, cum quis proprijs sumptibus laborare non debeat, quia (vt dici solet) boui triturãti nõ est os claudendũ, vt dicũt multi *DD. alleg. in vna Romana redditionis Veneris 21. Februar. 1603. coram Litta, & in alia Romana fructuum dotis Veneris 2. Apr. 1606 coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 250. num. 5. & ita vltimo loco fuit decisum in Romana redditionis rationis 25 Februarii 1630. coram Motmanno.*

476 Extende idem procedere, & è conuerso: nempè, quòd tutor etiam teneatur præstare alimenta pupillo, si litigare contingat, super ratione reddenda suæ administrationis, dum lis durat, quod tamen intellige verum, quando constaret tutorem penes se bona pupilli habuisse; aliàs secus, sed in dubio præsumitur eum de bonis pupilli nõ habere, *vt ait Afflict. decis. 10. num. 7. & 8.*

477 Et in casu, vbi tutor debet pupillo alimenta præstare, si ea denegat, & postquam fuit citatus non comparet, neque sui copiam facit, tunc potest allegari suspectus, vt ait *Rota decis. 468. num. 1. in 2. part. recent.*

478 Limita tñ primò pdicta non procedere, si tutori, vel curatori diuitiæ super uenirent, quia tunc, neque alimenta, nec salarium amplius eis debentur, & ratio est, quia alimenta, quę Iudicis officio debentur, eatenus durãt, quatenus vnus egeat, & non aliàs, *vt ait Thesaur. in dec. 211. & Surd. & alii allegati à Rota ibi coram Litta.*

479 Licèt secus esset, si de nouo necessitas superueniret, quia tunc illud onus alendi, siue à testatore sit relictum, siue ex Iudicis officio sit debitum, reuiuiscit, *vt ait Gratian. lib. 2. discept. cap. 237. nu. 5.*

480 Quòd enim sublimita non procedere, vbi alimenta in vim pacti deberentur, quia tunc etiam superuenientibus diuitijs, ea tamen non cessant, vt ait *Rota ibidem coram Litta in dicta Romana red. rationis 1603.*

481 Limita secundò prædictam ampliationem non procedere, finita tutela, vel cura, quia tunc intrat regula illa, vt. s. boui non trituranti os claudi debeat, & iuxta illud vulgare dictum, quòd scilicet qui non laborat non manducat, veluti nec etiã dicta ampliatio procederet, si super redditione rationis litigaretur, cũ nemo teneatur contra se litiganti alimenta subministrare, & sic contra se arma producere, & patrem aduersam adiuuare, q̃ enim nimis graue esset; Aliàs si contrarium fieret, & postea pupillus contrariã sentẽtiã haberet, tunc meritò diceret posset: Heu patior telis, vulnera facta meis, & pro huiusmodi opinione facit *decisio Rotæ in causa Bononien. redditionis computorum Veneris 4. Iul. 1608. coram Penia.*

482 Limita tertiò, quòd neque alimẽta debentur procuratori, ac negotiorum gestori per dominum, *vt ait Guidop. dec. 68. quem sequitur Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 61. num. 7. & Rota in Romana rationis Bancariæ Veneris 14. Maii 1599. coram Orano quæ est apud Marchesi. de com miss. tom 1 fol 188. n. 1.*

483 Extende, quòd neque ea procuratori ac negotiorum gestori debeantur etiamsi à parte essent conuenta, vt ait *Rota ibi poenes Marches.*

484 Fallit tñ, quoad expensas: quia illas procurator ac negotiorum gestor, repetere potest, vt ait *Guidop. dicta decis. 68. num. 5*

485 Declara tñ id, q̃ fuit dictũ de alimentis quæ procuratori, etiam conuenta non debẽtur, pcederet etiam in illis, quę lite pendente præstita fuere, quia etsi cum cautione fuerint præstita; nihilominus restitui non debent, licèt in lite super alimentis alitus succumbat; quod tamen secus esset, si essemus in illis, quę per sententiam pręstita fuere, quia ea in casu reuocationis dictæ sententię restituenda forent; Immò pro illis erit cautio danda, de restituẽdo in casu retractationis, vt pulchrè distinguit *Franch. in dec. 336. & dec.*

& *dec.* 614. *in* 4. *part. conf. Neap.*

Item declara alimenta tutori agenti personali non deberi, vt reddat rationes: at secus si reali ageretur, idest pro recuperatione bonorum à reo possessorum, *vt fuit dictum in Nepesina tutelæ Mercur.* 27. *Nouemb.* 1619. *coram Cardin. Verospio.*

486 Amplia 38. quòd Monasterium teneatur prestare alimēta Abbati, super eius electione litiganti, & ratio est, quia inter Monasterium, & Abbatem spirituale matrimonium contractum censetur, & sic vti maritus onera sui Matrimonii sustinere debet, etiamsi alius eius nomine Monasterium accuset, aliàs si ei alimenta negaret, esset velle eum necare atque eidem deffensionem tollere, *vt ait Rota per Bellamer. decis.* 88. & *per Put. decis.* 164. *lib.* 1. & *Marta in sua compilat. decis. tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 43.

Licèt sit quoque verum, quòd Monachus professus in Monasterio potest prosequi eam causam nullitatis electionis Abbatis, etiam non docto de aliquo Iure suo, *vt ait Rota per Card. Seraph. in dec.* 631. *num.* 1.

487 Extende primò idem procedere in Monacho professo, qui alimenta habere debet in futurum, *vt ait Rota decis.* 10. *de iudic. in nouis.* & *Marta ibi supra in cap.* 41. & *Rota dec.* 454. *num.* 3. & 541. *num* 6 *par.* 2. *in recen* Sed in dubio præsumitur Monachum vixisse de alimentis sibi præstitis à Monasterio, *vt ait Rota ibidem in dec.* 458. *nu.* 7. & *penes Buratt. dec.* 7. *num.* 11.

Quinimò subextēde ea Monacho deberi etiamsi Abbatem accusasset, quia donec causa finiatur illi expensæ de rebus Monasterii veniunt subministrandæ, *vt dicunt Doctores allegati à Rota dict. dec.* 7. *Buratt.* & *ibi in addit. num.* 17. & *in dec.* 708. *num.* 7.

488 Et hic obiter nota, quòd alimenta non extinguuntur ob professionem, si alicui fuerint relicta, & id ad exemplum vsusfructus *Gratian. in* 5. *lib. discept. cap.* 815. *num.* 3.

489 Contrarium quidem esset, si de contraria mente testatoris apparere posset, quia tunc illi alimenta post emissam professionem non deberentur, sed nota, quòd mens contraria testatoris ad excludendum Monasterium, non potest haberi, nisi quando tractaretur de liberis propriis, quia tunc naturalis pietas suadet, quòd potius Pater consulat vtilitati filiorum, quàm illi Ecclesiæ, at secus, quando essemus in extraneo, *vt ait idem Gratian. dicto cap.* 815. *num.* 14. & *seq.*

490 Extende secundò idem procedere in Abbatissa, quando de eius electione disputatur, & quę iam à Monasterio fuit eiecta *vt ait Put. in decis.* 264. *lib.* 1.

491 Extende tertiò idem procedere in Monacho, & seculari electo: licèt discorditèr ad aliquod officium, cui si iudicialitèr admitti petat, tunc ei alimenta litis sunt decernenda, *vt ait Crescent. in dec.* 175. *alleg. à Ricc. in prac. loco.*

492 Extende quartò idem procedere in moniali litigante, quæ à principio fuerit Abbatissa alterius Monasterii et postea in alio electa à quo si inde fuerit eiecta, tūc illud Monasterium ei alimēta, & expensas subministrare debet, *vt ait Egid decis.* 88. *alleg. à Puteo in dicta dec.* 264. *num.* 1. *lib.* 1.

493 Contrarium tamen reperitur decisum à *Rota per eundem Put. in decis.* 202. *lib.* 1. vbi ait alimenta eiecto non deberi dum de eius eiectione disputatur.

494 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedat, quando Monachus erat in possessione Monachatus: secunda verò procedit in Monacho nondum professo, vt benè colligitur ex illa *decis.* 202. *Put. quem per te videre poteris.*

495 Rursus concordare poteris, quòd prima procedat, quando Monachus siue Monialis fuisset expulsa sine causa, quia tunc recuperaret, etiam omnia sua bona; secunda verò, quando cum causa, iuxta tradita per *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 455. *num.* 6. Item concorda vt prima procedat, quando quæstio esset super statu: secunda verò, quando super bonis, *vt ait Bellam. dicta decis.* 88. *sub num.* 30.

496 Sed quòd Monachus litigans cum Abbate debeat habere alimenta, & sumptus litis, tàm in causa principali, quàm etiam in illa appellationis, *ait Afflict. decis.* 10. *num.* 2.

497 Contrarium tamen in materia expensa-

pensarum dicit idem *Put. in dicta dec. 264.* vbi ait quòd Abbas habere non debet expensas litis, quia suam causam agit & propterea illis gaudere non debet ex *tex. Bellam.* 88 *num. 1. & 2.* vbi ait iniustum esse aduersarium aduersario sumptus litis ministrare, & sic igitur Concorda, vt prima opinio procedat respectu alimentorum, quæ illi secundum Monasterium subministrare debet; secunda verò respectu expensarum, de quibus illud non tenetur, ex ea ratione, quia causam propriam suæ electionis persequebatur, *vt ait idem Put. dicta decis. 264. nu. 1. & 2.*

Licèt Contrarium, prædictis circa expensas, & alimenta non obstantibus, concludat idem *Bellam. in dicta dec. 88. sub num. 3.* sub ea ratione, quòd inter Abbatem, & Monasterium sit vnum speciale matrimonium, & propterea quemadmodum maritus tenetur alere vxorem, & onera Matrimonii sustinere, si aliquis eius nomine matrimonium accusset, ita Monasterium erga Abbatem, & Monachum, & præsertim, quando constaret eum fuisse verum Dominum, & possessorem, seu legitimum bonorum administratorem, & eis fuisse spoliatum; nec quæstio contra eum super bonis esset, sed solùm super statu, nec haberet vndè viuere posset nisi de prædictis bonis, quia tunc interim sunt sibi alimenta restituenda, ob iuris præsumptionem pro eo facientem, & ob spoliationem quæ ante causę discussionem iniusta præsumitur, aliàs tali modo alimenta negando, esset velle legitimam defensionem tollere, & spoliatoribus occasionem maligandi præbere, quòd non est sufferendum, *vt dicunt Doctores allegati à Bellam. in præalleg. decis. 88. sub num. 3.* & sic prædictæ opiniones ita concordandæ veniunt.

498 Declara tamen primò, quòd quando Monacho accusanti Monasterium sunt pręstanda alimenta, & expensę, tunc debet tantùm habere necessaria, sed moderatè, & non vltra, *vt ait Surd. de aliment. tit. 4. q. 25. num. 37. & 39. cum aliis ibi per eum alleg.*

499 Extēde, q̄ q̄n alimenta illi Monacho denegantur, tunc Monasterium priuatur omni eo, quod dictus Monachus acquisiuit, et Episcopus eo casu posset illum ad aliud Monasterium transferre, vt ait *Gratian. libr. 3. disceptation. cap. 552. num. 24.*

500 Declara secundò, quòd in casu præstationis alimentorum, & expensarum, illa debeantur, iuxta qualitatem suæ personæ, & reddituum Monasterij, *vt refert Rota in dec. 335. in nouis. Vesta decis. 17. alleg. à Riccio in collect. decis. 850. in princ.*

501 Quòd tamen subdeclara verū retento eo themate, quādo scilicet, ille, cui alimenta, & sumptus litis debentur, sit in quasi possessione Monachatus, vt ait *Tausf. in decis. 111. & Rota decis. 18. & 77. alleg. à Riccio ibi supra*, & *Put. ibi supra in alleg. dec. 202. lib. 1.*

Animaduertendo tamen, quòd pro huiusmodi expensis non competit Monacho actio formalis contra suum Prę latum, sed solùm potest recurri per eum ad superiorem illius officium implorando, ad exemplum serui cōtra Dominum, *vt ait Gratian. decis. 7. in ad lit. num. 1. & lib. 3. disceptation. cap. 435. num. 10. & seq.*

502 Declara tñ primò procędere, q̄n Monachus ex propria causa Abbatem accusaret, vt ait *Rota in decis. 799. alleg. à Riccio ibidem.*

503 Subdeclara secūdò, q̄n Monachus esset ad dignitatē in alio Monasterio electus, quia tūc eidē spoliato alimenta litis nō debētur, *vt ait idem Put. in dec. 2. de except.* & *Rot. dec. 2. de re iud. in antiq* & *Ricc. ibid.* & de Abbate agēte pro spolio vide *Belamer. in sua dec. 88* Item de Monialibus de spolio agentibus, ob denegatas solitas subuentiones *vide Thom. fasol. dec. 18.*

504 Declara tñ, q in casu, in quo filius Monach9 esset è Monast. eiectus, & ab eo alimenta non habeat, tunc reuiuiscit illa naturalis obligatio Patris, *vt ait Castr. cons. 76. lib. 1.*

505 Extēde q neq. alimēta p professionem extinguuntur, ad exemplum vsusfructus *Grat lib. 5. discept. cap. 815. num. 3.*

506 Amplia 39. quòd alimenta debeantur beneficiato ab Ordinario, donec ei prouideatur, quando admisit resignationem in suis manibus, ab eo factam, si ille non habet, vndè se alat, & sustinere possit,

possit, *vt ait Cardin. Seraph. dec. 1320. num. 4.*

507 Extende idem procedere in eo, qui instigauit Clericum ad suscipiendos sacros ordines: quia in casu necessitatis ille tenetur dictum clericum alere; veluti etiã dicitur de Episcopo eũ ordinãte, *vt ait Quintil. Mandos. consil. 13.* & *Surd. de alim. q. 60. num. 14.*

508 Extende secundo, quòd Episcopus potest cogere Canonicos, etiam minori parte eorum contradicente, vt quilibet singulis annis pauperi Clerico studenti in subsidium aliquid, pro eius alimentis conferat, vt fuit dictum à *Rota in vna Meliten. Canonicatus Luna 6. Martii 1595. coram Card. Mellino*, & præsertim si in Vrbe Sacris litteris operam nauaret, quia huiusmodi causa vtilitatem publicam respicit, non solùm illius particularis Ecclesiæ, verùm etiam vniuersalis: dummodo tamen Clericus sit Originarius, *vt dicunt Abb. Felyn. Dec. Gigas*, & *alii alleg. à Rota ibi coram Mellino.*

509 Extende tertiò, quòd alimenta debeantur Clerico, etiam aliundè habenti, quando illa petat ex fructibus, & distributionibus ad eum spectantibus, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis. 1098. num. 8.* & *est doctrina Bald. cons. 344. lib. 5.*

510 Extende quartò, quòd etiam deposito, & à beneficio suspenso, ob pœnam, propter crimen alimenta debentur; licèt secus sit in voluntario contumace, vt ait *Garz. in loco mox alleg. nu 98.*

511 Extende quintò, quòd ipsi Episcopo alimenta debentur, quando succedit in Episcopatu, sed fructus omnes per prędecessorem recollecti fuere, quia tunc illius hęredes, eidem Episcopo alimenta subministrare tenētur, ex quo Episcopus de suo alere non tenetur, *vt ait Oldrad. in suo cons. 249. incipien. Quaeritur vtrum vers. ad 2. nu. 2.*

512 Amplia 40. quòd etiam ex communicato debeantur alimenta, si periculum est, vt fame pereat, & eò magis, si communicatio esset nulla, quia tunc ea non ligat, *vt dicunt Couar. Nauar.* & *alii alleg. à Rota ibi supra coram Card. Seraph.* & *Surd. de alim. tit. 7. q. 16 nu. 3.* vbi loquitur in vxore excommunicata, quę illa excõione, non obstante ab eius viro est alenda.

513 Contrarium, quòd scilicet excommunicato, etiamsi egeat alimenta non præstentur, immò id pcedit, ēt si ille officio Parrochi, & Canonici inseruiendo fungatur *ait Garz. de benef. in 7. part. cap. 13. num. 98.*

514 Quod tamen declara verum, quando ille excommunicatus fuerit legitimè fructibus priuatus, qa tunc alter deberet cum illius fructibus inseruire, idem *Garz. in pracit. loco.*

515 Amplia 41. quòd etiam alimenta de bonis sequestratis debeantur, si alito aliud pro suis alimentis non remaneat, quinimmò ea quoque debentur in casu, quando bona essent sequestrata, pro crimine, siue delicto in inuentario reperto, *vt ait Aluar. Vallasch. in sua decis. 1. Regn. Lusitan.* & *Marta compil. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 68.* & *Grat. lib. 1. discept. cap. 114. nn. 5.*

516 Extende primò, quòd etiam sequestrum potest sperni, quando alendus nõ habet aliundè, vndè viuere possit, *tex. est in l. fin. §. 1. vers. nam si tales C. de ordin. cogn. vbi Bald. in 4. notab.* & *Guidop. in sua dec. 81. in fin.*

517 Extende secũdò, id adeò esse verum vt propterea nedum alimenta, sed etiam sumptus litis, de dictis bonis debeantur, *vt ait Ricc. in sua collect. dec. 1425. in 4. part.* vbi ait, id procedere, ne quis litem deserere cogatur.

518 Extende tertiò procedere, etiamsi esset lata sententia pro sequestrante, quia ea per appellationem suspenditur, & est idem, ac si lata nõ fuisset, *vt ait Ric. in pracit loco*, & veluti dicam in verbo Appellatio.

519 Extende quarto idem procedere in bonis, ob delictum sequestratis, nam si interim delinquens non habeat, vndè alimenta recipiat; tunc ex fructibus rei sequestratæ venit alendus, vt superius dixi, & *vt ait Riccio ibi supra.*

520 Fallit tamen primo dicta ampliatio, quando bona essent parui momenti, *vt ait idem Ricc. in sua decis. 13. Curiæ Archiepiscopalis Neapolis in dicta collectan. 1425.*

521 Fallit secundo, quando detegere tur illa bona esse furtiua, quia tunc succedit illa regula, quod quis ex sua improbitate

tatè ius consequi non debeat, nec minus doloso sit succurrendum beneficio Iuris, neque delictum eidem immunitatem prçstare debet, *ut ait Rubin. in sua decis. 200.* & *Ricc. in dicta collect. 1425.*

522 Fallit tertiò, quãdo verbi gratia mercator, cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliundè, quia solum reus pendente iudicio de illis, in subsidium venit alendus, *ut ait idem Rubin in sua dec. 121. Alberic. in l. fin. § Quod si et C. de ordin. cog.* & *Ricc. in d. sua collect. 1425. par. 5.*

523 Fallit quartò, veluti si essemus in vno qui Maioratum vel Cappellæ administrationem, siuè Emphiteusis renouationem litigaret sed ob inopiam litem prosequi non posset, quia tunc conuentus possidens non tenetur ad alimenta, & expensas, cum sola paupertas pro huiusmodi consequutione non sufficiat, sed de bono iure quoque cõstare debet, *ut ait Valasch. in sua decis. 1. Regni Lusitania,* & *Marta in compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 68.*

524 Contrarium tamen venit dicendum de impetrantibus beneficium, quibus alimenta sunt præstanda, *ut ait Cassad. decis. 6. de appellat.* & *Ricc. in sua collectanea decis. 853. in 4. part* Idquè multò magis procederet, vbi essemus in lite, super prçbenda Ecclesiæ, pendente, quia tunc illius possessor poterit pendente Iudicio de eius fructibus se alere, *ut ait Cappell. Tholos. in sua decis. 77 cum ibi alleg.*

525 Rursus extende id, quòd fuit dictum de alimentis, super bonis sequestratis debitis, procedere etiam in illis feudalibus, *ut ait Afflict. in sua decis 151. num. 2.*

526 Et, quòd plus est, id etiam ad fauorem spurii fieri potest, Sed est benè verùm, quòd illud, quod causam alimentorum superat, ad agnatos vadit, *ut ait idem Afflict. dec. 99.* & *ibi Vrsill. n. 1.*

527 Sed quòd isto casu alimenta præstanda non veniant vltra fructus fundi, ait *Gratian. lib. 5. disceptation. cap. 916. num. 40.*

528 Fallit tamen, quando, vt puta essemus in venditione Palatiorum Magni pretii, quia illa vendi non possunt pro alimentis spurio dãdis, sub prætextu, quòd redditus essent pauci; & ratio est, quia cũ dicta çdificia nobilitatem familiç conseruent, obid ne vendantur neque censuræ Bullæ Iuris congrui, & retractus subiacent, *ut ait Vrsill. ad Afflict. in præcit. loco,* & *Rota in Romana Palatii de Comitibus 16. Ianuar. 1612. coram Card. Sacrato.*

529 Et id quòd fuit dictum de venditione prohibita rei magni valoris, pro alimẽtis spurio dandis; extende procedere, etiam quoad alios, exceptis tamen filiis, pro quorum alimentis res magni valoris vendi possunt, cum educatio filiorum etiam ad bestias spectet cum de Iure naturæ sit: *Magon. in sua dec. Lucen. 73. num. 26.*

530 Amplia 42. quòd etiam alimenta pauperi religioso, siue seruo, necnon alteri incapaci debeantur, quando eis sunt relicta, licèt pro eorum consecutione actio non detur, sed benè officium Iudicis imploratur, *ut ait Grat. in dec. Marchiæ 7. num. 1.*

531 Amplia 43 quòd etiam debeantur alimenta Prædicatori ab incolis illius loci, vbi prædicat, *ut ait Gerard. Maynard. in sua dec. 34. part. 1. parlament. Tholos. Surd. de aliment. tit. 1. q 59. n. 1.* & *Marta in compil. dec. tom. 1. in verb. Alimenta cap. 77.*

532 Amplia 44. quòd alimenta præstari debent filiç vnius ex sociis omnium bonorũ, cui propterea ex necessitate, aut dos siue alimenta sunt præstãda, quod. n. procedit, siuè simus in expræssa, siuè in tacita societate, & hanc opinonem dicit esse veriorem *Gratian. in sua decis. 127. n. 8. in addit.*

Secus autem, quando ageretur de ea redotanda, quia ad id socius cogi non potest, quicquid sit in eo, qui necessariò reddotare tenetur, *veluti dixi sup. n. 328* & *ut ait idem Grat. lib. 4. discept. cap. 689. num. 30 & 32.*

533 Amplia 45. quòd huiusmodi alimenta in tantum sunt fauorabilia, vt propterea, ex eorum legato falcidia non detrahatur, etiamsi dodrantem excedat; dummodo tamen non simus in legato pecuniæ ad alimenta, quia tunc illud falcidiç subiaceret, *ut dicunt Surd. & alii allig. à Grat. in sua decis. Marchiæ 48. in addit. num. 2. & 3.*

534 Sed huiusmodi occasione bonum erit scire, quòd quando erit legata pecunia

nia ad alimenta, tunc licet ea intelligatur quoad proprietatem relicta, tamē ad honestum lucrum erit ponenda, ex quo legatarius ex eo ali possit, siue penes hęredem stare debet, ad hoc, vt ex ea creditum soluat ad effectum prædictum, vt ait idem *Gratian. in dec. 194. in addition. num. 3.*

535 Amplia 46. quòd pro alimentis actio personalis detur contra tertium. *Guidop. dec. 576* vbi subiungit idem procedere, etiam in pensionibus annuersariis, decimis, & tributis publicis, & de stilo illius parlamenti testatur idem *Guidop sp in dec. 42.* & in terminis pensionis, ait *Rota in Camen. pensionis 22. Maii 1606. coram Card. Marcomontio, Caputaq in sua decis. 13. part. 1. & decis. 302. part. 2.* & *Gratian. lib. 3. disceptation. cap. 423. num. 38.*

536 Amplia 47. quòd super dictis alimentis compensatio non admittatur, *vt ait Polidor. Rip. in sua obseruat. 54. & Ricc. in sua collect. dec. 307. in fin. par. 1.* & *Gratian. lib. 4. disceptation. cap. 728. num. 36.*

537 Quod enim declara procedere in alimentis futuris, super quibus omnia operantur, priuilegia in huiusmodi materia operantur, non autem in præteritis; veluti in principio cõclusionis tam benè demonstratum fuit, & ita quoque ait *Thesaur. in sua dec 44.*

538 Declara secundò non procedere, quando Pater bona filii administrasset, & ex eis fructus recepisset, quia tunc alimenta per patrem filio præstita, essent cum dictis fructibus compensanda, vt ait *Gratian lib. 2. disceptation. cap. 252. num. 34.*

539 Amplia 48. quòd licèt alimenta sint difficilis probationis, nihilominus ad fauorem alere debentis, ex verisimili eorum præstatio probatur, vt fuit decisum in vna *Romana fructuum dotis Veneris 2. Aprilis 1606. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec. 250. n. 1. & 2.* & *Magon. dec. Lucen 9. n. 24*

540 Verisimilitudo autem pręstationis eorum, valdè deprehenditur, ex duobus, & primò ex impotentia se alendi, cum nemo ex aere ali pręsumatur, vt ait *Cassad. dec. vnic. n. 1. tit. de mut. per.* Secundo, ex altera pręsumptione quę in iure est, quòd scilicet alimēta semper ab eo censeatur præstita, qui illa præstare debebat, & huiusmodi coniecturę multum attenduntur in hac materia, secundum *tunc. Alex. & alios allegat. a Rota in dicta Romana fructuum coram Gregorio.*

541 Contrarium tñ, nempè quòd dubia probatio præstationem alimentorum nõ inducat, nec minus ea possit per domesticos probari, quando alii testes actu, vel habitu ibi interuenire potuerint. Licèt tñ secus esset, qñ famuli, siue domestici tēpore depositionis amplius non essēt in seruitio domini, pro quo deponere debent, quia tunc non repelluntur, & maximè, quando alii testes haberi non possent, cum potius quodlibet scandalũ tolerari debeat, quàm, quòd veritas occultetur ait *Rota per Burat. in sua dec. 349. num. 6.* sed si forsan fuisset à Domino eiectus, tunc contra eum non esset omnino idoneus *Bal in l. Lucius titius §. Lucius titius ff. de leg. 2.* & *Marsil. in l. 1. §. praeterea num. 12. ff. de quaest.* & *ita fuit quoque resolutum à Rota in Esina bonorum 11. Mart. 1583. coram Cardin. Blanchetto.*

Amplia, q̃ neque etiam in hac materia fidem facit scriptura priuata, ad fauorem scribentis, etiamsi esset tutoris vel Curatoris, & præsertim, quando de magnis impensis agitur, vt ait *Benintend. in sua dec. 43. Rot. Bonon. & Ludouic. in sua dec. 42. Rot. Lucen.*

542 Sed illud, quod fuit dictum de illa præsumptione Iuris, circa alimentorũ præstationē extēde adeò esse verũ, q̃ si verbi gratia essemus in seruitore, qui pro menstruo salario inseruiret alicui personę nob lissimę, & ditissimæ, & allegaret in huiusmodi seruitio scuta quingenta de proprio, pro alendo Domino impendisse, vtiquè ei credendum non esset cum id prorsus inuerisimile videatur, & præsertim, quando ille esset seruitor, qui plura officia in illius domo exercuisset, vt puta illud Magistri domus, Negotiorum gestoris, Expenditoris, bonorum custodis, & exactoris, quia tunc præsumeretur pecunias expensas fuisse Domini, non autem seruitoris, vt in istis terminis fuit decisum à *Rota in dec. 584. part. 1. nouiss. & Marta in compil.* decisum

decisionum tomo 1. *in verbo Alimenta capit.* 64.

543 Contrarium, quòd scilicet probatio præsumptiua iuuet, & sic, quod testes plenè probent, si (verbi gratia) deponant aliquem pluries ad vnam mensam comedere vidisse, scribit *Corn. in suo cons.* 110. *num.* 10. *lib* 1. *& ita quoq; fuit decisum in Rom executionis Mercur.* 23. *Ian.* 1630. *coram Mo***m***anno.*

Secus aūt, si deponerent de cohabitatione tm̄, quia tunc non probarent, nisi etiam deponerent de cōuictu continuo, ita vt neq; isto casu sufficeret; si illi dicerēt pluries vidisse commedere, quia illud aduerbium (pluries) de per se perfectè isto casu non disponit, quia potest, etiam verificari in modico, vel minimo indeterminato, *vt fuit dictum à Rot. per Burat. dec.* 294. *num.* 5. *&* 6.

544 Amplia quadragesimonono, quòd priuilegium alimentorum est tam fauorabile, quòd si fiat generalis reuocatio legatorum, illud alimentorum non includit, veluti eodem modo quoq; dicitur de inducijs alicui debitori cōcessis, quæ ad causam alimētorum non extendūtur, *vt ait Surd. in sua dec.* 213. *fere per tot.* & *Afflict. in dec.* 111. *num.* 10.

545 Extende eam in tantum procedere, quòd quando quis trāctaret de illis adimendis, tunc specifica expressio erit necessaria, quia in generali prouisione non veniunt comprehensa, *vt dicunt vltra cit. DD. alii alleg. à Grat. in lib.* 1. *discept. cap.* 177. *num.* 11.

546 Extende secundò idem procedere etiam in reductione legatorum, veluti si testator in codicillis ordinaret, quòd omnia legata ad tertiam partem reducebat, quia id non habet locum in alimentis, nisi in specie dicatur, *vt ait Cuman. cons.* 30. *num.* 4. *verf. vlt. Bart. in l. libertis,* §. *Posthumis, ff. de alim. et cib. legat. & in tract. de alim. col.* 2. *in fin. Aretin. in tract. de testament. vers. quid si testator.*

547 Extende tertiò procedere, etiamsi alia legata eidem legatario ademisset, quia illud alimentorum numquam adēptum censetur, ad *trad. per Castr. cons.* 31. *in princ. lib.* 2.

548 Extende quartò, quòd licet clausula in fine posita de sui natura ad omnia præcedentia referatur, neque nouam dispositionem inducat, *vt ait Rot. per Burat. dec.* 322. *num.* 3. *& fuit dictum alias sæpè à Rota, & signanter in Romana deuolutionis domus* 4. *Iunii* 1593. *coram Penia.* Id tamen cessat in legato alimentorum vti pio; quia isto casu, si ageretur de eo minuendo, tunc illa clausula eius naturā amittit, *vt ait text. Bar. in d. l. libertis,* §. *Posthumis & ibi gl. & in l. mela ff. eod. tit.*

Extēde hic obiter, q̄ dicta clausula in fine posita in pluribus alijs casibus non procedat, & primò, vbi diuersa ratio viget inter casus præcedentes, & illum, cui apponitur, secundò quando erga personas in diuersis capitulis expressas paritas affectionis non concurrit, tertio, quando ratio assignari possit, quare magis ad vnū quā ad alium casum referatur, quarto, qn̄ expræssa, siue præsumpta mens disponētis repugnaret, quintò, qn̄ cōmodè ad omnia referri non pōt. vt fuit deductū à *Rot. per Burat. in d. dec.* 322. *per tot. & in Bonon. fideicom. de Volta* 8. *Mart.* 1607. *coram Merlino, & ibi plures alias dec. alleg.*

549 Amplia quinquagesimò, quòd ob fauorem alimentorum præscriptio ex spacio trium annorum inducitur, etiam si legatum, & testamētū sit nullum, *ex t. est in l.* 1 *C. de fideic. Bar. in q.* 7 *incip. mulier habēs, vers. solutio col. pen. in fi. & vers. nec obstat. & alii DD. alleg. à Grat. lib.* 3. *discep. c.* 208 *n.* 13. Sed nota tamen, quòd eorum præstatio per coniecturas, & leues probationes probatur, *Burat. dec.* 159. *n.* 6.

550 Extende primò, quòd licèt legatum illud alimentorum esset nullum, tamen hæres potest officio Iudicis cōpelli ad illud præstandū, *vt ait Cuman. in cons.* 30. *nu.* 1. *vers. ad hoc etiam, vbi plures alleg.*

551 Subextēde, q̄ immò dictus hæres possit intra tēpus ad conficiendum inuētarium pro alimentis conueniri, quod tamen intellige verum de futuris, non autem de præteritis, *ad trad. per Thesaur. in sua dec.* 44. *& Iaffred. in dec.* 29. *alleg. à Riccio in sua collect.* 548.

552 Extende secundò id fieri posse ad fauorem cuiuslibet personæ, quæ etsi aliàs incapax legati esset, tamen dicti legati alimentorum erit capax, & propterea in quacumq; prohibitione, quod legari nō possit, nunquā illud alimentorū exclusū cēsetur, veluti pari modo, si persona prohiberetur acquirere, quia nō prohibetur alimen-

alimẽta in loco prohibito recipere, quia generalis exclusio nunquam prouisionẽ alimentorum compræhendit, *vt ait Zabarell. in suo cons. 66. num. 28. & in fin. Cuman. d. cons. 30. circa princ. vers. in contrarium Bart. in d. l. mela ff. de alim. & cib. leg. & Grat. lib. 2. discept. c. 236. n. 51.*

553 Amplia quinquagesimo primò, quòd alimentorum præstationem important illa verba, veluti, si quis diceret (Io prometto di tenere in casa Herculano, & trattarlo da gentil'huomo) quia illud satis dicitur expressum, quod virtualitèr, & in consequentiam expressi venit, *vt est text. in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 3. num. 35. & cons. 44. num. 4. lib. 1. & fuit dictum à Rota in Romana redditionis Ven. 21. Febr. 1603. coram Litta, & in eadem corã eodem Luna 5. Iul. 1604.*

554 Extende primò idẽ procedere, si qs promitteret voum prouidere, quia illud verbum (prouidere) alimenta importat *iuxta text. in cap. cum secundum*, ibi vel successores eorum prouideri volumus, tamdiu vitę necessaria congruè subministrantes, & ibi per *gloss. in verbo successores, vbi Hostiens. & alii DD. de præbend. & ita fuit dictum à Rota in Rom. alimentor. Luna 13. Mart. 1600. cor. Card. Pamph.*

555 Declara tu tamen id esse verũ, quãdo illud verbum (prouidere) à testatore fuisset prolatum, qui aliquo iure ad alimenta teneretur; aliàs si nullũ ius alendi ipsi testatori competeret, tunc illud verbum (prouidere) sine expressione alicuius speciei, ad alimenta non extenderetur, sed potius protectiooem, ac illius commendationem importaret, vt distinguit *Rot. ubi sup. coram Card. Pamphilio.*

556 Quod enim amplia procedere, etiãsi essent adiecta illa verba (prout ei visum fuerit) quia nihilominus, cum ea (vt superius dixi;) fuerint ab vno prolata, qui nullam alendi necessitatem habebat, tũc dicta verba cõmendationem importãt; licèt alio casu illa verba, prout ei visum fuerit) importarent arbitriũ boni viri, qui eti posset, isto casu disponere solùm, circa modum prestandi alimenta; non autem circa substantiã legati, vt ait *Rota ibi coram Card. Pamphilio, quæ est apud. Marches. de commiss par. 1. fol. 1174.*

557 Extende præterea illud prædictũ genus voluntariæ oblationis alimentorum, adeò esse efficax, quòd si alendus ad pinguiorem fortunam deuenerit, & sic ei diuitiæ superueniant; nihilominus dicta alimentorum præstatio sustinebitur, nec per superuenieotiam melioris fortunæ euanescit; licèt tamen secus esset, si alimenta officio Iudicis, vel legis dispositione deberentur: quia tunc ea solùm debita censentur, quatenus quis egeat, & non aliàs, vt fuit decisum à *Rot. in d. Rom. redditionis rationis Ven. 21. Febr. 1603. & Luna 1. Iul. 1604. coram Litta.*

558 Amplia quinquagesimo secundò, quòd appellatione alimentorum veniunt cibaria, vestitus habitatio, & lectus, vt est *Text. in l. legatis ff. de alim. legat. & in l. 1. & 2. ff. de cib. & aliment. legat. Grat. lib. 4. discept. cap. 610. num. 2. & 3. & fuit dictum à Rota in vna Calaguritana alimentorum 7. Nouembr. 1594. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 1091. num. 4. & ita fuit quoq. decisum in Rom. alimentor. Luna 22. Maii 1628 coram Durano.*

Et id, quòd fuit dictũ de habitatione procedit, et si testator eã ex accidẽti in vita sua non dedisset, & ratio optima ea est; quia in his, quæ habent tractum successiuum in futurũ non præscribuntur, nisi solùm pro præterito, vt dixi in *concl. 113. num. 36. & Rot. per Buratt. dec. 297. n. 3.*

Et propterea ex prædicta declaratione inferri potest, quòd si pluribus fuerunt legata alimenta in eadem oratione, tunc pariformiter ea illis debentur, etiam si testator, dum viuebat, difformiter eadem præstasset, quod tamen intellige verum, si testator habuit relationem ad personas, at secus, si ad quantitatem, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in d. dec. 297. num. 7. & 8*

559 Extende primò, quòd etiam, sub eorum nomine veniant medicinæ ad necessariam corporis curam, & ratio est, quia corpus humanum aliquando infirmatur, licèt *Bald. contrarium teneat in l. si cum dotem §. sin autem ff solut. matrim.* qui tamen ab omnibus reprobatur, vt testatur *Dec. in l. de alim. n. 3. C. de transac.* & ratio potissima ea est, quia sine medicina corpus languens sanari nõ potest, *Alex. in d. l. si cum dotem, §. cum autem ff. solut. matrim. Crass. in §. legatum quæst.*

quæst. 29. per tot. de success. Franch. dec. 283. & Rot. in 4 Rom. Alimentorum coram Durano.

560 Extende secundò, quòd venit etiam equus, quando alendus non potest ire pedester, cum in huiusmodi alimentorum præstatione debeat haberi ratio de qualitate, & dignitate, nec non de dubio euentu infirmitatis, *Marsil. in repet. rubr. de prob. n. 15. & Franch. in d. dec. 283. n. 21.*

561 Extende tertiò, quòd sub eorum nomine veniunt, quoque sumptus in studio, & omnia ad studentis victum necessaria, *vt ait Card. Mantica dec. 335. num. 1. Ioachim Mising. dec. 12. parte 3. & Marta in compilat. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 52.*

562 Contrarium, quòd scilicet expensę studii legalis non veniant, sed illæ tantũ studij Grammaticalis, ait *Angel. Aret. in suo test. vers. Item reliquisti Titia mulieri Socin. cons. 161. vers. postremo lib. 2. & Iason. in l. cum is §. qui transigit in fin. ff. de transact.* Item quòd expensæ librorum, & similium non veniant in legato victus, & alimentorum, *ait Abb. cons. 63. col. 2. num. 2. lib. 2. vbi allegat Feder. de Sen. cons. 12.*

563 Declara tamen, quòd si alimenta debentur iure sanguinis, tunc pro disciplina alendi salarium, quoad magistrum, & similia debentur; secus verò si ea dietim debentur alicui extraneo, quia tunc solus cibus debetur, & non ea omnia, sine quibus commodè viuere non possumus, *Bart. in tract. de aliment. in princip. & Rota ibi supra.*

564 Subdeclara primò, quòd appellatione alimentorum veniunt cibaria, habitatio, vestitus, medicinæ, salarium medici, nisi tamen essent magnæ impensæ, circa medicinas, quia tunc illæ non deberentur, *vt ait Bart. in l. si alimentis, & Aretin. in suo testam. vers. Item reliquit.*

Extẽde quòd veniũt, & ligna, carbones, oleũ, candelæ, & similia, quæ humano victui, ac honorato sunt necessaria, vt fuit resolutum à *Rota in Romana executionis Merc. 23. Ianuar. 1630. coram Merlino.*

565 Subdeclara secundò prædicta procedere, quòd scilicet alimentorum appellatione veniant prædicta, quando sumus in materia fauorabili, vt est in legato; at secus si in odiosa obligatione, vt dicunt *Bolognett. in addit. ad cons. Ann. 37. num. 7. Abb. cons. 63. lib. 2. Roman. cons. 440. latè ait Dec. in l. de alimentis col. 1. C. de transact. Corn. cons. 286. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 178. nu. 7. lib. 6. Roland. cons. 22. num. 1. lib. 2. Socin. cons. 161. col. fin. lib. 1. & Iason in l. cum antiquitas nu. 7. C. de testam.*

Rursus declara prædicta procedere, quando essemus in personis honestis, & nobilibus, & alere debens esset diues; secus autem, veluti si essemus in personis uilissimæ conditionis, & in præstatione cibi non parati, quia tunc intraret dispositio; *Text. in l. Attalus ff. de alim. legat.* vbi habetur, quòd cibarijs legatis, præter cibum, aliud non deberi, veluti ita distinguendo fuit resolutum à *Rota in dicta Romana executionis coram Merlino.*

566 Extende quartò, quòd etiam alimenta pro famulo veniant, sub eorum appellatione, attenta tamen personarum qualitate, cum non sit conueniens, quòd vir, siue mulier nobilis vadat ad publicas plateas, pro emendis victualibus, & quòd tales de cibis, sibi ipsis in coquina prouiderent, *vt fuit decisum à Rota in Romana alimentorum Mercur. 21. April. 1619. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marcb. s. de Comm. par. 1. fol. 1185. num. 2. & Grat. lib. 4. discept. cap. 613. nu. 16. & 17.*

567 Extende quintò, quòd denique appellatione alimentorum omnia veniant, sine quibus, quis commodè viuere non potest, vt dicunt *DD. in d. l. legatis ff. de aliment. legat. Rimin. Iun. cons. 131. in hac materia viden. & ibi latè, & Franc. Marc. in dec. 154. num. 7. par. 2.*

Et quòd denique illorum appellatione ea omnia quoq. cõprehẽdãtur, quæ ad illorum preparationem, & naturale condimentum sunt necessaria, ita vt ea comedi possint, dicunt *Bart. Bald. Dec. & Surd. alleg. à Rot. in d. Rom executionis Merc. 23. Ian. 1630. coram Merlino.*

568 Extende sextò, quòd quando alimenta dantur pro vita, & militia semper sunt opulentiora, & fauorabiliora legitima, quia ea non dantur ad mensuram legitimæ, neque ad valorem Patrimonij, sed benè ad ratam fructuum, & iuxta personę conditionem, vt ait

cet, quòd ille fuit semper communiter habitus, tractatus, & reputatus tamquam filius legitimus, & naturalis talis, cuius descendentia esset necessario probanda: & quòd de prædictis esset publica vox, & fama, & ita docet *textus in l. filium, ff de his qui sui vel alien. iur.* Rota *per Card. Caualerium dec.* 128. *num.* 2 & *per Gregorium decis.* 78. *num.* 2. qui loquitur de fide baptismi, & de probatione facta prædicto modo, fuit decisum in *Parmen. nullitatis ordinum* 19. *Iun.* 1628 *& in* . . . . . *coram Ghislerio*, & ibi fuit dictum, quòd ad probationē huiusmodi descendentiæ valde confert, & iuuat successio in bonis patris, siue alterius ascendentis, vt in simili fuit superius dictum de possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandata fundatoris alicuius Ecclesiæ, siue Altaris, vt ait *Gratian. dicto cap.* 552 *num.* 31. *& ita fuit dictum in illa Parmen. Nullitatis Ordinum coram Ghislerio, & Burattus decis.* 147. & *decis.* 155. *num.* 1. *& sequen.*

Extende eodem modo probari descendentiā ad effectum præsentandi in iure patronatus, si doceretur de aliqua præsentatione, quæ fuerit suum effectum sortita, & quòd præsentans esset eiusdem cognominis, & iuspatronatus esset antiquum, *vt ait Rota per Burattum decis* 539. *num.* 4. & *in Romana fideicommissi de Crucciariis* 14 *Ianuarii* 1628. *coram* Durano, & *prius in Bononien. pecuniaria de Maluetiis* 15. *Decembris* 1617. *coram Manzanedo*, & *in Barchinonen. tertii beneficii sanctæ Teclæ* 17. *Ianuar.* 1623. *& in* Segobien. Cappel*laniæ* 28. *Februar.* 1625. *coram* Vbaldo, & *per* Card.*nalem Caualerium decis.* 575 *n.* 7. *& per Cardinalem Seraphinum dec.* 1219. *num.* 1. & *dec.* 1265. *in fine*, *& per Coccinum dec.* 250. *num.* 4. & *aliàs sæpè*, & vide in hac materia in Conclus. 72. *num.* 33. & Conclus. 78. *num.* 60. & *sequentib.*

454 Extende rursus, quòd pro descendentia sufficiat quasi possessio alicuius iuris, quod non possit conuenire alteri, quàm descēdenti: & licèt non semper sufficiat hęc, quasi possessio, pro decidendo negotio principali, nisi probaretur aliud antecedens ipsum possessorium coadiuuans, & iuris præsumptio illud approbans; tamē sufficit in iudicio alimentorū, pro summaria illa cognitione, veluti pro illis obtinēdis possessio alicuius status personæ, *vt ait Rota per Veral. dec.* 150. *p.* 2. *& nouiss. Loter. de re ecclesiast. q.* 5. *lib.* 2. *n.* 4. & *seq.*

455 Declara septimò, ampliationem prædictam esse veram, dummodò per alendum fuerit iustificata, reddituum superfluentia in Ecclesia, necnō inopia, ex parte patroni alimenta petentis. *Rota dec.* 454. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & *Loter. ibi supra num.* 18. & 19.

456 Declara octauò, non procedere, qñ patronus posset sibi victum, ex propria industria quærere, *vt ait Rota dec.* 594. *num.* 2 *par.* 4. *in recentior.* & *Loterius ibi supra num.* 36.

457 Subdeclara tamen, id non esse verum, quando industria non posset per eum, ob aliquod impedimentum corporale, & absque illius dedecore exerceri, licèt in hoc, veluti etiam in alimentorū taxatione, Iudicis arbitrio, cōsiderata alendorum dignitate, sit tribuendum, vt dicunt Doctores allegati à *Loterio ibi supra num.* 36. *cum seqq.* vbi distinguit genera hominum, scilicet nobilium, & ignobilium, quod per te videre poteris.

458 Amplia trigesimoquartò, quòd etiā vassallus teneatur præstare alimenta Domino, & circa illa eum benè tractare, qñ esset pauper: Quinimmò illum etiam redimere ab hostibus, & cum carceratum adiuuare tenetur: dummodò tamen propria culpa in necessitate, & carceribus non se constituisset, *vt ait Vrsil. ad Affl. dec.* 265. *num.* 108.

459 Fallit tamen in Domino respectu serui, cui alimenta præstare non tenetur, neque illius expensis famulum grauiter infirmantem curare cogitur: quod tamen declara verum in foro fori: at secus in foro conscientiæ: quia tunc Dominus ad id, sub mortali peccato tenetur, dum famulus non habet, vndè sibi subuenire possit, & nisi ibi, vel in loco proximo hospitale adsit, ad quod remitti possit, & ita regulariter solent facere religiosi, & nobiles viri, qui opera charitatis exercēt, quemadmodū inter cæteros ego vidi Romę seruari ab Eminentissimo D. Card. Ginnasio Patrono meo Colēdissimo

ſimo, & à me numquàm ſatis honorando, qui (vltra ſingulares, & incomparabiles illius virtutes, necnon ingenria, ac ferè diuina opera, quæ potiſſimum in erigendo Templa, Monaſteria, & Seminaria, necnon Cappellanias, ac Puellarũ maritaggia perpetuò duratura, tàm pio, ac liberali animo geſſit) illud quoq. opus charitatis mirificè, erga ſuos famulos quoquo modo indigenres in dies exercer. Imò, & quòd denique in eo mirabile fuit, illud eſt, quòd dum ingenti, ac ſuprema incolumirate fruebatur, omnes Eccleſiæ redditus, quos habebat à ſe abdicauit, & illos in vtilitatem ſuorũ familiarium erogauit: quod enim difficulter in alijs, etiam in actu moriendi videri ſolet, quæ quidem facient illum in Cælo regnare, veluti hodie viuit glorioſus in terra: & præcipuè, ob ea, quæ tàm egregiè ſcripſit in explanatione Pſalmorum, & ſuper Scriptura ſancta, in quibus apparet eum, potius doctrina diuinitus tradita, quàm illius labore comparata inſtructum fuiſſe: & de prædictis alimentis per dominum famulo ęgrotanti debitis, faciunt ea, quæ air *Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, in verbo Alimenta, different.* 8. vbi refert inter Regulares ſeruari, vt faciant famulum poſt illius valetudinem, tempus geminatũ ſupplere, vnde ſi ægrotauit per menſem, finito anno, cogunt eum per alios duos gratis inſeruire: & ſic vnum pro quo fuit impeditus, & alterum pro expenſis in illius infirmitate factis, & hoc modo charitati ſatisſfit, tribuendo neceſſaria infirmo, & Dominus quoque recuperat id, quod pro eo in infirmitate impendit: ſed eo rempore Dominus illi ſalarium ſoluere non tenetur: licèt melius faceret, ſi ei illud quoque ſolueret: quia non de ſolo pane viuir homo, & præſertim, quando infirmitas fuit modico tempore, vel quando non famulus, ſed Dominus cauſam infirmitati dedir, *vt ait Cappell. Tholoſ in ſua deciſ.* 360. *& ibi etiam Addent. & prius deciſione* 269. *num.* 1.

460 Amplia trigeſimoquintò, ꝙ alimenta debeantur per creditorem debitori carcerato pauperi: quãdo tamen nil habeat, vndè alere ſe poſſit, *vt ait gloſſ. in l. fin. verſ. Agnoſcere, C. de eroz. mil. an. lib.* 11. *Bald. in tract. carcerum, Afflict. dec.* 71. & *Rota in Bononien. cenſus Veneris* 20. *Februar.* 1609. *coram Card. Marcomontio, quæ eſt in* 1. *par. recentior. deciſ.* 177. *num.* 4. & *Raynerius de Forolıuio in l. Iudices, C. de Epiſcopali audien. Guidop. dec.* 11. & *Farinac. in prima parte prax. crimin. quæſt.* 25.

461 Extende id, in tantum eſſe verum, quòd ſi non alatur, d. debitor eſt à carceribus relaxandus, *Bart. in l ſanctus*, & *ibi Alex. in addit. ff. de rer. diuiſ. Cordub. in l. ſi quis, §. ſolent. num.* 37. *ff. de alen. vel agnoſcen. liber. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 71. *nu* 3. & 4. vbi de communi, & in hoc vide *Card. Tuſch. in littera C. concluſ.* 90. *per tot.*

462 Extende ſecundò, quòd ſi etiã ſint pauperes carcerati in cauſa criminali, tunc à Charitate, ſiue à Curia ſunt alendi, *vt ait Afflict. in d. dec.* 71. & *Marta in ſua compilat. dec. tom.* 1. *in verbo Alimenta cap.* 46. & 47. & *Ricc. in collectan. dec.* 1115. *par.* 4.

463 Extende tertiò, quòd etiam accuſato ſuper aliquibus bonis, inrerim pendẽte lire alimenta debenrur, *vt ait Rota deciſ.* 1. *de accuſat. in antiq. & Marta ibi ſupra cap.* 48. & *Magon. dec.* 115.

464 Fallit tamen, quando ab aliquo eleemoſynis eſſer aiitus carceratus: quia tũc creditor non cogirur eidem alimenra præſtare, *vt ait Marta ibidem*, & *Gammà dec.* 261. *Regni Luſitan.*

465 Extende 4. obiter, ꝙ etiã hęredes occiſi, teneantur ſoluere expenſas factas ꝓ prætenſos occiſores carceratos, quando tamen ipſi hæredes fuerunt auctores in inquirendo, accuſando, & proceſsũ fabricãdo, *vt ait Boer. dec.* 303. *cũ ibi alleg.*

466 Extende quintò, quòd ad fauorem carcerati, neq. commenſarienſis pro expenſis, & ſalario cuſtodiæ, poteſt retinere carceratum à Iudice relaxatum: ſed bene poteſt contra eum poſtea agere, pro conſecutione ſui crediti, veluti ita reſtatur practicari *Papon. lib.* 24. *tit.* 4. *arreſt.* 1. *Guidop. dec.* 448.

467 Contrarium de conſuetudine ſeruari teſtatur idem *Guidop. ibi ſup. num.* 2. vbi concludit, ꝙ carceratus poſſit retineri pro alimentis, & ſalario carcerũ: idẽq.

tenet *Surdus de aliment. dicta quaestione 71. num. 5. & 6. & Card. Tuschus dicta conclus. 90.*

468 Extende sextò, quòd alimenta debeantur, etiam Iudaeo, ad instantiam Christiani carcerato, *vt ait Gratian. in 5. lib. discept. forens. cap. 842. num. 29.* Et veluti quoq. fuit decisum in *Romana alimentorum* Luna 11 Ianuar. 1621 corā *Manzanedo.* Et ratio est: quia veluti Iudaei vtuntur iure communi, & secundum ius Romanorum ciuile iudicantur: idcircò dispositum ab hoc iure de Christianis, etiam in Iudaeis dispositum cēsetur, cum ea iura sint inter Iudaeos, & Christianos communia, vltra quod sancta mater Ecclesia eos tollerat ad euitanda maiora mala: nēpè furta, & rapinas, quae facile fierēt, si illi nō adessent, q. indigēti bus mutuarent, & ob id non dicuntur personae odiosae: & propterea hinc fit, quòd est prohibitum illis contumelias, & iniurias fieri, vltra quod cum aequalitas in iudicijs sit seruanda: & sic veluti Christianus carceratus posset à Iudaeo creditore alimenta, ob illius paupertatem praetendere, ita, & è conuerso, Iudaeus à Christiano, & praecipuè cū illi quoq. dicantur de Populo, & corpore Ciuitatis, & ppea videmus ēt q il li statutis, siue cōsuetudinibus Ciuitatū gaudere debent & praesertim in hac materia alimentorum, tàm Iudaeis, quàm Christianis proportionabili, vt de his omnibus testantur *Alexander cons. 75. per totum lib. 5. & cons. 99 lib. 9. Felin. in cap. 2. de Iudaeis, Henric. Boich. in cap. gaudemus, de diuort. Corn. cons. 180. lib. 2 Becc cons. 84. Rolan. cons. 35. lib. 2. cons. 620. Surd. cons 622. & dec. 133. Rimin. Iun. cons. 653. Card. Mantica de Tacitis lib. 21. tit. 8. Marquard. de Iudaeis par. 2. cap. 1. idem Riminald. Iun cons. 275. Surdus de aliment. tit. 2. quaest. 15. omnes allegati à Rota ibi supra coram Manzanedo.* Vbi tamen declarat, praedicta ad fauorem Iudaeorum procedere, in temporalibus: at secus in spiritualibus, & in his, quae fauorem animae respiciunt: quia tunc illis in nihilo venit succurrendum, vt firmant *Alexander dicto consil. 99. lib. 6. & cons. 13. lib 7. Natta d. cons. 620. num. 22. & Card. Mantic. de Tacit. lib. 18. tit. 2. num. 38.*

Rursus declara prędicta, respectu alimētorum Iudaeis, per creditorē Christianū debitorum, solùm procedere, quando illa petuntur à Iudicibus, ex dispositione iuris communis: quia tunc ea benè praestanda veniunt: at secus, si peterentur per viam Visitae Carcerum: quia tunc eis illa minimè debentur. Et ratio est: quia, cum facultates Visitatorum carcerū, sint ad christicolas tm̄ restrictae, & sic ad solum fauorem Christianorum concessae, ergo non sunt ad Hebraeos extendendae, vt fuit decisum *à Rota in dicta Romana alimentorum coram Manzanedo.*

469 Amplia trigesimo sextò, quòd alimenta, ob eorum fauorem, non veniūt in confiscatione bonorum: & propterea illa debētur postea restituto ad grām *vt ait Magon. decis. Lucen. 84. num. 19. & Rota in Vrbeuetana alimentorum Veneris 17. Februar. 1606. coram Card. Pamphilio, quae est in par. 1. recentior. decis. 107. num. 4.*

470 Contrarium tamen esset, quòad vsumfructum, qui debetur condemnato capitaliter: quia ille cessat, & finitur in confiscatione bonorum, condemnatione sequuta, vt fuit conclusum à *Rota in dicta decisione 107. in prima parte recentiorum.*

471 Extende prędictam ampliationem in tantum valere, quòd nec etiam capitis diminutione, legatum alimentorum perdatur, vt ait *Cuman. cons. 30. num. 2. versiculo Ad hoc etiam facit, & Angel. consil. 357. num. 7. & 8. cum alijs ibi per eum alleg.*

472 Vndè ad id nota differentiā inter legatum vsusfructus, & illud alimentorū: nam vsusfructus est genus: Alimenta verò species dicuntur, & propterea plus continet illud vsusfructus, quàm alterum alimentorum, cum genus praedicetur de pluribus differentibus specie, in hoc vide *Bald. cons 408. circa finem, vers. Item non obstat, & in cons. 221. num. 2. lib. 4.* Licèt *Angel. dicto cons. 357. num. octauo.* dicat, quòd illae species sunt separatae.

473 Extende primò, id in tantum esse esse verum, quòd ius accrescendi non habet

habet locum in alimentis, sicut in vsufructu, vt ait idem *Angel. dicto consil. 357. nu 7 in fin.*

474 Subextende secundò, quòd alimenta de manu hæredis sunt recipienda; vsusfructus verò propria auctoritate percipitur, idem *Angel. dicto consilio 537. num. 8*

475 Amplia 37 quòd alimenta debeantur tutori, vel curatori, ex officio Iudicis, quando tutor, vel curator esset persona pauper, siue ipsis salarium debebitur, prout magis Iudici placuerit, cum quis proprijs sumptibus laborare non debeat, quia (vt dici solet) boui triturãti nõ est os claudendũ, vt dicũt multi *DD. alleg. in vna Romana redditionis Veneris 21. Februar. 1603. coram Litta, & in alia Romana fructuum dotis Veneris 2. Apr. 1606 coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 250. num 5. & ita vltimo loco fuit decisum in Romana redditionis rationis 25 Februarij 1630. coram Mottmanno.*

476 Extende idem procedere, & è conuerso: nempè, quòd tutor etiam teneatur prçstare alimenta pupillo, si litigare contingat, super ratione reddenda suæ administrationis, dum lis durat, quod tamen intellige verum, quando constaret tutorem penes se bona pupilli habuisse; aliàs secus, sed in dubio præsumitur eum de bonis pupilli nõ habere, *vt ait Afflict. decis 10. num. 7. & 8.*

477 Et in casu, vbi tutor debet pupillo alimenta prçstare, si ea denegat, & postquam fuit citatus non comparet, neque sui copiam facit, tunc potest allegari suspectus, vt ait *Rota decis. 468. num. 1. in 2. part. recent.*

478 Limita tñ primò pdicta non procedere, si tutori, vel curatori diuitiæ super uenirent, quia tunc, neque alimenta, nec salarium amplius eis debentur, & ratio est, quia alimenta, quę Iudicis officio debentur, eatenus durãt, quatenus vnus egeat, & non aliàs, *vt ait Thesaur. in dec. 211. & Surd. & alij allegati à Rota ibi coram Litta.*

479 Licèt secus esset, si de nouo necessitas superueniret, quia tunc illud onus alendi, siue à testatore sit relictum, siue ex Iudicis officio sit debitum, reuiuiscit, *vt a.: Gratian. lib. 2. discept. cap. 237. nu. 5.*

480 Quòd enim sublimita non procedere, vbi alimenta in vim pacti deberentur, quia tunc etiam superuenientibus diuitijs, ea tamen non cessant, vt ait *Rota eadem coram Litta in dicta Romana red. rationis 1603.*

481 Limita secundò prædictam ampliationem non procedere, finita tutela, vel cura, quia tunc intrat regula illa, vt. l. boui non trituranti os claudi debeat, & iuxta illud vulgare dictum, quòd scilicet qui non laborat non manducat, veluti nec etiã dicta ampliatio procederet, si super redditione rationis litigaretur, cũ nemo teneatur contra se litiganti alimenta subministrare, & sic contra se arma producere, & patrem aduersam adiuuare, ꝗ enim nimis graue esset: Aliàs si contrarium fieret, & postea pupillus contrariã sentẽtiã haberet, tunc meritò dicere posset: Heu patior telis, vulnera facta meis, & pro huiusmodi opinione facit *decisio Rotæ in causa Bononien. redditionis computorum Veneris 4. Iul. 1608. coram Penia.*

482 Limita tertiò, quòd neque alimẽta debentur procuratori, ac negotiorum gestori per dominum, *vt ait Guidop. dec. 68. quem sequitur Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 61. num. 7. & Rota in Romana rationis Bancariæ Veneris 14. Maij 1599. coram Orano quæ est apud Marches. de commiss. tom 1 fol. 1388. n. 1.*

483 Extende, quòd neque ea procuratori ac negotiorum gestori debeantur etiamsi à parte essent conuenta, vt ait *Rota ibi poenes Marches.*

484 Fallit tñ, quoad expensas; quia illas procurator ac negotiorum gestor, repetere potest, vt ait *Guidop. dicta decis. 68. num. 5*

485 Declara tñ id, ꝗ fuit dictũ de alimentis quæ procuratori, etiam conuenta non debẽtur, pcederet etiam in illis, quę lite pendente præstita fuere, quia etsi cum cautione fuerint præstita; nihilominus restitui non debent, licèt in lite super alimentis alitus succumbat; quod tamen secus esset, si essemus in illis, quę per sententiam pręstita fuere, quia ea in casu reuocationis dictæ sententię restituenda forent; Immò pro illis erit cautio danda, de restituẽdo in casu retractationis, vt pulchrè distinguit *Franch. in dec. 336. & dec.*

& dec. 614. in 4. part. conf. Neap.

Item declara alimenta tutori agenti personali non deberi, vt reddat rationes: at secus si reali ageretur, idest pro recuperatione bonorum à reo possessorum, *vt fuit dictum in Nepesina tutelæ Mercur. 27. Nouemb. 1619. coram Cardin. Verospio.*

486 Amplia 38. quòd Monasterium teneatur præstare alimēta Abbati, super eius electione litiganti, & ratio est, quia inter Monasterium, & Abbatem spirituale matrimonium contractum censetur, & sic vti maritus onera sui Matrimonii sustinere debet, etiamsi alius eius nomine Monasterium accuset, aliàs si ei alimenta negaret, esset velle eum necare atque eidem deffensionem tollere, *vt ait* Rota *per Bellamer. decis.* 88. *& per Put. decis.* 264. *lib.* 1. & *Marta in sua compilat. decis. tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 43.

Licèt sit quoque verum, quòd Monachus professus in Monasterio potest prosequi eam causam nullitatis electionis Abbatis, etiam non docto de aliquo Iure suo, *vt ait Rota per Card. Seraph. in dec.* 631. *num.* 1.

487 Extende primò idem procedere in Monacho professo, qui alimenta habere debet in futurum, *vt ait Rota decis.* 10. *de iudic. in nouis.* & *Marta ibi supra in cap.* 41. & *Rota dec.* 454. *num.* 3. & 541. *num* 6 *par.* 2. *in recen* Sedin dubio præsumitur Monachum vixisse de alimentis sibi præstitis à Monasterio, *vt ait Rota ibidem in dec.* 458. *nu.* 7. *& penes Buratt. dec.* 7. *num.* 11.

Quinimò subextēde ea Monacho deberi etiamsi Abbatem accusasset, quia donec causa finiatur illi expensæ de rebus Monasterii veniunt subministrandæ, *vt dicunt Doctores allegati à Rota dict. dec.* 7. *Buratt.* & *ibi in addit. num.* 17. *& in dec.* 708. *num.* 7.

488 Et hic obiter nota, quòd alimenta non extinguuntur ob professionem, si alicui fuerint relicta, & id ad exemplum vsusfructus *Gratian. in* 5. *lib. discept. cap.* 815. *num.* 3.

489 Contrarium quidem esset, si de contraria mente testatoris apparere posset, quia tunc illi alimenta post emissam professionem non deberentur, sed nota, quòd mens contraria testatoris ad excludendum Monasterium, non potest haberi, nisi quando tractaretur de liberis propriis, quia tunc naturalis pietas suadet, quòd potius Pater consulat vtilitati filiorum, quàm illi Ecclesiæ, at secus, quando essemus in extraneo, *vt ait idem Gratian. dicto cap.* 815. *num.* 14. *& seq.*

490 Extende secundò idem procedere in Abbatissa, quando de eius electione disputatur, & quę iam à Monasterio fuit eiecta *vt ait Put. in decis.* 264. *lib.* 1.

491 Extende tertiò idem procedere in Monacho, & seculari electo: licèt discorditèr ad aliquod officium, cui si iudicialitèr admitti petat, tunc ei alimenta litis sunt decernenda, *vt ait Crescent. in dec.* 175. *alleg. à Ruc. in prac. loco.*

492 Extende quartò idem procedere in moniali litigante, quæ à principio fuerit Abbatissa alterius Monasterii et postea in alio electa à quo si inde fuerit eiecta, tūc illud Monasterium ei alimēta, & expensas subministrare debet, *vt ait Egid decis.* 88. *alleg. à Puteo in dicta dec.* 264. *num.* 1. *lib.* 1.

493 Contrarium tamen reperitur decisum à *Rota per eundem Put. in decis.* 202. *lib.* 1. vbi ait alimenta eiecto non deberi dum de eius eiectione disputatur.

494 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedat, quando Monachus erat in possessione Monachatus: secunda verò procedit in Monacho nondum professo, vt benè colligitur ex illa *decis.* 202. *Put. quem per te videre poteris.*

495 Rursus concordare poteris, quòd prima procedat, quando Monachus siue Monialis fuisset expulsa sine causa, quia tunc recuperaret, etiam omnia sua bona; secunda verò, quando cum causa, iuxta tradita per *Gratian. lib.* 3. *discept. cap.* 455. *num.* 6. Item concorda vt prima procedat, quando quæstio esset super statu: secunda verò, quando super bonis, *vt ait Bellam. dicta decis.* 88. *sub num.* 30.

496 Sed quòd Monachus litigans cum Abbate debeat habere alimenta, & sumptus litis, tàm in causa principali, quàm etiam in illa appellationis, *ait Afflict. decis.* 10. *num.* 2.

497 Contrarium tamen in materia expensa-

pensarum dicit idem Put. *in dicta decis.* 264. vbi ait quòd Abbas habere non debet expensas litis, quia suam causam agit & propterea illis gaudere non debet ex *dec. Bellam.* 88 *num.* 1. & 2. vbi ait iniustum esse aduersarium aduersario sumptus litis ministrare, & sic igitur Concorda, vt prima opinio procedat respectu alimentorum, quæ illi secundum Monasterium subministrare debet; secunda verò respectu expensarum, de quibus illud non tenetur, ex ea ratione, quia causam propriam suæ electionis persequebatur, *vt ait idem Put. dicta decis.* 264. *nu.* 1. & 2.

Licèt Contrarium, prædictis circa expensas, & alimenta non obstantibus, concludat idem *Bellam. in dicta dec.* 88. *sub num.* 3. sub ea ratione, quòd inter Abbatem, & Monasterium sit vnum speciale matrimonium, & propterea quemadmodum maritus tenetur alere vxorem, & onera Matrimonii sustinere, si aliquis eius nomine matrimonium accuset, ita Monasterium erga Abbatem, & Monachum, & præsertim, quando constaret eum fuisse verum Dominum, & possessorem, seu legitimum bonorum administratorem, & eis fuisse spoliatum; nec quæstio contra eum super bonis esset, sed solùm super statu, nec haberet vndè viuere posset nisi de prædictis bonis, quia tunc interim sunt sibi alimenta restituenda, ob iuris præsumptionem pro eo facientem, & ob spoliationem quæ ante causę discussionem iniusta præsumitur, aliàs tali modo alimenta negando, esset velle legitimam defensionem tollere, & spoliatoribus occasionem malignandi præbere, quòd non est sufferendum, *vt dicunt Doctores allegati à Bellam. in praalleg. decis.* 88. *sub num.* 3. & sic prædictæ opiniones ita concordandæ veniunt.

498 Declara tamen primò, quòd quando Monacho accusanti Monasterium sunt pręstanda alimenta, & expensę, tunc debet tantùm habere necessaria, sed moderatè, & non vltra, *vt ait Surd. de alimentat. tit.* 4. *q.* 23. *num,* 37. & 39. *cum aliis ibi per eum alleg.*

499 Extēde, q̃ qñ alimenta illi Monacho denegantur, tunc Monasterium priuatur omni eo, quod dictus Monachus acquisiuit, et Episcopus eo casu posset illum ad aliud Monasterium transferre, vt ait Gratian. *libr.* 3. *disceptation. cap.* 552. *num* 24.

500 Declara secundò, quòd in casu præstationis alimentorum, & expensarum, illa debeantur, iuxta qualitatem suæ personæ, & reddituum Monasterij, *vt refert* Rota *in dec.* 335. *in nouis. Vesta decis.* 17. *alleg. à Riccio in collect. decis.* 850. *in princ.*

501 Quòd tamen subdeclara verū retento eo themate, quādo scilicet, ille, cui alimenta, & sumptus litis debentur, sit in quasi possessione Monacharus, vt ait *Tanis. in decis.* 111. *&* Rota *decis.* 18. *&* 77. *alleg. à Riccio ibi supra,* & *Put. ibi supra in alleg. dec.* 202. *lib.* 1.

Animaduertendo tamen, quòd pro huiusmodi expensis non competit Monacho actio formalis contra suum Prelatum, sed solùm potest recurri per eum ad superiorem illius officium implorando, ad exemplum serui cōtra Dominum, *vt ait Gratian. decis.* 7. *in ad iit. num.* 1. & *lib.* 3. *disceptation. cap.* 435. *num.* 10. *& seq.*

502 Declara tñ primò procędere, qñ Monachus ex propria causa Abbatem accusaret, vt ait *Rota in decis.* 799. *allegat. à Riccio ibidem.*

503 Subdeclara secūdò, qñ Monachus esset ad dignitatē in alio Monasterio electus, quia tūc eidē spoliato alimenta litis nō debētur, *vt ait idem* Put. *in dec.* 2. *de expēs.* & *Rot. dec.* 2. *de re iud. in antiq* & *Ricc. ibid.* & de Abbate agēte pro spolio vide *Belamer. in sua dec.* 88. Item de Monialibus de spolio agentibus, ob denegatas solitas subuentiones *vide Thom. fastul. dec.* 18.

504 Declara tñ, q̃ in casu, in quo filius Monach⁹ esset è Monast. eiectus, & ab eo alimenta non habeat, tunc reuiuiscit illa naturalis obligatio Patris, *vt ait Castr. cons.* 76. *lib.* 1.

505 Extēde q̃ neq. alimēta p̃ professionem extinguuntur, ad exemplum vsusfructus *Grat lib.* 5. *discept. cap.* 815. *num.* 3.

506 Amplia 3⁹. quòd alimenta debeantur beneficiato ab Ordinario, donec ei prouideatur, quando admisit resignationem in suis manibus, ab eo factam, si ille non habet, vndè se alat, & sustinere

possit,

possit, *vt ait Cardin. Seraph. dec.* 1320. *num.* 4.

507 Extende idem procedere in eo, qui instigauit Clericum ad suscipiendos sacros ordines: quia in casu necessitatis ille tenetur dictum clericum alere; veluti etiā dicitur de Episcopo eū ordināte, *vt ait Quintil. Mandos. consil.* 13. & *Surd. de alim q.* 60. *num.* 14.

508 Extende secundo, quòd Episcopus potest cogere Canonicos, etiam minori parte eorum contradicente, vt quilibet singulis annis pauperi Clerico studenti in subsidium aliquid, pro eius alimentis conferat, vt fuit dictum à *Rota in vna Meliten. Canonicatus Luna 6. Martii* 1595. *coram Card. Mellino*, & præsertim si iu Vrbe Sacris litteris operam nauaret, quia huiusmodi causa vtilitatem publicam respicit, non solùm illius particularis Ecclesiæ, verùm etiam vniuersalis: dummodo tamen Clericus sit Originarius, *vt dicunt Abb. Felyn. Dec. Gigas*, & *alii alleg. à Rota ibi coram Mellino*.

509 Extende tertiò, quòd alimenta debeantur Clerico, etiam aliundè habenti, quando illa petat ex fructibus, & distributionibus ad eum spectantibus, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 1098. *num.* 8. & *est doctrina Bald. cons.* 344. *lib.* 5.

510 Extende quartò, quòd etiam deposito, & à beneficio suspenso, ob pœnam, propter crimen alimenta debentur; licèt secus sit in voluntario contumace, vt ait *Garz. in loco mox alleg. nu* 98.

511 Extende quintò, quòd ipsi Episcopo alimenta debentur, quando succedit in Episcopatu, sed fructus omnes per prę decessorem recollecti fuere, quia tunc illius heredes, eidem Episcopo alimenta subministrare tenētur, ex quo Episcopus de suo alere non tenetur, *vt ait Oldrad. in suo cons.* 249. *incipien. Quaritur vtrum vers. ad* 2. *nu.* 2.

512 Amplia 40. quòd etiam ex communicato debeantur alimenta, si periculum est, vt fame pereat, & eò magis, si communicutio esset nulla, quia tunc ea non ligat, *vt dicunt Couar. Nauar.* & *alii alleg. à Rota ibi supra coram Card. Seraph.* & *Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 16 *nu.* 3. vbi loquitur in vxore excommunicata, quę illa excōione, non obstante ab eius viro est alenda.

513 Contrarium, quòd scilicet excommunicato, etiamsi egeat alimenta non præstentur, immò id pcedit, et si ille officio Parrochi, & Canonici inseruiendo fungatur *ait Garz. de benef. in* 7. *part. cap.* 13. *num.* 98.

514 Quod tamen declara verum, quando ille excommunicatus fuerit legitimè fructibus priuatus, q a tunc alter deberet cum illius fructibus inseruire, idem *Garz. in pracit. loco*.

515 Amplia 41. quòd etiam alimenta de bonis sequestratis debeantur, si alito aliud pro suis alimentis non remaneat, quinimmò ea quoque debentur in casu, quando bona essent sequestrata, pro crimine, siue delicto in inuentario reperto, *vt ait Aluar. Vallasch. in sua decis.* 1. *Regn. Lusitan.* & *Marta compil. decis. tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 68. & *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 214. *nu.* 5.

516 Extende primò, quòd etiam sequestrum potest sperni, quando alendus nō habet aliunde, vndè viuere possit, *tex. est in l. fin.* §. 1. *vers. nam si tales C. de ordin. cogn. vbi Bald. in* 4. *notab.* & *Guidop. in sua dec.* 81. *in fin.*

517 Extende secūdò, id adeò esse verum vt propterea nedum alimenta, sed etiam sumptus litis, de dictis bonis debeantur, *vt ait Ricc. in sua collect. dec.* 1425. *in* 4. *pars.* vbi ait, id procedere, ne quis litem deserere cogatur.

518 Extende tertiò procedere, etiamsi esset lata sententia pro sequestrante, quia ea per appellationem suspenditur, & est idem, ac si lata nō fuisset, *vt ait Ric. in pracit loco*, & veluti dicam in verbo Appellatio.

519 Extende quarto idem procedere in bonis, ob delictum sequestratis, nam si interim delinquens non habeat, vndè alimenta recipiat; tunc ex fructibus rei sequestratæ venit alendus, vt superius dixi, & *vt ait Riccio ibi supra*.

520 Fallit tamen primo dicta ampliatio, quando bona essent parui momenti, *vt ait idem Ricc. in sua decis.* 13. *Curia Archiepiscopalis Neapolis in dicta collectan.* 1425.

521 Fallit secundo, quando detegere tur illa bona esse furtiua, quia tunc succedit illa regula, quod quis ex sua improbitate

tate ius consequi non debeat, nec minus doloso sit succurrendum beneficio Iuris, neque delictum eidem immunitatem præstare debet, *vt ait Rubin. in sua decis. 200. & Ricc. in dict. collect. 1425.*

522 Fallit tertiò, quādo verbi gratia mercator, cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliundè, quia solùm reus pendente iudicio de illis, in subsidium venit alendus, *vt ait idem Rubin in sua dec. 121. Alberic. in l. fin. § Quod si et C. de ordin. cog.* & *Ricc. in d. sua collect. 1425. par. 5.*

523 Fallit quartò, veluti si essemus in vno qui Maioratum vel Cappellæ administrationem, siuè Emphiteusis renouationem litigaret sed ob inopiam litem prosequi non posset, quia tunc conuentus possidens non tenetur ad alimenta, & expensas, cum sola paupertas pro huiusmodi consequutione non sufficiat, sed de bono iure quoque cōstare debet, *vt ait Valasc. in sua decis. 1. Regni Lusitaniæ*, & *Marta in compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 68.*

524 Contrarium tamen venit dicendum de impetrantibus beneficium, quibus alimenta sunt præstanda, *vt ait Cassad. decis. 6. de appellat.* & *Ricc. in sua collectanea decis. 813. in 4. part.* Idquè multò magis procederet, vbi essemus in lite, super prębenda Ecclesiæ, pendente, quia tunc illius possessor poterit pendente Iudicio de eius fructibus se alere, *vt ait Cappell. Tholos. in sua decis. 77 cum ibi alleg.*

525 Rursus extende id, quòd fuit dictum de alimentis, super bonis sequestratis debitis, procedere etiam in illis feudalibus, *vt ait Afflict. in sua decis. 152. num. 2.*

526 Et, quòd plus est, id etiam ad fauorem spurii fieri potest, Sed est benè verùm, quòd illud, quod causam alimentorum superat, ad agnatos vadit, *vt ait idem Afflict. dec. 99. & ibi Vrsill. n. 1.*

527 Sed quòd isto casu alimenta præstanda non veniant vltra fructus fundi, ait *Gratian. lib. 5. disceptation. cap. 916. num. 40.*

528 Fallit tamen, quando, vt puta essemus in venditione Palatiorum Magni pretij quia illa vendi non possunt pro alimentis spurio dādis, sub prætextu, quòd redditus essent pauci, & ratio est, quia cū dicta ędificia nobilitatem familię conseruent, obid ne vendantur neque censuræ Bullæ Iuris congrui, & retractus subiacent, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in pracit. loco*, & *R. ta in Romana Palatij de Comitibus 16. Ianuar. 1612. coram Card. Sacrata.*

529 Et id quòd fuit dictum de venditione prohibita rei magni valoris, pro alimētis spurio dandis, extende procedere, etiam quoad alios, exceptis tamen filiis, pro quorum alimentis res magni valoris vendi possunt, cum educatio filiorum etiam ad bestias spectet cum de Iure naturæ sit: *Magon. in sua dec. Lucen. 73. num. 26.*

530 Amplia 42. quòd etiam alimenta pauperi religioso, siue seruo, necnon alteri incapaci debeantur, quando eis sunt relicta, licèt pro eorum consecutione actio non detur, sed benè officium Iudicis imploratur, *vt ait Grat. in dec. Marchiæ 7. num. 1.*

531 Amplia 43. quòd etiam debeantur alimenta Prædicatori ab incolis illius loci, vbi prædicat, *vt ait Gerard. Maynard. in sua dec. 34. part. 1. parlament. Tholos. Surd. de aliment. tit. 1. q. 59. n. 1. & Marta in compil. dec. tom. 1. in verb. Alimenta cap. 77.*

532 Amplia 44. quòd alimenta præstari debent filię vnius ex sociis omnium bonorū, cui pptcrea ex necessitate, aut dos siue alimenta sunt præstāda, quod n. procedit, siuè simus in expræssa, siuè in tacita societate, & hanc opinionem dicit esse veriorem *Gratian. in sua decis. 127. n. 8. in addit.*

Secus autem, quando ageretur de ea redotanda, quia ad id socius cogi non potest, quicquid sit in eo, qui necessariò reddotare tenetur, *veluti dixi sup. n. 328 & vt ait idem Grat. lib. 4. discept. cap. 689. num. 30 & 32.*

533 Amplia 45. quòd huiusmodi alimenta in tantum sunt fauorabilia, vt propterea, ex eorum legato falcidia non detrahatur, etiamsi dodrantem excedat; dummodo tamen non simus in legato pecuniæ ad alimenta, quia tunc illud falcidię subiaceret, *vt dicunt Surd. & alii allig. à Grat. in sua decis. Marchiæ 48. in addit. num. 2. & 3.*

534 Sed huiusmodi occasione bonum erit scire, quòd quando erit legata pecu-

nia ad alimenta, tunc licèt ea intelligatur quoad proprietatem relicta, tamē ad honestum lucrum erit ponenda; ex quo legatarius ex eo ali possit, siue penes hęredem stare debet, ad hoc, vt ex ea creditum soluat ad effectum prædictum, vt ait idem *Gratian. in dec. 194. in addition. num. 3.*

535 Amplia 46. quòd pro alimentis actio personalis detur contra tertium. *Guidop. dec. 576* vbi subiungit idem procedere, etiam in pensionibus anniuersariis, decimis, & tributis publicis. & de stilo illius parlamenti testatur idem *Guidop. in dec. 42.* & in terminis pensionis, ait *Rota in Camen. pensionis 22. Maii 1606. coram Card. Marcomontio, Caputaq. in sua decis. 23. part. 1. & decis. 302. part. 2. & Gratian. lib. 3. disceptation. cap. 423. num. 38.*

536 Amplia 47. quòd super dictis alimentis compensatio non admittatur, *vt ait Polidor. Rip. in sua obseruat. 54. & Ricc. in sua collect. dec. 307. in fin. par. 2. & Gratian. lib. 4. disceptation. cap. 728. num. 36.*

537 Quod enim declara procedere in alimentis futuris, super quibus omnia priuilegia in huiusmodi materia operantur, non autem in præteritis; veluti in principio cōclusionis tam benè demonstratum fuit, & ita quoque ait *Thesaur. in sua dec 44.*

538 Declara secundò non procedere, quando Pater bona filii administrasset, & ex eis fructus recepisset, quia tunc alimenta per patrem filio præstita, essent cum dictis fructibus compensanda, vt ait *Gratian lib. 2. disceptation. cap. 252. num. 34.*

539 Amplia 48. quòd licèt alimenta sint difficilis probationis; nihilominus ad fauorem alere debentis, ex verisimili eorum præstatio probatur, vt fuit decisum in vna *Romana fructuum dotis Veneris 2. Aprilis 1606. coram Gregorio XV. quæ est in eius impress. dec. 250. n. 1. & 2. & Magon. dec Lucen 9. n. 24*

540 Verisimilitudo autem pręstationis eorum, valdè deprehenditur, ex duobus, & primò ex impotentia se alendi, cum nemo ex aere ali pręsumatur, vt ait *Cassad. dec. vnic. n. 1. tit. de mut. per.* Secundo, ex altera pręsumptione quę in iure est, quòd scilicet alimēta semper ab eo censeātur præstita, qui illa præstare debebat, & huiusmodi coniecturę multum attenduntur in hac materia, secundum *Imol. Alex. & alios allegat. a Rota in dicta Romana fructuum coram Gregorio.*

541 Contrarium tñ, nempè quòd dubia probatio præstationem alimentorum nō inducat, nec minus ea possit per domesticos probari, quando alii testes actu, vel habitu ibi interuenire potuerint. Licèt tñ secus esset, qñ famuli, siue domestici tēpore depositionis amplius non essēt in seruitio domini, pro quo deponere debent, quia tunc non repelluntur, & maximè, quando alii testes haberi non possent, cum potius quodlibet scandalū tolerari debeat, quàm, quòd veritas occultetur ait *Rota per Burat. in sua dec. 349. num. 6.* sed si forsan fuisset à Domino eiectus, tunc contra eum non esset omnino idoneus *Bal in l Lucius titius §. Lucius titius ff. de leg. 2. & Marsil. in l. 1. §. præterea num. 12. ff. de quæst. & ita fuit quoque resolutum à Rota in Esina bonorum 11. Mart. 1583. coram Cardin. Blanchetto.*

Amplia, q̄ neque etiam in hac materia fidem facit scriptura priuata, ad fauorem scribentis, etiamsi esset tutoris vel Curatoris, & præsertim, quando de magnis impensis agitur, vt ait *Benintend. in sua dec. 43. Rot. Bonon. & Ludouic. in sua dec. 42. Rot. Lucen.*

542 Sed illud, quod fuit dictum de illa præsumptione Iuris, circa alimentorū præstationē extēde adeo esse verū, q̄ si verbi gratia essemus in seruitore, qui pro menstruo salario inseruiret alicui personę nobilissimę, & ditissimæ, & allegaret in huiusmodi seruitio scuta quingenta de proprio, pro alendo Domino impendisse, vtiquè ei credendum non esset cum id prorsus inuerisimile videatur, & præsertim, quando ille esset seruitor, qui plura officia in illius domo exercuisset, vt puta illud Magistri domus, Negotiorum gestoris, Expenditoris, bonorum custodis, & exactoris, quia tunc præsumeretur pecunias expensas fuisse Domini, non autem seruitoris, vt in istis terminis fuit decisum à *Rota in dec. 584. part. 1. nouiss. & Marta in compil.*

decisum

decisionum tomo 1. in verbo Alimenta capit. 64.

543 Contrarium, quòd scilicet probatio præsumptiua iuuet, & sic, quod testes plenè probent, si (verbi gratia) deponant aliquem pluries ad vnam mensam comedere vidisse, scribit *Corn. in suo cons. 110. num. 10. lib 1. & ita quoq; fuit decisum in Rom. executionis Mercur. 23. Ian. 1630. coram Motmanno.*

Secus aũt, si deponerent de cohabitatione tm̃, quia tunc non probarent, nisi etiam deponerent de cõuictu continuo, ita vt neq. isto casu sufficeret; si illi dicerẽt pluries vidisse commedere, quia illud aduerbium (pluries) de per se perfectè isto casu non disponit, quia potest, etiam verificari in modico, vel minimo indeterminato, *vt fuit dictum à Rot. per Burat. dec. 194. num. 5. & 6.*

544 Amplia quadragesimononò, quòd priuilegium alimentorum est tam fauorabile, quòd si fiat generalis reuocatio legatorum, illud alimentorum non includit, veluti eodem modo quoq. dicitur de inducijs alicui debitori cõcessis, quæ ad causam alimẽtorum non extendũtur, *vt ait Surd. in sua dec. 213. fere per tot. & Afflict. in dec. 111. num. 10.*

545 Extende eam in tantum procedere, quòd quando quis tractaret de illis adimendis, tunc specifica expressio erit necessaria, quia in generali prouisione non veniunt comprehensa, *vt dicunt vltra ci tat. DD. alij alleg. à Grat. in lib. 1. discept. cap. 177. num. 11.*

546 Extende secundò idem procedere etiam in reductione legatorum, veluti si testator in codicillis ordinaret, quòd omnia legata ad tertiam partem reducebat, quia id non habet locum in alimentis, nisi in specie dicatur, *vt ait Cuman. cons. 30. num. 4. vers. vlt. Bart. in l. libertis, §. Posthumis, ff. de alim. et cib. legat. & in tract. de alim. col. 2. in fin. Aretin. in tract. de testament. vers. quid si testator.*

547 Extende tertiò procedere, etiamsi alia legata eidem legatario ademisset, quia illud alimentorum numquam ademptum censetur, *ad trad. per Castr. cons. 31. in princ. lib. 2.*

548 Extende quartò, quòd licet clausula in fine posita de sui natura ad omnia precedentia referatur, neque nouam dispositionem inducat, *vt ait Rot. per Burat. dec. 322. num. 3. & fuit dictum alias sæpè à Rota, & signanter in Romana deuolutionis domus 4. Iunij 1593. coram Penia,* Id tamen cessat in legato alimentorum vti pio; quia isto casu, si ageretur de eo minuendo, tunc illa clausula eius naturã amittit, *vt ait tex. Bar. in d. l. libertis, §. Posthumis & ibi gl. & in l. mela ff eod. tit.*

Extẽde hic obiter, q dicta clausula in fine posita in pluribus alijs casibus non procedat, & primò, vbi diuersa ratio viget inter casus preceedentes, & illum, cui apponitur, secundò quando erga personas in diuersis capitulis expressas paritas affectionis non concurrit, tertio, quando ratio assignari possit, quare magis ad vnũ quã ad alium casum referatur, quarto, qñ expræssa, siue presumpta mens disponẽtis repugnaret, quintò, qñ cõmodè ad omnia referri non põt. vt fuit deductũ à Rot. per Burat. in d. dec. 322. per tot. & in Bonon. fideicom. de Volta 8. Mart. 1607. coram Merlino, & ibi plures aliæ dec. alleg.

549 Amplia quinquagesimò, quòd ob fauorem alimentorum prescriptio ex spacio trium annorum inducitur, etiam si legatum, & testamẽtũ sit nullum, *ex tex. in l. 1 C. de fi. tet. Bar. in q. 7 incip. mulier habẽs, vers. solutio col. pen. in fi. & vers. nec obstat, & alij DD. alleg. à Grat. lib. 2. disc. c. 208 n. 13.* Sed nota tamen, quòd eorum præstatio per coniecturas, & leues probationes probatur, *Bur. ait dec. 159 n. 6.*

550 Extende primo, quòd licèt legatum illud alimentorum esset nullum, tamen hæres potest officio Iudicis cõpelli ad illud prestandũ, *vt ait Cuman. in cons. 30. nu. 2. vers. ad hoc etiam, vbi plures alleg.*

551 Subextẽde, q immò dictus hæres possit intra tẽpus ad conficiendum inuẽtarium pro alimentis conueniri, quod tamen intellige verum de futuris, non autem de præteritis, *ad trad. per Thesaur. in sua dec. 44. & Iaffred. in dec. 29. alleg. à Riccio in sua collect. 548.*

552 Extende secundò id fieri posse ad fauorem cuiuslibet personæ, quæ etsi alias incapax legati esset, tamen dicti legati alimentorum erit capax, & propterea in quacumq. prohibitione, quod legari nõ possit, nunquã illud alimentoru exclusũ cẽsetur, veluti pari modo; si persona prohiberetur acquirere; quia nõ prohibetur

per Cardin. Seraphin. dec. 211. num. 5.

435 Sed in dubio nunquam est facienda interpretatio contra alimenta, quæ de sui natura sunt fauorabilia, sed semper ea est capienda, quæ minus, quàm fieri potest, alimentis præiudicet, *Rota ubi supra num. 6. & 7. & prius dec. 41. num. 2. & nouissimè Grattan. lib. 5. discept. cap. 966. num 22. & 28. & prius lib. 1. cap. 104 num. 65.*

436 Vlterius erit notandum, quòd si alimenta erunt relicta ex lucro pecuniæ: tunc ea pecunia debet stare penes hæredem, vel apud tertium deponi, si tamen testator non iussisset, quòd alendus eam post mortem restitueret, quia isto casu eam hæres retinere non posset, sed alendo cũ effectu soluẽda veniret, vt ait *Grattanus lib. 1. disceptationum cap. 130. nu. 13* & *Surd. tit. 9. q. 40. n. 13.*

437 Amplia trigesimo secundò, quòd alimenta à Socero genero debentur, licèt illa iure sanguinis, ei nõ debeantur; sed ob non solutam dotem, vt onera matrimonij sustinere possit, & debent esse doti correspectiua, vt ait *Magon dec. 83. num. 4. Rota Florent.*

438 Extende quòd etiam præterita debẽtur, nec ea per receptionẽ sortis remissa censentur, idem *Magon. num. 1.* & *6* vbi docet, qua actione sint petenda, licèt secus esset in viro, qui si per decenniũ steterit, in petendo fructus eos remisisse censetur, vt dicam in verbo Dos. Et veluti eodem modo dicitur de salviano, quod per decẽnium tollitur, quãdo tamen sumus inter præsentes, cũ titulo, & bona fide possidentis, vt fuit dictũ *in Rom. hæreditatis de Beuilacqua Luna 23. Maij 1595. coram Orano*. Secus autem si essemus in habente titulũ, & possessionem lite pendente, quia tunc in eo mala fides præsumitur, & per consequẽs ei dicta decennalis præscriptio non suffragaretur, sicuti neque etiam habenti causam à debitore prodest, iuxta *text. in l. 1. & 2. C. si aduers. cred. allegats à Rota in una Romana bonorum in Burgho Veneris 24. Maij. 1602. coram Card. Lancellotto.*

439 Amplia trigesimo tertiò, quòd alimenta sint quoque præstanda Patrono, ex redditibus Iurispatronatus, quando tamen Dominus ad egestatem peruenit & Ecclesiæ supersint, cùm prius ministri Ecclesiæ ali debeant; & sic si postea bona Ecclesiæ supersint, & Dominus egeat, tunc ex eis alendus est, *iux. gloss. fi. in c. quicunq. & Abb. in c. vobis, n. 6. & ibi Butr. n. 22. de iurepatronatus, Lambert. de iurepatr. lib. 3. art. 2. 3. quæst. principalis num. 2. Petr. de Gassard. eodem tract. lib. 1. artic. 4. num. 3. & 5. & cons. 5. num. 33. lib. 3. Cassador. dec. 3. num. 2. de iurepatr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 32. num. 1. 2. & sequenti & quæst. 54. & Rota in una Neapolitana Alimentorum Mercurij 31. Maij 1613. coram Manzanedo, & prius in Region. Prioratus Lunæ 1. Iulij 1596. coram Penia, quæ Neapolitana Alimentorum 31. Maij 1613. coram Manzanedo, est inter recentiores decis. 454. parte 2. num. 2. & in eadem 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano.*

440 Extẽde ampliationẽ p̃dictã p̃cedere, etiam in Rectore, cui alimenta debentur, non obstante præscriptione decimarum, *Rota decisione 5. de decim. Achilli: de Grassis.*

441 Extende secundò procedere, etiam si iuspatronatus alteri donasset, vt ait *Maria dec. Rot.* Pijan. 41. & *Recc. in sua collect. 554 par. 3.*

442 Extende tertiò, vt huiusmodi ius alendi Patronum transeat in eos, ad quos Iuspatronatus transit, vt ait *Pus alleg à Recc. ibi sup*

443 Extende 4. idem quoq. habere locum in Ecclesia, quæ Patronum ad egestatem reductum alere tenetur vt ait *Grat. in 4. lib. discept. cap. 630. num. 4.*

444 Extende quintò huiusmodi ius alimentorum, adeò in Patrono esse personalissimũ, vt propterea ei neq. transferre, nec cedere, aut illud donare nõ liceat Vnde si transferatur iuspatronatus, alimenta, tamen in casu indigentiæ translata non censentur, & sic eidem cedenti: non autem cessionatio erunt præstanda; veluti eodem modo diceretur, si Patronus alienaret ius percipiendi alimenta, retento iurepatronatus, vt superius dixi, quia ob eam rationem, quòd scilicet istud ius sit personalissimum, obid in aliũ transferri non potest, etiamsi translatio esset facta ad fauorem Ecclesiæ, vt ait *Grat. lib. 1. discept. cap. 177. n. 10 & seq.*

Itemq.

445 Item quę dicātur alimenta congrua, quoad Clericos illos, qui renunciant beneficia, Iudex ex se arbitrabitur, vt ait idem *Grat. d. lib. 1. cap. 159. num. 15.*

446 Animaduertendo, quod Iudex ad id deputatur ad effectum validandi alienationem beneficiorum, ad quæ Clerici sunt ordinati, qui ad id, etiam coram Papa deuenire nō possunt, & id ne cogātur mendicare in opprobrium clericatus, *Rot. in Lucana beneficij 5. Decemb. 1586. coram Orano.* Immò si contrarium egerint in pœnam Simoniæ, & suspensionis inciderent, quod tamen secus esset, si Clericus aliundè congruam sustentationem haberet, & propterea hinc fit, quod Iudex videre debet, si ea sustentatio sit congrua, vt ait *Grat. ibi supra. & Garzias viden. de benefic. capit. 5. parte 2. num. 203. cum seqq vbi multa ait in materia.*

447 Extende sextò, ampliationem in tantū esse veram, quòd obid paupertas non debet esse magna, ad hoc, vt Patronus sit alendus ab Ecclesia, sed sufficit solùm vt non habeat quantum ad illius status condecentiam attinet, vt fuit dictum à *Rota in Regien. Prioratus 1. Iulij 1596. & 19. Iun. 1598. coram Penia, & in alia Neapol. alimentorum 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano, Gratianus lib. 3. disceptation. cap. 552. num. 26. nouissimè Loterius de re Ecclesiastica lib. 2. quæstione 5. num. 35. Rota decis. 454. num. 3. par. 2. in recentior. & denique in illa Neapolitana Alimentorum 10. Aprilis 1617. coram Pirouano.*

448 Declara tamen primò non procedere, si paupertas propria culpa causata fuisset, quia tunc ea illi non prodesset: nā vbicumq egestas deducitur ad excusandum, non est distinguendum, an propria culpa, aut sine ea contigerit: at secus si ea proponatur ad actionem instruēdam: quia tunc ea probanda venit, cum huiusmodi circumstātia, quod scilicet ea sine sua culpā contigerit, vt dicunt *DD. allegati à Loterio in prac. loco num. 33.*

449 Declara secundò id non procedere, quando Patronus haberet, vndè se alere posset de proprio, quia tunc ei alimēta ex redditibus iurispatronatus non deberentur, *Surd. ibi supra quæst. 54. num. 16. & Rota ibi supra coram Manzanedo, & dec. 454 par. 2. in recent.*

450 Declara tertiò, non procedere, quādo Dominus esset Eques Hierosolimitanus, quia dictam religionem ingredientes tria vota emittunt, & per consequēs veri religiosi dicuntur, vt ait *Mohed dec. 10. de caus. possess. & propriet.* & *Rota dec. 436. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers.* & propterea qn̄ dicta Religio aliquē admittit, postea occasione egestatis eum alere tenetur, nec per consequens obid posset eques, vti Dominus alicuius Patronatus alimenta ex illius fructibus prætendere, *Castrens. cons. 76. num. 1. lib. 1.* qui duabus rationibus mouetur, quas refert, & sequitur, *Surd. ibi supra tit. 1. quæst. 35. num. 1. & tit. 9. quæst. 27. num. 10. & Rota in dicta Neapolitana coram Manzanedo, quæ est in 2. par recent. dec. 454. num. 3. & Grat. lib 3. d sceps. cap. 552. num. 20.* & de eorum priuilegijs dixi in verbo Equites, & *Loterius ibi sup. nu. 35. & Rota in d. Neapolitana alimentor. 10. Apr. 1617. coram Pirouano.*

451 Declara quartò, quòd si Patronus haberet fratrem, siue alium, à quo possēt ali, tunc Ecclesia eum alere non tenetur, nàm pauper ille dici non potest, quando adsunt, qui eum alere debent, vt in prodosito de fratre diuite, ait *Rota in Neapolitana alimentorum 31. Maii 1606. coram Manzanedo, & in d. Neapolitana coram Pirouano.*

452 Declara quintò idem procedere, si Patronus haberet annuum redditum scutorum 260. veluti quia illum sibi reseruasset in renunciatione facta fratri: dummodo possessionem sit adeptus, vt ait *Rota in d. Neapolitana alimentorum coram Pirouano,* & *Grat. ibi sup. nu. 27. in cap. 552. lib. 3. discept.*

453 Declara sextò, quòd ad hoc, vt Patronus possit pretendere alimenta, debet probare descendentiam à primo fūdatore, & tūc ea ꝓbata diceretur si esset possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandatum fundatoris, vt ait *Grat. ibi supra nu. 31* Veluti eodē mō ea probanda venit, quādo quis prętēderet esse de vocatis ad fideicommissū, siue in inuestitura alicuius feudi, siue emphiteusis, & in hoc casu ea satis probata diceretur, ex libro baptismi cū adminiculis, aut ex depositione testiū, q deponerent de visu, & tractatu, videli-

cet, quòd ille fuit semper communiter habitus, tractatus, & reputatus tamquam filius legitimus, & naturalis talis, cuius descendentia esset necessario probanda: & quòd de prædictis esset publica vox, & fama, & ita docet *textus in l. filium, ff de his qui sui vel alien. iur. Rota per Card. Caualerium dec.* 128. *num.* 2 & *per Gregorium decis.* 78. *num.* 2. qui loquitur de fide baptismi, & de probatione facta prædicto modo, fuit decisum in *Parmen. nullitatis ordinum* 19. *Iun.* 1628 *& in - . . . . coram Ghislerio*, & ibi fuit dictum, quòd ad probationẽ huiusmodi descendentiæ valde confert, & iuuat successio in bonis patris, siue alterius ascendentis, vt in simili fuit superius dictum de possessione recipiendi candelam in die Purificationis, iuxta mandata fundatoris alicuius Ecclesiæ, siue Altaris, vt ait *Gratian. dicto cap.* 552 *num.* 31. *& ita fuit dictum in illa Parmen. Nullitatis Ordinum coram Ghislerio, & Burattus decis.* 147. & *decis.* 155. *num.* 1. *& sequen.*

Extende eodem modo probari descendentiã ad effectum præsentandi in iure patronatus, si doceretur de aliqua præsentatione, quæ fuerit suum effectum sortita, & quòd præsentans esset eiusdem cognominis, & iuspatronatus esset antiquum, *vt ait Rota per Burattum decis* 539. *num.* 4. & *in Romana fideicommissi de Crucciariis* 14 *Ianuarii* 1628. *coram Durano*, & *prius in Bononien. pecuniaria de Maluetiis* 15. *Decembris* 1617. *coram Manzanedo*, & *in Barchinonen. tertii beneficii sanctæ Teclæ* 17. *Ianuar.* 1623. *& in Segobien. Cappellaniæ* 28. *Februar.* 1625. *coram Vbaldo*, & *per Card. nalem Caualerium decis.* 575 *n.* 7. *& per Cardinalem Seraphinum dec.* 1219. *num.* 1. & *dec.* 1265. *in fine*, *& per Coccinum dec.* 250. *num.* 4. & *aliàs sæpè*, & vide in hac materia in Conclus. 72. *num.* 33. & Conclus. 78. *num.* 60. & *sequentib.*

454 Extende rursus, quòd pro descendentia sufficiat quasi possessio alicuius iuris, quod non possit conuenire alteri, quàm descẽdenti: & licèt non semper sufficiat hęc, quasi possessio, pro decidendo negotio principali, nisi probaretur aliud antecedens ipsum possessorium coadiuuans, & iuris præsumptio illud approbans; tamẽ sufficit in iudicio alimentorũ, pro summaria illa cognitione, veluti pro illis obtinẽdis possessio alicuius status personæ, *vt ait Rota per Veral. dec.* 150. *p.* 2. *& nouiss. Loter. de re ecclesiast. q.* 5. *lib.* 2. *n.* 4. & *seq.*

455 Declara septimò, ampliationem prædictam esse veram, dummodò per alendum fuerit iustificata, redditũum superfluentia in Ecclesia, necnõ inopia, ex parte patroni alimenta petentis. *Rota dec.* 454. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & *Loter. ibi supra num.* 18. & 19.

456 Declara octauò, non procedere, quando patronus posset sibi victum, ex propria industria quærere, *vt ait Rota dec.* 594. *num.* 2 *par.* 4. *in recentior.* & *Loterius ibi supra num.* 36.

457 Subdeclara tamen, id non esse verum, quando industria non posset per eum, ob aliquod impedimentum corporale, & absque illius dedecore exerceri, licèt in hoc, veluti etiam in alimentorũ taxatione, Iudicis arbitrio, cõsiderata alendorum dignitate, sit tribuendum, vt dicunt Doctores allegati à *Loterio ibi supra num.* 36. *cum seqq.* vbi distinguit genera hominum, scilicet nobilium, & ignobilium, quod per te videre poteris.

458 Amplia trigesimoquartò, quòd etiã vassallus teneatur præstare alimenta Domino, & circa illa eum benè tractare, quando esset pauper: Quinimmò illum etiam redimere ab hostibus, & eum carceratum adiuuare tenetur: dummodò tamen propria culpa in necessitate, & carceribus non se constituisset, *vt ait Vrsil. ad Affl. dec.* 265. *num.* 108.

459 Fallit tamen in Domino respectu serui, cui alimenta præstare non tenetur, neque illius expensis famulum grauiter infirmantem curare cogitur; quod tamen declara verum in foro fori: at secus in foro conscientiæ: quia tunc Dominus ad id, sub mortali peccato tenetur, dum famulus non habet, vndè sibi subuenire possit, & nisi ibi, vel in loco proximo hospitale adsit, ad quod remitti possit, & ita regulariter solent facere religiosi, & nobiles viri, qui opera charitatis exercẽt, quemadmodũ inter cæteros ego vidi Romę seruari ab Eminentissimo D. Card. Ginnasio Patrono meo Colẽdis-

simo

fimo, & à me numquàm fatis honorando, qui (vltra fingulares, & incomparabiles illius virtutes, necnon ingentia, ac ferè diuina opera, quæ potiffimum in erigendo Templa, Monafteria, & Seminaria, necnon Cappellanias, ac Puellarū maritaggia perpetuò duratura, tàm pio, ac liberali animo geffit) illud quoq. opus charitatis mirificè, erga fuos famulos quoquo modo indigentes in dies exercet. Imò, & quòd deniqne in eo mirabile fuit, illud eft, quòd dum ingenti, ac fuprema incolumitate fruebatur, omnes Ecclefiæ redditus, quos habebat à fe abdicauit, & illos in utilitatem fuorū familiarium erogauit: quod enim difficulter in alijs, etiam in actu moriendi videri folet, quæ quidem facient illum in Cælo regnare, veluti hodie viuit glorio fus in terra: & præcipuè, ob ea, quæ tàm egregiè fcripfit in explanatione Pfalmorum, & fuper Scriptura fancta, in quibus apparet eum, potius doctrina diuinitus tradita, quàm illius labore comparata inftructum fuiffe: & de prædictis alimentis per dominum famulo ęgrotanti debitis, faciunt ea, quæ ait *Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, in verbo Alimenta, different.* 8. vbi refert inter Regulares feruari, vt faciant famulum poft illius valetudinem, tempus geminatū fupplere, vnde fi ægrotauit per menfem, finito anno, cogunt eum per alios duos gratis inferuire: & fic vnum pro quo fuit impeditus, & alterum pro expenfis in illius infirmitate factis, & hoc modo charitati fatisfit, tribuendo neceffaria infirmo, & Dominus quoque recuperat id, quod pro eo in infirmitate impendit: fed eo tempore Dominus illi falarium foluere non tenetur: licèt melius faceret, fi ei illud quoque folueret: quia non de folo pane viuit homo, & præfertim, quando infirmitas fuit modico tempore, vel quando non famulus, fed Dominus caufam infirmitati dedit, *vt ait Cappell. Tholof in fua decif.* 360. *& ibi etiam Addent. & prius decifione* 269. *num.* 1.

460 Amplia trigefimoquintò, ꝙ alimenta debeantur per creditorem debitori carcerato pauperi: quādo tamen nil habeat, vndè alere fe poffit, *vt ait gloff. in l. fin. verf. Agnofcere, C. de erog. mil. an. lib.* 11. *Bald. in tract. carcerum, Afflict. dec.* 71. & *Rota in Bononien. cenfus Veneris* 20. *Februar.* 1609. *coram Card. Marcomontio, quæ eft in* 1. *par. recentior. decif.* 177. *num.* 4. & *Raynerius de Foroliuio in l. Iudices, C. de Epifcopali audien. Guidop. dec.* 11. & *Farinac. in prima parte prax. crimin. queft.* 25.

461 Extende id, in tantum effe verum, quòd fi non alatur, d. debitor eft à carceribus relaxandus, *Bart. in l fanctius,* & *ibi Alex. in addit. ff. de rer. diuif. Cordub. in l. fiquis, §. folent. num.* 37. *ff. de alen. vel agnofcen. liber. Surd. de aliment. tit* 1. *quæft.* 71. *nu* 3. *&* 4. vbi de communi, & in hoc vide *Card. Tufch in littera C. conclnf.* 90. *per tot.*

462 Extende fecundò, quòd fi etiā fint pauperes carcerati in caufa criminali, tunc à Charitate, fiue à Curia funt alendi, *vt ait Afflict. in d. dec.* 71. & *Marta in fua compilat. dec. tom.* 1. *in verbo Alimenta cap.* 46. & 47. & *Ricc. in collectan. dec.* 1115. *par.* 4.

463 Extende tertiò, quòd etiam accufato fuper aliquibus bonis, interim pendēte lite alimenta debentur, *vt ait Rota dec.* 1. *de accufat. in antiq. & Marta ibi fupra cap.* 48. *& Magon. dec* 115.

464 Fallit tamen, quando ab aliquo eleemofynis effet alitus carceratus: quia tūc creditor non cogitur eidem alimenta præftare, *vt ait Marta ibidem,* & *Gamma dec.* 261. *Regni Lufitan.*

465 Extende 4. obiter, ꝙ etiā hęredes occifi, teneantur foluere expenfas factas ꝑ prætenfos occifores carceratos, quando tamen ipfi hæredes fuerunt auctores in inquirendo, accufando, & proceffū fabricādo, *vt ait Boer. dec.* 303. *cū ibi alleg.*

466 Extende quintò, quòd ad fauorem carcerati, neq. commenfarienfis pro expenfis, & falario cuftodiæ, poteft retinere carceratum à Iudice relaxatum: fed bene poteft contra eum poftea agere, pro confecutione fui crediti, veluti ita teftatur practicari *Papon. lib.* 24. *tit.* 4. *arreft.* 1. *Guidop. dec.* 448.

467 Contrarium de confuetudine feruari teftatur idem *Guidop. ibi fup. num.* 2. vbi concludit, ꝙ carceratus poffit retineri pro alimentis, & falario carcerū: ideq.

tenet *Surdus de aliment. dicta quaestione 71. num. 5. & 6. & Card. Tuschus dicta conclus. 90.*

468 Extende sextò, quòd alimenta debeantur, etiam Iudaeo, ad instantiam Christiani carcerato, *vt ait Gratian. in 5. lib. discept. forens. cap. 842. num. 29.* Et veluti quoq. fuit decisum in *Romana alimentorum* Lunae 1 *Ianuar. 1621 corā Manzanedo.* Et ratio est: quia veluti Iudaei vtuntur iure communi, & secundum ius Romanorum ciuile iudicantur: idcircò dispositum ab hoc iure de Christianis, etiam in Iudaeis dispositum cēsetur, cum ea iura sint inter Iudaeos, & Christianos communia, vltra quod sancta mater Ecclesia eos tollerat ad euitanda maiora mala: nēpè furta, & rapinas, quae facilè fierēt, si illi nō adessent, q̃ indigētibus mutuarent, & ob id non dicuntur personae odiosae: & propterea hinc fit, quòd est prohibitum illis contumelias, & iniurias fieri, vltra quod cum aequalitas in iudicijs sit seruanda: & sic veluti Christianus carceratus posset à Iudaeo creditore alimenta, ob illius paupertatem praetendere, ita, & è conuerso, Iudaeus à Christiano, & praecipuè cū illi quoq. dicantur de Populo, & corpore Ciuitatis, & p̄pea videmus ēt q̄ illi statutis, siue cōsuetudinibus Ciuitatū gaudere debent & praesertim in hac materia alimentorum, tàm Iudaeis, quàm Christianis proportionabili, vt de his omnibus testantur *Alexander cons. 75. per totum lib. 5. & cons. 99 lib. 9. Felin. in cap. 2. de Iudaeis, Henric. Boich. in cap. gaudemus, de diuort. Corn. cons. 180. lib. 2 Becc cons. 84. Rolan. cons. 35. lib. 2. cons. 620. Surd. cons 622. & dec. 133. Rimin. Iun. cons. 653. Card. Mantica de Tacitis lib. 21. tit. 8. Marquard. de Iudaeis par. 2. cap. 1. idem Riminald. Iun cons. 275. Surdus de aliment. tit. 2. quaest. 15. omnes allegati à* Rota *ibi supra coram Manzanedo.* Vbi tamen declarat, praedicta ad fauorem Iudaeorum procedere, in temporalibus: at secus in spiritualibus, & in his, quae fauorem animae respiciunt: quia tunc illis in nihilo venit succurrendum, vt firmant *Alexander dicto consil. 99. lib. 6. & cons. 13. lib 7. Natta d. cons. 620. num. 22.* & *Card. Mantic. de Tacit. lib. 18. tit. 2. num. 38.*

Rursus declara praedicta, respectu alimētorum Iudaeis, per creditorē Christianū debitorum, solùm procedere, quando illa petuntur à Iudicibus, ex dispositione iuris communis: quia tunc ea benè praestanda veniunt: at secus, si peterentur per viam Visitae Carcerum: quia tunc eis illa minimè debentur. Et ratio est: quia, cum facultates Visitatorum carcerū sint ad christicolas tm̄ restrictae, & sic ad solum fauorem Christianorum concessae, ergo non sunt ad Hebraeos extendendae, vt fuit decisum *à Rota in dicta Romana alimentorum coram Manzanedo.*

469 Amplia trigesimo sextò, quòd alimenta, ob eorum fauorem, non veniūt in confiscatione bonorum: & propterea illa debētur postea restituto ad grām *vt ait Magon. decis. Lucen. 84. num. 19. & Rota in Vrbeuetana alimentorum Veneris 17. Februar. 1606. coram Card. Pamphilio, quae est in par. 1. recentior. decis. 107. num. 4.*

470 Contrarium tamen esset, quòad vsumfructum, qui debetur condemnato capitaliter: quia ille cessat, & finitur in confiscatione bonorum, condemnatione sequuta, vt fuit conclusum à *Rota in dicta decisione 107. in prima parte recentiorum.*

471 Extende praedictam ampliationem in tantum valere, quòd nec etiam capitis diminutione, legatum alimentorum perdatur, vt ait *Cuman. cons. 30. num. 2. versiculo Ad hoc etiam facit*, & *Angel. consil. 357. num. 7. & 8. cum aliis ibi per eum alleg.*

472 Vndè ad id nota differentiā inter legatum vsusfructus, & illud alimentorū: nam vsusfructus est genus: *Alimenta* verò species dicuntur, & propterea plus continet illud vsusfructus, quàm alterum alimentorum, cum genus praedicetur de pluribus differentibus specie, in hoc vide *Bald. cons 408. circa finem, vers. Item non obstat, & in cons. 221. num. 2. lib. 4.* Licèt *Angel. dicto cons. 357. num. octauo.* dicat, quòd illae species sunt separatae.

473 Extende primò, id in tantum esse esse verum, quòd ius accrescendi non habet

habet locum in alimentis, sicut in vsufructu, vt ait idem *Angel. dicto consi. 357. nu 7 in fin.*

474 Subextende secundò, quòd alimenta de manu hæredis sunt recipienda; vsusfructus verò propria auctoritate per cipitur, idem *Angel. dicto consilio 537. num. 8*

475 Amplia 37 quòd alimenta debeantur tutori, vel curatori, ex officio Iudicis, quando tutor, vel curator esset per. sona pauper, siue ipsis salarium debebitur, prout magis Iudici placuerit, cum quis proprijs sumptibus laborare non debeat, quia (vt dici solet) boui trituràti nō est os claudendū, vt dicūt multi *DD. alleg. in vna Romana redditionis Veneris 21. Februar. 1603. coram Litta, & in alia Romana fructuum dotis Veneris 2. Apr. 1606 coram Gregor. XV. quæ est in eius impress. dec. 250. num. 5. & ita vltimo loco fuit decisum in Romana redditionis rationis 25 Februarii 1630. coram Motmanno.*

476 Extende idem procedere, & è conuerso: nempè, quòd tutor etiam teneatur præstare alimenta pupillo, si litigare contingat, super ratione reddenda suæ administrationis, dum lis durat, quod tamen intellige verum, quando constaret tutorem penes se bona pupilli habuisse; aliàs secus, sed in dubio præsumitur eum de bonis pupilli nō habere, *vt ait Afflict. decis 10. num. 7. & 8.*

477 Et in casu, vbi tutor debet pupillo alimenta præstare, si ea denegat, & postquam fuit citatus non comparet, neque sui copiam facit, tunc potest allegari suspectus, vt ait *Rota decis. 468. num. 1. in 2. part. recent.*

478 Limita tñ primò pdicta non procedere, si tutori, vel curatori diuitiæ super uenirent, quia tunc, neque alimenta, nec salarium amplius eis debentur, & ratio est, quia alimenta, quę Iudicis officio debentur, eatenus durāt, quatenus vnus egeat, & non aliàs, *vt ait Thesaur. in dec. 211. & Surd. Et alii allegati à Rota ibi coram Litta.*

479 Licèt secus esset, si de nouo necessitas superueniret, quia tunc illud onus alendi, siue à testatore sit relictum, siue ex Iudicis officio sit debitum, reuiuiscit, *vt a.: Gratt. lib. 2. discept. cap. 237. nu. 5.*

480 Quòd enim sublimita non procedere, vbi alimenta in vim pacti deberentur, quia tunc etiam superuenientibus diuitijs, ea tamen non cessant, vt ait *Rota eadem coram Litta in dicta Romana red. rationis 1603.*

481 Limita secundò prædictam ampliationem non procedere, finita tutela, vel cura, quia tunc intrat regula illa, vt. s. boui non trituranti os claudi debeat, & iuxta illud vulgare dictum, quòd scilicet qui non laborat non manducat, veluti nec etiā dicta ampliatio procederet, si super redditione rationis litigaretur, cū nemo teneatur contra se litiganti alimenta subministrare, & sic contra se arma producere, & patrem aduersam adiuuare, q enim nimis graue esset: Aliàs si contrarium fieret, & postea pupillus contrariā sentētiā haberet, tunc meritò dicere posset: Heu patior telis, vulnera facta meis, & pro huiusmodi opinione facit *decisio Rotæ in causa Bononien. redditionis computorum Veneris 4. Iul. 1608. coram Penia.*

482 Limita tertiò, quòd neque alimēta debentur procuratori, ac negotiorum gestori per dominum, *vt ait Guidop. dec. 68. quem sequitur Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 61. num. 7. & Rota in Romana rationis Bancariæ Veneris 14. Maii 1599. coram Orano quæ est apud Marches. de com miss. tom 1 fol 188. n. 1.*

483 Extende, quòd neque ea procuratori ac negotiorum gestori debeantur e, tiamsi à parte essent conuenta, vt ait *Rota ibi ponens Marches.*

484 Fallit tñ, quoad expensas: quia illas procurator ac negotiorum gestor, repetere potest, vt ait *Guidop. dicta decis. 68. num. 5*

485 Declara tñ id, q fuit dictū de alimentis quæ procuratori, etiam conuenta non debētur, pcederet etiam in illis, quę lite pendente præstita fuere, quia etsi cum cautione fuerint præstita: nihilominus restitui non debent, licèt in lite super alimentis alitus succumbat; quod tamen secus esset, si essemus in illis, quę per sententiam præstita fuere, quia ea in casu reuocationis dictæ sententię restituenda forent; Immò pro illis erit cautio danda, de restituēdo in casu retractationis, vt pulchrè distinguit *Franch. in dec. 336. & dec.*

& dec. 614. in 4. part. conf. Neap.

Item declara alimenta tutori agenti personali non deberi, vt reddat rationes: at secus si reali ageretur, idest pro recuperatione bonorum à reo possessorum, *vt fuit dictum in Nepesina tutelæ Mercur. 27. Nouemb. 1619. coram Cardin. Verospio.*

486 Amplia 38. quòd Monasterium teneatur præstare alimẽta Abbati, super eius electione litiganti, & ratio est, quia inter Monasterium, & Abbatem spirituale matrimonium contractum censetur, & sic vti maritus onera sui Matrimonii sustinere debet, etiamsi alius eius nomine Monasterium accuset, aliàs si ei alimenta negaret, esset velle eum necare atque eidem deffensionem tollere, *vt ait* Rota *per Bellamer decis.* 88. *& per Put. decis. 264. lib. 1.* & *Marta in sua compilat. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 43.*

Licèt sit quoque verum, quòd Monachus professus in Monasterio potest prosequi eam causam nullitatis electionis Abbatis, etiam non docto de aliquo Iure suo, *vt ait Rota per* Card. *Seraph. in dec. 631. num. 1.*

487 Extende primò idem procedere in Monacho professo, qui alimenta habere debet in futurum, *vt ait Rota decis. 10. de iudic. in nouis.* & *Marta ibi supra in cap. 41.* & Rota *dec. 454. num. 3.* & *542. num 6 par. 2. in recen* Sed in dubio præsumitur Monachum vixisse de alimentis sibi præstitis à Monasterio, *vt ait Rota ibidem in dec. 458. nu. 7.* & *penes Buratt. dec. 7. num. 11.*

Quinimò subextẽde ea Monacho deberi etiamsi Abbatem accusasset, quia donec causa finiatur illi expensæ de rebus Monasterii veniunt subministrandæ, *vt dicunt Doctores allegati à Rota dict. dec. 7. Buratt.* & *ibi in addit. num. 17. & in dec. 708. num. 7.*

488 Et hic obiter nota, quòd alimenta non extinguuntur ob professionem, si alicui fuerint relicta, & id ad exemplum vsusfructus *Gratian. in 5. lib. discept. cap. 815. num. 3.*

489 Contrarium quidem esset, si de contraria mente testatoris apparere posset, quia tunc illi alimenta post emissam professionem non deberentur, sed nota, quòd mens contraria testatoris ad excludendum Monasterium, non potest haberi, nisi quando tractaretur de liberis propriis, quia tunc naturalis pietas suadet, quòd potius Pater consulat vtilitati filiorum, quàm illi Ecclesiæ, at secus, quando essemus in extraneo, *vt ait idem Gratian. dicto cap. 815. num. 14. & seq.*

490 Extende secundò idem procedere in Abbatissa, quando de eius electione disputatur, & quę iam à Monasterio fuit eiecta *vt ait Put. in decis. 264. lib. 1.*

491 Extende tertiò idem procedere in Monacho, & seculari electo: licèt discorditèr ad aliquod officium, cui si iudicialitèr admitti petat, tunc ei alimenta litis sunt decernenda, *vt ait Crescent. in dec. 175. alleg. à Rue. in prac. loco.*

492 Extende quartò idem procedere in moniali litigante, quæ à principio fuerit Abbatissa alterius Monasterii et postea in alio electa à quo si inde fuerit eiecta, tũc illud Monasterium ei alimẽta, & expensas subministrare debet, *vt ait Egid. decis. 88. alleg. à Puteo in dicta dec. 264. num. 1. lib. 1.*

493 Contrarium tamen reperitur decisum à *Rota per eundem Put. in decis. 202. lib. 1.* vbi ait alimenta eiecto non deberi dum de eius eiectione disputatur.

494 Concorda tu tamen, quòd scilicèt ptima opinio procedat, quando Monachus erat in possessione Monachatus: secunda verò procedit in Monacho nondum professo, vt benè colligitur ex illa *decis. 202. Put. quem per te videre poteris.*

495 Rursus concordare poteris, quòd prima procedat, quando Monachus siue Monialis fuisset expulsa sine causa, quia tunc recuperaret, etiam *omnia sua* bona; secunda verò, quando *cum* causa, iuxta tradita per *Gratian. lib. 3. discept. cap. 455. num. 6.* Item concorda vt ptima procedat, quando quæstio esset super statu: secunda verò, quando super bonis, *vt ait Bellam. dicta decis. 88. sub num. 30.*

496 Sed quòd Monachus litigans cum Abbate debeat habere alimenta, & sumptus litis, tàm in causa principali, quàm etiam in illa appellationis, *ait Afflict. decis. 10. num. 2.*

497 Contrarium tamen in materia expensa-

pensa-

pensarum dicit idem *Put. in dicta dec f.* 204. vbi ait quòd Abbas habere non debet expensas litis, quia suam causam agit & propterea illis gaudere non debet ex *tex. Bellam.* 88 *num.* 1. & 2. vbi ait iniustum esse aduersarium aduersario sumptus litis ministrare, & sic igitur Concorda, vt prima opinio procedat respectu alimentorum, quæ illi secundum Monasterium subministrare debet; secunda verò respectu expensarum, de quibus illud non tenetur, ex ea ratione, quia causam propriam suæ electionis persequebatur, *vt ait idem Put. dicta decis.* 264. *nu.* 1. & 2.

Licèt Contrarium, prædictis circa expensas, & alimenta non obstantibus, concludat idem *Bellam. in dicta dec.* 88. *sub num.* 3. sub ea ratione, quòd inter Abbatem, & Monasterium sit vnum speciale matrimonium, & propterea quemadmodum maritus tenetur alere vxorem, & onera Matrimonii sustinere, si aliquis eius nomine matrimonium accuser, ita Monasterium erga Abbatem, & Monachum, & præsertim, quando constaret eum fuisse verum Dominum, & possessorem, seu legitimum bonorum administratorem, & eis fuisse spoliatum; nec quæstio contra eum super bonis esset, sed solùm super statu, nec haberet vndè viuere posset nisi de prædictis bonis, quia tunc interim sunt sibi alimenta restituenda, ob iuris præsumptionem pro eo facientem, & ob spoliationem quæ ante causæ discussionem iniusta præsumitur, aliàs tali modo alimenta negando, esset velle legitimam defensionem tollere, & spoliatoribus occasionem maligrandi præbere, quòd non est sufferendum, *vt dicunt Doctores allegati à Bellam. in præalleg. decis.* 88. *sub num.* 3. & sic prædictæ opiniones ita concordandæ veniunt.

498 Declara tamen primò, quòd quando Monacho accusanti Monasterium sunt præstanda alimenta, & expensæ, tunc debet tantùm habere necessaria, sed moderatè, & non vltra, *vt ait Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 25. *num.* 37. & 39. *cum aliis ibi per eum alleg.*

499 Extēde, q̃ q̃n alimenta illi Monacho denegantur, tunc Monasterium priuatur omni eo, quod dictus Monachus acquisiuit, et Episcopus eo casu posset illum ad aliud Monasterium transferre, vt ait *Gratian. libr.* 3. *disceptation. cap.* 552. *num* 24.

500 Declara secundò, quòd in casu præstationis alimentorum, & expensarum, illa debeantur, iuxta qualitatem suæ personæ, & redditiuum Monasterij, *vt refert Rota in dec.* 335. *in nouis. Vesta decis.* 17. *alleg. à Riccio in collect. decis.* 850. *in fine.*

501 Quòd tamen subdeclara verū retento eo themate, quādo scilicet, ille, cui alimenta, & sumptus litis debentur, sit in quasi possessione Monachatus, vt ait *Tamb. in decis.* 111. & *Rota decis.* 18. & 77. *alleg. à Riccio ibi supra*, & *Put. ibi supra in alleg. dec.* 202. *lib.* 1.

Animaduertendo tamen, quòd pro huiusmodi expensis non competit Monacho actio formalis contra suum Prælatum, sed solùm potest recurri per eum ad superiorem illius officium implorando, ad exemplum serui cōtra Dominum, *vt ait Gratian. decis.* 7. *in ad ibi. num.* 1. & *lib.* 3. *disceptation. cap.* 435. *num.* 10. & *seq.*

502 Declara tñ primò procedere, q̃n Monachus ex propria causa Abbatem accusaret, vt ait *Rota in decis.* 799. *allegat. à Riccio ibidem.*

503 Subdeclara secūdò, q̃n Monachus esset ad dignitatē in alio Monasterio electus, quia tūc eidē spoliato alimenta litis nō debētur, *vt ait idem Put. in dec.* 2. *de exp̃s.* & *Rot. dec.* 2. *de re iud. in antiq* & *Ricc. ibid.* & de Abbate agēte pro spolio vide *Bulamer. in sua dec.* 28. Item de Monialibus de spolio agentibus, ob denegatas solitas subuentiones *vide Thom. fastol. dec.* 18.

504 Declara tñ, q̃ in casu, in quo filius Monach⁹ esset è Monast. eiectus, & ab eo alimenta non habeat, tunc reuiuiscit illa naturalis obligatio Patris, *vt ait Castr. cons.* 76. *lib.* 1.

505 Extēde q̃ neq; alimēta p̃ professionem extinguuntur, ad exemplum vsusfructus *Grat lib.* 5. *discept. cap.* 815. *num.* 3.

506 Amplia 39. quòd alimenta debeantur beneficiato ab Ordinario, donec ei prouideatur, quando admisit resignationem in suis manibus, ab eo factam, si ille non habet, vndè se alat, & sustinere possit,

possit, *vt ait Cardin. Seraph. dec.* 1320. *num.*4.

507 Extende idem procedere in eo, qui instigauit Clericum ad suscipiendos sacros ordines: quia in casu necessitatis ille tenetur dictum clericum alere; veluti etiã dicitur de Episcopo eũ ordinãte, *vt ait Quintil. Mandos. consil.* 13. & *Surd. de alim q.*60. *num.*14.

508 Extende secundo, quòd Episcopus potest cogere Canonicos, etiam minori parte eorum contradicente, vt quilibet singulis annis pauperi Clerico studenti in subsidium aliquid, pro eius alimentis conferat, vt fuit dictum à *Rota in vna Meliten. Canonicatus Luna* 6. *Martii* 1595. *coram Card. Mellino*, & præsertim si iu Vrbe Sacris litteris operam nauaret, quia huiusmodi causa vtilitatem publicam respicit, non solùm illius particularis Ecclesiæ, verùm etiam vniuersalis: dummodo tamen Clericus sit Originarius, *vt dicunt Abb. Felyn. Dec. Gigas*, & *alii alleg. à Rota ibi coram Mellino*.

509 Extende tertiò, quòd alimenta debeantur Clerico, etiam aliundè habenti, quando illa petat ex fructibus, & distributionibus ad eum spectantibus, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 1098. *num.* 8. & *est doctrina Bald. cons.* 344. *lib.*5.

510 Extende quartò, quòd etiam deposito, & à beneficio suspenso, ob pœnam, propter crimen alimenta debentur; licèt secus sit in voluntario contumace, vt ait *Garz. in loco mox alleg. nu* 98.

511 Extende quintò, quòd ipsi Episcopo alimenta debentur, quando succedit in Episcopatu, sed fructus omnes per prędecessorem recollecti fuere, quia tunc illius hęredes, eidem Episcopo alimenta subministrare tenẽtur, ex quo Episcopus de suo alere non tenetur, *vt ait Oldrad. in suo cons.* 249. *incipien. Quæritur vtrum. vers. ad* 2. *nu.* 2.

512 Amplia 40. quòd etiam ex communicato debeantur alimenta, si periculum est, vt fame pereat, & eò magis, si communicatio esset nulla, quia tunc ea non ligat, *vt dicunt Couar. Nauar.* & *alii alleg. à Rota ibi supra coram Card. Seraph.* & *Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 16. *nu.*3. vbi loquitur in vxore excommunicata, quę illa excõione, non obstante ab eius viro est alenda.

513 Contrarium, quòd scilicet excommunicato, etiamsi egeat alimenta non præstentur, immò id pcedit, et si ille officio Parrochi, & Canonici inseruiendo fungatur *ait Garz. de benef. in* 7. *part. cap.* 13. *num.*98.

514 Quod tamen declara verum, quando ille excommunicatus fuerit legitimè fructibus priuatus, qa tunc alter deberet cum illius fructibus inseruire, idem *Garz. in præcit. loco*.

515 Amplia 41. quòd etiam alimenta de bonis sequestratis debeantur, si alito aliud pro suis alimentis non remaneat, quinimmò ea quoque debentur in casu, quando bona essent sequestrata, pro crimine, siue delicto in inuentario reperto, *vt ait Aluar. Vallasch. in sua decis.* 1. *Regn. Lusitan.* & *Marta compil. decis. tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 68. & *Grat. lib.* 1. *discept. cap.* 14. *nu.*5.

516 Extende primò, quòd etiam sequestrum potest sperni, quando alendus nõ habet aliundè, vndè viuere possit, *tex. est in l. fin.* §. 1. *vers. nam si tales C. de ordin. cogn. vbi Bald. in* 4. *notab.* & *Guidop. in sua dec.* 81. *in fin.*

517 Extende secũdò, id adeò esse verum vt propterea nedum alimenta, sed etiam sumptus litis, de dictis bonis debeantur, *vt ait Ricc. in sua collect. dec.* 1425. *in* 4. *part.* vbi ait, id procedere, ne quis litem deserere cogatur.

518 Extende tertiò procedere, etiamsi esset lata sententia pro sequestrante, quia ea per appellationem suspenditur, & est idem, ac si lata nõ fuisset, *vt ait Ric. in præcit loco*, & veluti dicam in verbo Appellatio.

519 Extende quarto idem procedere in bonis, ob delictum sequestratis, nam si interim delinquens non habeat, vndè alimenta recipiat; tunc ex fructibus rei sequestratæ venit alendus, vt superius dixi, & *vt ait Riccio ibi supra*.

520 Fallit tamen primo dicta ampliatio, quando bona essent parui momenti, *vt ait idem Ricc. in sua decis.* 13. *Curtæ Archiepiscopalis Neapolis in dicta collection.* 1425.

521 Fallit secundo, quando detegere tur illa bona esse furtiua, quia tunc succedit illa regula, quod quis ex sua improbitate

tatę ius consequi non debeat, nec minus doloso sit succurrendum beneficio Iuris, neque delictum eidem immunitatem pręstare debet, *vt ait Rubin. in sua decis. 200.* & *Ricc. in dicta collect. 1425.*

522 Fallit tertiò, quãdo verbi gratia mercator, cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliundè, quia solùm reus pendente iudicio de illis, in subsidium venit alendus, *vt ait idem Rubin in sua dec. 121. Alberic. in l. fin. § Quod si et C. de ordin. cog.* & *Ricc. in d. sua collect. 1425. par. 5.*

523 Fallit quartò, veluti si essemus in vno qui Maioratum vel Cappellæ administrationem, siuè Emphiteusis renouationem litigaret sed ob inopiam litem prosequi non posset, quia tunc conuentus possidens non tenetur ad alimenta, & expensas, cum sola paupertas pro huiusmodi consequutione non sufficiat, sed de bono iure quoque cõstare debet, *vt ait Valasch. in sua decis. 1. Regni Lusitania,* & *Marta in compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 68.*

524 Contrarium tamen venit dicendum de impetrantibus beneficium, quibus alimenta sunt præstanda, *vt ait Cassad. decis. 6. de appellat.* & *Ricc. in sua collectanea decis. 813. in 4. part* Idquè multò magis procederet, vbi essemus in litę, super prębenda Ecclesiæ, pendente, quia tunc illius possessor poterit pendente Iudicio de eius fructibus se alere, *vt ait Cappell. Tholos. in sua decis. 77 cum ibi alleg.*

525 Rursus extende id, quòd fuit dictum de alimentis, super bonis sequestratis debitis, procedere etiam in illis feudalibus, *vt ait Afflict. in sua decis 152. num. 2.*

526 Et, quòd plus est, id etiam ad fauorem spurii fieri potest, Sed est benè verùm, quòd illud, quod causam alimentorum superat, ad agnatos vadit, *vt ait idem Afflict. dec. 99.* & *ibi Vrsill. n. 1.*

527 Sed quòd isto casu alimenta præstanda non veniant vltra fructus fundi, ait *Gratian. lib. 5. disceptation. cap. 916. num. 40.*

528 Fallit tamen, quando, vt puta essemus in venditione Palatiorum Magni pretii; quia illa vendi non possunt pro alimentis spurio dãdis, sub prætextu, quòd redditus essent paucii; & ratio est, quia cũ dicta ędificia nobilitatem familię conseruent, obid ne vendantur neque censuræ Bullæ Iuris congrui, & retractus subiacent, *vt ait Vrsill. ad Afflict. in præcit. loco,* & *Rota in Romana Palatii de Comitibus 16. Ianuar. 1612. coram Card. Sacrato.*

529 Et id quod fuit dictum de venditione prohibita rei magni valoris, pro alimẽtis spurio dandis; extende procedere, etiam quoad alios, exceptis tamen filiis, pro quorum alimentis res magni valoris vendi possunt, cum educatio filiorum ętiam ad bestias spectet cum de Iure naturæ sit: *Magon. in sua dec. Lucen. 73. num. 26.*

530 Amplia 42. quòd etiam alimenta pauperi religioso, siue seruo, necnon alteri incapaci debeantur, quando eis sunt relicta, licèt pro eorum consecutione actio non detur, sed benè officium Iudicis imploratur, *vt ait Grat. in dec. Marchiæ 7. num. 1.*

531 Amplia 43. quòd etiam debeantur alimenta Prædicatori ab incolis illius loci, vbi prædicat, *vt ait Gerard. Maynard. in sua dec. 34. part. 1. parlament. Tholos. Surd. de aliment. tit. 1. q. 59. n. 1.* & *Marta in compil. dec. tom. 1. in verb. Alimenta cap. 77.*

532 Amplia 44. quòd alimenta præstari debent filię vnius ex sociis omnium bonorũ, cui ꝑpterea ex necessitate, aut dos siue alimenta sunt præstãda, quòd. n. procedit, siuè simus in expræssa, siuè in tacita societate, & hanc opinonem dicit esse veriorem *Gratian. in sua decis. 127. n. 8. in addit.*

Secus autem, quando ageretur de ea redotanda, quia ad id socius cogi non potest, quicquid sit in eo, qui necessariò reddotare tenetur, *veluti dixi sup. n. 328* & *vt ait idem Grat. lib. 4. discept. cap. 689. num. 30* & *32.*

533 Amplia 45. quòd huiusmodi alimenta in tantum sunt fauorabilia, vt propterea, ex eorum legato falcidia non detrahatur, etiamsi dodrantem excedat; dummodo tamen non simus in legato pecuniæ ad alimenta, quia tunc illud falcidię subiaceret, *vt dicunt Surd.* & *alii alleg. à Grat. in sua decis. Marchiæ 48. in addit. num. 2.* & *3.*

534 Sed huiusmodi occasione bonum erit scire, quòd quando erit legata pecunia

decisionum tomo 1. in verbo Alimenta capit. 64.

543 Contrarium, quòd scilicet probatio præsumptiua iuuet, & sic, quod testes plenè probent, si (verbi gratia) deponant aliquem pluries ad vnam mensam comedere vidisse, scribit *Corn. in suo consi. 110. num. 10. lib. 1. & ita quoq; fuit decisum in Rom. executionis Mercur. 23. Ian. 1630. coram Motmanno.*

Secus aũt, si deponerent de cohabitatione tm̃, quia tunc non probarent, nisi etiam deponerent de cõuictu continuo, ita vt neq; isto casu sufficeret; si illi dicerẽt pluries vidisse commedere, quia illud aduerbium (pluries) de per se perfectè isto casu non disponit, quia potest, etiam verificari in modico, vel minimo indeterminato, *vt fuit dictum à Rot. per Burat. dec. 294. num. 5. & 6.*

544 Amplia quadragesimononò, quòd priuilegium alimentorum est tam fauorabile, quòd si fiat generalis reuocatio legatorum, illud alimentorum non includir, veluti eodem modo quoq; dicitur de inducijs alicui debitori cõcessis, quæ ad causam alimẽtorum non extendũtur, *vt ait Surd. in sua dec. 213. fere per tot. & Afflict. in dec. 111. num. 10.*

545 Extende eam in tantum procedere, quòd quando quis trẽtaret de illis adimendis, tunc specifica expressio erit necessaria, quia in generali prouisione non veniunt comprehensa, *vt dicunt vltra ex tat. DD. alij alleg. à Grat. in sua discept. cap. 177. num. 11.*

546 Extende secundò idem procedere etiam in reductione legatorum, veluti si testator in codicillis ordinaret, quòd omnia legata ad tertiam partem reducebat, quia id non habet locum in alimentis, nisi in specie dicatur, *vt ait Cuman. consi. 30. num. 4. versi. vlt. Bart. in l. libertis, §. Posthumis, ff. de alim. et cib. legat. & in tract. de alim. col. 2. in fin. Aretin. in tract. de testament. versi. quid si testator.*

547 Extende tertiò procedere, etiamsi alia legata eidem legatario ademisset, quia illud alimentorum numquam adẽptum censetur, ad *trad. per Castr. consi. 31. in princ. lib. 2.*

548 Extende quartò, quòd licet clausula in fine posita de sui natura ad omnia prçcedentia referatur, neque nouam dispositionem inducat, *vt ait Rot. per Burat. dec. 322. num. 3. & fuit dictum alias à Rota, & signanter in Romana deuolutionis domus 4. Iunij 1593. coram Penia*, Id tamen cessat in legato alimentorum vti pio; quia isto casu, si ageretur de eo minuendo, tunc illa clausula eius naturã amittit, *vt ait tex. Bar. in d. l. libertis, §. Posthumis & ibi gl. & in l. melo ff. eod. tit.*

Extẽde hic obiter, q̃ dicta clausula in fine posita in pluribus alijs casibus non procedat, & primo, vbi diuersa ratio viget inter casus prçcedentes, & illum, cui apponitur, secundò quando erga personas in diuersis capitulis expressas paritas affectionis non concurrit, tertiò, quando ratio assignari possit, quare magis ad vnũ quã ad alium casum referatur, quartò q̃ñ expressa, siue præsumpta mens disponẽtis repugnaret, quintò, q̃ñ cõmodè ad omnia referri non põt. vt fuit decisũ ... *Rot. per Burat. in d. dec. 322. per tot. & in Bonon. fideicom. de Volta 8. Mart. 1607. coram Mantuano, & ibi plures aliæ dec. alleg.*

549 Amplia quinquagesimò, quòd ob fauorem alimentorum prçscriptio ex spacio triũ annorum inducitur, etiam si legatum, & testamẽtũ sit nullum, *ex text. in l. 3. C. de fidei. Baran q. 7 sub ... habẽs, vers. soluto ... d. pen. in fin. & vers. ... obstat, & alij DD. alleg. à Grat. lib. 2. c. 208 n. 13.* Sed nota tamen, quòd eorum præstatio per coniecturas, & leues probationes probatur, *Burat. dec. 159. n. 6.*

550 Extende primò, quòd licèt legatum illud alimentorum esset nullum, tamen hæres potest officio Iudicis cõpelli ad illud prçstandũ, *vt ait Cuman. in cons. 30. nu. 2. versi. ad hoc etiam, vbi plures alleg.*

551 Subextẽde, q̃ immò dictus hæres possit intra tẽpus ad conficiendum inuẽtarium pro alimentis conueniri, quod tamen intellige verum de futuris, non autem de præteritis, *ad trad. per T. ... in sua dec. 44. & Iaffred. in dec. 29. alleg. à Riccio in sua collect. 548.*

552 Extende secundò id fieri posse ad fauorem cuiuslibet personæ, quæ etsi alias incapax legati esset, tamen dicti legati alimentorum erit capax, & propterea in quacumq; prohibitione, quod legari nõ possit, nunquã illud alimentoru exclusũ cẽsetur, veluti pari modo; si persona prohiberetur acquirere; quia nõ prohibetur

alimēta in loco prohibito recipere, quia generalis exclusio nunquam prouisionē alimentorum comprehendit, *vt ait Zabarell. in suo cons. 66. num. 28. & in fin. Cuman. d cons. 30. circa princ. vers. in contrarium Bart. in d. l. mela ff. de alim. & cib. leg. & Grat. lib. 2. discept. c. 236. n. 51.*

553 Ampila quinquagesimo primò, quòd alimentorum præstationem important illa verba, veluti, si quis diceret (Io prometto di tenere in casa Herculano, & trattarlo da gentil'huomo) quia illud satis dicitur expressum, quod virtualitèr, & in consequentiam expressi venit, *vt est text. in l. tam hoc iure ff. de vulg. & pu pill. Parij. cons. 3. num. 35. & cons. 44. num. 4. lib. 1. & fuit dictum à Rota in Romana redditionis Ven. 21. Febr. 1603. coram Litta, & in eadem corā eodem Luna 5. Iul. 1604.*

554 Extende primò idē procedere, si qs promitteret vnum prouidere, quia illud verbum (prouidere) alimenta importat *iuxta text. in cap. cum secundum*, ibi vel successores eorum prouideri volumus, tamdiu vitę necessaria congruè subministrantes, & ibi per *gloss. in verbo successores, vbi Hostiens. & alij DD. de præbend. & ita fuit dictum à Rota in Rom. alimentor. Luna 13. Mart. 1600. cor. Card. Pamph.*

555 Declara tu tamen id esse verū, quādo illud verbum (prouidere) à testatore fuisset prolatum, qui aliquo iure ad alimenta teneretur; aliàs si nullū ius alendi ipsi testatori competeret, tunc illud verbum (prouidere) sine expressione alicuius speciei, ad alimenta non extenderetur, sed potius protectionem, ac illius commendationem importaret, vt distinguit *Rota sup. coram Card. Pamphilio.*

556 Quod enim amplia procedere, etiāsi essent adiecta illa verba (prout ei visum fuerit) quia nihilominus, cum ea (vt superius dixi;) fuerint ab vno prolata, qui nullam alendi necessitatem habebat, tūc dicta verba cōmendationem importāt; licèt alio casu illa verba, prout ei visum fuerit) importarent arbitriū boni viri, qui tñ posset, isto casu disponere solùm, circa modum præstandi alimenta, non autem circa substantiā legati, vt ait *Rota ibi coram Card. Pamphilio, quæ est apud. Marches. de commiss par. 2. fol. 1174.*

557 Extende præterea illud prædictū genus voluntariæ oblationis alimentorum, adeò esse efficax, quòd si alendus ad pinguiorem fortunam deuenerit, & sic ei diuitiæ superuenient; nihilominus dicta alimentorum præstatio sustinebitur, nec per superuenientiam melioris fortunæ euanescit; licèt tamen secus esset, si alimenta officio Iudicis, vel legis dispositione deberentur: quia tunc ea solùm debita censentur, quatenus quis egeat, & non aliàs, vt fuit decisum à *Rota in d. Rom. redditionis rationis Ven. 21. Febr. 1603. & Luna 1. Iul. 1604 coram Litta.*

558 Amplia quinquagesimo secundò, q̀ appellatione alimentorum veniunt cibaria, vestitus habitatio, & lectus, vt est *Text. in l. legatis ff. de alim. legat. & in l. 1. & 2. ff. de cib. & aliment. legat. Grat lib. 4. discept. cap. 610. num. 2. & 3. & fuit dictum à Rota in vna Calagurritana alimentorum 7. Nouembr. 1594. coram Cardinali Seraphino, quæ est in etiã impres. dec. 1091. num. 4. & ita fuit queq; decisum in Rom. alimentor. Luna 22. Maij 1628 coram Durano.*

Et id, q̀ fuit dictū de habitatione procedit, et si testator eā ex accidēti in vita sua non dedisset, & ratio optima ea est; quia in his, quæ habent tractum successiuum in futurū non præscribuntur, nisi solùm pro præterito, vt dixi in *cons. 113. num. 36. & Rot. per Buratt. dec. 297. n. 3.*

Et propterea ex prædicta declaratione inferri potest, quòd si pluribus fuerunt legata alimenta in eadem oratione, tunc pariformiter ea illis debentur, etiam si testator, dum viuebat, difformiter eadem præstasset, quod tamen intellige verum, si testator habuit relationem ad personas, at secus, si ad quantitatem, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in d. dec. 297. num. 7. & 8*

559 Extende primò, quòd etiam, sub eorum nomine veniant medicinæ ad necessariam corporis curam, & ratio est, quia corpus humanum aliquando infirmatur, licèt *Bald. contrarium teneat in l. si cum dotem §. fin autem ff solut. matrim.* qui tamen ab omnibus reprobatur, vt testatur *Dec. in l. de alim. n. 3. C. de transac.* & ratio potissima ea est, quia sine medicina corpus languens sanari nō potest, *Alex. in d. l. si cum dotem, §. cum autem ff. solut. matrim. Crass. in §. legatum quas.*

quæst. 24. per tot. de success. Franch. dec. 283. & Rot. in d. Rom. Alimentorum coram Durano.

560 Extende secundò, quòd venit etiam equus, quando alendus non potest ire pedester, cum in huiusmodi alimentorum præstatione debeat haberi ratio de qualitate, & dignitate, nec non de dubio euentu infirmitatis, *Marsil. in repet. rubr. de prob. n. 15. & Franch. in d. dec. 283. n. 21.*

561 Extende tertiò, quòd sub eorum nomine veniunt, quoque sumptus in studio, & omnia ad studentis victum necessaria, *vt ait Card. Mantica dec. 335. num. 1. Ioachim Mising. dec. 12. parte 3. & Marta in compilat. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 52.*

562 Contrarium, quòd scilicet expensę studii legalis non veniant, sed illæ tantũ studij Grammaticalis, ait *Angel. Aret. in suo test. vers. Item reliquisti Titia mulieri Socin. cons. 161. vers. postremo lib. 2. & Iason. in l. cum is §. qui transigit in fin. ff. de transact.* Item quòd expensæ librorum, & similium non veniant in legato victus, & alimentorum, *ait Abb. cons. 63. col. 2. num. 2. lib. 2. vbi allegat Feder. de Sen. cons. 12.*

563 Declara tamen, quòd si alimenta debentur iure sanguinis, tunc pro disciplina alendi salarium, quoad magistrum, & similia debentur; secus verò si ea dietim debentur alicui extraneo, quia tunc solus cibus debetur, & non ea omnia, sine quibus commodè viuere non possumus, *Bart. in tract. de aliment. in princip. & Rota ibi supra.*

564 Subdeclara primò, quòd appellatione alimentorum veniunt cibaria, habitatio, vestitus, medicinæ, salarium medici, nisi tamen essent magnæ impensæ, circa medicinas, quia tunc illæ non deberentur, *vt ait Bart. in l. si alimentis, & Aretin. in suo testam. vers. Item reliquit.*

Extẽde quòd veniũt, & ligna, carbones, oleũ, candelæ, & similia, quæ humano victui, ac honorato sunt necessaria, vt fuit resolutum à *Rota in Romana executionis Merc. 23. Ianuar. 1630. coram Motmanno.*

565 Subdeclara secundò prædicta procedere, quòd scilicet alimentorum appellatione veniant prædicta, quando sumus in materia fauorabili, vt est in legato; at secus si in odiosa obligatione, vt dicunt *Bolognett. in addit. ad cons. Ruinan. 37. num. 7. Abb. cons. 63. lib. 2. Roman. cons. 440. latè ait Dec. in l. de alimentis col. 1. C. de transact. Corn. cons. 286. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 178. num. 7. lib. 6. Roland. cons. 22. num. 1. lib. 2. Socin. cons. 161. col. fin. lib. 1. & Iason in l. cum antiquitas nu. 7. C. de testam.*

Rursus declara prædicta procedere, quando essemus in personis honestis, & nobilibus, & alere debens esset diues; secus autem, veluti si essemus in personis vilissimæ conditionis, & in præstatione cibi non parati, quia tunc intraret dispositio; *Text. in l. cibariis ff. de alim. legat.* vbi habetur, quòd cibarijs legatis, præter cibum, aliud non deberi, veluti ita distinguendo fuit resolutum à *Rota in dicta Romana executionis coram Motmanno.*

566 Extende quartò, quòd etiam alimenta pro famulo veniant, sub eorum appellatione, attenta tamen personarum qualitate, cum non sit conueniens, quòd vir, siue mulier nobilis vadat ad publicas plateas, pro emendis victualibus, & quòd tales de cibis, sibi ipsis in coquina prouiderent, *vt fuit decisum à Rota in Romana alimentorum Mercur. 21. April. 1619. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marches. de Comm. par. 1. fol. 1185. num. 2. & Grat. lib. 4. discept. cap. 613. nu. 16. & 17.*

567 Extende quintò, quòd denique appellatione alimentorum omnia veniant, sine quibus, quis commodè viuere non potest, vt dicunt *DD. in d. l. legatis ff. de aliment. legat. Rimin. Iun. cons. 132. in hac materia viden. & ibi latè, & Franc. Marc. in dec. 154. num. 7. par. 2.*

Et quòd denique illorum appellatione ea omnia quoq. cõprehẽdãtur, quæ ad illorum preparationem, & naturale condimentum sunt necessaria, ita vt ea comedi possint, dicunt *Bart. Bald. Dec. & Surd. alleg. à Rot. in d. Rom. executionis Merc. 23. Ian. 1630. coram Motmanno.*

568 Extende sextò, quòd quando alimenta dantur pro vita, & militia semper sunt opulentiora, & fauorabiliora legitima, quia ea non dantur ad mensuram legitimæ, neque ad valorem Patrimonij, sed benè ad ratam fructuum, & iuxta personę conditionem, vt ait

Franch. in sua dec. 525. num. 24. & *Magon. in dec. Lucen. 73. n. 23. & 24.* & *Rot. per Buratt. dec. 261. num. 11.*

569 Præterea notandum erit, quòd regulariter alimenta sunt præstanda in loco habitationis hæredis, & quoad vinum, frumentum, & oleum in proprijs speciebus sunt soluenda; quò vero ad alia ea in pecunia assignẽtur, vt fuit dictum in *Fulgin. primogenit. de Iacobellis Ven. 18. Apr. 1597. coram Litta,* & *prius in alia Spoletana legitima 10. Ian. 1596. coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis. 1194. num. 1.*

570 Extendè, quòd nedum in loco habitationis hæredis ea sunt præstanda; sed etiam in propria domo, vt fuit dictum in *Rom. alimentorum 14. Apr. 1603. coram Card. Mellino, quæ est apud Marches. p. 1. S. 1. fol 1275.*

571 Contrarium tamen ait, *Franc. Marc. in sua decis 323. in 1. par.* & *Marta in compilatione decisionum tomo 1. in verbo Alimenta cap. 54.*

572 Concorda, vt prima opinio procedat, quando alimenta fuerunt promissa in domo, vel quando ea officio Iudicis præstanda veniunt, quia istis casibus alẽdus alimẽta in alentis domo recipere debet, & non extra, vt fuit decisum in *Spoletana Alimentorum 24. Maij 1593. coram Gipsio. & in Romana redditionis rationis Lunæ 5. Iulij 1604. coram Litta.*

Secunda verò opinio procedit, quando alimenta ex contractu, vel vltima voluntate sunt debitã, quia tunc alendus ea in domo aliena recipere non cogitur, *vt ait Franciscus Marcus in sua decis 323. in prima parte,* & *Marta in præcitato loco cap. 54.* & *ita quoque fuit decisum in Ciuitatis Castelli Alimentorum Veneris 17. Octobris 1591. coram Orano.*

573 Et tenendo secundam opinionem, Amplia eam multò magis procedere, quando non esset expressum, vt ea in domo tali præstari deberent, vt latè ait *Siluester Aldobrandin. in suo consilio 31. num. secundo,* & *Rota ibi coram Orano.*

574 Secus verò, si locus esset à testatore destinatus, quia tunc ille esset attendendus; sed est benè verum, quòd regulariter, vbi creditor, vel debitor sunt diuersi domicilij, tunc non est eundum ad domum creditoris, quia sufficit, si in proprio domicilio sit paratus soluere; nisi tamen essemus in filio, qui ex reuerentia Patris debet in eius domo alimenta recipere, vt ait *Gratianus lib. primo disceptationum cap. 94. num. 62. & 63. Rota in Fulginaten. primogeniture 18. Aprilis 1597 coram Litta,* & *in Aretina pensionis 20. Februarii 1598. coram eodem.*

Licèt tñ id sit arbitrarium Iudici, qui potest ex causa facere, vt alimẽta pręstentur, extra domum alere debentis vt dixi superius sub num. 144.

575 Contrarium tamen, si essemus in hærede, & alimentario eiusdem fori; quia tunc debitor vadit ad domum creditoris; dummodo non sit ceptum præstari alimẽta in vno loco, quia tũc in eodem esset perseuerandum, veluti in alijs casibus, de quibus latè tradit *Surdus de alimentis tit. 4. quæstione 16. per totam Duenna regula 161. Simon de Pratis in tractat. vltim. voluntat. lib. 4. dub. 11. num. 104. cum seqq. fol. 432.*

576 Extende eodem modo procedere in solutione pensionis, quæ soluenda venit in loco, in quo fructus beneficij colliguntur; vt Ecclesia minus grauetur, quia in contractibus semper solutio est præstãda, vbi facilius debitor illam præstare potest; quando tamen certus locus solutionis non esset destinatus, vt fuit dictum in dicta *Aretina pensionis 20. Februarii 1598. coram Litta.*

Declara tamen, quòd licèt locus solutionis fuisset destinatus; nihilominus debitor excusatur à mora in non soluendo, quando creditor esset diuersi fori: Imò tunc oblatio, etiam verbalis, si sit Iudicialis, &, præsertim geminata excusabit à mora, si tamen fuerit recusata, & creditor iustã causam recusandi non habuerit: at secus, quando creditor non expresse recusaret, sed simpliciter taceret, neq. contradicendo, neq. recusando, vt fuit dictum à *Rot. per Buratt. dec. 517. per tot.* & *ibi per adaens.* habebis, q ad hoc

vt

vt oblatio verbalis à mora excuset; tria sunt copulatiuè necessaria, primo; quod purè sit facta, & non conditionaliter; secundo quod creditor expressè eam recuset; tertio, quod iustam causam recusandi non habeat, *Mascard. variar. resol. lib. 1 cap. 57. num. 6.* & Rot. ibi *coram Burat d. dec 517.*

577 Extende tertiò dictam secundam opinionem eo magis procedere, aliqua iusta subsistente causa, quia tunc, etiamsi essent in propria domo debita, & promissa; nihilominus extra eam dari debent, *Alex cons 100. num. 2. lib. 1.* & *ita sæpè fuisse decisum ait* Rota *in dicta Spoletana coram Cardinali Gipsio, & in Fulginaten. primogenitura coram* Litta; *& coram eodem in dicta Romana redditionis rationis, & in illa* Romana *Alimentorum 14. Aprilis 1603 coram Cardinali Mellino, quæ est apud Marthesanum de commissionibus parte 1. fol 1175. Borgn. decis. 17. parte 4. & Marta in præcitato loco cap 78*

Et quę nã dicatur iusta causa, id Iudicis arbitrio erit remittēdũ, & inter cæteras ea est potens, quę ex causa litium prouenit, cũ litigãtes semper inuicē, quodãmodo præsumantur inimici, vt fuit dictum in vna *Rom. de Cinctis ex doctr. Surd. de alim. tit. 1. q. 15. n. 28 cum alijs alleg. à Rota in d. Rom redditionis rationis coram Litta.*

578 Extende id tantò magis procedere, quando super illorum quantitate lis fuisset facta, vt fuit dictum in *d. Ro. alimentorum coram Card. Mellino.*

579 Et reassumendo id, quod fuit dictũ de alimentis præstandis in domo alere debentis, & in suis speciebus, declarã primò nõ procedere quoties illę species de facili nõ reperirētur; quia tũc alimēta possent præstari in pecunia, & sic species in ipsam quantitatem resoluere, vt fuit decisum in *Cesaraugustana alimentorum 13. Ianuarii 1574. coram Card. Seraph quæ est dec. 127. n. 1. & 5 p. 1. nouiss.*

580 Declara secundò non procedere quoties Iudici videretur huiusmodi alimenta, in dictis speciebus consistentia, velle ad pecuniam reducere, & sic ea, consideratis redditibus, & qualitatibus alendi, in pecunia taxare, veluti fuit dictum in *dicta Fulginaten. Primogenitura coram Litta.*

581 Declara tertiò eodē modo non procedere, quando alimenta præstarentur in domo hæredum, sed contingeret eos inter se diuidere, & seorsum habitare, quia tunc ea in domo vnius dari poterunt, prout Iudici videbitur, vel quod vnus vno tempore, alter altero alimenta pręstet, veluti fit inter condominos, quãdo de iurisdictione contendũt, quia tũc ipsi quoq. alternatī gubernãt, vt ait *Grat. in sua dec. 107. n. 5 & seq in addit.*

582 Declara quartò idem procedere in debitore alimentorum, in quo variatio datur; Vndè si vnam domum alendo assignauerit, potest alteram loco illius assignare, vt ait *Grat. lib. 4 discept. cap. 743 num. 13* quæ enim habitatio tamquam species ad genus in alimentis semper compræhenditur, vt ait *Vrsil. ad Affl. dec. 74 num 1.*

583 Declara quinto idem procedere, & è conuerso; nempè quando pluribus alimenta deberentur, nam si circa modum illa percipiendi discordarent, tunc Iudex in hoc ex officio procedere poterit, & in huiusmodi diuisione se ingerere debet, veluti diligēs Paterfamilias faceret; Quinimo si Pater, verbi gratia, taxasset alimēta, & ea Iudex indecētia cognosceret; nihilominus ipse poterit ea moderare, licèt taxatio à Patre facta in dubio pręsumatur iusta, *vt ait id Grat in d. dec. 107. n 8. & 9 & in dec. 207 in addit.*

584 Sed si contingat, vt alicui bis alimenta legentur, tunc ea semel tantum debētur, cum legatum alimentorum non sit multiplicabile, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. dec. 438. num. 1 par. 1. Bald. in l. alimenta, §. Basilica, ff. de alim. & cibar. legat Pancirol. cons. 192. nu. 16. Menoch. cons. 231. nu. 62. cum seqq.*

585 Extende prædicta procedere, etiamsi essemus in persona, quę ratione duplicis officij alimenta geminata pręrenderet, *vt ait Bald. cons. 344. lib. 5.*

586 Limita tamen primò, id nõ procedere; veluti si essemus in legato alimentorum à duobus testatoribus eidem personæ facto, *vt ait Menoch. ibi sup. num. 68.*

587 Contrarium licet teneat, *Iason in l. planè §. eadem ff. de legat. 1. & alij quos alleg. Menoch. ibi sup. d. num. 68.*

588 Limita secundò, qñ constaret de cõtraria mēte testatoris, quia tũc duplica-

rentur alimenta, idem *Meuoch. in prae. loco num. 71.*

589 Et propterea, ex hoc inferri potest, quòd si vxor fuerit relicta ab eius viro vsufructuaria omnium bonorum, tunc licèt illud legatum de sui natura alimentorum præstationem importet; tamen id fallit, quando maritus ei alimenta specialiter, & postea dominium, & vsumfructum reliquisset, quia eo casu vltra victũ haberet, etiam vsumfructum bonorum sui viri; veluti eodem modo esset dicendum, quando in vna parte orationis ea fuerit vsufructuaria, siue ibi illi fuerit relictus, victus, & vestitus, & in alia parte fuerint relicta alimenta, quia tunc ob illam geminationem vtrumq. nempè vsũfructum, & alimenta haberet, *vt ait Anchar. var. quaest. Iuris quaest. 1. num. 7. lib. 2. Gabr. tit. de legib. & constit. concl. 3. & latè habetur in hac materia in regul. Iur. Ciuil. ac Pontific. tomo 2. in verbo Vxor car. mihi* 591. vbi plures ampliationes, & limitationes inuenies.

590 Declara quòd licet alimenta vxori à viro relicta intelligantur de ea vxore tempore testamenti; Nihilominus eorum fauore, si illa moriatur intelliguntur alteri, etiam posteriori legata; quod ego credo verum, si nomine appellatiuo vir diceret lego meæ vxori; at secus, si exprimendo eius nomen proprium, dixisset lego Laurentiæ alimenta, quia tunc expressio illius nominis impedit transmissionem fieri, quia experientia videmus, quòd maritus plus vnam, quàm alteram vxorem dilrgere solet, nisi tamen contrarium, ex mente testatoris colligeretur, quæ facit transmissibile id, quod ex sui natura non est tale, & è contra, *vt ait Rota apud Gregorium XV. decis. 56. num. 8. & dec. 551. num.* 4. Et in materia transmissionis hæreditatis ex mente testatoris fiendæ dixi in *conclusione 42. num. 130. & num. 596. & in hoc videnda est decisio Buratti 568. per totam, & ibi quoque per addentem* vbi plures coniecturas transmissionis hæreditatis inuenies.

Sed quod cuicumquè vxori illud legatum alimentorum debeantur, ait *Alexander consil. 171. num. 4. lib. 2. incip.* viso processu.

591 Limita tertiò, non procedere, veluti quando essemus in legato alimentorum, & dotis, quæ vti legata pia debentur, & sic vtrumq. peti potest, quamuis dos loco alimentorum succedat, *Ioann. de Anan. consil. 42. in principio, vbi Bolognett. & in Appostill.* Et quòd legatum dotis pauperi factum pium dicatur, & & quòd censeatur in causa alimentorum & pro salute animæ factum, ait *Grat. lib. 4. disceptation. cap. 066. num. 5. cum ibi allegatis.*

Extende eam rationem fauore animæ adeò pollere, vt propterea si dotes fuerint relictæ pro maritandis puellis, & puellæ prædictę ante nuptias moriantur, tunc dotes huiusmodi veniunt restituendæ, & in dotandis alijs sunt erogandæ, veluti sequitur, etiam quando dotes post matrimonium, ob deficientiam filiorum restituendæ venirent, vt contingit in illis, quæ dantur à Confraternitatibus in Vrbe, & præsertim à Venerabili Societate Sanctissimæ Annunciàtæ, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decis. 500. num. 5. & in alia* Romana *Electionis Puellarum 27. Nouembris 1624. coram Pirouano.* Licèt ibi fuerit resolutum secus esse, quando constitutiones extarent in contrarium.

592 Extende prædictam limitationem, adeò esse fauorabilem, vt propterea donatio pro alimentis facta dicatur modalis, & non conditionalis, *vt ait Coccinus decis. 240. num. 2.* & ideò nota, quòd si à tertio stipulatio fiet, pro alimentis ad fauorem pauperis, erit valida, idem Coccinus *decis. 435. num.* 4. Sed quando ea esset conditionalis, tunc reuocari posset illis non præstitis, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decision. 7. num. 10.*

593 Limita quartò id nõ habere locum, etiam in distributionibus quotidianis, quæ licèt sint, & habeantur loco alimentorum, tamen non sunt propriè alimenta, *Bald. cons. 344. lib. 5. & Rota per Cardinal. Seraphin. decis. 1098. num. 8.* & propterea vtrumque nempè alimenta, & distributiones Clerico litiganti debentur, *vt ait idem Card. Seraph. in prae. loco.*

Secus autem, quando essemus in pensione reseruata, vt pensionarius commodius sustentari posset, quia tunc eam alimentis æquiparari censetur, *vt ait Rota per*

per Burattum dec. 261. *num.* 2. *& Doctores ibi per Addent. allegati ſub num.* 12. vbi declarat id procedere, ſi talis penſio eſſet reſeruata pauperi. at ſecus, ſi diuiti, vt ait Rota *dec.* 678. *num.* 4. *par.* 4. *diuerſorum*.

594 Limita quintò, quòd ſi alimenta ſemel à patre fuerunt præſtita, ſi ea ſint conſumpta, iterum debentur, vt ait *Benintend. dec.* 22. *num.* 2. & *Gratian. lib.* 4. *diſcept. cap.* 792. *nu.* 10. ea tamen diſtinctione, de qua ſupra diximus.

ARGVMENTVM.

ALIMENTA, ET SVMPTVS LITIS, quibus, & a quibus ſint in ſpecie præſtanda, & quę ſint ad ea conſequenda probanda.

CONCLVSIO XC.

1 HVCVSQVE diximus in genere, quibus alimenta ſubminiſtranda veniant, tàm Iudicis officio, & legis diſpoſitione, quàm etiam Iure actionis debita: Modò reſtat videndum, quibus perſonis alimenta, & ſumptus litis in ſpecie debeantur. Sed in primis notandum erit, quòd ad hoc, vt ea ſubminiſtrentur, duo ſunt neceſſaria probanda; quorum Primum erit Paupertatis qualitas, Alterum vero boni iuris præſumptio. *Creſcent. deciſ.* 8. *de re iudic.* & *Rota in vna Valentina emolumentorum Vener.* 27. *Nouembr.* 1579. *coram Card. Seraph. qua eſt in eius impreſſ. dec.* 426. *num.* 1. & ita Rotam quotidie ſeruare *fuit dictũ in Hortana domus Luna* 25. *Octobris* 1604. *coram Gregorio* XV. *quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 189. *num.* 1. *Verall. dec.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. *idem Greg. dec.* 524. *num.* 2. *Card. Seraph. dec.* 1098. & *Rota deciſ.* 748 *num.* 1. *par.* 2. *recent. & Card. Mantica dec.* 28. *num.* 1. & 3. & *Coccin. dec.* 367. *& Affict. dec.* 10. *nu.* 3. & *Rot. in Biſign. penſionis Luna* 26. *Iunij* 1617 *cor. Buratto, & prius in Ferrarien. alimentor. Ven.* 28. *Iun.* 1613. *coram eodem*, & *in Aeſina bonorum* 1. *Iul.* 1617. *coram Andrea, & in Romana Palatij* 26 *Iun.* 1620. *coram Buratto*, & *in Romana hæreditatis de Cuſidis* 26. *Ianuar.* 1624. *et in Romana fideicommiſſi de Epis* 12. *Febr.* 1624. *coram eodem*, & *Card. Seraph. dec.* 426. *vna cum aliis allegatis per addent. ad dec. Buratti* 15. & ibi ait quomodo illæ duæ qualitates, nempè boni iuris, & paupertatis ſint intelligendæ, *& Rot. per Card. Caualer dec.* 407. & *dec.* 554. *nu.* 1. & *per Buratt. dec* 708. *ſub num.* 6. & *prius dec.* 261. *num.* 1

2 Et id, quod fuit dictum de probatione paupertatis, declara, eam probari deberet reſpectu rei, de qua agitur, & ſic reſpectu ſuſtentationis litis, *text. eſt in l. l. fin. vbi DD. C. de ord. cognit.* & *Card. Seraph. d. dec.* 426. *n.* 2. & ideò nõ in genere, ſed in ſpecie eſt probanda paupertas, vt ſcilicet ea ſit talis, ob quam non valeat ille ſe, & litem ſuſtinere, vt ait Rota *in vna Corduben. Cappellaniæ* 8. *Nouembr.* 1610. *coram Ortembergo.* & *per Burat. deciſ.* 708. *num.* 11. *et dec.* 470. *num.* 6 *par.* 2 *recent. in Senonen. Monaſterii* 5. *Mart.* 1608 *coram Card. Sacrato*

Sed quod in materia præſtationis alimentorum, & litis ſumptuũ, ac paupertatis id Iudicis arbitrio ſit remittendum, attenta perſonarum, & circumſtantiarũ qualitate, dicunt plures Doctores allegati per Addentem ad eam *dec. ſ. Burat.* 15. *et dec.* 608. & veluti quoque fuit reſolutũ in illa *Ferrar. alimentorum corã eodẽ Buratto, et per eundem dec.* 261 *n.* 1. *et* 11.

3 Licèt ſecus tamen eſſet, ſi litigans haberet patrem diuitem, vel ei non eſſe indecorum proprijs manibus laborare; quia iſtis caſibus omnis prætenſio paupertatis tolleretur, cum præcipuè ad patrem ſpectet onus alendi filium, *vulg. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. et Rota dec.* 470 *num.* 5. *p.* 2. *recentior.*

Veluti eodem modo veniret dicendũ de eo, qui bona ſua inutiliter conſumpſit: quia talis pauper ad iſtum effectum dici non poteſt, vt fuit dictum in *Romana Palatii* 26. *Iun.* 1620. *coram Buratto. quæ eſt in eius impreſſ. dec.* 485. *num.* 7.

4 Amplia cõcluſionẽ principalẽ in tm̃ eſſe veram, quòd licèt non agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſed ad res particulares tantum: nihilominus ſumptus, & alimenta debentur contra opinionem Surdi *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 120. *n.* 14. *veluti ita fuit deciſum in d. dec.* 748. *n.* 5. *p.* 2. *recent.*

Con-

Contrarium quamuis testetur *D. Ferentillus ad dec. Buratti 15 sub num.* 8. dicens principaliter cõclusionem solùm procedere, quando pauper ageret ad vniuersam hæreditatem, vel maiorem illius partem, & sic in iudicio vniuersali; non autem particulari, sed est benè verum, quòd ipse quoque in addit. ad aliam *decisionem 708 sub num. 6.* primę opinioni inhæret, vti sacræ *Rotæ* strenuus sectator, cui ego quoq. me subscribo, neq. in hoc plus, & minus debet specie differre, cum causa istius concessionis alimentorum, & litis sumptuum concedatur, ne pauper, de cuius præsumptione boni iuris apparet, ob illius impotentiam litē deserere cogatur; vltra quòd parum ita prodest pauperi, sicuti multum diuiti, & ad id comprobãdum *ibid. Ferentill.* exēplum adducit de Monacho, qui accusauit Abbatem, cui alimenta, & sumptus litis, pēdente iudicio, debētur; licèt neq. ad rem vniuersalem, neque particularem agat, & ibi contrarijs respondet, & *allegat Rot. in* [illegible] *censuum 27. Nou. 1615 coram Sacrato.*

5 Subamplia, quòd etiam dicta alimenta, post contestatam litem, & in omni parte iudicii peti possunt, siue agatur in possessorio, siue in petitorio; Item nedū in causa appellationis, verùm etiam donec lis prorsus fuerit terminata, nec pēdente huiusmodi iudicio vllæ induciæ obstare, neque impedire possunt; veluti nec etiã testium reprobatio admittitur, qñ filius in quasi possessione filiationis existēs alimenta petit à Patre, & Pater neget filium; secus autē si nullam quasi possessionem haberet, *vt ait Grattan. lib. 2. disceptation. cap. 236. num. 25. 26. 27. & 43. cum seqq. & Surd. in dec. 323. num. 9.*

6 Sed Declara tamen, quòd ad hoc, vt alimenta, & sumptus litis debeantur, duo sunt necessaria, nempè, quod de re fructifera agatur, vel quod sit pretio æstimabili, *vt ait Rota in dec. 470 num. 6. part. 2. recentior.* Secundo requiritur, quòd illa præstare debens, sit diues, vel quòd saltem non egeat; aliàs si esset pauper, tunc succedit regula illa, quòd scilicet priuilegiatus non vtatur priuilegio, contra alium priuilegiatum, sed tunc priuilegia conquassantur, *vt fuit decisum à Rota in dicta decis. 470. num. 7.*

7 Quò autem ad præsumptionem boni Iuris, notandum est, quòd illa non debet esse leuis, *vt ait Couar. pract. q. 9. cap. 6. num. 5. Valasch dec. 1. num. 12. & Rota in dicta decis. 524. penes Greg. XV & Rota in alia Aesina bonorum 21. Maii 1609. coram Cardin. Marcomontio,* vbi fuit dictum, quòd ad hoc, vt alimenta, & sumptus litis filio debeantur, opus est, vt saltem semiplena probatio pręcedat, super eo, quod ille sit filius; veluti tenet etiam *Gaill. & Surd. & alii allegati in dicta Esina bonorum, & Rota in Romana de Vero. spis, quæ est apud Marches. de com. par. 1. § 1. fol. 1183. num. 1.*

8 Pro præsumptione verò boni Iuris multum facit, habere sentētiam pro se, ētiam si postea fuerit ab ea appellatū, *vt ait Couar. ibi supra num. 6. Surd. totidem num. 10. & 11. & Rota decis. 258. num. 2. in 1. part. recent. & Bellam. decis. 88. in fin. ac cæteri Doctores allegati à Rota per Burattum in sua decis. 708. num. 3. quæ est in Romana Vineæ, & expensarum Merc. 17. Maii 1623.*

9 Extende id in tantum valere, quòd neq. ex sententia reuocatoria primę elīditur illius boni Iuris præsumptio; si tamen illa prima sententia fuerit indè per tertiam confirmata, *vt fuit decisum in dicta decis. 448. num. 2. in secunda part. recentior.*

10 Quę enim alimenta, & sumptus litis nota, quòd subministrari debent à die petitionis eorum, & interim causam negotii principalis suspendunt, donec super illis finis litis habeatur, *veluti fuit decisum in vna Bisuntrina separationis thori Lunæ 17. Iunii 1596. coram Cardin. Pamphilio.*

11 Contrarium licèt aliàs fuerit *decisum à Rota in vna Hispalen. Matrimonii 24. Octobr. 1578 coram de Rubeis,* vbi deciditur alimēta deberi tantùm à die executionis citationis Rotalis.

12 Concorda tu tamen, quòd prima opinio procedat, quando lis antea fuerat in partibus introducta, & postea per appellationem ad curiam deuoluta, quia tunc executio citationis Rotalis non dicitur principium litis, sed iudicii prius in partibus incæpti continuatio, quod enim licèt respectu instantiæ videatur, quid

diuersum

diuersum à primo: tamen, quoad ipsam rem, & actionem intentatam dicitur eadem, nec causa, cum prima, *vt ait Rota per Seraf. dec. 8. num 4. de referuat.*

Secunda vero opinio procedit, quando lis antea in partibus non pendebat, nec alimenta fuerunt ibi petita, quo casu incipit lis a die exequutionis citationis, *vt dicunt Doctores in Clem. 2. vt lit. pendent.* & *Cass. d. dicta decis. 8. de referuat* & quòd lis, siue Iudicium non incipiat à commissione causę, siuè à decreto citandi, sed ab ipsa citatione, dummodo non esset facta ad videndum compulsari *ait R. t. dec. 136. n. 1. par. 2. rec.*

13 Licèt Rota *in dec. 160. 1. part. nouiss. coram Card. Mantica* dicat, quòd alimēta taxata non debentur non habenti bonum ius, nisi a die rescripti, & ibi docet, quando quis bonum ius non habere dicatur, quę decisio est pænes ipsum 195. *num 1. & seqq.*

14 Sed *ap. ar. Gulielm. in decis. 92. par. 1. Rota Spirensis* ait, quòd alimenta debita, ob litem peti possunt ab initio anni, & idem ait *M. rta in comp. dec. in 1. tom. in verb. Alim. cap. 63.*

15 Contrarium, quòd scilicèt alimenta possint peti in qualibet parte Iudicii, ait *Gratian lib. 2. discept cap. 236 n. 25. & seq* etiamsi in possessorio, siue in petitorio iudicio agatur.

16 Sed hic obiter sciendum est, quòd in causis matrimonialibus corā Ordinario loci in prima instantia agitandis, ex dispositione *Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20.* Nemo in secunda, vel tertia potest extra prouinciam trahi; nisi præstitis alimentis, & litis expensis, sed docto tū prius coram eodē Ordinario de vera paupertate illius, qui extra prouinciam trahitur, *vt ait Crescent. in dec. 233. & Rota in sua collect. dec. 853. part. 4.*

17 Declara, ꝯ eo casu, ēt ꝯ alimenta sint illiquida: tū pars, aue debet offerre cautionem de soluendo, vel facere depositum, *vt ait Rota per Verall. decis. 22. nu. 7 part. 1.*

18 Subdeclara tamē, quòd alimenta non semper eodem modo decernuntur, sed iuxta qualitatem personæ, & rei, de qualis pendet, & sic idem, qū res est fructifera, vel alio modo pretio æstimabili, arbitrio Iudicantium, *vt ait Bellamer. dec. 256. & Rota decis. 431. num. 6. & decis. 748. num 2. & 6. in 2. part. recentior. & in Bisignanen. pensionis Luna 26. Iun. 1617. coram Buratto, & in Rom. Vineæ, & expensarum Merc. 17. Maii 1623. coram eodem, quæ est inter impress. dec. 708. num. 8.*

19 Quod tamen secus esset (vt superius in præcedēti conclusione dixi) vbi essemus in alimentis, ab ea præstare debente oblatis, quia tunc oblatio attenditur: nō autem ad arbitrium Iudicis est reccurrendum, nec minus eo casu qualitas reddituum, & personæ esset attendenda, *veluti fuit decisum à Rota per Coccinum dec. 590. num. 2. cum ibi allegat.*

20 Declara, ꝯ qñ à Iudice sunt decernēda alimēta, tūc iudex pōt capere informationem à testibus nondū publicatis, *vt ait Grát. lib. 2. discept. cap. 236 num. 50.*

21 Reperiuntur autem taxata alimenta à Rota diuersimodè, & interdum ea decreuit ad summam ducatorum 50. filio litiganti. licèt etiam nondum constaret de qualitate bonorum, quæ in iudicio petebantur: Interdum autem fuerunt decreta ad centum cum facultate addendi, & minuendi, iuxta qualitatē futuræ probationis in materia redditū; Quandoquè etiam concessa ad certū tempus, & postea illud ex causa progatū, veluti ita fuisse seruatum *refert Vesta in decis. 31. 144. & 226. Afflict. decis. 11 Boerius dec. 314.* & aliquando quartam partē redditus illius rei, de qua agitur vt testatur *Ro. in pracit. loco & Rota dec. 907. & 908. par. 4. nou. coram Aldobrand. postea (lem. 8.*

Sed nota tamē, quòd dantur plures regulæ pro Iudicis instructione, ad effectum regulandi illius Iudicium circa huiusmodi taxationem, & præcipuè, quòd prius deducātur alimēta illius, qui alere tenetur, *veluti dicunt Surd. de alim. tit. 7. q. 8. per totum Franch. dec. 605. num. 8. & Grat. lib. 3. discept. cap. 519. num. 14. & 79 & cap. 552. num. 2. & 3 omnes allegato à Rota per Burat. in dicta dec. 708. num. 8. & seq.*

Declara tū, ꝯ pauper alium pauperem alere non tenetur, vt dicunt *Surd. Grat. & Rota in locis mox citatis, & decis. 470. in fi ne par 2. in recent.* Sed ad hunc effectum se eximendi à tali præstatione alimentorum, paupertas plene, & concludenter

ab

& dec. 614. in 4. part. cons. Neap.

Item declara alimenta tutori agenti personali non deberi, vt reddat rationes: at secus si reali ageretur, idest pro recuperatione bonorum à reo possessorum, vt fuit dictum in Nepesina tutelæ Mercur. 27. Nouemb. 1619. coram Cardin. Verospio.

486 Amplia 38. quòd Monasterium teneatur præstare alimẽta Abbati, super eius electione litiganti, & ratio est, quia inter Monasterium, & Abbatem spirituale matrimonium contractum censetur, & sic vti maritus onera sui Matrimonii sustinere debet, etiamsi alius eius nomine Monasterium accuset, aliàs si ei alimenta negaret, esset velle eum necare atque eidem deffensionem tollere, vt ait Rota per Bellamer. decis. 88. & per Put. decis. 264. lib. 1. & Marta in sua compilat. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 43.

Licèt sit quoque verum, quòd Monachus professus in Monasterio potest prosequi eam causam nullitatis electionis Abbatis, etiam non docto de aliquo Iure suo, vt ait Rota per Card. Seraph. in dec. 631. num. 1.

487 Extende primò idem procedere in Monacho professo, qui alimenta habere debet in futurum, vt ait Rota decis. 10. de Iudic. in nouis. & Marta ibi supra in cap. 41. & Rota dec. 454. num. 3. & 541. num 6 par. 2. in recen Sedin dubio præsumitur Monachum vixisse de alimentis sibi præstitis à Monasterio, vt ait Rota ibidem in dec. 458. nu. 7. & penes Buratt. dec. 7. num. 11.

Quinimò subextẽde ea Monacho deberi etiamsi Abbatem accusasset, quia donec causa finiatur illi expensæ de rebus Monasterii veniunt subministrandæ, vt dicunt Doctores allegati à Rota dict. dec. 7. Buratt. & ibi in addit. num. 17. & in dec. 708. num. 7.

488 Et hic obiter nota, quòd alimenta non extinguuntur ob professionem, si alicui fuerint relicta, & id ad exemplum vsusfructus Gratian. in 5. lib. discept. cap. 815. num. 3.

489 Contrarium quidem esset, si de contraria mente testatoris apparere posset, quia tunc illi alimenta post emissam professionem non deberentur, sed nota, quòd mens contraria testatoris ad excludendum Monasterium, non potest haberi, nisi quando tractaretur de liberis propriis, quia tunc naturalis pietas suadet, quòd potius Pater consulat vtilitati filiorum, quàm illi Ecclesiæ, at secus, quando essemus in extraneo, vt ait idem Gratian. dicto cap. 815. num. 14. & seq.

490 Extende secundò idem procedere in Abbatissa, quando de eius electione disputatur, & quę iam à Monasterio fuit eiecta vt ait Put. in decis. 264. lib. 1.

491 Extende tertiò idem procedere in Monacho, & seculari electo: licèt discorditèr ad aliquod officium, cui si iudicialitèr admitti petat, tunc ei alimenta litis sunt decernenda, vt ait Crescent. in dec. 175. alleg. à Rut. in prae. loco.

492 Extende quartò idem procedere in moniali litigante, quæ à principio fuerit Abbatissa alterius Monasterii et postea in alio electa à quo si inde fuerit eiecta, tũc illud Monasterium ei alimẽta, & expensas subministrare debet, vt ait Egid decis. 88. alleg. à Puteo in dicta dec. 264. num. 1. lib. 1.

493 Contrarium tamen reperitur decisum à Rota per eundem Put. in decis. 202. lib. 1. vbi ait alimenta eiecto non deberi dum de eius eiectione disputatur.

494 Concorda tu tamen, quòd scilicèt prima opinio procedat, quando Monachus erat in possessione Monachatus: secunda verò procedit in Monacho nondum professo, vt benè colligitur ex illa decis. 202. Put. quem per te videre poteris.

495 Rursus concordare poteris, quòd prima procedat, quando Monachus siue Monialis fuisset expulsa sine causa, quia tunc recuperaret, etiam omnia sua bona; secunda verò, quando cum causa, iuxta tradita per Gratian. lib. 3. discept. cap. 455. num. 6. Item concorda vt prima procedat, quando quæstio esset super statu: secunda verò, quando super bonis, vt ait Bellam. dicta decis. 88. sub num. 30.

496 Sed quòd Monachus litigans cum Abbate debeat habere alimenta, & sumptus litis, tàm in causa principali, quàm etiam in illa appellationis, ait Afflict. decis. 10. num. 2.

497 Contrarium tamen in materia expensa-

pensarum dicit idem *Put. in dicta dec. f. 264.* vbi ait quòd Abbas habere non debet expensas litis, quia suam causam agit. & propterea illis gaudere non debet ex *tex. Bellam.* 88 *num.* 1. & 2. vbi ait iniustum esse aduersarium aduersario sumptus litis ministrare, & sic igitur Concorda, vt prima opinio procedat respectu alimentorum, quæ illi secundum Monasterium subministrare debet; secunda verò respectu expensarum, de quibus illud non tenetur, ex ea ratione, quia causam propriam suæ electionis persequebatur, *vt ait idem Put. dicta decis. 264. nu.* 1. & 2.

Licèt Contrarium, prædictis circa expensas, & alimenta non obstantibus, concludat idem *Bellam. in dicta dec. 88. sub num.* 3. sub ea ratione, quòd inter Abbatem, & Monasterium sit vnum speciale matrimonium, & propterea quemadmodum maritus tenetur alere vxorem, & onera Matrimonii sustinere, si aliquis eius nomine matrimonium accusset, ita Monasterium erga Abbatem, & Monachum, & præsertim, quando constaret eum fuisse verum Dominum, & possessorem, seu legitimum bonorum administratorem, & eis fuisse spoliatum; nec quæstio contra eum super bonis esset, sed solùm super statu, nec haberet vndè viuere posset nisi de prædictis bonis, quia tunc interim sunt sibi alimenta restituenda, ob iuris præsumptionem pro eo facientem, & ob spoliationem quæ ante causæ discussionem iniusta præsumitur, aliàs tali modo alimenta negando, esset velle legitimam defensionem tollere, & spoliatoribus occasionem maligrandi præbere, quòd non est sufferendum, *vt dicunt Doctores allegati à Bellam. in præalleg. decis. 88. sub num.* 3. & sic prædictæ opiniones ita concordandæ veniunt.

498 Declara tamen primò, quòd quando Monacho accusanti Monasterium sunt præstanda alimenta, & expensæ, tunc debet tantùm habere necessaria, sed moderatè, & non vltra, *vt ait Surd. de alimentat. tit. 4. q. 23. num. 37. & 39. cum aliis ibi per eum alleg.*

499 Extende, quòd qñ alimenta illi Monacho denegantur, tunc Monasterium priuatur omni eo, quod dictus Monachus acquisiuit, et Episcopus eo casu posset illum ad aliud Monasterium transferre, vt ait *Gratian. libr. 3. disceptation. cap. 552. num. 24.*

500 Declara secundò, quòd in casu præstitionis alimentorum, & expensarum, illa debeantur, iuxta qualitatem suæ personæ, & redditùum Monasterij, *vt refert Rota in dec. 335. in nouis. Vesta decis. 17. alleg. à Riccio in collect. decis. 850. in princ.*

501 Quòd tamen subdeclara verū retento eo themate, quādo scilicet, ille, cui alimenta, & sumptus litis debentur, sit in quasi possessione Monachatus, vt ait *Tanis. in decis. 111. & Rota decis. 18. & 77. alleg. à Riccio ibi supra, & Put. ibi supra in alleg. dec. 202. lib. 1.*

Animaduertendo tamen, quòd pro huiusmodi expensis non competit Monacho actio formalis contra suum Prælatum, sed solùm potest recurri per eum ad superiorem illius officium implorando, ad exemplum serui cōtra Dominum, *vt ait Gratian. decis. 7. in ad lit. num. 1. & lib. 3. disceptation. cap. 436. num. 10. & seq.*

502 Declara tñ primò procedere, qñ Monachus ex propria causa Abbatem accusaret, vt ait *Rota in decis. 799. allegat. à Riccio ibidem.*

503 Subdeclara secūdò, qñ Monachus esset ad dignitatē in alio Monasterio electus, quia tūc eidē spoliato alimenta litis nō debētur, *vt ait idem Put. in dec. 2. de exceptiõ. & Rot. dec. 2. de re iud. in antiq* & *Ricc. ibid.* & de Abbate agēte pro spolio vide *Belamer. in sua dec. 88.* Item de Monialibus de spolio agentibus, ob denegatas solitas subuentiones *vide Thom. fastol. dec. 18.*

504 Declara tñ, ꝙ in casu, in quo filius Monachꝰ esset è Monast. eiectus, & ab eo alimenta non habeat, tunc reuiuiscit illa naturalis obligatio Patris, *vt ait Castr. cons. 76. lib. 1.*

505 Extēde ꝙ neq. alimēta ꝑ professionem extinguuntur, ad exemplum vsusfructus *Grat. lib. 5. discept. cap. 815. num. 3.*

506 Amplia 39. quòd alimenta debeantur beneficiato ab Ordinario, donec ei prouideatur, quando admisit resignationem in suis manibus, ab eo factam, si ille non habet, vndè se alat, & sustinere possit,

possit, *vt ait Cardin. Seraph. dec.* 1320. *num.* 4.

507 Extende idem procedere in eo, qui instigauit Clericum ad suscipiendos sacros ordines: quia in casu necessitatis ille tenetur dictum clericum alere; veluti etiã dicitur de Episcopo eũ ordinãte, *vt ait Quintil. Mandos. consil.* 13. & *Surd. de alim q.*60. *num.*14.

508 Extende secundo, quòd Episcopus potest cogere Canonicos, etiam minori parte eorum contradicente, vt quilibet singulis annis pauperi Clerico studenti in subsidium aliquid, pro eius alimentis conferat, vt fuit dictum à *Rota in vna Meliten. Canonicatus Luna 6. Martii* 1595. *coram Card. Mellino*, & præsertim si in Vrbe Sacris litteris operam nauaret, quia huiusmodi causa vtilitatem publicam respicit, non solùm illius particularis Ecclesiæ, verùm etiam vniuersalis: dummodo tamen Clericus sit Originarius, *vt dicunt Abb. Felyn. Dec. Gigas*, & *alii alleg. à Rota ibi coram Mellino*.

509 Extende tertiò, quòd alimenta debeantur Clerico, etiam aliundè habenti, quando illa petat ex fructibus, & distributionibus ad eum spectantibus, *vt ait Rota per Card. Seraph. in sua decis.* 1098. *num.* 8. & *est doctrina Bald. cons.* 344. *lib.*5.

510 Extende quartò, quòd etiam deposito, & à beneficio suspenso, ob pœnam, propter crimen alimenta debentur; licèt secus sit in voluntario contumace, vt ait Garz. *in loco mox alleg. nu* 98.

511 Extende quintò, quòd ipsi Episcopo alimenta debentur, quando succedit in Episcopatu, sed fructus omnes per prędecessorem recollecti fuere, quia tunc illius hęredes, eidem Episcopo alimenta subministrare tenētur, ex quo Episcopus de suo alere non tenetur, *vt ait Oldrad. in suo cons.*249. *incipien. Quæritur vtrum vers. ad* 2. *nu.*2.

512 Amplia 40. quòd etiam ex communicato debeantur alimenta, si periculum est, vt fame pereat, & eò magis, si communicatio esset nulla, quia tunc ea non ligat, *vt dicunt Couar. Nauar. & alii alleg. à Rota ibi supra coram Card. Seraph. & Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 16 *nu.*3. vbi loquitur in vxore excommunicata, quę illa excõione, non obstante ab eius viro est alenda.

513 Contrarium, quòd scilicet excommunicato, etiamsi egeat alimenta non præstentur, immò id pcedit, ēt si ille officio Parrochi, & Canonici inseruiendo fungatur *ait Garz. de benef. in 7. part. cap.* 13. *num.*98.

514 Quod tamen declara verum, quando ille excommunicatus fuerit legitimè fructibus priuatus, q̃a tunc alter deberet cum illius fructibus inseruire, idem Garz. *in pracit. loco*.

515 Amplia 41. quòd etiam alimenta de bonis sequestratis debeantur, si alito aliud pro suis alimentis non remaneat, quinimmò ea quoque debentur in casu, quando bona essent sequestrata, pro crimine, siue delicto in inuentario reperto, *vt ait Aluar. Vallasch. in sua decis.*1. *Regn. Lusitan. & Marta compil. decis. tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 68. *& Grat. lib.*1. *discept.cap.*114. *nn.*5.

516 Extende primò, quòd etiam sequestrum potest sperni, quando alendus nõ habet aliundè, vndè viuere possit, *tex. est in l. fin.* §. 1. *vers. nam si tales C. de ordin. cogn. vbi Bald. in* 4. *notab.* & *Guidop. in sua dec.* 81. *in fin.*

517 Extende secũdò, id adeò esse verum vt propterea nedum alimenta, sed etiam sumptus litis, de dictis bonis debeantur, *vt ait Ricc. in sua collect. dec.* 1425. *in* 4. *part.* vbi ait, id procedere, ne quis litem deserere cogatur.

518 Extende tertiò procedere, etiamsi esset lata sententia pro sequestrante, quia ea per appellationem suspenditur, & est idem, ac si lata nõ fuisset, *vt ait Ric. in pracit loco*, & veluti dicam in verbo Appellatio.

519 Extende quarto idem procedere in bonis, ob delictum sequestratis, nam si interim delinquens non habeat, vndè alimenta recipiat; tunc ex fructibus rei sequestratæ venit alendus, vt superius dixi, & *vt ait Riccio ibi supra*.

520 Fallit tamen primo dicta ampliatio, quando bona essent parui momenti, *vt ait idem Ricc. in sua decis.* 13. *Curiæ Archiepiscopalis Neapolis in dicta collectan.*1425.

521 Fallit secundo, quando detegeretur illa bona esse furtiua, quia tunc succedit illa regula, quod quis ex sua improbitate

tatę ius consequi non debeat, nec minus doloso sit succurrendum beneficio Iuris, neque delictum eidem immunitatem prçstare debet, *vt ait Rubin. in sua decis. 200. & Ricc. in dicta collect. 1425.*

522 Fallit tertiò, quãdo verbi gratia mercator, cui sunt sequestratæ merces, vel quispiam alius haberet aliundè, quia solum reus pendente iudicio de illis, in subsidium venit alendus, *vt ait idem Rubin in sua dec. 121. Alberic. in l. fin. § Quod si et C. de ordin. cog. & Ricc. in d. sua collect. 1425. par. 5.*

523 Fallit quartò, veluti si essemus in vno qui Maioratum vel Cappellæ administrationem, siuè Emphiteusis renouationem litigaret sed ob inopiam litem prosequi non posset, quia tunc conuentus possidens non tenetur ad alimenta, & expensas, cum sola paupertas pro huiusmodi consequutione non sufficiat, sed de bono iure quoque cõstare debet, *vt ait Valasch. in sua decis. 1. Regni Lusitania, & Marta in compilat. dec. tom. 1. in verbo Alimenta cap. 68.*

524 Contrarium tamen venit dicendum de impetrantibus beneficium, quibus alimenta sunt præstanda, *vt ait Cassad. decis. 6. de appellat. & Ricc. in sua collectanea decis. 853 in 4. part* Idquè multò magis procederet, vbi essemus in litę, super prębenda Ecclesiæ, pendente, quia tunc illius possessor poterit pendente Iudicio de eius fructibus se alere, *vt ait Cappell. Tholos. in sua decis. 77 cum ibi alleg.*

525 Rursus extende id, quòd fuit dictum de alimentis, super bonis sequestratis debitis, procedere etiam in illis feudalibus, *vt ait Affict. in sua decis 152. num. 2.*

526 Et, quòd plus est, id etiam ad fauorem spurii fieri potest, Sed est benè verùm, quod illud, quod causam alimentorum superat, ad agnatos vadit, *vt ait idem Affict. dec. 97. & ibi Vrsill. n. 1.*

527 Sed quod isto casu alimenta præstanda non veniant vltra fructus fundi, ait *Gratian. lib. 5. disceptation. cap. 916. num. 40.*

528 Fallit tamen, quando, vt puta essemus in venditione Palatiorum Magni pretii; quia illa vendi non possunt pro alimentis spurio dãdis, sub prætextu, quòd redditus essent pauci; & ratio est, quia cũ dicta ędificia nobilitatem familię conseruent, obid ne vendantur neque censuræ Bullæ Iuris congrui, & retractus subiacent, *vt ait Vrsill. ad Affl. et. in præcit. loco, & Rota in Romana Palatii de Camaibus 16. Ianuar. 1612. coram Card. Sacrato.*

529 Et id quòd fuit dictum de venditione prohibita rei magni valoris, pro alimentis spurio dandis; extende procedere, etiam quoad alios, exceptis tamen filiis, pro quorum alimentis res magni valoris vendi possunt, cum educatio filiorum etiam ad bestias spectet cum de Iure naturæ sit: *Magon. in sua dec. Lucen. 73. num. 26.*

530 Amplia 42. quòd etiam alimenta pauperi religioso, siue seruo, necnon alteri incapaci debeantur, quando eis sunt relicta, licèt pro eorum consecutione actio non detur, sed benè officium Iudicis imploratur, *vt ait Grat. in dec. Marchiæ 7. num. 1.*

531 Amplia 43 quòd etiam debeantur alimenta Prædicatori ab incolis illius loci, vbi prædicat, *vt ait Gerard. Mavnard. in sua dec. 34. part. 1. parlament. Tholos. Surd. de aliment. tit. 1. q 59. n. 1. & Marta in compil. dec. tom. 1. in verb. Alimenta cap. 77.*

532 Amplia 44. quòd alimenta præstari debent filię vnius ex sociis omnium bonorũ, cui propterea ex necessitate, aut dos siue alimenta sunt præstãda, quod. n. procedit, siuè simus in expræssa, siuè in tacita societate, & hanc opinonem dicit esse veriorem *Gratian. in sua decis. 127. n. 8. in addit.*

Secus autem, quando ageretur de ea redotanda, quia ad id socius cogi non potest, quicquid sit in eo, qui necessariò reddotare tenetur, *veluti dixi sup. n. 328 & vt ait idem Grat. lib. 4. discept. cap. 689. num. 30 & 32.*

533 Amplia 45. quòd huiusmodi alimenta in tantum sunt fauorabilia, vt propterea, ex eorum legato falcidia non detrahatur, etiamsi dodrantem excedat; dummodo tamen non simus in legato pecuniæ ad alimenta, quia tunc illud falcidię subiaceret, *vt dicunt Surd. & alii alleg. à Grat. in sua decis. Marchia 48. in addit. num. 2. & 3.*

534 Sed huiusmodi occasione bonum erit scire, quòd quando erit legata pecunia

decisionum tomo 1. in verbo Alimenta capit. 64.

543 Contrarium, quòd scilicet probatio præsumptiua iuuet, & sic, quod testes plenè probent, si (verbi gratia) deponant aliquem pluries ad vnam mensam comedere vidisse, scribit *Corn. in suo cons. 110. num. 10. lib 1. & ita quoq; fuit decisum in Rom executionis Mercur. 23. Ian. 1630. coram Motmanno.*

Secus aūt, si deponerent de cohabitatione tm̄, quia tunc non probarent, nisi etiam deponerent de cōuictu continuo, itavt neq. isto casu sufficeret; si illi dicerēt pluries vidisse commedere, quia illud aduerbium (pluries) de per se perfectè isto casu non disponit, quia potest, etiam verificari in modico, vel minimo indeterminato, *vt fuit dictum à Rot. per Burat. dec. 294. num. 5. & 6.*

544 Amplia quadragesimononò, quòd priuilegium alimentorum est tam fauorabile, quòd si fiat generalis reuocatio legatorum, illud alimentorum non includit, veluti eodem modo quoq. dicitur de inducijs alicui debitori cōcessis, quæ ad causam alimētorum non extendūtur, *vt ait Surd. in sua dec. 213. fere per tot. & Afflict. in dec. 111. num. 10.*

545 Extende eam in tantum procedere, quòd quando quis trctaret de illis adimendis, tunc specifica expressio erit necessaria, quia in generali prouisione non veniunt comprehensa, *vt dicunt vltra cit. DD. alij alleg. à Grat. in lib. 1. discept. cap. 177. num. 11.*

546 Extende secundò idem procedere etiam in reductione legatorum, veluti si testator in codicillis ordinaret, quòd omnia legata ad tertiam partem reducebat, quia id non habet locum in alimentis, nisi in specie dicatur, *vt ait Cuman. cons. 30. num. 4. vers. vlt. Bart. in l. libertis, §. Posthumis, ff. de alim. et cib. legat. & in tract. de alim. col. 2. in fin. Aretin. in tract. de testament. vers. quid si testator.*

547 Extende tertiò procedere, etiamsi alia legata eidem legatario ademisset, quia illud alimentorum numquam adēptum censetur, *ad trad. per Castr. cons. 31. in princ. lib. 2.*

548 Extende quartò, quòd licet clausula in fine posita de sui natura ad omnia pręcedentia referatur, neque nouam dispositionem inducat, *vt ait Rot. per Burat. dec. 322. num. 3. & fuit dictum alias sepè à Rota, & signanter in Romana deuolutionis domus 4. Iunij 1593. coram Penia,* Id tamen cessat in legato alimentorum vti pio; quia isto casu, si ageretur de eo minuendo, tunc illa clausula eius naturā amittit, *vt ait tāc Bar. in d. l. libertis, §. Posthumis & ibi gl. & in l. mela ff. eod. tit.*

Extēde hic obiter, q̄ dicta clausula in fine posita in pluribus alijs casibus non procedat, & primò, vbi diuersa ratio viget inter casus pręcedentes, & illum, cui apponitur, secundò quando erga personas in diuersis capitulis expressas paritas affectionis non concurrit, tertio, quando ratio assignari possit, quare magis ad vnū quā ad alium casum referatur, quarto, q̄n expræssa, siue pręsumpta mens disponētis repugnaret, quintò, q̄n cōmodè ad omnia referri non pōt. vt fuit deduct. à *Rot. per Burat. in d. dec. 322. per tot. & in Bonon. fideicom. de Volta 8. Mart. 1607. coram Merino, & ibi plures aliæ dec. alleg.*

549 Amplia quinquagesimò, quòd ob fauorem alimentorum pręscriptio ex spacio trium annorum inducitur, etiam si legatum, & testamētū sit nullum, *vt ext. est in l. 1. C. de fideic. Bar. in q. 7 incip. mulier habēs, vers. solutio col. pen. in fi. & vers. licet obstat, & alij DD. alleg à Grat. lib. 2. disc. c. 208 n. 13.* Sed nota tamen, quòd eorum præstatio per coniecturas, & leues probationes probatur, *Burat. dec. 159. n. 6.*

550 Extende primò, quòd licèt legatum illud alimentorum esset nullum, tamen hæres potest officio Iudicis cōpelli ad illud pręstandū, *vt ait Cuman. in cons. 30. num. 2. vers. ad hoc etiam, vbi plures alleg.*

551 Subextēde, q̄ immò dictus hæres possit intra tēpus ad conficiendum inuētarium pro alimentis conueniri, quod tamen intellige verum de futuris, non autem de præteritis, *ad trad per Thesaur. in sua dec. 44. & Iaffred. in dec. 29. alleg. à Riccio in sua collect. 548.*

552 Extende secundò id fieri posse ad fauorem cuiuslibet personæ, quæ etsi aliàs incapax legati esset, tamen dicti legati alimentorum erit capax, & propterea in quacumq. prohibitione, quod legari nō possit, nunquā illud alimentoru exclusū cēsetur, veluti pari modo; si persona prohiberetur acquirere, quia nō prohibetur

alimēta in loco prohibito recipere, quia generalis exclusio nunquam prouisionē alimentorum comprehendit, *vt ait Zabarell. in suo cons. 66. num. 28. & in fin. Cuman. d. cons. 30. circa princ. vers. in contrarium Bart. in d. l. mela ff. de alim. & cib. leg. & Grat. lib. 2. discept. c. 236. n. 51.*

553 Amplia quinquagesimo primò, quòd alimentorum præstationem important illa verba, veluti, si quis diceret (Io prometto di tenere in casa Herculano, & trattarlo da gentil'huomo) quia illud satis dicitur expressum, quod virtualitèr, & in consequentiam expressi venit, *vt est text. in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 3. num. 35. & cons. 44. num. 4. lib. 1. & fuit dictum à Rota in Romana redditionis Ven. 21. Febr. 1603. coram Litta, & in eadem corā eodem Luna 5. Iul. 1604.*

554 Extende primò idē procedere, si q̄s promitteret vnum prouidere, quia illud verbum (prouidere) alimenta importat *iuxta text. in cap. cum secundum*, ibi vel successores eorum prouideri volumus, tamdiu vitę necessaria congruè subministrantes, & ibi per *glos. in verbo successores, vbi Hostiens. & alij DD. de præbend. & ita fuit dictum à Rota in Rom. alimentor. Luna 13. Mart. 1600. cor. Card. Pamph.*

555 Declara tu tamen id esse verū, quādo illud verbum (prouidere) à testatore fuisset prolatum, qui aliquo iure ad alimenta teneretur; aliàs si nullū ius alendi ipsi testatori competeret, tunc illud verbum (prouidere) sine expressione alicuius speciei, ad alimenta non extenderetur, sed potius protectionem, ac illius commendationem importaret, vt distinguit *Rota ibi sup. coram Card. Pamphilio.*

556 Quod enim amplia procedere, etiāsi essent adiecta illa verba (prout ei visum fuerit) quia nihilominus, cum ea (vt superius dixi;) fuerint ab vno prolata, qui nullam alendi necessitatem habebat, tūc dicta verba cōmendationem importāt; licèt alio casu illa verba, prout ei visum fuerit) importarent arbitriū boni viri, qui tū posset, isto casu disponere solùm, circa modum prestandi alimenta; non autem circa substantiā legati, vt ait *Rota ibi coram Card. Pamphilio, quæ est apud. Marches. de commiss par. 2. fol. 174.*

557 Extende præterea illud prædictū genus voluntariæ oblationis alimentorum, adeò esse efficax, quòd si alendus ad pinguiorem fortunam deuenerit, & sic ei diuitiæ superueniant; nihilominus dicta alimenrorum præstatio sustinebitur, nec per superuenientiam melioris fortunæ euanescit; licèt tamen secus esset, si alimenta officio Iudicis, vel legis dispositione deberentur: quia tunc ea solùm debita censentur, quatenus quis egeat, & non aliàs, vt fuit decisum à *Rota in d. Rom. redditionis rationis Ven. 21. Febr. 1603. & Luna 1. Iul. 1604. coram Litta.*

558 Amplia quinquagesimo secundò, q̄ appellatione alimentorum veniunt cibaria, vestitus habitatio, & lectus, vt est *Text. in l. legatis ff. de alim. legat. & in l. 1. & 2. ff. de cib. & aliment. legat. Grat. lib. 4. discept. cap. 610. num. 2. & 3. & fuit dictum à Rota in vna Calaguritana alimentorum 7. Nouembr. 1594. coram Cardinali Seraphino, quæ est in eius impress. dec. 1091. num. 4. & ita fuit quoq; decisum in Rom. alimentor. Luna 22. Maij 1628 coram Durano.*

Et id, q̄ fuit dictū de habitatione procedit, ēt si testator eā ex accidēti in vita sua non dedisset, & ratio optima ea est; quia in his, quæ habent tractum successiuum in futurū non præscribuntur, nisi solùm pro præterito, vt dixi in *concl. 113. num. 36. & Rot. per Buratt. dec. 297. n. 3.*

Et propterea ex prædicta declaratione inferri potest, quòd si pluribus fuerunt legata alimenta in eadem oratione, tunc pariformiter ea illis debentur, etiam si testator, dum viuebat, difformiter eadem præstasset; quod tamen intellige verum, si testator habuit relationem ad personas, at secus, si ad quantitatem, vt fuit dictum à *Rota per Buratt. in d. dec. 297. num. 7. & 8*

559 Extende primò, quòd etiam, sub eorum nomine veniant medicinæ ad necessariam corporis curam, & ratio est, quia corpus humanum aliquando infirmatur, licèt *Bald. contrarium teneat in l. si cum dotem §. sin autem ff solut. matrim.* qui tamen ab omnibus reprobatur, vt testatur *Dec. in l. de alim. n. 3. C. de transac.* & ratio potissima ea est, quia sine medicina corpus languens sanari nō potest, *Alex. in d. l. si cum dotem, §. cum ante in ff. solut. matrim. Crass. in §. legatum quasi.*

legat. 29. per tot. de success. Franch. dec. 283. & Rot. in d. Rom. Alimentorum coram Durano.

560 Extende secundò, quòd venit etiam equus, quando alendus non potest ire pedester, cum in huiusmodi alimentorum præstatione debeat haberi ratio de qualitate, & dignitate, nec non de dubio euentu infirmitatis, *Marsil. in repet. rubr. de prob. n. 15. & Franch. in d. dec. 283. n. 21.*

561 Extende tertiò, quòd sub eorum nomine veniunt, quoque sumptus in studio, & omnia ad studentis victum necessaria, *vt ait Card. Mantica dec. 335. num. 1. Ioachim Mising. dec. 12. parte 3. & Marta in compilat. decis. tomo 1. in verbo Alimenta cap. 52.*

562 Contrarium, quòd scilicet expensæ studii legalis non veniant, sed illæ tantū studij Grammaticalis, ait *Angel. Aret. in suo test. vers. Item reliquit Titiæ mulieri Socin. cons. 161. vers. postremo lib. 2. & Iason. in l. cum ii §. qui transigit in fin. ff. de transact.* Item quòd expensæ librorum, & similium non veniant in legato victus, & alimentorum, *ait Abb. cons. 63. col. 2. num. 2. lib. 2. vbi allegat Feder. de Sen. cons. 12.*

563 Declara tamen, quòd si alimenta debentur iure sanguinis, tunc pro disciplina alendi salarium, quoad magistrum, & similia debentur; secus verò si ea dietim debentur alicui extraneo, quia tunc solus cibus debetur, & non ea omnia, sine quibus commodè viuere non possumus, *Bart. in tract. de aliment. in princip. & Rota ibi supra.*

564 Subdeclara primò, quòd appellatione alimentorum veniunt cibaria, habitatio, vestitus, medicinæ, salarium medici, nisi tamen essent magnæ impensæ, circa medicinas, quia tunc illæ non deberentur, *vt ait Bart. in l. si alimentis, & Aretin. in suo testam. vers. Item reliquit.*

Extēde quòd veniūt, et ligna, carbones, oleū, candelæ, & similia, quæ humano victui, ac honorato sunt necessaria, vt fuit resolutum à *Rota in Romana executionis Merc. 23. ianuar. 1630. coram Motmanno.*

565 Subdeclara secundò prædicta procedere, quod scilicet alimentorum appellatione veniant prædicta, quando sumus in materia fauorabili, vt est in legato; at secus si in odiosa obligatione, vt dicunt *Bolognett. in addit. ad cons. Roman. 37. num. 7. Abb. cons. 63. lib. 2. Roman. cons. 440. latè ait Dec. in l. de alimentis col. 1. C. de transact. Corn. cons. 286. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 178. num. 7. lib. 6. Roland. cons. 22. num. 1. lib. 2. Socin. cons. 161. col. fin. lib. 1. & Iason in l. cum antiquitas nu. 7. C. de testam.*

Rursus declara prædicta procedere, quando essemus in personis honestis, & nobilibus, & alere debens esset diues; secus autem, veluti si essemus in personis uilissimæ conditionis, & in præstatione cibi non parati, quia tunc intraret dispositio; *Text. in l. cibariis ff. de alim. legat.* vbi habetur, quòd cibarijs legatis, præter cibum, aliud non deberi, veluti ita distinguendo fuit resolutum à *Rota in dicta Romana executionis coram Motmanno.*

566 Extende quartò, quòd etiam alimenta pro famulo veniant, sub eorum appellatione, attenta tamen personarum qualitate, cum non sit conueniens, quòd vir, siue mulier nobilis vadat ad publicas plateas, pro emendis victualibus, & quòd tales de cibis, sibi ipsis in coquina prouiderent, *vt fuit decisum à Rota in Romana alimentorum Mercur. 21. April. 1619. coram Card. Sacrato, quæ est apud Marches. de Comm. par. 1. fol. 1185. num. 2. & Grat. lib. 4. discept. cap. 613. nu. 16. & 17.*

567 Extende quintò, quòd denique appellatione alimentorum omnia veniant, sine quibus, quis commodè viuere non potest, vt dicunt *DD. in d. l. legatis ff. de aliment. legat. Rimin. Iun. cons. 132. in hac materia viden. & ibi latè, & Franc. Marc. in dec. 154. num. 7. par. 2.*

Et quòd denique illorum appellatione ea omnia quoq. cōprehēdātur, quæ ad illorum preparationem, & naturale condimentum sunt necessaria, ita vt ea comedi possint, dicunt *Bart. Bald. Dec. & Sard. alleg. à Rot. in d. Rom. executionis Merc. 23. Ian. 1630. coram Motmanno.*

568 Extende sextò, quòd quando alimenta dantur pro vita, & militia semper sunt opulentiora, & fauorabiliora legitima, quia ea non dantur ad mensuram legitimæ, neque ad valorem Patrimonij, sed benè ad ratam fructuum, & iuxta personę conditionem, vt ait

Franch. in sua dec. 525. *num.* 24. & *Magon. in dec. Lucen.* 73. *n.* 23. & 24. & *Rot. per Buratt. dec.* 261. *num.* 11.

569 Præterea notandum erit, quòd regulariter alimenta sunt præstanda in loco habitationis hæredis, & quoad vinum, frumentum, & oleum in proprijs speciebus sunt soluenda; quò vero ad alia ea in pecunia assignatur, vt fuit dictum in *Fulgin. primogenit. de iacobellis Ven.* 18. *Apr.* 1597. *coram Litta*, & *prius in alia Spoletana legitimæ* 10. *Ian.* 1596. *coram Card. Seraphino, quæ est in eius impress. decis.* 1194. *num.* 1.

570 Extende, quòd nedum in loco habitationis hæredis ea sunt præstanda; sed etiam in propria domo, vt fuit dictum in *Rom. alimentorum* 14. *Apr.* 1603. *coram Card. Mellino, quæ est apud Marches. p.* 1. *S.* 1. *fol.* 1275.

571 Contrarium tamen ait, *Franc. Marc. in sua decis* 313. *in* 1. *par.* & *Marta in compilatione decisionum tomo* 1. *in verbo Alimenta cap.* 54.

572 Concorda, vt prima opinio procedat, quando alimenta fuerunt promissa in domo, vel quando ea officio Iudicis præstanda veniunt, quia istis casibus alẽdus alimẽta in alentis domo recipere debet, & non extra, vt fuit decisum in *Spoletana Alimentorum* 24. *Maij* 1593. *coram Giptio.* & *in Romana redditionis rationis Lunæ* 5. *Iulij* 1604. *coram Litta.*

Secunda verò opinio procedit, quando alimenta ex contractu, vel vltima voluntate sunt debitā, quia tunc alendus ea in domo aliena recipere non cogitur, *vt ait Franciscus Marcus in sua decis* 313. *in prima parte*, & *Marta in præcitato loco cap.* 54. & *ita quoque fuit decisum in Ciuitatis Castelli Alimentorum Veneris* 17. *Octobris* 1591. *coram Orano.*

573 Et tenendo secundam opinionem, Amplia eam multò magis procedere, quando non esset expressum, vt ea in domo tali præstari deberent, vt latè ait *Siluester Aldobrandin. in suo consilio* 51. *num. secundo*, & *Rota ibi coram Orano.*

574 Secus verò, si locus esset à testatore destinatus, quia tunc ille esset attendendus; sed est benè verum, quòd regulariter, vbi creditor, vel debitor sunt diuersi domicilij, tunc non est eundum ad domum creditoris, quia satis erit, si in proprio domicilio sit paratus soluere; nisi tamen essemus in filio, qui ex reuerentia Patris debet in eius domo alimenta recipere, vt ait *Gratianus ibi primo disceptationum cap.* 94. *numi* 61. & 63. *Rota in Fulginaten. primogenitura* 18 *Aprilis* 1597 *coram Litta*, & *in Aretina pensionis* 20. *Februarii* 1598. *coram eodem.*

Licèt tñ id sit arbitrarium Iudici, qui potest ex causa facere, vt alimẽta præstentur, extra domum alere debentis vt dixi superius sub num. 144.

575 Contrarium tamen, si essemus in hærede, & alimentario eiusdem fori; quia tunc debitor vadit ad domum creditoris; dummodo non sit ceptum præstari alimẽta in vno loco, quia tũc in eodem esset perseuerandum, velut in alijs casibus, de quibus latè tradit, *Surdus de alimentis tit.* 4. *quæstione* 16. *per totam Duenna regula* 161. *Simon de Pratis in tractat. vltim. voluntat. lib.* 4. *dub.* 11. *num.* 104. *cum seqq. fol.* 432.

576 Extende eodem modo procedere in solutione pensionis, quæ soluenda venit in loco, in quo fructus beneficij colliguntur; vt Ecclesia minus grauetur, quia in contractibus semper solutio est præstãda, vbi facilius debitor illam præstare potest; quando tamen certus locus solutionis non esset destinatus, vt fuit dictum in dicta *Aretina pensionis* 20. *Februarii* 1598. *coram Litta.*

Declara tamen, quòd licèt locus solutionis fuisset destinatus; nihilominus debitor excusatur à mora in non soluendo, quando creditor esset diuersi fori: Imò tunc oblatio, etiam verbalis, si sit Iudicialis, &, præsertim geminata excusabit à mora, si tamen fuerit recusata, & creditor iustā causam recusandi non habuerit: at secus, quando creditor non expresse recusaret, sed simpliciter taceret, neq. contradicendo, neq. recusando, vt fuit dictum à *Rot. per Buratt. dec.* 517. *per tot.* & *ibi per adduct.* habebis, q ad hoc vt

vt oblatio verbalis à mora excuset, tria sunt copulatiuè necessaria, primò, quod purè sit facta, & non conditionaliter; secundo quod creditor expressè eam recuset; tertio, quod iustam causam recusandi non habeat, *Marescott. variar. resol. lib. 1 cap. 57. num. 6.* & *Rota ibi coram Bubal d. dec 517.*

577 Extende tertiò dictam secundam opinionem eo magis procedere, aliqua iusta subsistente causa, quia tunc, etiamsi essent in propria domo debita, & promissa; nihilominus extra eam dari debent, *Alex cons 100. num. 2. lib. 1.* & *ita sæpè fuisse decisum ait Rota in dicta Spoletana coram Cardinali Gipsio, & in Fulginaten. primogenitura coram Litta, & coram eodem in dicta Romana redditionis rationis, & in illa Romana Alimentorum 14. Aprilis 1603 coram Cardinali Mellino, quæ est apud Marchesanum de commissionibus parte 1. fol 1175. Borgn. decis. 17. parte 4. & Marta in præcitato loco cap 78*

Et quę nā dicatur iusta causa, id Iudicis arbitrio erit remittēdū, & inter cæteras ea est potens, quę ex causa litium prouenit, cū litigātes semper inuicē, quodāmodo præsumantur inimici, vt fuit dictum in vna *Rom. de Cincijs ex doctr. Surd. de alim. tit. 1. q. 15. n. 28. cum alijs alleg. à Rota in d. Rom redditionis rationis coram Litta.*

578 Extende id tantò magis procedere, quando super illorum quantitate lis fuisset facta, vt fuit dictum in *d. Ro. alimētorum coram Card. Mellino.*

579 Et reassumendo id, quod fuit dictū de alimentis præstandis in domo alere debentis, & in suis speciebus, declarā primò nō procedere quoties illę species de facili nō reperirētur, quia tūc alimēta possent præstari in pecunia, & sic species in ipsam quantitatem resoluere, vt fuit decisum in *Cæsaraugustana alimentorum 23. Ianuarii 1574. coram Card. Seraph. quæ est dec. 127. n. 1. & 5 p. 1. nouiss.*

580 Declara secundò non procedere quoties Iudici videretur huiusmodi alimenta, in dictis speciebus consistentia, velle ad pecuniam reducere, & sic ea, consideratis redditibus, & qualitatibus alendi, in pecunia taxare, veluti fuit dictum in *dicta Fulginaten. Primogenitura coram Litta.*

581 Declara tertiò eodē modo non procedere, quando alimenta præstarentur in domo hæredum, sed contingeret eos inter se diuidere, & seorsum habitare, quia tunc ea in domo vnius dari poterunt, prout Iudici videbitur, vel quod vnus vno tempore, alter altero alimenta prestet, veluti fit inter condominos, quādo de iurisdictione contendūt, quia tūc ipsi quoq. alternatī gubernāt, vt ait *Grat. in sua dec. Marchi 107. n. 5 & seq in addit.*

582 Declara quartò idem procedere in debitore alimentorum, in quo variatio datur; Vndè si vnam domum alendo assignauerit, potest alteram loco illius assignare, vt ait *Grat. lib. 4 discept. cap. 711 num. 13* quæ enim habitatio tamquam species ad genus in alimentis semper compræhenditur, vt ait *Vrsil. ad Affl. dec. 34 num 1.*

583 Declara quinto idem procedere, & è conuerso; nempè quando pluribus alimenta deberentur, nam si circa modum illa percipiendi discordarent, tunc Iudex in hoc ex officio procedere poterit, & in huiusmodi diuisione se ingerere debet, veluti diligēs Paterfamilias faceret; Quinimo si Pater, verbi gratia, taxasset alimēta, & ea Iudex indecētia cognosceret; nihilominus ipse poterit ea moderare, licèt taxatio à Patre facta in dubio pręsumatur iusta, *vt ait id Grat in d. dec. 107. n. 8. & 9 & in dec. 207 in addit.*

584 Sed si contingat, vt alicui bis alimenta legentur, tunc ea semel tantum debētur, cum legatum alimentorum non sit multiplicabile, *vt ait Franc. Marc. in sua dec. dec. 438. num. 1 par. 1. Bald. in l. alimenta, §. Basilica, ff. de alim. & cibar. legat. Pancirol. cons. 192. nu. 16. Menoch. cons. 231. nu. 62. cum seqq.*

585 Extende prædicta procedere, etiamsi essemus in persona, quę ratione duplicis officij alimenta geminata prętenderet, *vt ait Bald. cons. 344. lib. 5.*

586 Limita tamen primò, id nō procedere; veluti si essemus in legato alimentorum à duobus testatoribus eidem personæ facto, *vt ait Menoch. ibi sup. num. 68.*

587 Contrarium licet teneat, *Iason in l. planè §. eadem ff. de legat. 1. & alij quos alleg. Menoch. ibi sup. d. num. 68.*

588 Limita secundò, qn̄ constaret de cōtraria mētę testatoris, quia tūc duplica-

rentur alimenta, idem *Menoch. in prae. loco num.* 71.

589 Et propterea, ex hoc inferri potest, quòd si vxor fuerit relicta ab eius viro vsufructuaria omnium bonorum, tunc licèt illud legatum de sui natura alimentorum praestationem importet; tamen id fallit, quando maritus ei alimenta specialiter, & postea dominium, & vsumfructum reliquisset, quia eo casu vltra victû haberet, etiam vsumfructum bonorum sui viri; veluti eodem modo esset dicendum, quando in vna parte orationis ea fuerit vsufructuaria, siue ibi illi fuerit relictus, victus, & vestitus, & in alia parte fuerint relicta alimenta, quia tunc ob illam geminationem vtrumq. nempè vsufructum, & alimenta haberet, *vt ait Ancbar. var. quaest. Iuris quaest. 1. num. 7. lib. 2. Gabr. tit. de legib. & constit. concl. 3. & latè habetur in hac materia in regul. Iur. Ciuil. ac Pontific. tomo 2. in verbo Vxor car. mihi* 591. vbi plures ampliationes, & limitationes inuenies.

590 Declara quòd licet alimenta vxori à viro relicta intelligantur de ea vxore tempore testamenti; Nibilominus eorum fauore, si illa moriatur intelligantur alteri, etiam posteriori legata; quod ego cre do verum, si nomine appellatiuo vir diceret lego meae vxori; at secus, si exprimendo eius nomen proprium, dixisset lego Laurentiae alimenta, quia tunc expressio illius nominis impedit transmissionem fieri, qnia experientia videmus, quòd maritus plus vnam, quàm alteram vxorem dilrgere solet, nisi tamen contra rium, ex mente testatoris colligeretur, quae facit transmissibile id, quod ex sui natura non est tale, & è contra, *vt ait Rota apud Gregorium XV. decis. 56. num. 8. & dec. 551. num.* 4. Et in materia transmissionis haereditatis ex mente testatoris fiendae dixi in *conclusione 42. num.* 130. *& num.* 596. & *in hoc videnda est decisio Buratti 568. per totam, & ibi quoque per addentem* vbi plures coniecturas transmissionis haereditatis inuenies.

Sed quod cuicumque vxori illud legatum alimentorum debeantur, ait *Alexander consil. 171. num. 4. lib. 2. incip.* viso processu.

591 Limita tertiò, non procedere, veluti quando essemus in legato alimentorum, & dotis, quae vti legata pia debentur, & sic vtrumq. peti potest, quamuis dos loco alimentorum succedat, *Ioann. de Anan. consil. 42. in principio, vbi Bolognet. & in Apposill.* Et quòd legatum dotis pauperi factum pium dicatur; & & quòd censeatur in causa alimentorum & pro salute animae factum, *ait Grat. lib. 4. disceptation. cap. 666. num. 5. cum ibi allegatis.*

Extende eam rationem fauore animae adeò pollere, vt propterea si dotes fuerint relictae pro maritandis puellis, & puellae praedictę ante nuptias moriantur, tunc dotes huiusmodi veniunt restituendae, & in dotandis alijs sunt erogandae, veluti sequitur, etiam quando dotes post matrimonium, ob deficientiam filiorum restituendae venirent, vt contingit in illis, quae dantur à Confraternitatibus in Vrbe, & praesertim à Venerabili Societate Sanctissimae Annunciatae, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decis. 500. num. 5. & in alia Romana Electionis Puellarum 27. Nouembris 1624. coram Pirouano.* Licèt ibi fuerit resolutum secus esse, quando constitutiones extarent in contrarium.

592 Extende praedictam limitationem adeò esse fauorabilem, vt propterea donatio pro alimentis facta dicatur modalis, & non conditionalis, *vt ait Coccinus decis. 240. num. 2.* & ideò nota, quòd si à tertio stipulatio fiet, pro alimentis ad fauorem pauperis, erit valida, idem *Coccinus decis. 435. num. 4.* Sed quando ea esset conditionalis, tunc reuocari posset illis non praestitis, vt fuit dictum à *Rota per Burattum decision. 7. num. 10.*

593 Limita quartò id nō habere locum, etiam in distributionibus quotidianis, quae licèt sint, & habeantur loco alimentorum, tamen non sunt propriè alimenta, *Bald. cons. 344. lib. 5. & Rota per Cardinal. Seraphin. decis.* 1098. *num.* 8. & propterea vtrumque nempè alimenta, & distributiones Clerico litiganti debentur, *vt ait idem Card. Seraph. in prae. loco.*

Secus autem, quando essemus in pensione reseruata, vt pensionarius commodius sustentari posset, quia tunc eam alimentis aequiparari censetur, *vt ait Rota per*

per Burattum dec. 261. num. 2. & Doctores ibi per Addent. allegati ſub num. 12. vbi declarat id procedere, ſi talis penſio eſſet reſeruata pauperi. at ſecus, ſi diuiti, vt ait Rota *dec.* 678. *num. 4. par. 4. diuerſorum.*

594 Limita quintò, quòd ſi alimenta ſemel à patre fuerunt præſtita, ſi ea ſint conſumpta, iterum debentur, vt ait *Beninteend. dec. 22. num. 2.* & *Grattian. lib. 4. diſcept. cap. 792. nu.* 10. ea tamen diſtinctione, de qua ſupra diximus.

ARGVMENTVM.

ALIMENTA, ET SVMPTVS LITIS, quibus, & a quibus ſint in ſpecie præſtanda, & quę ſint ad ea conſequenda probanda.

CONCLVSIO XC.

1 HVCVSQVE diximus in genere, quibus alimenta ſubminiſtranda veniant, tàm Iudicis officio, & legis diſpoſitione, quàm etiam Iure actionis debita: Modò reſtat videndum, quibus perſonis alimenta, & ſumptus litis in ſpecie debeantur. Sed in primis notandum erit, quòd ad hoc, vt ea ſubminiſtrentur, duo ſunt neceſſaria probanda; quorum Primum erit Paupertatis qualitas, Alterum vero boni iuris præſumptio. *Creſcent. deciſ. 8. de re iudic.* & *Rota in vna Valentina emolumentorum Vener. 27. Nouembr. 1579. coram Card. Seraph. quæ eſt in eius impreſ. dec. 426. num. 1.* & ita Rotam quotidie ſeruare *fuit dictũ in Hortana domus Luna 25. Octobris 1604. coram Gregorio XV. quæ eſt in eius impreſ. dec. 189. num. 1. Verall. dec. 20. num. 2. lib. 1. idem Greg. dec. 524. num. 2. Card. Seraph. dec.* 1098. & *Rota deciſ. 748 num. 1. par. 2. recent. & Card. Mantica dec. 28. num. 1.* & 3. & *Cocem. dec. 367. & Afflict. dec. 10. nu. 3.* & *Rot. in Biſign. penſionis Luna 26. Iunij 1617 cor. Buratto, & prius in Ferrarien. alimentor. Ven. 28. Iun. 1613. coram eodem,* & *in Aeſina bonorum 1. Iul. 1617. coram Andrea, & in Romana Palatii 26 Iun. 1620. coram Buratto,* & *in Romana hæreditatis de Cuſidis 26. Ianuar. 1624. et in Romana fideicommiſſi de Epis 12. Febr. 1624. coram eodem,* & *Card. Seraph. dec. 426. vna cum aliis allegati per addent. ad dec. Buratti 15.* & ibi ait quomodo illæ duæ qualitates, nempè boni iuris, & paupertatis ſint intelligendæ, *& Rot. per Card. Cauaier dec. 467.* & *dec. 554. nu. 1.* & *per Buratt. dec 708. ſub num. 6.* & *prius dec. 261. num. 1.*

2 Et id, quod fuit dictum de probatione paupertatis, declara, eam probari deberet reſpectu rei, de qua agitur, & ſic reſpectu ſuſtentationis litis, *text. eſt in l. l. fin. vbi DD. C. de ord. cognit.* & *Card. Seraph. d. dec. 426. n.* 2. & ideò nõ in genere, ſed in ſpecie eſt probanda paupertas, vt ſcilicet ea ſit talis, ob quam non valeat ille ſe, & litem ſuſtinere, vt ait Rota *in vna Corduben. Cappellaniæ 8. Nouembr. 1610. coram Ortembergo.* & *per Burat deciſ. 708. num. 11. et dec. 470. num. 6 par. 2 recent. in Senonen. Monaſterii 5. Mart. 1608 coram Card. Sacrato*

Sed quod in materia præſtationis alimentorum, & litis ſumptuũ, ac paupertatis id Iudicis arbitrio ſit remittendum, attenta perſonarum, & circumſtantiarũ qualitate, dicunt plures Doctores allegati per Addentem ad eam *deciſ Burat. 15. et dec.* 608. & veluti quoque fuit reſolutũ in illa *Ferrar. alimentorum corã eodẽ Buratto, et per eundem dec. 261 n. 1. et 2.*

3 Licèt ſecus tamen eſſet, ſi litigans haberet patrem diuitem, vel ei non eſſe indecorum proprijs manibus laborare; quia iſtis caſibus omnis prætenſio paupertatis tolleretur, cum præcipuè ad patrem ſpectet onus alendi filium, *vulg. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. et Rota dec. 470 num. 5. p. 2. recentior.*

Veluti eodem modo veniret dicendũ de eo, qui bona ſua inutiliter conſumpſit: quia talis pauper ad iſtum effectum dici non poteſt, vt fuit dictum in *Romana Palatii 26. Iun. 1620. coram Buratto. quæ eſt in eius impreſ. dec. 485. num. 7.*

4 Amplia cõcluſionẽ principalẽ in tñ eſſe veram, quòd licèt non agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſed ad res particulares tantum: nihilominus ſumptus, & alimenta debentur contra opinionem Surdi *de aliment. tit. 1. quæſt. 120. n. 14. veluti ita fuit deciſum in d. dec. 748. n. 5. p. 2. recent.*

Con-

diuersum à primo: tamen, quoad ipsam rem, & actionem intentatam dicitur eadem, nec causa, cum prima, *vt ait Rota per ... dec. 8. num 4. de reservat.*

Secunda vero opinio procedit, quando lis antea in partibus non pendebat, nec alimenta fuerunt ibi petita; quo casu incipit lis a die exequutionis citationis, *vt dicunt Doctores in Clem. 2. vt lit. pendent. & Cassad. dicta decis. 8. de reseruat* & quòd lis siue Iudicium non incipiat à commissione causę, siuè à decreto citandi, sed ab ipsa citatione, dummodo non esset facta ad videndum compulsari *ait R... dec. 136. n. 1. par. 2. rec.*

13 Licèt R*ota in dec. 160. 1. part. nouiss. coram Card. Mantica* dicat, quòd alimēta taxata non debentur non habenti bonum ius, nisi a die rescripti, & ibi docet, quando quis bonum ius non habere dicatur, quę decisio est pænes ipsum 195. *num 1. & 199.*

14 Sed *... Gulielm. in decis. 92. par. 1. Rota Spirensis* ait, quòd alimenta debita, ob litem peti possunt ab initio anni, & idem ait M*...ta in comp. dec. in ... Alim. cap. 63.*

15 Contrarium, quòd scilicèt alimenta possint peti in qualibet parte Iudicii, ait *Gratian lib. 2. discept cap. 236 n. 25. & seq* etiamsi in possessorio, siue in petitorio iudicio agatur.

16 Sed hic obiter sciendum est, quòd in causis matrimonialibus corā Ordinario loci in prima instantia agitandis, ex dispositione *Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20.* Nemo in secunda, vel tertia potest extra prouinciam trahi; nisi præstitis alimentis, & litis expensis, sed docto tñ prius coram eodē Ordinario, de vera paupertate illius, qui extra prouinciam trahitur, *vt ait Crescent. in dec. 233. & Rota in sua collect. dec. 853. part. 4.*

17 Declara, ꝙ eo casu, ēt ꝙ alimenta sint illiquida: tñ pars, aut debet offerre cautionem de soluendo, vel facere depositum, *vt ait Rota per Verall. decis. 22. nu. 7 part. 1.*

18 Subdeclara tamē, quòd alimenta non semper eodem modo decernuntur, sed iuxta qualitatem personæ, & rei, de qua lis pendet, & sic solùm, qñ res est fructifera, vel alio modo pretio æstimabili, arbitrio iudicantium, *vt ait Bellamer. dec.* 256. *& Rota decis. 471. num. 6. & decis. 748. num 2. & 6. in 2. part. recentior. & in Bisignanen. pensionis Luna 26. Iun. 1617. coram Buratto, & in Rom. Victus, & expensarum Mercurii 17. Maii 1623. coram eodem, quæ est eius impress. dec. 708. num. 8.*

19 Quod tamen secus esset (vt superius in præcedēti conclusione dixi) vbi essemus in alimentis, ab ea prestare debente oblatis, quia tunc oblatio attenditur; nō autem ad arbitrium Iudicis est recurrendum, nec minus eo casu qualitas red dituum, & personæ esset attendenda, *vt luti fuit decisum à Rota per Coccinum dec. 390. num. 2. cum ibi allegat.*

20 Declara, ꝙ qñ à Iudice sunt decernēda alimēta, tūc iudex pōt capere informationem à testibus nondū publicatis, *vt ait Grat. lib. 2. discept. cap. 236 num. 50.*

21 Reperiuntur autem taxata alimenta à Rota diuersimodè, & interdum ea decreuit ad summam ducatorum 50. filio litiganti licèt etiam nondum constaret de qualitate bonorum, quæ in iudicio petebantur: Interdum autem fuerunt decreta ad earum eum facultate addendi, & minuendi, iuxta qualitatē futuræ probationis in materia redditū; Quandoquè etiam concessa ad certū tempus, & postea illud ex causa progatū, veluti ita fuisse seruatum *refert Vesta in decis. 31. 144. & 226. Afflict. decis. 11 Boerius dec. 324.* & aliquando quartam partē redditus illius rei, de qua agitur vt restatur *Rota in præcit. loco & Rota dec. 907. & 908. par. 4. nou. coram Aldobrand. postea ... lem. 8.*

Sed nota tamē, quòd dantur plures regulæ pro Iudicis instructione, ad effectum regulandi illius Iudicium circa huiusmodi taxationem, & præcipuè, quòd prius deducātur alimēta illius, qui alere tenetur, *vt dicunt Surd. de alim. tit. 7. q. 8. per totam Franch. dec. 605. num. 8. & Grat. lib. 3. discept. cap. 519. num. 14. & 79 & cap. 552. num. 2. & 3 omnes allegato à Rota per Burat. in dicta dec. 708. num. 8. & seq.*

Declara tñ, ꝙ pauper alium pauperem alere non tenetur, vt dicunt *sured. Grat. & Rota in locis mox citatis, & decis. 470. ibi fi ne par. 2. in recent.* Sed ad hunc effectum se eximendi à tali præstatione alimentorum, paupertas plene, & concludenter ab

ab eum allegante venit probanda, neque iuris presumptiones sufficiunt, cum illud sit sue propriæ exceptionis fundamentum, *vt fuit resolutum à Rota in Vl x bon. Matrimonii 1. Iul. 1624 coram Peruano* vbi fuit resolutum marito non sufficere allegare paupertatem solùm, per iurisp̃ sumptionem, nempe se filium familias asserendo, quia nihilominus, fuit coactus præstare, vxori alimenta, & sumptus litis, dũ secũ litigare cõtingeret, & rõ est; quia poterat esse, vt aliundè, quàm ex bonis patris haberet, vndè ea subministrare posset, & propterea non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.

22 Quod autem attinet ad perfectiorem intelligentiam istius materiæ alimentorum, illud quoque notandum est, quòd postquam alimenta sunt destinata, ca exhibenda sunt, vsque ad finem litis, & sic ea nedum in prima: verùm etiam in vltima instantia debentur *Vest. dec. 146. & decis. 183. Eg. d. decis. 159. Afflict. decis. 10. Bisignet. decis. 2. & ita fuisse decisum à Rota in Romana hereditatis de Lenis 1547. refert dictus Vest. in decis. 1. tit. de aliment. idem Afflict. decis. 152. al. leg. à Marta in compil. decis. in 1. tomo in verbo Alimenta cap. 53.* vbi loquitur in vxore, *& dd. decis. 907.* & 908. loquũtur de filijs, & nepotibus, *idem Marta ibi sup. cap. 74*

23 Sed si contingat ferre sententiam super alimentis tantùm, tunc continentur etiam litis expensæ; si tamen in libello omnia petita fuere, & ita fuisse pari modo decisum in vna *Rom. de Vrsinis 1552 coram Chisanen. refert. Recc. in sua collect. decis. 853. in 4 par.*

24 Concorda tu igitur, quòd regulariter litis expensæ sint decernendæ decretis alimentis, tanquàm separatæ ab illis, quia aliud est habere alimenta, & aliud habere expensas litis, & propterea benè dicitur, quòd sub sententia super alimentis lata, expensæ litis non continentur, At secus, si in libello omnia petita fuere, *vt ait Rota ibi sup. & Abb. & Felyn. vt sup. dixi in cap. ex par. num. 4. & 9. de accusat. & Verall. decis. 340. num. 1. & 2. par. 1.*

25 Extende prædicta adeò esse vera, vt propterea huiusmodi alimenta, & sumptus litis, quæ litiganti lite pendente decreta, & data fuere, non restituantur in casu succumbentiæ, nec minus imputantur in sortem, vt in præcedẽti conclusione dixi, & veluti ait *Vallaje. in consult. 1. num. 7. Franch. decis. 614. num. 1. & seqq. Marescott. variar. resolut lib. 2. cap. 83. num. 26. & Rota in Romana bonorum de Genlis 14. Nouemb. 1603. coram Penia, & in Romana Saluiani 17. Maii 1613. coram Card. Sacrato* in qua fuit, ob id decisum, quòd recipiens alimenta non teneatur fideiussorem præstare, de restituendo in euentum succumbentiæ, & ibi reprobatur *Couar. pract. q. c. 2. n. 7. qui contrarium tenet.*

26 Fallit tamen primò, si is, qui ea præstitit in suo codice rationum, declarat, ea esse repetenda, *vt ait Ant. Gam. in dec. 34. num. 10. & Rim. Iun. cons. 132. num. 3. lib. 2.*

27 Fallit secundò, quando fuit data fideiussio, siue facta promissio de illis restituendis, quæ licèt non detur pro dictis sumptibus litis præstitis restituendis; nisi, quando dubitaretur de fraude, vel calumnia; Nihilominus si ea præstetur, tũc poterit condici, & ea exceptione vti, si est commissa stipulatio, & præsertim in illis procedit, qui temerè non litigarunt, necnon in illis alimentis, seu expensis præstitis ante sententiam: secus autem in illis post sententiam, quia iura, quæ de hac materia loquuntur, veniunt intelligenda lite pendente, & non post, vt ait *Gratian lib. 2. discept. cap. 236. num. 34. & 38. cum sequentib. & Franch. decis. 614. num. 7.*

28 Fallit tertiò, si litigans, cui fuerunt decreta, per modum prouisionis alimenta, victoriam obtinuerit, quia tunc illa cum fructibus compensantur, veluti fuit decisum in vna *Spoletana vsusfructus Lunæ 19. Decembris 1588. coram Card. Mantica, quæ est in eius impressis decis. 43. num. 7.* vbi loquitur in vxore, quæ fuerat relicta vsufructuaria omnium bonorum ab eius viro, *& Grat. lib. 2. discept. cap. 236. num. 40.*

Licèt tamen secus sit in filio, quando hæreditatem Paternam petit, quia quamuis ille nullam sententiam obtinuerit pro se: nihilominus ei alimenta, & sumptus litis debentur, quod tamen non succederet in filia, quę tamẽ validè hereditati paternæ renunciasset, vt ait idem

Grat.

Grat. vt supra num. 41. & seq.

29 Et ratio illius tertiæ fallentiæ ea est, quia bona fides non patitur, vt bis credi tum exigatur *l. bona fides ff. de reg. Iur*, nec et pauperes debent inuitari ad teme re litigandum, *vt ait Rota ibi supra n. 2. & 3. & Gratian. in præcit. loco n. 40.*

30 Vndè ex prædictis infertur, quòd dū habemus non deberi alimenta ex dispositione legis, seù officio Iudicis ei, qui potest aliunde se alere; Igitur vsufructuaria, cum possit de vsufructu legato sibi alimenta parare, tunc alimenta per modum prouisionis ei assignata non videntur fuisse debita, & obid ea cum fructibus pro concurrenti, quantitate veniunt compensanda, cum non sit conueniens, quòd quis duplici onere grauetur, *vt ait Rota in dicta spoletana vsusfructus Lunæ 16. Mart. 1592. coram eodem Card. Mantica, quæ est in eius impress. dec. 271. nu. 2. & prius in dec. 53. num. 1.*

31 Quod enim amplia multò magis procedere, si vsufructuarius non præstitit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quia tunc, si nulla intercesserit mora hæredis in solutione dotis, eo casu fructus vsufructuario, ante præstitam cautionem restituendi non veniunt, *vt ait Bar. t. in l. vxori vsusfruct. in fin. ff. de vsufruct. legat. Rum. alios allegans in. cons. 50. num. 12. lib. 2. & Card. Mant. ibi sup. in d. dec. 53. & 271.*

32 Secus autem, si mora hæredis intercesserit in solutione dotis, quia tunc fructus percepti, etiam ante præstitam cautionem sunt vsufructuario restituendi *l. vsusfructus mihi in biennium de vsusfr. legat. Bald. in l 2. num. 11. C. com. de legat.* vbi ait se ita consuluisse, *& in l. 1. n. 23. de vsuris, & fruct. legat. Angel. cons. 356. num. 7 & Cardin. Mantic. in dicta decis. 271. num. 1. & prius in decis. 43. num. 4.*

33 Declara quòd in euentū, in quo vsusfructus, & alimenta debeantur, tūc alimenta veniunt præstanda, pro quantitate redditituum; non autem bonorum, *vt ait Vrsill. ad Afflict. dec. 252. num. 4.*

34 Fallit quartò, quando essemus in spurio, cui fundus esset relictus pro alimentis, quia eo casu tenetur cauere non de restituēdo alimenta, sed fundum datum, post eius mortem: nisi tamen adesset pactum, quòd ad eius hæredes ille fundus transiret, quia tunc in restitutione non veniret, *vt ait Surd. de aliment. tit. 5. q. 7. num. 19. cum seqq.* & in quibus aliis casibus alimenta consanguineo, vel alteri præstita censeantur donata vel animo repetendi data, vide *Cardin. Tusch. in verb. Alimenta in conclus. 301. & 302. per tot.*

35 Et reassumendo conclusionem primò loco firmatam, in qua tractare supposuimus, quibus in specie alimenta, & sumptus litis sint præstanda, In primis notandum est, pro ornamento istius materiæ, quòd nedum alimenta filijs Patre viuo debentur, sed etiam eo mortuo, ex bonis cuius dicti filii possunt alimenta, & sumptus litis petere, veluti fuit decisum *Senogalien. dotis Veneris 26. Iun. 1592. coram Card. Mant. quæ est in eius impress. dec. 195. sub num. 4. & Afflict. dec. 10. n. 4. & ibi Vrsill. num. 1.*

36 Amplia primò id procedere, tàm in filijs legitimis, & naturalibus, quàm etiam in illegitimis, vt pluribus auctoritatibus Doctorum, & Rotarum Italiæ, & extra in precedēti conclusione latè fuit comprobatum.

37 Subamplia procedere, etiam in filia maritata illius dotem petente, quia tunc ei alimenta, & sumptus litis sunt subministranda, habito respectu ad dotem, quę fuit petita, vt fuit decisum à *Rot. in Romana dotis Veneris 12. Ianuarii 1629. coram Virili, & ibi alia decisiones allegantur.*

38 Quod enim procedit, etiamsi non fuerit doctum per eam de illius paupertate, cum Pater semper in dubio reneatur alere filiam, *vt dixi in... ad Cappel. Tholos. dec. 77. & Rota ibi supra coram Card. Virili.*

39 Secus autem, si haberet vnde diuitatem, vel aliundè, vndè viuere posset, quia tunc à Patre alimenta prætendere non valeret, vt latè dixi in precedēti conclusione, & ita quoq. ait *Rota ibi sup. coram Card Virili.*

40 Amplia secundò id habere locum, etiam in fratre, contra alium fratrem litigante, super hereditatis petitione, *vt ait Guidop. dec. 561. Bisignet. dec 2. de Iudic. Afflict. dec. 10. & Ricc. in sua collect. 853. in princip.*

41 Extende idem procedere in fratre secun-

secundo genito, cui alimenta à primogenito vitæ, & militiæ de fructibus feudi sunt præstanda, deductis tamen oneribus, & impensis; quod tamen intellige de bis quæ gratia fructuum fiunt, & non de aliis. Vnde solutio facta pro adoa non minuit portionem vitæ, & militiæ secundogenitò competentem; vt pulchrè distinguit *Afflict. in sua dec. 252. num. 6. & seq. & ibi Vrsill. num 5. & prius in dec. 10. num. 4.*

42 Extende secundò, idem quoque procedere in sorore, cui per fratrem sunt præstanda alimenta, & sumptus pendente lite super dote; *vt ait idem Vrsill. in d. dec. 10 sub num. 4.*

43 Amplia tertiò conclusionem procedere in vxore; cui maritus pendente lite super restitutione dotis, & alimentis, sumptus, & alimenta subministrare debet, *vt ait idem Vrsill. in pract. loco. num. 1. Vesta decis. 262. & decis. 167. Crescent. dec. 223. & Card. Mant. in d. decis. 195. n. 5.* vbi ait, quòd si petantur vigore commissionis, tunc à die præsentationis rescripti præstanda veniunt.

44 Extende primò idem procedere, quando maritus eam è domo eiecisset; secus tamen, si ab eo propria voluntate recessisset, *vt ait Peguer. in sua dec. 20. alleg. à Riccio in d. sua collect. 853.*

45 Extende secundò procedere, quando vxor sub nomine viri fuisset accusata, cui tunc alimenta, & sumptus litis debentur ne fame pereat, veluti etiam debentur extraneo accusato dum illud Iudicium pendet, *vt ait Rota in dec. 143. alleg. à Ricc. in prac. loco.*

46 Amplia demum procedere in aliis casibus, quos in præcedenti conclusione enumeraui, quia cum eos hic breuitatis causa ponere omittam; ideò ad illos per te recurrere poteris.

LAVS DEO.

Hic est, amicè Lector, legalis sapientiæ succus; cui non sine labore Apis nostra quæcumq. illa sit, elaborando, diu noctuq. desudauit. Erit tibi iucundus, vt spero; quandoquidem aliquid suauitatis habet longissimarum disputationum amaritie detracta, & sparsa identidem amatæ breuitatis dulcedine, compendiosa tractatione coercet libera, & laxa nimium sapientissimorum Virorum scita, decretasq. sanctiones. Futilis corrupieq. Doctrinæ aculeum Apis nostra non exerit, si quis tamen fuerit minus sinceræ sapientiæ infectus haustus, id non ingenio apis, & gustui, sed mentis humanæ imbecillitati refundendum puta. Eo scripsimus animo, vt bonis, & Reipublicæ prodesse possemus: id me assequuturum spondet humanitas tua (Benignè lector) quę Auctoris finem, ac scopum spectare magis, quàm inuida indagatione timari eiusdem Auctoris effata consueuit. Itaq. amicè peragenda res est: sano, amicoq. palato primus noster hic succus delibandus est; quem (si diuturnioris vitæ spatium præstiterit vitæ nostræ Opifex, & custos Deus abundè, lauteq. aliorum voluminum accessione, parabile alimentum sapientibus ministraturũ credo. Excipe ergo alacriter nostræ Apis operosam industriam, eamq. exutam aculeo vel arrogantiæ, vel iactantiæ, sinu excipe, ac foue. Quod si minimæ Animantis indignatus aspectu, tenue minutumq. corpusculum eluseris, scito Apim sui iuris esse, & iustæ defensionis aculeo non destitui. Non habet, quo laceret, sed quo se tueatur, telum. Hoc lege naturæ perscriptum est, quæ idcirco cæteris animantibus instrumenta bellandi, vt se tutari possent, ac sua, prouidè, copioseq. suppeditauit. Sed quia Apis nostra non sibi, sed aliis operosa laborat, aliena commendatione destituendam se non sperat. Vale.

FINIS.



